BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
H
34
NAPOLI

Digitized by Google

IOHANNIS
BRUNNEMANNI
ICTI
# COMMENTARIUS
IN
# PANDECTAS.
Tomus Secundus.

Digitized by Google

# JOHANNIS BRUNNEMANNI JC.
# COMMENTARII
# IN PANDECTAS
## LIBRI VIGESIMI
### TITULUS I.
## De Pignoribus & Hypothecis, & qvaliter ea contrahuntur, & de pactis eorum.

### Ad L. Conventio. 1.

*SUMMARIA.*

*QVæ bona in generali hypothecâ contineantur. n. 1. & 2.*
*An & nomina n. 5.*
*Qvæ non contineantur. 3.*
*An creditor, non ignorans oppignorationem rei alienæ, habeat actionem. 4.*
*Prædio unà cum fructibus expreſſè oppignorato, includuntur omnes fructus a qvocunq; emtore percepti. 6.*
*De conſumtis b. f. emtor non tenetur, qvod affirm. de m. f. emptore. 7. 8.*
Bachov. *explicatio h. l. §. 2. 9.*

1 HYpotheca generalis ad præſentia & futurâ bona porrigitur. *hic & l. fin. Cod. qvæ res pignori obligari poſſit.* qvod tum in favorem debitoris, ut creditorem facilius conſeqvatur, tum creditoris, ut ſecurior reddatur, conſtitutum. *Franzk. h. t. n. 1.* Qvam regulam ampliat *Neguzant. de Pignor. memb. 2. part. 2. n. 2. & ſeqq.* licet ſua dixerit, vel conſtitutum adjunxerit; qvam *Neguz.* rece-
2 ptiſſimam ſententiam vocat, & qvod etiam nomina veniant, & pecunia, & merces venales, ad certum locum non reſtrictæ, & Emphyteuſis, per tradita *Mantic. l. 1. t. 4. n. 36. de tac. & amb. convent. Clarus de Jure Emphyt. q. 18. Moz. in tit. de ſubdiſtinct.*
3 *Pignor. n. 12. & ſeqq.* Sed ſeqventia non veniunt in generali hypotheca, ut 1. qvæ vero ſimiliter non fuiſſet obligaturus. *l. obligatione infra h. t.* vel 2. ſi res prohibitæ ſint alienari ſub pœna. *c. 1. de prohibita alienatione, per Frid.* vel 3. ſint feudalia bona, vel 4. fideicommiſſa, qvæ etiam ſi pura ſint alienari prohibita. *l. fin. §. 2. C. communia de Legatis,* niſi in prima exceptione verba eſſent valdè univerſalia, & prohibitus non haberet alia bona. *Ant. Gabr. tit. de Regul. Juris concl. 12. num. 40. conf. Vinc. Fuſarius de ſubſtit. qv. 703. n. 9. & ſeqq. &c.*
Sed ſi res aliena ſcienti creditori oppignoretur, 4
nullam habet actionem, licet debitor dominium ejus acqvirat, ut ita comparativus (difficilius) pro poſitivo ponatur, ſed hoc caſu ſolam habet retentionem contra debitorem jam dominium factum, donec ſolvatur, *per princ. h. l. Donell. in tract. de Pign. c. 7. Molina tr. 2. diſp. 529. n. 4. vid. ſupr. l. ſi rem alienam. 9. ff. de Pignorat. act.* licet alii malint (difficilius) comparativè intelligere, qvod non detur perſecutio, niſi contra debitorem, & qvi ab eo cauſam habent. *Coll. Arg. ad tit. 3. hujus libri th. 2. n. 2.* Sed qvid ſi hypotheca generalis con- 5
ſtituta mobilium & immobilium an nomina etiam obligata videntur? Et vid. qvod non, qvæ etiam communis ſententia, teſte *Neguz. d. tr. m. 2. p. 1. n. 9. Schultes ad Mod. Piſt. p. 3. q. 124. n. 1. & ſeqq. Franzk. h. t. num. 7.* qvi tamen in contrariam inclinat ſententiam. Ego puto, eſſe qvæſtionem voluntatis: Nam ſi ita debitor Juris Romani ignarus conſtituat generalem hypothecam, qvi fortè ignorat, nomina in jure noſtro tertiam ſpeciem bonorum conſtituere, inclinarem in ſententiam *Franzkii. conf. Carpz. p. 2. c. 23. d. 7. Bachov. vol. 2. diſp. 1. th. 2. lit. D. Struvius Ex. 26. th. 21. Covarr. ad c. 12. X. de Teſtam. n. 2. Bachov. de pign. L. 1. c. 6. num. 7.* add. *Not. ad l. 13. §. 2. h. t.*

*Ad §. 2.* Si prædium unà cum fructibus ex- 6
preſſè oppignoratur, omnes fructus etiam à bo-

næ fidei Emptore percepti, extantes tamen de-
bentur creditori, ſed ſi fructus ſint b. f. conſum-
7 ti a bonæ fidei emtore, non tenetur eos creditori
reſtituere, qvia licet pignoris cauſa per uſuca-
pionem non perimatur, & ideò fundus à Domi-
no oppignoratus, licet ab alio uſucaptus, ma-
neat tamen in vinculo pignoris, aliud tamen de
conſumptis ab hoc fructibus dicendum, qvia
emtor conſumſit ut ſuos. *Vid. Cujac. tom. 4. in. h.*
8 *l. Bachov. de pign. l. 2. c. 11. num. 3.* Ex qvo hæc con-
ſectaria ſeqvuntur, (1.) qvi bona fide fructus per-
cipit, mala tamen fide conſumſit, cum ſciret
obligatos, omninò etiam de conſumtis tenetur.
(2.) Qvod in fructibus extantibus omninò cre-
ditor jus habeat. (3.) Et qvod in mala fide perce-
ptis & conſumtis fructibus, omnino creditor hy-
9 pothecariam habeat. Sicut hæc tria conſectaria
ex hoc textu colligit *Bachov. d. c. 11. n. 3. & ſeqq.*
qvi *num. ult. h. §.* de fructibus naturalibus aut de
fructibus illius anni pendentibus intelligi poſſe,
tradit. Colligitur etiam ex ratione dubitandi
hic poſitâ, qvod licet uſucapio adimat dominium
debitori, non tamen creditori adimat jus hypo-
thecæ. *l. 44. §. 5. ff. de Uſucap. Salgado in Labyrin-
tho p. 3. c. 13. num. 48.*

## ad L. Fidejuſſor. 2.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor in pignoribus à Creditore acceptis cul-
pam præſtare debet. num. 1.*
*An fidejuſſor ob pignora accepta, poſſit pignoraticia
actione conveniri? n. 2.*

1 QVando fidejuſſor pignora à Creditore acce-
pit, & ita pro Principali ſolvit, jam verò
contra eum mandati experiatur, prius de culpa
in pignoribus admiſſa reſpondere debet, cum
2 hoc paſſu idem in fidejuſſore, qvod in Creditore
juris ſit. Sed an fidejuſſor pignoraticia actione
conveniri poterit? Hoc negari videtur *h. l. 2.* qvod
eò caſu verum, qvi hic proponitur, ſi ſcil. pigno-
ra à debitore non ſint data fidejuſſori, ſed hic illa
à Creditore acceperit, ſic enim nullus contractus
pignoraticius inter debitorem & fidejuſſorem
intercedit, mandati ergo actio dabitur. *Vid.
Gothofred.*

## ad L. Si ſuperatus. 3.

*SUMMARIA.*

*AN Creditor, pignore in re alienâ conſtituto, ſibi
autem viâ juris ablato, hypothecariâ actio-
ne agere poſſit contra poſſeſſorem, ſi probare
velit, rem in bonis debitoris fuiſſe. n. 1.*
*L. h. §. 1. ſpecies. 2.*

1 OBligaſti mihi fundum, cum exiſtimares tu-
um eſſe, vel hæreditatem, cum tamen res
eſſet aliena. Movetur contra te rei vindicatio vel
petitio hæreditatis, & ſuccumbis, an poſſum hy-
pothecariâ actione agere contra poſſeſſorem, ſi
probare velim, rem in debitoris bonis fuiſſe? Et
videtur qvod non, qvia ſententia dicta contra
hæredem teſtamentarium præjudicat etiam lega-
tariis. Sed affirm. qvia eſt res inter alios acta; &
ad rationem dubitandi reſpondetur, qvod ejus
ratio ſpecialis, qvod corruente teſtamento omnia
corruere neceſſe ſit. *vid. Bachov. de pignor. l. 3. c.
15. num. 1.* Paragraphi primi autem hanc eſſe ſpe- 2
ciem, tradit *Bachov. d. c. 15. num. 2.* Titius, cum
rem meam ab eo vindicaſſem, male abſolvitur,
& tamen eandem rem poſtea creditori pignori
obligo, an obligatio valida? Videtur qvod ſic, qvia
Titius tantum abſolutus, non pro domino decla-
ratus: ſed negatur, qvia creditor non poteſt me-
lius jus habere, qvàm ego, qvi victus ſum.

## ad L. Contrahitur. 4.

*SUMMARIA.*

*PEr pactum legitimum prætorium hypotheca jus
in re conſtituitur, ipſa re penes debitorem ma-
nente. n. 1.*
*An ſcriptura regulariter ad probationem reqviratur. 2.*

PEr pactum legitimum prætorium hypothecæ 1
ſingulari jure jus in re, ſcilicet hypotheca
conſtituitur, licet ipſa res penes debitorem ma-
neat. *hic & l. 17. §. 2. ff. de pact. Loriottus de
Transactionibus axiom. 60. Weſenb. in Par. h. t. n.
4. Dn. Struv. Ex. 26. th. 6. & Ex. 6. th. 20. Franzk.
h. t. n. 40. & ſeqq.* Ex hoc apparet, magnam diffe-
rentiam eſſe inter pignus in ſpecie ſic dictum &
hypothecam, & in terminis habilibus eſſe intel-
ligendum, qvod dicunt Dd.; ſtatutum, de pigno-
re loqvens, regulariter etiam in hypotheca lo-
cum habere. *Negnz. p. 1. de pign. n. 9. Franzk. h. t.
n. 18.* Traditur etiam *in h. l.* qvod ſcriptura regula- 2
riter ad probationem reqviratur. *vid. l. 17. C. de
fide inſtr. Berlich. p. 1. dec. 105. n. 7. Carpzov. p. 2.
conſtit. 33. d. 12. & ſeqq. Chriſtinæus vol. 3. deciſ. 29.
num. 15. Dn. Lauterbach. ad tit. de contrah. empt.
n. 2.* niſi priusqvam contrahatur, de ſcriptura con-
ventum, & qvod aliter partes obligari nolint.
*Hipp. Rimin. vol. 1. conſ. 51. n. 23. & ſeqq. Carpzov.
d. defin. 12. Dn. Lauterbach. d. l. §. 1. n. 2.* de qvo ta-
men alibi *in d. l. 17.*

## ad L. Res Hypothecæ. 5.

*SUMMARIA.*

*PRo qvacunque obligatione Hypotheca conſtitui po-
teſt. n. 1.*
*Qvid tunc in dote. n. 2.*
*Qvid ſi debitum ſit naturale vel Civile? n. 3.*

HYpotheca pro qvovis debito conſtitui po- 1
teſt, ſive puro, ſive conditionali; ſive præ-
ſenti,

ſenti, ſive futuro; ſive Civili, ſive naturali, ſive
2 pro toto, ſive pro parte. In ſpecie verò dicitur,
quòd pro dote etiam detur, cum enim jam tum
tacitè omnia mariti bona uxori pro dote obliga-
ta *L. aſſiduis 12. C. qui pot. in pignor.* nil vetat, quo
minus expreſsè maritus uxori in ſecuritatem do-
tis bona ſua hypothecare poſſit. *Gutierez. de
Juram. confirmat. p. 1. c. 21. n. 25.* Alia ratio eſt in
fidejuſſore, *vid. Comm. Cod. Ne fidejuſſ. dot. dent.*
3 Accedit autem pignus debito naturali, ob æqvi-
tatem, quæ hic ſubeſt. Sed qvid, ſi obligatio merè
civilis? Reſp. Non poteſt pro eo validè dari pi-
gnus, qvoniam vinculo æquitatis planè deſtitui-
tur *L. Stichum. 95. §. 4. ff. de ſolut.* Textus ergo
noſter de illa Civili obligatione intelligendus,
quæ ad minimum præſumptam habet æquitatem,
qualis eſt ea, quæ ex judicato oritur. *Conf. Bach.
Tract. de Pignor. & Hypoth. lib. 2. c. p. 1. n. 3. ſeq.*

## ad L. Obligatione. 6. & L. vel qvæ. 7.

### *SUMMARIA.*

*Bona, qvæ qvotidiano uſui inſerviunt, non continentur in hypotheca generali. n. 1.*

*Limitatur, ſi alia bona non reperiantur tempore contractus. 2.*

*Ampliatur, licet in obligatione verba generalia ſint, additis & hiſce clauſulis prægnantibus:* Keine *Exempt.* oder außgenommen. *3.*

*Limitatur, ſi obligatio generalis ſit concepta poſt mortem obligantis. 4.*

*An ex h. l. probari poſſit, invectam ſupellectilem non eſſe tacitè locationi obligatam. 5.*

*Ex h. l. probatur, conceſſam venationem intelligi tantùm de feris inferioribus, & conceſſam majorum venationem tantum de poteſtate capiendi canibus vel retibus, non bombardis. 6. 7.*

*An diſtinctio ſermonis in univerſalem & generalem locum habeat in h. l. 8.*

1 IN generali obligatione non veniunt ea, quæ
quis ſpecialiter non erat conceſſurus, ut ſu-
pellex neceſſaria, & quæ quotidiano uſui inſer-
viunt. *Rauchbar. p. 2. qv. 9. n. 26. Dn. Thabor ad Barb.
l. 8. c. 14. axiom. 3* ut veſtimenta, quæ nec in ge-
nerali hypothecâ expreſsè veniunt, nec tacitâ.
2 *Menoch. rem. adipiſc. poſſ. 3 n. 139 & ſeqq.* ubi *n.
140.* limitat, niſi alia bona reperiantur, quàm quæ
ad uſum quotidianum habentur, vel quæ ad affe-
ctionem debitoris pertinent. *hic in f. & l. 8. h. t.*
3 Illis enim non poteſt, his non vult carere debi-
tor. *Frantzk. h. t. 214.* ubi id ampliat, licet verba
generalia ſint, quia ante omnia voluntatis ratio
habenda. Unde quæſitum, ſi quis clauſulis præ-
gnantibus obligaverit omnia ſua bona, keine
exempt oder außgenommen/ idem tamen poſtea
alteri ſpecialiter ſuppellectilem obligarit, qvis
potior? Et cum tales extentiones plerumque ex
ſtylo Notariorum addantur, & intelligi poſſint,
ea, qvæ aliàs generaliter obligari ſolent, pro po-
ſteriori creditore judicatum refert *Joh. à Sande
l. 3. tit. 12. def. 9. conf. Neguz. de Pignor. membr.
2. part. 2. n. 34. & ſeqq. Berlich. part. 1. concl. 80. n.
40. Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 23. def. 11. Pinell.
ad rubr. C. de bon. matern. p. 1. n. 47. Bachov. de
pign. l. 1. c. 7. num. 1. & Matthesilanus ſing. 136. Moz. 4
de ſubdiſt. pign. n. 19.* ubi exemplis id declarat. Sed
limitatur regula: Niſi obligatio generalis eſſet
concepta in tempus poſt mortem obligantis,
nam tunc ceſſaret ratio hujus legis. *Neguz. de 5
pign. m. 2. part. 2. n. 35. & ſeqq.* Ex hâc lege non-
nulli volunt probare, invectam ſupellectilem non
eſſe tacitè locationi obligatam, ſed argumentum
à generali hypothecâ, in qva plurima veniunt ad
legalem ſpecialiorem, rectè negat *Zaſ. ad lib. 20. 6
t. 2. n. 6.* Ex hâc lege etiam probant, venationis
conceſſionem tantum de inferioris notæ feris eſſe
intelligendam, qvia Princeps ſuperiorem vena-
tionem ægre ſolet concedere. *Reſenthal. c. 5. 7
concl. 14. n. 6. Wehnerus in voce* Forſtrecht. *Fin-
ckelth. obſ. 41.* Sic etiam ſi Princeps concedat ve-
nationem majorum & rubrarum ferarum, non ta-
men concedit poteſtatem capiendi ſclopetis &
bombardis, ſed tantum per canes & retia, qvia
ſclopetorum ſonitu abiguntur feræ, & coguntur
ſua luſtra relinqvere &c. *Carpz. p. 2. dec. 257. n. 11.
Wehnerus d. l.* Licet autem qvidam diſtinxerint 8
inter ſermonem univerſalem & generalem ſeu in-
definitam, & hanc legem de univerſali oppigno-
ratione intelligere nolint; Alii tamen hanc diſtin-
ctionem rejiciunt, qvia in univerſali oppignora-
tione adhuc militat eadem ratio æqvitatis. *Cagnol.
in l. fin. n. 255. C. de pactis. Matthesilanus ſing. 1. 6.
n. 6. & ſeqq. Neguz. de pign. memb. 2. p. 2. n. 37. Pi-
nell. p. 1. Rubr. C. de bonis matern. n. 47.* Ideoq;
etſi qvis omnia & univerſa bona oppignoraverit,
lex tamen noſtra obtinebit.

## ad L. Deniqve. 8.

### *SUMMARIA.*

*Qvæ non niſi certo caſu vendi poſſunt, generali hypothecâ non comprehenduntur. n. 1.*

*Senſus legis proponitur. n. 2.*

QVamvis liberi tempore neceſſitatis à patre 1
diſtrahi poſſint, per *l. 2. C de patr. qui fil. di-
ſtrax.* Unde & hypothecam in illis conſtitui
poſſe dicendum videbatur per *L. Un. C. Rem al.
gerent.* attamen qvæ certo ſaltem caſu diſtrahun-
tur, ſub generalem hypothecam non veniunt:
Qvo enim majoris præjudicii negotium eſt, eò
minus geſtum præſumitur, niſi de voluntate agen-
tis conſtet liqvidò Puto autem hujus Legis ſen- 2
ſum eſſe, non qvod concubina, liberiq; naturales
qvandoq; oppignorari poſſint, ſed ſaltem mini-
ſteria eorum, qvæ Patrifamilias debebant, qvod
verba finalia hujus Legis innuunt.

## ad L. Sic & qvod. 9. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*LImitatur regula hæc: Qvæcunq; vendi poſſunt, ea etiam poſſunt oppignorari.*

REgula hic proponitur, qvæcunq; vendi poſſunt, ea etiam poſſunt oppignorari. Sed fallit regula in ſervitutibus urbanorum prædiorum, & rebus alienis.

## ad L. Si debitor. 10.

*SUMMARIUM.*

*QVando poſſidentis conditio potior, ſi una res duobus oppignorata.*

SI qvis rem ſuam duobus ſimul uno die oppignoraverit, poſſidentis potior eſt conditio, ſi inter ambos creditores agatur lis; ſed ſi cum debitore agere vult creditor, qvilibet in ſolidum agit, niſi actum, ut pro parte obligaretur. *vid. Moz. in tit. de natural. pignor. n. 20. Franz. h. t. n. 15.* Sed hoc, qvando de prioritate horæ vel momenti non conſtat, nam etiam ex horarum vel momentorum intervallis prioritas hic æſtimatur. *Gail. l. 2. obſ. 25. n. 3. Mollerus L. 3. ſemeſtr. c. 44. n. 12. plures citans Dn. Struvius Ex. 26. th. 27. Wiſſenbach. ad ff. diſp. 40. th. 4. Franzk. n. 40. ad tit. qvi potiores.*

## ad L. Si is qvi bona. 11.

*SUMMARIA.*

*BOna Reip. poſſunt ab Adminiſtratore pro mutuo, Civitatis cauſa contracto, obligari. n. 1.*
*An & qvomodo bona Civium. 2.*
*Antichreſis deſcriptio. 3.*
*Agricolarum prædia, an in antichreſin dari poſſint. 4.*
*Antichreſis tacita. 5.*
*In Antichreſi fructus ultra qvantitatem promiſſarum uſurarum percepti, imputantur in ſortem. 6.*
*Læſio ultra dimidiam an hic attendenda. 7.*
*Exceſſus uſurarum interdum admittitur. 8. 10. 11.*
*Qvæ hic detur actio. 9.*
*An, fundo antichretico ultra debitam uſurarum qvantitatem locato, exceſſus computandus in ſortem. 12.*
*An pactum, ut antichreſis intra certum tempus non redimatur, ſit licitum. 13.*
*Uſusfructus, ut commoditas, non ut jus ipſum oppignorari poteſt. 14. 16.*
*An ſervitutes prædiorum. 15.*

1 QVi bona Reip. adminiſtrat, poteſt ejus bona
obligare pro mutuo, Civitatis cauſa contracto, modo mutuum probetur in utilitatem Civitatis contractum *Neguz. membr. 1. partis. 3. n. fin.*
2 An non civium poteſt obligare? Reſp. Non niſi
ex conſenſu ſingulorum, & pro ratá, vid. *Mozius tit. de perſonis, qvæ pignor. poſſunt. n. fin. Hartm. Piſt. p. 1. q. 7. & n. ad l. Civitas 27. de Rebus cred.*
3 *Ad §. 1.* Antichreſis eſt pignoris datio cum po-
teſtate utendi re, loco uſurarum, qvi contractus
conſvetudine receptus. *Gail. lib. 2. obſ. 3. Mynſ. cent. 6. obſ. 71. Rauchbarus p. 1. qv. 30. Mod. Piſt. l. 1. conſ. 13. n. 6. Weſenb. conſ. 8. n. 44.* & poteſt in habitatione conſtitui, qvod licet jure Can. aliter ſe habeat, qvia tamen in imperio uſuræ moderatæ conceſſæ ſunt, etiam antichreſis conceſſa *Berlich.*
*p. 2. dec. 170.* Excepti agricolæ, qvorum prædia in 4
antichreſin dari non debent, niſi plura habeant
prædia, pecora, aut mancipia ruſtica. *Nov. 32.* Et
datur etiam antichreſis tacita, qvando res fructi- 5
fera pro mutuo pignori data & tradita eſt, *per l. 8.
in qvibus cauſ. pignus tac. contr. Bach. in Tr. vol. 2.
diſp. 1. th. 6. lit. B. Carpz. p. 2. Juriſpr. c. 30. def. 40.*
Reqviritur autem in antichreſi, ut fructus ad 6
qvantitatem permiſſarum uſurarum percipi poſ-
ſint, ultra autem percepti in ſortem imputentur.
*Kopp. dec. 22. num. 4. Carpz. d. def. & ſeq. Mynſ.
cent. 6. obſ. 7. Cothman. vol. 2. conſ. 57. n. 11. & ſeqq.
Rauchbar. p. 1. qv. 20.* Ideò non videtur hic læſio 7
ultra dimidiam reqviri, ut placet *Dn. Mevio p. 5.
dec. 318.* Nam in uſuraria pravitate non reqviri-
tur exceſſus ultra dimidiam, & ſi hic reqvireretur,
non opus eſſet arbitrio judicis, & non dicerent
Dd., ultra acceptos fructus in ſortem imputari,
ſed ultra dimidiam acceptos. Sicut etiam in *l. per
diverſas C. Mandati* læſio ultra dimidium planè
non reqviritur. *vid. tract. meus de ceſſione Act. c. 1.
n. 69.* Qvamvis ſi fructus ſint incerti, ab und 8
niederſteigende / modus uſurarum adeò accu-
ratè obſervari non poſſit. *Bachov. Rauchbar.
Carpz. d. 41. Richter dec. 74. n. 4. Struv. Exerc. 19. th.
pen. Franzk. h. t. n. 49. Wiſſenbach. th. 24. diſp. 39.* Sed 9
cur hic non datur actio hypothecaria, ſed in fa-
ctum? Reſp. illa omninò datur contra poſſeſſo-
rem, hæc verò actio in factum perſonalis eſt. *vid.
Bachov. l. 3. cap. 19. n. 2.* Idem in incertitudine tem-
poris, ſi qvid ad vitam conceſſum. *vid. not. ad l. 14.
C. de pign. & Berlich. dec. 170. in fine.* Exceſſus etiam 10
notabilis admittendus videtur, qvando qvis ſuo
labore ac ſumptu rem oppignoratam reſtituit, &
in eum ſtatum reducit, ut fructus exinde ferri poſ-
ſint; Nam tunc æqvum eſt, ut creditori, qvi rem
ſuo labore refecit, exceſſus uſurarum non invide-
atur. *arg. c. pen. X. de rebus Eccleſiæ non alienandis;*
qvia tempore contractus fructus non fuerunt in
rerum naturâ, idemq; debitor de damno qveri
non poteſt. Sic ergo qvando creditor operâ & in- 11
duſtriâ ſua fructus percipit ex re obligata, dum
illam melioravit, vel noviter fabricavit, adeò lu-
crifacit fructus, ut non teneatur eos reſtituere.
*Panorm. in d. c. pen. Dd. in c. conqveſtus de uſuris Franc.
de Clapperius p. 2. deciſ. c. 98. qv. 1. n. 4. & ſeqq.* licet
contractus ob læſionem diſſolvatur. Sed qvid ſi 12
fundum antichreticum pluris locaverit, qvam
eſt qvantitas uſurarum, an poteſt debitor petere,
ut exceſſus computetur in ſortem? qvod affirm.
qvia penſionis qvantitas non eſt incerta, &
aliud eſt pluris locatum eſſe, aliud pluris lo-
cari poſſe. *vid. not. l. 14. C. de Uſuris.* & ſic

pro-

pronunciatum refert *Sande l. 3. t. 12. deſin. 10. de*
*compuzat. uſurarum ad fructus. vid. Escobar de*
13 *Ratiocin. p. 2. c. 14.* Sed *Sande eodem tit. def. 11.*
tradit, ſi pactum, ut antichreſis intra certum tem-
pus non redimeretur, hoc eſſe illicitum. Sed ea
opinio ſuſpecta videtur; nam in antichreſi eſt
qvædam locatio, qvæ procul dubio ad certum
tempus fieri poteſt, & apud nos multi antichreti-
ci contractus ad certum tempus contrahuntur.
14 *Ad §. pen. & ult. & L. 12.* Uſusfructus etiam
oppignorari poteſt, de qvo *Neguz. membr 3. part.*
*2. n. 9. & ſeqq.* qvi tamen malè *n. 13* negat, uſum-
fructum à creditore alienatum reverti ad pro-
prietarium, qvem rectè reprehendit *Bach. de*
*pign. l. 2. c. 6. n. 5.* Sed circa ſervitutes Prædiorum
15 diſtingvitur inter ſervitutes Prædii U. & R. Illæ
oppignorari non poſſunt, *per d. L. 11. §. ult.* Nam ſer-
vitutes urbanæ, v. gr. tigni, ſtillicidii, &c. ſine
domo cedi non poſſunt, ut per ſe patet, & non hic
agitur de conſtituendâ interim ſervitute, ſed de
conſtituta, *Carolus Molin. de div. & indiv. p. 3. n.*
*330. &c.* ſed hæ poſſunt. Nam ſervitus itineris,
viæ, poteſt conſtitui ad modum pignoris, *per l. 12.*
qvod utilitatis cauſa receptum. *Car. Molin. d. tr.*
*n. 316. & ſeqq. vid. Neguz. d. membr. 3. n. 15. Moz.*
*de rebus qvæ oppignor. poſſunt. num. 21. Molin. de*
*J. & J. Tr. 2. diſp. 529. Schwarzenthal. in tr. de*
*pign. c. 14. n. 8. conſ. Dn. Struv. th. 18. Zaſ. h. t. n.*
16 *10. Bachov. de pign. l. 2. c. 7.* Sed qvod ſupra de
uſufructu dictum, id non de ipſis juribus, ſed
commoditatibus tantum intelligendum eſt. *Petr.*
*Barb. ad l. Uſusfructus. 58. ff. ſolut. matrim. n. 7.*
*Moz. d. l. n. 22. Carol. Molin. de div. & indiv. p. 3. n.*
*328.* ubi *n. ſeq.* infert, ut valeant verba contractus,
eſſe ea intelligenda non de jure ipſo, ſed de com-
moditate, ubi *Baldum, Salycetum, Franc. Curtium,*
*Cravettam citat.*

## ad L. Grege. 13. pr.

*SUMMARIUM.*

*UNiverſitas rerum pignoris juri ſubjacet. n. 1.*
*Pignus in infinitum pignori dari poteſt. 2.*

1 UNiverſitas rerum poteſt pignori obligari,
puta grex, & tunc etiam fœtus gregis obli-
gatus videtur, imo toto grege immutato, pigno-
ris tamen vinculum manet. *Moz. de reb. qvæ pign.*
*oblig. n. 39.*
2 *Ad §. 2.* Pignus ulterius pignori dari poteſt.
*& l. 1. & 2. C. ſi pignus pign datur* & qvidem in in-
finitum juxta receptam ſententiam, de qva *Moz.*
*d. tit. n. 35. Schrader ad §. ult. Inſt. qvibus mod. re*
*contrahitur. n. 17. Neguz. in membr. 3. p. 2. c. 19.*
*Bachov. de pign. l. .. cap. 9.* Colligitur etiam ex
*hoc §.* etiam nomen pignori dari poſſe, de qvo
pluribus *Bachov. de pign. l. 2. c. 8. n. 9.* ubi dupli-
cem ampliationem, qvam *Neguz. m. 3. part. 2. n.*
*22. & 29.* proponit, examinat.

## ad L. Qvæſitum. 14.

*SUMMARIUM.*

*CReditor quando ante diem agere poſſit contra*
*debitorem.*

LIcet qvis in diem debeat, vel ſub conditione,
poteſt creditor actione hypothecariâ agere,
& pignora perſeqvi, etiam ante diem, ſi debitor
de fuga eſt ſuſpectus. *Bartolus hic. Neguzant. de*
*pign. p. 4. n. 15. Menoch. remediis. adipiſc. poſſ. n. 74.*
*Moz. de Pignor. colum. ult. n. 10. Carpzov. p. 1. conſt.*
*19. def. 23.* Aliter *Bachov. l. 3. c. 13. in fin.*

## ad L. Et qvæ nondum ſunt. 15.

*SUMMARIA.*

*FUtura qvomodo oppignorari poſſint. n. 1.*
*Agens actione hypothecaria contra poſſeſſorem*
*pignoris, tenetur probare, rem tempore obli-*
*gationis in bonis debitoris fuiſſe. 2.*
*Trina limitatio. 3.*
*Probatio hic dominii præſumtivè eſt intelligenda. 4.*
*An & quando debitor rem multis obligando crimen*
*ſtellionatus committat. 5.*
*Pignus pro parte lui non poteſt. 6.*

FUtura etiam nondum exiſtentia obligari poſ- 1
ſunt, ut fructus, ſi modò res unde naſcitura
erant, tempore obligationis in dominio debitoris
fuit, *per l. potior. 11. §. 3. infr. qui potior in pign. Ne-*
*guz. d. membr. 3. n. 45. Molina diſp. 525. Moz. de*
*rebus qvæ pignor. n. 37.*
*Ad §. 1.* Actione hypothecariâ qvi vult expe- 2
riri, ſi agat contra poſſeſſorem pignoris, tenetur
probare, rem tempore obligationis fuiſſe in bo-
nis debitoris. *hic. & l. ante omnia 23. ff. de probat.*
*Neguz. membr. 3. part. 8. per totum.* Sed hoc per 3
h. §. limitatur, ut locum habeat in ſpeciali hypo-
thecâ, non verò in generali, qvia in hanc etiam
bona acqvirenda veniunt, ut ſupra dictum. *Ne-*
*guz. d. membr. 3. n. 22.* Deinde limitatur, niſi con-
tra ipſum debitorem agatur, cum hic non poſſit
excipere rem non fuiſſe in bonis ſuis, cum pro-
priam turpitudinem allegaret. *Neguz. d. l. n. 10.*
*Struv. th. 37.* Limitatur etiam in utili judicio. *Zaſ.*
*ad tit. pign. act. n. 13.* Notandum etiam, licet Dd. 4
reqvirant cum Gloſſa, ut fuerit Dominus, id ta-
men præſumptivè intelligendum eſt; Nam qvan-
do dominium incidenter probandum eſt, tunc
ſufficit, id ex poſſeſſione probare, ut hic, & in Le-
ge Aqviliâ & Condict. furtiva, per tradita *Innoc. de*
*Clapper. p. 2. dec. cauſa 74. qv. 3. n. 1.* Et idem vide-
tur in qvaſi poſſeſſione jurium, ſecundum *Bart.*
*quem refert Clapp. d. q. 3. n. 2.*
*Ad §. fin.* Non poteſt debitor rem alii obligatam, 5
mihi obligare, ſine crimine ſtellionatus, ſed ſine
crimine facit, ſi meminerit prioris hypothecæ, &
tunc videtur id, qvod reſiduum eſt, obligare. Sed
ſi res à debito priori liberata, tunc non tantum
reſiduum, ſed tota res obligata ſecundo creditori,
modo fuerit in bonis debitoris *l. 9. §. ult. ff. qui po-*
*tiores. Coll. Argent. tit. 3. th. 1. n. 9.* fortè hoc propter 6
individuam pignoris naturam ſicut etiam pro
parte lui pignus non poteſt, de qvo *Carol. Molinæus*
*de div. & indiv. p. 3. n. 25. & ſeq. vid. not. ad l. 1. h. t.*

## ad L. Si fundus, 16.

### *SUMMARIA.*

*ACceſſiones in obligationem pignoris veniunt. n. 1.*

*Acceſſiones ſortis cum ſorte eandem habent hypothecam. n. 2.*

*Oppignoratio rei alienæ convaleſcit, accedente ex poſt facto voluntate Domini. 3.*

*Actum nomine alterius poteſt in præjudicium domini à domino ratificari. 4.*

*Mutatio qvalitatis rei non tollit hypothecam. 5. 9.*

*Natura actionis hypothecariæ. 6.*

*Hypothecam alterius poſſidens, nec reſtituere volens, qvomodo condemnandus. 7.*

*An ſi unus hæredum poſſideat hypothecam alterius, is ſolus teneatur actione hypothecariâ. 8.*

*Qvæ hypotheca proſit tertio poſſeſſori, ut poſſit excuſſionem debitoris principalis opponere agenti contra ſe actione hypothec. 10.*

*An act. hypothec. experiens contra tertium poſſeſſorem, poſſit remitti ad concurſum Creditorum. 12.*

*An in concurſu nomen profeſſus mutatò conſilio poſſit cum tertio poſſeſſore hypotheca act. hypoth. experiri. 13.*

*Proteſtatio in concurſu de reſervandâ actione contra fidejuſſores vel poſſeſſores rerum obligatarum non eſt neceſſaria. 14.*

*Res aliena pignori dari neqvit. 15.*

*Exceptiones qvinqve. 16.*

*An ex §. 8. h. l. inferri poſſit, qvod prioritas horarum non attendatur. 17.*

*Tres caſus diſtinctim ex Franzkio adducuntur, in qvibus prioritas non attendi videtur. 18.*

*Valet pactum, ut ſi debito tempore debitum non ſolvatur, res pignorata ſit empta. 19.*

1 QVod v. gr. per alluvionem accedit fundo, eſt
qvidem debitoris. *l. 21. §. 2. h. t.* Sed venit
in obligationem pignoris. Idem in ædificio areæ
impoſito, vel reſtituto. *l. 21. pign. act. l. 29. §. 2. h. t.*
2 *Franzk. h. t. n. 18.* Ex hoc colligunt, qvod acceſſiones
ſortis ſeu uſuræ, eandem cum ſorte hypothecam
habeant. *Neguz. membr. 4. part. 2. num. 47.
Franzkius n. 19. conf. l. 18. §. 1. ſupra de pign. act. de
qvo Moz. rubr. de nat. pignor. n. 15.*
3 *Ad §. 1.* Voluntas domini illius, qvi potuit
pignori dare, ex poſt facto accedens, reconciliat,
i. e. convaleſcere facit oppignorationem
rei alienæ anteà factam. *Neguz. membr. 4. p. 2. n.
43. Moz. de rebus, qvæ pignori n. 8.* qvaſi tempore
obligationis valuiſſet, non tamen id cedit in
præjudicium tertii, cui interea pignori nexa res,
qvi præferendus eſt. *Neguz. membr. 1. p. 3. n. 16.
Lud. Molina tr. 2. de Juſt. & Jur. diſp. 529. num. 3.*
4 *arg. L. 11. §. 1. ff. qvi potiores.* Colligunt ex hoc
§. Dd. actum, meo nomine non geſtum, poſſe
tamen in meum præjudicium à me ratificari,
ſi ſcilicet re ipſa de re meâ ſit contractum, tunc
enim id ratum habere poſſum, licet meo nomine
id non ſit actum, *per l. 3. C. de Rei vind. & l. §.
Dd. ad cap. ratum 9. de Reg. juris lib. 6. conf. Tiraq.
de retr. conſangv. §. 1. gl. 9. n. 255. Aug. Barb.
locupl. lib. 16. c. 4. ax. ult. Card. Tuſchus concl. 10. n.
lit. R.*

*Ad §. 2.* Mutatio qvalitatis fundi, v. gr. ſi ex do- 5
mo fiat hortus, non tollit hypothecam.

*Ad §. 3.* In actione hypothecariâ petitur, ut 6
tradatur rei poſſeſſio titulo pignoris, donec ſolvatur
debitum, & ut tradatur pignus, aut ſolvatur
debitum. *vid. Gail. l. 1. obſ. 62. n. 8. Neguz. d.
memb. 3. part. 8. n. 24. Oldendorp. Gloſſ. 3. act. 10. n.
5.* Et ſic, ſi poſſeſſor rem detineat, ultra id non
tenetur. *Salgado in Labyr. p. 1. c. 26. §. un. n. 17.*
Sed id meritò mirandum, qvod in hoc §. dicitur, 7
eum, qvi habet hypothecam, non tamen vult
reſtituere, ſimpliciter condemnandum eſſe, ſed
ideò, qvia dolo fecit, qvo minus poſſideret, dicitur,
qvod tanti ſit condemnandus, qvanti creditor
in litem juraverit, & ita hic cum vellet, non
poſſet, melioris ſit conditionis, qvàm ille, qvi
cum poſſet, non velit. Sed reſp. *Bachov. de pign.
l. 3. c. 12. n. 5.* illud membrum de ablatione rei
per militarem manum intelligi poſſe. *arg. l. qvi
reſtituere 68. ff. de Rei vindic.* Ex hac lege poſſet 8
hoc dubium moveri, ſi unus hæredum poſſideret
meam hypothecam, an is ſolus hypothecariâ
actione teneatur? & affirm. Nam dividuntur
actiones perſonales contra hæredes, non verò
hypothecariæ. *l. 2. C. de hered. act. Mev. p. 5. dec.
68.* Idem eſt, ſi inventarium confecerit. Nam
inventarium prodeſt, ne qvis ultra vires hæreditatis
teneatur, non verò, ne in ſolidum actione
reali conveniri poſſit. *Mev. p. 4. dec. 190.* Collige, 9
in actione hypothecariâ agi debere de condemnando
ad ſolvendum, aut in hypothecam immittendo,
& hæc natura eſt actionis hypothecariæ,
& ex priori membro non colligitur, qvod
perſonalis actio ſit cumulata. *Mev. p. 5. dec. 161.*
Diſtingvi autem ſolet inter hypothecam genera- 10
lem & ſpecialem: ut in illâ neceſſaria ſit excuſſio
principalis debitoris, ſi contra tertium poſſeſſorem
agatur, ex *Nov. 4. c. 2* in hac verò non, *per
Nov. 112. c. 1.* Et ita in Facultate reſponſum Anno
1640. die 1. Julii & aliqvoties. *conf. Theſſaur. dec. 51.
Tuſchus tom. 3. concl. 403. n. 39. Berlich. p. 2. concl.
24. n. 72. Rol. à Valle vol. 3. conſ. 23.* & ſic intelligendus
*Gail. l. 2. obſ. 27. n. 7. conf. Neguz. p. 8.
membr. 1. de pign.* Et hinc probatur deciſio *Carpz.* 11
*258. p. 3.* ſi nomen ſpecialiter obligatum, ſine
ceſſione & excuſſione principalis, excuti poſſe
nomen debitoris, ubi pluribus id probat, ſed ſecus
in Arreſto eſſe, docet, qvod invito debitore
conſtituitur. Et qvid ergo judicandum, ſi qvis 12
hypothecaria actione experiatur contra tertium
poſſeſſorem, an hic remitti debeat ad concurſum?
Negat hoc *Dn. Mevius p. 5. dec. 198.* qvod intelligo
de hypothecâ ſpeciali, aut, ſi generalis ſit, certum

tum ſit, in concurſu ſuum non accepturum creditorem; Nam aliàs non videtur eſſe perpetua conſeqventia; ille patitur concurſum, ergò non eſt
ſolvendo, præſertim reſpectu hujus vel illius de-
13 biti. Si tamen in concurſu profeſſus fuerit nomen
ſuum ac creditum creditor, non prohibetur mu-
tatô conſiliô cum tertio poſſeſſore hypothecæ, a-
ctione hypothecariâ experiri, qvia iſta remedia
non contra eundem dantur, & electio unius reme-
dii rei perſecutorii, non præcludit viam in cæ-
teris, præſertim, qvando unum remedium videtur
14 difficilius eſſe: Ideoq; non eſt neceſſaria, licet u-
tilis proteſtatio, à creditoribus in concurſibus ad-
hiberi ſolita, de reſervandâ actione contra fidejuſ-
ſores aut poſſeſſores rerum obligatarum. *Dn. Mev. partes. dec. 199.*

15 *Ad §. 7.* Res aliena pignori dari neqvit. *d. 1.*
16 *Cod. ſi res aliena pign. data ſit.* Sed ſunt exceptio-
nes, qvarum prima eſt, qvod poſſit res aliena
obligari ſub conditione, ſi ſua facta fuerit, qvod
tamen limitatur per *l. fin. C. de pact. ibi, neq; hypothecas,* videlicet, qvod res illius, de cujus hæreditate ſperatur, non poſſit illo vivente obligari. *Neguz. memb. 3. p. 2. n. 59.* Secunda Exceptio eſt, niſi domino ſciente & in fraudem creditoris diſſimulante, ab alio oppignorata ſit. *l. 2. d. t. C. ſi res aliena.* Tertiò ſi res mihi obligata fiat tua. *l. 5. d. t. Bach. de pign. l. 2. c. 4. num 2.* Qvartò niſi dominus ex poſt facto ratam habeat oppignorationem. *l. 6. C. d. tit.* Qvintò ſi debitum, ob qvod res domini oppignorata, in rem domini verſum, *per l. 1. d. t.* videantur notata ad *l. ult. Cod. d. tit.*

17 *Ad §. 8.* Ex hoc §. nonnulli voluerunt inferre,
qvod prioritas horarum non attendatur, qvos
refutat *Wiſſenbach. d. 40. th. 4.* ubi hunc §. expli-
18 cat, *& Bach. de pign. l. 3. c. 2. num. 3.* Sed videntur ex *Franzk. ad tit. qvi pot. in pign. n. 13.* tres caſus diſtingvendi: Aut enim una res omnibus in ſolidum uno die obligata eſt, aut in partes æqvales, aut ſimpliciter. Primo caſu ſinguli adverſus extraneos agunt in ſolidum, concurſu partes faciunt, inter ipſos verò is potior, qvi poſſidet. *l. 10. h. t.* Secundo caſu ſinguli pro dimidiâ parte agunt. Tertio caſu pro qvantitate debiti. *vid. Franzk. d. t. num. 15. & ſeq. conf. Wiſſenbach. diſp. 40. th. 10. & Bachov. de pign. l. 3. c. 2. num. 2.* Collige, qvod ubi non apparet prioritas, plures actus ſimul videri geſtos. *Matthæſil ſing. 71. n. 18.*

19 *Ad §. fin.* Valet pactum, ut ſi debito tempore debitum non ſolvatur, res pignorata ſit empta, & tunc juſto pretio æſtimanda, ex conſvetudine fori vel judicio boni viri. *Neguz. p. 4. num. 11. verſic. Secunda concl. Menoch. rem. 5. adipiſc. poſſ. numer. 44. Colerus de Proceſſ. executiv. part. 1. c. 10. num. 180. Afflict. deciſ. 368. num. 1. in fin. Covarr. l. 3. reſol. c. 2. Molina diſp. 324. num. 3. Trentacinq. tit. de pig. reſ. 11. Dn. Gothofredo de Jena Cancell. Mindenſis & Conſil. Elect. in diſſertatione de Lege commiſſ. aph. 16. Dn. Struv. Ex. 19. theſ. ult. Franzk. ad h. t. num. 54.* nam conditionalis hæc venditio eſt. *conf. Bachov. de pign. l. 1. c. 6. num. fin.*

## ad L. Pignori. 17.

*SUMMARIUM.*

*Conſtitutio pignoris parit creditori actionem in rem.*

Pignoris conſtitutio in rem parit actionem creditori, ut creditor hypothecam à tertio poſſeſſore poſſit perſeqvi, etiam ſine excuſſione principalis, ſi modo pignus ſpeciale. *Nov. 112.* Sic qvando villa oppignorata, proprius homo alienari non poteſt; ſed ſi dominus illum villæ colonum alienaverit, eum perſeqvi poteſt creditor. *Dn. Mev. p. 4. dec. 24.*

## ad L. Si ab eo. 18.

*SUMMARIUM.*

*B. F. poſſeſſor hypothecam conſtituere poteſt.*

Bonæ fidei poſſeſſor, ut habet qvaſi dominium, & ſic Publicianam, ita etiam hypothecam mihi in re illâ conſtituere poteſt. Ergò non teneor probare præcisè dominium, & ita declaranda *l. 15. §. 1.* ſed qvod debitor bona fide & juſto titulo poſſederit, & ſic ſufficit qvaſi dominium probare. *Dn. Struv. Ex. 26 th. 37.* Colligunt etiam, paritatem inter Publicianam & Servianam. *Bach. de pign. l. 4. c. 4. num. 4.*

## ad L. Qvi pignori. 19.

*SUMMARIUM.*

*Pignus pro parte lui non poteſt.*

Pignoris cauſa eſt individua. *Carpz. part. 2. conſt. 25. def. 31.* & ideò, ſi plura pignora data, & pars debiti etiam maxima ſit ſoluta, non tamen qvædam res poſſunt repeti.

## ad L. Si Titio. 22.

*SUMMARIA.*

*Succedens obliganti rem ſuam ſe inſcio; an teneatur hypothecariâ actione. n. 1.*

*Conciliatio l. h. cum l. 41. de pign. act. 2.*

Si fundi dominus ſuccedit debitori oppigno- 1
ranti, non qvidem confirmatur pignus, ſed
tenetur pignoratitia actione contrariâ, ex perſo-
nâ defuncti. Sed videtur repugnare. *l. 41. de pign.* 2
*act.* qvas leges nonnulli conciliant per diſtin-
ctionem, inter dominum ignorantem & invitum.
Alii melius inter jus ſtrictum & æqvum. *vid. Ant. Faber l. 20. conject. c. 17. Cujac. lib. 19. obſ. 26. Schvvarzenthaler de pign. c. 12. Alciatus l. 7. parerg. cap. 14. Duarenus l. 2. diſp. cap. 4.*

## ad L. In qvorum finibus. 24.

*SUMMARIUM.*

*Magiſtratus temporalis pignus accipere non prohibetur.*

LIcet Magiſtratus temporalis emere non poſſit bona immobilia, *per l. 46. ſupr. de contrah. empt.* pignus tamen pro mutuô rectè initô accipere non prohibetur, qvia eam alii capaci diſtrahere, & debitum ſuum conſeqvi poteſt. *Bachov. de pign. l. 2. c. 2. num. 1. Struv. de Ex. 26. th. 5. Zaſ. h. t. num. 5.*

## ad L. Cum vitiosè. 25.

### SUMMARIUM.

*AN pignore vitiosè dato actio aut retentio detur.*

CUm vitiosè pignus datur, ne qvidem retentio datur, niſi ſcilicet vitium ſit purgatum, ut ſi debitor rei alienæ à ſe obligatæ dominus fiat. *Neguz. de pign. membr. 1. p. 3. num. 17. Bachov. de pign. l. 2. c. 4. n. 5.*

## ad L. Fidejuſſor. 26.

### SUMMARIA.

*COnſenſus domini in hypothecam non ex ſolâ ſcientiâ, ſed accedente actu aliqvo præſumitur, qvod declaratur exemplo. n. 1. 2.*

*An & in qvibus rebus res alia rei oppignoratæ ſurrogata cadat in obligationem pignoris. 3.*

*Limitatur tribus modis. 4.*

1 EX ſolâ ſcientiâ domini conſenſus ejus in hy-
pothecam non præſumitur, ſed actu aliqvo
opus eſt, niſi dolosè tacuit. *Zaſ. ad tit. 3. num. 3.*
qvando igitur v. gr. filius emancipatus juſſu pa-
tris ſcribit ejus nomine inſtrumentum debiti, &
obligat nomine patris ſuum ſc. filii prædium, an
2 ſibi præjudicat filius ſcriptor? Videtur qvod non,
qvia alieno nomine ſcripſit, ſuam fidem non in-
terpoſuit. Sed aff. qvia interceſſit actus volun-
tarius, & ſic eſt ampliatio regulæ, qvæ habetur in
*l. ſicut. 8. §. non videtur. 15. qvibus modis pign. ſolv.*
ubi dicitur, ſubſcribentem ſe obligare, hic etiam
ſcribens aliqvid alieno nomine ſibi præjudicat.
*Menoch. conſ. 58. n. 32.* ubi hunc textum notabi-
lem vocat. *conf. Joh. Crotus in repet. L. 2. §. vo-
luntatem. num. 15. ff. ſoluto matrim.* ubi rationem
aſſignat in commemoratione rei ſuæ. *Tiraqvell. de
Retr. conſangv. §. 1. num. 158. Petr. Barb. in l. qvæ
dotis n. 171. ff. ſolut. matr. Socinus jun. conſ. 7. numer.
10. lib. 4.*
3 *Ad §. fin.* Res alia rei oppignoratæ ſurrogata
non cadit in obligationem pignoris, niſi ex re il-
lâ ortum habeat, & hoc in rebus particularibus
locum habet, non in univerſitate; Nam res par-
ticulares ſunt mancipia in fundo. *Neguzant. d. tr.
membr. 2. p. 2. num. 25.* ubi *in ſeqq.* id tribus modis
4 limitat, licet ad duas redigi poſſit, 1. ſi res ſurro-
gata, v. gr. fœtus non apud debitorem, vel ejus
hæredem, ſed apud alium. *l. Paulus 29. §. 1. h. t.*
2. ſi materia tranſeat in materiam facto hominis,
ut ſi ſylva obligata, & ex ſylva fiat navis, & ma-
teriatum ad materiam reduci neqvit. *l. ſi conve-
nerit. 18. §. 3. ff. de pign. act.* Sic fructus induſtria-
les ab alio, qvam debitore percepti, non ſunt pi-
gnori. *conf. etiam Moz. de contract. Rubr. ult. de
pign. n. fin.*

## ad L. Paulus. 29.

### SUMMARIA.

*GEneralis obligatio bonorum defuncti, non porrigitur ad heredis bona. num. 1.*

*An & qvomodo reconvaleſcat pignus domus exuſtæ reædificatæ ab emtore areæ. 2.*

*Qvid ſi hoc caſu creditori conceſſum jus vendendi. 3.*

*An cæmenta aliò translata obligata maneant. 4.*

*Areæ exuſtæ dominus poteſt renunciare juri, ut non amplius teneatur ad cenſus. 5.*

*Qvid ex h. §. 2 colligat Hippol. Riminaldus. 6.*

GEneralis obligatio bonorum defuncti, non 1
porrigitur ad bona heredis. *Neguz. membr. 2.
p. 2. num. 55. Franzk. h. t. numer. 16. Bach. de pign.
L. 1. c. 7.*
*Ad §. 2.* Domus mihi oppignorata, qvâ exu- 2
ſtâ, area venditur, emptor extruxit, ego perſe-
qvor pignus, qværitur, an rectè? qvod aff. ſed ex-
ſtructionis expenſæ bonæ fidei poſſeſſori reſtitu-
endæ & ſic ſtructura ſeqvitur ſolum, & meliora-
tiones fundum, ut ſi ſolum ſit obligatum, etiam
ſuperficies & melioramenta cenſeantur obligata.
*Covarr. L. 1. reſol. c. 8. num. 3. verſ. tertio ad idem fa-
cit. Garcias de expenſ. c. 18. num. 56. Salgado in Labyr.
p. 1. c. 11. num. 48. conf. Bach. de pign. L. 3. c. 18. num. 4.*
Sed qvid ſi Creditori conceſſum jus vendendi? 3
Idem jus erit creditori in domo ſibi obligatâ &
reædificatâ. *Sande l. 3. t. 12. def. 12.* Sed de cæmen- 4
tis qværitur, & tegulis præſertim aliò translatis?
Reſp. *Carpzov. deciſ. 12.* & illa manere obligata,
& ædificantem alibi teneri ad pretium. Ex eo 5
etiam probari poteſt, areæ exuſtæ dominum poſ-
ſe renunciare juri, ut non amplius teneatur ad
cenſus. Ex hoc §. qvia dicitur eatenus, qvatenus 6
pretioſior res facta, ſatisfaciendum eſſe bonæ fi-
dei poſſeſſori, colligit *Hippol. Riminaldus vol. 4.
conſ. 411. num. 63. & ſeq.* qvando b. f. poſſeſſor te-
netur reſtituere rem, & prætendit meliorationes,
qvod tunc non attendendum ſit, qvantum va-
luerit melioratio tempore refectionis, ſed qvan-
tum in præſenti valeat tempore reſtitutionis.
*conf. not. ad l. 55. ff. Locati. Mantica L. 22. t. 24.
numer. 10.*

## ad L. Periculum. 30.

### SUMMARIUM.

*AN hypotheca evincatur periculo emtoris nominis.*

TItius habebat obligatum Cajum, & habebat hypothecam in ejus fundo. Hoc nomen vendit Sempronio, poſtea fundus obligatus evincitur

citur à Sempronio, an contra Titium ex empto habet actionem? Qvod negatur, qvia tenetur probare creditor, rem obligatam eſſe, non verò, qvod venditor ejus rei ſit dominus. *arg. L. ſi nomen ff. de Hered. vend.* unde colligitur, hypothecam evinci periculo emptoris nominis, licet periculum ſit etiam debitoris *L. 21. §. 2. de pign.* Nam debitoris eſt periculum ratione dominii, emptoris ratione hypothecæ vinculi. *Bach. de pign. L. 3. c. 25. n. 2.*

## ad L. Lex Vectigalia. 31.

### *SUMMARIA.*

*AN pignus tollatur, ſi annihiletur jus dantis. n. 1.*

*Ampliationes Regulæ: Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis. 2. 3.*

*Cautela pro Creditore, cui fundus emphyteuticus obligatus eſt. 4.*

*An Dominus emphyteuſeos teneatur Canonem accipere a tertio. 5.*

*An jus immiſſionis Creditoris in feudum immiſſi ob debitum Vaſalli vel onus feudi, morte Vaſalli debitoris exſpiret. 6.*

1 FUndus vectigalis mihi datus eâ conditione, ut ſi canonem non ſolverim, fundus ſit iterum concedentis, cum fundum pignori do, ſed poſtea ob ceſſationem & moram meam, fundus ex L. pronunciatur eſſe domini, qværitur, an pignus tollatur? Affirm. qvia hypotheca durat, qvamdiu durat jus Emphyteutæ. *Finellus de Bo-*
2 *nis mat. ad l. 1. p. 3. num. 70.* ob regulam: Reſoluto jure dantis, reſolvitur jus accipientis. *Decius conſ. 319. num. 3. Gail. lib. 1. obſ. 117. n. 3. Ric. collect. deciſ. 490. Cephal. vol. 3. conſ. 369. num. 37. Aug. Barb. locupl. l. 9. c. 95. ax. 21.* Et regulam hanc variis exemplis exornat *Cagnolus ad l. 2. C. de Reſcind. vend. n. 120.* Debitor enim non potuit aliâ conditione fundum pignori dare, qvam qva accepit. *L. 67. de contrah. empt.* Sic ſi creditor pignus acceptum pignori ulterius det, debito creditori primo ſoluto, extin-
3 gvitur jus pignoris, qvod ſecundus habuit. Ea regula in Vaſallo, emphyteuta, marito, hærede fiduciario, cui fideicommiſſi onus impoſitum, & eo emptori, cum pacto retrovendi res vendita & ſimilibus, locum habet. Idem ſi cum lege com-
4 miſſoria res vendita. *Franzk. d. t. num. 152.* Et ideò cautela eſt pro creditore, cui emphyteuticus fundus obligatus, ut pro emphyteuta ſolvat canonem, ne emphyteuſis caduca fiat. *Lubor. de pi-*
5 *gnor. l. 5. c. 13. num. 3.* Nam licet ſecundum aliqvos dominus non teneatur accipere canonem a tertio qvopiam, ſine dubio tamen tenetur accipere ab eo, cujus intereſt rem non committi, ſcilicet à creditore. *Surdus dec. 286. n. 2.* Imo, ſi nulla culpa creditori imputari poſſet, ei dari reſtitutionem ex clauſula generali, tradit *d. l. Surdus poſt Al-*
6 *ciatum, quem refert, conſ. 285. n. 10.* Sic etiam, ſi creditor in feudum immiſſus, ſi ob debitum Vaſalli defuncti, ejus morte expirat jus immiſſionis, ſi verò miſſio facta ob onus feudi, diſtingvendum ulterius: Utrum ſit onus feudi directò, an verò in ſubſidium tantum. Illud ſi ſit, non reſolvitur jus pignoris judicialis; ſi verò ſit onus in ſubſidium ſolvendum ex feudo, tunc aut allodium ſatis locuples, & tunc creditor jubendus excedere; aut vero id dubium, tunc ex poſſeſſione non eſt dejiciendus, ſed excutere tamen tenetur allodium. *Mev. p. 5. dec. 235.*

## ad L. Debitor. 32.

### *SUMMARIA.*

*AN & quæ invecta in prædium urbanum ſint loco pignoris. n. 1. 2. 4.*

*Hypotheca generalis non continet merces venales, ſi obligatio fiat de rebus in loco tertio exiſtentibus. 3.*

INvecta in prædium urbanum ſunt loco pignoris, ſi invecta ſint, ut ibi perpetuo eſſent, qvæ 1
limitatio eſt *l. in prædiis 7. §. 1. tit. ſeq.* Sed perpetuitas non eſt valdè extendenda: Nam qvæ in utilitatem prædii & ſuſtentationem familiæ inducta, ſunt pignori, modo non ideò inducta, ut venderentur. Nam ſi paterfamilias vinum, fru- 2
mentum invehat, partim, ut ſe cum familia alat, partim, ut, qvod ſupereſt, vendat, hoc caſu hypothecatæ ſunt hæ res, licet ex parte venales. *Connanus l. 4. comm. jur. civ. cap. 16. n. 8. qvem refert Menoch. remed 3. adip. poſſ. num. 131. & ſeq.* Ex 3
hac lege etiam probant, licet in generali obligatione veniant etiam merces venales, ſecus tamen eſſe, ſi obligatio fiat de rebus exiſtentibus in certo loco, ut hic de invectis in ædes. *per l. cum tabernam. 34. h. t. Neguz. de pign. memb. 2. part. 2. n. 14. Stracha de mercat. tit. mandat. §. ult. numer. 3. Menoch. d. rem. 3. n. 127.* Sic pecunia numerata in 4
prædium urbanum eo fine invecta, ut ſemper ibi maneat in cuſtodia, qvamdiu durat conductio, eſt obligata, ſecus ſi invecta ad qvotidianos uſus. *Menoch. d. l. n. 1. 3. 4. & ſeqq.*

## ad L. Cum tabernam. 34.

### *SUMMARIA.*

*TAbernâ obligatâ, merces emptæ erogatis primis ſub hypothecâ hac continentur. n. 1.*

*An hypothecaria actio hoc caſu contra emptores ſingularum mercium detur. 2.*

*In quibus caſibus in ſpeciali hypothecâ ſurrogatum induat vinculum pignoris. 3.*

*Ex epiſtolâ ſine die & conſule ſcriptâ probari poteſt conſtitutio pignoris. 4.*

*An pecunia undecunq; quæſita & mutuo accepta comprehendatur ſub hypothecâ generali. 5. 6.*

TAbernâ obligatâ, qværitur an merces em- 1
ptæ erogatis primis ſub hypothecâ hac contineantur? Reſp. qvod ſic, qvia taberna, ùt & horreum,

reum, qvoddam corpus univerſale eſt, qvod
nunqvam interit, nam novæ merces in locum
venditarum ſuffectæ obligatæ videntur, & ideò
2 res venales hic in obligationem veniunt. Nec
tamen hypothecaria actio contra emptores ſin-
gularum mercium datur. Nam ſic injuria infer-
retur, ſi merces liberè & ſine onere non poſſet
alienare, & qvaſi mercatura ipſi interdiceretur.
*Bach. de pign. l. 2. c. 5. in fin. Menoch. rem. 3. adipiſc.
poſſ. num. 130. Neguz. membr. 2. p. 2. n. 18. & ſeq. Pinell.
ad rubr. C. de bonis matern. part. 1. n. 46.* ubi plu-
res reprehendit. *Herg. p. 2. qvæſt. 15. num. 19. & ſeq.*
3 *Coler. l. 2. de proc. exec. c. 3. n. 6.* Qvamvis autem
de mortuo debitore loqvatur, non tamen eſt du-
bium, qvin etiam vivi debitoris moroſi merces
præcludi poſſint. *Bachov. d. l.* qvi etiam ibidem
notat, licet alias in ſpecialibus hypothecis, ſur-
rogatum non induat vinculum pignoris, in op-
pignoratâ tamen tabernâ & obligato grege ſecus
eſſe, & ſurrogata ſuccedere in pignore.

*Ad §. 1.* In h. §. 1. dicitur, qvod ex epiſtola ſine 4
die & Conſule ſcriptâ, probari tamen poſſit conſti-
tutio pignoris; & in §. 2. dicitur, etiam pecuniam 5
undecunqꝫ qvæſitam, etiam mutuo acceptam, ve-
nire in obligationem generalem, qvando ab alio
creditore mutuam accepit; Nam qvando ab ipſo
creditore, cui antea omnia præſentia & futura
obligaverat, accepit, ea pecunia obligata non e-
rit, à contrario ſenſu; nam eam ad liberum uſum
mutuo accepit. Ergo hæc pecunia ſub hypothe- 6
câ non continetur. *Romanus ſing. 611. Stracha d. t.
mandati §. ult. num. 5. Negu z. d. tr. m. 2. part. 2.
num. 12. Pariſius vol. 1. conſ. 510. num. 25. Covarr. l. 3.
reſol. c. 12. num. 2.*

# Titulus II.

# In qvibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur.

## Ad Rubricam.

*SUMMARIUM.*

IN *qvibus caſibus tacita hypotheca locum habeat.*

*An mutuo dans in navem reficiendam, hoc privilegio gaudeat. 2. 3.*

*An etiam competat danti ad novas ædes exſtruendas. 4.*

TAcita hypotheca conſtituitur à lege, & ſunt hæ: Tributa in prædiis habent hypoth. ac fiſcus; uxor in bonis mariti, ratione dotis & paraphernalium & donationis propter nuptias; immiſſi ex ſententia; areſtum in foro Saxon. Liberi ratione bonorum adventitiorum in bonis patris, & pro donis baptismalibus, & in bonis vitrici, ſi mater geſſit tutelam, & ratione non reddita alii nupſit; Pupilli in bonis tutorum à tempore conſtitutionis & protutoris à tempore adminiſtrationis; Minor vel prodigus in bonis curatorum; Pupillus & miles in bonis eorum pecuniâ emtis; Eccleſia & civitas in bonis adminiſtratorum; Locator in bonis illatis in domum, aut ſe ſciente in ruſticis, & indiſtinctè in fructibus ruſticorum prædiorum, ſi perpetuò ibi ſunt manſura; Legatarii in aliis rebus Teſtatoris, qvæ hypotheca diviſibilis; filiæ pro elocatione, in feudis (qvod tamen dubium, ſed in effectu Dd. conveniunt) Clericus habet hypothecam pro decimis & cenſibus; Is, cui ex certo fundo alimenta debentur: Is, ex cujus pecunia ædes refectæ & aliæ res; Maritus in bonis ſoceri ratione promiſſæ dotis; Liberi ratione legitimæ paternæ &c. de qvibus videatur *Neguz. de pign. membr. 4. part. 2. per totam. Carpzov. p. 1. Juriſpr. Forenſ. conſtit. 28. paſſim.*

## ad L. SenatusConſulto. 1.

*SUMMARIA.*

TRia reqviruntur, *ut qvi pecuniâ mutuo dat à ad refectionem domus tacitam habeat hypothecam. n. 1.*

QVi ad refectionem domus mutuò dant, ha- 1
bent tacitam hypothecam privilegiatam,
ſive ipſi domino, ſive operis redemtori dederit,
de qvo *Neguz. membr. 4. part. 2. num. 16. Carpz.
p. 1. conſt. 28. defin. 105. Berlich. part. 1. concluſ. 65.
num. 132. Donell. de pig. 1. c. 4.* Ad id autem reqviri-
tur (1.) ut nominatim data ſit ad refectionem *l. 5.
§. 17. de Tribut. act.* (2.) ut exinde domus refecta
& non amplius, & ut (3.) res refecta extet. *l. 5. ff.
qvi potiores. Dn. Richter de privil. credit. diſſ. 7.
ſect. 3.* Sed qvid ſi in navem inſtruendam vel re- 2
ficiendam qvid det? Aff. id communiter Dd. te-
ſte *Neguz. m. 4. p. 2. num. 162. Covarr. l. 1. reſol. c. 7.
n. 3. Molina diſp. 536. num. 3.* Sed jure cum deſtitua-
mur, id negant *Bachov. de pign. l. 1. c. 12. numer. 2.
Struv. h. t. th. 14. Brunzl. ad tit. d. pign. num. 58.
Zoeſ. h. t. n. 8. & ſeq.* & hi Dd. *l. 26. & 34. ff. de re-
bus authorit. Judic. poſſid.* de privilegio perſonali
intelligunt. Qvid in Hollandiâ, videatur ad hunc
titulum *Wiſſenbach. th. 17.* Sanè communis opi- 3
nio nihil habet iniqvitatis, & eadem pene ratio
navium & ædium. Et accedit publicus favor
mercaturæ maritimæ, ideoqve in judicando puto
communem ſententiam amplectendam. Sed 4
qvid in creditore, qvi ad novas ædes qvid mutuo
dedit? Reſp. non videri hypothecam competere,
qvia ratio *in l. 6. ff. qvi potiores* hic militat, nec
ita publicè intereſt, eriги ædes, qvàm refici. *Carpzov.
p. 1. conſt. 28. def. 107. Anton. Faber l. 8. Cod. t. 8. def. 10.
Harem. Piſt. p. 3. qvæſt. 3. n. 7.* ita & judicatum refert
*Sande l. 3. tit. 12. def. 5.*

ad

## ad L. Pomponius. 2. & duas ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*ILlata in prædium urbanum indiſtinctè ſunt tacitè locatori obligata. n. 1.*

*An reqviratur ſcientia locatoris ad conſtituendam hypothecam in illatis in prædium ruſticum. 2. 3.*

*Qvid in praxi obtineat. 4.*

1 HArum legum hæc eſt ſententia. Ea, qvæ in
prædium urbanum (ad qvod in cauſa hac
pignoris refertur ſtabulum *per l. 4. §. 1. h. t. vid.
Donell. lib. 11. c. 4. lit. D. Harp. §. 1. Inſt. de ſervit.
n. 5.*) illata ſunt, ſive ſciente ſive ignorante loca-
2 tore, ſunt ei tacitè obligata. *d. l. 4. h. t.* ſed qvæ in
ruſticum prædium illata, non ita generaliter ſunt
pignori obligata, ſed ſi ſciente locatore illata,
*per l. 5. C. locati.* ubi idem notavi, qvia fructus
ibi loco pignoris. *l. 7. h. t. Neguz. membr. 4. p. 2.
num. 145. Caroc. de locat. part. 3. tit. de Invectis. n.
13. Trentac. tit. de locat. reſol. 5. num 2. Sichardus
ad Rubr. Cod. de pign. n. 19. Menoch. rem. 3. adipiſc.
poſſ. n. 33. & ſeqq. Molina. d. 497. num. 3.* Et hæc et-
iam pro deterioratione fundi obligata, *per l. 2.
3 h. t.* Sed hodiè pleriqꝫ Dd. negant, qvicqvam
ſcientiam domini in prædiis ruſticis facere ad
conſtituendam hypothecam. *Bachov. de pign. l.
4 1. c. 11. num. 4. Franzk. h. t. n. 5. Zaſ. h. t. n. 2.* Sed in
praxi putarim ſententiam Doctorum commu-
nem amplectendam. Et *Dn. Mevius p. 4. dec. 127.*
ait, practicos ſeqvi opinionem affirmativam, reli-
cta opinione Theoreticorum, & uſu qvotidiano
obſervari teſtatur, ut invecta in prædium ruſticum
ſint etiam pignori, & præjudicium refert, qvod in-
telligo, ſi ſciente locatore invecta, qvod ex alle-
gatis ab ipſo Doctoribus colligo, ſcil. *Neguzantio
& Sichardo.* Nam Doctoris mens ex allegatis tex-
tibus & Autoribus colligenda.

## ad L. Res hypothecæ 5. §. ult.

### *SUMMARIUM.*

*QVando fidejuſſoris bona cenſeantur obliga- t. n. 1.*

FIdejubendo videtur qvis probare obligatio-nem bonorum ſuorum antea à debitore fa-ctam per ratihabitionem, ſi fidejuſſor id ſcivit, & ſic hæc hypotheca potius conventionalis eſt, qvàm tacita *Bachov. de pign. l. 1. c. 13. num. 4.* Si autem poſt fidejuſſionem debitor fidejuſſoris bona obligare, vel conſenſum impetrare vellet, nihil agitur.

## ad L. In prædiis. 7.

### *SUMMARIA.*

*COnſtituta eſt hypotheca tacita in fructibus & naturalibus & induſtrialibus prædiorum ruſticorum, pro penſione ac deterioratione, n. 1.*

*An iſta extendenda ad fructuum venditorum pretium. 2.*

*Extenditur ad cenſus & laudemia. 3.*

*Illata ad breve tempus non obligata cenſentur. 4. 5.*

*Exempla. 6.*

*An in illatis minoris conducentis hypotheca legalis locum habeat. 7.*

FRuctus prædiorum ruſticorum tacitè ſunt 1
obligati pro mercede ac penſione, ac deterio-
ratione, licet nihil conventum fuerit. Et hinc de-
ducunt inter prædia ruſtica & urbana diſcrimen.
Hinc locator prohibere poteſt conductorem, ne
fructus exportet aut vendat, niſi prius penſio-
nem ſolvat. *Menoch. rem. 3. adip. poſſ. n. 116.* Et hoc
locum habet in fructibus naturalibus & indu-
ſtrialibus. *Menoch. d. l. num. 117.* Sed fructuum 2
venditorum pretium pignori non eſt, qvia in
ſingularibus non ſuccedit pretium in locum rei.
*Romanus ſing. 615. Menoch. in d. l. n. 120. & ſeqq.*
ubi refutat *Lud. Gomezium in §. item Serviana n.
14. Inſt. de Act.* Et hoc jus ad cenſus & laudemia 3
extendit *Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſa 58. n.
4. & ſeqq.*

*Ad §. 1.* Illata tunc tantum obligata, ſi ideo il- 4
lata, ut ibi ſint, qvamdiu conductio durat. *Druid.
de Act. Lib. 2. c. 24.* non, ſi ex accidenti convivii
celebrandi cauſa, vel alia, rem intulerit, vel belli
cauſa &c. *Franzk. h. t. num. 6. conf. Afflict. dec. 184.
num. 2. Trent. de Locat. reſol. 5. n. 2. Mantica Lib. tit.
15. num. 2. Dn. Richter de privil. credit. d. 8. th. 5.* Et 5
hæc hypotheca in illatis locum habet, licet de
ſpeciali hypotheca ſibi proſpexerit. *Neguz. p. 2.
num. 128. Berlich. p. 1. concl. 67. n. 63. Dn. Richter.
d. th. 5. Mantica d. t. 15. n. 19.* Exemplum in inſtru- 6
mento obligationis, qvod ſcilicet id non videatur
à lege obligatum, qvia non videtur illatum, ut
perpetuo ibi ſit, habet *Neguz. membr. 4. p. 2. num.
153.* & in mercibus venalibus. *Pinell. d. part. 1. rubr.
num. 46. Mantica tit. 15. num. 34.* ſcilicet extra ca-
ſum *legis cum tabernas. tit. praeced.* *confer notata
d. l. debitor. 32. tit. prac.* Sed qvid ſi minor con- 7.
ducat & reculas ſuas inferat, an & in his hypothe-
ca tacita conſtituta? Reſp. Si utiliter rem condu-
xit, utiqꝫ *Dn. Struv. th. 16.* Penè dixerim, & inutili-
ter conduxerit, ob autoritatem legis datur hypo-
theca, ſed datur reſtitutio, ut contra contractum
principalem ita etiam acceſſorium. *conf. Wiſſen-
bach. Ex. 39. th. 19.* ubi ſimul refutat *Bachovium,*
dicentem, hanc potius conventionalem eſſe hy-
pothecam.

## ad L. Cum debitor. 8.

### *SUMMARIA.*

*AN tacita antichreſis, ſi mutuo gratis dato, pro debito autem pignori datus ſit fundus fructum ferens. n. 1.*

*In antichreſi tacitâ præcisè legitimus uſurarum modus attenditur. 2.*

*An & in expreſsâ. 3.*
*Contractus juri antichretico affinis ex l. 39. ff. de pign. act. 4.*

1 QVando mutuo datum gratis, id eſt, nihil a-
ctum de uſuris ſolvendis, & pro debito da-
tus eſt pignori fundus fructum ferens, tacitè hoc
videtur actum, ut jure antichretico creditor fundo
uteretur. *Carpz. p. 2. conſt. 30. def. 40. Bach. in Tr. vol.
2. diſp. 1. th. 6. L. B. Scheffer p. 2. qv. 22.* licet *Bach. in
tr. de pign. L. 1. c. 14. n. 4.* hanc legem de uſuris
2 pactô promiſſis intelligat. Et in hâc antichreſi
tacitâ præcisè creditor ad qvantitatem uſurarum
conceſſarum fructus percipiet. *Franzk. ad tit. de
pign. num. 49. in fin. conf. Cujac. L. 8. obſ. 17. Ant.
Faber de Error. pragm. decad. 9. errore. 5. Ritterſh.
de diff. jur. civ. & can. L. 3. c. 7 Hartm. Lib. 1. obſ. c. 4.
P. Buſius ad l. 11. §. 1. n. 5.* ubi dicit: in tacitâ præci-
sè qvantitatem legitimarum uſurarum reqviri.
3 Sed in expreſſo antichretico pacto, ſi fructus ſint
incerti, qvi ſcilicet incertum proventum, & pre-
tium habent, legitimus uſurarum modus exactè
non obſervatur, nec ob modicum ejus exceſſum
hoc pactum vitiatur. *l. 17. C. de uſur. Carpz. d. d.
40. & ſeq. Rauchbar. l. 1. qv. 20. Berlich. p. 2. dec.
170. num. 25. Dn. Lauterbach. ad tit. de pign. act §.
4 1. th. 6.* ubi poſt dd. Dd. aliud eſſe dicit, ſi fructus
ſint certi. Sanè affine juri antichretico eſt, qvando
fundus datur creditori, ut creditor pro ſorte &
uſuris prædium poſſideat, donec ſors cum uſuris
ſoluta, ſed multum differt ab antichreſi. *l. 39. de
pign. act. Bach. d. l. n. fin. conf. Borchold. de uſuris c. 6.
& Hagen. de uſur. c. 11. n. 5.*

## ad L. Penult.

*SUMMARIA.*

M*Ancipia illata & tacitè obligata manumitti poſſunt ante arreſtationem, non vero expreſsè oppignorata. n. 1. 4.*
*An omnes res tacitè oppignoratæ poſſint ſine vinculo pignoris alienari. 2. 3.*
*Qvid ex h. l. colligatur. 5.*

1 MAncipia illata ſunt etiam pro pignore obli-
gata, manumitti tamen poſſunt ante præ-
cluſionem i. e. arreſtationem. Unde *Jaſon. in l.
Item quia ff. de pactis* & in *§. Item Serviana Inſt.
de act. num. 77.* probare vult, ea qvæ tacitè ſunt 2
obligata, poſſe ſine vinculo pignoris diſtrahi;
ſed ſpecialitatis rationem hic in favore liberta-
tis conſiſtere, tradit *Neguz. membr. 4. p. 2. num. 134.
Zaſ. h. t. n. fin. Bach. de pignor. l. 1. c. 5. n. 3.* Sed 3
ipſe contextus, ni fallor, docet diſcrimen inter
manifeſtarium & tacitum pignus, ſcilicet in inve-
ctis: ut hoc alienari poſſit ſine onere, manifeſta-
rium pignus non; & ſic non de omni tacita hypo-
theca, ſed tantum rerum invectarum, qvæ non tan-
tum tacita eſt, ſed etiam generalis. conſ. *Fortunius
Garcias in repet. d. l. item quia de pactis. n. 4.* Ve- 4
rum ſi ſpecialiter mancipium obligatum, & ſic ſit
hypotheca non tacita ſed manifeſtaria i. e. ex-
preſſa, tunc manumiſſio impeditur, qvia fieret
cum præjudicio creditoris, qvod in tacitâ ac ge-
nerali illa non timetur, ubi in aliis rebus hypothe-
ca conſiſtere poteſt *Franzk. h. t. in fin. conf. Struv.
d. Ex. 26. th. 38.* Collige, ex hâc lege poſſe locato- 5
rem præcludere, & deſcribere per perſonam pu-
blicam; Nam ſic res ſine onere alienari neqveunt.
*conf. l. ult. 34. de Damno infecto.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

P*Ignus conſtitutum, pro obſervatione tranſactionis ſuper veteri obligatione interpoſitæ, an exſpiret cum ſolutione tranſactionis. n. 1.*
*Caſus legis adjungitur. 2.*

EX *h. l.* vulgò probant, ſi qvis tranſactionem 1
ſuper veteri obligatione interpoſitam non
ſervaverit, qvod tunc tacita hypotheca compe-
tat. *Neguz. memb. 4. p. 2. n. 164. Berlich. part. 1. concl.
67. n. 90.* Sed hic tutoris bona antea erant obliga-
ta, ut rectè tradit *Franc. Bald. de pign. c. 7.* & ſpe-
cies facti hæc proponitur à *Bach. de pign. l. 1. c. 13.
n. 5.* Tutoris hæres conventus actione tutelæ à 2
pupilli hærede, cum eo tranſegit, & pro obſerva-
tione tranſactionis fundum ſuum obligavit; Poſt-
ea hæres tutoris à tranſactione recedit, qværitur,
an pignus ex nova tranſactione obligatum expi-
ret? videtur qvod ſic, qvia tranſactio reſoluta; ſed
negatur, qvia pignus in veterem obligationem
conſtitutum videtur.

# TITULUS III.

# Qvi res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt.

## Ad L. 1. §. ult.

*SUMMARIA.*

R*Es extra commercium & litigioſa pignori dari non poſſunt. n. 1.*
*Conciliatio l. 18. ff. de R. V. & l. 24. de pignor. 2. 3. 4.*
*Res litigioſa quando vindicari poſſit. 5.*

Feuda

*Feuda non continentur in generali hypotheca. 5.*
*Feudum obligans ſine traditione, an incurrat pœnam Lothar. & Frideric. 6.*

1 RES, qvæ non eſt in commercio, & qvæ litigioſa eſt, pignori obligari non poteſt.
2 Nec obſtat *l. 18. ff. de Rei vind.* qvia creditor ignorans rem litigioſam accipere potuit. *vid. Bachov. de pign. l. 2. c. 13. num. 3.* & nec
obſtat *l. 24. de pign.* ubi dicitur, eum qvi in his
finibus prohibitus eſt emere, in iis pignus accipe-
3 re non prohiberi. Nam diſtingvendum eſt inter
prohibitionem hominis & legis, & an prohibitio
reſpiciat perſonam, an rem, an locum. *vid. Ba-*
4 *chov. d. tr. l. 2. c. 2. n. 1.* Et ſic etiam colligitur,
rem litigoſam venditam vindicari poſſe, ſi tertius
poſſideat etiam ignorans, & ſine novo proceſſu.
*Covarruv. pr. qvæſt. 15. num. 6. Gail. lib. 1. obſerv. 118.*
*num. 2. Hondedeus conſ. 20. n. 7. lib. 1.* & ſic reſpon-
5 ſum menſe Julio Anno 1658. Sic nec feuda veni-
unt in generali hypotheca, nec in iis provinciis,
ubi in ſubſidium feuda tenentur; nam qvod ſin-
gulariter contra jus commune conſtitutum eſt,
non trahendum eſt in conſeqventiam. *l. qvod ve-*
6 *rò. 14. de LL. Dn. Mev. p. 4. dec. 321.* Nec tamen
puto, vaſallum obligantem ſine traditione feudum, incurrere in pœnam Lotharii & Friderici. *Neguz. de pign. p. 2. memb. 3. num. 75.* & multi alii, licet ſecus *Bachov. de pign. l. 2. c. 2. n. 7.* conf. *Roſenthal. de feudis cap. 9. memb. 1. concl. 14.*

## ad L. Si alius. 2.

### *SUMMARIUM.*

*EXceptio porrecta ad fidejuſſores, prodeſt etiam ratione pignorum.*

PIgnora pro muliere interveniente, vel pro filiofam. mutuum accipiente data, obligantur, unde regulam hic formant Dd. qvando exceptio porrigitur ad fidejuſſores, tunc etiam ad pignora pertinebit, & argumentum deductum ab oppignoratione ad fidejuſſionem, eſt in jure validum. *Burſatus vol. 1. conſ. 103. num. 17. Ant. Qvetta conſ. 54. n. 4. verſ. confirmatur Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 188.*

## ad L. Ariſto. 3.

### *SUMMARIA.*

*CReditor ſecundus priori hypothecario debitum ſolvens, ſi de pignore nihil convenerit, non ſuccedit in jure pignoris. n. 1.*
*Limitatur in creditore privilegiato & eô caſu, ſi ſecundus creditor hypothec. offerat & ſolvat. 2. 4.*
*An ad ſucceſſionem ſufficiat ſola pactio de pignore, an & addenda conventio de ſuccedendo. 3.*
*Caſus, ubi qvis ex ſuâ perſonâ nihil conſeqvi potuit, ſed ex perſonâ alterius. 5. 6.*

LIcet priori creditori hypothecario ex meâ 1
pecuniâ ſolutum fuerit debitum, & expreſsè conventum, ut ex meâ pecuniâ dimitteretur creditor prior, ſi tamen de pignore nihil convenerit, non ſuccedo in jure pignoris. *Carpzov. part. 1. Jur. conſ. 28. def. 133.* qvi *defin. ſeq.* habet
exceptionem in creditore privilegiato ex *l. 24.* 2
*§. ult. ff. de rebus autor. jud. poſſ. Franzk. ad tit. qvi pot. in pign. n. 77. & ſeq.* & ſufficere putat *Franzk. d. l. num. 81.* qvod ſola pactio de pignore ſufficiat, licet conventionis de ſuccedendo in *l. 1. C.*
*qvi potiores.* fiat mentio, ſed majoris declaratio- 3
nis gratia. Et hæc conventio inter primum creditorem & me, qvi ei ſolvo, etiam invito debitore fieri poteſt. *Bachov. lib. 4. de pign. c. 17. pr. Franzk. d. l. n. 78. conf. Wiſſenbach. diſp. 40. th. 17.*
Sed *h. l. 3.* limitat Gloſſa in caſu, ſi ſecundus cre- 4
ditor hypothecarius obtulerit, & ſolverit primo, per *l. 1. C. qui pot. in pign. hab. Cravet. conſ. 582. n. 2. Petr. Greg. lib. 23. Syntagm. c. 12. n. 2.* Licet hoc diſpliceat *Petr. Barbos. ad l. poſt dotem. 41. num. 61.* cum qvo videtur ſentire *Carpzov. d. def.*
*133. n. 1.* Licet autem contractui, qvem ſecun- 5
dus creditor cum debitore iniit, pactum de non vendendo pignore additum, conſeqvetur tamen ſecundus creditor, ſi in locum primi ſuccedat per hanc legem, ſæpe enim qvod qvis ex ſua perſona non habet, per extraneum conſeqvi poteſt. *Franzk. h. 1. num. 90. conf. Bachov. de pign. l. 4. c. 1. n. 2.* Collige etiam, aliqvem ex ſua perſona qvid non habere, qvod ex perſona alterius habere poteſt. *Dn. Mev. p. 4. dec. 151. in fin. Gail. de Areſtis Imp. obſ. 8. n. 9. Barb. locupl. l. 14. c. 30.*
*axiom. 3.* Sic ſocietatis jure commodum legati 6
æqve ad incapacem, qvam capacem pertinet. *l. 29. de liber. leg.* Aliud in *l. 10. §. fin. de bon. poſſ. contra tab.* Exempla alia haberi, tradit *Gloſſa in l. 70. de furtis. l. 23. §. fin. ff. de Ædil. Edicto* & aliis locis, qvos collegit hic *Gloſſa*, qvæ etiam refert contrarias deciſiones & regulæ exceptiones. conf. *Menoch. rem. 1. recup. poſſ. n. 378. & Hippolytus de Marſil. ſing. 180.* qvi loqvuntur de impunitate delicti ob alterius perſonam concedenda, item de judicio nanciſcendo ex perſona alterius.

## ad L. Titius. 4.

### *SUMMARIA.*

*AN rei ob mutuum promiſſum oppignoratæ diſtractio valida, & poſt mutuo dato obligatam retineat hypothecam in illâ re alienata. n. 1.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 2. 3.*
*Qvomodo limitari poſſet. 4.*

VOlebas à me mutuum accipere, & ſpe futu- 1
ræ numerationis inſtrumentum feciſti, qvaſi accepiſſes & obligaſti mihi qvasdam res. Ante-

qvam autem pecunia numeraretur, vendis ex
illis unam rem, qværitur, an mihi obligata ma-
neat hypotheca in illâ re diſtractâ, & ita an de-
tur mihi actio hypothecaria contra poſſeſſorem?
2 Videtur quod ſic. Nam conditionalis quidem
eſt obligatio, ſed cum per numerationem con-
ditio eſſet impleta, tempus retrotrahendum eſt
ad tempus contractus. Sed negatur, quia in
poteſtate debitoris fuit, etiam poſt oppignora-
tionem ſpe futuræ numerationis factam libera-
3 ri. Ergò diſtractio interim facta valida eſt, ſecus
eſſet, ſi conditio eſſet caſualis *l. 9. §. 1 ſeq. Pari-*
*ſius vol. 1. conſ. 11. num. 69. & ſeq.* Secus etiam eſ- 4
ſet, ſi nulla præceſſiſſet conventio de mutuo
dando. Nam tunc non eſſet in merâ voluntate
debitoris, an accipere velit, ſed etiam creditoris,
an dare mutuo velit. Verum, cum mutui datio
promiſſa in ſolius debitoris arbitrio conſiſtat, er-
gò hoc caſu retrotrahi hypotheca neqvit. *Berous*
*vol. 1. conſ. 46. num. 15.* conf. etiam *Cujac. in hac l.*
*tom. pag. mihi 1626.*

# Titulus IV.

# Qvi potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his, qvi in priorum creditorum locum ſuccedunt.

## Ad L. Qvi dotem. 1.

### *SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*

*Extenſio legis ad omnes promiſſiones, qvando in arbitrio ſolo debitoris non eſt, an obligetur; an non. 2.*

*Ratio, cur in mariti arbitrio non ſit, dotem accipere. 3.*

1 PRomiſi dotem pro puella, & ſtipulatus ſum
dotem, ſcil. centum mihi reddi ſoluto ma-
trimonio, cui fini obligavit mihi maritus fun-
dum, ſolvi 50 poſtea maritus illum fundum alii
obligat, qvo facto ſolvo reliqva 50. Qværitur, an
in prioribus iſtis 50. thaleris tantum ſecundo
creditore ſim potior? qvod videtur, qvia, ante-
qvam reliqva ſolverim, obligatur ſecundo; ſed
negatur, qvod dies obligationis attendendus,
nec attendendum, qvod tardius ſolverim. *Aſſict.*
*dec. 402. n. 9. & n. 14. vid. Backov. de pign. lib. 4. c.*
*2. n. 3.* Actio qvidem dotis reſtituendæ non ori-
tur, niſi ſoluto matrimonio, vel emergente ære
alieno, & ſic nec hypothecaria: Retrotrahitur
tamen hypotheca, ut competat à die promiſſæ
dotis & contractu matrimonii. *Neguz. memb. 4.*
*p. 2. n. 78. & membr. 3. p. 8. n. 1. Petr. Barb. p. 3. l.*
*1. ff. ſolut. matrim. n. 32. & ſeq.* conf. *Aſſict. d. l.*
2 Et lex hæc non tantum procedit in dote, ſed in
omni promiſſione, qvando in arbitrio ſolo debi-
toris non eſt, an obligetur an non, ut communi-
ter volunt Dd. teſte *Neguzant. d. membr. 4. p. 2. n.*
*78.* & *Donell. de pign. c. 12.* accuratè explicat, cur
in mariti arbitrio non ſit accipere dotem, ſi offe-
retur, nam ſic in poteſtate ejus eſſet, uxorem ſuam
reddere indotatam.

## ad L. Qvi generaliter. 2.

### *SUMMARIA.*

*CReditor generalem hypothecam habens, poteſt eligere rem alii ſpecialiter obligatam. num. 1.*

*Limitatur, ſi generalis ſit ſubſidiaria. 2.*

*An immiſſus in rem certam primò electam, poſſit aliam alteri obligatam eligere. 3.*

*Hypotheca addita priori hypothecæ uxori à marito conſtituta, cenſetur ſubſidiaria. 4.*

*Subſidiaria excutitur demum poſt excuſſam priorem inſufficientem. 5. 6.*

*Limitatur l. 2. C. de pign. ſi clauſula adjecta, qvod hypotheca ſpecialis non deroget generali. 7.*

CUi generaliter bona debitoris obligata erant, 1
poterit eligere rem, alteri ſpecialiter obliga-
tam, quia debitor per ſpecialem poſteriorem
hypothecam prioris Jus minuere non potuit
*hic & l. 6. C. h. t. Hartm. Piſt. p. 3. qv. 12. & 13. Co-*
*var l. 3. reſol. cap. 18. Carpzov. p. 1. dec. 62 num. 6.*
*& ſeq.* nec hoc fraudi eſt poſteriori creditori,
ſpecialem hypothecam habenti, qui habet
jus offerendi. Alia ratio eſſet, ſi creditor pri- 2
mus non tantum habeat hypothecam gene-
ralem, ſed & ſpecialem, quia tunc generalis vi-
detur in ſubſidium data, ſpeciali non ſuffi-
ciente, ſi hoc expreſsè actum, aut ſi non actum,
videtur tamen id lex ita interpretari ex bono &
æquo, *per l. 2. C. ne pignor.* & communem hanc
vocat *Dn. Mevius p. 4. dec. 98. Sande l. 3. t. 12.*
*d. 26.* Sed quid ſi creditor, habens generalem 3
hypothecam, elegerit rem certam, & in eam
miſſus fuerit judicialiter, & poſtea vellet im-
mitti in aliam rem, alii ſpecialiter oppigno-
ratam, vel in quam alius immiſſus poſterius
jus habens, nam tunc variare non poſſe cre-
ditorem, judicatum refert *Dn. Mevius p. 2.*
*dec. 285.* Et ſi v. gr. Uxori habenti ſpecia- 4
lem hypothecam à marito conſtitutam, agna-
tus illam ignorans aliam ſpecialem hypothe-
cam conſtituat, videtur poſterior in ſubſidium
data, & tamdiu poſterioris excuſſio non admit-
tenda

Digitized by Google

tenda, donec prior excuſſa fuerit, qvia hic videtur eadem ratio militare, qvæ in caſu *l. 2. C. de pign.* & videtur uxor poſteriorem hypothecam in ſubſidium petiiſſe, nec, qvod illa reticuit, prodeſſe ſibi, & alteri nocere debuit, & ſic definitum refert *Dn. Mevius p. 5. deciſ. 144.* Et ſpecialis hypothecæ excuſſio etiam in dote prius facienda,
6 ut judicatum refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 116.* Sed qvid ſi appareat, executionem in hypothecam ſpecialem eſſe fruſtraneam, & eum emtorem non facilè reperturum? Creditorem audiendum eſſe puto; Nam *Nov. 4. c. 1.* reqvirit, ut creditori ſatisfieri poſſit. Et ſic obſervatum hoc fuiſſe, refert
7 *Dn. Mev. p. 4. dec. 48.* Sic etiam adjecta clauſula, qvòd oppignoratio ſpecialis non deroget generali & qvod electionem ſibi reſervarit creditor, non eſt locus *l. 2. C. de pign. Pariſius vol. 3. conſ. 103. num. 3. addens rationem num. 4. Rol. à Valle vol. 4. conſ. 36. num. 8. conſ. Carpzov. d. conſt. 28. def. 128. & p. 2. conſt. 23. defin. 29. Moz. in rubr. de natur. pign. n. 22. & 35. Neguz. memb. 1. part. 8. n. 20. Franzk. h. t. n. 36. & ſeq. Cujac. l. 11. obſerv. 32. Dn. Struv. th. 32. Bach. de pign. l. 4. cap. 5. Wiſſenb. ach. d. 40. th. 7.* Et pro voce generaliter ſpecialiter legendum eſſe, notant *Cujac. & Bachov. dd. locc.* cum qvibus conſentire me nulla religio prohibet.

## ad L. Creditor. 3.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*

*Pignora per novationem repetita, cùm privilegio prioritatis repetita cenſentur. 2.*

*Limitatio Franzkii. 3.*

*Pactum diſtrahendi rem, & ingrediendi poſſeſſionem in caſum moræ debitoris, inducit hypothecam. 4.*

*Qvomodo legitimè acqviratur poſſeſſio pignoris propria authoritate. 5.*

*Pignus in fundo indiviſo conſtitutum ſingulas partes afficit. 6.*

1 Species facti hæc. Mutuo dedi 100. & oppignoraſti fundum Tuſculanum. Sed cum fundus duobus ſufficeret, obligas deinde Cajo eundem fundum. Demum mutuo tibi do adhuc 50. & tu cùm fundo Tuſculano etiam alias res obligas. Aucta hic qvantitas; aucta pignora, ſed locus & ordo non mutatus. Ergo ratione primi debiti præferor Cajo, ita tamen, ut ſi plus qvàm 100. acceperim ex vendito fundo, id non in 50. illa imputare, ſed Cajo ſolvere tenear. *Cujac. ad lib.*
2 *11. Reſp. Papin. tom. 4. pag. 1152.* Nota, qvando per novationem pignora repetita cenſebuntur. *Neguz. membr. 2. p. 5. num. 35. Gail. lib. 2. obſ. 30. num. 10.* ubi in Camera ita pronunciatum refert. *Franc. Balduinus de pignor. cap. 4. Franc. n. 4. h. t.*
3 *& num. 59. & ſeq. num. 61.* id limitat, ſi modò ferè de pignoribus repetendis & aliis addendis actum ſit, licet de prærogativa temporis actum non ſit.

*Ad §. 2.* Pactum diſtrahendi rem in caſum 4 moræ debitoris, inducit hypothecam. *Neguz. membr. 1. part. 3. num. 4.* Pactum etiam ingrediendi poſſeſſionem, inducit hypothecam. *Cremenſis ſing. 2. Coll. de proceſſ. execut. part. 3. c. 12. n. 44. & Carpzov. p. 2. conſt. 23. defin. 34. Balduinus de pign. cap. 19. Klock. vol. 2. conſ. 40. num. 103.* cu- 5 jus pacti effectus eſt, ut non qvidem licita ſit & legitima poſſeſſio, propriâ autoritate adqviſita, ſed ut tamen non ſit violenta, imò licita ſecundum nonnullos, ſi debitor non reſiſtat aut poſſeſſor, ut vult *Mantica de tac. & amb. convent. l. 11. t. 5. n. 6. Franzk. ad t. de pign. num. 44. Surdus conſ. 221. num. 20. & ſeq.* Colligitur etiam ex hoc §. Si ſocius ſuam partem fundi pro indiviſo com- 6 munis obligaverit, diviſo poſtea in regiones fundo, & alterius partem pro parte dimidiâ eſſe obligatam, qvia pignus in fundo indiviſo conſtitutum, ſingulas partes pro dimidietate affecit. *Bachov. de pign. l. 3. c. 2. n. 2.*

## ad L. Interdum. 5. & L. ſeq. 6.

*SUMMARIA.*

*Hypothecam habens in re, ad cujus conſervationem credidit, præfertur prioribus. num. 1. 7.*

*Reſponſum Facultatis. 2.*

*Extenditur ad expenſas in proceſſum liqvidationis factas. 3. 6.*

*Privilegio hoc gaudet credens ad navem reficiendam & ad cibaria nautarum. 4. 5.*

*Limitatur, ſi indefinitè pecunia credita ſit. 8.*

*Qvi fugitivum cum rebus debitorem ſiſtit cæteris præfertur. 9.*

Qvi ad rei conſervationem mutuo dedit, cui 1 hypotheca conſtituta, privilegium habet, ut hypothecis tempore prioribus præferatur, qvia hoc creditum ſalvam fecit pignoris ſubſtantiam. Ideoq; qvæſitum memini, ſi creditor jure ſepara- 2 tionis præcedat, v. gr. creditores ultimi poſſeſſoris, ultimi poſſeſſoris vidua de ſuis pecuniis refecerit & melioraverit ædes, qvas defuncti majores habuerunt, annon creditores uſi jure ſeparationis reſtituere teneantur expenſas, ob rationem, qvod hæ expenſæ ſalvam fecerint pignoris ſubſtantiam? Qvod aliqvando affirmatum memini in Collegio. Sic expenſas in proceſſum liqvidationis ab uno 3 creditore factas, poſſe per executionem ſalvari, pendente etiam concurſu, tradit & judicatum refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 269.* qvod hic ad 4 navem extenditur, præſertim qvando hypotheca eſt expreſſa, nam tunc ſine dubio competit privilegium. *vid. Neguz. membr. 4. part. 2. num.*


162. Mo-

*162. Molina diſp. 136. n. 13. Strach. de Naut. p. 5.*
*verſ. eſt illud indubitum. num. 2. Richter. de privi-*
*leg. cred. diſp. 7. ſect. 7. pr. Gail. l. 2. obſ. 25. n. 7.*
*Mynſ. c. 1. obſ. 60. Bachov. de pign. l 4. c. 9.* Et
hunc ſenſum legis approbaſſe Curiam Friſicam,
refert *Sande lib. 3. t. 12. def. 7.* Et hoc *leg. ſeq. 6.*
5 extenditur, ſi ad cibaria nautarum credidit. Et
ſuper hac lege fundatur praxis Tribunalium Hi-
ſpanicorum, qvod Adminiſtrator vel Curator bo-
norum, pro ſuis reſiduis ac reliqvis, præ omnibus
6 aliis prioribus, ſuum accipiat. Idem in tertio
expenſas ſolvente ad proceſſum. *Dn. Mev. p. 5.*
7 *def. 315. Salgado in Labyr. p. 3. cap. 9. n. 12.* Sic
tertius, ſi mutuò accipiat ad refectionem prædii
mei, & in eam cauſam convertat, habet locum
hoc privilegium. *Dn. Mev. p. 5. deciſ. 85.* ubi na-
vem refectam tacitâ hypothecâ affectam eſſe di-
cit, & ſufficere, ſi per teſtes probari poſſit, ad eum
finem mutuo datam eſſe pecuniam, & exinde re-
8 fectam: Aliud verò, ſi indefinitè data, & debitor
9 ex pecunia domum vel navem refecerit. Cæte-
rum *ex l. 6. pr. colligit Dn. Mevius in tract. de Are-*
*ſtis cap. 19. n. 24.* licet immiſſus judicialiter non
conſeqvatur hypothecam talem, ut præferri me-
reatur aliis creditoribus, ſi tamen qvis fugiti-
vum debitorem cum rebus fugientem inſecutus
ſiſtat, eum meritò præferendum eſſe cæteris, qvod
effecerit rem ſalvam eſſe cæteris.

## ad L. Idemqve. 7.

### *SUMMARIA.*

*Pupillus mutuò dans ad rem emendam, tacitam habet hypothecam, cum privilegio prælationis in re emtâ. n. 1.*

*Extenditur hoc privilegium prælationis, ſi res mutuo danti ad eam emendam ſpecialiter obligatur. 2.*

*Limitatio Carpzovii an & qvomodo ſubſiſtat. 3.*

*Cautela, qvomodo credens poſt traditionem rei emtæ ſibi conſulere poſſit de privilegio prælationis. 4.*

*An, ſi duobus bona generaliter obligata, in bonis poſt utrumq; contractum qvæſitis ambo concurrant. 6.*

1 Licet aliàs, qvi mutuò dedit pecuniam ad rem
emendam, non habeat hypothecam tacitam,
ſed tantum perſonale privilegium, ſecus tamen
eſt in pecunia pupilli, ad rem emendam mutuo
data; Nam illi hypotheca datur. *Carpzov. d.*
*conſt. 28. def. 109.* cum privilegio prælationis.
*Neguz. membr. 4. part. 2. num. 163. Koppen. deciſ.*
*28. num. 46.* & ruſticis in re vendita hypothecam
2 tribuit *Berlich. p. 1. concl. 63. n. 63.* Sed qvan-
do extra caſus exceptos, hæc duo concurrunt,
ut meâ pecuniâ res (1.) empta, & (2.) ſpecialiter
mihi res obligata, tunc illa hypotheca potior eſt
hypothecis generalibus prioribus, qvas antea
conſtituerat emptor in ſuis bonis, per *l. 7. C. h. t.*
Sed *Carpzov. p. 1. c. 28. def. 108. & Richter de pri-* 3
*vil. credit. d. 7. cap. 3. in fin.* hoc limitant, niſi
poſt emtionem mutuum credatur, ut pretium,
de qvo antea fides habita, exinde venditori ſol-
vatur. Sed puto, eos intelligere emtionem per
traditionem rei conſummatam. Nam ſimul ac
res in dominium emptoris tranſiit, ejus credito-
res habentes hypothecam generalem, futuras res
etiam ex jure comprehendentem, conſecuti ſunt
jus reale, qvod per mutuum ſubſecutum adimi
non poteſt. Aliud ergò eſſet, ſi poſt venditio-
nem, ſed ante traditionem hypotheca conſtituta
eſſet creditori, ad pretium ſolvendum mutuum
danti. Sed & licet poſt traditionem mutuo dem 4
emptori, ut pretium ſolvat, poſſum ex alio ca-
pite prioritatem obtinere, præ hypothecariis de-
bitoris ſeu emptoris creditoribus, v. gr ſi vendi-
tor in venditione ſibi reſervaverit dominium, vel
hypothecam in re venditâ. Hic venditor procul
dubio privilegiatus eſt, & præfertur hypotheca-
riis creditoribus antiqvioribus, per tradita *Carpz.*
*p. 1. c. 28. def. 20. & 21.* Hic ergo mihi conſuli po- 5
teſt duplici viâ (1.) ſi venditor cedat mihi ſua jura
ante ſolutionem reſidui pretii, vel in continenti.
(2.) ſine ceſſione, qvia meâ pecunia privilegiatus
creditor dimiſſus eſt, per *l. ſi ventri 24. §. ult. ff. de*
*rebus autor. Jud. poſſ.* & ita pronunciatum à noſtra
Facultate menſe Sept. anno 1661.

*Ad §. 1.* Si duobus res obligata ſub conditione, 6
qvæ ſimul exſtitit, tunc ambo concurrunt in pi-
gnore. Ex hoc textu probare vult *Bach. de pign.*
*l. 4. c. 6. num. 1.* ſi duobus bona generaliter obli-
gata, in bonis poſt utrumqve contractum qvæ-
ſitis, ambos concurrere. Licet Dd. diſſentiant
*Cynus & Bart. in l. 7. C. h. t.* qvia conditio tacita,
qvæ bonorum futurorum obligationi ineſt, pu-
rificata retrotrahitur ad tempus primæ conven-
tionis, per *l. 9. pr. h. t. Koppen. dec. 4. num. 6. & ſeq.*
qvæ ſententia ſimplicior, & procul dubio in praxi
ſeqvenda.

## ad L. Si pignus. 8.

### *SUMMARIA.*

*Fiſcus non habet privilegium prælationis. n. 1.*

*Conciliatio l. 28. ff. de Jure fiſci cum l. f. h. t. 2.*

Qvi habet priorem hypothecam, licet Reſp. 1
ſit vel privatus, poſteriorem habenti hypo-
thecam etiam fiſco præponitur; Id verum etiam
eſt in bonis Collectoris vel Exactoris collecta-
rum, in cujus bonis fiſcus nullum privilegium,
ſed hypothecam tantum habet; Ergo priores
tempore hypothecarii fiſco in bonis collectoris
præferendi. *Dn. Mevius p. 4. dec. 253.* qvod tamen
reſtringitur ad bona ante obligationem fiſci
acqvi-

acqviſita; Nam in aliis fiſcus potior. *l. 28. ff. de Jure fiſci.* Cui non obſtat *l. fin. h. t.* qvæ de bonis poſt contractum privati, ante tamen contractum fiſci acqviſitis, poteſt intelligi. *Carpz. d. conſt. 28. def. 103. & lib. 4. reſp. 13. Richter. d. tr. p. 118. & 185. Donell. de pignoribus. c. 12.*

## ad L. Qvi balneum. 9. in pr. & L. Potior. 11. in pr. & §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Limitationes regulæ: Qvi inter hypothecarios prior tempore, potior eſt jure. n. 1.*

*Qvid hic obtineat in conditionaliter conſtitutâ hypothecâ. 2.*

*Obligatio conſtituta ſub conditione poteſtativa, incipit à die impleta conditionis. 3.*

*Ampliatur in contractu acceſſorio. 13.*

*Exemplum ſuppeditatur. 12.*

*Conſtituta ſub conditione caſuali, incipit à die prima obligationis. 4.*

*Ampliatur in contractu acceſſorio, exemplum ſuppetit. 6.*

*Pignus ex areſto contractum, retrotrahitur ad diem primi impetrati areſti. 5.*

*An in hypotheca legali ratione legati conditionalis, incipiat obligatio à tempore exiſtentis conditionis. 7.*

*Sententia Bachovii refellitur. 8.*

*Caſus §. 3. l. 9. 9.*

*Limitatur ex h. §. Reg. Pignus rei alienæ reconvaleſcit, ſi debitor dominus fiat. 10.*

*Limitat 2. hæc: Res alteri obligata, qvando venditur, tranſit cum ſuo onere. 11.*

*Fœtus ac fructus futuri, qvatenus in pignus dari poſſint. 14.*

*Hypothecarius poſterior offerendo priori, in ejus locum ſuccedit. 15.*

*An moto jam concurſu creditorum, locus ſit juri offerendi. 16.*

1 IN pr. L. 11. habetur regula vulgaris: Qvi inter hypothecarios prior tempore, ille potior eſt jure, qvæ qvidem regula multas habet exceptiones, præſertim verò Regula hæc non habet locum, ubi pignus prætorium conſtitutum ob nudam cuſtodiam. *vid. not. ad l. cum unus. ff. de rebus autor. Jud. poſſid. Dn. Mev. p. 5. dec. 3.* nec habet locum, ſi aliqvis præ cæteris privilegiatam aut publicam hypothecam habeat; de qvo alibi. Sed qvid in conditionaliter conſtitutâ hypo-
2 thecâ? Diſtingvi hic videtur inter conditionem poteſtativam, qvæ in poteſtate ſit debitoris, & caſualem. Priori caſu procedit, ſecus poſteriori. Ratio illius eſt; qvia debitor obligatus dici neqvit; hujus, qvia ab obligatione & conditione caſuali non eſt liberum recedere à contractu, & efficere, ne teneatur. *Franzk. h. t. num. 25.* Qvan- 3
do igitur obligatio principalis eſt ſuſpenſa, ſub conditione expreſſa vel tacita, & ſimul data hypotheca, ſi illa conditio eſt poteſtativa, i. e. ſi in poteſtate debitoris eſt, ſe non obligari, ut in mutuo, tunc incipit à die impletæ conditionis, per *l. 11. h. t. in pr. & l. pen. tit. præc.* qvando autem non eſt poteſtativa, i. e. non eſt in poteſtate de- 4
bitoris, ſe non obligari ut ſi de locatione agatur, hypotheca incipit à die primæ obligationis. *l. 9. h. t. Neguzant. membr. 1. part. 5. n. 14. Berous l. 1. conſ. 46. n. 15. Mantica lib. 1. tit. 23. n. 28. Pariſius conſil. 11. n. 69. & ſeq. vol. Franzk. h. t. n. 23. & ſeq. Zaſius h. t. n. 2. Bachov. de pign. l. 4. c. 2. num. 2. Theſaurus lib. 3. qvæſt. 51.* Probant etiam ex *l. 11.* 5
*§. 1.* pignus ex areſto contractum retrotrahi, ad diem primi impetrati areſti. *Cothr. de proc. execut. p. 3. c. 11. num. 43. Carpzov. p. 1. dec. 79. num. 21.*

*Ad §. 2. l. 9.* Hæres pro legato ſub conditio- 6
ne caſuali mihi relicto, hypothecam mihi conſtituit, poſtea eandem rem mihi obligatam alii obligat ante exiſtentem conditionem, qværitur, an mea hypotheca potior? qvod affirmatur, qvia non eſt in poteſtate vel arbitrio hæredis, an obligari velit; ex ratione *princ. hujus leg.* Sed qværitur, an idem ſit in hypotheca legali, qvæ pro legatis in bonis defuncti conſtituta? Com- 7
muniter Dd. negant. vid. *Neguz. membr. 1. part. 5. n. 24. & memb. 2. part. 5. n. 10.* ubi ſtatuit, in Legatis conditionalibus tempus exiſtentis conditionis eſſe attendendum, per tradita Dd. in *l. 78. de Verb. oblig.* Sed longius petita hæc ratio. Nam regula eſt certa, qvando hypotheca conſtituta ſub conditione caſuali, tunc incipit à die conſtitutæ hypothecæ. Sed hic loqvimur de conditione caſuali, & ſic contra communem argumentatur *Bach. de pign. l. 4. c. 2. num. 5.* Sed re- 8
ſponderi poteſt pro communi, qvod regula loqvatur de hypothecâ conſtitutâ ab homine. Et lex hæc de conſtitutâ hypotheca loqvitur: Igitur periculoſum eſt, a communi recedere. Et juxta ſententiam *Bachovii* hæres de bonis hæreditariis, pendente conditione, qvæ diu pendere poteſt, nihil poſſet obligare vel alienare. Qvare tutior communis ſententia.

*Ad §. 3. l. 9.* Titia bonâ fide poſſidebat 9
fundum, qvem primò Titio, poſtea Mevio pignori dedit. Deinde domina facta dedit in dotem marito æſtimatum, & ita dominium, ex *l. plerumqve ff. de jure dot.* in maritum tranſtulit; Mox Titio primo creditori ſolvit; qværitur, an, ſubmoto primo creditore, ſecundi ſcilicet *Mevii* pignus convaleſcat? Videtur qvod ſic, qvia Titia jam domina erat facta, ergo pignus rei alienæ videtur reconvaluiſſe; ſed negatur, qvia Titia eo tempore, qvo Titio ſolvit, non amplius fuit domina. Ex qvo §. duæ

notabiles limitationes regularum dictarum fluunt. Prima regula eſt, rei alienæ pignus reconvaleſcere, ſi debitor dominus fiat. Limita hanc ex hoc textu, niſi alii prius oppignorata res, & ille eo tempore, qvo debitor dominium nanciſcitur, nondum eſt dimiſſus; Nam tunc ſecundi jus reconva-
11 leſcere non poteſt, ob jus primi creditoris. Secunda regula eſt, qvod res alteri obligata transeat cum ſuo onere, qvando venditur. Sed limita; Niſi alienatio fiat eo tempore, ubi nondum eſt qvæſitum creditori, qvi in eventum prioris creditoris dimiſſi hypothecæ ſpem habuit. *vid. Bachov. de pign. l. 2. c. 4. n. 7. & Joh. Hannibal. in repet. l. naturaliter ff. de Uſuc. n. 113. vol. 5.*

12 *Ad l. 11. §. 2.* Colonus conduxit à me prædium, & obligavit inducenda: poſtea ſupellectilem alii oppignorat, qvis hic potior? Pro ſecundo reſpondetur, qvia hypotheca mea per actum Illationis conſtituitur, & fuit in poteſtate coloni aliqvid inferre, vel non, & ideò eſt qvaſi poteſtativa conditio. Atq; ideò ex regula in l. 9. & 11. ſupra propoſita, tempus exiſtentis conditionis attendendum; & ſic notabilis ampliatio illius regulæ
13 colligitur, ſcilicet qvod ea regula non tantum in principali, ſed & in acceſſorio contractu locum habeat. Nam in poteſtate qvidem conductoris non erat, abire à contractu conductionis, in arbitrio tamen habebat, qvas res inferre volebat, qvas non; videtur enim prima oppignoratio, ſi eſſent inducta, vel inducerentur, tunc eſſe debere pignori. vid. *hic Bart. & Bachov. d. tract. de pign. l. 4. c. 2. n. 6.*

14 *Ad §. 3.* Res futura in pignus dari poteſt, & ſic etiam fœtus ac fructus futuri, modo mater vel fundus ipſe ſit eo tempore in dominio vel uſufructu. Licet enim ipſi fructus, principaliter obligentur, ſemper tamen retinent naturam acceſſorii, adeò ſicut inutile eſt pignus fundi, qvi tempore conventionis in bonis debitoris non eſt, ita nec tenet pignus fructuum ex fundo naſciturorum, qvi non eſt in bonis debitoris. vid. *Bach. de pign. l. 2. c. n. 1.*

15 *Ad §. ult.* Hypothecarius poſterior, invito etiam debitore, poteſt offerre & ſolvere creditori, priorem hypothecam habenti, & in locum ejus ſuccedere. hic & *l. 1. & ult. C. de his qui in loc.*
16 *prior.* Sed qværitur, an modo & formato jam concurſu, locus ſit juri offerendi, ita ut poſterior creditor pecuniam priori offerre, & rem auferre poſſit? Negat hoc *Dn. Mevius p. 4. dec. 158.* cum lite pendente ſuper prioritate, omnia in priori ſtatu conſervanda ſint, ſic nec finito proceſſu neceſſaria; Nam ſi res diſtrahatur, non opus eſt oblatione, ſi adjudicatur primò, pro ea tantum parte addicenda eſt, qvæ reſpondet qvantitati debiti. Hinc adjudicatione uni factâ, reliqvum viduæ addictum creditrici poſteriori. De qvâ materia & de jure offerendi *Neguz. membr. 3. part. 5. per tot. Trentacinq. tit. de ſolut. reſ. 30. Mantica lib. 11. tit. 48.*

## ad L. Creditor. 12.

*SUMMARIA.*


*Creditor priorem habens hypothecam, præfertur ſecundo, licet hic rem poſſideat. n. 1.*
*Qvid hinc inferatur. 2.*
*Caſus §. 1. l. h. proponitur. 3.*
*Creditor conſentiendo, ut hypotheca ſua alteri creditori obligetur, amittit jus pignoris. 4.*
*Qvid ſi debitor ſecundo creditori ſolvat, an reconvaleſcat prioris obligatio. 5.*
*Creditoris conſenſus in obligationem pignoris ſui alii faciendam, an pignus in dubio planè perimat. 6.*
*Novatio non perimit pignus, repetitione pignoris factâ. 7.*
*Re eadem diverſis vicibus uni obligatâ, non præjudicatur creditori ſecundo in eadem re, hypothecam habenti, qvoad poſteriorem obligationem poſtmodum à primo impetratam. 8.*
*Qvid ſi hanc rem vendat prior creditor. 9.*
*An hypotheca rem perſeqvi poſſit? 10.*
*Caſus §. 6. h. l. 11.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 12. 13.*
*Qvatenus ſi cedenti non currunt uſuræ, nec ceſſionario currant. 14.*
*In pignoribus qvi prior tempore, potior eſt jure, licet poſterior poſſideat. 15.*
*Reſpondetur ad l. 15. C. de Rei vind. 16.*
*Limitatur, ſi à diverſis non dominis hypotheca conſtituta. 17.*


IN princ. dicitur, eum creditorem, cui prius res 1
obligata, eſſe potiorem ſecundo, licet ſecundus rem poſſideat; nam hoc caſu datur replicatio agenti. *Franzk. h. t. num. 39.* Unde infertur, judicem poſſe immittere creditorem, ſed pri- 2
mum interventione ſua poſſe hoc impedire. *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 123.* Ideoq; appellanti ob decretam alteri poſteriori immiſſionem denegatur proceſſus, qvod in priori inſtantia per hypothecariam actionem ſatis conſuli poſſit, ut refert *Dn. Mev. d. p. 4. dec. 124.* qvia ab eodem judice correctio judicati impetrari poteſt. In §. 1. poni- 3
tur caſus, qvid ſi poſſideam fundum, in qvem hypothecariam actionem dirigit Titius, ego ſolvo Titio debitum, ſed poſtea ab alio creditore convenior, qværitur, an rectè? Videtur qvod non qvia æſtimationem ſolvi, & ita in jus ſuccedo Titii, *per l. 19. h. t.* Sed negatur, qvia debitum ſolvi, non æſtimationem, & hic non actum, ut ſuccederem, & *d. l. 19.* de poſſeſſore creditore loqvitur. *Bach. de pign. l. 4. c. 17. circa finem. Franzkius h. t. num. 84.*

*Ad §. 4.* Creditor hypothecarius conſenſit, ut 4
hypotheca ſua alteri creditori obligaretur, ſic amiſit jus hypothecæ creditor primus. Sed cum debitor ſecundo creditori ſolviſſet, qværitur, an illa res priori creditori iterum obligata ſit? Vid.

qvod

qvod ſic, *per l. 10. pr. ff. qvibus modu.* Sed di-
5 ſtingvitur: Utrum hoc actum ſit, ut in totum pri-
mus recederet ab hypothecâ, an verò, ut ſecundus
in prioris cedat. Hoc caſu manet hypotheca; ſed
illo caſu non, & ille caſus in dubio præſumitur,
*per l. 4. §. 1. & l. 7. & l. 12. ff. qvibus modis pignus.*
6 Ideoq; hinc colligendum, qvod creditoris conſen-
ſus in obligationem pignoris ſui alii faciendam,
pignus planè perimat, ſi non aliud actum reperia-
tur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 72. Hartman. Piſtor. p. 3.
quæſt. 16. Menoch. l. 3. præſumpt. 119. Neguz. memb.
5. p. 6. numer. 23. & ſeq. confer. not. ad l. 12. pr. qvi-
bus modis pignus ſolv.* & qvæ habet *Bach. de pign.
l. 5. c. 8. num. 1.*

7 *Ad §. 5.* Si duo creditores ſucceſſivè eandem
rem pignori acceperint, & prior novavit, ſed re-
petiit ſuum pignus, tunc novatione non perimi-
tur pignus, & ſic in locum ſuum ſucceſſit credi-
tor prior, dum prioritatem ſuam retinet. Sed
8 pone, eum poſt ſecundum ſub eadem hypo-
thecâ debitori qvid credere debitori, & erit po-
tior ſecundo debitore, ratione prioris, non po-
ſterioris debiti, & prior poteſt vendere, niſi offe-
9 ratur debitum à ſecundo, ſed qvod ultra primum
debitum accepit ex pretio, non ſibi in ſecundum
ſuum debitum imputabit, ſed ſecundo creditori
reſtituet. Nota, licet eadem res obligata diver-
ſis vicibus, eſſe tamen diverſa jura pignoris ad
debitum relata. vid. *Bachov. de pign. l. 3. c. 13. n. 2.*
10 *& l. 4. c. 3. num. 1.* Ex hoc §. *Berlich. p. 1. concl. 71.
num. 47.* vult probare, hypothecam poſſe rem
perſeqvi, ſi ea poſteriori creditori ſoluta & ab
hoc bona fide conſumpta. Sed argumentum hoc
vix concludit præſertim qvum de conſumpto pre-
tio non agatur.

11 *Ad §. 6.* Species facti hæc eſt: Secundus cre-
ditor offert primo creditori, qvod ipſi debitor
communis debebat, ſcil. 100. thaleros & 50. thal.
nomine uſurarum. Poſt annum venit debitor, &
ſolvit ſortem ſc. 100. thaleros, cum uſuris, ſc. 50.
thaleris, & unius anni uſuras ſc. 5 thal. Creditor
ſecundus prætendit uſuras etiam de illis 50. uſu-
12 rarum nomine ſolutis, qværitur, an rectè? Vide-
tur qvod ſic, qvod fidejuſſor ſolvens pro debito-
re ſortem 100. flor. & uſuras 50. flor. non de
ſorte tantum, ſed etiam de uſuris uſuras petere
13 poſſit. *Berlich. part. 2. dec. 268. num. 23.* Sed con-
trarium reſpondetur, per hunc §. qvia non ne-
gotium alterius, ſed ſuum geſſit creditor ſecun-
dus, ut ipſe in pignore eſſet prior aliis, & deinde
non neceſſitate ſolvit, ut fidejuſſor, ſed ſponta-
neâ voluntate. *Berlich. d. dec. 268. numer. 3. Dn.*
14 *Struv. Ex. 27. th. 51.* Unde colligitur regula: Si
cedenti non currant uſuræ, ne qvidem ceſſionario
eas currere. *Car. Molin. de contract. uſur. num. 349.*
ſi ceſſio voluntaria, ut in hâc ſpecie, & ea materia
hodie freqventiſſima in judiciis.

15 *Ad §. fin.* Si res duobus obligata pignori, is po-
tior, qvi prior tempore, licet ſecundo tradita,
qvia *l. 15. C. de rei vind.* ubi de translatione do-
minii agitur, hic non habet locum. *Dn. Struv. d.* 16
*Ex. 26. th. 27.* & cui res prius obligata eſt, prius
jus in re conſecutus eſt, ſecus in primo emptore,
qvi tantum jus ad rem conſecutus eſt. *Franzk. h.
t. n. 38.* Sed ſi à diverſis non dominis conſtituta hy- 17
potheca, is potior, qvi poſſidet, *l. 14. h. t. Dn.
Struv. th. 33.* qvia prior non dominus, hypo-
thecam in re non ſua non potuit conſtituere, &
ſic in eo pares; ſed poſterior, qvi poſſidet, po-
tior eſt.

## ad L. Inſulam, 13.

### SUMMARIA.

*CAſus leg. h. proponitur. n. 1.*
*Conventio, ut pignora ad utrumq; pertineant, in dubio intelligitur eo ordine, qvo debitum principale ſolvi debet. 2.*

VEndidi tibi fundum alii locatum ad qvin- 1
qvennium, & conventum, ut primi anni
penſio penes me maneat, reliqvæ tuæ ſint, & ut
inducta ſint pignori ambobus, ſed inducta ſunt
exigua, ut vix pro penſione primi anni ſuffici-
ant; Qværitur, an in venditione inductorum
mihi primum ſatisfacere poſſim, an verò in tri-
butum ire tecum? prius in dubio præſumi re-
ſpondetur, niſi aliud actum; unde colligitur, qvod 2
conventio hæc, ut pignora pertineant ad utrum-
qve, intelligatur eo ordine, qvo ſolvi debitum
principale debet, niſi aliud actum. *Fr. Salgado in
Labyr. p. 1. c. 10. n. 32.*

## ad L. Si non dominus, 14.

### SUMMARIUM.

*QVis potior, ſi duobus res ab uno non domino, vel à diverſis non dominus oppignorata ſit.*

QVando idem non dominus duobus rem op-
pignoravit, ille potior, cui res prius tradita,
ſicut idem eſt in Publiciana, & qvod in Public., id
etiam in Serviana. *l. 18. de pign.* Sed ſi diverſi non
domini, poſſidentis melior conditio. *vid. Bach. de
pign. l. 4. c. 4. n. 4.*

## ad L. Claudius. 16.

### SUMMARIA.

*CAſus l. h. proponitur. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Regula, qvod qvi vincit vincentem, vincat qvoqve victum limitatur. 3.*

SPecies hæc formata à *Bach. de pign. l. 3. c. 15. n. 3.* 1
Claudius Felix tribus creditoribus obliga-
vit fundum ſuum. Primus creditor contra terti-
um egit, vel ab eo conventus, & ab eodem ſorte
injuria judicis ſuperatus eſt. Creditor ſecundus

contra tertium, hypothecam forte poſſidentem
agens, & ipſe victus eſt, ſed appellavit, qvod pri-
mus non fecit, qværitur, an pro tertio pronun-
ciandum, eo qvod vicerit primum, ergo & ſecun-
2 dum? Sed reſp. qvod ſententia pro tertio credi-
tore lata contra primum, non præjudicet ſecun-
do hypothecario creditori, nec ille primo in
ejus locum ſuccedat. *Neguz. membr. 3. part. 6. n.
43. Don. de pignor. c. 13. paulo ante med. Carpzov.*
3 *d. c. 28. num. 175. & ſeq.* Et ſic regula, ſi vinco vin-
centem, te etiam vinco, habet notabilem limita-
tionem, niſi vicerim te ex re judicatâ; Nam res
judicata pro tertio contra primum, non poteſt
præjudicare ſecundo antea non audito. *conſ. Joh.
de Caſtillo tom. 3. controv. c. 30. Salgado in Labyr. p. 2.
c. 22. n. 133. & ſeq.*

## ad L. Lucius. 18.

*SUMMARIA.*

*QVi potior in ſorte, potior etiam in uſuris eſt. num. 1.*

*Contraria ſententia de jure Saxon. æqvior cenſetur. 2. 3.*

*Diſtingvendum inter uſuras punitorias & compenſatorias. 4.*

1 QVi potior eſt aliis creditoribus in ſorte, po-
tior etiam eſt in uſuris. *Mynſ. cent. 1. obſerv.
59. Carpzov. d. conſt. 28. def. 160. Scheplitz part. 4.
conſvet. March. tit. 2. §. 5. Pruckman. vol. 2. conſ. 17.
numer. 23. conf. Salgado in Labyr. p. 1. c. 24. n. 91. & ſeq.*
2 Sed utut hæc ſtricti juris ratio inferat, ſemper
tamen mihi æqvitas Juris Saxonici magis pla-
cuit, qvæ etiam olim in Camer. Elect. Brandeb.
3 recepta fuit, qvod nemo creditorum uſuras ac-
cipere poſſit, niſi prius omnibus creditoribus
de ſorte ſit ſatisfactum, qvia creditores uſuras
petentes, de lucro plerumqve, creditores autem
ratione ſortis, de damno certant. *Carpzov. d. c. 28.*
4 *d. 161.* Diſtingvitur etiam inter compenſatorias
& punitorias uſuras. Hæc lex de compenſatoriis
intelligenda. Nam punitoriæ poſt omnes cre-
ditores collocandæ nec fiſcus qvid peculiare
privilegium habet *arg. l. un. C. de pœnis fiſcalibus.
v. g.* ſi ob moram in tributis & collectis com-
miſſam ob meram pœnam uſuræ petantur &
non ob intereſſe Reip. nam tunc ultimo loco
in concurſu creditorum locandæ. *Dn. Mev. p. 2.
dec. 162.*

## ad L. Mulier. 19.

*SUMMARIA.*

*COmpetit jus offerendi & creditori poſteriori & poſſeſſori. n. 1.*

*An qvaliscunqve poſſeſſor hic intelligatur. 2.*

NOn tantum poſteriori creditori jus offeren- 1
di competit, ſed etiam poſſeſſori, ſi urgeat
eum creditor, avocaturus rem hypothecatam,
qvia tunc poſſeſſor poteſt agentem excludere, &
debitum offerre, & ceſſionem petere. *Roder. de
annuis redit. l. 2. q. 16. n. 42.* qvi de juſto poſſeſſore 2
id intelligit. Sed qvalemcunqve poſſeſſorem
hoc jus habere, per *l. Paulus 12. §. fin. ff. qvib. mod.
pignus ſolv.* volunt *Afflict. dec. 259. in fin. Mantica
lib. 11. tit. 31. n. 14. & ſeqq. Trentacinq. d reſol. 30.
n. 9. & 12.* Sed hæc lex de ſucceſſione in pignore, d.
l. 12. de nuda liberatione poteſt intelligi. Vid. *Mo-
rotius de jure off. n. 3. & Franc. Pontanus conſ. 64. n.
2. & conſ. 82. n. 24.* confer. *Bach. de pign. l. 4. c. 17. in
fin. Frantzk. h. t. n. 84.*

## ad L. fin. pr.

*SUMMARIUM.*

*CAſus l. h. cum Dd. duplici deciſione. n. 1. 2. 3.*

TItius actione tutelæ conventus à Seja, ei o- 1
mnia bona obligavit, poſtea fiſco omnia ſua
bona obligat, demum cum Seja novavit, qværi-
tur, an ob novationem factam Seja jam fiat poſte-
rior fiſco? qvod negatur, qvia novans ſervato vel 2
repetito pignore, qvod hic factum, priſtinum
etiam locum retinet. vid. *Zeſ. h. t. num 16. Carpz.
p. 1. c. 18. def. 103. Bachov. vol. 2. d. 24. th. 7. lit. A.*
Dd autem vulgo conſtituunt rationem deciden- 3
di in eo, qvod Seja duplici privilegio nitatur, ſcil.
ut prior tempore, & qvia pupillari in ætate con-
tractum. *Connan. l. 4. Com. c. 17. numer. 7. & ſeq.
Carpzov. d. l. Berous vol. 1. conſ. 195. numer. 60.* un-
de ex hoc pr. probari ſolet, duplici privilegio
munitum, ſemper præferendum eſſe. *Neguz. membr.
2. p. 5. n. 42.*

# TITULUS V.

# De Diſtractione pignorum & hypothecarum.

## Ad L. Creditor. 1.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*

*Ratio dubitandi & decidendi. 2. 3.*

PRimo creditori fundus certus erat ſpeciali- 1
ter obligatus, poſtea tibi generaliter omnia
obligata bona, demum mihi etiam generalis
hypotheca conſtituta, primus ex rebus genera-
liter ipſi obligatis res aliqvas vendit, qværitur,
an

2 an contra hunc detur actio? Videtur qvod ſic,
qvia in cæteris bonis melioris conditionis eſt ſe-
cundus, qvi prior nactus eſt hypothecam gene-
ralem. Sed negatur per inductionem actionum;
3 Nam nec actio furti competit, qvia probabili erro-
re putabat, ſe potiorem eſſe, etiam in cæteris, &c.
Ergo tantum habet actionem contra emptorem.
4 Sed qvid ſi res non amplius exiſtat? In credito-
rem vendentem actionem ſubſidiariam dari,
non videtur iniqvum. vid. *Bachov. de pign. l. 3. cap. 39. numer. 1. & ſeq. Joh. a Sande lib. 3. tit. 12. def. 27.*

## ad L. Fidejuſſor. 2.

### *SUMMARIA.*

*JUs reluendi competit debitori, ſi emerit pignus fidejuſſor, ſecus, ſi extraneus. n. 1.*
*Extenditur ad omnes procuratores. 2.*

1 FIdejuſſor, ſi emat pignus, debitori, reluere volenti, vel ſecundo creditori ſibi ſolventi, debitum ſemper reſtituere tenetur, qvod in extraneo emptore non eſt, qvia creditor ex officio judicis vendit pignus & jus ſuum cedit, fidejuſſor autem cenſeretur facere dolo, ſi pignora à creditore emat, à qvo ut excuſetur, ita jura illam conventionem interpretantur, ut credatur non tam ſibi emiſſe, qvam potius debitoris in gratiam pignora redemiſſe. *Bachov. de pign. lib. 3. c. 26. n. 3.*
2 qvod extendit *Molinæus de Contr. uſur. num. 347.* ad omnem procuratorem, geſtorem & Adminiſtratorem, qvi ut fidem ſervent, præſumuntur ſuis principalibus proſpexiſſe, qvod bene notandum, non enim debet qvis aliena gerens ſuum lucrum captare. Videtur hæc perfidiæ ſpecies eſſe, alienam in utilitatem ſe agere profiteri, & interim in rem ſuam procurare, eſſe procuratorem ſimplicem ſimul & in rem ſuam, qvod hodiè ſæpe fit. vid. *l. 59. §. 9. ſupr. Mandat.*

## ad L. Cum prior. 3.

### *SUMMARIA.*

*CReditor ſecundus non habet jus offerendi, contra emtorem pignoris à primo venditi. n. 1. 4.*
*Qvid, ſi à debitore pignus venditum. 2. 5.*
*Secundus creditor non ſuccedit in locum primi, niſi expreſſè conventum. 3.*
*In qvibus caſibus creditores habeant jus offerendi. 6. 7. 8.*

1 CUm Creditor primus jure creditoris vendi-
dit pignus, non ſupereſt jus offerendi ſecun-
do creditori contra emtorem, ſed ſi debitor ven-
didit, emptor habet jus retentionis, & ſecundus
creditor non poteſt rem ab emptore auferre, niſi
2 offerat pretium. Et ſic emptor plus juris habet,
qvàm tertius creditor, & cui res obligata. Nam
licet hujus pecuniâ primo creditori ſatisfactum,
non tamen tertius in primi locum ſuccedit, niſi
hoc expreſſe conventum, ſed emptor, cujus pe- 3
cunia ad primum pervenit, & non fuit actum,
ut in ejus locum ſuccederet, non poteſt cum
effectu à ſecundo creditore actione hypotheca-
riâ conveniri, niſi ipſi offeratur pretium. Et ſic ſi 4
creditor primus vendat, hypotheca creditoris
ſecundi perit, ſi verò debitor vendat, tunc ſe-
cundus creditor poteſt convenire emtorem
cum effectu, ſed ſi pretium ad primum credito-
rem pervenit, non poteſt creditor pignus recu-
perare, niſi pretium reſtituat emptori. Vid. *Cu-* 5
*jac. ad h. l. tom. 4. operum pag. mihi 847. Paulus*
*de Caſtro conſ. 371. Hartm. tit. 27. obſ. 4. num. 1.* In 6
ſeqventibus tamen caſibus competit jus offe-
rendi, ſi fidejuſſor emerit, per *l. 2. præced.* ſi et-
iam ſecundus creditor à primo emit; Nam
tunc tertius ſecundo offerre poteſt. *l. 5. §. fin. &*
*l. 6. h. t.* qvia non tam cauſa adqvirendi domi-
nii, qvàm pignoris ſui conſervandi videtur
emiſſe. *Franzk. h. t. n. 64. Sande l. 3. t. 12. d. 18.* Si 7
ſub haſtâ ab uno creditore empta, aut ſi credi-
tor nulliter vendidiſſet, vel oblatis hæredi debi-
tis, vel ſi hoc conventum, ut liceret offerre ex *l.*
*ſi cum venderet. 13. ff. pign. act.* aut ſi venditor
doloſè, & participe exiſtente emptore minoris,
vendat. *Morotius de jure offerendi num. 16. & ſeq.*
*Pinellus de Reſcind. vendit. p. 2. c. 2. numer. 11. Struv.*
*th. 45.* Idem ſi Judex in ſolutum dedit; Nam nec 8
tunc jus offerendi deſinit, nam factum judicis vocatur factum partis. *Neguz. de pign p. 5. membr. 1. ſect. 1. num. 7. Vinc. de Franch. dec. 18. n. 2. & Dn. Mev. p. 4. dec. 158. n. 8.* Videantur etiam hâc de materiâ. *Neguz. p. 1. membr. 3. & part. 5. pr. n. 4. Mantica d. lib. 11. t. 28. n. 2. & 24. Trentacinq. d. reſol. 30. num. 2. & ſeq. Morotius de jure offerendi n. 30. Rimin. Junior conſ. 3. n. 9.*

## ad L. Cum ſolvendæ. 4.

### *SUMMARIA.*

*PIgnus ante diem ſolutionis vendi non poteſt. n. 1.*
*Dilatione conceſſa, ante factam denunciationem pignus diſtrahi neqvit. 2.*

NOn poteſt vendi, anteqvam debitor ſit in 1
mora ſolvendi. Ideoqve anteqvam dies
ſolutionis adveniat, venditio fieri non debet.
Etſi ergo dies proferatur, & detur debitori dila- 2
tio, interim pignus diſtrahi non debet, debet
enim præcedere denunciatio, qvæ omninò de-
bitorem in morâ conſtituit. vide *notata ad l. 4. C. h. t.*

## ad L. Si Creditor. 7. §. fin.

### *SUMMARIA.*

*VEnditio contra pactum de non vendendo pignore eſt nulla. n. 1.*
*Klockii hic explicatio an valeat. 2.*
*Limitatur in hypothecâ generali. 3.*

*Amplia-*

Digitized by Google

*Ampliatur in locatione. 4.*
*Ampliatur, ſi ratione fundi obligati promittatur jus retractus. 5.*
*Quid hinc colligatur. 6.*

1 VAlet pactum, ut debitor fundum obligatum
non vendat,& ſi vendiderit, nulla eſt ven-
ditio, qvod *Thomas Michael inter conſ. Klock. vol.
2. conſ. 42. num.319.* ita intelligit, ut nulla ſit qvo-
ad præjudicium creditoris,cum hic ſuam hypothe-
cam etiam ab emptore perſeqvi poſſit, ſed qvia
2 hanc actionem etiam remotò pactò haberet, &
tamen pactum hoc aliqvid operari debet, dicen-
dum potius, venditionem eſſe nullam ex ſpecia-
li ratione, qvia cum pacto de non vendendo
concurrit Jus reale hypothecæ, qvod venditio-
nem annullat. *Boërius decis. 49. numer. 4. circa me-
dium. Guido Papæ dec.569. Petr. Barb. ad l. 26. §.
3 fin. num.33. ff. ſolut. matr.* ubi locum non habere
putat in generali hypothecá. *Bachov. de pign. l.3.
c. 1. numer.4. Rodericus Suarez in l. poſt rem judi-
catam.n.7. & ſeq.* ubi *num. 8.* poſt octavam exten-
4 ſionem, idem eſſe dicit in locatione, ſi locator
pro obſervatione contractus fundum obligave-
rit & promiſerit, ſe fundum non alienaturum
intra certum tempus. *Dn. Franzk. illum allegans
ad h. t. numer.16. & ſeq. Bachov. de pignor. l.3. c. 8.
num.4. & l.3. c.27. num.3. confer. Coler. de proceſſ.
Execut. p.1. c.10. num.152. & p.2. c.3. numer. 434.* &
ita reſponſum in Facult. die 23. Jan. anno 1652.
5 Qvid ſi autem debitor obligaverit prædium,
promiſſo jure retractus conventionali, den Vor-
kauff? Videtur venditio eſſe nulla, *per hunc tex-
tum*,& creditor poſſet immiſſionem petere in præ-
dium,ſi debitor vellet alii vendere,& ſic admitto
practicam *Berlich. dec.124.* ſi promiſſio des Vor-
6 kauffs/ cum hypotheca concurrat. Collige ergo,
pactum de non vendendo appoſitum ab eo, qvi
habet jus in rem ſeu hypothecam, impedire ven-
ditionem. *Jaſon in l. ſi ita qvis §. ea lege numer. 29.
ff. de verb. oblig. Socinus jun. vol. 2. conſ. 129. n. 4.
Neguz. membr. 1. part. 2. num. 5.* ubi hunc textum
ſingularem vocat.

## ad L. Creditoris arbitrio. 8.

### *SUMMARIA.*

*CReditori in pluribus prædiis obligatis executionis determinatio competit. n. 1.*
*Determinatione in una re factâ, alia, in qvam poſterior creditor immiſſus eſt, eligi non poteſt. 2.*
*Creditor in feudo conſenſu domini & agnatorum oppignorato ſtatim executionem petere poteſt, licet allodialia ſimul obligata ſint. 3.*
*An hæc lex rectè ad legitimam filiis debitam extendatur. 4.*
*Creditor qvatenus propriâ autoritate pignus vendere poſſit. 5.*

QVando creditori plura prædia ſunt obligata, 1
creditoris eſt electio, in qvæ bona executio
ſit facienda. *Hartm. Piſt. p.3. q.12. numer.7. Coler.
de proceſſ. execut. part.3. c.9. num. 29. Carpzov. de
proceſſ. tit.25. art.2. n.1. & ſeq. Dn. Joh. Phil. in tr.
de Subhaſt. c.2. com. 12. num.5. confer. Rice. dec. coll.
482.* Sed ſi unam rem elegerit, aliam rem elige- 2
re, in qvam poſterior creditor immiſſus eſt, non
poteſt, ut judicatum refert *Lm. Mev. p.2. deciſ.245.*
Et exinde probatur, creditorem, cui cum con- 3
ſenſu domini & agnatorum feudum eſt oppigno-
ratum,nec non ſimul allodialia,non teneri excu-
tere allodialia, ſed ſtatim executionem in feudis
petere poſſe. *Finckelth. obſ.21.* Hanc legem ad legi- 4
timam filio debitam qvidam extendunt, ſed ma-
lè. vid. *Berlich. p. 2. deciſ. 250.* Qværitur: An 5
creditor, cui in contractu facultas data, propriâ
autoritate vendendi hypothecam, licitè privatâ
autoritate vendat? Aff. ſi b. f. id agat. *Sande l.3.
tit. 12. def. 20.*

## ad L. penult.

### *SUMMARIA.*

*CReditor pignus vendens tenetur poſſeſſionem, ſi poſſideat, transferre. n. 1.*
*Quid ſi non poſſideat. 2. 3.*
*Poſſeſſio an transferatur per nudam ceſſionem. 4.*

CReditor vendens pignus, ſi habeat poſſeſſio- 1
nem, eam transferre tenetur. Ex qvo col-
ligunt qvidam, non teneri transferre poſſeſſio-
nem, ſi non poſſideat. vid. *Neguz. membr. 1. p. 6.* 2
*numer. 18.* Sed hoc refutat *Bachov. de pign. l.3. c.
29. num.8.* Nam creditor aut vendit jus ſuum, & 3
tunc poſſeſſionem tradere debet, ſi habet, aliàs
non; ſi verò ipſam rem vendat oppignoratam, o-
mninò rem per hypothecariam prius à debitore
avocare debet, per *l. 22. §. 3. de pign. act.* ubi cre-
ditor re pignorata precario debitori conceſſa aut
locata, ſi eam rem vendiderit, contraria pigno-
rat. act. rem repetere debet, ut præſtet emptori;
ergo id facere debet multo magis creditor, cui
res nondum tradita. *Bachov d. c. 29. n. fin.* Colligit 4
etiam ex *h. l.* *Natta conſ.398. num.13.* non transferri
poſſeſſionem per nudam ceſſionem, ſed actu cor-
poreô opus eſſe.

# TITULUS VI.
# Qvibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur.

Ad

## Ad L. 1. pr.

*SUMMARIA.*

*QVod detur remedium liberandi pignora amici abſentis. n. 1.*
*Remiſſio pignoris qvibus caſibus utilis eſſe poſſit, ubi donatio debiti inutilis. 2.*

1 ABſentis amici obærati pignora libero, qværitur, an habeam actionem hypothecariam contra debitorem abſentem, qvia pignoratitia debita ſolvi? Sed negatur; ſed tamen datur actio negot. geſt. & exceptio doli, & ſic jus retentionis, donec ſolvantur debita; Nam eo usqꝫ pignora retinere poſſum, ideoqꝫ tamdiu defendendus in poſſeſſ. creditor, donec bona diſcutiantur. *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 216.*

2 *Ad §. 1.* Licet donatio debiti ſit inutilis, ipsâ tamen remiſſio pignoris utilis eſſe poteſt, ſcil. ſi donatio non ſit inutilis propter dolum & metum, ſimilemqꝫ cauſam, ſed ex ſpeciali ratione, v. gr. inter conjuges, vel, ſi creditor, cujus bona publicanda ante condemnationem, in fraudem legis acceptâ parte pretii, reliqvum remiſit, ubi remiſſio debiti inutilis, ſed pignoris non. *Mant. l. 11. tit. 31. n. 49. Pac. cent. 5. qv. 36. Aug. Barb. lib. 5. c. 36. ax. 20. Bach. de pign. l. 5. c. 5. num. 3. Franzk. h. t. n. 42. & ſeq. Cuno de pactis c. 6. n. 84.* & qvos retuli ad *l. 5. C. de Remiſſ. pign.*

## ad L. Si res. 3.

*SUMMARIA.*

*SI res in diem addicta, & interim Hypotheca conſtituta ea irrita eſt, n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

1 CUi in diem res addicta, ſi interim hypothecam conſtituat in re, ſi melior conditio offeratur, irrita eſt emptio, & irritum pignus. vid. *l. 31.*
2 *ff. de pign.* Aliud hic in fine dicitur, ſi placuit, ut, ſi intra certum tempus res diſplicuerit, rem redderet, nam tunc pignus non finitur, ſi diſpliceat, qvia venditio non reſolvitur ipſo jure, & ex causâ neceſſariâ, ſed voluntariâ. *Franzk. l. 19. h. t. n. 153. Bach. de pignor. l. 5. c. 15. num. 6.* Idem ſi ob vitium redhibeatur; Idem ſi *ex l. 2. C. de reſcind. vend.* agatur *Franzk. d. l.* ubi *n. 156.* cautelam proponit, ut ille, ad qvem res [illegible], de indemnitate ſibi caveri curet.

## ad L. Si debitor. 4. §. ult.

*SUMMARIA.*

*COnſenſus creditoris in alienationem pignoris inducit tacitè remiſſionem pignoris. n. 1.*
*Secus ſi proteſtatio adjecta. 2.*
*Qvid hinc colligatur. 3.*
*Limitatur. 4. 5.*
*Pignus venditum conſentiente creditore, & poſtea recuperatum, an reconvaleſcat. 7.*
*Hypotheca qvomodo exſtinguatur per ſubhaſtationem. 8.*

TAcitè videtur remiſſum Jus pignoris, qvando creditor conſentit, ut pignus vendatur, 1 2
vel alio modo diſtrahatur, niſi per proteſtationem jus ſuum ſibi reſervaverit, *per h. §.* Unde 3
colligunt, in iis, qvæ nondum inferunt gravamen, ſed tantum minantur, non opus eſſe appellatione, ſed ſufficere proteſtationem. Sed ſi rejecta ſit proteſtatiò expreſſè vel tacitè, opus eſſe appellatione. *Dn. Mev. p. 2. dec. 53.* Nec tunc vi- 4
detur remiſſum pignus, ſi venditio illa propter legem prohibitivam non valuit. *§. 2. h. l.* Vel alienatio non eſt ſecuta. *l. 8. §. 6. h. t.* vid. *Neguz. membr. 3. part. 6. numer. 12. & ſeq. Molin. diſp. 537. num. 2.* Sic ſi creditor conſentiat in venditionem, 5
eâ tamen conditione, ut ſibi ex pretio ſolvatur, tunc ſi non ſatisfiat, ſalvum eſt jus pignoris *Molina d. d. 537. num. 8.* & ita anno 1666. die 25. Junii deciſum memini. Sed aliud, ſi eo modo vel eo 6
fine conſenſit, ut de pretio participaret. *Molin. d. l.* Collige ex §. ult. conſentientem actui nulli, ſibi non præjudicare. *Menoch. conſ. 58. numer. 12. & 64. Auguſt. Barb. lib. 3. c. 54. ax. 6.* Sed qvid ſi 7
conſentiente creditore pignus venditum, & poſtea recuperatum, an reconvaleſcit pignus? Negat. *l. fin. C. de Remiſſ. pignor.* Ex hoc textu 8
etiam colligitur, per ſubhaſtationem & ſecutam venditionem, ſolutoqꝫ omni pretio, extingvi hypothecas creditorum, qvibus non eſt ſolutum, qvia ad eos pertingere non potuit. *Carpzov. p. 1. conſt. 28. def. ult.* Sed qvamdiu aliqva pars pretii reſtat, ſalva eſt potioris hypotheca. *Carpzov. part. 3. deciſ. 273.*

## ad L. Solvitur. 5.

*SUMMARIUM.*

*PIgnus ſolvitur, principali debito per pactum ſublato, datis & fidejuſſoribus.*

PIgnus ſolvitur, principali debito ſublato ſaltem per pactum. *Neguz. d. membr. 4. p. 6. n. 36.* ſive illud pactum ſit reale, ſive perſonale, ne à debitore petatur, nam hoc etiam exceptionem tertio poſſeſſori hypothecæ largitur, ut judicatum refert *Sande l. 3. tit. 12. def. 21. & conſ. l. 17. §. 2. de pactis. Petrus de Grebic & Bachov. l. 5. de pign. c. 6. numer. 2.* ubi ſententiam hujus legis pluribus explicat. Idem ſi alio modo creditori volenti ſatisfactum, v. gr. ſi dati ſint fidejuſſores. *Mant. d. tit. 31. n. 7.*

## ad L. Idem. 6.

*SUMMARIA.*

*QVæ oblatio pignus liberet. n. 1.*
*Cautela pro debitoribus, ignominioſam immiſſionem metuentibus. 2.*

Qvi

Digitized by Google

1 QVi paratus eſt ſolvere, liberat pignus; qvi autem aliter ſatisfactionem offert, non liberat pignus, niſi creditor acceptarit. Unde colligitur, debitorem ſibi ignominioſam viſam immiſſionem avertere poſſe, per oblationem ſolutionis, & qvidem faciendæ intra tempus execu-
2 tioni præſtitutum; qvale exemplum refert *Carpz. p.3. dec.270.* debitoris, qvi dicebat, intra 6. ſeptimanas ſe velle ſolutionem offerre, qvo termino lapſo ſine factâ ſolutione, ſe velle ipſi cedere domo, interim ſe oblaturum claves, &c.

## ad L. Si conſenſit. 7. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*AN prædii communis pars ſocii ſimul obligata, ſi alter ſuam partem hypothecæ dedit.*

SPecies facti eſt: Dedi hypothecæ meam partem, qvam in prædio habeo cum ſocio Jacobo, poſtea divido cum ſocio, an pars ſocii videtur obligata? Vid. qvod non, qvia ea pars, qvam hypothecæ dedi, non fuit, niſi mea, non verò ſocii pars. Sed affirm. qvia creditor habet Jus reale, in qvalibet particulâ prædii pro parte indiviſâ, & pignoris natura eſt individua. *Hartm. Piſt. p.3. qv. num.6. Surdus dec.44. n.7. & Carpzov. part.1. dec. 62. num.10.*

## ad L. Sicut. 8. §. 7.

*SUMMARIA.*

*AN pignus ſolutum, ſi conſenſu creditoris vendatur, poſſeſſio tamen maneat penes debitorem. num.1.*
*Simulata venditio qvando præſumatur. 2.*
*Præſumtio hæc qvomodo elidenda. 3.*
*Reſponſum Facultatis in caſu ſimulatæ venditionis. 4.*
*Cautela pro creditore alienationem hypothecæ permiſſuro. 5.*
*Pignus permiſſu legandi ſolutum, reconvaleſcit, ſi repudietur legatum. 6.*
*Venditionis appellatione qvæ veniant. 7.*
*Legatum rei alienæ, ignorante teſtatore, valet, ſi fiat cum conſenſu domini. 8.*
*An uxor diſpoſitionem mariti, de ejus bonis impetrato ab ipsâ conſenſu teſtantis, mutare poſſit. 9. 10.*
*Creditor unum actum alienationis permittens, an omnes alios ipſi ſimiles ſimul permittere videatur. 11.*
*Qvibus caſibus ex præſentiâ & taciturnitate præſumatur creditor conſenſiſſe alienatori. 12.*
*Redditio pignoris transferendi ergò in alium, remiſſionem inducit. 13.*
*Creditor ſubſcribens inſtrumento venditionis an conſentire videatur. 14.*
*Immiſſionem adeptus, ſi patiatur alium creditorem immitti, an amittat pignus. 15.*
*Pupillus an teneatur ex ſubſcriptione tutoris ſimplici, ubi verò conſenſus ut tutoris ex ipſo inſtrumento patet. 16.*
*Facultas alienandi pignus debitori conceſſa, extenditur ad heredes. 17.*
*Limitatur in ſucceſſore ſingulari. 19.*
*Creditor conditionaliter conſentiens in pignoris venditionem, conditione non exiſtente jus pignoris retinet. 18.*
*An conſenſus feudalis alteri cedi poſſit. 20.*

DEbitor agrum mihi ſpecialiter obligatum 1
vendidit meo conſenſu, & ſic pignus ſolutum. Sed video, poſſeſſionem manere penes debitorem, & pretium non eſt ſolutum, præſumitur contractus ſimulatus & fraudulentus, ita ut mihi detur replicatio doli, ſecus autem, ſi debitor ab emptore eundem iterum emiſſet, vel ejus hæ-
res eſſet. Simulata videtur venditio, qvando 2
venditor remanſit in poſſeſſione rei venditæ. Et non præſumitur alienaſſe, qvi in poſſeſſione manſit. *Cæpoll. de ſimul. contr. numer.76. Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. p.3. lim.9. numer.1. & ſeq. Decius conſ.36. numer.5. Wammeſ. conſ.1. numer.13. cent. 4. Menoch. l.2. A.Q. q.59. n.1. & ſeq. & l.3. præſumpt. 122. num.11. Neguz. de pign. memb.3 part.6. num.31.*
& contrarium probandum, qvod reverâ angu- 3
ſtia rei familiaris vendiderit & tradiderit, ſed poſtea ob inſperatam ſibi delatam hæreditatem redemiſſet. *Franzkius h.t. numer.107. & c. Mantica de tac. & amb. conv. lib.15. tit.36. Maſcard.*
*concl. 446. n.12. ſed vide concl. ſ.459.* Et ſic aliqvan- 4
do, ubi convenerat in feudi venditione, ut non transferatur dominium, ut onera ſolveret venditor, ut conſenſus domini eo fine tantum petatur, ne feudum fiat caducum, venditio ſimulata dicebatur menſe Julio anno 1659. *Menoch l.2. A. Q. caſu 39.* Nam ſi vera traditio facta, omninò opus fuiſſet conſenſu, & clauſulæ inſolitæ arguunt ſimulationem. *Menoch. l.3. præſ. 122. num.65.*

*Ad §. 10.* Hic §. continet cautelam, ſi debitor 5
petit à creditore, ut ſibi liceret vendere hypothecam, ut creditori ſolvere poſſit debitum, expedi t creditori, ſi ante conſenſum præbitum cautionem accipiat ab emtore, ut ſolvat, vel ut ſub conditione conſentiat, ſi ſibi ſolvatur; Nam ſi hoc fine conſentiat, ut ſibi ſolvatur, tunc alienatione factâ, aget qvidem creditor contra debitorem, ob non impletum m[illegible] ad id, ut aliud ſimile pignus det, ſed ſi ſu[illegible]ditione ſibi ſatisfiat, dabitur actio contra ipſum emtorem ceu tertium, qvia venditio nulla, deficiente conditione. *Bart. in l.h 8. §. illud videamus. Molina tr.2. de Juſt. & Jure d.537. numer.8. Neguz. d. memb. 3. part.6. n.31.*

*Ad §. 11.* Non tantum ſi creditor vendi per- 6
mittat pignus ſuum, ſolvitur vinculum pignoris, ſed etiam ſi legari permittat, qvod legatum, ſi repudietur, reconvaleſcet pignus; Collige primo,
ver-

venditionis appellatione contineri omnem a-
ctum; per qvem dominium transfertur, etiam ex
ultima voluntate. *Alciatus ad l. alienationis de V. S.*
Et ex hoc ſtabiliri poſſe putamus ſententiam
*Carpzov. part. 3. conſt. 6. def. 5.* qvod uxor non tan-
tùm per ultimam voluntatem, ſed nec per con-
tractum venditionis, mobilia in alium, qvàm ma-
ritum transferre poſſit. Sed hoc ſpeciale, nam
aliàs venditio & alienatio differunt, veluti genus
& ſpecies, paulo pingvius, ut loqvitur *Ruminal-
dus conſ. 394. n. 72. & ſeq. & conſ. 602. n. 58. & ſeq.*
8 Secundo collige, licet legatum rei alienæ, igno-
rante teſtatore, non valeat, aliud tamen eſſe, ſi
id fiat, cum conſenſu domini. *Baldus in l. cum
alienam 10. n. 6. C. Legatis & Salyc. in eadem l. n. 7.*
9 *qui ambo hanc legem referunt.* Tertio collige ex
hoc, qvod jam dictum eſt, poſſe aliqvem conſen-
tire alteri, ut ſua res legetur. *Tiraq. poſt LL. con-
nub. gl. 5. n. 145.* & ſic ſi maritus conſentiente uxo-
re de ejus bonis teſtetur, uxor hoc non poteſt mu-
tare. *Petr. Peckius de Teſtament. conj. l. 1. c. 43. in
fine. Everhardus conſ. 60. Molina de Jure primoge-
nitura l. 4. c. 2. n. 84. Covar. in Rubr. de Teſtament.
p. 2. n. 22. Carpzov. p. 3. conſt. 2. def. 13. Zaſius ad tit.
de hared. inſtit. n. 14. & ad tit. de injuſto, rupto. n.*
10 *22.* Qvæ opinio poteſt ſuſtineri in rebus uxoris
legatis, non verò, ſi in bonis uxoris hæredem in-
ſtituat, qvia hæreditas in rebus alienis deferri ne-
qvit, ſed benè legatum; ſed de hoc alibi.
11 *Ad §. 13.* Qvando unus actus alienationis à
creditore permittitur, omnis alius ipſi ſimilis per-
miſſus videtur ſi ſit eadem ratio. *Molina d. diſp.
537. n. 9.* Facti enim qvæſtio eſt, an tantum de
illo contractu ſenſerit, qvod ex occaſione conſen-
ſus præſtiti dijudicandum, v. gr. ut ſi ideò conſen-
ſit, ut debitor æs alienum ſolveret, donare non
licebit. Econtra ſi donare conceſſit, & vendere
licebit, niſi intuitu certæ perſonæ donari permiſe-
rit. vid. *h. t. Franzk. n. 96. & ſeq.*
12 *Ad §. 15.* Ex præſentia & taciturnitate non præ-
ſumitur, qvod conſenſerit alienationi creditor,
ſed actu aliqvo opus eſt, qvo ſuum conſenſum te-
ſtetur, niſi fiſcus vendat. *l. Si hypotheca C. de re-
miſſ. pignor.* vel ſi res mihi oppignorata, me pa-
tiente ſuit donata Eccleſiæ. *Auth. ſi ſervus C. de
Epiſc. & Cler. Neguz. membr. 3. part. 6. n. 23. & ſeq.*
aut niſi creditor taceat animo decipiendi, aut
cum proclamate fiat venditio. *l. 6. C. de Remiſſ.
pign.* Nam hoc caſu, qvando citantur creditores,
contradicere tenentur, alias pro conſentientibus
habendi. *conf. Dn. Mev. p. 2. dec. 205.* modo citati
ii, qvi hypothecam ein dingliches Recht præten-
dunt, nam ſi lii tantum, qvi ſe pro dominis gerunt,
ſecus eſt. *Dn. Mev. p. 4. dec. 281. Neguz. d. membr.
3. part. 5. n. 25. Molina d. d. 537. n. 6. & Carpz. lib. 4.*
13 *reſp. 32. Franzk. h. t. n. 72. & ſeq.* Remiſſum etiam
jus pignoris videtur, ſi creditor reddat pignus,
ut in alium transferatur, nam & tacitus poteſt eſſe
14 conſenſus. *Mev. p. 5. dec. 56. n. 4.* Ex hoc apparet,
creditorem, ſi ſubſcripſit inſtrumento venditio
nis, videri conſenſiſſe, niſi deceptus ſit, aut niſi
inſtrumentum non legit, ubi vel ratione officii
ſubſcripſit. *l. 39. de pign. act. Franzk. n. 31. & ſeq.* Ad-
do & hoc, niſi cum proteſtatione ſubſcribat, citra
mei & meorum præjudicium, mir und meinen Er-
ben ohne Schaden &c. Si autem paſſus ſim ego, 15
qvi immiſſionem impetravi, alium creditorem im-
mitti, nihilq́ mihi reſervaverim, poſſeſſio amitti-
tur qvidem, & ſic immiſſio, ſed non jus pignoris.
*Dn. Mev. p. 3. dec. 158. n. 8. & ſeq.* Sed qvid ſi tutor 16
ſubſcripſit ſimpliciter, non facta mentione officii
als Vormund, in inſtrumento autem ipſo habea-
tur, qvod tutor conſenſerit, an ex ſimplici ſubſcri-
ptione tenetur pupillus? Aff. qvia ſubſcribens ſcri-
pturæ, videtur omnina contenta approbare.
*Carpz. part. 2. dec. 121.*
*Ad §. 16.* Qvi conceſſit debitori, ut venderet, ſi 17
debitor, nondum factâ alienatione, deceſſit, hæc
facultas ad hæredem extenditur, nec auditur cre-
ditor, ſi alleget hæredem eſſe conditionis deterio-
ris, cur enim non clarius eſt locutus? *Neguz. memb.
3. part. 6. n. 15. Menoch. conſ. 87. n. 05. Franzk. h. t. n. 69.*
Colligitur etiam, ſi creditor hac conditione con- 18
ſenſit, ut in me, cujus pecuniâ dimitti debet, hy-
potheca transferatur, ſi non integra ipſi pecunia
ſolvatur, nullum jus in hypotheca habeo, qvia
conditionaliter conſenſit, ſi plenè ſcil. ipſi ſatis-
fieret; nam eſt natura pignoris individua. *Dn.
Mevius p. 4. dec. 123.*
*Ad §. 17.* Datus conſenſus ad vendendum, non 19
porrigitur ad novum poſſeſſorem, qvando ſcil.
debitor caſu amiſiſſet poſſeſſionem, qvia conſen-
ſus ſtricti juris eſt. *Franzk. h. t. n. 70.* & hoc accom-
modari poteſt ad qvæſtionem: An conſenſus feu-
dalis alteri cedi poſſit? de qvo *Carpz. l. 5. reſp. 36.
Rauchb. c. 1. qv. 6.* Sed de eo alibi dixi, qvod hoc jus 20
per conſenſum in alium transferri poſſit; Nam hæ
diſtinctæ ſunt qvæſtiones: An, qvia conſenſi, ut
debitor venderet, hâc conceſſione etiam alius, qvi
poſſeſſionem rei nactus eſt, forte per caſum ali-
qvem, eam rem vendere poſſit, ob conceſſionem
factam debitori; aliud verò, an hypotheca cum
conſenſu domini conſtituta in alium transferri
poſſit. *conf. tract. meus de ceſſ. act. cap. 4. n. 87.*

## ad L. Voluntate. 10.

### *SUMMARIA.*

*Redeunte ex reſolutione venditionis dominio rei
vendita ad debitorem, redit jus pignoris ad
creditorem. n. 1.*

*An pactum de retrovendendo, verbis directis appo-
ſitum, inducat ipſo jure translationem. 2.*

SI reſolvatur venditio, & res cum eâdem causâ 1
ad venditorem redeat, ut dominium ad debito-
rem, ita jus pignoris ad creditorem redit, exemplo
redhibitionis. Unde ſolent Dd. nonnulli probare 2
aſſertionem, pactū de retrovendendo, verbis dire-
ctis appoſitum, inducere ipſo jure translationem
dominii, absq́ traditione, in qvam rem textum
hunc inſignem vocat *Covar. l. 3. reſol. c. 8. n. 2. cui
non poſſit reſponderi Boër. deciſ. 182. num. 19. Mo-
linaeus in conſvet. Paciſ. §. 23. n. 11.* Qvam etiam

communem eſſe, fatetur *Timq. de Retr. conv. §. 1. gl. 7. n. 12.* licet diſſentiant *Petr. Barb. ad l. Si mora. 10. ff. ſolut. matr. n. 71. Klock. l. 2. conſ. 42. n. 320.*

## ad L. Paulus. 12.

*SUMMARIA.*

*Conſenſus creditoris antiqvioris, ut hypotheca ſua alteri obligetur, an inducat remiſſionem pignoris, an tantum juris prælationis. n. 1. 2. 3.*

*Creditor an teneatur poſſeſſori rei hypothecariæ, qvicunq; ſit, à ſe convento, ſi offerat debitum, jus ſuum cedere. 4.*

*Qvid ſi accidat in executione judicati. 5.*

*An poſſeſſor hypothecæ conventus à creditore, poſſit offerre pretium rei, & rem retinere. 6.*

*An, ſi creditor, remiſſo ex hypotheca generali in nonnullis bonis jure hypothecæ, jus ſuum cedat, ſufficiat præſens. 7.*

*Poſſeſſor, qvi melioramenta fecit, poteſt rem, oblata ejus æſtimatione, detractis vero melioramentis, retinere. 8.*

1 SI antiqvior creditor conſentiat, ut hypotheca
ſua alteri obligetur videtur jus pignoris remittere, & ita ſecundi creditoris melior redditur
conditio. Et ſic, ſi primus conſentiat, ut tertio
obligetur ſuum pignus, tertius in locum primi
non ſuccedit, niſi ſua jura ceſſerit, ſed ſecundus
2 creditor primus erit *Zaſ. h. t. n. 12* & qvamvis
nonnulli Jus prælationis tantum remiſſum putent, totum tamen Jus pignoris remiſſum eſſe,
ex h. l. *& l. 9. §. 1.* probat *Neguz. memb. 3. part. 6. n. 23. Hartm. Piſt. lib. 3. q. 16. Franzkius h. t. n. 114. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſ. 119. Weſ. hic.* Licet
*Bachovius in Tr. diſp. 1. th. 9. lit. F.* diſſentiat, &
ex parte *Berlich. p. 1. concluſ. 66. num. 75. & ſeq.*
qvem refutat *Franzkius h. tit. num. 124. & ſeq.* &
3 æqvitatem adducit *Zaſ. n. 13.* Sed qvicqvid ſit,
non videtur reprobanda diſtinctio, an conſenſerit creditor, ut certæ ac nominatæ perſonæ obligaretur, an verò in genere: ut illo caſu non totum Jus remiſſum videatur, ſed hoc, per *l. 11. h. t. & l. 12. §. 4. ſupra qui potiores &c.* vid. *Salyc. in l. fin. C. de remiſſ. pignor. Petr. Barb. l. 1. part. 5. n. 71. & ſeq. Joh. Petr. Surdus dec. 136. n. 11. Maſcardus concl. 1179. n. 41. & ſeq. & Salgado in Labyr. p. 3. c. 13. §. un. n. 21. & ſeq. conf. Bach. de pign. l. 5. c. 8. num. 2.* In *l. jubemus 21. C. ad SCt. Vellej.* ſpeciale
qvicqvam eſt favore mulierum conſtitutum. *Barb. d. l. n. 17. Maſc. d. concluſ. 1179. n. 42.*

4 *Ad §. 1.* In hoc §. dicitur, qvod qvaliscunq;
poſſeſſor rei alii obligatæ, conventus a creditore, poſſit illum, offerendo debitum, ab actione hypothecariâ repellere, cum non debeat qværi de jure poſſeſſoris, cum Jus petitoris, ſive creditoris ſoluto debito removeatur, qvod tantum in actione hypothecaria attenditur. Sed licet hæc ita ſe habeant, tamen creditor injuſto poſſeſſori non tenetur cedere jura ſua, per *l. 19. ff. qui pot. in pign. l. 63. & l. 69. ff. de Rei vind. Dn. Franzk. h. t. n. 4. & ſeq. Molin. qv. 47. de Uſuris n. 238. Morotius de jure offer. n. 3. Ant. Faber. l. 8. Cod. tit. 10. dec. 31. Wiſſenbach. diſp. 40. th. 17. in fin. Cruſius de jure offerendi c. 9. n. 9.* Et hoc Jus competit etiam in 5
executione judicati *Ant. Faber. l. 8. Cod. tit. 29. d. 7. Capyc. dec. 41. n. 1.* niſi præciſè ad reſtitutionem
condemnatus. *Capyc. d. l. n. 2.* Sed qvando execu- 6
tivè ex re judicata agitur tantum usq; ad litem conteſt. proceſſus executivi oblatio admittitur. *Cruſius d. c. 9. n. 2. & ſ. n.* Sed qværitur hic, an poſſeſſor hypothecæ conventus à creditore, pretium rei offerre poſſit, & rem retinere? De injuſto poſſeſſore hoc negat *Dn. Mev. p. 1. dec. 111.* Si verò juſtus ſit poſſeſſor, tunc ſi ipſe debitor poſſeſſor, & ſolidum debeat, tenetur creditum ſolvere totum, nec liberabitur præſtatione pretii, ſi verò ad quantitatem bonorum, pretii oblatione liberatur. Sed ſi alius ſit poſſeſſor, non debitor ipſe, tunc aut eſt poſſeſſoris jus potius, aut inferius, aut par: primo caſu excluditur creditor; ſecundo caſu cedere tenetur rem, nec offerre pretium ſufficit; tertio caſu, potior eſt cauſa poſſeſſoris. Ita diſtin-
gvit *Dn. Mev. d. l.* Sed qvid ſi creditor habens uni- 7
verſa bona obligata, jus hypothecæ in nonnullis bonis remiſerit, an ſufficit, ſi poſſeſſori cedat tale jus, qvale jam habet? qvod affirmatur; Nec obſtat *l. 95. §. pen. de ſolut.* nam alia ratio fidejuſſoris. Vid. *Neguz. de pign. p. 1. membr. 3. p. 5. n. 29. Morotius de jure offerendi n. 4.* & quia uxor habet in ſubſidium rei vindicationem, per *l. in rebus C. de jure dotium.* ideoq; mulieri agenti rei vindicatione, non po-
teſt opponi jus offerendi. *Neguz. d. l. n. 28.* De 8
poſſeſſore, qvi melioramenta fecit, tradunt, quod ille æſtimationem rei, detractis melioramentis offerre poſſit creditori & rem retinere. *Neguz. membr. 4. p. 5. n. 23. Garcias de Experſ. c. 18. n. 83. Covar. l. 1. c. 8. n. 3.*

## ad L. Si deferente. 13.

*SUMMARIA.*

*Solvitur pignus abſolutione judiciali. n. 1.*

*Juramento delato & præſtito. 2.*

JUdiciali abſolutione, qvæ debitori contingit, 1
licet ſit injuſta, pignus tamen liberatur, cùm alias non poſſit proprie abſolutus dici is, cujus res adhuc pignori ſunt. *Franzk. h. t. n. 46. & ſeq. Bach. de pign. l. 5. c. 1. n. 3.* Sic & juramento delato ac præ- 2
ſtito, multo magis ſolvitur pignus, cum & naturalis obligatio tollatur ob conventionem. *Franzk. d. l. n. 51.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*Oblationem unius debiti, ſi debita ex diverſis cauſis uni creditori promiſſa, non poteſt recuſare creditor. n. 1.*

*Jure noviſſ. admittitur ſolutio particularis. 2.*

QVando à principio fuerunt debita ex 1
diverſis cauſis promiſſa uni creditori, tunc ſi unum offeratur debitum, cogitur creditor accipere, & pignora, pro illo debito obligata, liberan-

liberantur. Nam ſic non dividitur debitum, ſed diviſa jam antea ſunt debita, & diverſa pignora. *Neguzant. p. 2. membr. 3. p. 5. n. 21. Mevius p. 3. dec.* *236. n. 2.* Jure noviſſimo particularis ſolutio admittitur. *Receß. Imperii de Anno 1654. §.* nach dem auch. *Dn. Struv. Ex. 47. theſ. 73.*

# LIBRI XXI.
## TITULUS I.
## De Ædilitio Edicto, & redhibitione, & qvanti minoris.

### Ad L. Labeo. 1. §. 3.
#### *SUMMARIA.*

*Fiſcus venditor non tenetur actione qvanti minoris. n. 1.*
*Ob vitium manifeſtum non datur Actio ædilitia. 2.*
*Qvid ſi emptor vitium neſciat, & venditor ſciat. 3. 4.*
*Morbi definitio. 5.*
*Vitium corporis qvando pariat ædilitiam actionem. 6*
*Non omne vitium manifeſtare tenetur venditor. 7.*
*Ob vitia animi an & qvando Ædilitia actio detur. 8. 9. 10.*
*Vitium tempore venditionis adfuiſſe, poſt triduum probandum emptori. 11.*
*Qvin hoc caſu præſumatur. 12.*

1 QVando fiſcus vendit, non datur actio
redhibitoria, qvia publicè ſub haſta
vendit, & eſt hoc privilegium ſpeciale
Fiſci. *Caſp. Caballin. in tr. de ædilit. Edict.*
*c. 2. n. 42. Tr. & ibi Bach. vol. 2. diſp. 2. th. 2. lit. F.*
*Balth. reſol. Bavar. 4. n. 18. tit. 6. Franzk. h. t. n. 41.*
*Zaſ. n. 7.*

2 *Ad §. 6.* Ob vitium latens datur tantum actio
ædilitia, non verò ob vitium manifeſtum, &
qvod ſignis deprehendi poteſt. *Carpzov. p. 2.*
*conſt. 34. def. 16. Dn. Mev. p. 4. dec. 48.* ubi exem-
3 plum. *Dn. Struv. Ex. 27. theſ. 5.* Si tamen emptor
per ſupinam negligentiam neſciat, venditor ve-
rò ſciat, hujus dolus culpæ latæ præponderat, &
ſic datur actio ædilitia. *Caball. d. c. 2. num. 23. Me-*
*noch. conſ. 1134. n. 14. Schrad. ad pr. Inſtit. de Empt.*
*n. 129. Balthaſ. d. l. n. 8. Surdus dec. 146. n. 24. Mar-*
4 *ta t. 1. digeſt. tit. act. c. 15.* Qvod alii tunc admit-
tunt, qvando venditor qvid fecit, qvo occulta-
ret, vel dolosè negavit, ob *l. 14. §. ult. h. t. Bachov.*
*in Tr. vol. 2. d. 2. th. 2. lit. B. Franzk. h. t. num. 570.*
*& ſeq.* Sicut abſolutum reum à Facultate Noſtra
ex capite hoc ſcio, Menſe Novemb. 1655. Sed non
malè Judex in ejusmodi caſu læſionis qvantitatem
conſiderabit.

5 *Ad §. 7.* Notetur hic morbi definitio, qvod ſit
habitus corporis contra naturam, qvi uſum
ejus ad id facit deteriorem, cujus cauſa nobis
6 natura ejus corporis ſanitatem dedit. Porrò ob-
ſervandum, qvod vitium corporis aliter non
producat actionem ædilitiam, niſi uſus rei im-
pediatur, aut incommodum maximum creetur
emtori; nam ſi incommodum modicum, non
dabitur redhibitoria, ſed qvanti minoris. *Tren-*
*tacinq. l. 3. tit. de Empt. reſol. 11. n. 4.* Et qvando 7
vitium non reddit rem venditam notabiliter in-
utilem ad eum uſum, ad qvem venditur, non te-
netur id vitium manifeſtare venditor, ne com-
mercia nimis conſtringantur. *Molin. diſp. 353. n. 22.*
Sed aliud in conſcientiæ foro dicerem. confer. *Joh.*
*Fr. Balth. d. l. n. 27.*

*Ad §. 9.* Actio ædilitia redhibitoria datur ob 8
vitia ſervorum, corporis ſcil. non animi. *hic & l.*
*4. §. 3. h. t.* fortè qvia animi vitia facilius pœnis,
aliisqve modis in ſervis corrigi poſſunt. Niſi animi
vitium ex corporis vitio proveniat. *d. l. 4. §. 1.*
aut illud abeſſe promiſſum ſit. *d. l. 4. §. 4.* Qvam-
vis ob animi vitia ex empto agi poſſit. *Caball. d.*
*c. 2. n. 28. Frid. Martini de Jure Cenſuum c. 6. n. 107.*
*Balthaſ. d. reſ. 4. n. 7. Wiſſenbach diſp. 41. th. 9.* Sed 9
animi vitium in jumentis conſiderari, probat *l. 43.*
*pr. h. t. Caball. de Ædilitia act. c. 2. n. 28. Joh. Frid.*
*Balthaſ. reſ. 4. n. 7. Sichardus ad Rubr. C. h. t. n. 5.*
Sed ſi ſervi vendantur v. gr. Æthiopes, in foro 10
conſcientiæ putarem, omninò etiam animi vitia
detegenda eſſe, nam poſſet ob ignorantiam ejus
dominus magno affici damno. vid. *Steph. Fagund.*
*de Juſt. & jure l. 5. c. 38. n. 4.*

*Ad §. pen.* Vitium non debet antecedere ven- 11
ditionem, nec ſeqvi, ſed tempore venditionis
adeſſe, qvod poſt triduum emptori probandum
putant, per *l. 4. de probat. Caball. d. c. 2. n. 16. Maſc.*
*d. Prob. concl. 616. n. 8. & concl. 633. Balth. d. l. n. 11.*
*Perez. in C. h. t. n. 4. Franzk. n. 66. & Dn. Struv. d. l.*
*th. 5. Alciatus de præſumpt. reg. 2. præſ. 26. n. 11. Surd.*
*dec. 146. n. 18. Ripa de peſte c. 7. n. 141. & ſeq.* Qvid ſi 12
ergo poſt tempus appareat morbus, an apud em-
torem præſumitur correptus, an apud vendito-
rem? Et diſtingvunt inter longius & brevius tem-
pus: ſi intra triduum moriatur, præſumitur po-
ſterius; ſi intra longius ſpatium, præſumitur pri-
us. *Carpz. part. 2. conſt. 34. defin. 18. Dn. Mev. ad Jus*
*Lubec. l. 3. tit. 6. art. 14. n. 6.* Ideo conſultum, ut ca-
daver eviſcerari curet emptor. Sic etiam diſtin- 13
gvendum, an in ſtabulo an in itinere eqvus pe-
rierit. Nam tunc circumſtantiæ omnes exami-
nandæ. *Franzk. n. 69. & ſeq. confer. Carpzov. p. 2.*
*conſt. 34. def. 18.*

### ad L. Qværitur. 14. §. pen.
#### *SUMMARIA.*

*VEnditor ſciens vitium, proteſtatione ſe non liberat. n. 1.*

*Renuncianti qvando ad jus ſuum detur regreſſus. 2.*
*Venditori ignoranti vitium, prodeſt proteſtatio. 3. 5.*
*Venditor ſciens, ſed proteſtans, an à duplo intereſſe liberetur. 4.*
*Venditor vitium ſcire præſumitur. 6.*
*Ob vitia manifeſtá non tenetur venditor. 7. 8.*
*Porcus venditus ſi laniis laboret, an teneatur venditor. 9.*

1 SI venditor ſciat vitium rei, ſi tamen fraudulenter taceat, licet proteſtatus fuerit, ſe de eo vi-
tio non teneri velle, non tamen liberatur. *Caball. d. c. 2. n. 24. Surd. dec. 146. n. 9. Trentacinq. lib. 3. tit. de Empt. reſ. 11. n. 6.* Si tamen ex vitio nullum
periculum immineat emtori, non teneri venditorem pateſacere. *Mol. diſp. 553. n. 19.* ut tamen de-
tur actio qvanti minoris. *Mol. n. 22. & Dn. Mev. ad*
2 *Jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 14. n. 14.* Notetur regula,
renunciantibus ad ſua jura non dari regreſſum, niſi in dolo fuerit alter. *Rimnald. vol. 3. conſ. 342. n.*
3 *126. & Aug. Barb. locupl. lib. 16. ax. 3.* Ergo ignorantia vitii, & proteſtatio ſe nolle teneri, vendi-
tori proderit. *Franzk. h. t. n. 63.* Artificem & peri-
4 tum excipit *Zaſ. h. t. n. 9.* ob l. 19. §. 1. *Locati.* Sci-
entia cum proteſtatione juncta non proderit,
nec liberabit, ne qvidem à præſtatione intereſſe,
licet hoc duplum excedat, cum *l. un. C. de eo qvod intereſt.* ad eos caſus, ubi ob dolum intereſſe pe-
titur non pertineat. *Franzk. h. t. n. 109. Zaſ. hic n. 8.*
& hoc caſu venit intereſſe extrinſecum quoque
5 *Franzk. d. t. n. 105. Zaſ. d. l. n. 8.* Et tunc proteſtatio
juvabit venditorem ſi ignoret, tum videtur monere emptorem, ut inquirat, *l. 31. de pact. l. 14. §. 9. h. t. Hillig. lib. 15. c. 1. lit. B. Mol. d. diſp. 153. n. 16. Pom mus ſing. 387. Surdus dec. 146. n. 9. Balthaſ. d.*
6 *reſ. 4. n. 9. Frid. Martini de Cenſ. c. 6. n. 102.* Ven-
ditorem autem neſcire, in dubio præſumendum.
*Maſcard. concl. 616. n. 3. Caball. c. 2. n. 24.* Sed ſi ſciverit vitium, & tacuerit, præſumitur eſſe in dolo.
*Alex. conſ. 14. n. 4. vol. 5. & qvos refert Surdus dec. 149. num. 47.*
7 *Ad §. ult.* Si morbus ſit manifeſtus, vel vitium
evidens, v. gr. cœcitas vel cicatrix evidens in capite, non datur actio ædilitia, quia ignorantia ſupina pro ſcientia eſt. *l. 3. & 6. ff. de juris facti ignor.*
Nec venditor vitia, quæ omnibus patent, detege-
8 re tenetur, *per hunc §.* Nec ſi contrarium dixerit
obligatus eſt, per *l. 43. de contrah. Emptione Bachov. in Tr. d. diſp. 2. th. 2. lit. B. Franzk. h. t. n. 57. & ſeq.* Quando autem venditor ſcit, tunc tenetur
etiam emtori ſupinè ignoranti notum facere,
qvia dolus venditoris præponderat culpæ emto-
ris, ut multis tradit *Surdus d. l. n. 10. & dictum ſupra*
9 *ad l. 1. n. 3.* Ex eo inferunt, ſi porcus laniis venditus, habeat grandines, Germanicè Finnen/ venditorem non teneri. *Coler. dec. 128. Carpz. p. 2. conſt. 34. def. 16. Dn. Mev. ad Jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 15. n. 7. Franzk. l. t. n. 56.* Sed putarim diſtingvendum eſſe,
inter lanionem iſtarum rerum, peritum, & inter
alios homines: qvis enim mihi perſvaſerit, in emtione pecorum ſemper lanionem eſſe adhibendum,
qvi os aperiat? Et annen dolus venditoris ſupinæ meæ ignorantiæ præponderat? Et videtur mihi minus reſtringi actio ædilitia, ſi indiſtinctè hoc intelligatur. Pauca enim vitia erunt rerum animatarum vel inanimatarum, qvæ non à perito artifice deprehendi poſſint.

## ad L. Qvid ſit. 17. §. 1.

### SUMMARIA.

*FUga redeundo non purgatur. n. 1.*
*Non omnis fuga delicti judicium præſtat. 2.*
*Qvi ſolita facit, non videtur eſſe in dolo. 3.*

FUgitivus redeundo, fugitivus eſſe non deſinit, 1
addita ratio, qvia nemo tali peccato pœnitentiâ ſuâ nocens eſſe deſinit; ex qvo probat *Dn. Thabor* eum qvi ſemel fugit, redeundo non purgaſſe ſuſpicionem ex priori fuga natam. *in tr. de Tort. ad art. 25. ult. §. 15. contra Farin. qv. 30. n. 70. & ſeqq.* Sed hæc non contraria; nam diſtingvendum eſt, an qvis fugiat animo revertendi, an verò non hoc animo. Illud, ſi probabilis negotiorum expediendorum cauſa poſſit probari. Deinde alia eſt qvæſtio, an fidejuſſor teneatur ad pœnam, ſi facinoroſus fugit, ſed rediit, & alia qvæſtio, an ſit fugitivus. Illa qvæſtio negatur, qvia ceſſat intereſſe fiſci, ſi ſe ſiſtat inqviſitus.

*Ad §. 3.* Non omnis fuga fugitivum reddit ſer- 2
vum, ſed poteſt eſſe cauſaria, ſi ob offenſam & ſævitiem fugit. Sic nec omnis fuga præbet juſtum indicium facinoris, ſi alia qvam confeſſionis cauſa probari poſſit *Dn. Thabor de tort. ad art. 25. §. ult. §. 14. p. 166. Carpz. pract. crim. qv. 120. n. 68.* Sic ſi qvis ad ſuperiorem fugiat, non videtur ſe gravare vid. tamen *Dn. Thabor. d. l. §. 16.*

*Ad §. 12.* Qvi facit, qvod alii ſolent facere, non 3
videtur eſſe in dolo. hic & *l. 31. §. 20. h. t. & l. 3. ad SC. Macedon. Barb. l. 17. c. 39. ax. ult. Finckelthaus obſ. 89. n. 22.* Et qvi ſolita facit, excuſatur a pœna falſi vid. *Lud. Roman. ſing. 384.* Sed hæc regula in ambiguis, qvæ bonam interpretationem admittunt, accipienda, non in iis, qvæ per ſe mala ſunt.

## ad L. Si qvid venditor. 18.

### SUMMARIUM.

*QVod venditor de re vendita affirmat, non adeò ſtrictè exigendum.*

QVicqvid venditor de re vendita affirmaverit, id præſtare tenetur, non tamen debet id, qvod affirmaverit amarè ab ipſo exigi; non omnia ad vivum reſecanda, nam aliàs magna venditorum captio, & commercia vix ſubſiſterent. *Hillig. in Don. l. 13. c. 3. lit. B.* Verba in latitudine intelligenda; Nam rarò in virtutibus excellunt, v. gr. ſi conſtantem dixit, non debet exacta gravitas & conſtantia exigi, ſed omnia ex æqvo & bono deſiderantur. confer. de commendat. perſonarum *Dn. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 10. art. un.*

## ad L. Sciendum. 19. pr.

### SUMMARIA.

*COmmendatio non generalis, ſed ſpecialis à venditore præſtanda. n. 1.*

Ra-

*Rationes.3.*
*Nec præſtabitur, ſi contrarium in oculos incurrat.2.*
*Commendatio, qvomodo in foro conſcientiæ ſtringat.4*
*Verba jactatoria non obligant.5.*
*Non ex tractatu, ſed ex contractu negotium probandum.6.*
*Ædilitia actio ad omnem contractum onerosum ſpectat.7.*
*Permutatio qvaſi duplex venditio eſt.8.*
*Ædilitia actio qvotuplex.9.*
*Qvomodo & qvando ædilitiis actionibus præſcribatur.10.11.*
*Emptor vitio comperto partem pretii ſolvens, non gaudet hac actione.12.*

1 QVæ commendandæ rei in genere dicuntur,
hæc non præſtanda ſunt, ut ſi dixerit hominem frugi, ſed qvæ in ſpecie v.gr. ſervum non
eſſe erronem, ea omninò præſtanda. *Franzk. n.*
2 *74.& ſeq.* Deinde ex commendatione non tenetur, qvando id affirmat, cujus contrarium oculorum contuitu apparere poteſt, per *l. 45. ff. de
Empt. Franzk. h.t. n.76.* Sed prius illud placuit,
3 (1.) ex politica ratione, ne commercia turbarentur. Laudat venales, qvi vult extrudere merces.
(2.) nec præſumitur emtor ita credulus, ut huic
fidat commendationi. *Cujac. ad d. l. 43. de con-*
4 *trab. empt. & Hillig. l. 13. c. 3. lit. B.* Sed qvid in
foro conſcientiæ? Mercator commendavit merces, ſed credulus fuit emptor, credidit bonas, ſua
ſimplicitate deceptus, an in foro conſcientiæ tutus, ſi exceſſum pretii ob merces non bonas reſtituere nolit? Reſp. negando; nam decepit
emtorem, & locupletatur cum alterius à ſe decepti damno, qvod omnino fidei & juſtitiæ divinæ
contrarium. Multa concedunt leges ob rationem
politicam, & publicam tranqvillitatem, & lites minuendas, qvæ conſcientia, qvæ DEus prohibet.

5 *Ad §. 3.* Hic §. repetit tantum, qvæ in princ.
dicuntur, nam verba obligatoria & promiſſoria
tantum obligant in contractibus, non verò, qvæ
6 jactandi gratia dicuntur. Sed communiter Dd.
ex hoc §. probant, qvod non poſſit aliqvid ex
tractatu probari, ſed neceſſe ſit, ut contractus ſit
perfectus. *Klock. conſ. 29. n. 957. vol. 1. Thabor ad
Barb. l. 18. c. 22. ax. 1. Dn. Mev. part. 1. dec. 33.*
Sed id melius probatur ex *l. in Contractibus C. de
fide inſtrum.* qvæ etiam ſint præſumptiones imperfecti contractus, de eo nonnulla exempla allegat
*Dn. Mevius p. 4. dec. 354.*

7 *Ad §. pen.* Ædilitia actio non tantum ad venditionem, ſed etiam ad permutationem omnemqve
contractum onerosum pertinet. *Tholoſ. lib. 25. c.
21. n. 12. Trentacinq. d. reſ. 11.* & dationem in ſolutum & diviſionem. *Gomez. lib. 2. c. 2. n. 48. Balthaſ.
d. tit. 4. n. 6. Trentacinq. tit. de Empt. reſ. l. 11. Bach.
8 in Tr. th. 1. lit. G.* Ex d. §. pen. colligit *Lud. Mol. de
Juſt. & J. t. 2. d. 397. n. 1* in permutatione duplicem
qvaſi eſſe venditionem, & ſic ubi ex venditione
ſolvi ſolet alvacala & accifa, ut in Hiſpania &
alibi, duplicem etiam alvacalam vel accifam
eſſe ſolvendam. Hinc colligi poſſit, ſi feuda permutantur, duplex laudemium ab utraqve parte ſolvendum eſſe. Sed de ea re nihil definio.

*Ad §. ult.* Actio Ædilitia, qvæ ex contractu ori- 9
tur, triplex eſt. (1.) Redhibitoria, qvando emtori
non expedit, rem retinere. (2.) Æſtimatoria,
qvanti minoris. (3.) In factum, de qva infra. Pri- 10
ma præſcribitur 6. menſibus utilibus; ſecunda
actio præſcribitur anno: tempus autem utile eſt
ratione ingreſſus, & ratione progreſſus, ut ſcilicet
non niſi ſcienti currat, & dies juridici tantum attendantur. *Caball. d. c. 1. n. 30.* qvod nonnulli ad ſtatutariam præſcriptionem extendunt, qvos rectè
refutat *Caball. d. l. n. 33.* vid. *Molinæd. diſp. n. 5. Gomez. d. n. 48. & Trentacinq. n. 2.* Sed ſi ex pro- 11
miſſione datur actio redhibitoria, ex die promiſſionis currit tempus, per hunc §. Sed nonne videntur contraria, utile eſſe tempus, & currere
tamen à die contractus & promiſſionis? Reſp. poſterius intelligendum, ſi ſcientia concurrat cum
tempore contractus, vel qvando occultum valde
vitium. *l. 55. h. t.* vel reſponde cum *Bach. th. 3.
lit. B.* redhibitoriam utpote odioſiorem, merito
breviori tempore præſcribi, qvam qvanti minoris, & ideò a die promiſſionis currere tempus,
qvod probat etiam *Franzk. n. 90.* qvæ etiam placere videtur *Dn. Struv. h. t. th. 11.* conf. *Gomez. c.
2. c. 2. n. 48. Petr. Greg. l. 25. c. 21. n. 16.* Multo ergo 12
minus datur actio hæc, qvando emtor vitio comperto partem pretii ſolvit, nam ſi ſcientia ſemeſtralis vel annua, ex præſumpto conſenſu colligitur, multo magis ex facto expreſſus conſenſus colligetur. *Dn. Mevius p. 4. dec. 50.*

## ad L. Redhibere. 21.

### *SUMMARIA.*

*Redhibere qvid ſit. n. 1.*
*Fructus reſtituendi, & qvare. 2. 3.*
*Damnum & omne commodum reſtituendum. 4.*
*Qvid jurare hoc caſu Actor debeat. 5.*

REdhibere eſt, facere ut venditor rurſum habe- 1
at rem venditam cum omnibus acceſſionibus,
etiam facto rei additis. *l. 23. §. 1. h. t.* & cum fructibus 2
ab emptore perceptis, qvia ipſo jure reſolvitur
contractus, per *l. 23. § fin. h. t. Men. remed. 1. recup.
poſſ. n. 425.* Sicut in addictione in diem & lege commiſſoria. *Tiraq. de Retr. conv. §. 5. gl. 2. n. 2. & 3.* Et 3
qvia in voluntatem emtoris confertur facultas reſcindendi, non mirum eſt, ab eo reſtitui fructus, ſecus in pacto de retrovendendo, ubi facultas in voluntatem venditoris confertur. *Cagn. in l. 2. C. de
pact. inter empt. n. 7.* cumqve reſtitutione damni rei 4
emptæ dati ſaltem culpa levi. *d. l. 23. p.* tàm in animi qvàm corporis vitiis. *l. Ædiles 25. §. 6.* & in ſumma, ut omnia in integrum reſtituantur. *d. l. 23. §. 7.*
qvaſi emptio nulla fuiſſet facta. *l. 60. h. t.* & reſtituendæ emtori gabellæ, & venditori, qvicqvid
emptor occaſione rei acqviſivit. vid. *Pinell. ad l.
2. C. de reſcind. vendit. p. 2. c. 4. n. 3. Tiraq. de retr.
conſang. ad fin. tit. n. 109. Dn. Mev. ad Jus Lubec. l. 3.
tit. 6. art. 14. n. 11. Franzk. n. 102. & ſeq.* Hæc actio au-

tem ut locum habeat, requirunt Practici, ut actor juret, ſi non remittatur, ſe non fuiſſe rem empturum, ſi vitium ſciviſſet. *Balth. d. reſ. 4. n. 13.*

## ad L. Ædiles. 25. §. 8.

*SUMMARIA.*

*ANte litem conteſtatam contingentia, in judicium non veniunt, niſi petiti. n. 1.*
*Quod limitatur. 3.*
*Aliud ſi poſt litem conteſtatam. 2.*
*Expenſæ non petitæ an adjudicandæ. 3.*

1 QVæ ante litem conteſtatam contingunt, ea non pertinent ad Judicem, niſi ea expreſſe petantur, v. gr. quod emptor ſervum deteriora-
2 verit; ſed poſt litem conteſtatam veniunt etiam non petita, v. gr. fructus ante litem conteſtatam percepti expreſſe ſunt petendi, poſt litem conteſtatam percepti, etiam non petiti, ſunt adjudicandi, illi enim antea ſeparati, ſunt ſeparatæ ſpecies, hi ſunt pars fundi qvodammodo. *Donell. l. 27. c. 4.* & quos refert *Hillig. ibi lit. D. Weſenbec. in П. tit. de Rei vindic. num. 7.* quamvis *Bachov. ad Weſenb. ad tit. de Rei vind. num. 7.* concedat, peti quidem debere fructus ante litem conteſtatam perceptos, ſed non neceſſe eſſe, ut in libello petantur, quæ ſententia fortè in praxi ſequenda ut æquior. Sed in expenſis eam diſtinctionem non usqueqvaq; obſervant Doctores Nam alii non petitas non poſſe adjudicari dicunt, alii verò etiam poſſe judicem, ſed non teneri ex officio adjudicare expenſas non petitas, quam ſententiam Camera Spir. ſequitur, teſte *Gailio l. 1. obſ. 152. num. 21.* & *Mynſ. c. 4. obſ. 25.* quos refert *Hillig. in Donell. l. 26. c. 4. lit. F. Ummius in proc. d. 22. th. 9. n. 33.* confer. *Aſinius in pr. §. 32. c. 2. n. 3. & c. 24. n. 7.*

## ad L. Debet autem. 27.

*SUMMARIA.*

*EMptor ſi à contractu recedat, ei pretium omne reſtituendum. n. 1.*
*Qvid in Gabella pro contractu ſoluta. 2.*

1 QVando emptor recedere vult à contractu, tunc reſtituere illi venditor debet pretium, cum iis, quæ ſolvit emptor ex voluntate venditoris, v. gr. quæ ex conventione mediatoribus
2 ſolvit. Sed quid ſi gabellam vel vectigal ſolverit pro contractu, an reſoluto eo per Ædilitiam, etiam à venditore hæc gabella reſtituenda? ubi nota tria, (1.) emptorem, quando poteſt recedere à contractu, non tamen poteſt recipere ea, quæ ſponte ſolvit, ad ea non obligatus. (2.) Gabellas, quæ ob contractum præſtari ſolent, regulariter incumbere emptori. *Joh. Conſerius deciſ. 452. Bertach. de Gabellis p. 7.* (3.) Si partes recedant à contractu, non tamen fiſcum reddere teneri gabellam. *Joſeph. Ludov. dec. 113. Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cauſ. 65. qv. un. n. 3.* Nam Juri alieno ex actu inter certas perſonas principaliter geſto, per legis aut ſtatuti diſpoſitionem qvæſito, non poſſunt principales contrahentes revocando præjudicare. *Leſſarte de Decima vendit. c. 12. n. 10. quem refert Steph. Fagund. de Juſt. & Jure l. 5. cap. 38. n. 13.* conf. *Sfortia Oddus conſ. 4. n. 13. & ſeq.*

## ad L. Si venditor. 28.

*SUMMARIA.*

*SI emptor ob vitium cautionem petat, & venditor recuſet, qvale remedium habeat. n. 1.*
*An currat hic præſcriptio cum mala fide. 2.*

SUpra dictum, qvo tempore actio redhibitoria & æſtimatoria, ſeu qvanti minoris inſtituti 1
debeat, jam qværitur, ſi emtor petat cautionem de vitiis, & venditor nolit cautionem præſtare, quale detur remedium emptori? Reſp. Tunc (non quidem ob vitium, de qvo non conſtat) ſed ob non præſtitam cautionem agitur ad redhibendum, vel ad præſtationem ejus, quod intereſt, hoc intra 6. menſes, illud intra duos menſes, & ſic aliud tempus hujus actionis in ſpecie. *Dn. Struvius th. 11. h. t. Franzkius n. 77. & ſeq.* Sed 2
qværitur, ſi venditor nolit cavere, utiq; præſumptio eſt, quod in mala fide ſit; ergò præſcriptio Jure Can. non curret? Sed reſp. circa illas actiones, quas Leges ab initio ſtatim ad brevius tempus reſtrinxerunt, cum mala fide conſiſtere poſſe, nec hoc mutatum Jure Can. licet in animæ judicio teneatur etiam poſt annum, & poſt annos. *Covar. in c. poſſeſſor. p. 2. §. 11. n. 6. verſic. Septima fere &c. Balbus de præſcript. part. 2. p. 3. princ. qv. 13. n. 5. Fagund. de Juſt. & Jur. l. 5. c. 38. num. 9.*

## ad L. Qvod ſi nolit. 31. §. 5. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*SI emptoris plures heredes diverſimodè agere velint, qvid faciendum. n. 1.*
*Redhibitoria & Æſtimatoria actio ſe invicem tollunt. 2.*
*In Redhibitoria poſt ſex menſes ſuccumbens, qvanti minoris agere poteſt. 3.*
*Actio qvanti minoris ſæpius inſtitui poteſt. 4.*
*Actio in factum ad qvid hoc caſu detur. 5. 6.*
*Qvæ conſvetudinis ſunt, ea præſtanda in b. f. judiciis. 7.*
*Venditum ſub conditione ſi diſplicuerit, qvanto tempore diſplicentia tollatur. 8.*
*Menſurandi facultas in venditione adjecta, an pari tempore tollatur. 9.*

SI emptor reliquerit plures hæredes, & horum 1
aliqui redhibitoria actione, alii verò quanti mino-

minoris experiri velint, tunc omnes primum in-
ter ſe convenire debent, & procuratorem com-
munem conſtituere,ne alias venditor in commu-
nionem incidat invitus. Sed ſi ad pretium a-
gendum ſit, qvilibet pro ſua parte experietur.
2 Actio redhibitoria & æſtimatoria ſe invicem qvi-
dem tollunt per electionem unius, per *l.25. §.1. de
except. rei Judic.* cum æſtimatoria actio qvanti
minoris virtualiter includat redhibitoriam. *l.43.*
3 *§.6. h.t. Franzkius h.t. num.100.* Sed ſi poſt 6.
menſes redhibitoria inutiliter egi, poſſum ad ali-
am actionem recurrere. Et ſi ſuccubui in redhi-
bitoria, poſſum poſt 6. menſes qvanti minoris
agere. *Cremenſis ſing.265. Caball. cap.3. num.4.*
4 *Covarr. in c. poſſeſſor. p.2. §.11. num.7. in fin.* Sed a-
ctione qvanti minoris ſæpius agere poſſum ob di-
verſa vitia, ut tamen emptor lucrum non habeat,
cum bis eandem rem conſeqvi, æqvum non ſit. *l.
32. §.1. ff. de Evict.*
5 *Ad §.17.* Hæc eſt illa tertia actio, qvæ actio in
factum dicitur, qva emptor redhibita re vitioſa
ad pretium agit, ſive in judicio, ſive extra judi-
cium ultro res ſit redhibita. *Bachov. in Tr. diſp.2.*
6 *th.4. lit. B. Caball. d. tr. c. ult. numer.1.* Et eſt per-
petua, qvia pretium ſine cauſa apud venditorem
exiſtens repetit, nec contractum reſcindit. Sed
reſciſſum eſſe præſupponit, qvales actiones ho-
norariæ perpetuæ ſunt *l.35. de O. & Act. Franzk.
h.t. n.111. Struv. h.t. th.11.*
7 *Ad §.20.* Ea qvæ ſunt moris & conſvetudinis,
in bonæ fidei judiciis debent venire; in qvibus
tantundem valet officium judicis, qvantum alias
ſtipulatio. *l.7. de neg. geſt. Franzk. ad tit. de act.
vend. n. 328.*
8 *Ad §.22.* Qvando qvid vendo cum hoc pa-
cto, ut ſi diſplicuerit, mihi reddatur, niſi de certo
tempore convenerit, intelligitur de ſpatio 60.
dierum, niſi expreſſe convenerit, ut in perpetuum
redhibere liceat, per *h. §. Zæſ. n.14. Caball. d.c.2. n.34.
Menoch. lib.2. A. Q. 22. n.12. Zæſ. ad tit. de Lege Com-
miſſ. num.11.* Triennali tamen præſcriptione ſalvâ.
9 *Covarr. lib.1. reſol. c.9. n.4.* Ex hoc §. 22. nonnulli
probare voluerunt, venditione ad menſuram fa-
cta, menſurandi facultatem ad 60. dies eſſe reſtrin-
gendam; ſed id ex hoc §. non ſeqvitur, qvia hic
agitur de actione redhibitoria ex Prætoris edicto
deſcendente, qvæ ultra tempus à Prætore præſcri-
ptum durare non poteſt. *Hartm. Piſt. obſ. 210. Bach.
in Tr. v.1. d.28. th.7. in fin. Dn. Lauterbach. ad tit.
de vendit. §.1. num.12. verſ. poteſt autem fieri men-
ſuratio &c.*

## ad L. Proinde. 23.

### *SUMMARIA.*

*QVod acceſſoriè venditum, id qvoq; integrum
præſtandum. n.1.*
*Limitatur, ſi acceſſorium ſit certa res, non ſi univer-
ſitas. 2.*

QVando in venditione dictum, hoc vel illud 1
acceſſurum eſſe, tam integrum id præſtari
debuit, qvam illud præſtari debuit, qvod principa-
liter veniit; Si modo certum corpus, ſecus, ſi uni- 2
verſitatem acceſſuram dicat; qvod hic exemplo
peculii declaratur. *Franzk. h.t. n.35.* Sic ſi prædium
cum omnibus inſtrumentis ruſticis venderetur,
non putarem, ſingulorum inſtrumentorum inte-
gritatem præſtandam eſſe.

## ad L. Cum ejusdem generis. 34. & 2. ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*PLuribus rebus venditis, & una vitioſa, an omnes
redhibendæ. n.1.2. & ſeq.*

QVando res plures ſunt venditæ, & una res ſit 1
vitioſa, tunc diſtingvitur, an unicum preti-
um omnibus dictum ſit, & ſic unica ſit venditio,
adeoq; tunc omnes vel redhibendæ, vel omnes
retinendæ; An verò ſingulis ſeparatim dictum
ſit pretium, & tunc una res redhiberi poteſt, ſi
modò res illa commodam ſeparationem admit-
tat. *l.35. & 38. §. ult. h.t. Gomez. d.c.2. n.49. Mo-
lina d. diſp.353. n.3. Caball. d.c.2. num.5.* Nam licet 2
ſingulis rebus pretium dictum ſit, cenſebitur ta-
men una venditio, ſi conſtet, emtorem vel ven-
ditorem unam rem emere vel vendere non vo-
luiſſe. *Decius conſ.421. num.4. Tiraq. de Retr. conſang.
§.23. gl.2. num.23.* ubi id. *n. ſeq.* exemplificat, ſi qvis
20. jugera agri emeret, qvorum nonnulla erant
ſterilia, alia fertilia, & qvidem omnia in eodem
pretio; certè præſumitur, qvod unum ſine alio,
ſterile ſine fertili non fuiſſet empturus. conf. *Ber-
lich. p.1. dec.77. num.5. & Balthaſ. de reſol.4. n.14. pr.*
& ſic ad intentionem etiam ementis reſpicien- 3
dum, an hanc vel illam rem ſeparatim fuerit
empturus, qvod in §.1. Leg.34. pluribus dedu-
citur, ut biga eqvorum ſimilium, &c. vid. *Franzk.
h.t. n.37. & ſeq.* ſed ſi plura jumenta emi, id tan-
tum redhibendum, qvod vitioſum, non cætera.
*l.38. §.12. h.t.* vid. *Carpanus in Stat. Mediolan. l.2. c.
487. num.7.*

## ad L. Ædiles ajunt. 38. pr.

### *SUMMARIA.*

*SEnſus princ. proponitur. n.1.*
*Mortuum qvoq; jumentum redhiberi poteſt. 2.*

HIc proponitur edictum duplex, (1.) ut vendi- 1
tor diſertè exprimat vitium, qvod in re deli-
teſcere ſcit. *Franzkius h.t. numer. 63.* (2.) ut relin-
qvat ornamenta, &c. Et additur actio redhibito-
ria ob vitium intra 6. menſes, ob ornamenta intra
2. menſes; actio verò qvanti minoris intra annum
movenda. Et demum caſus proponitur, ſi par
jumentorum ematur, an utrumqve redhiberi po-
teſt? qvod affirm.

2 *Ad §. 3.* In *h. §.* dicitur, & mortuum mancipium vel jumentum redhiberi poſſe, qvia ex poſtfacto non decreſcit obligatio per mortem vel alienationem. conf. *l. 47. §. 1. Zæſ. n. 13.*

## ad L. Hi enim. 40.

### *SUMMARIA.*

*ÆDilitium Edictum de animali nocivo non habendo in via publica, etiam ad circulatores extenditur. n. 1.*

*Pœna quare hic gravior, quàm in dejecto. 2.*

1 ALiud eſt edictum Ædilitium de animali nocivo, qvà vulgò iter fit, non habendo, qvod etiam ad circulatores ſerpentes foventes extenditur. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 366. & 568. Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 2. th. 4. lit. C.* Plura de hoc vide apud *Johannem Thoma tr. de noxia animalium. c. 18. & 4. ſeq. Covarr. in Clem. 1 de Homic. p. 2. §. 4.*
2 *num. 11. Hillig. lib. 15. c. 44. lit C. Franzk. numer. 112.* Pœna hic, ſi homo liber occiſus ſc. 200. ſolidorum. *l. 42. h. t.* gravior, qvam ubi ex dejectis periit, fortè qvia gravius eſt, feram habere prope viam, qvam recipere hominem ſocordem. *Wiſſenbach. d. diſp. 4. th. 11.*

## ad L. Bovem. 43. §. 6.

### *SUMMARIA.*

*SI qvanti minoris agenti res inutilis ſit, judex de redhibendo ſententiam ferre poteſt. n. 1.*

*Ratio proponitur. 2.*

1 QVando ago qvanti minoris, tunc ſi res mihi inutilis ſit futura, poteſt Judex me inſtante ad redhibitionem ferre ſententiam. hic & *d. l. 25 §.*
2 *1. de Except. rei jud.* qvia hæc actio virtute ſua continet redhibitoriam. *Franzkius h. t. numer. 10.* conf. *Wiſſenbach. diſp. 41. th. 10. Oldendorp. Claſſ. 4. act. 2. numer. 4. Balth. d. reſol. 4. numer. 27. Caball. de adil. act. c. 3. n. 11.*

## ad L. Juſtiſſimè. 44. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*AD contractum reſolvendum hodie actione empti agi poteſt. n. 1.*

*Si plures vendiderint, contra unum in ſolidum agi poteſt. 2.*

*Rationes hujus rei proponuntur. 3.*

1 FOrte eo tempore, qvo ædiles has actiones introducerent, non erat ob vitium actio ex empto; poſtea tamen ex interpretatione JCtorum placuit, ut ipſa actione empti ad reſolvendum contractum ageretur, *l. 11. §. 5. de Act. empt. Franzk. num. 99. de Act. empt. Struv. d. Ex. 26. th.*
2 *12.* Habetur autem hic una differentia actionis ædilitiæ ab actione empti, qvod ſi plures mercatores (Venalitiarii) vendiderint, detur actio ædilitia officio judicis, & ex æqvitate in ſolidum contra unum, qvi habet majorem cæteris partem, aut non minorem. *Crem. ſing. 166. Caball. d. c. 2. n. 44. Gothofr. ad l. 1. h. t. lit. C. Franzk. h. t. numer. 96.*
Cujus rei ratio eſt (1) ne emptor cum multis per 3
partes litigando pluris damnificetur, qvam ſit actio. Et (2.) qvia reus, licet in ſolidum conventus, ſociis hoc imputare poterit pro eorum partibus. (3) Qvia id genus hominum venalitiorum ad lucrum potius, vel turpiter faciendum pronius eſt, & ſunt ſuſpecti fraudis & colluſionis ad invicem, pro communi lucro vel cum damno alieno agendi. *Caballinus de div. d. & indiv. p 2. n. 238* qvi ſere id repetit *p. 2. num. 243.* Alias differentias inter actiones civiles & ædilitias perſeqvitur. *Wiſſenb. diſp. 41. th. 9.*

## ad L. Redhibitoria. 45.

### *SUMMARIUM.*

*Differentia inter actionem empti & Ædilitiam.*

HIc habetur alterum diſcrimen, qvod actio empti ſemper ad ſimplum dirigatur, verum ædilitia hæc redhibitoria actio ad duplum etiam, ſi pretium ſolvere nolit, nec fidejuſſorem liberare; eſt enim hæc actio arbitraria ob contumaciam. *Zaſ. in §. præterea numer. 11. Inſt. de Act. Ravennas ſing. 777. Aug. Barb. in l. 1. C. h. t. Menoch. lib. 1. A. Q. 5. num. 25. Perez. in C. h. t. n. 8. Franzk. h. t. n. 97. Wiſſenb. d. l.*

## ad L. Si hominem. 47.

### *SUMMARIA.*

*EMptor ſervo vitioſo manumiſſo, ad redhibendum non agit. n. 1.*

*Qvoties emptoris facto reddi res non poteſt, redhibitio ceſſat. 2.*

*Qvod exemplis declaratur. 3.*

QVando emptor ſervum vitio tali, qvod hic 1
attenditur, manumittit, non habet actionem redhibitoriam, nec qvanti minoris, qvia ſcilicet ſua voluntate fecit, ut non poſſit redhiberi. Secus eſt, ſi mortuus eſt ſervus, nam hic redhiberi poteſt, qvia caſu, non culpa emptoris hoc factum. *h. L. 47. §. 1. vid. ſupr. L. 38. §. 5. ff. h.*
*t.* Igitur ſi qvis rem qvalemqvalem conſumpſit, 2
aut in uſus ſuos convertit, qvia ſuo facto effecit, ut reddere non poſſit, non poteſt redhibitoria actione experiri, ſicut nec eo caſu, ſi alteri vendidit, utut minori pretio, qvia vendendo approbavit ut bonam, niſi poſt venditionem reſciverit vitium, & ob id res redhibita ſit. *Dn. Mev. p. 4.*
*deciſ. 341.* Sic ſi emtor ædes emptas in aliam for- 3
mam transmutaverit, & fecerit v. gr. horreum, vel laboratorium, vel domum cereviſiæ coqvendæ aptam, hoc caſu non poſſe redhibitoria agere
empto-

Digitized by Google

emptorem, cum ſuo facto effecerit, ut res in ſua priſtina forma reſtitui non poſſit, tradit *Carpzov. p. 3. dec. 222.*

## ad L. Si tamen. 48. §. ult.

*SUMMARIA.*

P*Er ſimplaria qvid intelligatur. n. 1.*
*Ob rem vilem, vel vitium exiguum non datur redhibitio. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*

1 PEr ſimplaria res viles intelligunt, qvia hic
non de duplo, ſed ſimplo cavetur. *Cujac. lib.*
*16. obſ. 20.* & hunc laudans *Franzk numer. 35. Petr.*
2 *Greg. l. 25. c. 21. num. 7.* & inde colligunt, qvando
res vilis eſt, vel vitium rei exiguum, non datur
redhibitoria, cum etiam in iis de duplo non
caveatur. *lib. 37. tit. ſeq. Toloſ. lib. 25. c. 21. numer. 7.*
*Trentac. d. reſol. 11. num. 1. Tiraqvell. de Judic. in reb.*
3 *exig. ferend. num. 10. Maſcard. concl. 616. n. 11.* Sed hoc
cum grano ſalis accipiendum, ſi aliqvis rei vilioris ſit uſus, ſecus, ſi nullus ſit uſus, ut carnis leproſæ. *Bachov. in Tr. v. 2. d. 2. th. 12. in pr. & Franzk. d. l. n. 35.*

## ad L. Etiam in fundo. 49.

*SUMMARIA.*

I*N rebus inanimatis qvoq; locum habet actio Ædilitia. n. 1.*
*Ut & in mobilibus venditis. 2.*

1 ETiam in aliis rebus inanimatis, v. gr. fundo
peſtilentes herbas habente, datur actio Ædilitia. *hic & L. 63. h. t.* Et ſervitus fundi eſt qvaſi defectus, & ſic vitium fundi, & hæc etiam in hanc actionem venit. *Franzk. h. t. numer. 29. & ſ. Zæſ. n. 2. Bachov. in Tr. th. 1. lit. D. Surdus deciſ. 146. num. 7. & dec. 165. numer. 5. Boër. dec. 46. num. 3. Caball. de ædil. act. c. 1. n. 5. Aug. Barb. ad L. 4. C. h. t. Bal-*
2 *thaſ. tit. 6. reſ. Bav. 4. c. 2.* Imò etiam in mobilibus
Ædilitia actio obtinet. *Scac. de commerc. §. 7. gl. 2. n. 74. & ſeqq.*

## ad L. Cum mancipium, 51.

*SUMMARIUM.*

S*I Dominus ſciat vitium, ſervus verò, qvi emit, ignoret, an locus huic actioni?*

QVando ſervus emit ignarus, domino ſciente, ignorantia ſervi parit actionem, niſi mandato emerit Domini; Aliud in procuratore. *vid. Bachov. d. diſp. 2. th. 3. lit. C. Wiſſenbach. d. d. 41. th. 6.*

## ad L. Cum 6. menſes. 55.

*SUMMARIA.*

I*N vitio latente qvando currat tempus præſcriptionis. n. 1.*
*Annon venditor lapſo tempore teneatur damnum ſarcire emptori in foro conſcientiæ. 2.*

SI latens vitium eſt, tempus præſcriptionis cur- 1
rit à die ſcientiæ, modo non ſit ignorantia ſupina. *Molina d. diſp. 353. n. 5. & Caball. d. c. 2. num. 32.*
*Gomez. t. 2. reſol. c. 2. n. 48.* Sed qværitur, ſi com- 2
perto vitio, tamen ultra 6. menſes taceat emptor, an in conſcientiæ foro venditor teneatur ſatisfacere emtori, ut vel rem recipiat reſtituto pretio, vel de pretio aliqvid minuat? Et reſp. qvamvis in foro externo hic mala fides non impediat præſcriptionem; ſecus tamen eſſe in foro conſcientiæ. *Molina d. l.*

## ad L. Qværo. 58. §. ult.

*SUMMARIA.*

U*Ni teſti qvando credatur. n. 1. & 4.*
*Nuncio jurato creditur. 2.*
*Uni teſti non creditur, ſi grave præjudicium alterius. 3.*

EX hoc Dd. probant, uni teſti credi, qvando 1
de proprio facto deponit, concurrentibus aliis indiciis. *Caſtr. in L. Qvicunq; C. de Serv. fugitiv. Crotus in tr. de teſt. part. 6. num. 8. Menoch lib. 2. A. Q. caſ. 99. num. 17. Maſcard. de probat. concl.*
*1223. n. 10. Farin. q. 63. n. 221.* Et ſic nuncio jurato 2
de proprio facto teſtanti creditur. *Mevius p. 4. dec. 269.* Sed hujus ultimi ratio eſt, qvod regulariter hoc teſtimonium non valde præjudicet alteri.
Secus eſſe videtur, ſi in grave præjudicium tertii 3
vergat depoſitio teſtis de proprio facto; nam hic agitur de delicto ipſius ſervi, qvod per conſeqventiam præjudicat Domino. Ex *Cephalo Farin. d. l. num. 223. & conferatur Cephalus conſ. 438. n. 56.* qvod conſilium forte voluit allegare, ſed in numero erravit; ubi regulam illam ex hoc textu collectam reſtringit, quando principaliter agitur contra ipſum deponentem, & ipſa depoſitio per conſeqventiam tangit tertium. Ideoq; arbitraria eſt 4
qvæſtio, an uni teſti de proprio facto teſtanti credendum? Conſideranda eſt perſona teſtis, conſiderandum, an depoſitio ipſi teſti noceat, an etiam irreparabile damnum alteri per illud teſtimonium inferatur, an materia ſit criminalis, vel civilis, & an gravis ſit &c. Sane ſi de commodo agatur, non creditur ipſi. vid. *Men. d. l.*

## ad L. Facta redhibitione. 60.

*SUMMARIA.*

R*E non amplius integra, redhibitoria actio ceſſat. num. 1.*
*Declaratur exemplo emptoris ultra dimidium laſi, qvi tamen rem emptam jam in tertium tranſtulit. 2.*

OMnia in priſtinum ſtatum revocanda, facta 1
redhibitione; ergo qvando res non eſt integra,

Digitized by Google

tegra, non poteſt redhibitoria actio inſtitui, nam
v. gr. emptor ſi rem alienavit, non habebit hanc
2 actionem. Sic emtor, qvi in pretio læſus eſt ultra
dimidium, etiamſi rem vendidiſſet longè minori
pretio, non aget *l. 2. C. de Reſc. vendit.* qvia venditori
competit electio, utrum rem recipere, an
verò pretium augere velit, qvæ eligendi facultas
adempta per ulteriorem venditionem, ſed actio
qvanti minoris locum habet, ut judicatum refert
*Dn. Mev. p. 3. dec. 192.*

## ad L. Qvoties. 61.

*SUMMARIA.*

*Servitute in fundo reperta, datur actio qvanti minoris. n. 1.*
*Venditor ſervitutes cognitas ſignificare tenetur. 2.*

1 QVando ſervitus in fundo apparet, datur actio
qvanti minoris. Hoc *Duarenus ad l. 38. §. ſi
forte de V. O. & Donell. c. 6. de Evict.* reſtringunt ad
caſum, qvando ut optimus maximus venditus;
qvos reprehendit *Cujac. ad d. l. 38.* & cum eo *Franzk.*
2 *ad tit. de act. empt. cap. 7. n. 129.* Nam omninò tenetur
venditor, (licet proteſtatus fuerit ſe nolle teneri
de ſervitute) bona fide ſervitutes cognitas
ſignificare. *l. 21. §. 1. ſeq. de Act. empt. Franzkius h. t.
n. 129. & ſeq.* & ita judicatum etiam refert *Dn. Mev.
p. 3. dicta dec. 192.*

## ad L. Ad res donatas. 62.

*SUMMARIA.*

*Donator qvando teneatur actione ædilitia. n. 1.*
*Donator de dolo tenetur. 2.*

DOnator non poteſt conveniri actione Ædilitia 1
ex liberalitate ſua. *Caball. d. c. 2. n. 6. Balth.
d. l. n. 6.* ſi tamen donatio inceperit à promiſſione,
tunc putant dari hanc actionem. *Cæpolla ad
h. l. num. 7. Trentac. de reſ. 11. Zaſ. n. 10.* De dolo ta- 2
men tenetur cavere. *hic in fine. Franzk. h. t. n. 47.
de Evict.* an verò donator, ſi rem alienam dederit,
teneatur, vid. *l. Ariſto 18. §. fin. ff. donat. &
ibi notat.*

## ad L. Sciendum eſt. 63.

*SUMMARIA.*

*Conductori Ædilitia actio non datur. n. 1.*
*Re vitioſa vendita vel locata, penes emptorem vel conductorem eſt, rem retinere. 2.*

COnductor non habet actionem redhibitoriam 1
ob vitium, qvia Ædiles non dederunt,
forte rati, ſufficere actionem locati conducti, ſi
ob vitium re commodè uti non poſſit. *arg. l. 33.
de damno infecto. l. 27. locat. Bachovius in Tr. v.
2. d. 2. theſ. 1. lit. B. Franzk. h. t. numer. 45. Wiſſenbach.
diſp. 41. theſ. 7. & qvos hic citat*, qvamvis
ſit magna ratio producendi hoc Edictum ad locationem.
*Cujac. l. 12. obſ. 38. qvem refert Zaſ.
numer. 10.* Qvemadmodum verò, ſi emptor 2
velit retinere morbidum pecus, hoc ei integrum:
ita ſi qvis conduxerit opilionem, & ejus
oves morbo inficiantur, conductori volenti eas
præſtare debet opilio, nec hic contractum à
ſua parte retractare poteſt. *Dn. Mevius p. 2.
dec. 380.*

# TITULUS II.
# De Evictionibus & duplæ ſtipulatione.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Evictio qvid ſit. n. 1.*
*Evictio in qvibus actibus locum habeat. 2.*
*An in donatione obtineat. 3.*
*Pars rei qvòmodo evinci poſſit. 4.*

1 EVictio eſt rei venditæ, vel qvaſi, per judicem
facta ablatio. *Weſenb. in π. h. t. numer. 1.
Caball. in tr. de Evict. §. 1.* & ex hâc evictione
duplex actio, Empti, & ex ſtipula-
2 tu *Weſenb. d. l. num. 2.* Et locum habet in emtione
principaliter, poſtea in datione in ſolutum. *l. 4. C.
h. t.* permutatione. *l. 29. C. h. t.* diviſione. *l. 66. §.
ult. h. t.* in transactione, ſi res alia pro ea, qvæ in
3 litem deducta, data ſit. *l. 33. C. de Transact.* Locatione.
*l. 9. ff. Locat.* non verò in donatione, per
*l. Ariſto. 18. ff. donat.* niſi qvæ ſub modo vel ob
remunerationem facta. Locum etiam habet in
donatione dotis. vid. *Franzkius de Evict. p. 1. memb.
2. à num. 188. & multis ſeqq. & n. 333. & ſeqq. Struv.
th. 17. Zaſ. n. 13. & ſeq.* Poteſt autem evinci vel to- 4
tum vel pars, & qvidem hæc vel pro indiviſo, ut ſi
media vel tertia pars evincatur rei; vel pro diviſo,
ut ſi certus locus evincatur, & hoc caſu habenda
eſt ratio bonitatis loci, an ille locus aliis fuerit
pretioſior, qvod exemplo declaratur in *l. Qvi fundum.
45.* ubi fundus ſub modo certorum jugerum
venditus eſt, & qvædam jugera ad alium ſpectant.
*Petr. Greg. lib. 21. Syntagm. cap. 22. n. 6. Perez. in
C. h. t. num. 18.*

## ad L. Si dupla. 2.

*SUMMARIUM.*

*De duplo repromittere nolens in duplum tenetur.*

IN pretioſis rebus ſolebat duplum repromitti,
ſed ſi venditor in duplum cavere noluit, qværitur,
an in duplum conveniendus ſit? Aff. Ratio in
*l. 31. §. 20. tit. præced.* Sed hodie rarus, vel nullus hujus
cautionis duplæ uſus.

## ad L. Illud qværitur. 4. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Tutor finito officio non tenetur de evictione, ob res pupillares venditas. n. 1.*
*Sed qvid ſi pretium integrum rationibus non intulerit, 2.*

1 TUtor finito officio non tenetur de evictio-
ne, ſi in caſu permiſſo & ſine fraude vendi-
derit, cum ſit officium neceſſarium, & authoritate
publicum. *l. ſi non ſubſcripſiſti C. de Adm. tut. Mon-
tanus de Tut. cap. 31. effectu 5. n. 4. Gutierez. de Tut.
p. 2. c. 19. n. 1. Cujac. ad h. §. com. 4. ad lib. 2. Reſp. Pa-*
2 *pin. p. 865.* Sed qvid ſi non intulerit rationibus pu-
pilli pretium totum? Reſp. eatenus contra tuto-
rem agetur; qvo non exiſtente idoneo, agetur con-
tra pupillum in ſolidum. Nam ſi contrahendo
vel agendo, committat culpam tutor, tunc præ-
judicat pupillo, non ſi delinqvendo, per tradita
*Cagnoli ad l. un. §. ſi procurator numer. 39. & ſeq. ſi
qvis jus dicenti, &c.*

## ad L. Si fundus. 6.

*SUMMARIA.*

*Propter conſvetudinem loci venditor ad evictionem compelli poteſt. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*In contractibus conſvetudo loci attendenda. 3.*
*Qvem locum judex in ordine Proceſſus & meritis cauſæ obſervare debeat. 4.*
*Statutum circa ſolennitates teſtamenti extenditur extra territorium. 5.*
*Pœna an ſecundum locum delicti, an deprehenſionis infligenda. 6.*
*Locus contractus non attenditur in his, qvæ per negligentiam ex poſt facto oriuntur. 7.*
*Sicut nec in repetitione dotis. 8.*
*Si qvæſtio de foro competente, non locus contractus, ſed ſolutionis attenditur. 9.*
*Si de moneta genere diſputetur, locus contractus attenditur. 10.*
*Forma actus ex loco contractus, ſed forma executionis ex loco ſolutionis æſtimanda. 11.*
*Verba interpretanda ſecundum locum contractus. 12.*

1 PRopter conſvetudinem loci poteſt venditor
compelli, ut pro evictione, licet non immi-
neat, teneatur præſtare fidejuſſorem *Caball. d.*
2 *tr. de Evict. §. 2. num. 15.* Sed ea conſvetudo in
dubio intelligenda, niſi venditor ſit dives & poſ-
ſeſſionatus. *Afflictus deciſ. 171. in fin. Dn. Mevius p. 4.*
3 *deciſ. 157. numer. 7.* Et ex hâc L. colligunt Dd. re-
gulam; Conſvetudinem loci contractus in deci-
ſionibus cauſarum attendendam eſſe. *Gail. lib. 2. obſ.
8. in fin. & 123. num. 2. Rol. à Valle vol. 4. conſ. 13. n. 1.
& vol. 3. conſ. 100. Lud. Molina de juſt. & Jure tr.
2. diſp. 260. Mynſ. c. 4. obſ. 82. & cent. 5. obſ. 19. &
ſeq. Carpzov. part. 2. conſt. 15. def. 6. num. 8. Rota
Genuenſis deciſ. 38. numer. 4 Col. d. Proceſſ. execut. p.
2. cap. 1. n. 72. & ſeq.* Qvia ad eam conſvetudinem,
tanqvam proximiorem, & magis de mente con-
trahentium cenſetur habita ratio. *Purellus ad* 4
*Rubr. de Bonis mat. p. 1. num. 37.* Nam qvantum at-
tinet ordinem judicii, ſeqvitur judex ſui ordinem
judicii, ſed in meritis cauſæ, & hac decidenda,
ſeqvitur locum contractus. *Odd. de Reſt. q. 32. art.
14. n. 118.* ubi ad reſtitutionem hoc accommodat.
Concludunt etiam Dd. ex hoc textu; ſtatutum 5
diſponens circa ſolennitates Teſtamenti, exten-
dere ſe etiam extra territorium, ita ut hæres ſuc-
cedere poſſit in omnibus bonis, ubicunq; ſitis,
& in univerſum jus defuncti, qvia qvoad ſolen-
nitates, attenditur conſvetudo loci, in qvo ne-
gotium geſtum eſt. *Gail. d. obſ. 123. num. 1. & 2. Mynſ.
cent. 5 obſ. 21. num. 4.* qvi ambo teſtantur de com-
muni; qvod ampliant, licet forenſis ſit teſtatus.
*Carpzov. p. 3. Jurispr. conſt. 6. def. pen. Joh. à Sande
l. 4. deciſ. Friſ. tit. 1. def. 14.* Hinc ſolennitas loci
contractus attendenda, cum reſpiciat formam
contractus. *Barb. num. 74.* Et gabella ſolvenda 6
eſt in loco contractus. *Barb. num. 27. & ſ.* Hujus
legis etiam argumento dici poſſet, ſi aliqvis ex-
tra locum delicti deprehenderetur, & ibi puni-
endus ſit, qvod ſit ea ipſi pœna imponenda, qvæ
in loco delicti per ſtatutum introducta. *Zaſ. ad
1. ſ. de pœnis n. 38.* Hinc *Carpzov.* alicubi decidit;
Si qvis in Electoratu Saxoniæ adulterium ſim-
plex cum ſoluta commiſiſſet, tunc alibi ſi depre-
hendatur, poſſe ei infligi capitalem pœnam in
Electoratu Saxoniæ dictatam, licet in loco judi-
cii, ubi in eum inqviritur pœna illa non ſit rece-
pta. Vid. *Carpzov. pract. crimin. p. 1. qvæſt. 54. num. 55.* 7
Limitatur tamen regula hujus textus, qvod non
habeat locum in his, qvæ oriuntur ex poſt facto
propter negligentiam, & tunc attenditur locus
deſtinatæ ſolutionis *Rol. a Valle d. conſ. 100. Ali-
ter Roſenth. de feud. cap. 1. concl. 14. num. 8. & ſeq.*
Qvando etiam agitur, de reſtitutione dotis vel 8
ejus repetitione, tunc itidém attenditur conſve-
tudo loci domicilii mariti. *l. Exigere. de judic.*
*Maſcard. de gen. ſtat. interpr. concl. 7. n. 4.* Qvan- 9
do enim qværitur de foro competente, tunc non
attenditur locus, ubi celebratus contractus, ſed
locus deſtinatæ ſolutionis, ſi hic expreſſus. *Petr.
Barboſa in l. hæres abſens 19. §. proinde n. 57. & ſeqq.*
Sed qvoad omnes alios effectus, attenditur potius 10
locus, in qvo contractus celebratus, v. gr. qvando
monetæ genus dubium, locus celebrati contra-
ctus attenditur, per hanc legem. *Barboſa hic n. 61.*
ubi *n. 62. & ſeq.* rationes dubitandi reſolvit. Et 11
porro diſtingvit *n. 69.* aut qværimus de forma &
ſolennitate actus, & tunc attenditur locus con-
tractus, aut qværimus de reſpicientibus execu-
tionem actus, & reſpiciendus locus, in qvem de-
ſtinata ſolutio, & de hoc caſu intelligit *l. exigere
de judic.* confer tamen *Cagnolum ad l. exigere n. 7.*

Hinc

Hinc verba interpretanda ſecundum locum contractus. *Barboſ.d.l.n.73.*

## ad L. Venditor. 8.

### *SUMMARIUM.*

*VEnditor ad intereſſe etiam extrinſecum tenetur, ſed non ultra duplum.*

VEnditor tenetur ad intereſſe, etiam extrinſecum, v. gr. qvæ per ſervum venditum adqviri potuerunt, & non tam remota ſunt ab ipſo, ſervo empto, neq; tam externa, aut longè petita, qvia merito eorum qvoq; conſideratio haberi debet. *Franzk. ad h.t. n. 884.* Qvod tamen duplum excedere neqvit *l. 43. in fin. cum l.5. de Act. empt. & l. un. C. de ſentent. qvæ pro eo qvod intereſt. Zaſ. hic num. 7.*

## ad L. Lucius. 11.

### *SUMMARIA.*

*RE à Principe ablata, non tenetur de evictione venditor. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*Venditor ob novas collectas non tenetur. 3.*
*Bonis exulum venditis, ſed ob pacem reſtitutis, de evictione non tenetur venditor. 4.*
*Pecunia depoſita à Principe ablata, periculum ejus eſt, qvi in mora fuit. 5.*
*Princeps qvando jus alterius tollere poſſit. 6.*
*Re ex natura ſua evicta, non datur de evictione actio. 7.*
*Qvid ſi per retractum conventionalem res evincatur. 8.*
*Qvid ſi res fideicommiſſo conditionali obnoxia. 9.*

1 CUm res emtori à Principe aufertur, hic caſus
à venditore non eſt præſtandus, qvia futuri
caſus evictionis poſt contractum emptionis ad
venditorem non pertinent. *Rol. à Valle conſ. 45.*
*n.3. & ſeq. vol.3.* Nam venditor non tenetur de
ea evictione, qvæ fit ex plenitudine poteſtatis,
qvæ ſemper videtur excepta. *Berlich. p. 1. d. 130.*
ubi loqvitur de permutato campo, ubi Elector
Saxon. Sereniſſimus jus venandi ſeqveſtraverat;
2 Secus autem, ſi Princeps auferat via juris & per
3 modum proceſſus. *Berlich. d. l. n.11.* Ex hac lege probat
*Carpzov. p. 2. conſt.34. def. 19.* ob novæ collectæ
impoſitionem, venditorem non teneri ad
evictionem præſtandam, nec venditor unqvam
ſe videtur obligare ad præſtandam violentiam.
*Caball. §.5. num.22. Viv. deciſ. 12. pr.* imo ob conſvetas
collectas, licet earum in contractu nulla facta
fuerit mentio, emptor ad evictionem non agit.
4 *Franzk. ad tit. de act. num.149. Dn. Struv. th.24.* Porrò
colligunt, qvando bona exulum vendita, &
per conditiones pacis bona reſtituuntur, qvod
tunc venditores ad evictionem non teneantur,
qvia hic eventus eſt improviſus, & ſic judicatum
refert. *Sande l. 2. t. 4. def. 5.* & immunitas promiſſa
tempore pacis, ad tempus belli ab emtore trahi
neqvit, ita deciſum ſæpius. Colligunt etiam 5
ex *h. l.* ſi pecunia depoſita à Principe ablata, periculum
eſſe ejus, qvi in mora fuit, ut ſi creditor
liqvidam reddere ſummam tergiverſatus ſit; ita
deciſum in *Trib. Wismar. Dn. Mev. p. 3. deciſ. 15.*
Colligunt etiam, Principem ob utilitatem publi- 6
cam poſſe jura alterius tollere, ſi modo reſtitutio
fiat, & juſtitia divina non lædatur. *Zaſ. l. 2. conſ.*
*10. num. 8.* de qvo *Carpzov. dec. 4.* ubi de Monopolio,
& *dec. 51. Ricc. Collect. dec. 407. & Petr. Ant.*
*de Petra in celebri tract. de poteſtate Principis.*
*Carpzov. l. 2. Juriſpr. Eccleſ. def. 288.* & ceſſante
cauſa, debet res ablata reſtitui. *Tiraqv. in tr. ceſ-*
*ſante cauſa p. 1. num. 20.* Colligunt etiam, ſi ex natu- 7
ra ſua res evincatur, v. gr. ex retractu gentilitio,
non dari regreſſum. *Zaſ. num. 12. Wiſſenbach. th. 17.*
*Tiraqv. de Retr. p. 1. §. 1. gl. 9. n. 34. & 55. Gomez. d.*
*c. 2. num. 40. Caball. §. 5. num. 33. Morqvecht. de di-*
*viſ. bon. c. 8. n. 5. Menoch. conſ. 87. n. 78. Balth. d. t. S.*
*reſ. 6. num. 5. & ſeq. Franzk. h.t. n. 284. & qvos re-*
*cenſet Dn. Mev. p. 5. deciſ. 313. & Berlich. d. deciſ.*
*124. numer. 4.* & ſic reſponſum menſe Julio anno
1660. à Facultate noſtra. Sed aliud in retractu 8
conventionali, nam ei cauſam dedit venditor,
& ſic ex facto venditoris res evicta, non ex natura
vel ſtatuto. *Dn. Mev. d. dec. 313.* Qvod de retractu 9
gentilitio dixi, idem locum habet, qvando res
ſuppoſita fideicommiſſo conditionali. *l. fin. §. ult.*
*C. communia de legat. Trentacinq. l. 3. t. de empt. reſol. 13. Franzk. h.t. n. 301. & ſeq.*

## ad L. Qvidam ex parte dimidia. 12.

### *SUMMARIUM.*

*QVi ex contractu pretium percepit, in eum conſenſiſſe videtur.*

PErceptio pretii arguit, qvod percipiens conſenſu ſuo contractum roboraverit. *Menoch. lib. 3. præſ. 75. Socinus Jun. conſ. 84. num. 23. lib. 2. Carpzov. p. 2. conſt. 11. def. 31. num. 6. Barb. Locupl. l. 1. 4. c. 76. ax. 1.* Ex qvo infert *Bart. hic* præſentiam ſolam non arguere conſenſum, ſed perceptionem pretii.

## ad L. Vindicantem. 17.

### *SUMMARIA.*

*QVi de evictione obligatur, ipſe rem evincere non poteſt. n. 1.*
*An heres venditoris proprio jure evincere poſſit. 2.*
*Qvid ſi venditor alieno nomine rem evincat. 3.*
*Qvæ ex hoc textu colligantur. 4. 5.*

QVem de evictione tenet actio, eum agen- 1
tem multò magis repellit exceptio. *Cephalus
conſ. 308. num. 16. v. 3. & conſ. 326. num. 15. Don. lib.
20. c. 2. lit. L. Caball. d. tr. §. 5. num. 2.* Qvam regulam
qvatuor modis reſtringit. *Dn. Mev. p. 3. deciſ.
348.*

*348. n. 5. Tinq. de retract. conſangv. §. 1. gl. 9. n. 37.*
2 ubi habet exceptionem, niſi hæres proprio jure
veniat, à qva tamen reſtrictione cavendum eſſe,
dicit rectius *Pinellus ad l. 1. C. de Bon. mat. p. 3. n.
82.* ubi *Tiraqvellum* allegat, licet alio loco, & di-
cit, hæredem indiſtinctè repelli. *Petr. Barb. p. 5.
l. 1. ff. ſol. matr. n. 20.* ubi habet exceptionem, niſi
3 qvis in utilitatem tertii agat. Sic pater, qvi ſuo
nomine vendidit, eam rem nomine filii, ut bo-
norum ejus adminiſtrator, vendicare poteſt. *Pi-
nell. ad l. 1. part. 3. de Bonis mat. n. 73.* confer etiam
*Rim. conſ. 204. n. 90.* ubi limitat regulam, niſi evi-
ctio fiat ex facto actoris, vel authoris, qvæ prima
limitatio *Caballini* eſt. *& Rol. a Valle lib. 4. conſ.
51. n. 19. Curvetus conſ. 378. n. 3.* ubi id excipienti
4 opponi poſſe, tradit. Ex hac autem lege probat
*Dn. Mev. p. 2. dec. 184.* qvando creditor oppigno-
ratum feudum cedit debitoris ſucceſſori feudali,
& hic ſolutionem promittat, qvod hic non poſſit
ſe excuſare à ſolutione, licet creditores paterni
præcedant cedentem. Et qvod Senatus contra-
5 ctum non poſſit impugnare, ex eo capite, qvod
ſine conſenſu civium fuerit initus. *Dn. Mev. d. dec.
304.* ſiqvidem Senatus ſuam turpitudinem allegat,
& non debuiſſet locare ſine conſenſu civium. conf.
*notata ad l. 11. 13. 14. 25. & ult. C. h. t. conf. not. ad l.
7. §. 1. de compenſ.*

## ad L. Si pro re. 22. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Fundo in dotem dato evicto, uxor ſtatim agere po-
teſt. n. 1.*

*Qvilibet, qvi ſibi jus in re reſervavit, ob intereſſe
ſuum de evictione agere poteſt. 2.*

*Immediatus autor de evictione conveniendus, non
alius. 3.*

1 Mulier emit fundum, & accipit fidejuſſores
prò evictione, poſtea fundum in dotem dat
marito, Titius fundum iſtum vindicat à marito,
marito evincitur, qværitur, an ipſius uxor ſtatim
ad evictionem præſtandam agere poſſit? qvod ne-
gandum videtur, qvia non ipſi, ſed marito evi-
ctus. Affirm. verò, qvia uxor habet intereſſe.
2 Colligit hinc Gloſſa, qvandocunqve aliqvis in
alium transfert rem aliqvam; & ſibi reſervavit ali-
qvid juris in ea re, ut hic mulier in dotem dando,
toties alterum etiam evicta re agi poſſe propter
proprium intereſſe, & maritus agere poteſt de
evictione præſtanda contra uxorem, ut agat con-
tra authorem, vel ſibi cedat actionem. *Alex.
conſ. 67. num. 5. vol. 2. Petr. Barb. in l. 51. num. 17.
3 ff. ſol. matrim.* Collige etiam, unumqvemqve im-
mediatum ſuum authorem debere convenire ad
evictionem præſtandam, non verò omiſſo medio.
*Caball. de Evict. §. 3. n. 143. Dn. Mev. p. 5. dec. 50.
conf. not. ad l. 59. h. t.*

## ad L. Hoc jure utimur. 27.

### *SUMMARIA.*

*Fundo evicto ex facto emptoris non datur actio,
benè tamen, ſi ex facto venditoris. n. 1.*

*Per retractum conſangvinitatis re evicta, qvare non
detur actio. 2.*

Qvando emptori adjudicatur fundus, tunc 1
videndum, an ex facto ſuo ſuccubuerit, ut ſi
juramentum detulit, ſi contumax fuit, & in con-
tumaciam ſententia lata; ſi compromiſit in arbi-
trum. An verò ex facto venditoris: ut hoc, non
illo caſu detur evictio. *Balthaſ. d. t. 8. reſol. 7. n.
27. Caballinus de Evict. § 5. n. 5. & 15.* Hinc etiam 2
ſeqvitur, qvando ex ſtatuto proximi cognati poſ-
ſunt uti, & utuntur jure retractus conſangvini-
tatis, qvod tunc emptor non poſſit agere de evi-
ctione, qvia retractus inſtituitur ex perſona em-
ptoris, qvia extraneus eſt. Ergo non poteſt ad
evictionem agere emptor, qvia ideò cogitur ce-
dere rem, qvia extraneus eſt. *Tiraq. de retr. con-
ſang. §. 1. gl. 9. n. 34.*

## ad L. Si rem. 29.

### *SUMMARIA.*

*Pretio ſoluto vero Domino, liberatur emptor.
num. 1.*

*Emptor an præcisè vero Domino pretium ſolvere te-
neatur. 2.*

*Periculo evictionis ab initio imminente, ſtatim peti
poteſt cautio. 3.*

*Venditori qvando ob evictionem lis denuncianda.
4. 5. 6.*

*Lis non ſaltem denuncianda, ſed & debet reqviri ven-
ditor, ut adſit. 7.*

*An in inſtantia appellationis fieri poſſit denuncia-
tio. 8.*

*Tempus ſententiæ & concluſionis in cauſa ſibi compa-
ratur. 9.*

Qvando pretium rei venditæ ſolvo vero do- 1
mino, à venditore petente pretium liberor.
Unde colligunt, emptorem non teneri ad ſol- 2
vendum pretium, qvando comperit, rem eſſe
alienam. Sed pretium vero domino ſolvit. Qvod
intelligit *Nevizanus conſ. 37. n. 21. & ſeq.* qvod
iniqvum videatur, venditorem bonæ fidei poſ-
ſeſſorem ſuo jure privare, & emptor ſibi non
poſſit mutare cauſam poſſeſſionis. Alios id ſta-
tuentes refert *Surdus dec. 253. n. 16.* Sed poſſet
mea opinione intelligi de eo caſu, qvando tradi-
tio qvidem facta à non domino, ſed emptor à
vero domino conventus, liberare rem fuerit
coactus, præſertim, ſi evincentis jura liqvida.
Sed qvando ab initio periculum evictionis im- 3
minet, poteſt ante ſolutionem pretii peti fidejuſſor.
*l. ſi poſt perfectam C. h. t. ubi notat.* de qvo plura.
*Carpz. p. 2. conſt. 34. d. 31. & ſeq. & Caball. §. 5. n. 48.*

Et hanc cautionem præſtandam eſſe, vult *Caball.*
*d. l.* licet venditor ſit locupletiſſimus, qvod ſuo
loco relinqvo; ſed an receptum in foro ſit, du-
bito.

4 *Ad §. fin.* Denunciatio ab emptore facienda
venditori, qvolibet tempore litis fieri poteſt, mo-
do jus emptoris adhuc ſit integrum, & nondum
publicata atteſtata; nam publicatis atteſtatis,
non daretur facultas, reprobatorios articulos of-
ferre, & teſtes producere. *Covarr. l. 3. reſol. c. 17. n.*
*8. Carpz. p. 1. conſt. 3. def. 29. Caball. §. 3. num. 144.*
*Berlich. p. 1. concl. 24. n. 80. Zang. de Except.*
*p. 2. n. 7. Balthaſar d. t. 8. reſ. 3. n. 4. Dn. Struv.*
5 *th. 28.* Neceſſe ergo eſt, ut Autori ſupereſſe poſ-
ſit ſpatium legitimum, ad probationes ſui juris
faciendas. *Barboſa ad l. venditor. 49. n. 86. de ju-*
*dic.* multominus denunciatio facienda eſt, ſi in
cauſa concluſum ſit. *Corſetus ſing. 77.* Nam pu-
blicatis atteſtatis, ſero medicina pararetur. *vid.*
6 *Carpz. in proceſſ. tit. 4. art. 3. n. 15. & ſeqq.* Et de-
nunciatus de genere litis inſtruendus, miſſo li-
belli & citationis exemplo. *Covarr. d. c. 17. n. 3.*
*Caball. d. §. 3. n. 38. Berlich. p. 1. concl. 24. num. 82.*
*qvos refert Franzk. h. t. n. 697. Fach. l. 2. c. 55. Gut-*
7 *tierez de juram. confirm. p. 1. c. 61. n. 5.* Probant
etiam ex hoc §. non ſufficere, ſi denuncietur lis,
ſed etiam debet reqviri, ut adſit & defendat ſe,
i. e. emptorem. *Caball. d. tr. §. 3. n. 21. Fachin. L.*
*2. c. 35. Molina d. 380. n. 9. Guttierez. d. l. Caldas de*
*Empt. c. 31. n. 30. Cavall. in ſpec. q. 585.* Putarem ta-
men, non vitiari denunciationem, ſi hæc reqvi-
ſitio deſit, qvia illa ob hunc finem ſit. *Covar. L.*
*3. reſol. c. 17. n. 3. Petr. Barboſ. in L. vendita. n. 19.*
*ff. ſoluto matr. Balth. d. t. reſol. 3. n. 1.* & poſſent
ſimpliciores ſupplantari, ſi ſtatim cauſa cade-
8 rent, qvia non fecerunt citari. Sed qværitur, an
in inſtantia appellationis fieri poſſit denuncia-
tio? qvod affirmant qvidem Dd. ex ea ratione,
qvia appellatio reducit ſtatum litis ad tempus litis
conteſtatæ; id tamen intelligendum, ſi res ſit inte-
gra, & denunciato adhuc competat facultas arti-
culos proponendi, contrarios intentioni appel-
lati. *Gomez. tom. 2. reſol. c. 2. n. 39. Monach. in pract.*
*judic. c. 3. num. 4. Petr. Friderus de cauſa contin.*
*L. 3. c. 5. n. 24. & ſeqq. Trentac. L. 3. tit. de Empt.*
9 *reſol. 4. n. 4. Lib. 3. var. reſol. c. 17. n. 8.* Colligunt
ex hoc textu; tempus ſententiæ & concluſionis in
cauſa inter ſe parificari. *Menoch. l. 2. Arb. qvaſt. caſu*
*51. num. 26.*

## ad L. Si mancipium. 34. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*JUdicio commun dividundo ſi rem emptam amiſi, an detur de evictione actio. n. 1.*
*Deciditur affirmativè. 2.*
*Non intereſt, qvo actionis genere res evincatur. 3.*

COmmuni div. judicio actum mecum de re 1
empta, ſuccubui; qværitur, an poſſim con-
tra autorem agere? vid. qvod non, qvia judicium
communi dividundo debuit prius inſtitui, qvam
actum fuit rei vindicatione *l. 18. ff. de Except.* &
hic per rei vindicationem non fuit res evicta. Sed 2
reſp. affirmando, qvia exceptio præpoſterationis
eſt de apicibus juris, ideò à me negligi potuit,
*per l. ſi fidejuſſori 29. §. qvædam 4. ff. Mandati.* Et 3
non eſt neceſſe, ut res per rei vindicationem au-
feratur; qvia nihil intereſt, qvo genere actionis
evincatur: qvæ regula ex hoc textu probatur
clariſſimè.

## ad L. Evictus. 35.

### *SUMMARIA.*

*PEr Servianam actionem avocata poſſeſſione pignoris, ad qvid agatur. n. 1.*
*An denunciatio hic neceſſaria. 2.*

QVando per Servianam avocatur poſſeſſio 1
pignoris, datur actio ad evictionem præ-
ſtandam, vel agitur ad intereſſe *l. 30. §. 1. ſupr. de*
*act. Empti.* vel ut libera res tradatur. *l. 5. C. h. t.*
vel ut tanto minoris æſtimetur. *Carpzov. p. 2. d.*
*conſt. 34. def. 21. Harten. Piſt. p. 3. qvæſt. 5. num. 10.*
*Cacheranus dec. 24.* Sed ſi debitor creditori ſolve- 2
rit, ceſſat actio. Denunciatione autem hic non
opus eſſe, qvia non tradidit liberam, tradit *Tren-*
*tacinq. lib. 3. tit. de Empt. reſol. 4. num. 13. Marant.*
*p. 6. m. 5. num. 2.*

## ad L. Nave. 36. & L. Scapham. 44.

### *SUMMARIA.*

*COementis domus evictis, non datur actio. n. 1.*
*Aliud ſi pars integralis. 2.*
*Uſus fori ſubjicitur. 3.*
*Remiges nomine navis non veniunt. 4.*
*Sed qvid ſi à Principe triremis donata. 5.*

SIngula domus vel navis cœmenta non 1
venduntur, ideoqve illis evictis, ad evi-
ctionem ex ſtipulatione duplæ non agitur, qvia
non poſſidentur. *L. 23. ff. de uſucap.* Parte 2
tamen integrali evicta, v. gr. malo, ad evi-
ctionem agi poteſt actione ex empto, *per l. Sca-*
*pham. 44. h. t. Cald. tr. de Empt. c. 31. num. 52.*
*Bachov. ad Tr. v. 2. d. 2. th. 6. lit. D.* ubi di-
ſtingvit inter partes homogeneas & heteroge-
neas. Hodiè in foro non obſervari puto diſcri- 3
men inter actionem ex ſtipulatu & actionem
ex empto, ratione objecti ſcil. ut adeò non
male qvis diceret, etiam heterogenea-
rum partium evictarum nomine agi poſſe. Ex 4
hac lege *Scapha* etiam colligitur, nec remiges
venire nomine navis, cum non ſit pars navis.
Sed

5 Sed qværitur, ſi Princeps donaret triremen cum inſtrumentis, ſeu inſtructam, exceptis tantum tormentis ignivomis, an etiam remiges donati videantur? & deciſum, qvod Principis donatio latiſſimè intelligatur. *l. fin. ff. de Conſt.* & alias triremis eſſet inutilis, refert *Franc. de Clapperiis cauſa 33. qv. un.*

## ad L. Emptori. 37.

*SUMMARIA.*

*Actio ex ſtipulatu qvare in duplum detur. n. 1.*
*Qvibus caſibus hic cautio fidejuſſoria ſit neceſſaria. n. 2.*
*Hodiè ſtipulatio dupla non obſervatur. 3.*

1 Actio ex ſtipulatu, de qva ſupra, vel ad ſimplum dirigitur, vel ad duplum; & hoc qvidem ideò, ut Emptor relevetur ab onere probandi, qvod ſua intereſt. *§. ult. Inſt. de V. O.* & locum tantum habet in rebus ſoli. *l. 8. C. h. t.* mancipiis & Jumentis. *l. 31. §. 20. tit. præced.* in reliqvis
2 rebus, ſi pretioſiores, *Don. lib. 12. c. 4. lit. 1.* Sed ad hanc ſtipulationem cautio fidejuſſoria reqviritur duobus caſibus (1.) Si in limine contractus immineat evictio, *per l. 24. C. h. t. tit.* de qvo ſupra *de periculo & commodo*, ad *l. 18. §. 1.* (2.) Qvando res pro pecunia in ſolutum datur, juxta practicam *Auth. hoc niſi debitor. Dn. Struv. h. t.*
3 *th. 35.* Hodie ſanè, ut & ſupra dixi, ſtipulationes ad duplum non freqventantur, teſtibus iis, qvos ad Rubr. hanc citat Grönwegen; teſte etiam Experientia.

## ad L. In creditore. 38.

*SUMMARIA.*

*Creditor jure ſuo pignus vendens ad qvid teneatur. n. 1.*
*Limitationes, ubi Creditor ad evictionem tenetur. 2.*
*Pignore à Creditore vendito & evicto, ſi emptor à debitore pretium recipere neqveat, an teneatur Creditor. 3.*

1 Creditor, qvi Jure ſuo pignus vendidit, de evictione qvidem non tenetur, *per l. 1. & 1. 1. C. Credit. evict. pignor. non debere.* ſed tamen contrariam pignoratitiam actionem, qvam habet, contra debitorem cedere, & inſtrumenta crediti edere tenetur emptori, & ita debet probare, ſe creditorem eſſe. *Roder. tr. de cenſibus lib. 2. qvæſt. 16. num. 23. Johan. à Sande tr. de ceſſion. c. 6. num. 4. Franzkius ad tit. de Diſtr. pign. num. 76. & h. t. num. 212. Dn. Struv. Exerc. 26. th. 45. in fin. Molinæus de uſur. contr. num. 333. & num. 336. Heig. p. 2. qv. 6. num. 15. Chriſt. Lenzius de nominibus ceſſis cap. 5. membr. 10.* Sed & aliis caſibus de
2 Evictione tenetur, non tantum ad cedendum, ſed & ſatisfaciendum, ſi promiſit evictionem, ſi ſciens rem alienam, qvæ non debitoris fuit, vendidit. *l. 2. C. Creditorem evictionem pignoris &c.* vel ſi falſus Creditor aut poſterior evincit. *l. 1. C. d. t. Molina de Juſt. & jure tr. 2. d. 538. num. 28. Trentac. tit. de Emptione reſol. ult. confer. not. ad d. tit. Cod.* Sed qværitur, ſi emptor pretium à de- 3
bitore conſeqvi non poſſit, qvia ſolvendo non eſt, an teneatur creditor pretium acceptum reſtituere? qvod affirmat *Molina d. l. cui* nondum aſſurgo, qvia emptor fidem debitoris videtur ſecutus, non creditoris, & aliàs creditores hodiè præſertim, vix certò diſtraherent.

## ad L. Minor. 39.

*SUMMARIUM.*

*Minore reſtituto contra tertium, huic non datur regreſſus contra ſecundum, qvi a minore emit.*

Qværitur, an tertio poſſeſſori, à qvo minor rem venditam per reſtitutionem in integrum evicit, detur actio de Evictione præſtanda, contra ſecundum poſſeſſorem, qvi à minore emit? vid. qvod non, cum res non ſit evicta jure communi, ſed ſpeciali. Sed reſp. affirmativè, qvia officium Prætoris aliis damnoſum eſſe non debet, *Odd. tr. de reſtit. qv. 57. art. 6. n. 50.* Et non intereſt, qvacunqve actione res evincatur. *l. 34. §. 1. h. t.*

## ad L. Si is qvi ſatis. 40.

*SUMMARIA.*

*Re legata evicta, legatario præſtanda eſt actio contra venditorem. n. 1.*
*Niſi genus legatum, ubi heres de evictione tenetur. 2.*

Legatarius ob rem in ſpecie ſibi legatam, non 1
poteſt præſtationem evictionis petere ab herede. Sed poteſt tamen petere ab herede, ut præſtet ſibi actionem, qvam defunctus habuit contra venditorem vel authorem. *l. 59. h. t.* Aliud 2
autem, ſi res in genere legata, & hæres rem evincibilem ſeu alienam ſolverit, ubi etiam ante evictionem agere poteſt, & ante judicium acceptum denunciare debet. *l. 29. §. pen. de Leg. 3. conf. Dn. Struv. th. 17.*

## ad L. Si ei. 41. §. 2.

Licet Emptor, cui de evictione cautum, venditori, vel hic illi ſuccedat, non tamen fidejuſſor liberatur; qvia minor hæreditas devenit, qvod benè explicat *Zanger. de Except. p. 3. c. 9. num. 7. & ſeqq. Franzk. h. t. num. 280.*

## ad L. Vaccæ. 43.

*SUMMARIA.*

O*B uſumfructum evictum, de evictione agitur. num. 1.*
*Idem ſi jus Emphyteuticum evictum. 2.*

1 QVando uſusfructus evincitur, omnino agitur
ad evictionem præſtandam, qvia pars do-
minii eſt *hic & l. 49 h. t. Donell. l. 9. c. 9. poſt lit. C.*
2 Idem ſi alius habeat Jus emphyt. vel ſuperficiei.
*Struv. h. t. th. 20. Wiſſenbach. diſp. 41. th. 16. Lauterb.*
*h. t. num. 87. & ſeqq.*

## ad L. Qvi fundum. 44.

*SUMMARIA.*

F*Inibus amplioribus demonſtratis, ſi qvid evictum, hæc actio competit. n. 1.*
*Si ſub numero certo qvid venditum, & poſtea plus demonſtratum, potius demonſtratio attendenda. n. 2.*
*Limitatur, niſi probabilis error commiſſus. 3.*

1 VEnditor titulo venditionis tradidit mihi
emptori fundum centum jugerum, & mon-
ſtravit fines ampliores, qvod ſi autem ex finibus
demonſtratis qvid evincatur, licet in reſiduo
maneant centum jugera, illa pars evicta mihi
2 debet præſtari. Hinc concluditur; licet vendi-
tor expreſſo corpore prius exprimat numerum, &
poſtea fines, qvod non debeat attendi numerus
jugerum, ſed omne id, qvod intra confines eſſe
dicitur. *Paul. Pariſius vol. 1. conſ. 64. n. 42.* ubi id
in facto contigiſſe ex *Fulgoſio* refert, & generaliter
intelligendum eſſe probat *n. 43. & ſeqq.* Et nu-
merus videtur demonſtrationis, non taxationis
3 cauſa expreſſus. Sed putarem, ſi in finibus de-
monſtrandis probabilem errorem commiſerit,
& anteqvam fines demonſtraret, de pretio fuerit
conventum, temperandum rigorem hujus legis;
nam tunc in promittendo pretio non ad fines in
futurum demonſtrandos, ſed ad numerum juge-
rum reſpexiſſe.

## ad L. Cum fundus. 48.

*SUMMARIUM.*

I*N evictione intereſſe particulare cum totali confunditur.*

FUndo, ut optimus maximus eſt, vendito, i. e. libero ab omni onere, ſi ſervitus reperiatur, experior actione qvanti minoris, per *l. 61. 1. præc.* Deinde totus fundus eſt evictus, & ex ſtipulatione ad duplum ago, hoc caſu debeo deducere, qvod per priorem actionem percepi, & ſic intereſſe particulare cum totali confunditur.

## ad L. Si per imprudentiam. 51.

*SUMMARIA.*

E*Mptor per imperitiam Judicis condemnatus, non agit de evictione. n. 1.*
*Fidejuſſor per imperitiam condemnatus, habet regreſſum. 2.*
*Emptor litis injuſtè motæ expenſas à venditore repetere neqvit. 3.*
*Pactum de evictione præſtanda qvomodocunq; evincatur, intelligendum ſaltem de evictione legitima. n. 4.*

SI per imperitiam Judicum emtor ſit conde- 1
mnatus, non datur actio de Evictione contra
venditorem, qvia injuria hæc emptori illata, non
debet venditorem contingere; licet aliud ſit in
fidejuſſore, qvi, etiamſi injuria Judicis con- 2
demnatus ſit, tamen regreſſum contra Principa-
lem habet, modo culpa ſua injuſtæ condemna-
tioni cauſam non dederit. *l. 67. de fidejuſſ. Covarr.*
*l. 3. reſ. c. 17. n. 10. Gomez. dict. c. 2. n. 39. Caball. in*
*§. 2. n. 6. & Menoch. conſ. 361. n. 1. Bach. d. d. 2. th.*
*5. in fine.* Ex argumento verborum finalium re- 3
ctè concluditur; ſi emptori moveatur lis, & obti-
nuerit, qvod intereſſe ratione expenſarum non
poſſit petere à venditore, qvia per injuriam mo-
ta lis, nec impedire potuit venditor, ne emptor
per calumniam vexetur. *l. 18. C. h. t. Perez. in C.*
*n. 31. Zæſ. hic n. 27. Dn. Struv. Ex. 27. th. 18.* Sed ex-
penſas, qvas venditor impedit in defendendo
emptore ſibi imputabit. *arg. l. ſuo victu ff. de operis*
*libert. Caball. §. 3. num. 146. Gomez c. 2. num. 47.*
*Molin. deciſ. 380. in fine. Fachin. l. 2. c. 39.* Et 4
licet conventum, ut qvomodocunqve res evin-
ceretur, Id tamen de juridica evictione eſt intelli-
gendum; Nec præſtanda igitur evictio, ſi per Ju-
dicem extrajudicialiter, vel per principem deji-
ciatur, niſi hoc expreſsè actum. *Caball. d. tr. §.*
*5. n. 22. & 45.* niſi ſpecialiter ad hunc caſum ſe
obligaverit venditor. *Boër. dec. 67. n. 2. Caball. d.*
*§. 5. n. 45. Coll. Arg. hic th. 9. n. 22.* Exceptio hu-
jus legis habetur in *l. 2. §. 6. ff. de Adminiſtr. rerum*
*ad civit. pertin. ubi notavi.*

## ad L. Si fundo. 53. pr.

*SUMMARIA.*

P*Arte pro diviſo evicta, pretium ſaltem partis evictæ attendendum. n. 1.*
*In ſtipulatione duplæ non bonitas, ſed pretium attenditur. 2.*
*Emptor litem non denuncians, non habet regreſſum. 3.*
*Limitationes proponuntur. 4.*
*An ſi juſtam evincendi cauſam habeat actor, qvæ tamen ab initio litis non appareat, Emptor litem non denunciando excuſetur. 5.*
*In feudi revocatione lis denunciari poteſt. 6.*
*Denunciatio judicialis eſſe debet. 7.*
*Venditor autorem nominando, lite non liberatur. 8.*

LImitatur *hic L. 1.* qvando enim pars evinci- 1
tur pro diviſo, non habenda bonitatis ratio, ſi
ſingu-

ſingulis partibus certum pretium ſit dictum, licet
2 meliores partes ſint evictæ. Collige, in ſtipu-
latione duplæ non habendam eſſe rationem bo-
nitatis, ſed pretii. *Weſenb. in* II. *h. t. n. 4. Balth. tit.
8. reſol. Bav. reſ. t. n. 4. vid. etiam Caldas de Empt.
c. 13. num. 40.*
3 *Ad §. 1.* Denunciationem ſi neglexerit Emptor
cum poſſit denunciare, non habet regreſſum
*Gomez. d. c. 2. num. 39. Molin tr. 2. diſp. 380. n. 9.
Carpzov. p. 1. Juriſpr. conſt. 3. def. 23. in proc. tit.*
4 *4. art. 4. n. 16.* niſi ſcilicet notoria injuſtitia ven-
ditoris. *Hipp. de Marſ. in Rubr. de prob. num. 226.
Carpz. d. t. 4. art. 4. n. 33. plures citans*, vel ſi hoc
manifeſtè non ſtatim appareat, emptor ſe offerat
ad probandum, juſtè rem eſſe evictam, & qvod,
etſi inſtructus fuiſſet, per venditorem nihilomi-
nus ſuccubuiſſet, qvia Jus actoris erat clarum &
irrefragabile, tunc enim ex æqvitate datur actio
ex empto. *arg. l. 11. §. 12. de Act. Empti. Covarr. d.
c. 17. num. 6. Franzk. h. tit. num. 667. Anton. Go-
mez. tom. 2. cap. 2. n. 39. & qvos refert P. Barboſa
ad l. venditor. 49. ff. de judic. n. 29. & ſeqq. Struv.
h. t. th. 33. Wiſſenbach. hic. th. 29. Carpz. d. art. 4.
n. 38.* Sed hoc caſu non aget ad duplum, ſed ſim-
5 plum. *Covarr. d. l. Bach. th. 7. lit. A.* Qvamvis
autem *Barb. d. n. 32.* hanc regulam limitet, niſi
tempore litis non erat notorium Jus evincentis,
ſed ex poſt facto cognitum fuerit, ea tamen limi-
tatio non placet; nam etſi denunciaſſet, tamen
ſuccubuiſſet. Ideoq; ſi Emptor non expectata
ſententia agnoſcat bonam fidem, & rem reſtituat
actori, nulla denunciatione venditori facta, ſi
probet juſtitiam cauſæ actoris, omninò regreſſum
habet, qvia cuilibet licitum eſt agnoſcere bonam
fidem, & injuſtam litem non proſeqvi. *Bachov.
hic num. 53.* Et ſic in ſimili non tenetur appella-
re, neq; appellationem interpoſitam cognita ve-
ritate proſeqvi, niſi res dubia. *Covar. l. 3. d. reſol.*
6 *17. num. 9. Barb. d. num. 60. & ſeqq.* Si etiam feu-
dum cum conſenſu Domini & proximorum agna-
torum alienatum, litis denuntiatione opus eſt,
ſi reliqvi agnati illud revocare velint. *Berlich. dec.*
7 *124.* Sed qværitur, qvalis debeat eſſe denunciatio?
Reſp. Judicialis, non verò per privatas literas, ut
8 pluribus evincit *Carpz. p. 3. dec. 211.* Et ſi plures
fiant denuntiationes, v. gr. denunciat emptor
ſuo venditori, hic rurſus ſuo autori, intermedium
ex lite non eſſe dimittendum, tradit *Carpz. d. l.
3. dec. 112.*

## ad L. Qvi alienam. 54.

SI ante tempus litis motæ res vendita præſcri-
pta, non tenetur venditor ad evictionem præ-
ſtandam. *Menoch. conſ. 361. n. 4. Klock. conſ. 55. num.
43. vol. 2.*

## ad L. Si ideo. 55.

*SUMMARIA.*

*ABſens ob abſentiam, non ob cauſa merita con-
demnatus videtur. n. 1.*
*Qvid ſi venditor faciat, ne ad ſe deveniat denunci-
atio. 2.*
*Venditori præſenti qvoq; denunciandum. 3.*
*Emptori denuntianti non opus eſt petere, ut venditor
ſe defendat. 4.*
*An denunciatio neceſſaria, ſi venditor juratò evi-
ctionem promiſerit. 5.*

SI qvis abſens condemnatus, potius ob abſen- 1
tiam, qvàm ob cauſæ merita videtur conde-
mnatus *Matthæſil. ſing. 25. n. 4.* vid. *not. ſupr. l.
17. §. 1. de inoff. Teſtam.* Sed ſi venditor vel autor 2
faciat, qvo minus ad ſe pervenire poſſit denun-
ciatio, tenetur non minus, ac ſi denunciatum
ipſi eſſet. *Caball. d. tr. §. 3. n. 98. Franzk. h. t. n. 678.*
qvamvis denunciationem ad domum, vel ſi igno-
retur ubi ſit, per edictum fieri poſſe, rectè tradat
*Caball. d. l.*

*Ad §. fin.* Etiamſi venditor ſciat, litem empto- 3
ri eſſe motam, imo præſens ſit in Judicio, tamen
ipſi lis denuncianda eſt, & ipſe monendus, ut
emptorem defendat in Judicio. *Caball. §. 3. n. 4.
& ſeq. Bert. p. 1. & ſeq. concl. 24. n. 37.* Nam regu-
la, qvod certioratus non ſit certiorandus, non
habet locum, ubi adſumenda rei defenſio. Nam
fortè emptor confiſus cauſæ ſuæ non vult reqvi-
rere adſiſtentiam venditoris, qvi defenſionem
ſuam ſpontè afferre non tenetur, ut rectè *Zaſius
h. t. n. 24. & citat Covar. d. 3. reſol. c. 17. n. 3. Bar-
boſ. d. l. vend. 49. n. 8. ff. de judic. conf. Dn. Struv.
d. l. th. 28. Franzk. h. t. n. 559. Wiſſenbach. h. t. th. 19.*
Et licet non expreſsè petat emptor, ut ſe defen- 4
dat, qvia tamen denunciatio hoc fine facta, ideò
denunciationem non eſſe nullam, rectè putant
*Covarr. c. 17. n. 3. Balth. reſol. 3. n. 1. Bachov. th. 7.
lit. A.* Et faciendam eſſe denunciationem, licet 5
ad evictionem præſtandam ſe juramento obſtrin-
xerit venditor, ſtatuunt nonnulli Sed pro ju-
ramento videtur ſententia tutior, fides juramen-
ti ipſum ſatis monere debuit. vid. *Covarr. d. c. 17.
n. 5. Fach. l. 2. c. 36. Grattan. t. 1. diſcept. 175. n. 30.
Guttierez. de juram. confirm. p. 1. c. 61. n. 19. Caval.
q. 385. n. 3.*

## ad L. Si dictum. 56. §. ſi com-promiſero. 1.

*SUMMARIA.*

*COram arbitro ſi res evicta, non tenetur venditor.
num. 1.*
*Qvod ad prorogatam juriſdictionem extendi-
tur. 2.*
*Emptor ſponte cedens, vel non juſtè excipiens de evi-
ctione non agit. 3.*
*Actio de evictione datur ſaltem ob partem homoge-
neam. 4.*
*Denunciatio etiam pupillo fieri poteſt. 5.*
*Qvod declaratur. 6.*

1 OPortet rem eſſe evictam in judicio, non co-
ram arbitro ex compromiſſo, ut detur actio
emptori; niſi conventum in contractu, ut qva-
litercunq; res evincatur evictio præſtetur, ſed
tunc ad pretium tantùm, non verò ad duplum
2 vel ad intereſſe agetur. *Covarr. d. c. 17. n. 7. Ca-*
*ball. §. 3. num. 168.* Noſtrum §. ad prorogationem
etiam jurisdictionis extendit *Gl. hic. & Rom. ſing.*
*12. & Burgoſ. in repet. cap. cum debitore. n. 15. X.*
3 *de empt. Balth. tit. 8. reſ. 7. n. 6.* Idem ſi emtor
ſponte ceſſit injuſto poſſeſſori, aut liti renuncia-
vit. *l. 17. h. tit.* ſi juſta exceptione non uſus, ſi in
contumaciam condemnatus. conf. *Zaſius n. 31. h.*
*t. Franzkius num. 756. & multis ſeq. Struv. th. 30.*
*Wiſſenbach. th. 26.* Sic etiam, ſi ab incompetente
Judice ſim condemnatus, non habeo regreſſum,
qvia nulla neceſſitate coactus ſubii judicium.
*Caball. d. tr. §. 5. n. 21. Balth. tit. 8. reſ. 7. num. 6.*
licet à communi hac ſententia malè recedat. *Cal-*
*das de empt. c. 31. n. 32.* conf. *Gomez de contract.*
*c. 2. num. 40. Molina de Juſt. & Jure diſp. 380.*
*num. 21.*

4 *Ad §. 2.* Non datur actio ad præſtandam Evi-
ctionem, niſi pars homogenea, qvæ nomen totius
retineat, evincatur, idq; poſt *Martin. & Cujac.*
ex h. l. probat *Bach. in Tr. d. diſp. 2. th. 6. lit. D. &*
*ad Weſ. n. 9. Pac. cent. 5. qv. 34.* & conf. *Caldas d.*
*c. 21. n. 49. Wiſſenbach. diſp. 41. th. 24. Franzk. h. t.*
*n. 147. & ſeq.* Sed ſubtilitas hæc an hodiè in praxi
obtineat, de eo dubito, de qvo dictum ſupra. Et
parum qvoad ipſam partem evictam intereſt,
utrum pars heterogenea per actionem ex ſtipula-
tu, an verò per actionem ex empto evincatur.
Poteſt hoc inter tricas inutiles referri.

5 *Ad §. fin.* Sufficit ut emptor pupillo denun-
ciet, ſi Tutor non appareat, qvia fit cauſa damni
vitandi, nec reqviritur, ut perſona, cui denun-
ciatur, ſit legitima. *l. Minor. 39. §. 1. in fin. h. t.* &
ſit tantùm ad jus noſtrum conſervandum. *Ca-*
6 *ball. d. §. 3. n. 142.* qvod tamen non ita ruditer
intelligendum, ſed opus eſt, ut amicis & cogna-
tis denuncietur, *arg. l. 22. ff. ex qvib. cauſ. maj.*
*juxta Rod. de annuis reditib. lib. 2. c. 15. n. 47. Mo-*
*lin. ad conſv. Pariſ. §. 20. gl. 11. n. 7. & 8. & tr. de*
*uſuris. n. 309.* qvem laudat ad hanc legem *Gran-*
*vvegen.*

## ad L. Si res. 59.

### SUMMARIA.

*LEgatarius contra venditorem de legato evicto agere non poteſt. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*Venditor ſi omne jus ceſſerit emptori, etiam hic exceptione perſonali illi competente uti poteſt. 3.*
*Judex qvi ipſe de evictione tenetur, tamen alium ad evictionem condemnare poteſt. 4.*

1 EMi rem aliqvam, & eam tibi lego, ſed tibi
evincitur, qværitur, an contra meum vendi-
torem agere poſſis ad evictionem præſtandam?
Negatur, qvia qvilibet contra ſuum autorem aget.
*vid. not. ad l. 22. §. 1. h. t.* Sed hic habetur du- 2
plex limitatio, (1.) Si ceſſero cum legato omnes
actiones nomine rei mihi competentes. *vid. not. ad*
*l. 40. ſupr. h. t.* aut (2.) Legatarius habeat hypo-
thecam. Limitatio autem prima notabilis eſt, &
ſic ceſſionarius ſtatim primo Autori denunciare
poteſt. *Capyc. dec. 197. n. 9. Caball. de Evict. §. 3. n.*
*143.* Collige etiam, ſi venditor ceſſit omne Jus 3
emptori, tunc emptor vel fidejuſſor poteſt uti
omni exceptione perſonali, qvæ competit ven-
ditori. *Pet. Barboſ. ad l. Maritus. 13. n. 86. ff. ſol.*
*matr.* Ex regula etiam illud ſeqvitur; poſſe judi- 4
cem vel Principem venditorem condemnare ad
evictionem præſtandam, licet ipſe Judex aut
Princeps ut privatus ad evictionem præſtandam,
ipſi venditori teneatur, qvia ſunt diverſa Judicia.
*Dn. Mev. p. 5. dec. 54.*

## ad L. Si in venditione. 60.

### SUMMARIA.

*SI de evictione nihil dictum, qvantum præſtandum. num. 1.*
*Evictionis præſtatio eſt de natura venditionis. 2.*

QVando nihil dictum eſt in venditione, qvid 1
in caſum evictionis præſtandum, tunc ſim-
plum tantum præſtandum eſt & intereſſe. *hic &*
*l. Evicta 70. h. t.* conf. *Anton. Faber. lib. 2. de con-*
*ject. c. 3. circa fin.* Collige, de natura venditio- 2
nis eſſe, ut præſtetur evictio. *Zaſ. h. t. n. 2. Franzk.*
*h. t. num. 7.*

## ad L. Si rem. 62. §. 1.

### SUMMARIA.

*SI venditoris plures heredes, omnibus denuncianda lis. num. 1.*
*Heres unus pro ſua parte evictionem præſtare neqvit. 2.*
*Citatio plurium heredum omnibus inſinuanda. 3.*
*Heres unus an in ſolidum teneatur. 4. 5.*

QVando venditor reliqvit plures heredes, 1
tunc una obligatio eſt, & omnibus lis eſt
denuncianda, alioqvin emptor non habebit re-
greſſum contra illos, qvibus non eſt denuncia-
tum. *Molina diſp. 380. num. 10. Gomez. d. c. 2. n. 39.*
*Balth. d. tit. 8. reſol. 3. num. 1. Zaſ. h. t. num. 29.*
Nec audiendus hæres unus, ſi pro ſua parte evi- 2
ctionem præſtare velit. *Franzk. n. 574. Dn. Struv.*
*th. 26.* alia ratio heredum emptoris. *arg. l. 4. §. 2.*
*V. O. Franzkius n. 578.* Collige etiam, qvando 3
plures cohæredes citandi, non ſufficere, ſi uni
vel alteri inſinuetur. *Dn. Mevius p. 4. deciſ. 337.*
Qvamvis autem *Gail. l. 2. obſ. 14. n. 1.* putet, ra- 4
tione evictionis omnes heredes in ſolidum te-
neri, hoc tamen diſplicet *Franzkio*, cum hoc nul-

lo

lo jure exprimatur, & in pignore tantum diver-
5 ſum dicatur. *l. 65. h. tit. Franzk. hic n. 576.* Et de-
bet hic §. intelligi de eo caſu, qvando omnes
citati, ſed unus comparuit, qvi in ſolidum ſe de-
fenſioni obtulit, & ita in ſe ſuſcipit defenſionem
in ſolidum.

## ad L. Herennius. 63. pr.

### *SUMMARIA.*

*DEnunciatione remiſſa, ea ſalvo regreſſu omitti poteſt. n. 1.*

*Alii caſus, qvibus denunciatio neceſſaria non eſt. 2.*

*Emptor autore præſente condemnatus, appellare opus non habet. 3. 6.*

*Emptori appellanti, ſed non proſeqventi, non datur regreſſus. 4.*

*Poteſt tamen & in inſtantia appellationis lis denunciari. 5.*

1 QVando venditor remiſit denunciationis ne-
ceſſitatem, tunc etiam ſine denunciatione
poteſt regreſſum habere emptor contra vendi-
torem. *Caball. d. §. 3. num. 114. Maſcard. de Probat.
concl. 616. num. 19.* ubi hunc textum laudat. *Gomez.
d. c. 2. num. 36. Molin. n. 11. Cald. c. 31. num. 73. Trentac.
num. 7. Cagnolus in l. Venditor. num. 5. ff. de judic.*
qvo tamen caſu creditor ſponte ſe ad adſiſtendum
præſentare poteſt. *Caball. de Evict. §. 3. num. 114. &
Franzk. h. t. n. 675.* Imo denunciari poteſt vendi-
tori, non obſtante hoc pacto, ut inſtrumenta edat,
& ea faciat, qvæ ad defenſionem rei pertinent.
2 Sic etiam, ſi judicialiter monitus venditor, reſpon-
deat, ſe nolle venire, etiam ſine ulteriori denun-
ciatione tenebitur venditor. *Caball. §. 3. num. 100.
Franzk. h. t. n. 681.* Idem ſi venditor penes ſe habeat
documenta, & ea non exhibuerit. *Caball. d. §. 3. n.
72. Maſcard. d. l. n. 18.* vel qvando emtor minoren-
nis, pia cauſa, vel eccleſia, qvæ venditorem conſti-
tuit in morâ. *Maſcard. d. concl. 616. num. 17. Caball. d.
§. n. 102.* vel quando notorium, nullam competere
defenſionem venditori. *Maſcard. d. l. n. 15. & num. 23.
& ſeqq.*

3 *Ad §. 1.* Si emptor denunciet litem autori, &
ille condemnatus eſt autore præſente, etiamſi
non provocaverit, poteſt tamen ad evictionem
agere contra venditorem. *Zaſ. h. t. num. 25. & n. 32.*
qvod *Gloſſ.* hic intelligit, ſi cauſa emptoris non ſit
4 evidenter juſta; Si autem appellavit, & non pro-
ſecutus eſt, non habet regreſſum. *per §. ſeq. Anton.
Rubeus in repet. l. hoc edicto §. morte num. 427. ff. de
novi operis nunc. Caball. §. 3. num. 145. Covarr. d. l.
5 n. 9. & Molin. n. 19.* Si tamen omnia ſint integra, v.
gr. ſi à teſtibus in prima inſtantia examinatis
non pendeat victoria cauſæ, etiam in inſtantia ap-
pellationis denunciari litem poſſe, contendunt.
*Caball. d. §. 3. num. 9. Balib. d. reſ. 3. n. 1. poſt amphat.*
6 *10.* Qvando igitur Doctores dicunt; Emptorem
appellare debere. *arg. l. 8. §. 8. ff. Mand.* ut *Co-
varr. d. c. 17. num. 9. Caball. §. 5. n. 41. Molin. d. l. num.
19. Gomez. n. 39. Rath. reſ. 7. num. 3.* imo & proſeqvi.
*Caldas d. c. 31. n. 22.* id de eo procul dubio caſu intel-
ligunt, qvando abſente venditore condemnatus.

## ad L. Ex mille. 64.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*

*Actio ex empto & ex ſtipulatu, qvomodo ratione æſtimationis differunt. 2.*

FUndo mille jugerum vendito & tradito, du- 1
centa flumen abſtulit, & poſtea ducenta ad-
huc evincuntur, qværitur, pro qva parte ſit com-
miſſa ſtipulatio duplæ? Et reſp. pro qvinta eſſe
commiſſam, non pro qvarta; qvinta ſc. reſpectu
mille jugerum ſc. ducentis, non qvarta mille ju-
gerum, ſc. ducentis & qvinqvaginta, ratio eſt,
qvia illa ducenra perierunt emptori. *vid. Cujac. l.
26. obſ. c. 37.* Hinc inferunt, actionem ex empto 2
ab actione ex ſtipulatu, qvoad effectum differre:
illic enim id, qvod intereſt æſtimatur, qvanti res
eſt tunc cum evincitur; In actione verò ex ſti-
pulatu, qvanti res eſt tempore contractus. *Caldas
de empt. c. 31. num. 40.* Unde ſi agam ex ſtipulatione
duplæ, & mihi ager mille jugerum venditus, &
200 flumen abſtulit, juxta caſum antea forma-
tum, actione ex ſtipulatu ago ad omnia mille ju-
gera præſtanda, qvæ mihi vendita, aliud in actio-
ne ex empto. *l. 70. h. t. vid. Donell. lib. 3. c. 4. ante
lit. F. Klock. conſ. 55. num. 51. vol. 2. Molin. in tr. de eo
qvod intereſt. num. 67. & 71. Franzk. h. t. n. 953.
Dn. Struv. h. t. th. 19.*

## ad L. Rem hereditariam. 65.

### *SUMMARIA.*

*SI unus heredum, qvi de evictione pignoris caverunt, ſuam partem ſolverit, nihilominus conveniri poterit. n. 1.*

*Qvoties ex natura rei actio indiviſibilis, non conſtituuntur duo correi, licet in ſolidum obligentur. 2. 3.*

*Qva actione heredes ſibi ſatisfaciant. 4.*

*Hypothecaria actio in ſolidum datur. 5.*

*Hypothecaria conventus, ceſſionem actionis petere poteſt. 6.*

*Pignus ſemper in ſolidum obligatur. 7.*

HEredes duo, ſi rem hereditariam creditori à 1
defuncto obligatam vendant, & pro por-
tionibus hereditariis de evictione caveant, licet
unus heredum ſuam partem debiti ſolverit, po-
teſt tamen ab emptore conveniri, qvia pignoris
cauſa individua eſt, & tota res pro minima parte
debiti obligata, & qvælibet pars toto debito.
*Carpzov. p. 1. dec. 62. num. 9.* Ex h. l. notant, ubi ex 2
natura rei actio indiviſibilis eſt, duos correos
non-conſtitui, nec locum eſſe beneficio duorum
correorum & ſic qvidem in ſolidum ſinguli obli-
gantur ex natura rei, licet non correi. *ex Bart.*

*hic*

*hic Alciatus in rep. l. 4. §. 4. num. 129. de V. O. Cujac.*
3 *in h. l. tom. 4. p. 148.* Et actio ad evictionem præ-
ſtandam, licet ſit perſonalis, qvando tamen hy-
pothecaria actione res evicta ex natura pignoris
qvilibet in ſolidum tenetur. *Gailius l. 2. obſ. 14. n.*
4 *1. Joh. Frid. Balth. tit. 8. reſ. 2. num. 8.* Et hæredes
inter ſe de indemnitate agunt, familiæ herciſcun-
5 dæ judicio. *Gail. & Balth. d. l.* & actio hypothe-
caria in ſolidum datur contra hypothecæ poſſeſ-
ſorem, licet alias ex perſonali obligatione pro
parte teneatur. *Dn. Mev. p. 5. deciſ. 68.* Ideoq; nec
diviſionis beneficio locus eſt in hypotheca ge-
6 nerali. *Dn. Mev. p. 5. dec. 275.* Sed qvid ſi poſſeſ-
ſor unius rei generaliter hypothecatæ velit, ut
ſibi cedatur actio? Audiendum illum putarem,
ſi id re integra petit; nam creditori agenti hypo-
thecaria, nihil nocet hæc ceſſio, cum ſibi debi-
tum conſeqvatur, qvamvis *Dn. Mevius p. 5. deciſ.*
*276.* actionem communi divid. aut neg. geſt. da-
7 ri putet. Ex hâc lege probatur; qvicqvid ſub pi-
gnore continetur, creditori in ſolidum obligari,
donec integrum debitum ſolutum, & qvamlibet
rem in ſolidum deberi & vindicari, & ideo non
liberatur poſſeſſor, qvando tantum offert ex bo-
nis poſſeſſis, qvantum ſolutioni ſufficit. *Dn. Mev. p.*
*5. dec. 320.*

## ad L. Si cùm venditor. 66. pr.

### *SUMMARIA.*

*Emptor ſpreto venditoris conſilio bono, ſi ſuccum-*
*bat, non habet regreſſum. n. 1.*
*Sed qvid ſi poſtea venditoris conſilio uti velit. 2.*
*Emptor parere debet proteſtationi & inſtructioni*
*venditoris. 3.*
*An venditor totam litem in ſe transferre poſſit. 4.*
*Emptor culpa ſua ſuccumbens, ſibi præjudicat. 5.*
*Creditor in re à lege obligata, nullam habet poſſeſſio-*
*nem. 6.*
*Caſus §. fin. 7.*
*Heredes in diviſione ſibi ad evictionem inſtar emtoris*
*obligantur. 8.*
*Exceptio in prælegato uni relicto. 9.*
*Qvid ſi res à teſtatore diviſa. 10.*
*Qvi abſentis negotia geſſit, etiam finito negotio te-*
*netur. 11.*
*In hereditate dividenda, ſi unus abſens, illi dandus*
*Curator. 12.*

1 VEndidi tibi rem, cujus poſſeſſionem amit-
tis, ego ſvadeo tibi, ut rei vindicatione non
utaris, ob difficultatem probationis domini, ſed
potius Publiciana, ſed tu ſpreto conſilio meo,
agis rei vindicatione & ſuccumbis, an teneor ad
evictionem præſtandam? quod negatur; ſed ſi
ineptum conſilium dem, ſi id ſpernas, propterea
2 tibi non denegatur regreſſus. Sed in primo
membro qværo; an ſi emptor rem amiſerit, ven-
ditor ad evictionem obligetur, licet ejus conſilio
uti velit? qvod non videtur, qvia facto ſuo exci-
derat poſſeſſione, unde fortè hic præſupponi po-
teſt, me rem ab alio jam tum poſſeſſam tibi vendi-
diſſe. Colligitur autem ex textu, qvod Emptor te- 3
neatur obtemperare proteſtationi & inſtructioni
ſui venditoris, aliàs ſi hoc neglexit, nullum habet
regreſſum, qvia hic habet cauſam à proteſtante,
qvi pleniorem notitiam Juris ſui habere præſumi-
tur. *Rubeus d. §. Morte num. 514. Caball. § 5. num. 63.*
*Franzk. h. tit. n. 366. Dn. Struv. th 16.* Sed an ven-
ditor totam litem in ſe transferre, & emptorem
defendere poteſt? Negandum hoc, per tradita 4
*Franzkii h. t. n. 642. Berlich. p. 1. concl. 24. n. 105. & ſeq.*
*& Dn. Struv. th. 29.* allegato ob id argumento ex
hac *l. 66. §. 2.* Et ex hoc textu probatur, ſi qvacun- 5
qve culpa ſua ſuccubuerit emptor, hoc ipſi præju-
dicare. confer. *Z[illegible] h. t. n. 31.* & qvæ ſupra notata.
Ex hoc textu colligit etiam *Menoch. rem. 3. adip.* 6
*poſſ. n. 30.* creditori in re à lege obligata nullam
competere poſſeſſionem.

*Ad §. ult.* Cohæredes volunt dividere inter ſe 7
hæreditatem, adhibito aliqvo negotiorum ge-
ſtore, loco cohæredis unius abſentis, & qvæ ille
geſſit, rata habuit abſens, poſtqvam redierat. Sed
illi res quædam evincitur, an poterit contra reli-
qvos de evictione agere? qvod affirm. Collige 8
ergo, qvando heredes inter ſe dividunt heredita-
tem, ad inſtar venditionis ad evictionem obliga-
ri invicem, pro ratâ portione *hic & l. ſi familiæ. C.*
*famil. herciſcundæ. Caball. §. 4. n. 52. Petr. Sanz. de*
*diviſ. bonor. lib. 1. c. 8. n. 3. & qvos d. t. 8. reſ. 6. num.*
*5. allegat. Balth.* Exceptio eſt, niſi uni ex heredibus 9
res prælegata; nam tum ad evictionem non agi-
tur. *l. 77. §. 8. de leg. 2. Wiſſenbach. diſp. 41. th. 14.*
Qvando res à teſtatore diviſæ, non videtur evi- 10
ctio præſtanda, cum ſi pater ſit, ſalva ſit legitima. *d.*
*l. 77. §. 8. Gail. lib. 2. obſ. 116. Molina d. d. 245. num. 10.*
*Sanz. de Diviſ. bonor. l. 1. c. 8. n. 13. Caldas de Empt. c.*
*31. numer. 12. Gomez num. 34. conf. Franzk. de Evict.*
*p. 1. membr. 2. ſect. 4.* Colligitur ex *h. §. ult.* con- 11
tra eum, qvi abſentis nomine aliqvid egit, etiam
finito negotio actionem dari. *Berlich. p. 2. dec. ſ.*
*252. n. 27.* Et notetur ſimul, qvomodo cohæredes 12
inter ſe dividere poſſint hæreditatem, uno ab-
ſente cohærede; ſcilicet adhibito negotiorum ge-
ſtore, ſeu petito abſenti curatore à Magiſtratu, ut
fieri ſolet.

## ad L. Qvi libertis. 69.

### *SUMMARIA.*

*Servus cum proteſtatione venditus, qvod nolim te-*
*neri, ſi ſe in libertatem aſſerat, ſi hoc fecerit, ego*
*non teneor. n. 1.*
*Sed an hoc caſu ad pretium reſtituendum ſim obliga-*
*tus. 2. 3.*

VEndo ſervum cum hac proteſtatione, me nol- 1
le teneri de libertate, ſi forte in liberta-
tem

tem ſe aſſerere vellet, & poſſet probare, ſe jam fuiſſe liberum, vel ex teſtamento ipſi deberi libertatem, ſecuta aſſertione an teneor? Qvod nega-
2 tur. Sed qvid de pretio? An à me illud reſtituendum? Videtur qvod ſic, ob *l. 11. §. ult. ff. de act. empt.* Sed communiter Dd. contrarium ſtatuunt, & hunc textum ideo ſingularem, dicunt, & colligunt d. §. ult. intelligendum eſſe, ſi in genere venditor excipiat evictionem; aliud ſi in ſpecie, v. g. ſe non teneri velle, ſi à Sempronio evincatur, ſi libertas evincatur. *Br. Bald. & Dd. hic Tiraq. de Retr. conſang. §. 12. gl. n. 14. Natta conſ. 181. n. 71. Caball. de Evict. §. 2. num. 24. & ſeq. Roman. ſing. 347.* ubi ra-
3 tionem refert. Sed ab hac ſententia rectè alii recedunt, qvia 1. hic nulla qvæſtio de pretio eſt. 2. Qvo titulo vellet venditor pretium retinere? 3. Qvi certum caſum evictionis excipit, videtur magis diffidere ſuo juri, qvàm qvi in genere dicit, ſe nolle obligari ad evictionem; & hæc in judicio merito ſeqvenda, cum contraria iniqva videatur, & tantum non abſurda. vid. *Rubeus in rep. l. non ſolum. §. morte ff. de Novi operis nunciat. n. 446. Covarr. l. 3. reſol. c. 17. num. 2. Caballinus de Evict. §. 5. num. 26.*

## ad L. Pater filiæ. 71.

*SUMMARIA.*

*AN defuncto filiæ in dotem dato & evicto, pater conſtante matrimonio agere poſſit. n. 1.*
*Prædio in dotem dato evicto, an & qvando Pater teneatur. 2.*

1 PAter filiæfamilias in dotem dedit fundum, & is conſtante matrimonio evincitur, qværitur, an ad evictionem agere poſſit pater conſtante matrimonio, cum ejus non videatur intereſſe? Sed aff. qvia ejus intereſt ob affectionem, potius habere dotatam filiam, qvam indotatam, & idem etiam ob favorem eundem in filia emancipata; Nam ejus etiam dos revertitur ad patrem. *Petr. Barb. ad l. poſt dotem 41. num. 4. ff. ſolut. matr. Cujac.*
2 *tom. 1. p. 765.* Aliàs ex h. l. probare volunt Dd. qvod dote evicta pater non teneatur iterum dotare, ſi nulla præceſſit promiſſio dotis, id eſt, ſi conſtitutio dotis à datione incipiat, v. g. ſi pater ſine præcedente promiſſione dotis prædium in dotem promittat, non tenetur de evictione, neq; aliam dotem debet genero aſſignare. Sed alia qvæſtio eſt, an genero mortuo, pater filiæ de novo nupturæ non teneatur aliam dotem aſſignare, pro evicto prædio? qvod affirmandum: Sed ſi promiſſione dotis præcedente, prædium evincibile det, omnino locum habet evictio, per *l. 1. C. de Jure dot. & ibi not.* vid. *Petr. Barb. ad l. 1. p. 4. n. 29. & ſeq. ff. ſolut. matrim.*

## ad L. Cum plures. 72.

*SUMMARIUM.*

*PLuribus rebus uno inſtrumento venditis, pro ſingulis an competat evictio.*

CUm plures res uno inſtrumento venditionis venduntur, pro ſingulis competit evictio. Sed aliud putant eſſe, ſi aliqvid collectivum vendatur, v. gr. grex. Nam tunc aliqvot capitibus evictis, pro his non competit de evictione actio, niſi in toto contractu deprehendatur læſio ultra dimidiam: nam hoc caſu eſt unus contractus, illo caſu plures, ut contendit. *Frantzk. num. 107. & Struv. th. 22.* ſed ne acta agam, vid. not. *ad l. 34. tit. præced.*

## ad L. Seja. 73.

*SUMMARIA.*

*HEres an ſuo jure rem à teſtatore alienatam vindicare poſſit. n. 1.*
*Fidejuſſor an acqviſito dominio rem venditam vindicare poſſit. 2.*

LIcet hæres ſuo, non hereditario jure rem à de- 1
functo alienatam vindicare poſſit, qvia per aditionem hereditatis non amittitur dominium; qvia tamen ex perſona defuncti ad evictionem tenetur emptori, ideoq; per exceptionem doli repellitur. *vid. Pruckl. l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 82. Petr. Barb. ad l. Lucius 39. n. 24. ff. ſolut. matrim. Hondedæus lib. 1. conſ. 3. n. 73.* confer. *Tiraq. de Retr. conſangv. §. 1. gl. 9. n. 52.* qvem ex hac lege bis de-
ceptum eſſe, putat *Pruckl. d. l.* Idem de fidejuſſo- 2
re, qvod is nec ſi poſtea dominium adqvirat, rem vindicare poſſit, nec ejus heres, per *l. fin. C. h. t. Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 10. n. 78. Menoch. conſ. 89. n. 11. Dn. Struv. th. 27.* Sed fidejuſſor non excuſſo venditore conveniri neqvit. *Struv. d. l. conf. Zaſ. hic n. 8. & ſeqq.*

## ad L. Si plus. 74. §. 2.

*SUMMARIA.*

*PEndente lite ſuper re vendita, venditor ad reſtitutionem pretii conveniendus non eſt. n. 1.*
*Cedens ſi in dolo, nomen bonum præſtare tenetur. 2.*
*Sed an hic ſola ſcientia præſumatur dolus. 3.*

MOta emptori qvæſtione, ineptè Emptor 1
contra venditorem ad reſtitutionem pretii aget, ſed ad adſiſtendum & defendendum. Idem ſi nomen ceſſum in litem vocetur, & de nomine fiat controverſia. Idem ſi bonitas nominis promiſſa, anteqvam conſtet, non eſſe idoneum debitorem, non agi poteſt ad reſtitutionem pretii.
*Dn. Mev. p. 2. dec. 92.* In fine notetur, qvamvis ce- 2
dens nomen verum præſtare tantum teneatur, non verò bonum, per *l. ſi nomen. 4. ſupr. de her. vend* ſecus tamen eſt, ſi in dolo cedens fuit. *Carpzov. p. 2. conſt. 34. def. 26. Berlich. dec. 290. n. 21.*
Sed an dolus ex ſola ſcientia præſumitur? Jure 3
noſtro dolus per aliqvem actum vel mendacium committitur, ſi tamen decepit cedendo id nomen, qvod notoriè nullius pretii, videtur in dolo eſſe,

Digitized by Google

eſſe, ut menſe Martio & April. Anno 1656. pronunciatum memini à Facultate noſtra.

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*EVicta ſervitute in fundo, ad qvid teneatur venditor. n. 1.*
*Fundo optimo maximo vendito, an præſtandæ ſervitutes. 2.*
*Qvid ſi venditor ſervitutem retineat. 3.*

1 EVicta ſervitute fundi, non tenetur venditor, niſi optimum max. dixerit, ohne alle Beſchwerung / ſed intelligitur vendere prædium, qvale eſt. *l. cum vend. 25. ſupra d. contrah. empt.* actione tamen qvanti minoris conveniri poteſt. *Caball. d. tr. §. 5. num. 69. ſeqq. Gomez, c. 2. num. 45. Balth. t. 8. reſ. 7. n. 16. Molina diſp. 380. n. 41 conf. Dn. Struv. h. t. th. 20. Wiſſenb. diſp. 41. th. 16.* Sed ſi opti- 2
mum maximum vendiderit, non tamen debet præſtare ſervitutes fundo debitas, niſi acceſſuras dixerit. *Franzk. h. t. numer. 95. & ſeq.* Omnino tamen 3
ad evictionem præſtandam agitur, ſi ſciens fundi ſervitutem reticuit. *arg. l. 1. §. 1. de action. empti. Gomez. d. l. n. 45.*

## TITULUS III.

## De Exceptione rei venditæ & traditæ.

### Ad L. 1.

SI venditor factus poſtea dominus, velit evincere rem illam à ſe venditam, datur emptori exceptio, de qvo vide *l. 17. tit. præced.* ubi de hac re propoſito noſtro ſatis dictum.

### Ad L. 2.

*SUMMARIA.*

*SI res à non Domino uni vendita, & poſtea ubi dominus factus ab eodem alteri vendita, qvis potior. n. 1.*
*Publiciana certo caſu contra dominum datur. 2.*

1 QVi primo emit à non domino, & traditum accepit, præferendus eſt ei, qvi ſecundò emit ab eodem poſtea facto domino, licet ſecundo ſit res tradita; nam dum venditor dominium adqviſivit, eo ipſo confirmata eſt venditio & traditio priori emtori facta, anteqvam poſteriori venderetur, adeo ut ſi ipſe venditor poſſideret, primus emptor contra illum Publiciana utatur.
Et ſic Publiciana hoc caſu datur contra domi- 2
num, ubi ſi dominus opponit de dominio, actor replicat de re vendita. vid. *Franzk. h. t. n. 7. & 8. & de Act. empti. numer. 254. Struv. d. Exerc. 27. th. 37.*

### ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*Exceptio rei venditæ cui & contra qvem detur.*

EXceptio rei venditæ & traditæ competit non tantum emptori, ſed & ejus heredi, & emptori ſecundo, cum primi emtoris interſit; & ſic datur etiam contra venditoris ſucceſſorem univerſalem & ſingularem. *Dn. Struv. hic th. 38. Franzk. h. t. numer. 5. & ſeq.* & contra fidejuſſores venditoris datur. *l. 11. C. de Evict. conf. Wiſſenbach, d. d. 41. theſ. ult.*

# LIBRI XXII.

## TITULUS I.

## De Uſuris & fructibus, & cauſis, & omnibus Acceſſionibus & mora.

### Ad Rubric.

*SUMMARIA.*

*USuræ qvo jure conceſſæ. n. 1.*
*Uſuræ ob tempus belli qvousq; diminutæ. 2.*
*Venditiones annuorum redituum qvousq; permiſſæ. 3.*
*Judæus terminus uſurarum ſtatuendus. 4.*

1 USuræ jure civili conceſſæ, Jure Canon. prohibitæ, & venditio annuorum redituum introducta; Poſtea verò jure conſvetudinario approbata juxta jus Civile ſtipulatio uſurarum, & petitio officii judicis. Et determinata eſt qvantitas, dum ſcil. qvincunces uſuræ approbatæ, niſi conſvetudine ſpeciali vel pacto ſemiſſales approbatæ. *Dn. Mev. p. 4. dec. 205.* Et qvæ tem- 2
pore belli cumulatæ ſunt, certo modo usqve ad qvartam partem ſunt deminutæ, per *Conſtitutionem Imperii de anno 1654.* in qvam qvartam computandæ ſunt eæ etiam uſuræ, qvæ poſt illam conſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionem, anteqvam tamen illa conſtitutio Im-
perii in una vel altera provincia eſſet recepta, ſo-
lutæ ſunt, ut deciſum refert *Dn. Mev. p. 5. dec. 92.* Nec
tamen veniunt in illam qvartam, qvæ à fidejuſſore
ſolutæ, qvia hæ inſtar ſortis dantur. *Dn. Mevius p.*
3 *5. dec. 96.* Et qvia ante reformationem Eccleſiæ,
loco uſurariorum contractuum; venditiones an-
nuorum redituum introductæ, ideo & harum
qvantitas determinata in *Reformat. Pol. de anno
1548. tit. 17. §. 8.* ut qvinq; annui reditus, pro cen-
tum thaleris emantur. Qvod ſupra illam qvanti-
tatem eſt, uſurarium eſt, & reducendum ad legiti-
mam qvantitatem. *Gail. lib. 2. obſ. 7. in fin. Hartm.*
4 *Piſt. obſ. 66. Rauchb. p. 1. qv. 19. n. 6.* Judæis etiam pro-
hibitio fieri ſolet, ne inter Chriſtianos uſuras im-
moderatas exerceant. *Speckh. cent. 2. claſſ. 1. q. 16. n.
14. Heig. p. 2. qv. 1. n. 100. & qvos refert Fackelsbaus.
obſ. 84. n. 41.*

## ad L. Cum judicio. 1.

### *SUMMARIA.*

*In judiciis bon. fid. qvando debeantur uſuræ. num. 1.*

*Actio ex teſtamento in materia uſurarum habet naturam bonæ fidei. 2.*

*Qvantitas uſurarum ex moribus qvando dependeat. 3.*

*Uſuræ debentur ex converſione pecuniæ alienæ in uſus proprios. 4.*

*Exemplum in Socio. 5.*

*Judex de futuris uſuris pronunciare neqvit. 6.*

*Qvando de re futura judex cognoſcere poſſit. 7.*

*Tutor ab uſuris pupillaribus ut ſe liberet, offerre & deponere pecuniam debet. 8.*

1 In bonæ fidei judiciis debentur uſuræ non tan-
tum ex ſtipulatione, ſed etiam officio judicis
2 ex mora *l. 2. h. t.* Et licet actio ex teſtamento ad
petenda legata aut fideicommiſſa, ſit ſtricti juris,
in puncto tamen intereſſe & uſurarum, habent
naturam bonæ fidei judiciorum, ut ex mora ve-
3 niant uſuræ. *l. 34. h. t.* Qvantitas autem uſura-
rum ex conſvetudine determinanda, ſi ibi fre-
qventententur uſuræ leviores, qvam ſint legibus de-
terminatæ, ſecus, ſi conſvetudine graviores. vid.
4 *Cujac. ad hanc l. tom. 4.* Qvædam autem uſuræ
debentur non ex mora, ſed ex converſione pe-
cuniæ alienæ ſine domini conſenſu in proprios
uſus, ut in actione Mandati *l. 12. §. uſuras ff. Man-
dati.* Depoſiti. *l. 3. & 4. C. depoſiti.* & in actione
pro ſocio, de qva re agitur in §. 1. hujus legis;
5 Nam ſocius vel alius, qvi alienas pecunias in
ſuos uſus convertit, etiamſi non committat mo-
ram, per interpellationem ſcil. tenetur tamen ad
uſuras, & ob verſionem, & abuſum pecuniæ alie-
6 næ. *Cujac. d. l. Zaſ. h. t. num. 46.* Sed qværitur in
§. 2. an Judex in ſententia etiam de futuris uſu-
ris poſſit pronunciare? Qvod negat Papinianus,
& ſic non poſſe jubere eum, ut cautionem inter-
ponat de præſtandis uſuris, poſt tempora judi-
cati, qvia jam actione judicati conſultum eſt illi,
qvi victoriam reportavit. Unde colligitur, ob
uſuras officio Judicis in futurum præſtandas, do-
nec reus ſententiæ paruerit, reum non poſſe
compelli ad cautionem præſtandam, cum in
actoris poteſtate ſit judicatum exigere. *Roder. de
Cenſibus l. 1. qvæſt. 16. num. 27.* Sed Paulo videtur diſ- 7
plicere hæc ratio, & aliam ſubdit, qvod judex de
re geſta ſententiam ferat, futuros caſus non at-
tingat, ſcilicet regulariter, nam interdum etiam
de futuris caſibus remedio cautionis proſpicit,
qvos congeſſit *Accurſius hic.* præſertim de damno
infecto, de debito in diem. Et ex *l. 38. pro ſocio.* 8
*l. 41. de judic.* Sed in judicio Tutelæ reſtituit uſu-
ras ex mora irregulari, donec reſtituat Tutor reli-
qva, aut reliqvas pecunias deponat. §. 3. hujus le-
gis. Qvando igitur tutor debet uſuras pupillo,
tunc ut liberatio contingat ab uſuris, oblatio &
depoſitio reqviritur. Videri poteſt *Schulz. intr. de
oblat. c. 5. n. 5.* qvia mora ex re eſt, ubi oblatio nuda
non ſufficit. *Dn. Struv. Ex. 27. th. 56.*

## ad L. Vulgo. 2.

### *SUMMARIA.*

*In actione ſtricti juris res reſtituenda cum omni cauſa, qvæ erat tempore lit. conteſt. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Qvi in poſſeſſorio obtinuit, non tenetur ad fructus reſtituendos. 3.*

Qvando rem vindico, fructus poſt litem con- 1
teſtatam percepti debent reſtitui; Idem di-
citur in actione perſonali ſtricti juris, qvod ſcili-
cet actori præſtanda ſit omnis cauſa, qvam habi-
turus fuiſſet actor, ſi ſtatim reſtituiſſet; Et ſic non
reſtituit tantum perceptos poſt litem conteſta-
tam, ſed etiam percipiendos, qvod tamen perpe-
tuum non eſt. Nam ſi bona fide contraham, & 2
paratus ſim reſtituere vel ſolvere, ſi modo tua in-
tentio probetur, & ſic ad judicium provoco, illa
ficta mala fides eſt, nec te adſtringit ad reſtitutio-
nem fructuum percipiendorum *l. 24. ff. h. t. Ber-
lich. p. 1. dec. 7. in fin. Garcias de Expenſis c. 23. n. 44.*
Sic qvi obtinuit in poſſeſſorio, non tenetur ad re- 3
ſtitutionem fructuum, qvia habet probabilem opi-
nionem. *Berlich. d. l. n. 3. & ſeq.* Sed ego hoc in-
telligo de poſſeſſorio ordinario, in qvo de jure et-
iam poſſeſſionis qværitur. Nam qvi in poſſeſſo-
rio ſummario vincit, non habet pro ſe præſum-
ptionem aliqvam, cum de ſolo facto poſſeſſionis
qværatur. Deinde hoc intelligo de fructibus
percipiendis, ſed *Gail. l. 1. obſ. 63. in fin.* etiam de
perceptis intelligit.

## ad L. In fideicommiſſi. 3.

### *SUMMARIA.*

*Bonæ fidei & ſtricti juris judicia, qvomodo ratione fructuum differant. n. 1.*

Dn

*An intra tempora judicati fructus debeantur. 2.3.*

*Fideicommiſſo relicto, ut heres, qvicqvid poſt mortem ſuperfuerit, reſtituat, an fructus extantes qvoq; reſtituendi. 4.*

*Si fideicommiſſum relictum, ut reſtituatur, qvicqvid ad eum pervenerit, an fructus ſine morà reſtituendi. 5.*

*Dilatione in gratiam fideicommiſſaris adjecta, fideicommiſſi fructus percepti præſtandi. 6.*

*Argento facto legato, an heres ob moram teneatur ad uſuras. 7.*

*Ex debito ſpeciei uſuræ non debentur. 8.*

1 DIſtingvitur inter bonæ fidei & ſtricti juris judicia; in illis, ad qvæ etiam perſecutio fideicommiſſi pertinet, à tempore moræ, fructus rei debentur; in his verò à tempore litis conteſtatæ.

2 Sed qværitur, an etiam poſt ſententiam intra tempus, qvod judicatis datur, debeantur fructus? qvod neg. niſi ante litem conteſtatam morâ ſit commiſſa, ut plerumqve fieri ſolet, qvia ſententia videtur effectum litis conteſtationis ſuſpendere. *§. 1. h. t. Petr. Barb. ad l. 2. pr. part. 1.*
3 *n. 13. ff. ſolut. matr.* Ergo qvi bona fide non ſtatim reſtituit, & ante litem conteſtatam moram non fecit, ſed tantum poſt ſententiam, uſuras nullas pendit ratione intervalli temporis, qvod judicatis datur. Secus ſi ante litem conteſtatam vel ſententiam moram fecit. Tunc enim tempore eo non ſolvet uſuras. *Cujac. ad h. t. tomo 4. pag. 500. &c.*

4 *Ad §. 2.* Si fideicommiſſum ita relictum, qvod hæres teneatur reſtituere fideicommiſſario, qvicqvid ex hæreditate tempore mortis ſuperfuerit, qværitur, an fructus medio tempore percepti, & in hæreditate gravati hæredis reperti reſtituendi? Reſp. regulariter fructus fideicommiſſario reſtituendos eſſe, qvia hæc voluntas Teſtatoris præſumitur, ut etiam reſtitueret fructus ſuperfluos, & uſuras nondum exactas, ſcilicet ut contentus eſſet diminutione medii temporis, qvam illa verba permittunt, ut tamen deminutio ea fiat bona fide & arbitrio boni viri, qvæ diminutio hodie ad dodrantem permiſſa, per *Nov. 108.* Ideoq; reſtitutio qvadrantis pleniſſime fieri debet, ut ait *Cujac. ad h. l. tom. 2. ad lib. 19. qvæſt. Papin.* Et hæc eſt deciſio §. 2. Sed qværitur in §. 3.

5 Si Polidius à propinqva muliere hæres inſtitutus, & rogatus filiæ Teſtatricis reſtituere, qvicqvid ad eum ex hæreditate perveniſſet, idq; eo fine, ne interim tutores adminiſtrarent, & forte dilapidarent hæreditatem, qværitur, an fructus etiam reſtituendi ſine mora? Reſp. affirmando; qvia dilatio facta gratia fideicommiſſarii; Ergo & hic pleniſſimè facienda reſtitutio, etiam fructuum extantium, ex præſumta Teſtatricis voluntate, qvæ magis filiæ qvàm Pollidio conſultum voluit. Et qvia fundum loco Falcidiæ prælegaverat Pollidio, ergo duplici ratione hic fructus omnes reſtituendi ſunt medio percepti tempore, per *d. §. 2. hujus legis*, qvem *Cujac. d. l.* elegantiſſimum vocat. Sed alii rationem decidendi hic ſtatuunt etiam in univerſali particula (qvicqvid) *Cravetta conſ. 227. n. 13. Menoch. conſ. 141. n. 23.* Hinc col- 6 ligunt, qvod Fideicommiſſi fructus percepti debeantur, ſi dilatio fideicommiſſo adjecta, qvæ fideicommiſſarii utilitatem reſpiciat. *Socinus in repet. L. cum filio. d. Legat. 1. n. 185. tom. 4. Mantic. d. Conject. ult. volunt. libr. 7. tit. 10. num. 16. Donell. lib. 7. c. 26. in fin.* Sed qvid ſi aurum & argentum 7 factum legatum, & hæres ſit in mora, an debentur uſuræ? Reſp. non ſine rubore ex eo legato uſuras peti, niſi ad alimenta relicta vaſa, ut venderentur, & exinde aleretur, vel dotaretur certa perſona. Colligitur ergo ex debito ſpeciei non 8 deberi uſuras, niſi per venditionem ſpecies fuerit in pecuniam redigenda, tunc enim fruſtratio non debet eſſe impunita.

## ad L. Cum de in rem verſo. 6.

### *SUMMARIA.*

*QVi hactenus indebitas uſuras ſolvit in futurum non tenetur. n. 1.*

*Ex longa ſolutione uſurarum, præſumitur earundem promiſſio. 2.*

*Ex diuturna præſtatione Canonis, præſumitur Emphytevſis. 3.*

*Ex apochis trium annorum, præſumitur ſolutio præteritorum. 4.*

*Qvod limitatur. 5.*

*Qvi per 30. annos levioris monetæ uſuras ſolvit, à gravioribus liberatur. 6.*

*Qvi per 30. annos ſolvit pecuniam, ut annuos reditus, ab eo non poteſt repeti ſors. 7.*

*Ex ſolutione uſurarum ſors præſumitur. 8.*

*Niſi alio ſine ſint ſolutæ. 9.*

SI qvis per aliqvot annos indebitas uſuras ſol- 1 verit, in futurum non obligatur, per *l. 28. C. d. pact.* niſi decennalis præſtatio facta. *Dn. Mev. p. 3. dec. 318.* ubi ſic pronunciatum refert contra eum, qvi per 13. annos ſolverat. Sed hic videtur præſupponendum, filium promiſiſſe uſuras, qvas qvia ſolvit pater, præſumitur debitum, in rem verſum. vid. *Gilken de præſcript. p. 2. membr. 1. c. 4. per tot. & conf. Carpzov. p. 2. conſt. 2. def. ult. Menoch. lib. 3. Præſ. 131. n. 51.* Sed communiter ex hàc 2 L. colligunt, ex longa præſtatione uſurarum præſumi ſtipulationem, qvia debitor non præſumitur tam ſupinè negligens, ut mihi diu præſtet uſuras debitas. *Molinæus de uſuris qvæſt. 20. n. 205. Covarr. in cap. poſſeſſor. §. 4. n. 2. & qvos refert Sande l. 3. tit. 14. d. 4. & Dn. Mev. d. l. conf. Mevius in conciliatione hujus l. cum l. 28. C. de pact. p. 2. dec. 362.* Sic etiam ex diuturna præſtatione & ſolutio- 3 ne canonis emphytevtici, præſumitur emphytevſis, ſi ut emphytevticus canon ſolutus. *Maſcard. de probat. concl. 337. in fine l. n. Mev. p. 3. dec. 288.* ubi notat, non facile in Eccleſiæ agris præſumi emphytevſin, maximè citra ſcripturam.

Dn.

4 *Dn. Mevius d. l. dec. 389.* Simile huic textui eſt;
qvod ex apochis tribus annorum proximorum
tributa præcedentium annorum proximorum
luta, per *l. 3. C. de Apoch. publ.* qvæ etiam in cau-
ſis privatorum locum habent. *Ant. Gabriel. l. 1. de
præſcript. concl. 11.* ubi multis ampliat, *& Maſc.
concl. 1327.* ubi variis modis hoc extendit. *Trentac.
l. 2. de fide inſtr. reſ. 2. n. 5. Hartm. Piſt. obſ. 195. &*
5 *Finckelthauſ. obſ. 115.* Limitant autem hanc præ-
ſumptionem, niſi per unicam apocham omnes
trium annorum ſolutiones probentur. *Gabriel
d. l. num. 13. Maſcard. num. 7. Finckelth. n. 18.* &
liberum eſt creditori negativam probare *Dd. dd.*
6 *locis.* Sic ſi per 30. annos in minoris valoris ge-
nere moneta uſuras præſtiterit, cum in majori
promiſſæ ſint, vel qvi annuos reditus ſolvit in
alio genere frugum, qvàm qvod promiſſum eſt,
præſcripſit hac in parte contra primam obliga-
tionem, & poſtea creditor in mutuo, vel emptor
in annuis redditibus non poteſt in majori mone-
ta, vel melioribus frugibus uſuras vel cenſus pe-
tere. *c. olim cauſam. 20. X. de Cenſibus Berlich. p. 2.
concl. 5. num. 5. Schurfius cent. 1. conſ. 10. num. 1.*
7 Ex qvo deducit etiam *Carpzov. p. 2. dec. 117.* qvi
per 30. annos ſolvit pecuniam non ut uſuras, ſed
ut annuos reditus, & ut cenſus irredimibiles, ab
eo non poſſe repeti ſortem. Sed hæc vera ſunt, ſi
adſit bona fides, nam qvi principium hujus con-
tractus novit, in illo hoc non procederet, ſed qva-
litatis ignaro, aut in emptore ac poſſeſſore tertio
hæc locum habent.
8 *Ad §. 1.* Ex hoc §. colligitur, ex ſolutione uſu-
rarum per longum tempus facta præſumi ſtipu-
lationem ſortis præceſſiſſe, & titulus non validus
redditur validus. *Menoch. l. 3. præſumpt. 131. Vasq.
l. 1. Illuſtr. l. 2 c. 61. num. 3. Dn. Mevius p. 2. dec.
318.* ſcilicet in dubio & qvi ante non erat validus
titulus i. e. non poterat probari, præſumatur poſt
illam diuturnam ſolutionem validus. *Dn. Mevius*
9 *d. l.* Sed ſi poſſit probari nullitas tituli vel qvi
ſolvit, poſſit probare, ſe non eo animo ſolviſſe uſu-
ras, ut ſortem agnoſceret, ſed alio fine &c. nam
tunc is, qvi ſolvit à ſorte ſolvenda liberabitur.
*Mevius d. p. 2. dec. 362.*

## ad L. Debitor. 7.

### *SUMMARIA.*

*Debitor pecuniam depoſitam recipiendo, ſi ite-
rum moram contrahat, ad uſuras tenetur.
num. 1.*

*Si creditor oblatam pecuniam pro obſignata habeat,
ſiſtuntur uſuræ. 2.*

*Mora non commiſſa, ſola oblatio ſufficit. 3.*

*Durante lite ſuper majori qvantitate, interim debi-
tor ſolvere tenetur tantum, qvantum ſe debe-
re aſſerit. 4.*

*Pecunia depoſita caſu perempta, periculum credito-
ris eſt. 5.*

Oblatio, depoſitio & obſignatio pecuniæ de- 1
bitæ curſum uſurarum ſiſtit, ſed ſi poſtea
moram faciat debitor, ab eo tempore debebun-
tur uſuræ, ſi ſcilicet receperit pecuniam ex depo-
ſito. *Gl. hic per l. 19. C. h. t. in fin. Donell. ad l. 9. C.
de Solut. n. 13.* nam ſi pecunia in depoſito manſe-
rit, moram novam contrahere non potuit. Qvid 2
ſi verò Creditor pronunciet, oblatam pecuniam
ſe habere pro obſignata, an currant uſuræ? Negat
hoc *Sande lib. 3. tit. 14. def. 13.* Qvid ſi autem mora 3
necdum commiſſa, an tunc ſola oblatio ſufficiet?
Aff. hoc *Neguz. de pign. p. 5. membr. 3. p. 3. n. 2.
Schulz. in tr. de oblat. c. 6. n. 5. p. 437. Dn. Mevius
p. 2. dec. 199.* Qvid ſi verò Creditor petat, ut ſibi 4
ſolvatur pecunia credita, durante lite, utrum de-
bitor ad plus teneatur; An hoc ei indulgendum?
qvod aff. qvia in gratiam creditoris facta eſt depo-
ſitio, & debitoris deponentis non intereſt, & qvia
liqvidum ab illiqvido ſeparari poteſt, ut lites mi-
nuantur. *l. qvidam exiſtimaverunt. 21. ff. de Rebus
creditis. Dn. Mev. p. 2. dec. 315.* Sed qvid ſi ſine 5
culpa debitoris caſu aliqvo, v. gr. ſi Princeps au-
ferri jubeat, pereat depoſita pecunia, cujus eſt
periculum? Reſp. Creditoris. Nam in hujus uti-
litatem depoſitio facta, & debitor à periculo per
depoſitionem liberatus. *l. accepta 19. C. h. t.* Et
creditori factum Judicis præjudicat, præſertim
cum creditor ſua petita non reddiderit liqvida,
& ſic neceſſariò pecunia deponenda fuit. *Mev. p.
5. dec. 244. & ſeq.*

## ad L. Pecuniæ. 9.

### *SUMMARIA.*

*Pecunia ſi credita, ut ſi intra certum tempus non
ſolvat, duplum præſtes, an in totum vitietur
pactum. n. 1.*

*Reſpond. ad L. Græce 8. §. 7. ff. de fidejuſſ. 2.*

*Pactum uſurarium contractum reddit nullum, qva-
tenus uſurarius. 3.*

*Si primò minores, poſtea majores uſuræ promiſſæ, &
creditor mortuus, tunc reſpectu jacentis he-
reditatis qvoad illas qvidem depoſitio neceſſa-
ria, non qvoad has. 4.*

*De qvo caſu §. fin. ſit intelligendus. 5.*

Pecuniam credidiſti mihi, interpoſita ſtipula- 1
tione, ut ſi ad diem non ſolvero pecuniam,
pœnæ loco duplum præſtarem. Hæc ſtipulatio
partim utilis, partim inutilis eſt, & qvidem qvo-
ad alterum tantum inutilis, qvatenus legitima-
rum uſurarum qvantitatem excedit, nec pars
inutilis vitiat eam partem, qvæ utilis eſt. *hic &
l. Julianus 13. & 26. ff. de Act. empti.* Nec obſtat 2
*l. Græce 8. & 7. de fidejuſſoribus.* qvia d. textus
loqvitur de eo caſu, qvando qvis pro alio obli-
gatur, ubi facilius utile per inutile vitiatur.
*Cujac. hic ad lib. 11. Reſp. Papin. tomo 4. pag. 1159.*
Sed vide aliam reſp. in *d. §. 7.* in notatis.



Digitized by Google

3 Collige, per pactum uſurarium reddi contractum ipſo jure nullum, ſcil. qvatenus uſurarius eſt, aliàs utile per inutile non vitiatur. *l. 20. h. t. Gail. l. 2. obſ. 4. per totam.*

4 *A §. fin.* Promiſſio ſortis reſtituendæ facta eſt ad triennium ſub uſuris minoribus, & ſi ſolutæ non eſſent, conventum eſt, ut majores, in jure tamen conceſſæ, non majores legitimis, præſtarentur; ſi igitur poſt mortem Creditoris nemo ſit, qvi recipiat, ejus temporis inculpata mora eſt, adeò ut debitor uſurarius non teneatur ad depoſitionem, jacente hæreditate. *Angelus conſ. 160. & ſeqq. Mantica de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 13. n. 6.* qvod poſt *Gloſſ.* intelligit *cautetus* reſpectu majorum uſurarum. Nam minores debentur, niſi fiat oblatio & depoſitio. *Anton. lib. 2. conſ. 171. n. 53.* Et non debet hic §. reſtringi ad caſum,
5 ubi nondum cœpit curſus uſurarum, qvia ratio etiam in eo caſu locum habet, qvando jam ante mortem creditoris cœpit curſus uſurarum, ut tradit *Rodericus de Ann. Reditibus l. 3. q. 15. n. 23.* ubi tradit etiam, hunc §. non tantum in jacente hæreditate; ſed etiam in abſentia Creditoris locum habere.

## ad L. Cajus Sejus. 11.

*SUMMARIA.*

*Curator Reipubl. ſi in una re damnum dederit, in alia vero lucrum quæſiverit, hæc invicem compenſanda. n. 1. 2. & 3.*

1 Curator Reip. mutuam dedit pecuniam publicam 4. creditoribus ſub conſvetis ibi uſuris, ſc. ſemiſſalibus, ſive ſex pro centum. Sed conſvetudo ibi fuit, ut ſi debitor Reip. vel alius conſvetas uſuras non ſolvat, qvod tunc ad majores nempe ad centeſimas teneatur. Duo priores Creditores defecere. & nihil nomine uſurarum, vix autem ſors exacta: Poſteriores duo ſunt ſolvendo qvidem, ſed moram commiſere, ideoqꝫ ad majores centeſimas uſuras tenebantur, qværitur, an curator deficientes uſuras in perſona debitoris primi, & ſecundi, de ſuo ſolvere de-
2 beat? Videtur qvod non, qvia per uſuras centeſimas à tertio & qvarto ſolutas compenſatum id damnum, qvod ex primi & ſecundi debitoris ruina paſſa eſſet. Reſp. Sed è contrario poterat contra Curatorem urgeri, qvod ſocius ſi in una re damnum dederit, in alia lucrum, non poſſit compenſare cum damno lucrum. *l. 25. & ſeqq.*
3 *ff. pro ſocio.* Sed hic admittitur compenſatio. Et ſic clementius agitur cum Curatore, ut ſi in una re per negligentiam damnum dederit, in alia verò lucrum, ut hoc cum illo compenſetur. *Pac. cent. 4. q. 96. Wiſſenbach. diſp. 41. th. 6.* qvod benè notandum pro Rerum publ. Curatoribus, Camerariis, & ſimil.

## ad L. Qvi ſemiſſes. 13.

*SUMMARIA.*

*Qvi majores uſuras promiſit, minores ſolvendo, ab illis liberatur. n. 1.*
*Negotiorum geſtor ad uſuras qvando teneatur. 2.*
*Res qvælibet ſecundum conſvetudinem loci vel perſonæ intelligenda. 3. 4.*
*Procurator cum libera poteſt omnia, qvæ Principalis. 5.*

Qvi cum ad majores uſuras teneretur, minores ſolvit, ſaltem per triennium *arg. l. 1. C. de fideicommiſſis. Sichard. ad l. 5. C. h. tit.* vel ut alii volunt, per decennium, ei præſumitur remiſſio facta majorum uſurarum, idqꝫ procul dubio odio uſurarum receptum, cum aliàs qvi minus recepit, ob id non videatur remittere majus. *c. cum olim X. de cenſibus. Petr. Barboſ. ad l. qvæ dotis 54. n. 48. ff. ſol. matr. Carpzov. p. 2. Juriſprud. conſt. 2. def. 6. Gœdep. conſ. 109. n. 132. & conſ. notata in Comment. Cod. ad l. 5. C. h. t.* 1

*Ad §. 1.* Geſtor negotiorum non tenetur ad uſuras pro pecunia otioſa, niſi Dominus conſvetus ſit fœnerari. *hic & l. 12. ſupra de pign. act.* Ex qvo colligitur, Mandatarium excuſari, ſi non attendat ea, qvæ non conſveta Domino, & qvælibet diſpoſitio intelligenda eſt ſecundum loci vel perſonæ conſvetudinem. Unde porrò ſeqvitur, concesſionem, ſimpliciter factam intelligi ſecundum Eccleſiæ conſvetudinem. vid. *Franc. de Clapper. cauſa 35. qv. 4. per totam.* Generalius colligitur, procuratorem habentem generale mandatum, poſſe omnia facere, qvæ poterat facere principalis. *Riccius coll. 410.* ex qvo ibidem multa deducit, ſed conſeqventia non ſemper bona. 2 3 4 5

## ad L. Moram. 14.

*SUMMARIA.*

*Rogatus reſtituere hereditatem ſine reditu, an partum ancillæ interim natum retineat. num. 1.*
*Conciliatio h. §. cum l. 58. §. ff. ad SC. Trebell. remiſſive n. 2.*

Rogatus eſt Titius, poſt mortem ſuam hæreditatem reſtituere mihi, ſed ſine reditu; Sed interim natus eſt partus, an hunc poſſit retinere meus hæres? Videtur qvod non, qvia partus ancillæ non eſt in fructu, vel reditu: Sed reſp. licet illa verba *(ſine reditu)* non adeſſent, tamen partus non continetur, qvia ideò diſtulit reſtitutionem fideicommiſſi, ut interim Titius omnem commoditatem, ex hæreditate caperet. *Donell. l. 7. c. 26.* Qvomodo autem hic §. cum *l. 58. §. 4. ff. ad Trebell.* concilietur, videatur *Pacius 5. qu. 4. Donell. d. l. & Hilliger ibidem lit. D. Rodericus de Ann. Redit. l. 1. c. 1. num. 5. Menoch. l. 2. de A. Q. caſu 49. in fine.* 1 2

ad

## ad L. Neqve. 15.

*SUMMARIA.*

*Æſtimationis fructuum, poſt litem conteſtatam perceptorum uſuræ non debentur. n. 1.*
*Exceptio in fructibus hereditatis. 2.*

1 Fructus poſt litem conteſtatam percepti ſunt
reſtituendi officio Judicis, & ita ſunt acceſſio-
nes, qværitur, ſi conſumpti, & eorum æſtimatio
præſtanda, an hujus etiam uſuræ debeantur? Ne-
gatur, qvia acceſſionis acceſſio non datur; Idem
in fructibus ante litem conteſtatam perceptis.
2 Sed aliud in fructibus hæreditatis, qvæ augent
hæreditatem, & ita ſunt pars hæreditatis, ne ob-
ſtet *l. 51. §. 1. de Pet. hered.*

## ad L. Cum qvidam. 17. §. Divus. 1.

*SUMMARIA.*

*Uſura longo tempore non petita, remiſſæ videntur. num. 1.*
*Reſtringitur §. ad uſuras lucratorias. 2.*
*Deficiente perſona cui ſecurè ſolvatur, uſuræ ceſſant. 3. & 7.*
*Uſurarum diverſitas explicatur. 4.*
*Minor ob uſuras omiſſas non reſtituitur. 6.*
*Fiſcus privato ſuccedens ad uſuras tenetur. 8.*
*Fiſcus in bonis privati poſt incorporationem utitur ſuo privilegio. 9.*
*Adminiſtratores vel Curatores Reip. ex pecunia retenta ad uſuras tenentur. 10.*
*Sed ob pecuniam negligenter ſolutam, ad uſuras non tenentur. 11. 12.*

1 Ubi agitur de liberatione lucri odioſi ſc. uſu-
rarum, ex curſu longi temporis præſumitur
titulus liberatorius, qvia videtur ideò non pe-
tiiſſe, ut gratior debitori eſſet. *Maſcard. de prob.
concl. 1378. n. 96. Petr. Barb. ad l. qvā dotis. n. 47.
conſ. Alex. conſ. 56. n. 6. & 12. lib. 4. & Rimin. lib.
1. conſ. 67. n. 37. & ſeq. Roſ. à Valle conſ. 65. n. 18.*
2 *l. 4.* Verum negari non poteſt, hanc legem eſſe
ſingularem, & exorbitantem, & intra ſuos termi-
nos coërcendam. Nam in foro hodiè non ſolet
attendi diuturnitas temporis in non petitis uſu-
ris; Ideò nonnulli exiſtimant, hunc §. reſtrin-
gendum eſſe ad uſuras lucratorias, & ideò exclu-
dendum caſum, qvando uſuræ petuntur ex titu-
lo oneroſo, vel ex damno perpeſſo, v. gr. ſi ob
dotem promiſſam maritus uſuras etiam poſt de-
cennium petat. *Maſcard. de probat. d. concl. n. 97.
& 98.* vel intelligendus de caſu, ubi de captata
gratia creditoris, vel expectato beneficio apparet.
*Maſcard. n. 99. Hippol. Riminald. vol. 2. conſ. 171.
num. 56.*
3 *Ad §. 3.* Excuſatur aliqvis ab uſuris aliàs de-
bitis, qvando non adeſt perſona, cui ſecurè ſors
ſolvi poſſit, etiamſi uſura propter interpellatio-
nem debeatur, per *l. 4. §. fin. ſupr. ad Leg. commiſſ.*
ſc. ſi uſura officio Judicis debeatur, ſecus ex ſti-
pulatione. *l. accepiam. C. h. t. Petr. Barb. ad l. de
diviſ. 5. n. 38. ff. ſolut. matr. conſ. Alex. conſ. 92. n.
9. lib. 1. Vincent. de Franch. dec. 16. n. 8.* Nota ex 4
*§. 3.* verbis finalibus, uſuras non propter lucrum
petentium, ſed ob moram debentium infligi.
Hinc alia uſura dicitur lucratoria, alia punitoria,
alia compenſatoria: Hac compenſatur damnum
creditoris ob debitum ſtatuto tempore non ſo-
lutum; Iſta infligitur in pœnam moræ; Illa fit ob
ſolum uſum conceſſi, uſus pecuniæ. Ultima non
conceſſa Jure Canonico, de qvo alibi agitur fu-
ſius. Sed in deſcriptione harum ſpecierum va- 5
riant. Nam plerìqꝫ lucratoriam uſurarum deſcri-
bunt, qvod ſit uſura conventa non in pœnam
moræ, aut ob præſumptum damnum creditoris,
ſed ob merum lucrum creditoris; Nota, mino- 6
rem ad uſuras omiſſas non reſtitui, licet ob lucrum
amiſſum reſtitui aliàs poſſit. *l. 7. ff. de min. Sfort.
Oddus de Reſt. q. 89. art. 2.* Ideoqve licet debitor 7
pupilli etiam non interpellatus contrahat moram
irregularem, qvæ ex ſpeciali minoris ætatis privi-
legio inducitur. *l. in minorum C. in qvibus cauſ.
reſtitutio in integrum non eſt nec.* qvæ irregularis
mora etiam contrahitur, in pecunia Eccleſiæ de-
bita. *Covarr. l. 3. reſol. c. 17. n. 4.* non tamen hæc
mora irregularis contrahitur, ſi pupilli non ha-
beant tutorem, cui ſolvi poſſit. *Vinc. de Franchis
dec. 16. Roder. de Ann. reditibus l. 2. c. 15. n. 39.*

*Ad §. 5. 6.* Fiſcus qvando ſuccedit privato, et- 8
iam uſuras ſolvit; à ſuis verò debitoribus ſemper
ſemiſſales uſuras exigit. *hic & l. ult. C. de Uſur.
fiſc. vid. Peregr. de Jur. fiſc. lib. 6. tit. 1. num. 25. &
tit. 7.* Qando debitores privati fiſco incorpo- 9
rantur, tunc ſemiſſales, & ita majores uſuras præ-
ſtant. Et ſic fiſcus poſt incorporationem utitur
ſuo privilegio. *conf. Franc. de Clapper. cauſ. 40. qu.
un. confer notata ad l. 6. infra de jur. fiſc.*

*Ad §. 7.* Plures, qvi ex adminiſtratione publi- 10
carum pecuniarum obligati ſunt reipubl. vel
curatores operum, ex pecunia penes ſe retenta,
præſtant uſuras; Sed ſi redemptoribus operum 11
negligenter ſolverint, v. g. præmaturè, ſi poſtea
redemtores fortè pecunia in futurum præcepta
aufugiant, damnum illud reſarciunt ſine uſuris,
nam detrimentum, qvod Reip. qvis facit, ſine
uſuris præſtat. *l. conſt. 24. ff. ad mun.* ſicut etiam 12
qvi pro adminiſtratione cavit, reliqva ſine uſuris
infert *l. 21. §. 1. ad Municip. conf. Franc. de Clapper.
in dec. p. 2. cauſa 62. q. 4. n. 5 & n. 11.* Sed dolus
obligat hic ad uſuras, cum hic nemini debeat eſſe
impunitus.

## ad L. Evictis. 18.

*SUMMARIA.*

*Evicta re verò iis, venditor ad uſuras ſtatim tenetur. n. 1.*
*Dies etiam incerta interpellat pro homine. 2.*

*Debitor ſciens conditionem eſſe impletam, in morâ conſtituitur. 3.*
*Emptor ad uſuras tenetur, etiamſi nemo ſit, cui ſolvat. 4.*

1 SI reſtitutio pretii promiſſa in eventum evi-
ctionis, dies evictionis ſtatim conſtituit in
mora, præſertim in materia emtionis, ubi evicta
re, ſtatim emptor fructuum uſu, & venditor pre-
tio utitur. *Marianus Socinus in repet. l. ita ſtipula-*
2 *tus n. 266. ff. de verb. obl.* Ideoq; colligitur, diem
licet incertam, poſtea tamen certificatam ex
eventu, interpellare pro homine; Et inde colli-
gitur, ſi debitor ſciat conditionem eſſe impletam
& tantum tempus præteriit, ut potuerit præſtare
promiſſa, qvod tunc mora contrahatur ſine in-
terpellatione. *Accurſ. l. 115. verſ. Sabin. in verbo agendum. de verb. oblig. Cumanus & Alciatus in l. qvoties in diem 59. ff. eodem. Loriottus in tract. de*
3 *mora. axiom. 12.* Et licet *Zaſius in d. l. 59. n. 8.* diſ-
ſentire videatur, cum aliis pluribus; poſſet ta-
men utraq; opinio conciliari, ut in puncto tem-
poris non ſit in mora, ſed ſicut jam declaratum
4 eſt. Sed in §. 1. qværitur; Si emptor velit pretium
ſolvere, & non ſit, cui ſolvat, venditore mortuo,
& pendente hæreditate, an etiam illius temporis
uſuras præſtare teneatur? Vid. qvod non, ob *l. 9.
§. fin. h. tit.* Sed affirmatur hic, qvia uſuras emtor
præſtare debet re tradita, non ob interpellatio-
nem, ſed ob fructus perceptos. vid. *notata ad l. curabit. C. de act. empt.*

## ad L. Videamus. 19.

### SUMMARIA.

*FRuctus rei fructiferæ ſaltem debentur. n. 1.*
*Rei infructiferæ commoditas peti poteſt.*

1 LIqvidum qvidem eſt, ad fructus rei neminem
condemnandum, niſi res fructifera ſit, v. gr.
ſi nuda proprietas petatur, hæc fructus non fert:
Idem ſi uſusfructus petatur, qvia fructuum fru-
ctus eſſe neqvit; fructus tamen percepti hoc caſu
2 reſtituendi. Et ſi res non frugifera petatur, poteſt
tamen commoditas peti, v. gr. ſi locaſſet pro more
civitatis, qvod percepturus fuiſſet.

## ad L. Si qvis ſolutioni. 24.

### SUMMARIA.

*DIfferens ſolutionem, ſed ad judicium provocans, in mora non eſt. n. 1.*
*Cauſa injuſta an à mora excuſet. 2.*
*Qvid per juſtam cauſam hic intelligatur. 3.*
*Petens dilationem ſi ſuccumbat, interim labitur terminus. 4.*

1 QVi differt ſolutionem, & dicit ſe eſſe para-
tum ad ſolvendum, ſi probetur, & ita ad ju-
dicium provocat, non videtur eſſe in morâ, ſi ex
cauſa juſta id faciat, i. e. tali, qvæ eum à culpa
liberet. *Cravetta plures citans conſ. 837. n. 17.* nam
ſi talis non ſit, etiam in mora eſt. *Petr. Barboſ. ad
l. ſi mora 10. n. 3. & ſeq. ubi conciliat l. qvi ſine dolo. 63. de R. J. & l. 82. §. fin. inſt. de V. O. Arumæus
tr. de mora c. 6. pr. Berlich. p. 1. dec. 7. n. 6.* Unde 2
falſum præſuppoſitum eſt aliqvorum, qvi cau-
ſam injuſtam à mora excuſare tradunt. *Barboſ. d.
l. n. 6.* Nec admitto limitationem *Cravettæ conſ.* 3
*789. n. 4.* qvaſi ad juſtam cauſam reqviratur, ut
obtineat, nam tunc fruſtra de uſuris qværeretur.
Colligitur ex hoc, ſi an dilatio danda diſputetur, 4
interim terminum labi, ſi ſuccumbat petens. *Berlich. p. 1. dec. 58.*

## ad L. Qvi ſcit. 25. pr.

### SUMMARIA.

*IN communi fundo ex alieno ſemine fructus percipiens, pro dimidia ſuos facit. n. 1.*
*Succeſſori novo locatoris penſio debetur. 2.*
*An ſola cognitio rei alienæ, ut fructus qvis ſuos faciat, impediat. 3. 4.*

QVi in communi fundo vel agro ex alieno 1
ſemine fructus percipit, is facit fructus ſuos
pro dimidia, vel alia parte; qvia omnis fructus
non jure ſeminis, ſed jure ſoli percipitur, & fru-
ctus naturaliter pertinent ad dominum. Ideoq; 2
exinde leqvitur, licet locator ex aliqva præfectu-
ra decedat, vel fundi poſſeſſione excidat, novo
tamen poſſeſſori, de cujus injuſtitia non conſtat,
deberi penſionem, non ex actione locati, ſed
qvia fructus poſſeſſoris ſunt, præſertim ſi qvietè
poſſideat; Ergo etiam penſio, qvæ loco fructuum
eſt. *conſ. l. ult. ff. de jure fiſci. Dn. Mevius p. 5. dec. 28.*

*Ad §. fin.* Qvi anteqvam fructus percepit, 3
cognovit rem alienam eſſe, percipiendo fructus
eos ſuos facit, donec res evincatur; qvod tamen
manifeſtè repugnat *l. 48. §. 1. de Acqvir. rer. dom.*
ideoq; antinomiam veram agnoſcit *Covarr. lib.
1. reſol. c. 3. n. 7. & Menoch. rem. 15. recup. poſſ. n.
614. ſeq.* qvod non abſurdè dici à *Covarruv. d. l.
& Leſſio lib. 2. de juſt. & jur. c. 14. dubit. 2.* agno-
ſcit, & ingenuè judicium ſibi non diſplicere, ait
*Wiſſenbach. d. 18. lib. 6. th. 9.* niſi dicas cum *Gloſſa,
Cujacio*, & aliis, velle hic Jureconſultum, qvod
interim, & revocabiliter ſuos fructus faciat, con-
fer. *Schultes ad Modeſt. Piſt. p. 3. qv. 124. n. 117.
Anton. Fab. l. 4. conject. c. 16. Donell. & Hillig. l.
4. c. 24. lit. G. & H. & Hillig. in Donell. lib. 19.
cap. 14. lit. O.* Aliter *Franzkius ad tit. de Rei vind.
num. 79. & ſeq.* Qvicqvid verò ſenſerit Julia- 4
nus, merito in orbe Chriſtiano recepta ſententia
Ulpiani *d. l. 48. §. 1.* qvod ſtatim, qvando qvis
conſeqvitur notitiam rei alienæ, fructus ſuos
non faciat, ut rectè *Wiſſenbach.* ait *d. l.* imò nec
præſcribit, qvi reſcivit rem alienam, hodiè Jure
Canonico, qvod ſeqvimur, licet ipſe Ulp. *d. l.* hoc
concedat.

ad

## ad L. Venationem. 26.

*SUMMARIA.*

*Jus venandi, an in fructu ſit. n. 1.*
*Opera Ruſticorum in fructu ſunt. 2.*

1 JUs venandi omnibus commune eſt jure Gen-
tium, & hoc jure etiam ad uſufructuarium per-
tinet. *l. 62. ſupr. de Uſufr.* Ideoqve in fructu fun-
di non eſt, niſi utilitas fundi, v. gr. aridi, nulla
alia ſit. vid. *Don. & Hillig. lib. 10. c. 7. lit. F. Modeſt.
Piſt. p. 1. conſ. 14. n. 23. vol. 2. Petr. Heig. p. 1. q. 15.
n. 44. & 46.* Et qvos allegat *Klock. conſ. 10. n. 373.*
2 *vol. 1.* Colligit ex hac lege juncta *l. 3. ff. de Operis
ſervorum. Gail. l. 1. obſerv. 99. n. 9.* operas ruſtico-
rum in fructu eſſe.

## ad L. Cum Patrifamilias.

*SUMMARIUM.*

*Mora defuncti in heredem continuatur.*

MOra regularis fit per interpellationem cre-
ditoris legitime factam, & fruſtrationem
debitoris ejus; ſed qværitur, an ſi defuncto mora
facta, etiam hæredi videatur facta, & deinde an
etiam hæredum hæredibus? Utrumqꝫ affirmatur;
nam hæres omnia vitia & commoda defuncti in-
duit, per *l. a.x. vitium 5. ff. de Diverſ. præſ.* Et mora
defuncti debitoris, etiam hæredi ipſius nocet. *l. 9.
§. 4. de Verb. Obl.* Ergo moræ facientis & patien-
tis effectus ad hæredes tranſit. *vid. Cujac. ad Afric.
mihi t. 2. p. 2079.*

## ad L. Placuit. 29.

*SUMMARIA.*

*PActum uſurarium non tollit contractum. n. 1.
Uſuræ uſurarum non debentur. 2.
Qvod limitatur. 3.*

1 PActum illicitum uſurarium non tollit ipſum
contractum, & ideo regula: utile per inutile
non vitiatur. *hic & c. utile. 37. de R. I. lib. 6. San-
de l. 4. t. 1. def. 4. Carpz. p. 2. c. 19. d. 9. & p. 2. c. 43.*
2 *def. ult.* Dicitur & hic, uſuras uſurarum non ſol-
vendas, & ſic nec intereſſe de intereſſe ſolvendum.
*Carpz. p. 2. c. 30. def. 29. & qvos refert Dn. Mevius p.*
3 *4. dec. 154.* Qvod ibidem limitat, niſi invicem
ſortis principalis teneat, veluti cum loco & vice
rei debitæ petitur, vel qvando jam taxatum eſt,
& in præſtando mora committitur. Exceptio in
tutore. *Carpzov. d. c. 30. def. 30.* de qvo alibi.

## ad L. Etiam ex nudo. 30.

*SUMMARIA.*

*CIvitatibus ex pacto debentur uſuræ. n. 1.
Uſus modernus. 2.*

1 CIvitatibus etiam ex nudo pacto debentur
uſuræ. vid. *Exea tr. de Pact. n. 406. Loriott. de*
2 *tranſact. ax. 66.* Verum in foro apud nos etiam
privatis uſuræ debentur ex nudo pacto, ut expe-
rientia qvotidiana docet. Ideoqꝫ nihil præcipui
habent hodiè civitates in hoc puncto.

## ad L. Qvod in ſtipulatione. 31.

*SUMMARIA.*

*USura indefinitè promiſſa, non debentur. n. 1.
Exceptiones. 2.
Deciſio illa in Praxi non obtinet. 3.*

SI uſuræ indefinitè promiſſæ ſint, inutilis eſt 1
ſtipulatio, qvia incerti iſta obligatio eſt. *hic &
l. 41. in fin. h. t.* Excipitur Legatum. *l. nummis 75.* 2
*de leg. 3.* & ſi qvis cum Argentariis contraxerit,
promiſſis uſuris. Sed hodiè hanc legem non pu- 3
to obtinere. Nam in Imperio Romano ſunt cer-
tæ & definitæ uſuræ, ſcil. qvincunces. Et licet in
inſtrumentis debiti, qvantitas uſurarum non ſit
expreſſa, intelliguntur tamen ſolitæ & freqven-
tatæ uſuræ. Idem ſi ſemiſſales receptæ, ut in hoc
Electoratu. Semper enim hæ intelligendæ, ut
praxis teſtatur.

## ad L. Mora. 32.

*SUMMARIA.*

*INterpellatio ut in morâ conſtituat, ubi fieri debeat.
num. 1.
Interpellatio una in mora conſtituit. 2.
Ex mora in bonæ fidei judiciis uſuræ debentur. 3.
Mora unius correi, qvando alteri noceat. 4.*

MOra ex perſona dicitur fieri per interpella- 1
tionem, etiam extrajudicialem oportuno
tempore & loco factam, i. e. ſi Lipſiæ ſolvere de-
beo, ut Lipſiæ etiam interpeller. *Arum. d. c. 5. n.
9. ſeq.* cujus rei difficilis hic dicitur definitio, non
tamen impoſſibilis. *Marcus Mantua ſing. 311.* Et 2
interpellatio unica ſufficit, per *l. 87. §. 1. de leg. 2.
& l. Qvi Romæ. 122. §. Seja. de V. O. Petr. Barb. in
l. ſi mora. n. 9. Arum. d. c. 5. n. 15. Menoch. lib. 2. A.
Q. caſ. 220. n. 29.*

*Ad §. 2.* In bonæ fidei judiciis à tempore moræ 3
debentur uſuræ. *Carpz. part. 2. conſt. 30. def. 8. n. 4.
Treutler. vol. 2. diſp. 3. th. 6.* Et ſic ſi merces ven-
dantur ad certum diem ſolvendæ, ſolent uſuræ
etiam adjudicari; Secus, ſi non ſit adjectum cer-
tum tempus. *Dn. Richter dec. 74. n. 51. & ſeq.* Sed
attendenda potiſſimum eſt conſvetudo loci, nam
interdum qvod in nundinis creditum, ſeqventi-
bus nundinis ſolvi ſolet; vel non eſt certa con-
ſvetudo, & nihil dictum de tempore ſolutionis,
& tunc à tempore interpellationis mora fit. *Dn.
Mev. p. 3. dec. 11.*

*Ad §. pen.* Mora unius correi debendi, alteri 4
non nocet; ſcilicet ad obligationem augendám:
ſed nocet alteri ad conſervandam vel purifican-
dam obligationem, per *l. pen. ff. de duobus reis.*
Prolixè hac de antinomia agit *Caballinus in tr. de
Div. & indiv. n. 122. & ſeq. Weſenb. ad tit. de duobus
reis n. 8. Zæſ. ad d. tit. n. 12. Dn. Struv. th. 30.*

## ad L. Si bene. 33.

*SUMMARIA.*

*Uſuræ non debent acerbè exigi. n. 1.*

*Pecunia publica fœnori data, non facilè exigenda. n. 2.*

*Applicatur hoc ad Tutores. 3.*

1 NOtetur hic à Chriſtianis creditoribus, qvod Gentilis monuit; Cavere eos debere, ne uſurarum acerbos ſe exactores præbeant, ſed moderatos, & cum efficacia benignos, & cum inſtantia humanos. *Franzk. ad tit. de act. empt. n. 415. Dn. Lauterbach ad eundem titulum §. 2. th. 8.*
2 Ex primis autem legis verbis notandum; Si pecunia publica fœnori data, debitores non facilè in exigenda ſorte inqvietandos eſſe, ſi benè collocatæ ſint. *Rodericus de Jure cenſuum & annuo-*
3 *rum redituum. lib. 3. qv. 3. n. 9.* Qvod etiam de nominibus pupillorum ac minorum notandum Tutoribus, ne ſi exactam pecuniam alibi fœnori exponant, id ſuo periculo faciant.

## ad L. Uſuræ. 34.

*SUMMARIA.*

*Uſuræ, qvando fructibus connumerentur. n. 1.*

*Legatorum uſuræ ex tempore moræ debentur. 2.*

1 USuræ vicem fructuum obtinent, & hoc in legatis, fideicommiſſis & aliis bonæ fidei judiciis obſervatur. *Rod. de cenſ. lib. 3. qv. 7. num. 99.*
2 Hinc colligunt, legatorum uſuras à tempore moræ deberi. *Carpz. part. 2. conſt. 30. def. 20.*

## ad L. Lite conteſtata. 35.

*SUMMARIA.*

*IN ſtricti juris judiciis, qvando debeantur uſuræ. n. 1.*

*Qvi ad annum ſtipulatus uſuras, an & poſt annum uſuræ peti poſſint. 2. 3.*

*Limitatio legis. 4.*

1 IN ſtricti juris judiciis à lite conteſtata, uſuras deberi, communiter ex hoc textu probant Dd. vid. *Caldas de empt. c. 25. n. 45. Carpzov. d. conſt. 30. def. 17. & lib. 4. reſp. 56.* Licet diſſentiat *Vaſqv. in illuſtrib. lib. 3. c. 36. n. 47. Treutler. & Bachov. d. diſp. 3. th. 3. lit. C.* Sed tamen communis ſententia videtur in judiciis recepta, ut de Friſica Curia teſtatur *Sande l. 3. t. 4. d. 1.* Et apud nos teſtantur præjudicia & Collegiorum juridicorum
2 protocolla. Sed qværitur; ſi ad annum datum mutuum, cum hoc pacto, ut iſtius anni uſuræ ſolverentur, ſed debitor poſt annum non ſolvit, an etiam ſeqventium annorum uſuræ debean-
3 tur? Negat *Sande d. l.* qvia eſt ſtricti juris contractus, in qvo non conſideramus mentem præſumptam. Sed poterat dici, hic eſſe plus actum, qvàm dictum, ut ipſe *Sande in def. ſeq.* licet in alia ſpecie dicit, ſi qvis in mutuo pro damnis omnia ſua bona obliget. Et ita idem dicerem in priori ſpecie, qvia voluntas creditoris non fuit gratis dare uno anno, multo minus pluribus, præſertim id verum ipſe concedit *Sandius*, ſi poſt annum aliqvot annorum uſuras ſolverit debitor. *in d. tit. d. 4.* Limitanda verò Lex hæc eſt, ſi qvis 4
ex ſententia condemnatus ad pecuniam ſolvendam, non fuit in mora. Caſum vide in *not. ad l. 3. pr. h. t.*

## ad L. Videamus. 38.

*SUMMARIA.*

*FRuctus in ſtricti Juris judiciis aliqvando à tempore moræ debentur. n. 1. 2.*

*Qvi de reſtituendo cavit, ad fructus qvoq; obligatur. 3.*

*Condictione ſine cauſa pecuniam repetens, an ultra datum etiam fructus condicere poſſit. 4.*

IN bonæ fidei judiciis debentur fructus à tempore moræ, etiam extrajudicialis, in ſtricti Juris verò à lite conteſtata *§. 7. h. l.* Sed hoc limitatur hic, niſi per actionem ſtricti Juris petam id, qvod antea fuit meum, v. gr. Si mihi oblatum, vel indebitè alii ſolutum, vel alienatum in fraudem, nam tunc fructus debentur etiam à tempore moræ. *Tiraq. de retract. conſangv. §. 15. gl. 2. n. 16. & Retr. convent. §. 5. gl. 2. n. 5. Petr. Barb. p. 3. Rubr. ff. ſol. matr. n. 71. & ad l. ſi mora, ſo. n. 89. corſ. Menoch. de recup. poſſeſſ. in prælud. num. 6.* 1
In actione Pauliana ſi res in fraudem creditorum 2
alienata, etiam fructus debentur, per *§. 4. h. l.* nam verbum *reſtituas* plenam habet ſignificationem. Ex qvo colligit *Sande lib. 3. tit. 14. def.* 3
*12.* ſi alicui ſoluta pecunia ſub cautione reſtituendi, ſi alius prior vel potiore jure gaudens ſe offerat, etiam uſuras reſtituere eum debere. *arg. h. §. & l. 88. §. fin. ff. ad l. Falc.* Et ex *§. 7.* nota, qvod jam dictum, in judiciis ſtricti Juris deberi fructus & intereſſe, non à tempore moræ, ſed accepti judicii Et habetur hic exemplum in ſtipulatione. Sic ſi qvis vellet condictione ſine cauſa uti ad repetendam pecuniam, qvando alter promiſſis non ſtetit, putat *Dn. Mev. p. 3. dec. 207.* ultra datum nihil repeti poſſe; ſed poſſet de eo dubitari, ob *§. 1.* hujus legis, ex qvo colligitur, ſecus eſſe, ſi res qvæ antea fuit mea, repetatur.

## ad L. Tutor. 41.

*SUMMARIUM.*

*IN uſuras condemnari poteſt debitor, etiamſi earum in prima ſententia nulla facta mentio.*

PEndente Appellatione cucurrerunt uſuræ, qværo, an in has etiam condemnari poſſit debitor, licet in prima ſententia nulla harum facta mentio? Qvod hic affirmatur. & *l. ult. ff. de Re jud. & l. 24. ff. de Appell.* qvæ duæ leges verbis planè

plane conveniunt. *Carpzov. p. 1. Juriſp. conſt. 20. def. 21.*

## ad L. Herennius. 42.

*SUMMARIUM.*

*TRanslato fideicommiſſo, omnes fructus fideicommiſſario debentur, non pro ratâ anni.*

SI mihi fundus per fideicommiſſum relictus, & dies veniat, majori parte anni lapſa, qvando dominium translatum, omnes etiam fructus fideicommiſſario debentur, & non pro rata dividuntur, qvia fiduciarius heres in re ſemel tradita, nihil Juris prætendere poteſt. *vid. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 13. th. ult. lit. H. & Petr. Barb. in l. 8. pr. part. 2. n. 3. ff. ſolut. matrim.*

## ad L. Herennius. 43.

*SUMMARIUM.*

*SI debitum mihi à Fiſco ceſſum, uſuras illi etiam ſine ſtipulatione debitas exigere poſſum.*

FIſco debentur uſuræ, etiam ſine ſtipulatione. Pone ergo, Fiſcum ceſſiſſe ſua jura mihi, etiam uſuras petendi jus pro illo tempore, qvo fiſcus habebat, mihi competit. *Petr. Barboſ. in l. poſt dotem. 41. num. 62. ff. ſol. matr.* ubi hoc privilegium extendit & limitat, licet neutrum textui videatur convenire.

## ad L. Pœnam. 44.

*SUMMARIA.*

*Pœna conventialis legitimum uſurarum modum excedere non poteſt. n. 1.*

*Pœna quantitati in fraudem uſurarum adjecta videtur. 2.*

*Aliud in obligatione faciendi. 3.*

1 IN fraudem conſtitutionum certam qvantitatem uſurarum determinantium, non licet creditori per ſtipulationem majorem pœnam ſtipulari. *Carpzov. in Aſylo Debitor. c. 1. num. 383. & ſeq.*
2 *Franzk. p. 2. reſ. 10. numer. 9.* Imò pœna appoſita qvantitati dandæ videtur in fraudem uſurarum appoſita. *Strach. in tr. de adject. part. 2. num. 59. Afflict. dec. 135. n. 2. Maſcard. de probat. concl. 1172.*
*num. 16.* Nec obſtat *§. ult. l. de V. O.* qvæ de obli- 3
gatione faciendi loqvitur. *Carpz. d. l.*

## ad L. Fructus. 45.

*SUMMARIA.*

*VErus legis intellectus proponitur. n. 1.*

*Verba finalia legis enodantur. 2.*

RElictis aliorum diſputationibus (de qvibus 1
*Donell. lib. 4. c. 25. Anton. Fab. lib. 4. conject. c. 17. Pinell. l. 2. C. de reſcind. vend. p. 2. c. 4. n. 59. Fach. lib. 1. c. 57.*) verus ſenſus hujus legis eſt, qvem eruit *Hartm. Piſt. lib. 4. q. 26.* qvod hic ſit qvæſtio de fundo à marito uxori donato, ubi qværitur, an uxor perceptos ſua induſtria fructus perpetuò ſuos faciat? Ratio dubitandi eſt illa, qvod donatio illa ſit invalida: Sed aff. qvæſtio, qvia fructus non tam ex re donata, qvam ex ſua induſtria percepit; Ergò donator non videtur redditus pauperior, qvo caſu valet donatio inter conjuges, per *l. 5. §. 16. & l. 16. ff. de Donat. inter Vir. & Uxor.* & eatenus hic Donatarius cum bonæ fidei poſſeſſore confertur in fructibus naturalibus, qvod neuter perpetuo & irrevocabiliter ſuos fructus faciat, ne obſtet *l. 48. ff. de acqvir. rer.*
*dom.* Et ita verba intelligo (*ſicut nec cujuslibet b.* 2
*f. poſſeſſoris*) ſicut uxor ex hâc donatione in hoc caſu licita, tantum induſtriales adqvirit, & qvidem ſtatim percipiendo & irrevocabiliter; naturales verò non adqvirit ſtatim & irrevocabiliter; & in hoc ultimo comparat Pomponius uxorem cum b. f. poſſeſſore, ſicut nec b. f. poſſeſſor ſtatim irrevocabiliter adqviret fructus naturales, non verò negat, perfectè adqviri poſtea per conſumtionem. Imo dixerim, & uxorem etiam naturales adqvirere fructus, ſi illa donatio fundi morte mariti confirmetur, nam tunc ab initio pro valida habetur donatione, non exceſſiva. *l. 25. C. de Donat. inter Vir. & uxor.*

## ad L. Qvod in fructus. 46.

FRuctus non debentur, niſi deductis expenſis, qvæ eorum qværendorum & conſervandorum gratia facti ſunt, *hic & l. fructus. 7. pr. ff. ſolut. matr. Fort. Garcias de Expenſ. c. 1. n. 21. Carpzov. p. 3. conſt. 32. def. 12.*

# TITULUS II. De Nautico Fœnore.

## ad L. Trajectitia. 1.

*SUMMARIUM.*

*IN trajectitiis pecuniis ob periculum ſuſceptum centeſimæ uſuræ ſunt licitæ.*

IN trajectitiis i. e. trans mare vehendis, adeoq; etiam mercibus, qvando creditor in ſe ſuſcepit periculum, creditor ſtipulari poteſt centeſimas uſuras, qvæ hic tanqvam pretium periculi conſiderantur. *Covarr. lib. 3. reſol. c. 2. num. 5. Molina de J. & J. tr. 2. diſp. 318. n. 4. Santerna de Aſſecurat. p. 1. num. 10.*

## ad L. Periculi pretium. 5.

*SUMMARIA.*

*Centeſimæ uſuræ etiam in pecunia non trajectitiâ locum habent. n. 1.*
*Datur fœnus qvaſi nauticum. 2.*
*Periculi ſuſceptio ex contractu lucrativo reddit oneroſum. 3.*

1 NOn tantum in trajectitia pecunia, ſed etiam
in aliis mutuis, poteſt creditor paciſci de
uſuris gravibus, i. e. centeſimis, qvando ſc. peri-
culum in ſe ſuſcepit creditor, v. gr. Dedi mutu-
am pecuniam ad præparanda retia ad capturam
halecum, hâc conditione, ut ſi nihil ceperis,
nihil reſtituas, ſed ſi ceperis, ut uſuras cen-
teſimas reſtituas. Idem in athleta, cui cen-
tum ad emenda ornamenta mutuo data, ut ſi vi-
cerit, ſortem cum uſuris gravibus reſtituat. Idem
ſi mercatori dem 100. mutuo, reſtituenda cum
his uſuris, ſi lucrum fecerit ex meâ pecuniâ,
aliàs non; Et hoc vocatur qvaſi nauticum fœ- 2
nus, de qvo *Berengar. Fernandus in repet. l. Pacta
conventa ff. de contrah. empt. num. 28. Carol. Molin.
de contr. uſur. num. 98. diſp. 9. vol. 1. Zinzerling. in
pecul. diſp. ad hanc legem, inter Baſilienſes.* Sic pe- 3
riculi ſuſceptio facit, ut contractus non ſit lu-
crativus, ſed oneroſus, v. gr. ſi ſupervixero per
biennium, des pro domo mille, ſi moriar intra
biennium, habeas gratis. *vid. not. ad l. 6. §. 11. ff.
qvæ in fraudem credit. Sande lib. 3. tit. 13. def. 2. &
Borcholt. in tr. de fœnore nautico c. 1. Cujac. l. 9. obſ.
28. Wiſſenbach. diſp. 43. th. ult. Stypman. de jure
marit. p. 4. c. 2. num. 204. qvem laudat Dn. Struv.
Exerc. 27. th. ult.*

# Titulus III.
# De Probationibus & Præſumptionibus.

## Ad L. & incumbit. 2.

*SUMMARIA.*

*Affirmanti incumbit probatio. n. 1.*
*Qvando utriq; probatio imponi poſſit. 2.*
*Nobili jus braxandi ſibi arroganti, imponenda probatio. 3.*
*Factum negatum probari neqvit. 4.*

1 ILli, qvi affirmat, incumbit probatio, ſive ſit a-
ctor, ſive reus; Et ſi uterqve aliqvid affirmet,
utriqve imponenda probatio, primò actori, &
poſtea reo, per *l. Siqvidem C. de Except. Caccera-
nus dec. 144. Maſcard. concl. 137. Rolandus de Com-*
2 *miſſ. l. 2. c. 1. num. 7.* conſenſu tamen utriusq; par-
tis, utriqve ſimul probatio imponi poteſt, ut fieri
ſolet in duplicibus judiciis, & remediis retinen-
dæ poſſeſſ. & ſummariis. *conſ. Rol. d. l. num. 18.* conf.
3 qvæ dixi *in Proceſſ. Civil. c. 18. num. fin.* Ex hac lege
etiam fluxit, qvod Sereniſſimus Saxoniæ Elector
ſtatuit, ſi Nobilis vel Caupo ruſticanus uſurpet
jus braxandi cerevisiam, & ob id conveniatur à
civitate proxima, nam ad civitates hæc compen-
dia pertinent, qvod Nobili incumbat probatio,
qvam Conſtitutionem refert *Finckelthaus obſ. 70.*
4 Cæterum factum negantis per rerum naturam
nulla eſt probatio. *l. 23. C. h. t. Don. lib. 25. c. 2.
Maſcard. de Probat. lib. 1. qvæſt. ult. Ummius ad
Proceſſ. diſp. 15. n. 7.* Qvando verò aliàs negativa in
jure noſtro probanda ſit, de ego egi *in Proceſſu meo
Civil. cap. 18. numer. 1. conſ. Dd. citati ad l. 9. ff. h. t.
in fin.*

## ad L. Cum tacitum. 3.

*SUMMARIA.*

*Caſus Legis proponitur. n. 1.*
*Deciditur. 2.*
*Voluntatis mutatio non præſumitur, niſi in teſtamentis. 3.*
*Heres qvi de fideicommiſſo præſtando fidem interpoſuit, ad id tenetur, etiamſi in poſteriori teſtamento fideicommiſſum repetitum non ſit. 4.*
*Qvod limitatur. 5.*

SPecies facti hæc: Titius in Teſtamento inſti- 1
tuit duos hæredes primum & ſecundum, ſin-
gulos ex ſemiſſe, & primum rogat, ut hæredita-
tem reſtituat incapaci, ſeu potius inteſtabili,
qvam voluntatem etiam impleturum ſe dixerat
primus, fide interpoſita apud Teſtatorem, & in-
capacem fideicommiſſarium. Poſtea Titius aliud
teſtamentum condit, in qvo primum iterum in-
ſtituit hæredem ex ſemiſſe vel majori parte, nul-
la facta mentione fideicommiſſi, qværitur, an fi-
deicommiſſum in primo teſtamento relictum
incapaci, pertineat ad fiſcum? Videtur qvod
non, qvia primum teſtamentum ruptum eſt per
ſecundum. Sed affirm. qvia Teſtator, qvi Teſta- 2
mentum mutavit, retinuit tamen eundem hæ-
redem, qvi fidem interpoſuerat, fidei interpoſitæ
cauſa, ut fraudi ſuæ majorem nubem objiceret,
& fideicommiſſum incapaci præſtaretur. Colli- 3
gitur ergo, qvamvis voluntatis mutatio non præ-
ſumatur, ſed ab allegante probanda. *Barboſ. lo-
cupl. lib. 19. c. 41. num 33.* Secus tamen eſſe in Te-
ſtamentis, nam poſterius teſtamentum indicat,
prius eſſe mutatum. Qvod tamen hic limita- 4
tur: nam ſi hæres in primo teſtamento fidem
dedit, de tacito fideicommiſſo in fraudem legis,
hæc voluntas in ſecundo teſtamento licet non
repetita, non videtur mutata, qvia qvi ſemel eſt
malus, ut hic teſtator, & hæres, invicem fidem
exigentes & dantes, ſemper mali præſumuntur.
*Carol. Ruinus vol. 2. conſ. 93. num. 14. Ceph. vol. 1. conſ.
68. num. 6.* Hoc tamen limitat *Anton. Faber de con-* 5
*ject.*

*ject. ✦ 17. cap. 3. pag. 601. col. 1.* niſi hæres in poſte-
riori teſtamento in minori portione inſtitutus.

## ad L. Ab ea parte. 5.

*SUMMARIA.*

*NEgativa juris probanda. n. 1.*
*Reus exceptionem ſuam probare tenetur. 2.*
*Actum non ritè factum dicens, hoc probare debet. 3.*
*Exceptio in alienatione rerum minoris. 4.*
*Solennitates intrinſecæ præſumuntur, non extrin-
ſecæ. 5.*

1 NEgans jus alicui competere, ſi illud ſit de ge-
nere Permiſſorum, qvæ regulariter omni-
bus permiſſa, v. gr. procurare, agere, teſtimonium
ferre, appellare, tenetur id probare; Secus ſi id
negetur, qvod eſt de genere prohibitorum, qvæ
non omnibus, ſed qvibusdam tantum permiſſa,
v. gr. jura venandi, & ſimil. nam tunc affirmanti
incumbit probatio. *Pacianus lib. 1. de Prob. c. 52.*
2 *Umm. d. diſp. 15. n. 10.* Collige, excipientem tene-
ri, ſuam exceptionem probare; & contra eum mi-
litare præſumptionem. *Dn. Mev. p. 5. dec. 200.
n. 6.* confer. *Joh. Igneus in Repet. l. Neceſſarios. §.
non aliàs num. 113. & num. 126. ff. de SC. Silan. vol.
3. rep.*
3 *Ad §. 1.* Qvi negat actum ritè factum, illi in-
cumbit probatio; qvia non tantum in negativa
fundamentum ponit, qvo caſu ipſi incumbit
probatio. *Maſcard. concluſ. 343. n. 10. Franciſcus
Herculan. in tr. qvis teneatur probare Negativam.
n. 2. & ſeq.* Sed etiam, qvia alter habet pro ſe
præſumptionem, qvæ ſolet devolvere onus pro-
bandi in Adverſarium, ut ex *h. l.* communiter
Dd. probant, qvos allegatos vide in *Aug. Barb.*
4 *locupl. lib. 14. c. 68. ax. 2. & Joh. Igneo d. tr.* Sed
exceptio hujus regulæ eſt in decreto de re mino-
ris immobili alienanda, nam ibi probatio, qvod
decretum rite interpoſitum ſit, affirmanti ſeu
reo incumbit. *l. 13. §. 2. de Public. act. Carpz. l. 1.
Reſp. 80. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 171. n. 2.* de qvo
5 tamen vid. *Menoch. l. 2. præſ. 75.* Ex hac regula
etiam fluit, qvod ſolennitates intrinſecæ, qvæ ad
ſubſtantiam negotii reqviruntur, præſumendæ
ſint, donec contrarium probetur. *§. ſi ſcriptum 17.
Inſt. de inut. ſtip. l. 7. §. 12. de pactis Maſcard. de
probat. concl. 1314. n. 2.* ſecus in ſolennitatibus
extrinſecis, qvæ non præſumuntur, niſi accedat
antiqvitas temporis. *Gail. lib. 2. obſ. 71. Maſc. d. l.
Barb. l. 17. c. 37. axiom. 2. & 3. Menoch. l. 3. præſ. 131.
& ſeqq.*

## ad L. Si filius. 8.

*SUMMARIA.*

*FIlius, ſe in poteſtate patria non eſſe, probare de-
bet. n. 1.*
*Exceptio. 3.*
*Negativa non tam ex verbis, qvam effectu æſtiman-
da. n. 2.*

AFfirmanti incumbere probationem, ſupra 1
dictum; ſed pone hic, filium negare, ſe eſſe
in poteſtate: ergo affirmativa patri probanda.
Sed contrarium deciditur, tum ob reverentiam
patri debitam, tum qvia in effectu affirmat, ſe eſſe
emancipatum. Negativa enim non ex figura 2
verborum, ſed vi ac poteſtate æſtimanda. Aliud
exempl. in *c. 5. X. de Renunc. Dn. Struv. Exerc. 28.
th. 6. Zæſ. h. t. n. 4.* Et hoc ſine diſtinctione, qvis
ſit in poſſeſſione, tradit *Petr. Barb. in l. Titia. 35.
ff. ſol. matr. n. 9. & ſeqq.* ubi excipit, niſi per 10. 3
annos filius fuerit in poſſeſſione libertatis, per
*l. 1. & ſeqq. C. de Patr. pot.*

## ad L. Si pactum. 9.

*SUMMARIA.*

*QVi dicit, contractum ad hæredem non tranſire,
hoc probare debet. n. 1.*
*De negativæ probatione remiſſivè. 2.*

SPecies facti: Ago ex contractu mei parentis, 1
qvo parenti jus in tuo prædio qvalecunqve
conſtitutum, nulla facta mentione hæredis. Ex-
cipis: hoc eſſe pactum perſonale; Ego replico,
eſſe reale. Qværitur, an Tibi probatio imponen-
da? Videtur qvod non, qvia in effectu negas,
contractum ad hæredem porrigendum; Sed af-
firmatur, qvia negatio hæc à communi præſum-
ptione impugnatur: qvilibet contrahendo, ſuo
etiam hæredi providere velle videtur, per *l. vete-
ris 13. C. de Stipulat. Cagnol. in l. lecta ff. ſi certum* 2
*pet. n. 77.* ubi plures citat. De Negativæ Proba-
tione vid. *Trentacinq. tit. de prob. n. 5. 12. [illegible] ll. c.
2. t. 14. n. 65. & ſeq. Berlich. p. 1. concl. [illegible] 22.
Gail. de P. P. c. 18. n. 14.* conf. *Cephal. v. 1. conſ. 43.
n. 24. & conſ. 353. n. 33. & Proceſſ. meum Civilem c.
18. num. 1.*

## ad L. Cenſus. 10.

*SUMMARIA.*

*LIbri Cenſuales efficaciter probant. n. 1.*
*Ut & inſtrumenta ex Archivo deprompta. 2.*
*Item matriculæ Eccleſiæ. 3.*
*An contra inſtrumentum publicum teſtes admittan-
tur. 4.*
*An exempla in Archivo reperta plenè probent. 5.*

LIbri cenſuales contra non ſolventes efficaci- 1
ter probant, ſi contineant utramqve pagi-
nam, Accepti & Reſidui. *Roland. de Commiſſ. p. 2.
l. 5. c. 6. Ummius ad Proceſſ. diſp. 17. n. 8.* Idem de 2
Monumentis ex Archivo depromptis. *Ruland. d.
lib. 5. c. 4. Umm. d. l. n. 9.* qvod limitat *Felinus in c.
ad Audientiam. n. 12. X. de Præſcr.* qvod probent
intra territorium, non extra. *conſ. Cravetta de
antiq. temp. p. 1. Sect. quæ in libr. Carpz. part. 1.
conſt. 16. def. 25.* Et in Matriculis & cenſibus Ec- 3
cleſiæ, per *c. ad audientiam X. de præſcript. & ibi*
CC. com-

Digitized by Google

*CC. communiter. Decius conſ.596.n.4 & ſeq. Boër. dec.105. num.11. & ſeq. Cravetta conſ.158. n.4. Ceph. vol.4.conſ.508.numer.23. Alexander vol.7. conſ 187. per totum. Camillus Borell. l.2. deciſ tit.22. numer.*
4 *16. & ſeq.* Dicitur autem hic, cenſualibus libris majorem vim probandi qvam teſtibus competere Ex qvo nonnulli volunt probare, contra inſtrumentum verè publicum non dari probationem in contrarium; qvod tamen videtur du-
5 bium. Ex hac lege etiam una cum aliis à ſe relatis probare nititur *Carpzov. p.1. conſt. 17. def 38.* qvod exempla etiam in Archivo reperta plene probent, qvod non ita generaliter intelligo, ut alibi dictum in *Proc. civil. cap. 19. num.10.* Sed ſecus ſi exempla ſint antiqva, & manu cognitâ ſcripta, ubi exemplis antiqvis in Archivo repertis omnino creditur.

## ad L. Non eſt neceſſe. 11.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis, ejusq; deciſio proponitur. n.1.*
*Officio ſuo aliqvem bene functum eſſe, ipſe probare tenetur. 2.*

1 PUpillus qvi fuerat, convenit ob tutelam ma-
lè geſtam tutoris fidejuſſorem, ſed hic reperi-
tur non ſolvendo; Ideo agit actione ſubſidiariâ
contra Magiſtratum: Hic excipit, fundamentum
intentionis adoleſcentis conſiſtere in eo, qvod
dicat, fidejuſſorem tempore ſatisdationis non fuiſ-
ſe ſolvendo; hoc ipſi probandum eſſe, cum præ-
ſumptio ſit pro Magiſtratu. Sed hic Magiſtratui
injun[illegible] probatio, qvod tunc fuerit ſolven-
2 do. [illegible]ge, qvoties de ea re agitur, qvam recte
geſſiſſe, ad officium ejus, qvi convenitur, perti-
net, ſi de eo illi controverſia fiat, debet ille pro-
bare, rem bene eſſe geſtam: qvod ita generaliter
ex h. textu & *l.1.§.11. ff. de Magiſtrat. conveniend.*
proponunt *Donell. ad l.1. C. h.t. Ummius d. diſp.15. num.12.*

## ad L. Qvingenta. 12.

### *SUMMARIA.*

*EAdem qvantitas in teſtamento & codicillo relicta, duplicata videtur, niſi contrarium ab herede probetur. n.1.*
*Ex qvietantia duplici, duplex ſolutio præſumitur.2.*
*Solutio ſimpliciter allegata, ſtatim probanda, non ſi ſub conditione.3.*

1 QVando in teſtamento relicta ſunt qvingen-
ta, & in codicillis poſtea relicta qvingenta;
præſumuntur duæ eſſe ſummæ, & hæredis eſt probare, in utroqve inſtrumento de eadem ſumma agi. *Menoch. lib.2. A. Q. caſ.213. Cujac. lib.14. obſ.19. Par. cent. 8.qvæſt.68. Wiſſenbach. Exerc.43. th. 10.* ubi ad alios textus reſpondet. Arbitrium tamen judicis non putarem excluſum. *Menoch. d.l.* Conferri poteſt *Hippol. Riminald. vol.5. conſ.*
*492.num.36.& ſeq. Decianus l.1. conſ.11.n.38. Natizan. conſ. 96.* Hinc colligit *Roman. ſing.553.* ex 2
duabus qvietantiis præſumi duplicatam ſolu-
tionem. Ex hac lege etiam probatur; ſi reus ſim- 3
pliciter alleget ſolutionem, qvod tunc ſtatim ab eo probanda ſit ſolutio: Secus ſi conditionaliter alleget. *Wammes. vol.1. conſ. Juris Can. conſ.137. num. 2.*

## ad L. Cum de ætate. 13.

### *SUMMARIA.*

*SI ætatis probatio contraria, veriſimilior arripienda. n.1.*
*De ætatis probatione remiſſivè. 2.*

QVando de ætate alicujus qværitur & uterqve 1
probare nititur ſuam intentionem, atteſtata
autem ſint contraria, tunc non ea approbanda
ſunt, qvæ perſonæ nocent, cujus de ætate qværi-
tur, ſed qvæ ſunt veriſimiliora. *Carpz. p.1. conſt.*
*16.def.44.* Jungantur notata *ad L. ob carmen.21.§.*
*3.ff. de Teſtib.* Cæterum de ætatis probatione vid. 2
*Menoch. lib.2. præſumpt.50.n.24.& 52.& præſumpt. 51.n.2.& ſeq. Maſcard. concl.313.n.14. Dn.Mevius ad Jus Lubec.lib.1.tit.2.art.7.*

## ad L. Circa. 14. & 15.

### *SUMMARIA.*

*INgenuitatis qvaſi poſſeſſio ab onere probandi liberat. n.1.*
*Proprium hominem vindicaturus, probare debet.2.*
*Si reus probationem in ſe ſuſcipiat, ad qvid ei proſit. 3.*
*Onus probandi incumbit illi, qvi non eſt in poſſeſſione juris. 4.*
*Declaratur exemplo ex l.15. h.t.5.*
*Si contra poſſeſſorem præſumptio juris communis probare tenetur. 6.*
*Si poſſeſſio contra originalem naturam, à probando non relevat. 7.*
*Clericus & Vaſallus titulum edere tenentur. 8.*

CAſus facilis: Sum in poſſeſſione ingenuita- 1
tis, tu me libertinum tuum eſſe dicis, cujus
eſt probare? Reſp. tuum eſt probare, qvia qvaſi
poſſeſſio ingenuitatis me liberat à probandi one-
re; niſi ipſe ego velim onus probandi in me re-
cipere. Unde probatur; ſi aliqvis ut homo liber 2
ſe gerat, & in qvaſi poſſeſſione ſit libertatis, tunc
tibi, qvi eum ſubditum & adſcriptitium glebæ,
& proprium hominem eſſe dicis, incumbit pro-
batio Secus ſi homo proprius ex qvaſi poſſeſſio-
ne hujus ſervitutis in libertatem ſe velit vindica-
re. Deinde poteſt reus onus probandi in ſe reci- 3
pere, licet actor nihil probaverit. Sed dices ſtul-
tum fore reum, ſi cum abſolvendus foret, onus
probandi in ſe velit ſuſcipere. Reſp. hoc habere
in-

inſignem utilitatem; nam ſi ob defectum proba-
tionis abſolvatur, nudam ſententiam abſolutori-
am reportabit: Sed ſi ingenuitatem probaverit,
ingenuus pronunciabitur, qva ſententia contra
4 omnes utetur. Collige etiam, ei incumbere onus
probandi, qvi non eſt in poſſeſſione juris, de qvo
5 agitur. Exemplum regulæ in *l. 15.* ubi Titius à
Cajo pro filio habitus, fideicommiſſa ſolverat de-
functi fratribus, & qvietantiam acceperat, con-
troverſiam ſtatus ab iisdem fratribus patiebatur.
Qvo caſu negativa fratribus probanda, qvia Ti-
tius in qvaſi poſſeſſione filiationis; ideoq; non eſt
ratio deciſionis ponenda in confeſſione fratrum
defuncti, qvaſi ipſi ſcire præſumantur veritatem,
& eatenus illis credendum utentibus verbis e-
nunciativis, ut voluit *Ruinus vol. 5. conſ. 141 n. 10.*
Sed ratio deciſionis conſiſtit in qvaſi poſſeſſione,
ut rectè reſpondet *Ruino Menoch. conſ. 26c. n. 25.*
6 Qvæ ſententia tamen multis limitatur modis, ut
ſi contra poſſidentem ſit Jus Commune & præ-
ſumptio Juris; nam tunc poſſeſſori etiam injungi
poteſt probatio. *Carpzov. p. 1. conſt. 16. def. 23. Barb. Locupl. lib. 14. cap. 44. ax. 4.* Hinc in noſtra Facul-
tate anno 1664. die 29. Sept. & aliqvoties reſpon-
ſum memini: Probata poſſeſſione, vel qvaſi, Juris
venandi feras majores, non relevari poſſidentem
ab onere probationis. Idem in Decimis Eccle-
ſiaſticis; qvia illud Jure Regalium, ut in foro hoc
receptum, licet in Scholis diſputetur; hæ vero ſine
inſtitutione ſeu titulo à nemine poſſidentur. conf.
7 *Maſcard. de Prob. concl. 1202. n. 66.* Et ubi poſſeſſio rei
contra originalem rei naturam eſt, poſſeſſio non
relevat. Sic Eccleſiaſtica res non præſumitur;
ideo alicui rem, ut Eccleſiaſticam poſſidenti, injun-
genda probatio. *Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. c. 70. q. un. num. 2. Maſcard. d. l. num. 4.* Et Clericus titu-
lum ſuæ poſſeſſionis edere tenetur. *c. ordinarii 3. de Officio ordinarii in 6.* Et vaſallus feudum poſſi-
dens titulum edere tenetur. *Carpzov. p. 1. Jurispr. conſt. 27. def. 9.*

## ad L. Etiam. 16.

*SUMMARIUM.*

*Parentes ætatem liberorum præſumptivè probant.*

QVamvis alias parentes pro liberis teſtimonium perhibere non poſſint, per *L. teſtis. 9. infr. de teſtibus.* in ætate tamen probanda eorum teſtimonium validum. *c. 3. X. qui matrimonium accuſare &c. Maurit. de Reſtit. c. 317. Maſcard. de Probat. concl. 669. num. 7. Carpzov. p. 1. conſt. 16. def. 49. Farin. de teſtib. qvæſt. 54. numer. 177. & ſeq.* Ubi hoc declarat qvod præſumptionem faciat pro liberis & onus probandi transferat in adverſarium. *Farin. d. l. n. 178.*

## ad L. Cum de lege Falcidiâ. 17.

*SUMMARIA.*

H*Eres, ſi bona legatis ſufficere neget, hoc probare debet, niſi inventarium confecerit. n. 1.*

*Gloſſæ opinio rejicitur. 2.*

*In negativa ſe fundans, illam probare tenetur. 3.*

HEres à legatariis conventus, ſi neget tantum 1
in bonis eſſe, ut ſine læſione Falcidiæ poſſit
legata ſolvere, tenetur hanc negativam probare, in
qva fundamentum intentionis ponit; niſi pro ſe
inventarium perfectum habeat: qvo caſu contra-
rium probandum legatariis. *Covarr. lib. 2. reſol. c. 6. n. 4. Maſcard. concl. 887. n. 7. Brunus de Ceſſ. bonorum qvæſt. 4. princ. qvæſt. 6. num. 7. Decius in repet.*
*rubr. de novi operis nunciat. n. 37. & ſeq.* Et ideo 2
non poteſt ſubſiſtere opinio Gloſſæ hic, dum di-
cit, hæredem aſſerentem alia bona non eſſe qvàm
hæc, eo ipſo habere intentionem fundatam; licet
eam defendat *Surdus vol. 3. conſ. 154. n. 30.* Nam
ſic hæc lex verbis ſcripta eſſet. Et ideo illam
opinionem Gloſſæ, licet à multis probatam, re-
ſtringit ad caſum facti inventarii *Anton. Gabriel. lib. 1. tit. de probat. concl. 7. num. 12. & 15.* Colligi- 3
tur etiam eum, qvi fundamentum in negativa po-
nit, hanc debere probare. *Herculanus in tr. quis teneatur Negativam probare. Afflict. dec. 377. num. 4. Joh. Igneus in repet. l. neceſſarios. §. non aliàs ff. ad SC. Silan. n. 53.*

## ad L. Qvotiens. 18. §. 1.

*SUMMARIUM.*

D*Olus ab allegante probandus per validas probationes.*

DOlus regulariter non præſumitur, ſed probandus eſt, ſive agendo, ſive excipiendo allegetur. vid. *Maſcard. concl. 532. per tot.* Debet autem probari validis præſumptionibus. confer. *Menoch. conſ. 118. num. 35. & conſ. 214. n. 19. & conſ. 226. & ſeq. & conſil. 230. n. 47. & Dd. paſſim.*

## ad L. In Exceptionibus. 19.

*SUMMARIA.*

R*Eus exceptionem probare tenetur. n. 1.*

*Reus in exceptionis probatione deficiens, an ſtatim condemnandus. 2. 3.*

REus excipiendo fit actor, & ideo exceptio- 1
nem ſuam debet probare. *Pacian. lib. 1. de probat. c. 63. Donell. l. 25. c. 2. Camill. Borell. tom. 2. deciſ. tit. 2. num. 16. Dn. Mev. p. 5. dec. 227. num. 6.*
qvod limita ex dictis ad *l. 2. h. tit.* Sed qvid ſi 2
tentaverit probare per præſumtiones, & non ſuffi-
cienter probaverit, an debet condemnari reus?
Negat hoc *Dn. Mevius p. 4. dec. 316.* ſed qvod ul-
terior probatio ipſi injungenda, ſcil. ſi ſpes ſit
melius id probari poſſe, vel qvædam præſumptio-
nes ſint pro reo. Ideoq; alia ratio actoris, alia rei.
Ille ſi non probavit, tunc abſolvetur reus, ſed ſi
reus plene non probaverit exceptionem, non ſta-
tim condemnandus; ſed plenior probatio injun-
genda, niſi reus dixerit, ſe non alias habere. *Dn. Mevius. d. l.*

ad

## ad L. Verius. 21.

*SUMMARIA.*

*REi aliena legatæ ſcientiam habuiſſe teſtatorem heres probabit. n. 1.*

*Ignorantia deficiente contraria probatione, probata eſt. 2.*

*Qvid in ignorantia facti alieni. 3.*

1 QVando res aliena vel obligata legatur, lega-
tarius debet probare, defunctum ſciviſſe,
qvod aliena res fuerit, vel obligata. *hic & §. 4. Inſt.*
*de legat.* niſi legatarius ſit perſona conjuncta, per
2 *l. cum alienam 10. C. de Legatis.* Colligunt ex *h. L.*
ignorantiam eo ipſo probatam, cum contrarium
non probatur, *Socinus reg. 175. & 2. ſeq. Maſcard.*
*concl. 880. n. 1. & ſeq. Aug. Barb. lib. 9. c. 3. ax. 14. Gail.*
3 *lib. 2. obſ. 48. n. 22.* Qvamvis ignorantiam facti
allegans, præſertim, ſi præſumptionibus urgea-
tur, juramento eam confirmare teneatur. *c. cum*
*in tua §. fin. X. qui matrim. accuſare. Gail. d. l.*
*num. 24.*

## ad L. Eum qvi. 22.

*SUMMARIUM.*

*REs in eodem ſtatu manere præſumitur, niſi nova cauſa ſuperveniat.*

REs in eodem ſtatu manere præſumitur. *Menoch. conſ. 109. num. 82. & conſ. 148. n. 15. & conſ. 252. num. 10. Maſcard. concl. mihi 1083. per totum. & qvos magno numero refert n. 1.* præſertim in naturalibus *Maſcard. d. l.* Et ſemel malus in eodem genere malitiæ ſemper præſumitur. *cap. ſemel malus 8. de Reg. Jur. & ibi Petr. Peck. n. 7. Dn. Struv. Ex. 28. th. 18.* Interdum tamen præſumitur nova cauſa ſupervenire. *Men. l. conſ. 222. n. 45.*

## ad L. Si chirographum. 24.

*SUMMARIA.*

*CAncellatio inſtrumenti creditoris voluntate facta præſumitur. n. 1.*

*Ex chirographo cancellato an præſumatur debiti ſolutio? 2.*

1 CAncellatio inſtrumenti, qvod æs alienum con-
tinet, præſumitur facta voluntate creditoris,
& contrarium creditori probandum. *Maſcard.*
*concl. 256. n. 10. Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 21. Syntagm.*
2 *c. 18. n. 39 Menoch. lib. 1. pr. ſ. qu. 4. n. 2.* Sed ſi chiro-
graphum etiam cancellatum reperiatur apud de-
bitorem, tamen non præſumitur debitum eſſe ſo-
lutum, ſi ſit perſona domeſtica, aut creditori co-
habitans. Aliud ſi ſit extranea. *Rom. ſing. 643. vid.*
*Not. ad l. 2. ſupra de Pactis.*

## ad L. Cum de indebito. 25. pr.

*SUMMARIA.*

*PEcuniam indebitè ſolutam eſſe, actor probabit. num. 1.*

*Limitatio, niſi debitor ſolutionem negaverit. 2.*

*Ubi legitimis probationibus conveniendus. 3.*

*Extenditur hæc lex ad alia. 4.*

*Perſonæ certæ, ſi pecuniam indebite ſolverint, probatione indebiti non onerantur. 5.*

*Mulier & minor comparantur. 6.*

*Mulier ſaltem ex clauſula generali reſtituitur. 7.*

*Pro parte ſi indebitum petatur, actor probare debet. 8.*

*Cui probare incumbit, is poteſt juramentum deferre. 9.*

*Si chirographum cauſam non contineat hæc probanda eſt. 10.*

*Obligatio ſine cauſa nec inter mercatores obtinet. 11.*

*Limitationes. 12.*

*Si cauſa expreſſa, alter indebitum liqvido probare debet. 13.*

*Exceptio non num. pecun. qvando poſt biennium opponi poſſit. 14. 15 16.*

*Summa materia qvando & à qvo indebitum probandum ſit. 17.*

SI pecuniam indebite ſolutam velim repetere, 1
ego debeo probare, qvod ſit indebita; nam
præſumptio contra me militat, cum jactare ſuum
nemo præſumatur; ideoq; ſolvens regulariter
præſumitur debitor. *Maſcard. de probat. concl. mi-*
*hi 1527. n. 11.* Sed limitatur hoc: niſi reus negaverit 2
ſolutionem, ita ut ego coactus fuerim probare
eam; nam tunc reus debet probare eam fuiſſe
debitam, de qvo *Donell. lib. 25. c. 3. lit. C. & D.* mo- 3
do hoc modis legitimis, ſcilicet inſtrumentis
vel teſtibus, probaverim. Nam, ut recte hic Gloſ-
ſa, ubi legitima probatio reqviritur, non ſufficit
juramentum, *Alex. l. 2. conſ. 119. n. 9. Grammaticus*
*dec. 76.* Et deciſio hujus legis in aliis negotiis ſi- 4
milibus locum habet, per tradita. *Bald. in auth.*
*contra qui propriam n. 14. C. de non numerat. pecun.*
*Pacian. de Probat. lib. 1. c. 19. n. 20.*

*Ad §. 1.* Altera eſt exceptio ex perſona acto- 5
ris; ſi enim ille ſit pupillus, vel minor, vel mulier,
vel miles, vel agricola, qvi indebitum repetit,
reus tenetur probare, qvod ſit debitum. *Menoch.*
*lib. 2. arb. qv. ſt. caſu 194. num. 41. & ſeq. Herculan.*
*d. tr. n. 104. & alii.* Et ſic hic ignorantia proprii fa-
cti excuſat ob qvalitatem perſonæ contra regu-
lam in *l. 3. ff. de Jur. & Facti ignor. Hahn. ad We-*
*ſenb. in tit. de ignor. jur. & F. num. 3. verſu Minori-*
*bus.* Notetur hic æqviparatio fœminæ & minoris 6
ſcil. in certis punctis; qvæ recenſet *Oddus de reſt.*
*qv. 10. art. 2.* Et alias reſtituenda mulier non eſt.
*Dn. Mev. p. 1. dec. 133.* niſi ex clauſula generali, vel 7
in dote decepta. *vid. Odd. d. qv. 10. & l. 22. §. 2. ff.*
*ſol. matr.*

*Ad §. 2.* Qvi autem pro parte indebitam ſe pe- 8
cuniam ſolviſſe dicit, item ſi dicat ab initio de-
bitum fuiſſe, ſed poſtea ſolutum; vel ſe fuiſſe ex-
ceptione tutum; tunc ſine diſtinctione perſona-
rum actoris eſt probare, propter præſumptionem
con-

contra ſe militantem. *vid. Don. d. lib. 25. c. 3. & Cujac. ad h.l. tom. 1. p. 619.*

9 *Ad §. 3.* Cuicunqve onus probandi incumbit, poteſt juramentum deferre, ſi prius juramentum calumniæ reqviſitus præſtet, unde ſententia illa probatur, licet probatio mihi per ſententiam impoſita, poſſum tamen juramentum deferre, qvia judex non videtur partem reſtringere ad unum probationis genus; & latius ac benignius loqvendo delatio eſt qvaſi probationis ſpecies: & ſic deciſum in Tribun. Wiſm. refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 6.*

10 *Ad §. ult.* Qvando volo condicere cautionem tanqvam indebitam, tunc diſtingvitur, an cautio cauſam debiti contineat, an verò non; & hoc caſu cauſa probanda, à creditore, cui cautio expoſita; qvia eo ipſo ſine cauſa cenſetur facta promiſſio, dum illa in cautione non con-
11 ſpicitur. *Joh. Wammeſ. cent. 4. conſ. 1. num. 2.* Et ſic dubia eſt limitatio *Maſcardi concluſ. 345. n. 55.* qvod cautio ſine cauſa in Inſtrumento Gvarentigionato valeat. Et nec inter mercatores valere cautionem ſine cauſa, niſi mercator probaverit, volunt. *Pacianus de probat. lib. 1. c. 63. num. 22. & qvos refert Finckelthaus obſ. 79. num.*
12 *14.* conf. *Not. ad l. 40. de pactis.* Sed limitatur in judicialibus, per *d. l. 40. Carpzov. p. 1. c. 17. def. 40.* item ubi per conjecturas cauſa eruitur.
13 *Carpzov. d. l. d. 39.* Sed aut ea eſt expreſſa, & tunc ſtari debet cautioni; niſi per aliam ſcripturam probari poſſet, cautionem illam eſſe indebitam; qvia ſcriptura non facilè refellitur teſtibus. *l. generaliter. C. de non numer. pecun. Cujac. ad h. l. in fin. tom. 1. p. 619. Don. lib. 25. c. 8. lit. CC.* Ex hoc §. probat *Dn. Mevius p. 2. dec. 22.*
14 Exceptionem non numeratæ pec. opponi poſſe poſt biennium, ſi probationem in ſe ſuſcipere velit; ſed hoc concedo [illegible] evidentiſſima ſit probatio, præſertim per ſcripturam: nam ſi per teſtes vellet probare, contra inſtrumentum hoc
15 ſiqvidem vix admitterentur. At ſi in cautione nulla cauſa expreſſa, tunc cauſa v. gr. numeratio, actori ſemper incumbit. *per hunc §. Mev.*
16 *d. l.* Ideoqve hic notanda declaratio ſententiæ receptiſſimæ, qvod exceptio non numer. pecun. poſt biennium oppoſita, transferat onus probandi in reum; nam hoc intelligendum, ſi inſtrumentum cauſam debiti contineat, non alias. Qvomodo autem reus probare poſſit non eſſe ſolutam pecuniam, per exempla docet. *Hartm.*
17 *Piſt. p. 4. qv. 12. in fin.* Materiam probandi indebiti Dn. Lauterbach. *ad tit. ff. de condict. indebiti*, ex hac lege ita compendioſè in tabella repræſentat: Aut res ſoluta, aut tantum promiſſa. Si ſoluta, aut reus ab initio negavit ſolutionem, & convictus eſt; & tunc reus debitum fuiſſe probare debet. *hac l. 5. pr.* aut reus ſtatim confeſſus eſt: & tunc actor debet probare; niſi ſit perſona infirmioris judicii, vel imperita juris, ut mulier, pupillus, minor, miles vel ruſticus. Sed qvando actor non negat debitum, ſed exceptione ſe tutum dicit; vel pro parte condicit ſolutum; tunc indiſtinctè tenetur probare indebitum. *hac l. 25. §. 2.* Si tantum promiſſa pecunia, aut in promiſſione continetur cauſa debendi, aut non; illo caſu cauſæ falſitatem probare debet actor, hoc caſu creditor, qvi cautionem accepit, probare debet debitum. *h. l. 25. §. fin.*

## ad L. Procula. 26.

### *SUMMARIA.*

*Fideicommiſſum in calculationibus ſæpius omiſſum, remiſſum cenſetur. n. 1.*
*Reqviſita hoc caſu neceſſaria. 2.*
*An reqviſita hæc præciſè neceſſaria. 3.*
*Præjudicio hoc declaratur. 4.*
*Princeps ſi miniſtro primario qvid ſolvi juſſerit, an donatio præſumatur. 5.*
*Cognatus tacens pro conſentiente habetur. 6.*
*Si debitum dubium, legis hujus deciſio multo magis obtinet. 7.*

Remiſſio Fideicommiſſi colligitur, qvod Fidei- 1
commiſſaria illud non petierit a fratre, aliave perſona conjuncta, dum viveret, & tamen rationes inter eos ſæpius ſint calculatæ, neqve unqvam fuerit allegatum illud fideicommiſſum;
Ideoqve hæc reqviſita hoc in loco concurrunt: 2
1. Conjunctio ſangvinis. 2. Qvod non petierit. 3. Qvod rationes ſæpius calculatæ. *Rol. à Valle lib. 4. conſ. 65. n. 18.* Diuturnum tempus hic qvidam Dd. reqvirunt, ſed malè, qvia diuturnitatis hic nulla ſit mentio: ut rectè *Afflict. deciſ. 13. num. 12. Tiraqvell. de Retr. conſang. §. 1. Gloſſa 9. num. 154. Petr. Barb. ad l. qvæ dotis 34. n. 41. ff. ſol. matr. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 88. num. 17. & l. 3. Præſ. 135. num. 11. Berous v. 1. conſ. 191. n. 41. Maſcard. concl. 555. n. 38. Neviſanus conſ. 57. n.*
*16. & ſeq.* Æqvipollentia tamen indicia ſuffice- 3
re, nec hæc pro forma reqviri tradit *Barb. n. 44. & Riminald. l. 5. conſ. 493. num. 47.* Sed putarem, ſi unum vel alterum ex reqviſitis hujus legis deſideraretur, poſſe illud ſuppleri per temporis diuturnitatem. *conf. Maſcard. d. l. Wammeſ.*
*conſ. 1. in fine cent. 4. & conſ. 2. num. 8.* Et ſic in 4
ſpecie, ubi Pater mutuò dederat filiæ, & 2. Longum tempus interceſſerat, & 3. filia poſtea Patri mutuo dederat aliam ſummam, ubi nihil de illo debitum dictum, & Pater ſe arctè obligaverat ad reſtitutionem; filiæ donationem alleganti juramentum detulimus ſuppletorium, & pro donatione reſpondimus, menſe Januar. 1667. Sicut & aliis ex præſumptionibus interdum donatio præſumitur; ut in caſu, qvo perſona Illuſtris Principis alicujus Potentiſſimi Primario miniſtro 4000. thal. dari juſſit, nulla accepta recognitione; ubi donationem præſumſimus in Facult. Jurid. menſe Septembr. anno 1661. 1. qvia nulla recognitio data. 2. Extabant

egregia merita donatarii erga perſonam illuſtrem
6 in aula præſtita. 3. Erat perſona illuſtriſſima &
dives. Sic etiam tacentem ratione conjunctionis
haberi pro conſentiente, colligit ex hoc textu
7 *Dec. conſ. 267. n. 3.* Demum notandum, in for-
tioribus terminis huic legi locum eſſe, qvando
de debito ipſo contracto non ſatis conſtat. *Cepha-
lus l. 4. conſ. 534. n. 10. & ſeq.*

## ad L. Qvi Teſtamentum. 27.

*SUMMARIA.*

*Teſtator incapaci ex cauſa plus juſta legans, cauſam probare debet. n. 1. 2.*
*Perſonæ conjunctæ confeſſio ſuſpecta. 3.*
*Inter conjunctos facilè donatio præſumitur. 4.*

1 Teſtator ei (v. gr. hodie filio naturali, per *No-
vell. 89.*) cui non poterat ſolidum legare, le-
gavit unciam, deinde ei legat 100. qvæ teſtator ſe
debere dicit, & 150. collecta ex fructibus prædii
legatarii; ideoqve cauſas, cur plus uncia relin-
qvat, nimia diligentia adſcripſit, qvia bona ipſi-
us in ſua adminiſtratione habuit. Hæc duo le-
gata videntur in fraudem legis relicta, ergo le-
gatarius probare debet, ea verè deberi. *Cujac. ad
2 h. l. t. 2. pag. 634.* Colligunt confeſſionem debiti
in teſtamento facta incapaci videri in fraudem
legis factam, cum non præſumatur ſpe futuræ
numerationis. *Covarr. lib. 1. reſol. c. 7. n. 4. ver-
ſu 5. Sed qvod etiam. Petr. Barb. part. 6. l. 1. n. 31.
3 ff. ſol. matr.* Hinc etiam colligunt, perſonæ con-
junctæ confeſſionem videri factam in favorem al-
terius, & ſic ſuſpectam. v. gr. Confeſſio mariti de
accepta dote; niſi adminicula accedant. *Carpzov.
4 p. 1. dec. 59.* Et inter conjunctos facilius præſumi do-
nationem, cum aliis colligit *Berlich. p. 1. dec. 8. n. 1.*

## ad L. Si arbiter. 28.

*SUMMARIA.*

*In facto immemoriali probando, ſufficiunt teſtes de auditu. n. 1.*
*Modus articulandi in tali caſu. 2.*

Qvando ſupra memoriam rei, utrum hominum 1
memoriâ vel factum ſit, vel non ſit factum,
teſtes examinandi, ſufficit teſtimonium de audi-
tu, qvod audiverint à multis. *vid. Farin. qu. 69.
num. 125. & num. 127. Ricc. collect. deciſ. 383. item
673. Klock. vol. 1. conſ. 15. n. 11. & ſeq.* Ubi proponit 2
articulos circa immemorialem præſcriptionem
probandam: Daß ſie weder vor ſich ſelbſt anders
geſehen / noch auch von ihren Eltern gehöret /
deßgleichen / daß es über Menſchen Gedencken
eine gemeine Sage geweſen / ꝛc. *conf. idem Klock.
vol. 1. conſ. 29. n. 359.*

## ad L. Imperatores. 29. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Matris confeſſio de adulterio non nocet filio num. 1.*
*Neq; ſi mater convicta. 2.*

Matris confeſſio de adulterio non præjudicat 1
filio, qvaſi eſſet ex adulterio natus. *vid. Me-
noch. lib. 2. A. I. Q. caſu 89. n. 27. Alciat. de præ-
ſumpt. Reg. 3. præſ. 37. n. 4. & Gail. lib. 2. obſ. 97.
n. 8.* Imò ſi mater eſſet convicta, filius tamen 2
præſumitur legitimus. *Covarr. de matrim. p. 2. c.
8. §. 3. n. 8. Baſilius ad l. 6. de his qui ſui vel alieni
juris ſunt.* Unde rideri ſolet ille, qvi ex matris te-
ſtimonio ſe regno abdicaverat.

# TITULUS IV.

# De Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.

## Ad Rubric. & ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Inſtrumentorum ſignificatio & materia. n. 1.*
*Inſtrumenta qvotuplicia. 2.*
*Clericus an Notarius eſſe poſſit. 3.*
*An transſumptum Notarii probet ſine protocollo. 4.*
*Privata inſtrumenta qvando probent. n. 5.*
*Ex inſtrumento liqvido hodiè datur parata executio. 6.*
*Qvod variis modis limitatur. 7. 8. 9.*
*Si debitor exceptionem proponat, antequam conveniatur, an adhuc executivè agi poſſit. 10.*
*Executione jam cepta, nulla exceptio opponi poteſt. 11.*
*Forma inſtrumentorum publicorum remiſſivè. 12.*
*Qvando inſtrumenta in judiciis producenda. 13.*

Inſtrumenta propriè ſunt documenta literaria, 1
qvorum materia indifferenter eſt vel mem-
brana vel papyrus. *Dn. Mev. p. 1. dec. 8.* Et ſic et-
iam teſtimonia in ſcripturam redacta inſtrumen-
ta vocantur, abuſivè verò ipſi teſtes ita vocan-
tur. Notetur autem, inſtrumenta propriè ſic
dicta hic tractari, ut Probationis ſpeciem, & qvi-
dem notabiliorem; & ideò hic præponitur ma-
teria inſtrumentorum teſtibus. Inſtrumenta
ſunt autem duplicia: 1. Publica. 2. Priva- 2
ta. Illa vel judicialia, in judicio confecta & ſi-
gillo publico munita, vel Teſtamenta judici ex-
hibita

bibita & cataſtra; vel extrajudicialia: Hæc vel à
Notario publico confecta, vel ſubſcriptione
trium teſtium munita. A Notario confecta ut
valida ſint, reqviritur perſona capax, de qvo *Co-*
3 *varr. qv. pract. 19. num. 5.* Ubi qværit an etiam
Clericus in ſacris conſtitutus, Notarii officium
gerere poſſit? Ego non dubito creari eum poſſe
Notarium & Tabellionem, ita tamen ut in cau-
ſis Eccleſiaſticis, & in cauſis miſerabilium per-
ſonarum, utpote viduarum, pupillorum & ruſti-
corum, qvorum curam habent, ſaltem officium
hoc adminiſtrare poſſint, 1. Qvia non eſt vile
officium, ut præſupponunt diſſentientes. 2. Cle-
rici ſunt ordinarii tutores perſonarum miſera-
bilium, ut ex Codice Juſtin. apparet. 3. In
Eccleſiaſticis cauſis etiam Advocati eſſe poſſunt.
4 Sed an ſi protocollum, i. e. Originalis ſcriptura
Tabellionis non extat, Transſumptum poteſt
probare? affirm. qvia Transſumptum vires ſuas
habet ex ſe. *Covarr. d. qvæſt. 19. num. 3.* licet No-
tarius non ſervans penes ſe protocollum arbitrio
judicis puniri poſſit. *Menoch. l. 2. arb. qvæſt. caſu*
*370.* Ipſum protocollum etiam probat, de qvo
*Maſcard. de probat. concl. 1250. & Menoch. l. 5.*
5 *præſ. 20. num. 91.* Et privatis qvidem inſtrumen-
tis, ut Chirographis, Apochis, Epiſtolis, Ratio-
nibus, non creditur, niſi ſint ab eo, contra qvem
agitur vel excipitur, recognita, vel teſtibus, qvi
interfuerunt geſtis, confirmata, aut compara-
tione literarum ſtabilita. Publicis tamen plenè
6 creditur. Sed hodiè Inſtrumentis ex Statutis
& generali ferè conſvetudine acceſſit alia virtus,
ut ex inſtrumentis non tantum probetur; ſed
etiam ſi Publica Inſtrumenta proprie ſic dicta
exhibeantur in judicio, à Notario, cujus ſigil-
lum & manus cognita, confecta, aut ſigillo judi-
ciali confirmata, vel etiam Privata ſint recognita,
parata detur executio, ita, ut ſi exceptio ſit al-
tioris indaginis, ea rejiciatur in reconventionem,
& ex inſtrumento liqvido, ſeu Gvarentigiona-
to, detur executio: qvod in foro Saxonico non
tantum, ſed & ſummo Tribun. Wiſmar. rece-
ptum, teſte *Dn. Mevio p. 3. dec. 16.* etiam ex
inſtrumentis privatis recognitis. *Mind. de*
*Mandatis l. 2. c. 70. Dn. Mev. p. 3. dec. 179. num. 1.*
Et ubiq; in judiciis receptum eſſe teſtatur *Job.*
*à Sande l. 1. tit. 8. dec. 3.* ut niſi in continenti
ex ſcripto inſtrumento appareat exceptio, exe-
cutio fiat, citans *Argentræum, Imbertum, Mai-*
*nardum;* & ita, ut neqve poſtulata à minore
reſtitutione in integrum, fiduciaria conſignatio
impediatur. *Sand. d. t. def. 4.* Teſtatur id in
judiciis Brandenburgicis, Brunſvicenſibus, Me-
gapolitanis recepta obſervantia, & Ordinationes
7 judiciorum. Sed limitatur hæc obſervantia
I. Si exceptio naturâ inſit negotio, ut exceptio
non numer. pecuniæ. *Carpzov. p. 1. c. 8. d. 20.*
*Hartm. Piſtoris p. 4. qv. 12. num. 7.* II. Niſi ex-
ceptio ex eodem inſtrumento ſumatur.
*Hart. Piſt. p. 4. q. 10. num. 13. Carpzov. d. l. def.*
*17. num. 9.* ut etiam exceptio erroris calculi, &
Maced. SCti. &c. III. Niſi probatio exceptio-
nis intra terminum executioni à lege præſcri-
ptum fieri poſſit, ut de tali temperamento in
dicto tribunali adhibito teſtatur *Dn. Mevius p. 3.*
*dec. 319.* IV. Niſi agat ex inſtrumento liqvido is,
qvi non eſt in eo nominatus. *Dn. Mevius p. 5.*
*dec. 11.* V. Niſi agatur contra tertium non no-
minatum in inſtrumento. Nam contra tertium 8
executivè agi neqvit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 84.* Ex-
inde apparet deciſio *Carpzovii p. 2. dec. 15.* Si
qvis amiſerit inſtrumentum debiti, adhuc verò
habeat conſenſum Domini vel Magiſtratus, qvi
ſe referat ad ſummam creditam, qvod ex eo exe-
cutivè agi poſſit contra debitorem, non contra
tertium poſſeſſorem. Illius ratio eſt, qvia inſtru-
mentum ad aliud ſe referens valet, ſi inter eas-
dem verſemur perſonas. *vid. Notat. ad auth. Si*
*qvis C. de Edendo. Carpzov. p. 1. c. 17. def. 4. n. 7.*
Exc. VI. niſi debitor ſuper exceptione creditori 9
juramentum deferat, & creditor in propinqvo
ſit, nec aliqva calumnia metuatur. *Sande d. dec.*
*3.* aut VII. inſtrumentum non penes creditorem
ſit, ſed penes debitorem. *Dn. Mev. p. 5. dec. 167.*
Sed qvid ſi debitor præveniat creditorem, & 10
ſuam exceptionem per modum actionis ordina-
riæ proponat, ut ita creditorem beneficio ſtatuti
privet? Reſp. *Carpzov. dec. 52.* Creditorem præ-
ventum adhuc executionem liqvidi petere poſſe.
Sanè ſi executioni initium factum per refectio- 11
nem fruſtuli ligni, exceptionem in continen-
ti liqvidabilem non poſſe opponi; licet ante
executionem qvævis exceptio in continenti ve-
rificanda opponi poſſit, tradit *Carpzov. dec. 53.*
Forma inſtrumentorum publicorum à Notario 12
confectorum, habetur in informatione Notariis
præſcripta à Maximiliano I. de anno 1512 ad
qvam, qvia hanc Notarii procul dubio ſciunt,
vel ſcire debent, lubens me refero. Qvando au- 13
tem jure civili producenda inſtrumenta, de eo
conſtat id eſſe arbitrarium; ſed Jure Saxon. eſt ad
terminum probatorium reſtricta, cujus exceptio
eſt in inſtrumento originali, cujus copia in ter-
mino producta; nam originale poſtea produci
poteſt, de qvo Carpzov. plura *d. conſt. 17. def. 11.*
conf. qvæ dixi in *Proceſſ. civil. cap. 19. num. 12.*
*& 13.*

## ad L. Qvicunq;. 2.

### *SUMMARIA.*

*EXempla non probant ſine originali. n. 1.*
*Niſi juſſu judicis exemplificatum. 2.*
*Vel in Archivo repertum. 3.*
*Exemplum teſtamenti ab eodem Notario ſcripti, an probet. 4.*

*Exemplum manu tertii exaratum valet ut teſtimonium de auditu. 5.*

1 EXemplum inſtrumenti non probat, ſed ipſum originale producendum eſt *Covar. pract. qu. 21. n. 2. & ſeq. Col. de Proceſſ. execut. part. 3. c. 1. n. 44. & qvi allegantur in ax. Barb. lib. 5. c. 29.* adeo ut nec Fiſcus per exemplum probare poſſit.
2 *Wammeſ. cent. 4. conſ. 1. n. 9.* Sed probat exemplum, ſi Judex originale exemplificari mandet, ex juſta ſc. cauſa, v. gr. futura partis abſentia, vetuſtate, *&c.* & citatis iis qvorum intereſt. *c. fin. X. h. t. Mynſ. cent. 6. obſ. 73. Covarr. pract. q. 21. Maſc. concl. 712. & 928.* conf. *Proceſſ. meus civil. cap. 19.*
3 *num. 7.* Sic etiam topiæ in Archivo repertæ probant, ſcilicet, ſi etiam notâ Secretarii manu exaratæ & regiſtratæ. *Berlich. dec. 100.* nam ſolus locus cuſtodiæ vix hoc efficeret. *vid. Carpz. p. 1. c. 17. def. 38. Rulandus de commiſſ. p. 2. lib. 7. c. 8. n. 11. Koppen. dec. 46. Tuſchus concl. 550. lit. E. Mynſ. d. obſ. 73. cum 2. ſeqq. Menoch. l. 2. Præſ. 8. & ſeqq. Mind. de proceſſ. l. 2. c. 48. & qvos citat Dn. Struv. Exerc.*
4 *28. th. 31.* Et exemplum Teſtamenti, ab eodem Notario ſcriptum, probat, teſte *Mevio p. 5. dec. 148.* ſed ſaltem ſemiplenè. *Berlich. d. l. n. 4.* niſi alia adminicula concurrant; ut ſi inſtrumentum ejusdem Notarii manu ſcriptum reperiatur in Archivo; & præſertim, ſi antiqvitas temporis concurrat, qvo caſu exemplum plenè probare dubium non eſt. Et in his terminis, qvando manus Notarii, locus Archivi, & temporis antiqvitas con-
5 currit, nemo JCtorum facilè repugnabit. Alia autem Exempla manu tertii exarata, valebunt ut teſtimonium de auditu. *Cephalus conſ. 170. n. 12.* & faciunt præſumptionem *Cephalus conſ. 297. num. 16.*

## ad L. Repetita. 3.

*SUMMARIA.*

*DEbitor in fraudem aliorum creditorum diem præferens, non poteſt de falſo agere. n. 1.*
*Aliis tamen falſi qverela non denegatur. 2.*

1 DEbitor, qvi in fraudem creditorum aliorum fatetur ſe accepiſſe mutuum à Titio anno 1649. cum tamen hoc anno receperit; non poteſt Titium de falſo accuſare; qvia in falſum committendum ambo conſenſerunt. *P. Rebuff. ad L. 234. d. V. S. p. 1023. Cujacius tomo 1. p. 1612.* Sed 2
non negatur aliis competere qverelam falſi, in qvorum præjudicium præpoſteratio illa per colluſionem facta, per *l. 28. ff. ad l. Cornel. de falſis. & l. 15. C. h. t.* qvæ fraudes hodie familiares, & ideò qvando deprehenſæ, gravius erunt vindicandæ. *vid. à me Notat. ad l. 15. in commentar. Cod.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*SCriptura in dubio probationis cauſa adhibita cenſentur. n. 1.*
*Notoria probatione non indigent. 2.*

NOn ideò minus contractum negotium va- 1
lebit, qvod in ſcripturam redactum non ſit, cum etiam aliis modis id poſſit probari. Ex *h. & præc. l.* colligitur, ſcripturam in dubio probationis cauſa in contractibus adhiberi, non verò ut ſit de eſſentia contractus. *Vasqv. part. 1. lib. 1. illuſtr. c. 28. in fin. Maſcard. de probat. concl. 435. n. 8. & ſeqq. Kloch. vol. 2. conſ. 16. n. 117. confer. notata ad d. l. 4. de pign.* Colligunt etiam ex h. l. No- 2
toria, & qvæ in facto evidenti conſiſtunt, non egere probatione.

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*INſtrumenta penes qvem deponenda. n. 1.*
*Senior in Collegio cæteris, etiam Nobilibus præferendus. 2.*

QVando de Tabulis Teſtamenti agitur depo- 1
nendis, aliisqve inſtrumentis, qvæ multis communia, ea deponenda erunt apud ſeniorem aut honoratiorem, aut qvi ſexu aut conditione ſit potior. *vid. Notat. ad l. 5. ſupr. famil. erciſc.* Sed hoc intelligendum eſſe de eo caſu, qvando omnes inſtituti ſunt æqvaliter, notat *Curt. jun. ad l. procurator. 7. n. 2. C. de Edendo.* Ex hoc textu col- 2
ligunt; Seniorem in Collegio præferendum, qvod de dignitate, nobilitate, majore etiam, eo extendit. *Dn. Mev. p. 5. dec. 292.* ut Senior in Collegio Senatorum, Dicaſterii, etiam civici ordinis præferatur nobili genere juniori.

# TITULUS V. De Teſtibus.

## ad L. Teſtimonium, 1. §. 1.

*SUMMARIA.*

*TEſtis eſſe poteſt, qvi non prohibetur. n. 1.*
*Prohibitio verò ab allegante probanda. 2.*
*Numerus teſtium à judice coarctandus. 3.*
*Teſtis productus, ſed non citatus, an probet. 4.*

OMnes, qvibus non ſpecialiter interdictum 1
eſt, ad teſtimonium admittendi ſunt. *Speculat. in tit. de Teſtib. §. 1. num. 96. Weſenb. in π. h. t. num. 3. Ricc. deciſ. collect. 381. Maſcard. concl. 1363. num. 1.* Qvalitas enim repellens eſt accidentalis, qvæ non præſumitur, ſed probanda eſt. conf.
2 *Farin. de teſt. qv. 53. n. 1.*

3 *Ad §. fin.* Numerus teſtium à Judice refrenandus eſt: *hic & c. 37. & 52. X. h. tit.* Qvod tamen non faciet Commiſſarius, ſi Judex ipſi examen certorum teſtium delegaverit; nam tunc omnes examinabit, nec numerum deminuet. Sed Ordinarius Judex ſecundum conditionem cauſæ arbitrari debet, qvot teſtes reqvirantur; Nam ſi duo, tres vel qvatuor teſtes id uno ore aſſerant, qvid opus eſt plures examinare. Vid. *Farin. qv. 80. n. 114. & Ruland. de Commiſſar. p. 2. lib. 2. c. 10.*
4 confer. *Proceſſus meus Civil. c. 20. num. 58.* Cæterum ex hoc *§. fin.* probare vult *Ruland. de Commiſſ. l. 2. c. 2. num. 7.* qvod teſtes antea à Judice non citati, ſed à parte adducti, qvia non evocati nihil probent. Sed ea ſententia rejicitur à *Maſcard. de prob. qv. 5. n. 27. & ab Ummio de proc. D. 16. n. 57. & Dn. Mevio p. 5. dec. 303.* Teſtis evocan-
5 dus eſt, ſed abſens. Et licet gratificari voluiſſet producenti, ea tamen gratificatio in non cauſandis ulterioribus expenſis conſiſtit, & ſua incommoda vitare voluit, nec ſe ingeſſit. *Dn. Mev. d. l. conſ. proceſſ. meus Civil. c. 20. n. 42.*

## ad L. In teſtimoniis. 2. & ſeq. 3.

### SUMMARIA.

*Mores dignitati in teſte præferuntur. n. 1.*
*Teſtes ſi ſibi contrarii, qvibus plus credatur. 2.*
*Teſtes pauperes an ditioribus poſtponendi. 3.*
*Teſti utrinq; inimico creditur. 4.*
*Amicitia non repellit teſtem, ſed fidem minuit. 5.*
*Judici tamen hoc arbitrium ſalvum eſt. 6.*
*Aſſertio agonizantis, an proſit conjugi? 7.*
*Teſtium habilitas tempore depoſitionis attenditur. 8.*
*Qvid Judex in teſte attendere debeat? 9.*
*Teſtes verbis convenientes videntur ſuſpecti. 10.*
*Teſti veriſimiliora deponenti magis creditur. 11.*
*Idem in teſte digniore & affirmante. 12.*
*Modus probandi præſcribi non debet. 13.*
*Qvid de probatione per famam ſentiendum. 14.*
*Sola fama indicium ad torturam non facit. 15.*
*Scripta teſtimonia non probant. 16.*
*Crimina an inſtrumentis probari poſſint. 17.*
*Producens teſtes ad impenſas tenetur. 18. 20.*
*Teſti an honorarium ſolvendum? 19.*
*Puberes, an & qvando teſtes eſſe poſſint. 21.*
*Judicio publico damnatus, teſtis eſſe neqvit. 22.*
*In teſtium evocatione inſpicienda conſvetudo loci. 24.*
*Si Civitas jure de non evocando gaudeat, an Commiſſarii intra mœnia teſtem examinare poſſint? 25.*
*An evocatio teſtis licita ex modo jurisdictionis dependet. 26.*
*Judex, ſub qvo teſtis eſt, vel remittere eum vel ipſe examinare poteſt. 27.*
*Teſtes cogi poſſunt ad deponendum. 28.*
*Teſtes peregrinos producturus, de calumnia jurare debet. 29.*

QVod in *l. 2.* dicitur, ſcilicet in teſtibus attendi debere dignitatem, fidem & morum gravitatem, ita tamen ut mores dignitati præferantur, ſecundum *Gloſſam ad l. 2.* & fidei multum derogat vacillatio teſtis, id *in l. 3.* fuſius declaratur. Nam ſi teſtes ſibi invicem contradicant, magis creditur maſculis qvàm fœminis, peritis qvam imperitis; ſenioribus qvàm junioribus, honoratis qvàm vilioribus, &c. *Farin. qv. 65. num. 114. & ſeqq. Carpz. lib. 3. reſp. 95. num. 4.* Probat etiam hic textus ditiores præferendos eſſe pauperioribus. *Farin. d. qv. 65. num. 117.* modo pauperes non præcellant moribus. *Farin. d. l. n. 118. Speckhan cent. 1. qv. 38. n. 25.* Et videntur ſuſpecti eſſe illi tantum, qvi extrema egeſtate laborant. *Chriſtin. vol. 3. dec. 27. n. 9.* & videat Judex, an ejusmodi ſint, qvi lucri cauſa ad facinus qvodvis videantur prompti. *Wiſſenb. diſp. 43. th. 30. Dn. Struv. th. 38. & conf. Ant. Matth. ad l. 48. ff. tit. 15. c. 2. n. 10.* Inimicitia etiam multum derogat fidei teſtis, *per hunc textum*, niſi ſit utriusqve inimicus. *Carpz. p. 1. c. 16. def. 56. Rite. deciſ. collect. 453.* Colligitur etiam ex *hoc princ.* Amicitiam, imò magnam familiaritatem, qvæ inter producentem & teſtem intercedit, non repellere teſtem ſimpliciter, licet minuat fidem; niſi ex conditione perſonæ, qvod ſit gravis & fide digna, hæc exceptio tollatur. Ideoq; qvanta fides teſtibus amicis adhibenda, judicis arbitrio committendum. *Farin. qv. 55. n. 241. & ſeq. Maſcard. concl. 86. per tot. Umm. d. D. 16. n. 25.* Nec enim amicitia Judicem ſtatim ſuſpectum indiſtinctè facit. *Menoch. l. 2. arb. J. qv. caſu 152. n. 12.* Aſſertio defuncti, etiam agonizantis, non poteſt prodeſſe ipſius conjugi, ob ſuſpicionem falſi; ſed ſi in agone hæc dicat, pro uno teſte habetur; & vidua ſuo juramento poteſt id ſupplere. *Dn. Mev. p. 3. dec. 330.* Colligit etiam ex hoc textu *Gail. lib. 1. obſ. 105. n. 8.* qvalitatem teſtis conſiderandam eſſe, qvalis eo tempore fuerit, qvo in teſtem productus eſt, non qvalis poſtea extiterit. Judicis igitur eſt diſpicere, qvanta fides tribuenda ſit teſti, & qvanta ſit dignitas; præſertim debet conſiderare, an iisdem verbis omnes teſtes utantur; ex qvo præſumitur qvod præmeditatè loqvantur: item videndum, an veroſimilia deponant. Hæc *in §. 1.* Colligitur 1. Si teſtes omnino in verbis etiam conveniant, præſumuntur præmeditatè loqvi, & ſubornati eſſe. *Farin. d. qv. 65. num. 24.* Colligitur etiam ex hoc textu, & ex *l. 21. §. ult. h. t.* teſtibus veroſimiliora deponentibus, licet numero paucioribus, magis credi, qvàm minus veroſimilia deponentibus. *Farin. d. qv. 65. num. 128. Maſcard. concl. 1364. n. 8. Menoch. l. 2. A. I. Q. caſu 526. n. 24.* Et dignioribus magis creditur. *Menoch. d. l. num. 2.* & affirmanti magis creditur, qvàm negantibus.

(right margin numbers: 1 at "attendi", 2 at "contradicant", 3 at "eſſe pauperioribus", 4 at "derogat", 5 at "Amicitiam", 6 at "qvanta fides", 7 at "Aſſertio", 8 at "Gail.", 9 at "Judicis", 10 at "omnino", 11 at "Colligitur etiam", 12 at "dignioribus")

13 *Ant. Gabr. tit. de teſtib. concl. 4.* Non poteſt præſcribi certum genus probationis, neqve ad certum genus adſtringendus qvisqve eſt. *§. 2. hujus legis.* Sic ſi qvis velit probare per teſtes, poſtea per documenta, unius electio non eſt alterius excluſio; ſi qvis voluit probare per teſtes, per documenta & argumenta & ſuccubuit, habet integram juramenti allegationem: qvi ſuccubuit in prima inſtantia, poteſt in ſecunda deferre juramentum. *Dn. Mevius p. 4. dec. 5.* & ſemper cui probatio injuncta, poteſt juramentum deferre. 14 *Mev. d. p. 4. dec. 6.* Nonnulla etiam per famam probantur, ſi ea à viris honeſtis orta, qvamvis hodiè in tantâ libertate, (licentia volui dicere,) hæc non ſit adeò prægnans indicium, vel probationis genus. Non poſſum qvin apponam de fama judicium magni JCti. *Dn. Joh. Ott. Thaboris in tr. de Tortura ad art. 25. Conſt. Carol. §. 16.* Reſpondebo, inqvit, hoc amplius, aliqvando viros honeſtos videri, & non eſſe; ſed variis vitiis intus & in cute ſcatere atq; obnoxios eſſe. Qvotusqvisq; enim mortalium, licet in dignitate conſtitutus, non illis ſuccumbit vitiis, ut obtrectationes libenter audiat, nova undecunq; conqvirat, invidia aut æmulatione corripiatur. Videas etiam eruditos aliqvando viros, maximè qvi conſcientiam non usqve adeò adſtrictam habent, & Satyricis ingeniis præditi ſunt, non tantum oblectari detractionibus, ſuſurris, ſarcaſmis, cavillationibus; ſed easdem etiam voce & calamo malignè diſſeminare, atq; in eo campo qvàm lubentiſſimè vires ingenî & eloqventiæ ſuæ experiri. Qvot convivia, qvot ſympoſia numerabis inſtituta, In qvibus proximus abſens, ac ſæpius innocens, materiam fabulæ ac lætitiæ non præbuerit. Hic prima qvæſtio eſt, qvid novi? Reſpondet alter, nihil admodum: ajunt tamen hunc commiſiſſe ſtuprum, illum adulterium, illum furem, hunc veneficum eſſe. Unde enim homini obſcuro tanta eruditio? qvomodo tàm facilè tàm miraculosè emergeret, qvi infimæ conditionis erat, niſi malis Dæmoniorum, ſive ut eruditi vocant, ſpirituum familiarium artibus uteretur? Hæc a viris, in ſpeciem gravibus & honeſtis, ſine circumſpectione enunciata circumſtantes pueri, ancillæ, famuli, excipiunt, & paſſim vulgant. Ecce tibi famam ab honeſtis viris 15 ortam. Hæc *Dn. Thabor.* Cætera qvæ de fama dicuntur paſſim alibi reperies, in *Farin. Carpzov. Frebero & aliis.* Sanè ſi ſola fama ſit, & nuda, neqve probationem efficiet, nec indicium ad torturam; ſed ſi aliæ præſumptiones concurrant. *Dn. Thabor d. l. §. 18.* Si tamen fama ſit conſtans, negari neqvit, famam valde adminiculari unico teſti, ut ex *hoc §.* probant *Boër. dec. 288. n. 2. Farin. q. 140. num. 66. & qvos refert Finckelth. obſ.* 16 *85. num. 8.* Alia eſt autoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, qvæ recitari ſolent: unde colligas, ſcripta teſtimonia non habere vim probandi, per *§. 3. hujus legis Covarr. l. 1. reſol. c. 13. num. 6. Maſcard. lib. 1. de prob. qv. 5. num. 11. Roland. de Commiſſ. p. 2. lib. 2. c. 15. Boër. dec. 1. n. 38.* Porrò etiam inferunt Dd. ex *§. hoc 3.* hujus legis, 17 crimina non poſſe probari per inſtrumenta. *Farin. q. 84. Clarus §. fin. q. 54. Maſcardus de probat. qv. 5. num. 14.* qvam ſententiam ex profeſſo impugnat *Ant. Matth. ad lib. 48. pand. tit. 15. c. 5.* & probat non ſolum falſi crimen; aut famoſi libelli, ſed & Ambitus, Repetundarum, Peculatus, Reſiduorum, Cædis, Veneficii, Majeſtatis, probari tabulis vel inſtrumentis poſſe. Collige etiam, pro- 18 ducentem teſtes ad impendia teneri; *hic & l. 11. & 16. C. h. t.* qvo & ſumptus itineris & alimenta ac ſportulæ pertinent. *Covarr. ad c. peccatum. p. §. 3. n. 2. Pet. Barb. ad l. 79. num. 223. ff. de judic. Menoch. l. 2. A. Qv. caſu 310. num. 19. Surdus de alimentis tit. 1. q. 62. Ruland. de Commiſſ. p. 1. lib. 3. c. 13. num. 3.* Nam & teſtibus, qvi labore dictim ali- 20 menta qværunt, aliqvid loco ſalarii arbitrio Judicis debetur. *Gmttan. l. 1. diſc. for. c. 57. n. 6. Gail. l. 1. obſ. 99. num. 8. Surdus d. tr. tit. 4. qv. 8. num. 3. Ilmm. d. diſp. 16. num. 56.* Et ſi ab utroqve producantur, utrinq; ſumptus expediendi. *Farin. q. 67. Surdus d. t. 4. qv. 21. n. 2. Gail. d. obſ. 99. in fin.* In *§. 5.* removentur liberti, item impuberes, qvi 21 tamen qvalecunq; indicium faciunt, ſi pubertati ſint proximi. *Maſcard. concl. 1253. n. 8. Farin. qv. 56. num. 18. & n. 44.* Receptum etiam eſt, puberem teſtari poſſe de his, qvæ in pupillari ætate, vidit. *Maſcard. concl. 1253. n. 11. Farin. qv. 58. n. 52. Ilmm. D. 16. num 5. Carpzov. p. 1. c. 16. d. 55. Dn. Struv. exer. 28. th. 38.* qvod tamen negare videtur *Zaſ. h. 1. n. 4.* per *l. fin. tit. ſeq.* Sed cum in teſtimonio dicendo potius conditio teſtis, prout ſe habet tempore depoſitionis attendenda; non puto recedendum à ſententia communi: præſertim ſi de tali actu notabili ſermo, qvi captum pueri non excedat. v. gr. cur non de vulneratione, de blaſphemia, de præſentia hujus vel illius teſtificari poſſit. *Carpz. d. l.* Item judicio publico damnati 22 repelluntur, ſive per accuſationem ſive per inqviſitionem damnati ſint. *Far. qv. 56. num. 7.* Prohi- 23 betur etiam, qvi in publica cuſtodia detinetur, de qvo in *l. 30.* qvi in beſtiis pugnavit ob turpe lucrum, qvæ ſe proſtituit, vel qvi ob teſtimonium dicendum vel non dicendum pecuniam acceperit, & ſim. In *§. ult.* habetur, qvod teſtes 24 temerè evocandi non ſint per longum iter, nec milites avocandi à ſignis; ſed in materia hac attendenda eſt conſvetudo loci ejus, in qvo judicatur. *Coler. de proc. execut. part. 1. c. 3. n. 200. & 204.* Cauſa legis eſt ne teſtibus officium damnoſum & producens nimis oneretur. Multæ tamen civitates acqviſiverunt privilegium de non evocandis civibus, ideoq; articuli Senatui à Dicaſterio transmittendi. Qvær. tamen, ſi Com- 25 miſſarii Principis intra mœnia vellent teſtes examinare, vel Princeps ibi Dicaſterium conſtituiſſet,

ſet ; an privilegio adhuc locus ſit? Sed cum in
beneficio iſto non data facultas, ut ſolus exami-
naret teſtes, in alio judicio productos ; ideo de-
ciſum eſt in Tribunali Svec. non eſſe iſto caſu
privilegio locum. *Dn. Mevius p. 3. dec. 151. conf.*
26 *Rauchb. qvæſt. 13. p. 1.* Imo attendendus etiam eſt
modus jurisdictionis, qvam qvævis civitas tenet,
ut ſciatur, qvid ſuperiori liceat, an evocare poſ-
ſit, non conſulto Magiſtratu civico. *Dn. Mev. de
jure Lubec. l. 5. tit. 3. art. 4. numer. 21.* In civilibus
putarem melius evocationem à ſuperiori omitti
propter expenſas. *Trentacinq. lib. 2. reſol. tit. de te-
ſtibus reſol. 10. numer. 5.* conf *Borchold. vol. 2. conſ.
26. per totum. Nov. 96. c. 5.* Et licet Commiſſarii
Cameræ mediatos ſubditos evocarint, contra-
dictum tamen fuiſſe à nonnullis ſtatibus refert
*Gail. l. 1. obſ. 98. numer. 2.* conf. *Rauchb. p. 1. d. qv. 13.*
qvi hunc ;. tamen nimis reſtringere videtur.
27 Colligitur etiam ex hoc §. in evocandis teſtibus
conſvetudinem eſſe obſervandam. Sicuti etiam
dictum ſuperius *num. 24.* Licet ergo in jure di-
ſtingvatur, ut dixi, utrum cauſa principalis ſit
civilis an criminalis, ut eo caſu judex cauſæ poſ-
ſit petere, ut judex teſtium ordinarius examinet,
in his vero ipſe judex interroget; conſvetudine
tamen invaluit, ſi teſtis ex longinqvo evocan-
dus, ut judex ab alio judice imploratus in ſubſi-
dium electionem habeat, ut aut acceptis Rever-
ſalibus remittat teſtes, aut vero ipſe examinet ad
articulos à judice transmiſſos. conf. *Manz. in cent.
dec. q. 54. Rauchb. q. 13. num. 9. Colerus de proc. exe-*
28 *cut. p. cap. 7. num. 44.* Collige ergo, teſtem cogi
poſſe ad deponendum à judice ordinario, Dele-
gato, ac Commiſſario Principis. Et ideo in Ca-
mera Spir. commiſſionibus inſeri ſolet clauſula, ut
Commiſſarius reluctantem compellat. *Rul. ind. de
commiſſ. p. 2. l. 2. c. 7. num. 10.* In Tribunalis Wiſm. or-
dinatione hæc poteſtas Commiſſariis ipſo jure
29 data. *Dn. Mev. p. 4. dec. 314.* Colligi etiam ex *d.
§. fin.* poteſt: Si qvis producere verbaliter velit
teſtes peregrinos, præſumi malitioſe hoc fieri; niſi
juramento malitiæ ſe purget. *c. præſentium. 2. in 6.
h. t. Carpz. p. 1. c. 16. def. 32.*

## ad L. Lege Julia. 4.

### *SUMMARIA.*

*AFfines ad teſtimonium compellendi non ſunt. num. 1.*
*An idem in cauſis pecuniariis. 2.*
*Exceptio ſi veritas aliter haberi non poſſit. 3.*
*Teſtes etiam in Criminalibus compelli poſſunt. 4.*
*Commiſſarius, an teſti multam dictare poſſit. 5.*

1 PRopter vinculum affinitatis non compellen-
di ſunt teſtes, ut contra ſocerum, generum,
vitricum, privignum, teſtimonium dicant. *Go-
mez. t. 3. c. 12. num. 24. Menoch. l. 2. A. Qv. caſu 487.
Clarus §. fin. qv. 24. num. 22. Umnius D. d. 16. th. 5.*
idem magis in ſangvinis vinculo. *Far. qv. 54. per
tot.* Et hoc extenditur in ſeq. ad ſponſum filiæ.
Sed hoc qværitur ; an hæc lex cum ſeq. ad pecu- 2
niarias etiam cauſas videatur pertinere? Videtur
qvod non, qvia tempore legis Juliæ non pote-
rant compelli teſtes in pecuniariis cauſis; ſed
affirm. qvia poſtea Juſtinianus in cauſis civili-
bus etiam teſtes compelli poſſe ſtatuit, & in *l. 16.
C. h. t.* ipſe caſum hujus legis non obſcurè exci-
pit. *Anton. Matth. ad l. 48. digeſt. tit. 15. c. 2. numer.
13. Donell. de teſtib. cap. 9. Struv. th. 41.* Sed limita- 3
tur hæc deciſio legis; ſi veritas aliter haberi non
poſſit. *Crotus de teſtibus p. 5. num. 5.* & ſic uxorem
contra maritum, generum contra ſocerum in ci-
vilibus admiſſum refert *Sande t. 10. def. 3.* Colli- 4
gitur ex hac L. à contrario ſenſu regulariter te-
ſtem ad teſtimonium perhibendum compelli
poſſe; qvod jus canonicum limitat in crimina-
libus, fortè ex hac erronea cauſa, qvod teſtis in
cauſa ſangvinis videatur irregularitatem contra-
here. Sed erronea hæc cauſa eſt. Ideoqꝫ verius,
hodie teſtem etiam peregrinum indiſtinctè com-
pelli poſſe. Ideoqꝫ *c. 10. de teſtibus cog.* nonnul-
li de eo caſu intelligunt, qvando alii haberi non
poſſunt. *Cujac. ad d. c. 10. Umm. d. D. 16. numer. 39.*
Sed qvicqvid ſtatuat jus Canonicum, in judiciis
noſtris teſtes compelli etiam in criminalibus
poſſunt, ad deponendum; ſed commiſſarium ta-
men mulctam indicere non poſſe, tradit *Gail. l. 1.
obſ. 100. n. 12.* ſcilicet niſi lex vel Delegans hanc
poteſtatem tribuat.

## ad L. Idonei. 6.

### *SUMMARIA.*

*TEſtibus ſubjectis vinculum ſubjectionis & juramenti relaxandum. 1.*
*Debitor an in cauſa creditoris poſſit eſſe teſtis. 2.*
*An uxor pro marito? 3.*

NOn ſunt idonei teſtes, qvibus imperari po- 1
teſt, ut ſint teſtes, ideoqꝫ noſtris moribus
vinculum ſubjectionis & juramenti talibus ſolet,
& omnino debet remitti, qvoad præſentem
examinis actum. *c. 38. X. h. t. Ruland. de Commiſſ.
p. 1. lib. 5. c. 11. & p. 2. c. 9. num. 4. Carpzov. p. 1. C.
16. def. 64.* Et hoc extendunt ad debitorem, qvod 2
in cauſa creditoris teſtis idoneus non ſit, qvia
qvodammodo à creditore ipſi imperari poteſt.
*Carpzov. d. l. d. 67.* qvæ ratio valde remota. Ex 3
hac L. probant, uxorem teſtimonium perhibere
non poſſe pro marito, ita nec contra maritum,
*Farin. qv. 54. num. 219.* niſi veritas aliter haberi
non poſſit. *Farin. d. l. n. 221.*

## ad L. Inviti. 8.

### *SUMMARIA.*

*SEnes ad teſtimonium non compellendi. n. 1.*
*Sacerdos an ad confeſſionem revelandam compelli poſſit? 2. 3.*

1 LIcet teſtes ſub certa mulcta ad teſtimonium
perhibendum compelli poſſint, *toto titulo de
Teſtibus cogendis*, non tamen compellendi ad te-
ſtimonium dicendum ſunt ſenes, qvod qvidem
committunt arbitrio judicis, qvis ſenex ſit, *Maſc.
concl. 1302. incip. ſenectute in fine l. 1. Gail. obſ. 92. n.
7.* nemo tamen dubitabit, qvin anno 70. ſenex re-
putetur; intelligunt ergò Dd de 70. ætatis anno.
*arg. l. 3. ff. de jur. immunit. l. 1. C. qui ætat. Far. qv.
78. n. 60.* Excuſantur itidem valetudinarii, milites
2 & Reipubl. cauſa abſentes. Sed ſacerdos non po-
teſt compelli, ut confeſſionem ſibi factam ediſſe-
rat. *c. 12. de pœnit. c. 13. de exceſſ. prælat. Gail. l. 1. obſ.
100. n. 5. Farin. qv. 52. n. 93.* niſi verſetur confeſſio
3 in delicto committendo, aut periculum ſit, ne
opprimatur innocens, ubi tamen à nomine con-
feſſi, qvantum fieri poteſt, abſtinendum. *vid. Ga-
briel. l. 7. tit. 7. de maleſic. concl. ult. n. 17. Menoch. lib. 2.
arb. qvæſt. caſu 180. n. 21.* & ſic intelligi poteſt *Farin.
qv. 51. n. 104.*

## ad L. Idoneus. 9.

### *SUMMARIA.*

*PAter in cauſa filii, & contra, teſtis eſſe neqvit. n. 1.*
*Exceptio in cauſa matrimoniali & ætatis. 2.*
*Mater non facilè producenda. 3.*
*De affinis teſtimonio. 4.*

1 PAter filio, aut contra, teſtis idoneus non eſt
*l. parentes. 6. C. eod.* & idem in matre. *Carpzov.
p. 1. C. 16. d. 48.* Imò nec volentes contra ſe mutuo
admittuntur. *d. l. 6. Carpzov. d. l. c. 16. d. 50.* qvam re-
gulam multis ampliat *Farin. qv. 54. n. 146. & ſeqq.
Eneck. de privil. Parent. privil. 17.* per *c. 3. X. qui ac-
2 cuſare matrimonium.* communiter limitant in ne-
gotio matrimoniali & probanda ætate, per *c. ſuper
eo X. de teſtib. Carpz. p. 1. juriſpr. conſt. 36. def. 49. Ga-
briel. tit. de teſtib. concl. 9. Cypræus de ſponſ. c. 14.*
3 Sic mater pro filia teſtis eſſe poteſt. *Decius conſ.
363. Zaſius conſ. 10. & duob. ſeqq.* Sed cautè proce-
dendum eſt, ſi producatur mater, nam ſi ex alio-
rum atteſtatis appareat intentio actoris vel actri-
cis probata, cui bono mater examinetur? Si verò
matris teſtimonium profuturum videtur pro-
ducenti, ſatis maturè aliis examinatis mater exa-
4 minari poteſt, ut ſvadet *Dn. Mevius part. 4. dec.
258.* Ita & in aliis negotiis non omninò nullam me-
retur fidem affinis in teſtem productus, ſed defe-
ctus, ejus numero ſuppletur. *Maſcard. con-
cluſ. 68. numer. 15. & conſ. 1082. numer. 8. Natta
conſ. 52. n. 20. Farin. qv. 54. n. 68. & ſeqq. Gabriel. in
tit. de teſtib. concl. 5.*

## ad L. Nullus. 10.

### *SUMMARIA.*

*NEmo in re ſua teſtis idoneus. n. 1.*
*Qvod & procedit in conſorte cauſæ, & haben-
te aliqvod intereſſe. 2. 3.*
*Socius qvando admittatur. 4.*
*An civis in cauſa univerſitatis poſſit eſſe teſtis? 5.*
*Venditor an pro emptore poſſit eſſe teſtis. 6.*
*Dictum agonizantis, an ad torturam ſufficiat. 7.*
*Qvid juris in ruſtico, qvi ab alio vindicatur. 8.*

NUllus idoneus teſtis in re ſua intelligitur, de 1
qva regula *Farin. qv. 60. part. 1. & Maſc. concl.
1364.* Et hoc extendunt 1. ad conſortem cauſæ. *Dn.* 2
*Mev. p. 5. dec. 65.* 2. ad eum, qvi habet intereſſe in
cauſa ſecundarium, ſi modo ſit neceſſarium & im-
mediatum, per *l. 1. §. 11. ff. quando appell.* ut ta-
men hoc intereſſe teſtem non repellat, ſed fidem
minuat. *Farin. d. qv. 60. num. 9. & tota parte 1.* &
tunc admittitur. Sed cum aliqvando ruſticus 3
vindicaretur, ruſticus idem pro teſte admiſſus,
qvod non appareret magnum præjudicium ruſti-
ci, ut refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 6.* Socius etiam vel 4
conſors litis non poteſt repelli, poſtqvam adver-
ſario non contradicente admiſſus ad juramen-
tum. *Seraphinus de privileg. juram. privileg. 120. n.
3. Berlich. deciſ. 264.* Sic & ſocius idoneus in re
communi admiſſus ſi cauſam defenſionis ſepa-
ratum habeat, per *l. 10. §. ult. ff. d. appell. Menoch.
de arb. jud. qvæſt. caſu 474. Maſcard. concl. 131. n.
288. & ſeqq.* De ſocio criminis vid. *not. ad l. 11. C.
h. t. & Maſcard. concl. 1318. Boer. dec. 310. & alii.* Huc 5
pertinet etiam illa qvæſtio, an civis in cauſa uni-
verſitatis teſtis eſſe poſſit? Et receptiſſima illa
ſententia, diſtingvens, an cauſa univerſitatis im-
mediatè commodum ſingulorum concernat, an
non; ut illo caſu non ſit idoneus, ſed bene hoc
caſu, ſi præſertim vinculum remittatur. *Farin.
qv. 60. num. 495. & ſeqq. Maſcard. concluſ. 1313. Tren-
tac. lib. 2. de teſtib. reſ. 4. Carpzov. p. 1. C. 16. def. 65.
& 13. reſp. 3. Menoch. l. 2. A. qvæſt. caſu 106. Um-
mius d. D. 16. n. 32.* Sic nec venditor ratione rei ven- 6
ditæ poteſt eſſe teſtis pro emptore, qvia obligatus
eſt ad evictionem, *Carpzov. p. 1. C. 16. def. 68. Ce-
phal. lib. 1. conſ. 21. n. 16.* licet contra emptorem de-
ponere poſſit. *Cephal. d. l. numer. 17.* Aliam limita-
tionem vide *in Proceſſu meo civili cap. 20. numer. 16.*
Dictum agonizantis ad torturam ſufficere tradit 7
*Hippol. de Marſil.* qvod tamen ſine adminiculis
non facilè concesſerim, licet hoc valde laudet
Marſil. ruſticum tamen ſi vindicetur ab alio; & 8
lis ſit inter poſſeſſorem & actorem de illo ſervo,
poſſe teſtimonium ferre de jure in ſe competen-
te, qvia parum intereſt, cui ſerviat, tradit *Dn. Me-
vius p. 2. dec. 6.* Sed hoc intelligo niſi intereſſe ſit
magnum aut notabile ac notorium.

## ad L. Ad fidem. 11.

### *SUMMARIUM.*

*Rogatio teſtium, an & qvando ſit neceſſaria?*

NOn eſt neceſſe, ut teſtis ad negotium, de qvo
agitur, contrahendum fuerit rogatus, ut in
teſtamentis reqviritur, qvod evidens eſt in cri-
minibus, qvæ rogatis teſtibus rarò committun-
tur

tur. Sed nec in civilibus rogatione opus eſt, niſi in teſtamentis, de qvo alibi, & in divortiis. *l. 9. ff. de Divort.* & profeſſione ſolutæ pecuniæ. *Nov. 90. c. 2. Wiſſenb. ad h. tit. th. 32.*

## ad L. Ubi, 12.

### SUMMARIA.

*IN teſtamentis qvando duo teſtes ſufficiant? n. 1.*
*Duo teſtes ad ſponſalia publica ſufficiunt. 2.*
*Explicatur L. 18. C. h. t. 3.*
*Uni teſti qvando credatur. 4.*
*Notario extra officium non creditur. 5.*

1 UBi teſtes reqviruntur, duo ſufficiunt, niſi leges in ſpeciali caſu plures reqvirant, ut in teſtamentis ſcil. condendis, licet conditis teſtamentis, qvando tenor ejus probandus, etiam duo ſufficiant, ut judicatum meminit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 13. n. 2.* & in Facultate noſtra ita reſponſum ſcio: ſed ſolius Notarii aſſertioni non eſſe credendum, ibidem notat *Mev. d. dec. 13.* Sic etiam ſi conjectura voluntatum ultimatum probanda ſit, ea poterit per duos teſtes probari, ut *Mantica de tac. & ambig. convent. l. 12. tit. 16. num. 2. & ſeqq.*
2 *Carpz. p. 3. Juriſpr. c. 13. def. 33.* Ex hac lege colligitur: ſi duo adhibiti teſtes, ſponſalia non eſſe habenda pro clandeſtinis. *Carpz. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 34.* qvi idem eſſe ſtatuit, ſi clandeſtina ſponſalia coram duobus teſtibus ratificentur; nam hanc ratificationem ſubſiſtere, contra *Maſcard. concl. 1035. num. 5.* tradit *Carpz. d. l. def. 35. num. 7.*
3 Sic & in *l. 18. C. h. t.* qvinqve reqviruntur teſtes; qvæ tamen lex ad eum caſum reſtringenda, ubi ſcriptura ad eſſentiam obligationis pertinet. *Sande tit. 10. def. 1.* Licet fortè dici poſſit legem illam 18. non obſervari. Gronwegen *ad d. l. 18.* Nec placet qvod *Cephalus tradit l. 3. conſ. 348. n. 3.* contra præſumptionem juris tres teſtes reqviri. Regulariter ergo duo Teſtes ſufficiunt. *Maſcard. concl. 1325. n. 13. Far. qv. 63. n. 246. Carpzov. d. conſt. def. 39. & Marſil. ſingular. 47. Borell. t. 2. tit. 5.*
4 *Tuſchus concl. 278. & ſeq. l. t.* E diverſo unius teſtimonio non ſtatur, ne qvidem in ſummariis v. gr. matrimonialibus. *Carpzov. in Juriſpr. Eccleſ. l. 3. c. 42.* niſi verſemur in ſummariiſſimo judicio, vel apparitor de expedito negotio ſibi à judice commiſſo, & ita de proprio facto deponat, vel Notarius de contractu, ſuper qvo reqviſitus inſtrumentum fecit, teſtimonium perhibeat, vel conventum, ut unius ſtaretur depoſitioni; qvas aliasqve exceptiones proponit *Farin. qvæſt. 63. & multis ſeqq. qvi multos citat.* Addi poteſt *Zaſ. h. t. num. 21. Dn. Struv. th. 36.* conf. *Wiſſenbach. h. t. th. 32. Maſcard. concl. 118. & ſeq. Camill. Borell. t. 2. deciſ. tit. 4. Cevall. q. 494. Anton. Gabriel. tit. de teſtib. concluſ. 1. Card. Tuſchus concluſ. 280. & ſeq. lit. T.*
5 Qvod autem de Notario diximus, non eſt extendendum ad caſum, ubi extra officium ſuum deponere debet; nam ibi non habet vicem duorum teſtium, ſed unius; nec ei creditur niſi jurato. *Dn. Mev. p. 3. dec. 171.*

## ad L. Qvæſitum, 13.

### SUMMARIA.

*INfames non ſimpliciter à teſtimonio arcentur. num. 1.*
*Differentia juris Civilis & Canonici hoc caſu. 2.*
*Teſtis idoneus & exceptione major qvomodo differunt. 3.*

CAlumniæ damnatus non arcetur omnino à 1
teſtimonio, ſed non eſt teſtis omni exceptione major; ex qvo colligunt, infames non ſimpliciter arceri à teſtimonio. *Maſcard. concl. 1363. Umm. diſp. 16. n. 9. Farin. qvæſt. 56. Bach. in Tr. diſp. 5. vol. 2. th. 8. lit. B.* Et hinc notare ſolent dif- 2
ferentiam inter jus civile & Canonicum. Illo enim non omnes infames repelluntur, ſed tantum qvidam, nec enim furti condemnati, nec injuriarum, nec depoſiti. &c. ut ex *l. 3. §. 5. h. t. & hac l. 13.* apparet. Sed jure Canonico omnes infamia notati repelluntur, etiam qvi non ſunt condemnati judicio publico, ſed qvorum crimen probari poteſt. *c. 13. X. h. t. & ibi Panorm. num. 4. Farin. qvæſt. 56. n. 129. Bachov. in Treutl. diſp. 5. th. 8. lit. B. Donell. l. 25. c. 9. Umm. d. diſp. 16. n. 9.* conf. *Farin. qvæſt. 56. & Maſcard. concl. 1362.* Sed putatem jus Civile potius hic attendendum, ne facultas probandi nimis conſtringatur. Et ideo 3
differunt teſtis idoneus, & omni exceptione major: omnis teſtis exceptione major eſt idoneus, ſed non omnis idoneus eſt omni exceptione major. *Carpzov. l. 3. Juriſpr. Eccleſ. def. 44. n. 3. & ſeq.* ubi utilitatem hujus diſtinctionis oſtendit in juramento ſuppletorio. Nam hoc non defertur, ſi unus teſtis idoneus depoſuerit, ſed ſi ille teſtis ſit omni exceptione major. *Carpzov. d. l. n. 7. & p. 1. juriſpr. For. conſt. 23. def. 4.* Sic etiam fratres, affines, proxenetæ, teſtes ſunt idonei, ſed non omni exceptione majores. *Carpz. d. def. 43.*

## ad L. Qvi falsò. 16.

### SUMMARIA.

*FAlſitas teſtis qvomodo coërcenda? n. 1.*
*Contra teſtem variantem qvomodo procedendum. 2.*
*An teſtis variantis primæ an ſecundæ aſſertioni ſtandum? 3.*
*Teſti varianti, ſed in continenti ſe corrigenti ignoſcendum. 4.*

TRia delicta teſtium hic recenſentur, qvæ ju- 1
dex cauſæ principalis punire poteſt. 1. Falſitas, ſi contra veritatem deponat. 2. Variatio, ſi ſibi ipſi contradicat. 3. Si non attenta impoſitione ſilentii dicta ſua partibus revelet. Primum vitium qvod attinet, eſt id deteſtabile, & poteſt teſtis falſus criminaliter pœna corporis afflictiva, imo etiam ſupplicio ultimo affici, qvando teſti-

monio

monio ſuo vitæ innocentis nocuit. Et adeo de-
teſtandum hoc ſcelus, ut nec Clericis teſtibus de
falſo convictis parcatur in foro ſeculari, per
textum canonizatum in *auth. Presbyteru. C. de
epiſc. & cler.* niſi qvod Canoniſtæ putent, pœ-
nam corporalem Clerico à judice ſeculari non
poſſe infligi, ſed remittendum eſſe ad ſuum judi-
cem. Et præterea teſtis falſus tenetur etiam par-
2 ti ad intereſſe. *vid. Farin. qu. 67. §. 1. per tot.* Se-
cundum vitium eſt variatio, qvando variè re-
ſpondet & ſibi contradicit, & is primò de falſo
puniri poteſt, per hunc textum canoniſatum in
*c. qui falſo c. 4. q. 3. collata lege eos ff. de L. corn. de
falſo*, qva de re prolixe agit *Farin. qu. 66. part. 2.
per tot.* Deinde teſtis varius poteſt torqveri, ut
cognoſcatur, in qvo tandem perſiſtat, de qvo
3 *Farin. d. quæſt. 66. part. 3. per totum.* Sed qværitur
hic, an depoſitioni primæ, an ſecundæ creden-
dum? Prior communiter etiam Cameræ Spiren-
ſi placuit, qvia poſterior ſubornata creditur *Mynſ.
c. 2. obſ. 86. Farin. d. quæſt. 66. parte 4.* Illud cer-
tum, ſi aliud coram Notario, aliud coram judice
4 dixerit, huic ſtandum eſſe. *Mynſ. c. 6. obſ. 14.* Plane
ſi in continenti ſe correxerit, veniam merebitur,
vel in prælectione depoſitionum in continenti
facta. Nam lapſus memoriæ præſumendus. *Zaſ.
h. t. n. 23. per c. 7. de teſtib. cog. Farin. qu. 66. num. 229.
Covarr. l. 2. reſol. c. 3.*

## ad L. Ex eo. 18.

### SUMMARIA.

*Mulieres extra caſum adulterii teſtes eſſe poſ-
ſunt. n. 1.*

*Admittuntur etiam in Criminalibus & teſtamentis
imperfectis. n. 2.*

1 Eſt hic inſigne exemplum argumenti à con-
trario ſenſu. *Mantica de conject. ult. vol. lib. 3.
tit. 15. num. 9.* Qvia lex Julia ſpecialiter in adul-
teriis mulieres teſtari prohibet, ideoq́ in aliis ju-
diciis non ſunt arcendæ. *vid. Farin. quæſt. 59. per
tot.* Alia autem ratio teſtamentorum, alia inve-
ſtiturarum ſuper novis feudis, ubi teſtes maſcu-
li, nec tamen omnes, ſed pares curiæ intervenire
2 debent. Ex hac L. colligitur, mulierem in cri-
minalibus non repelli, idq́ in Imperio Romano
obſervatur; ſed in teſtamentis imperfectis, jure
tamen approbatis, valet teſtimonium, ut in
codicillis, teſtamento ad pias cauſas, inter libe-
ros, & ſim. Item qvando amiſſo teſtamento de
ejus contentis agitur. *vid. Farin. quæſt. 59. num. 64.
& ſeqq.*

## ad L. In teſtimonium. 20.

### SUMMARIA.

*Criminis in judicio reus factus, teſtis eſſe neqvit.
num. 1.*

*Nec minor 20. Annis in criminalibus. 2.*

Non debet teſtis produci, qvi in publico ju- 1
dicio rei locum ſuſtinet; interim tamen
eum admitti poſſe expectato cauſæ eventu pu-
tat *Far. quæſt. 55. art. 4.* ut, qvantum valeat ejus
depoſitio, ex eventu pendeat unde *Carpzov. qu.
114. n. 42.* etiam ad accuſatorium proceſſum hanc
*l. 20.* reſtringit, & non habere locum tradit in pro- 2
banda defenſione. *Carpzov. d. l. n. 43.* Arcetur et-
iam in criminalibus minor 20. annis, niſi veritas
aliter haberi non poſſit. *vid. Farin. qu. 58. num. 2.
Maſcard. de concl. 1253. n. 7.*

## ad L. Ob carmen. 21.

### SUMMARIA.

*Ob carmen famoſum damnatus, eſt inteſtabilis.
num. 1.*

*Magiſtratus & judex, an teſtis eſſe poſſit. 2.*

*Homo vilis teſtis eſſe neqvit. 3. 4.*

*Quæ vilitas potiſſimum ex improbato vitæ genere
æſtimanda. 5.*

*Si teſtes contrarii, qvibus plus credatur. 6.*

*Teſtibus dignioribus magis creditur. 7.*

*Qvid ſi teſtes in loco ac tempore diſſentiant. 8.
9. 10.*

*Diſcrepantia modica non nocet. 11.*

*Si teſtes varient, in dubio pro reo pronuncian-
dum. 12.*

Ob famoſum libellum damnatus non poteſt 1
teſtimonium perhibere, & ſic inteſtabilis eſt.
*l. 18. §. 1. de teſtib. can. fin. C. 4. qu. 3.* Magiſtratus 2
poteſt eſſe teſtis, *§. 1. hujus legis.* & hoc munus
declinare non poteſt, ſi in teſtem producatur,
licet Prætor ſit; qvod tunc verum eſt, ſi ipſe non
eſt ſententiam dicturus. Sane poſt ſententiam
ipſius teſtimonium admittitur, ſi judicavit, &
tantum de declaratione ſententiæ agatur. *vid.
prolixa quæſtio apud Menoch. de A. J. Qu. lib. 1.
quæſt. 73. per totam. Add. Proceſſum meum civil. c.
20. n. 19.* Si teſtis ſit homo vilis ob vile vitæ ge- 3
nus, v. gr. arenarius, ei non creditur ſine tormen-
tis, *l. 21. §. 2. h. t. Farin. quæſt. 56. numer. 439. & 443.*
præſertim cum arenarius corpus ſuum venale
circumferat. *Dn. Thabor de quæſt. c. 5. num. 21.* Sed 4
qvær. an indiſtincte hoc verum ſit in vilibus ho-
minibus? Dn. Thabor *de quæſt. c. 5. n. 57. & ſeq.*
negat; & ideo hanc legem non de cauſa torturæ,
ſed de effectu & fide atteſtatorum intelligit; & cer-
tum eſt, debere talem caſum eſſe, ubi veritas ali-
ter haberi non poteſt. Sed hanc legem non 5
debemus de pauperibus, ruſticis, lictoribus, in-
telligere, ſed de iis, qvi talibus ſunt moribus, &
profeſſionis legibus improbatæ; nam pauper-
tas neminem vilem reddit. Si atteſtata videan- 6
tur contraria, ea potiora ſunt, qvæ negotio aptio-
ra, veriſimiliora & vero propiora, licet numero
pauciora. *§. ult. hujus legis. Men. lib. 2. A. Qu. caſ.
326. Gabr. concl. 4. de teſtib. Carpz. p. 1. c. 16. def. 44.*

Teſti-

Teſtibus etiam in ſpecie, & contra proprium
commodum deponentibus magis creditur
7 qvàm aliis. *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 45.* Unde pro-
batur, teſtibus etiam dignioribus magis credi,
licet contrarii ſint numero plures. *c. 32. X. h. t.*
*Farin. qvæſt. 65. num. 119. Carpzov. d. l. p. 1. c. 16. def.*
*43.* Farin. i. d. *in ſeqq.* limitat: niſi exceſſus digni-
tatis parvus, aut numerus teſtium valde ſuperans.
8 Sed qvid ſi teſtes in tempore aut loco diſſen-
tiant? Certum qvidem eſt, qvando in genere
aliqvid probandum, tunc licet diſſentiant in lo-
co ac tempore, tamen ſingulares non ſunt, ut, ſi
juriſdictio, vel jus venandi, vel poſſeſſio proban-
da. *Gloſſa hic. Cravetta conſ. 151. num. 13. Carpz. p.*
*1. conſt. 16. def. 41. Hippol. Rimin. l. 4. conſ. 363. num.*
9 *161.* Sed ubi tempus vel locus eſt de ſubſtantia
actus, tunc tempus præciſè probandum eſt; & ſi
diſcordent in tempore aut loco, ſunt ſingulares.
*Farin. qvæſt. 64. num. 78. & qvos refert Berlich. dec.*
*97. numer. 3.* ut ſi in tempore ſe fundet ille, qvi
vult probare, vel ſe adſtrinxerit ad illud proban-
10 dum. *Berlich. dec. 97. numer. 4. & 5.* Sed licet qvis
voluerit probare tempus certum, id autem non
pertineat ad ſubſtantiam actus, id certe proban-
ti non præjudicaret; nam qvid probandum vel
probatum ſit, non in arbitrio partium, ſed judi-
11 cis conſiſtit, de qvo alibi. Diſcrepantia verò mo-
dica teſtium non præjudicat, qvo minus plenam
faciant probationem. *Carpzov. p. 1. conſt. 16. def.*
12 *42.* In dubio, qvando teſtes ſunt æqvalis numeri
& fidei, pro reo pronunciandum. *L. Favorabilio-*
*res. ff. de reg. jur.* niſi actor ſit perſona privilegia-
ta. *Carpz. d. c. 16. def. 46.*

## ad L. Produci. 23.

### *SUMMARIA.*

*In cauſa criminali qvi ſemel teſtimonium contra aliqvem dixit, iterum contra eum produci neqvit. num. 1.*

*Certi caſus, ubi & inhabiles teſtes admittuntur. 2.*

*Qvod declaratur. 3.*

1 QVi antea in reum teſtimonium dixit, pro-
duci in eum amplius non poteſt, i. e. qvi
ſemel in reum alicujus criminis depoſuit (ſecus
in civilibus) non poteſt amplius contra eum
produci: præſumitur enim ex eo, qvod ſæpius
contra eundem producatur, aliqva inimicitia ca-
pitalis, & qvod ejus ſangvinem ſitiat. Et qvam-
vis gloſſa aliqvot intellectus legis hujus propo-
nat, videtur tamen hic aptiſſimus. *Duar. lib. 1.*
*diſp. anniverſ. 29. Ant. Matth. de crimin. ad l. 48.*
*ff. tit. 15. c. 2. pag. m. 731. Ronchegallus ad tit. de*
*duobus Reis. in rubric. num. 42. Wiſſenbach. diſp. 43.*
2 *th. 34.* Ex hac lege etiam probatur qvod illi, qvi
prohibentur produci, non debeant admitti; *hic*
*& l. 19. & 18. h. t.* qvod tamen limitant Dd. ubi
factum difficilis probationis, vel crimen ſit ex-
ceptum & cæteris atrocius; vel teſtis exami-
nandus ſuper rei defenſione. Item in cauſa ma-
trimoniali, & ubi agitur de peccato vitando,
item ſi adverſa pars, qvam Productum vocant,
admittat expreſsè vel tacitè, ſi cauſa ſit ſumma-
ria, ſi contra producentem aliqvid deponant, ſi
alterius conteſtis dignitas adminiculari poſſit.
*vid. Tiraq. qvæſt. 62. Gabriel. d. t. concl. 5. Carpzov. 1.*
*conſt. 16. d. def. 53. 54. & 64.* Sed in his limitatio- 3
nibus diverſæ qvæſtiones videntur confundi 1. an
teſtis inidoneus & prohibitus admittendus ſit? &
hoc regular. negatur. 2. an teſtis aliqvo modo
inhabilis, ſed non prohibitus, admittendus ſit? &
hoc aff. reſervata producto exceptione contra
perſonam teſtis. *Farin. d. qvæſt. 62. n. 350. M. ſiard.*
*con. l. 695.* 3. Qvalem fidem mereatur teſtis non
ex omni parte idoneus, & non omni exceptione
major? & ad hanc illa limitatio pertinet, ſi à con-
teſte ſuppleatur fides.

## ad L. Teſtes. 24.

### *SUMMARIA.*

*Domeſtici teſtes qvi dicantur? n. 1.*

*Teſtes inhabiles planè repellendi. 2.*

*In certis caſibus domeſtici teſtes admittuntur. 3. 4. & ſeqq.*

DOmeſtici teſtes ab accuſatore producti re- 1
pelluntur. *hic & l. 3. C. eod.* per qvos intelli-
gimus, qvi in eadem domo habitant. *Far. qvæſt. 55.*
*num. 7.* etiam mercenarii. *c. 24. X. h. t. Farin. d. l. n.*
*14. Trentac. tit. de teſtib. reſol. 1. Gabriel. d. t. concl.*
*10. Cothman. l. 1. conſ. 15. num. 46.* Ideoq; teſtes pla- 2
nè inhabiles plane repellendi. *Dn. Mev. p. 5. dec.*
*218.* Sed ſi negotium tale ſit, qvod non poſſit ali- 3
ter niſi per domeſticos probari, tunc domeſtici
etiam admittendi, per *l. conſenſu 8. §. ſervis C. de*
*re jud. Far. qv. 55. n. 163. Carpzov. juriſpr. Eccl. d.*
*43. n. 15.* Imò eo caſu uxor admittitur, per tradi- 4
ta *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 51.* ubi, maritum con-
tra uxorem ſemper compelli poſſe ad teſtimoni-
um ferendum, tradit. Sed & in criminalibus gra-
vioribus uxor contra maritum poteſt deponere,
ne delicta maneant impunita. *Carpzov. d. l. def. 52.*
Fratris teſtimonium non omninò reſpuendum.
*Carpzov. d. l. def. 53.* ſuſpectum tamen eum teſtem
eſſe, negari neqvit. Famulorum teſtimonium in 6
iis factis, qvæ domi patrata, omninò admittendum,
cum vix aliter probari poſſint, per trad. *Carpzov.*
*d. l. def. 54.*

## Ad L. fin.

### *SUMMARIA.*

*Advocatus in cauſa ſui Clientis teſtis eſſe neqvit. num. 1.*

*Nec in ſecunda qvidem inſtantia. 2.*

*Limitationes qvædam ſubjiciuntur. 3.*

*Qvod in Advocatis, idem in tutoribus & adminiſtratoribus obtinet. 4.*

*Judex in negotiis à ſe geſtis teſtis eſſe neqvit. 5.*

Ad-

Digitized by Google

1 ADvocatus in eà cauſa, in qva patrocinium
præbuit, teſtis produci non poteſt, ſcil. ob
affectionem, qvam habet ad cauſam. *vid. Farin.
qvæſt.60. num.156. ſeqq. Vinc. de Franch. deciſ.222.
Surd.dec.190. Gvido Pap. deciſ.45. Maſcard. concl.66.
Anton. Fab. in Cod. h.t. def.19. Carpzov. p.1. conſt.16.*
2 *def. 59.* qvod etiam in ſecunda verum eſt inſtan-
tia, licet jam Advocatus non ſit. *Maſcard. concl.
66. num. 4. Farin. d. l. num. 161.* qvia in cauſa hac
vertitur intereſſe exiſtimationis Advocati. *Sande
deciſ. Friſ. lib. 1. tit. 10. def. 4.* niſi alius teſtis ha-
3 beri non poſſit. *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. 60.* Sed in
inſtrumentis deſcribi poteſt ut teſtis. *Farin. d. qv.
n. 182.* Et contra Clientem produci poſſe teſtem
& compelli putant *Maſcard. d. l. n. 9. Sande d. l. in
fine & Far. n. 170.* ubi tamen *num. ſeq.* monet, ut
Advocatus, qvantum fieri poteſt, abſtineat à tali
teſtimonio. Et ſanè in iis, qvæ ipſi ſecreto com-
municata ſunt, Advocatum ſe juſtè excuſare
poſſe, putarem cum *Berlichio p. 1. deciſ. 101.* ubi *n.
6.* plures citat, & *Dn. Struvio d. l. th. 40. Chriſtin.
vol. 1. dec. 583.* Grönwegen *in LL. abrog. ad hanc l.*
Qvod de Advocatis dictum, extenditur in hac le- 4
ge ad executores negotiorum, ſcil. tutores, cura-
tores &c. qvod etiam ad adminiſtratores publi-
corum negotiorum refert cum *Campegio, de teſtib.
reg. 63. in pr. Dn. Mev. p. 2. dec. 86.* Et ſic tutor ad-
verſus pupillum teſtimonium perhibere non
compellitur. *Berlich. p. 2. dec. 266. num. 10.* ubi id
*num. 11.* ad curatorem mulieris ad litem extendit;
qvod tamen poſtea examinat. Certe de iis idem
dixerim, qvod de Advocatis antea dictum, pro
pupillis durante tutela invalidum eſſe teſtimoni-
um. *Carpzov. p. 1. conſt. 16. def. 57.* qvod limitat
*ſeq. def.* niſi agatur lis per actorem Sed & eo caſu
integrum teſtimonium non erit, ob tutoris in-
tereſſe & favorem cauſæ. Judex etiam in iis, qvæ 5
ipſius honorem concernunt, an ſententia juſta ſit
an non, an ſolemnia teſtamenti adhibuerit, vel
non, idoneus & fide dignus teſtis non eſt. *Carpz.
d. conſt. 16. def. 61. & 62.* Nec Notarius in ea cauſa,
qvæ coram eo geſta eſt. *Carpz. d. 63.*

# TITULUS VI.
# De Juris & Facti Ignorantia.

## ad L. Ignorantia. 1.

### SUMMARIA.

*Ignorantia variæ diviſiones. n. 1. & ſeqq.
Ignorantia facti qvot uplicitèr committatur.*

1 IGnorantia alia eſt facti, alia juris; qvæ diviſio
2 variis exemplis hic declaratur. Deinde alia
ignorantia pura, ſeu puræ negationis, alia
cum errore conjuncta. *vid. Dn. Struv. exerc. 28.*
3 *th. 51.* Alia porro vincibilis, alia invincibilis. Alia
facti ignorantia ſupina, alia probabilis. Illa vel
affectata vel craſſa tantum. *De Habn. hic ad We-*
4 *ſenb.* Ignorantia facti autem verſatur vel circa fa-
ctum ipſum, vel circa facti circumſtantiam, v. gr. ſi
qvis corrumpat conjugatam eam habens pro ſo-
luta: ubi qvidem non in totum, ſed in tantum
excuſatur. *Zœſ. h. t. n. 5.*

## ad L. In omni parte. 2.

### SUMMARIA.

*Ignorantia facti excuſat, non juris. n. 1.
Ignorantia qvando præſumatur. 2. 3.
Ignorantia facti juramento probatur. 4.
Exceptio. 5.
Pœna ignorata non relevat. 6.
Qvando ignorantia facti non excuſet. 7.*

1 IGnorantia juris non excuſat, ſed facti, cum jus
finitum ſit; facti vero interpretatio etiam
2 prudentiſſimos fallat. *Gail. l. 2. obſ. 48.* Ignoran-
tia facti alieni non notorii præſumitur, & con-
trarium ab adverſa parte probandum. *l. fin. ff.
pro ſuo. Dn. Struv. th. fin. Zœſ. hic num. 1.* Ignoran- 3
tia juris non præſumitur in eo, qvi jus debebat &
poterat ſcire, cui tantum ex æqvitate in damnis
ſuccurritur. *Molina de juſt. & jur. tr. 5. diſp. 78. n.
3. Struv. exerc. 28. th. 27.* Ignorantia facti, qvia 4
in intellectu & conſcientia conſiſtit, juramento
probatur ejus, qvi eam allegat. *Gail. d. obſ. 48. n. 23.
& obſ. 105. n. 7.* Excipitur autem, qvando ignoran- 5
tia non eſt veroſimilis. *Natta conſ. 130. n. 6.* & agitur
de maximo præjudicio alterius *Cacher. dec. 71. n.
46.* conf. *Maſcard. concl. 801. n. 12. Klock. vol. 2. conſ. 51.
n. 99. Men. l. 6. præſumpt. 23.* Nec prodeſt ignoran- 6
tia juris, ſi pœnam ignoravit, prohibitionem ſci- 7
vit. *Zœſ. h. t. n. 5.* Sed qvod de ignorantia facti dici-
tur, qvod ſcilicet excuſet, fallit in qvibusdam ca-
ſibus, ut in L. Aqvil. dejectis, & effuſis; in crimine
falſæ monetæ, ſi me neſciente in domo mea id pa-
tretur. *l. 1. C. de falſa. mon.* & ſi qvis det operam
rei illicitæ. *Habn. ad Weſenb. hic n. 3.*

## ad L. Plurimum. 3.

### SUMMARIUM.

*Ignorantia facti proprii qvando probabilis ſit.*

IGnorantia facti alia eſt proprii, alia alieni. Illa
improbabilis; excipiuntur tamen facta antiqva,
intricata, non notabilia; excipiuntur perſonæ ma-
gna negotiorum mole obrutæ, qvæ per alios qvid
expediunt; vel ſi de damno vitando agatur, &
ſim. *vid. Men. l. 6. præſumpt. 23. Maſcard. concl. 880.
n. 41. & ſeqq. Weſenb. in II. n. 3. & ibi Dn. Habn. &
ſeqq. Gail. l. 2. obſ. 48. n. 20. Dn. Struv. th. 60. Zœſ. n.
8. Wiſſenb. diſp. 43. th. 41.*

ad

## ad L. Nec ſupina. 6.

*SUMMARIA.*

*Supina ignorantia non excuſat. n. 1.*
*Qvod explicatur. 2.*
*Ignorantia ejus, qvod palam factum, non præſumitur. 3.*

1 NEc ſupina ignorantia excuſat. *Fmckelth. obſ. 8. n. 14.* Nec tamen ſcrupuloſa inqviſitio
2 exigitur. *Hill. in Donell. lib. 1. cap. ult. lit. E. Menoch. lib. 2. A. J. Q. caſ. 562. num. 88. Tinqv. de retr. conſang. & 35. gloſſ. 4. num. 35. Card. Tuſchus concl. 16. lit. I. A. Barb. l. 9. c. 3. ax. 12. Dn. Struv.*
3 *d. ex. th. 59. Oddus de reſt. p. 1. qv. 18. art. 10.* Et ejus qvod palam factum ignorantia non præſumitur. *Klock. vol. 1. conſ. 11. n. 322.*

## ad L. Juris ignorantia. 7.

*SUMMARIA.*

*Juris ignorantia qvando proſit? n. 1.*
*An proſit in conditione indebiti. 2.*
*Reſpondetur contrariis. 3.*

1 JUris ignorantia non prodeſt acqvirere volenti, ſuum verò petentibus non nocet. Exemplum in *l. 10. C. h. t. Carpz. p. 3. juriſpr. conſt. 15.*
2 *def. 42. Donell. lib. 14. c. 14. Zaſ. n. 7.* Ex qva lege Dd colligunt, qvia error juris in damno rei ſuæ amittendæ nemini nocet, nec nocere illi, qvi indebitum ſolvit, qvo minus ſolutum repetere poſſit; nam aliàs damnum incurreret. Et ita veteres ſenſere, à qvibus recentiores paſſim recedunt, ut *Harpr. §. 1. num. 54. inſt. qvib. mod. re contr. Wiſſenb. diſp. 43. th. 41.* Sed veterem ſententiam in æqvitate conſiſtentem defendit *Franck. ad tit. de condict. indeb. num. 29. & ſeqq. Carpz. p. 3. conſt. 15. def. 42. Bach. diſp. 4. de act. th. 17. Virg. Pingizer dec. 49. n. 11. Dn. Hahn. in Weſenb. de cond. indeb. n. 9. Dn. Richter dec. 96. n. 140.*
3 *Zaſ. ad tit. de cond. indeb. num. 14.* Nec obſtat *l. 9. C. ad l. Falcid.* ubi ex parte accipientis eſt juſta cauſa, ſcil. obligatio naturalis. *Franzk. d. l. num. 6.* Et de his caſibus ſpecialibus intelligunt textus generaliter loqventes, *l. 10. C. h. t.* aliasq; leges generales, qvæ juris errorem non admittunt in cond. indebiti. Sed hæc interpretatio dura mihi videtur, & eſſet, qvod reſponderem ad Bacch. argumentum. Sed in foro non facile à ve-
4 terum ſententia recedendum eſſe, concedo. Et dum recentiores reſpondent: qvando qvis ſolutum repetere vult, tunc eum non certare de damno rei amittendæ, ſed amiſſæ; fallacia eſt: dum enim errans in jure ſolvit, tum eo ipſo momento verſatur in damno rei amittendæ, non amiſſæ; ergo non hæc verba de re amittenda ad tempus condictionis, ſed ſolutionis referenda. Nam aliàs nemo in facto etiam tantùm errans, cum jam vult condicere, in damno rei amittendæ verſatur; ſed dum ſolvit, verſatur in damno rei ſuæ amittendæ.

## ad L. Error facti. 8.

*SUMMARIUM.*

*Error juris in compendio nec fœmina prodeſt.*

FActi error ne maribus qvidem obeſt, ne qvidem in compendiis ac lucris; ſed juris error in compendiis nec fœminæ prodeſt. *Tiraqvell. de retr. conſang. §. 8. gloſſ. 7. n. 22. Joh. Baptiſta Coſta in tr. de jur. & F. ignorantia. inſpect. 96. n. 3. Dn. Struv. ex. 28. th. 53.* ubi in uſucapione, *l. unqvam 3. ff. de uſucap. Hahn. ad Weſenb. in verbis: juris enim errorem.* Sed fœminæ ſuccurritur in qvibusdam caſibus, recenſitis a Doctoribus infra allegandis; aliàs non, qvia jure minorum qvoad reſtitutionem mulier non utitur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 153.* conſ. *Tiraqvell. in l. Si unqvam, in præf. num. 100.*

## ad L. Regula. 9.

*SUMMARIA.*

*Minoribus jus ignorare permiſſum. n. 1.*
*Ut & fœminis in certis caſibus 2.*
*Item ruſticis. 3.*
*Ignorantia juris an excuſet, ſi JCti copia haberi poſſit? n. 4. & 5.*

MInoribus jus ignorare permiſſum ideoqve 1
etiam ad lucrum reſtituuntur. *Tiraqvell. de retr. conſang. §. 35. gloſſ. 2. n. 7. & 9. Padilla in l. 11. C. h. t. n. 2. Maurit. de reſtit. qvæſt. 139. & ſeq.*
Sed fœminis id etiam permiſſum in qvibusdam 2
caſibus. *l. 11. & l. 13. C. h. t. l. Divus §. pen. ff. de falſis l. 6. pr. de peculatu. l. 38. §. 2. & 7. de adult. Dn. Struv. d. ex. 28. th. 56. Zaſ. n. 7. Tiraq. ad l. ſi unqvam. C. de revoc. donat. n. 100. Cujac. l. 14. obſ. 39. Maſcard. concl. 1081. n. 24. Oddus qv. 10. art. 2.*
*Bach. ad tit. de ſtatu hom. n. 6.* Ut & ruſticis in 3
qvibusdam caſibus, & ubi æqvitas judicem commovet. *l. 1. §. fin. ff. de edendo. l. 21. §. de probat. l. 2. §. fin. de jure fiſci l. fin. C. de teſtam. Dn. Struv. d. l. & Choppin. de priv. ruſt. l. 1. c. 1.*
*Ad §. 3.* Qvi Jure Conſulti copiam habere po- 4
tuerunt, illi ob ignorantiam juris non excuſantur *Maſcard. concl. 1081. n. 25.* Licet non ſint in loco, ſed vicinia. *Tiraqvell. de retr. convent. §. 4. gloſſ. 7. in fin. Padilla ad l. Si emancipata. n. 21. C. h. t.* Sed ſi copiam habere non potuerunt, invincibilis eſt ignorantia, & excuſat in foro exteriori
& interiori. *Zaſ. hic n. 4.* Qvod tamen non de igno- 5
rantia juris naturalis; nec ejus juris, qvod lippis ac tonſoribus notum, accipiendum eſt. Nam hæc ignorantia latam culpam importaret. *Wiſſenb. d. l. th. fin.* conf. *Hahn. ad Weſenbec. in verb. qvia qvinq; jus. &c.*

# LIBRI XXIII.

## Titulus I.

## De Sponſalibus.

### Ad L. Sponſalia. 1.

*SUMMARIA.*

*Sponſalia jure Civili ſemper ſunt de futuro. n. 1.*
*Jure Canonico ſponſalia de præſenti & de futuro differunt. 2.*
*Qvæ diſtinctio ad mores noſtros applicatur. 3.*

1 NOtetur hic definitio ſponſalium, qvod ſit Mentio & Repromiſſio futurarum nuptiarum: unde colligitur, Jure civili ſponſalia ſemper eſſe de futuro, & ipſum contractum matrimonium; ſed Jure Canonico
2 aliter: Nam ſponſalia de futuro de matrimonio aliqvando contrahendo; de præſenti verò ſunt de matrimonio contracto, & aliqvando conſummando; ſicut differunt pactum de futura venditione & ipſa venditio. *vid. Cypræus c. 4. §. 1. D. & ſeq. vid. Benſt. de ſponſ. c. 7. Covarruv. pract. p. 1. de ſponſal. c. 1. num. 6. Hillig. lib. 13. c. 18. lit. D. &*
3 *Guttier. de matrim. c. 1. num. 8.* Sanè diſcrimen inter verba futuri & præſentis temporis apud Germanos non obſervatur. *Carpzov. l. 5. reſp. 109. n. 3. & l. 2. Jurispr. conſiſt. D. 17.* Ideoq; ſponſalia de futuro noſtris dici ſolent ea, qvæ per conditionem expreſſam vel intellectam ſuſpenſa ſunt. v. gr. Si me redeunte eris innupta, te ducam; illa conſentiente ſunt ſponſalia de futuro.

### ad L. Sufficit. 14.

*SUMMARIA.*

*Sponſalia conſenſu non interrupto contrahuntur. n. 1.*
*Sponſalia ab alio contracta, ratihaberi poſſunt. 2.*
*Conſenſus etiam ex facto colligi poteſt. num. 3. 6.*
*Verba ambigua qvomodo hic explicanda. 4.*
*Qvid ſi verba jocoſa fuerint. 5.*
*Si ex tribus filiabus una promiſſa, ſponſus eliget. 7.*

1 SPonſalia nudo conſenſu contrahuntur, & ita etiam inter abſentes, & per epiſtolam, vel internuncium. *l. 1. & fin. h. t.* modò conſenſus non ſit interruptus. v. gr. cum Priamus Achilli promitteret filiam, & Achilles reſponderet; ſe alio tempore de hoc acturum; hic nulla ſponſalia, ſed potuit Priamus mutare ſententiam. *vid. Cypræus*
2 *c. 3. de ſponſ. §. 9.* Et rata haberi poſſunt ab alio contracta. *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſp. 16. num.*
3 *6. & diſp. 22.* Conſenſus autem hic non tantum verbis, ſed etiam factis exprimi poteſt. v. gr. Vir concubitum petit à virgine, & reſponſum accipit, ſe paſſuram, ſi ſe in uxorem ducere vellet, vir nullo reſponſo dato rem aggreditur; putat *Cypræus de ſponſ. c. 4. §. 3. in fine.* virum non teneri; qvod miror: nam alia conditione virgo non admiſit, vir facto ipſo promiſit. Eſſet eluſio virginum deceptarum, qvia noſtra Electoralis conſtitutio, licet talis proteſtatio non eſſet facta, tamen præſumit conſenſum ad connubium: nam conſenſus ex ipſo facto præſumitur. Verba autem 4
in ſponſalibus ambigua potius pro matrimonio accipienda, qvàm contra. *Cypr. d. c. 4. §. 14.* Si 5
autem præſumptio una vel altera ſit, verba jocoſa fuiſſe, juramentum ei, qvi jocoſa fuiſſe dicit, deferendum eſſe tradit *Cypræus d. c. 4. §. 16.* Fa- 6
cta, qvibus ſponſalia contrahi poſſint, recenſet *Cypræus d. c. 4. §. 23.* Sed qvid de ſponſalibus in- 7
certis, ut ſi pater promittat inter tres filias unam? Reſp. Si conſentiat juvenis & nihil additum, qvis eligere debeat, puto electionem dandam eſſe juveni, ob libertatem matrimonii: licet alias promiſſor habeat electionem, *ut Cypræus d. c. 4. §. 25.*

### ad L. In ſponſalibus. 7. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Conſenſus parentum tacitus ſufficit. n. 1.*
*Qvod exemplo declaratur. 2.*

PArentis conſenſum neceſſariò reqviri, palam 1
eſt, ſed ſufficit tacitus, ſi non contradicat. Hic & *l. 12. h. tit. l. 5. C. de nupt. Petr. Barb. in l. qvæ Dotis 34. num. 152. ff. ſolut. matr. Carpzov. Jurispr. Eccl. lib. 2. def. 42. Surd. deciſ. 302.* Hinc 2
cum filia minorennis, matre non contradicente trinundinis denunciationibus aut copulationi ſacerdotali nupſiſſet, ex hac ratione legitimæ pronunciatæ nuptiæ ac legitima ſucceſſio. *Sande lib. 2. tit. 1. dec. 2.*

### ad L. In ſponſalibus. 12.

*SUMMARIA.*

*Filia parenti non repugnans, pro conſentiente habetur. n. 1. 2.*
*Matrimonia debent eſſe libera. 3.*

An

*An filia parenti contradicere poſſit? 4.*
*An tali caſu exheredari poſſit. 5.*

1 DUo hic dicuntur; 1. Filiamfamilias, qvæ expreſſè parenti non repugnat, pro conſentiente haberi; & aliud fuiſſe videtur in filiofamilias, qvia filiæ propter pudorem ſexus minus arbitrii habebant, qvas parentes ſine eorum conſenſu
2 deſpondere ſolebant. Sed Jure Canon. eadem filiarumfam. conditio, & filiorumfam. Filiarumfamilias tamen tacitus conſenſus ſufficit. *c. un. §. fin. de ſponſal. impub. lib. 6. Sanchez. lib. 1. diſp. 23.*
3 *Guttierez. d. tr. c. 13. n. 1.* Sed libera tamen oportet eſſe matrimonia. *c. cum locum. 14. X. h. t. Gerhardus de conjugio §. 55. Cypr. de ſponſ. c. 6. §. 2. n.*
4 *14. Carpz. l. 2. def. 30. n. 7.* Alterum eſt, qvod filiafam. non poſſit diſſentire à patre, niſi indignum moribus obtrudat. *Cypr. c. 7. §. 9. num. 1.* Sed hoc Jure Canon. non obtinet, per *cap. cum locum 14. X. h. t. Gerhard. de conjug. §. 55. & Cypr. c. 6. §. 2. num. 14. & Carpzov. d. l. 2. def. 30. num. 7.*
5 Sed nec exhæredari poteſt filia, ſi à patre diſſentiat, ut rectè gloſſam hujus legis damnans *Riminald. vol. 2. conſ. 133. n. 27.*

## ad L. In ſponſalibus. 14.

### *SUMMARIUM.*

*Sponſalia qva ætate contrahenda?*

IN matrimonio certa ætas definita eſt, non verò in ſponſalibus; ante ſeptimum annum verò ſponſalia contrahi neqveunt: qvæ poſt ſeptimum annum contracta, ab iis impubes non poteſt reſilire, ſed benè pubes factus. *vid. tit. Decretal. de deſponſ. impub. & præcipuè. c. 7. & Sanch. lib. 1. diſp. 51. Guttier. c. 27. Covarr. de ſponſal. p. 1. c. 2. num. 1.*

## ad L. Tutor. 15.

### *SUMMARIA.*

*SPonſalia inter tutorem ejusq; filium & pupillam illicita? n. 1.*
*Ratio proponitur. 2.*

*Exceptio. 3.*
*Qvid Jure Canonico. 4.*

TUtor non uxorem tantum ducere prohibe- 1
tur pupillam ſuam, nec ſuo filio deſponſare poteſt, qvæ enim in nuptiis locum habent, ea regulariter qvoqve obtinent in ſponſalibus. *l. ſi ſponſa 74. ff. de Jure Dotium l. 4. ff. de fundo dotali. Natta conſ. 282. n. 1. & ſeqq. Carpz. l. 2. Jurispr. Eccl. def. 17.* Et habet hæc prohibitio rationem, 2
ne tutor à rationum redditione ſe liberare poſſit. *Finckelth. obſ. 92. per totam.* Ideo redditis ratio- 3
nibus & illatis reliqvis eam ducere poteſt. *l. 62. §. 2. tit. ſeq. Montanus de Tutel. c. 31. effectu ult. n. 22.*
Et hoc Jure Canon. non eſſe ſublatum cum aliis 4
allegatis tradit *Finckelth. d. obſ. 92. n. 15.*

## ad L. Oratio. 16.

### *SUMMARIA.*

*QVod prohibitum in termino, etiam prohibitum in viâ. n. 1.*
*Argumentum à nuptiis ad ſponſalia, an & qvando procedat? n. 2.*

NUptiis prohibitis etiam ſponſalia prohibita 1
cenſentur. Ergo cum qvid prohibetur, tum omne illud videtur prohibitum, per qvod pervenitur ad illud. Seu, qvod eſt prohibitum in termino, eſt etiam prohibitum in via. *Menoch.* 2
*remed. 4. adipiſc. poſſ. n. 816. Maſcard. de probat. concl. 102. A. Barboſ. l. 14. c. 93. ax. 18.* Et ſic argumentum à ſimilibus procedit, qvando à nuptiis ad ſponſalia argumentamur, qvod tamen non procedit in pœnalibus. *Pontan. conſ. 86. n. 22. & 26. Rim. conſil. 72. n. 41. Decian. lib. 5. reſp. 66. n. 14.* nec ubi diverſitatis ratio oſtendi poteſt. *Joh. Guttierez. de juram. confirm. p. 1. c. 51. n. 9. & ſeq.*

## ad L. Pen.

QVando ſponſus neceſſarias habet abſentiæ cauſas, tunc per triennium & qvadriennium & ultra ſponſa tenetur expectare ſponſum. *vid. notata & allegata ad l. 2. C. h. t. in Commentar. meo.*

# TITULUS II.
# De Ritu Nuptiarum.

## Ad L. Nuptiæ. 1.

### *SUMMARIA.*

*DEffinitio Nuptiarum. n. 1.*
*An inter conjuges bona communia, qvoad proprietatem? 2.*
*In Marchia ſuperſtiti electio datur. 3.*
*An liberi ex benedictione ſacerdotali parentum nati, ſint legitimi? 4.*

NOtetur hîc definitio nuptiarum, qvòd 1
*ſint conjunctio maris & fœminæ & conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio*, de qva *Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 6. th. 7. Cothman. v. 4. conſ. 1. num. 114.* Ex ea autem malè infertur, bona inter conjuges communia fieri qvoad proprietatem. *Pruckm. vol. 1. conſil. 1. n. 347. Kohl in declarat. conſt. March. qv. 1. n. 3.* Ubi probat, nullam

eſſe inter conjuges communicationem bonorum
in proprietate, ſed tantum in uſu, cum etiam
communicatio in uſu & lucro eſſe poſſit. *Mol. tr.
2. de J. & J. diſp. 411. n. 4.* Ex qvo fluit; maritum
retinere ſua bona, & uxorem retinere ſua para-
phernalia, & ſoluto matrimonio recuperare do-
3 talia. Et ideò in Electoratu Brandenburgico,
non tantum vidua electionem habet, an portio-
nem ſtatutariam amplecti, an verò ſua bona re-
petere velit. Ita idem jus optionis habet in Mar-
chia maritus ſoluto matrimonio, ut per multa
4 præjudicia id poſſet probari. De confarreatione
novorum nuptorum, & de ſacrificio confarreatio-
nis, & de communicatione farris vel farracei pa-
nis, *vid. Forſt. de ſucc. l. 9. c. 1. n. 9. & ſeq. & c. 2.
5 num. 26.* Ex definitione nuptiarum colligitur, ex
eo etiam matrimonio, qvod clam ſine benedi-
ctione ſacerdotali contractum, naſci liberos le-
gitimos, qvamvis ob mortem alterius nulla ſe-
qvatur ſolennitas; licet parentes graviter con-
tra ordinationem Eccleſiaſticam peccarint *Dn.
Carpz. p. 3. Juriſpr. for. conſt. 14. def. 12. Dn. Struv.
ex. 29. th. 26.* licet diſſ. *Cypr. c. 11. n. 21.*

## ad L. Si Nepotem. 3.

## Vid. notata ad L. 16. §. 1.

## ad L. Minorem. 4.

Filia minor 12. annis uxor eſſe non poteſt, niſi ſcil. attento vigore corporis ac mentis Princeps diſpenſet. Sed ſi explevit apud maritum ætatem impuberem, tunc fit legitima uxor, & ſic hæc exceptio eſt legis. *l. quod initio vitioſum 29. ff. de R. I.*

## ad L. Deniq; 6. & 7.

*SUMMARIA.*

*Sponſa in domum ſponſi deducta etiam ante concubitum pro uxore habenda. n. 1.*

*An ſponſa ex ſtatuto ſuccedat. 2.*

1 Sponſa in domum ſponſi deducta ante concu-
bitum marito mortuo pro uxore habenda, &
lugere debet maritum, & habet actionem dotis.
2 Ex hoc textu poſſet diſtinctione expediri qvæ-
ſtio; an ſponſa ex ſtatuto ſuccedat, de qvâ *Gail. lib.
2. obſ. 80. Mynſ. lib. 6. obſ. 78. Kobl part. 2. de ſuc-
ceſſ. conjug. n. 6. & ſeq. Wiſſenb. ad tit. de ſponſal.
diſp. 2.* Alias ante deductionem apud nos non
petit portionem ſtatutariam, apud Pomeranos ta-
men contrariam ſententiam vidi probatam: apud
Saxones ne qvidem ante concubitum, ubi prius
mereri debet portionem.

## ad L. Si qva mihi. 2.

*SUMMARIA.*

*Sponſam fratris, vel ſponſæ ſororem ducere non poſſum. n. 1.*

*An diſpenſatio hoc caſu locum habet. 2. & 3.*

Sponſalium de præſenti inter alios effectus 1
etiam hic eſt, ut inducat impedimentum pu-
blicæ honeſtatis. v. gr. Non poſſum ducere ſpon-
ſam patris, vel fratris; vel ſponſæ ſororem; de qva
*Sanchez. lib. 7. de matrim. diſp. 68. Dn. Carpz. lib.
2. Juriſpr. Eccl. def. 107. & ſeq. Dn. Struv. h. t. th. 45.*
Sed an diſpenſari poſſit à ſuperiori, qværitur; qvæ 2
qvæſtio ex alia dependet; an juris divini hæc ſit
prohibitio, an non; ut illo caſu neganda ſit qvæ-
ſtio, hoc caſu affirmanda. Sed affirmativa, ſcili-
cet qvod diſpenſatio locum habere poſſit, pluri-
bus recepta, qvod ea prohibitio publicæ hone-
ſtatis cauſa videtur facta, & non præſumenda eſt
copula carnalis inter deſponſatas perſonas. vid.
*Beuſt. de ſponſal. & matrim. p. 2. c. 54. circa finem.
Gerhardus de conjugio §. 363. in fin. & qvos refert
Carpz. in Juriſpr. Eccl. lib. 2. def. 121. n. 7. & ſeqq.*
Putarem attendendum eſſe, qvomodo cum de- 3
functa ſponſa converſatus fuerit ſponſus. In
dubio juramentum purgationis deferendum
ſponſo, qvod ſponſam ſuam non cognoverit
carnaliter.

## ad L. Adoptionis. 14. §. 3.

*SUMMARIA.*

*Etiam ex concubitu illicito oritur impedimentum matrimonii. n. 1. 2.*

Etiam ex contubernio, concubinatu & qvavis 1
illicita copula, oritur affinitas impediens
nuptias. hîc & *c. 3. 5. 6. & 10. X. qui cognovit conſ.
Carpz. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 97. & ſeq. Covarr. de
matrim. p. 2. c. 6. §. 7. n. 2. Paleottus de ſpuriis c. 7.
Bach. diſp. 6. in Tr. th. 3. lit. C. Wiſſenb. th. 22. Hill.
d. c. 19. lit. M.* Imò ex illicito coitu oritur etiam 2
conſangvinitas impediens nuptias. *c. per tuas
X. de probat. Conſius lib. 1. Miſcell. c. 3. n. 1. & 2.
Hillig. in Donell. h. 1. c. 19. lit. F. in fin.* Et affinitas
ſuperveniens dirimit ſponſalia de futuro. *c. 2. X.
de conſang. & affin.*

## ad L. Uxorem. 15.

*SUMMARIA.*

*An privigni viduam ducere liceat? n. 1. 2.*

*An caſus hic ſit diſpenſabilis. 3. & 4.*

Qværitur; an privigni viduam ducere poſſit 1
vitricus, & an privignæ maritus poſſit du-
cere ſuæ qvondam uxoris novercam? Videtur
qvod ſic; nam ſunt hæ perſonæ in ſecundo ge-
nere affinitatis: privignus enim eſt vitrico jun-
ctus in primo genere affinitatis: ejus privigni
uxor eſt vitrico mariti juncta in ſecundo gene-
re. Sed negatur conjunctio ob reſpectum 2
parentelæ, qvi facit, ut etiam in ſecundo genere
affini-

affinitatis locum habeat prohibitio. *Bechſtad. d. tr. c. 3. Carpz. l. 2. Juruſpr. Eccl. def. 101. Dn. Struv. th. 35. & 42.* qvod ad alias perſonas extendit
3 *Wiſſenbach. d. l. th. 19.* Sed an hic caſus diſpenſabilis? Aff. per Jus Canonicum, qvia eſt in ſecundo genere affinitatis conjunctio *c. pen. X. de conſangv. & affin.* Sed qvidam Theologi noſtrates diſpenſationem negant, & volunt *capitis 18. Levitici verſum 8.* extendere ad privigni viduam, ut
4 *Dn. Gerhardus de conjugio §. 353.* Sed qvia longe petita iſta extenſio ad diverſum non tantum gradum; ſed & diverſum genus affinitatis, ideò diſpenſationem concedunt, ut *Carpzov. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 119.* Largior tamen re integra non facilè concedendum eſſe hoc matrimonium, ob ſcandalum.

## ad L. Oratione. 16. pr. & L. 23. 27. 34. & §. 1.

*SUMMARIA.*

*Dignitas olim impedimento nuptiis. n. 1.*
*Qvod jure novo mutatum. 2.*
*Inter nobilem & ignobilem ſubſiſtit matrimonium. 3.*
*Nepos vel neptis, cujus conſenſum adhibere debeant. 4. 5.*
*An hodie avi conſenſus neceſſarius in nuptiis nepotis. 6.*
*Fratrum liberi conjungi poſſunt. 7.*

1 OB dignitatem prohibebantur Senatores, vel alii præcellenti dignitate conſpicui viri, ducere libertinas, vel viles fœminas, & fœminæ
2 nobiliores libertinis nubere vetabantur. Verum id ſublatum variis novis conſtitutionibus. *Nov. 78. c. 3. Nov. 89. ult. & c. Struv. d. ex. th. 28. Cu-*
3 *jac. & Matth. Steph. ad Nov. 51. in fine.* Ideoqve inter nobilem & non nobilem ſubſiſtit matrimo-
4 nium. *Carpzov. lib. 2. def. 10. & ſeq.* Nepotis in nuptias non tantùm avus, ſed & pater conſentire debet; ſecus in nepte, ubi avi voluntas ſufficit, qvia illo caſu invito patri ſuus hæres agnaſceretur, non hoc caſu. *§. 1. hujus legis Cothm. vol. 1. conſ. 1. n. 81. & ſeq. Harpr. pr. inſt. h. t. n. 54.* Ex-
5 ceptio habetur in *l. 3. h. tit.* ubi avus nepotem ex filio, & ex alio filio neptem jungere poteſt, qvi caſus eſt ſpecialis, qvia ex eadem familia ſumitur, nec hoc filio diſplicere poteſt. *vid. Wiſſenb.*
6 *D. 44. th. 13.* Hodiè non avi ſed ſolius parentis conſenſus reqviritur, præſuppoſito hoc, qvod per nuptias patria poteſtas tollatur. *Wiſſenbach. d. l.*
7 ubi plures citat. Ex *d. l. 3. h. tit. & l. 6. §. 1. h. t.* probatur, qvod Jure Civili conſobrini conjungi poſſint, & ſic non vitioſa eſt lectio in Juſtinianæis inſtitutis. conf. *Carpz. lib. 2. Jur. Eccl. def. 86.*

## ad L. Capite. 19.

*SUMMARIA.*

*Pater ad dotandos & elocandos liberos compelli poteſt. n. 1.*
*Patronus conſenſus per Principem interdum ſuppletur. 2.*

LOqvitur hic JCtus de liberis in poteſtate exiſtentibus, & dicit: Si pater differat matrimonium liberorum, qvod tunc liberi vel eorum loco cognati petere poſſint à judice, ut patrem compellat in matrimonium collocare liberos, & filiæ dotem congruam conſtituere. *Petr. Barboſ. ad l. 1. part. 1. n. 2. ff. ſolut. matrim. Baldus Nov. de Dote parte 6. privil. 16. & ſeq. Carpzov. dec. 160. & lib. 2. Juriſpr. Eccl. def. 53. Perez. h. t. Cod. n. 15. Dn. Struv. th. 24. Ricc. collect. deciſ. 160. Dn. Hahn. ad Weſ. h. t. n. 4. in verbis: tunc autem diſſentiendi poteſtas eſt.* Idq; à Principe vel Conſiſtorio interdum fieri ſolet; nam Principis conſenſus ſupplet conſenſum patris, qvi cum conſentire debeat, habetur pro conſentiente. *Carpzov. d. def. 53.* 1 2

## ad L. Sciendum. 20.

*SUMMARIA.*

*Curatoris conſenſus ad nuptias non eſt neceſſarius. n. 1.*
*Qvid in tutore? 2.*

COnſenſus curatoris ad nuptias curandæ non reqviritur, qvia curator datur rebus. *Albericus Gentilis de nupt. l. 4. c. 14. Arniſ. de connub. c. 3 ſect. 11. num. 2.* Sed qvid dicendum de tutoribus? Reſp. nuptias ab impuberibus contrahi non poſſe; Sed de ſponſalibus qværitur: Sed qvia tutorum conſenſus ita, ut parentum, nunqvam reqviritur, impuberum etiam ſponſalia pubertate completa per pœnitentiam reſcindi poſſunt; ideò tutorum conſenſum non eſſe neceſſarium Dd. communiter concludunt. *Gerhardus de conjugio §. 94. & qvos refert ac ſeqvitur Carpzovius lib. 2. Juriſpr. Eccl. def. 46. num. 6. & ſeqq.* 1 2

## ad L. Si parte cogente. 22.

*SUMMARIA.*

*Metus annullat matrimonium. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2. & 3.*
*Et exemplis declaratur. 4. 5. 6. 7.*
*In ſtupro deprehenſus, ſi compellatur promittere nuptias, an valeant? 7. 8. 9. & 10.*
*Metus reverentialis non vitiat, ſi violentia abſit. 11.*
*Nec vitiat metus levis. 12.*
*Liberi non cogendi à parentibus. 13.*

MEtus adeo reddit nuptias nullas, ut neqvidem reſciſſione ulla ſit opus. *c. cum locum X. de ſponſal. l. 14. C. h. t. Cypr. de ſponſ. c. 13. §. 14. Dn. Struv. ex. 29. th. 25.* niſi ſcilicet ultro poſtea cohabitet. *c. 23. X. de ſponſal. Wiſſenb. d. l. th. 15.* Si ſc. metus ſit incuſſus eo fine, ut extorqveatur ma- 1

3 trimonium. Nam ſi metus à cauſa naturali oria-
tur, vel ab homine qvidem, ſed ſi non ob hunc
finem metus inferatur, ut matrimonium extor-
qveatur, non ſunt irritæ nuptiæ. *Sanchez. de ma-*
4 *trim. lib. 4. diſp. 12. & ſeq.* Hinc ſi aliqvis in car-
cerem conjiciendus metu carceris contrahat
matrimonium, hoc non irritatur. *Guttierez. de*
5 *juram. p. 1. c. 57. n. 4. & 5. Sanchez. d. D. 12. n. 6.*
Idem, ſi condemnatus ad furcam, meretricem,
qvæ pro eo intercesſerat, duxit, *Sanchez. d. l. n. 8.*
6 Idem ſi Judex juſte condemnatum ſe dimiſſurum
dicat, ſi cognatam ſuam uxorem ducat. *Sanchez.*
*n. 10.* qvod *num. ſeq.* extendit, licet injuſtè ſit con-
7 demnatus; qva in parte ipſi non aſſentior. Sic
ſi juvenis deprehendatur in ſtupro cum virgine,
& cognati eum vellent interficere, & is conjugium
promittat, non videri metu initum conjugium
tradit *Sanchez. d. l. n. 14.* qvod intelligo niſi aſtu-
tiâ puellæ ea comœdia adornata, ut maritum con-
ſeqveretur, ſicut tale exemplum in actis aliqvan-
8 do reperi. Plura apud dictum Sanchezium. Illam
ſententiam etiam proponit *Cypræus de ſponſal. c.*
*13. §. 26.* à qvo recedit *Hilliger. in Donell. l. 13. c. 20.*
*lit. A. pag. mihi 1131.* per *l. 7. §. 1. ff. qvod metus*
9 *cauſa.* Verum reſponderi poteſt, hic cum pro-
miſſione matrimonii per vim extorta, concurrere
actum matrimonialem, ſcilicet copulam carna-
lem, non coactum, ſed ſpontaneum. Nam omnis
copula carnalis facta inter perſonas habiles indu-
cit matrimonium; nam eſt actus matrimonialis.
Ideoqꝫ ſententia Sanchezii & Cypræi, qvæ com-
munis Doctorum ſententia eſt, loqvitur de caſu,
qvando deprehenſus in actu compellitur cum
10 cognita matrimonium contrahere. Sententia
Hilligeri poſſet probari, qvando qvis in adulterio
cum conjugata compelleretur cum virgine co-
gnata mariti, per adulterium læſi, matrimonium
11 contrahere. Si verò parens filium per metum re-
verentialem eo adegiſſet, ut hanc uxorem duce-
ret, qvam non duxiſſet, ſi ſui arbitrii fuiſſet; pro
vero tamen matrimonio hoc habendum: ideoqꝫ
hæc lex non de violentia intelligenda eſt. *Covarr.*
*de matrim. p. 2. c. 3. §. 6. n. 3. & 5. Sanchez. l. 4.*
*D. 6. n. 7. Carpz. Juriſpr. Eccl. lib. 2. def. 30. num.*
*14. Cujac. l. 16. obſ. 40. Hillig. in Don. lib. 13. c. 2. lit.*
12 *K. Wiſſenb. h. t. th. 15.* conf. *Cypræus d. c. 13. §. 18.*
de minis parentum loqvens. Collige ergo me-
tum levem non irritum reddere contractum ma-
trimonii. *Molina D. 267. Leſſius t. 2. lib. 2. dub. 6.*
13 *n. 39. Sanchez. de matrim. lib. 4. D. 8. n. 7.* Ex di-
ctis porrò patet, parentes liberos cogere non de-
bere ad hoc vel illud matrimonium. Poſt alios
*Sanchez. l. 4. D. 22. num. 3. Eneuckel. Baro de privil.*
*parent. lib. 6. c. 9. num. 3.*

## Ad L. 24.

### SUMMARIA.

*EX cohabitatione non concubinatus, ſed matri-
monium præſumitur. n. 1.*
*Qvid jure Canonico? 2.*
*Si virgo carnaliter cognita, potius præſumitur ani-
mo matrimonium contrahendi, qvàm ſtupran-
di illud factum. 3.*
*Limitatio. 4.*

EX cohabitatione non concubinatus, ſed ma- 1
trimonium, ut dignius & fortius vinculum
præſumitur. *Zaſ. hic n. 6. & Forſt. de ſucceſſ. l. 4.*
*c. 8. n. 17. & ſeqq.* Licet aliud videatur Jure Ca- 2
nonico dicendum, per *c. aliter C. 30. q. 5.* conf.
*Bacch. ad Tr. v. 2. D. 6. th. 5. lit. D. Wiſſenb. th. 17.*
*Natta conſ. 473. num. 42.* ubi in ſeq. contrarias
præſumptiones habet. Sed Juri Civili ſtandum 3
puto. Qvin etiam præſumendum eſt, cognitam
fuiſſe virginem potius animo contrahendi ma-
trimonium, qvàm ob ſtuprum; qvia delictum
& crimen non præſumitur. Ideoqꝫ ſtuprata præ-
ciſe eſt ducenda; ut Conſiſtorialis Ordinatio E-
lectoralis Brandenb. habet in *tit. 62.* ſi ſcil. per-
ſvaſa virgo vel vidua à juvene, cum vel ſine pro-
miſſione matrimonii; nam ſi dicat: ſe animo
ſtupri committendi eam cognoviſſe, ei, ut pro-
priam turpitudinem alleganti, credendum non
eſt. Ipſa cognitio puellæ eſt actus matrimonia-
lis, uti dictum *ad l. 22. num. 9. h. t.* Sed aliud eſt, 4
ſi corpore qvæſtum fecerit, *per hanc legem*, vel ſi
conditione maximè diſpares, ſi nulla fuerit co-
habitatio, ſed tantum voluptatis gratia acceſſe-
rit aliqvoties fœminam, *Cephalus lib. 4. conſ. 593.*
*n. 8. & 9.*

## ad L. Filius. 25.

### SUMMARIA.

*EMancipati liberi an ad nuptias conſenſu paren-
tum opus habeant? n. 1.*
*Qvid hodiè hac in parte juris. 2. 3.*

EMancipati liberi etiam ſine conſenſu paren- 1
tis nuptias contrahunt; qvod exceptionem
tamen habet in filia emancipata minorenne,
ubi plus periculi. *l. 18. & 20. C. h. t. & ibi notata.*
*Wiſſenb. h. t. th. 18. Carpzov. l. 2. Juriſpr. Eccl. def.*
*49.* Ubi tamen Carpzovius aliud dicit eſſe con- 2
ſtitutum in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis, & in foro
Saxon. Electorali. Qvoad Conſiſtoria Electora-
lia Saxonica litem meam non facio, ſed qvod ad
cætera Conſiſtoria Evangelica, dubito de hac
opinione; nam potiſſima ratio conſenſus pater-
ni conſiſtit in jure patriæ poteſtatis. Sola reve-
rentia jure divino debito parentibus, vix inferet
præciſam neceſſitatem conſenſus paterni, niſi &
matris & avi qvoqꝫ & aviæ conſenſum neceſſa-
rium dicamus. Sic ergò ſi filia, jam antea cum 3
conſenſu patris nupta, mortuo marito cum alio
ſponſalia celebraret, peccare dixerim eam; ſed
ſponſalia non eſſe irrita poſtqvam ſemel poteſta-
te patris exiit.

## ad L. Generali. 34.

### §. Inter privignos. 2.

SUM-

*SUMMARIA.*

*COmprivigni nuptias contrahere poſſunt. n. 1.*
*Qvod tamen non facilè ſvadendum. 2.*

1 DUo comprivigni copulari poſſunt, licet ex no-
vo matrimonio filius adſit. *Carpzov. d. l. 2.*
2 *def. 105.* Sed qvia textus juris divini *Lev. 18. verſ.*
*11.* dubius, confuſio etiam nominum vitanda, &
ratio honeſtatis habenda. Disſvadendum hoc
putat *Bach. in Tr. D. 6. th. 3. lit. A.* niſi forte evi-
dens utilitas ſubjectorum & ſubditorum aliud
ſvadeat.

## ad L. Tutor. 36. juncta l. 59. l. 60. & l. 66.

*SUMMARIA.*

*TUtor pupillam ducere non poteſt. n. 1.*
*Qvid hodie? 2.*

1 PRohibitum matrimonium Jure Civili inter
tutorem & pupillum, curatorem & curan-
dam. confer *Notata ad Cod. de interdicto ma-*
*trim. &c.* ubi in fine notavi jure Can. huic dero-
2 gatum eſſe. Junge & *Not. ad l. 38. h. t. Dn. Stru-*
*vium hic th. 29.* Sed qvicqvid ſit, licet concedam
hodiè tutorem pupillam ſuam ducere poſſe, pu-
tarem tamen id debito modo faciendum, ſi ſcili-
cet prius rationes reddiderit. Nam mutatio legum
ſtrictè intelligenda. Valebit tamen omni caſu ma-
trimonium.

## ad L. Si qvis officium. 38.

*SUMMARIA.*

*PRæſes Provinciæ provincialem ducere non poteſt. num. 1.*
*An hoc jure Canonico mutatum. 2.*
*Qvid in tutore. 3.*

1 LIcet non nuptiæ, ſponſalia tamen inter Recto-
rem Provinciæ & Provincialem virginem vel
viduam celebrari poſſunt; ne tamen obſtet Reg.
2 *Leg. Oratio. tit. praced.* Sponſa poteſt recedere à
ſponſalibus retentis arrhis. *L. un. C. Si Rector Pro-*
*vinc.* Sed hanc prohibitionem volunt ceſſare Jure
3 Can. *arg. c. pen. X. de raptoribus Bart. & Salic. in d.*
*l. Rittershuſ. in diff. juris civ. & canon. lib. 1. c. 20. Zaſ.*
*h. t. numer. 21.* Sicut & tutorem jure Can. adultam
ſuam ducere poſſe tradunt *Menoch. lib. 2. A. Q.*
*caſ. 194. num. Guttier. de Tutel. lib. 2. c. 12. numer. 8.*
*Rittersh. d. c. 20. Montanus de Tutelis c. 31. effectu 8.*
*in fin. Zaſ. d. n. 21.*

## ad L. Sororis. 39.

*SUMMARIA.*

*PArentelæ reſpectus impedimento eſt nuptiis. n. 1.*
*Qvod & ad affinitatem extenditur. 2.*
*Matrimonium inter fratres & ſorores jure naturæ prohibitum. 3.*
*Affinitatis gradus. num. 4.*
*Uxoris defunctæ fratris viduam ducere licitum. 5.*

PArentelæ reſpectus facit, ut etiam fratris pro- 1
neptem vel abneptem, licet in qvarto vel
qvinto gradu ſint, ducere nemo poſſit. *Cypræus*
*de matrim. part. 2. c. 6. §. 1. num. 19. Gerhard. de con-*
*jug. §. 288. Carpzov. l. 2. def. 80. & def. 115.* qvæ ra-
tio militat etiam in L. ſeqventi. Et ob reſpectum 2
parentelæ nuptias non concedunt, ſi qvis uxoris
defunctæ ſororis filiam ducere, vel qvædam ma-
riti fratris filio nubere velit, qvas tamen nuptias
concedunt. *Dn. Richter deciſ. 13. & Petr. Wiſſenb.*
*ac Fichardus,* qvos ex Bechſtadio refert *Dn. Struv.*
*th. 38. h. t.* Ex hac lege & *§. 1.* ut ex *l. 2. C. ſi nuptiæ* 3
*ex reſcripto pet.* ſolent probare, matrimonium in-
ter fratres & ſorores jure naturæ eſſe prohibitum,
excepto caſu liberorum Adami. *Sanchez. l. 7. diſp.*
*52. Ant. Matth. ad lib. 48. tit. 5. c. 6. de inceſtu num.*
*3. Cypræus c. 6. §. 1. numer. 17. Covar. p. 2. c. 6. §. 10.*
*numer. 5.* Eodem autem modo numeramus gra- 4
dus affinitatis ac ſangvinis. Et qvoto gradu pro-
hibitæ ſunt nuptiæ in conſangvinitatis arbore, eo
etiam prohibitæ ſunt in arbore affinitatis. In ſe- 5
cundo genere affinitatis nulla prohibitio, & ſic
maritus uxoris prædefunctæ fratris viduam duce-
re poteſt, qvia in ſecundo genere eſt. *Schneidew. de*
*arb. affin. numer. 13. Beuſt. p. 2. c. 55.* licet aliter ſen-
tiant nonnulli Theologi, ut *Gerhard. §. 356.* qvos
recenſet ac ſeqvitur *Carpzov. lib. 2. def. 102.* cujus
rationibus facile reſponderi poteſt; hoc tamen
largior, ob honeſtatem & metum ſcandali hæc
diſſvaderi debere. *ob l. 42. h. t.*

## ad L. Semper. 42.

*SUMMARIA.*

*IN nuptiis honeſtas inſpicienda. n. 1.*
*An peccet, in gradu prohibito diſpenſationem petens. 2.*

INnuptiis non tantum qvod licet, ſed etiam 1
qvod honeſtum eſt, ſpectari debet, hic & *l. ſem-*
*per. 197. de R. I. Alberic. Gentil. lib. 5. de nupt. c.*
*13. Carpzov. p. 2. def. 107. numer. 11. & ſeq.* Unde 2
Canoniſtæ dicunt peccare eos, qvi in gradu pro-
hibito à Superiori diſpenſationem qværunt ſine
graviſſima cauſa; qvalis eſt, ſi id toti regno ſalu-
tare, vel alias familiæ proficuum. Alias enim
ſcandalum plerumqve per iſtiusmodi diſpenſatio-
nes præbetur.

## ad L. Palam. 43.

*SUMMARIA.*

*MEretrix qvæ ſit. num. 1.*
*Ob paupertatem non excuſatur. 2. & 6.*
*Tres actus reqviruntur, ut qvis quæſtum facere dicatur. 2.*
*Qvid ſi plures cum una adulterium commiſerint. 4.*

*Qvid ſi meretrix mores mutaverit. 5.*
*Neceſſitas an à pœna adulterii excuſet. 7.*
*Qvare autem in furto excuſet. 8.*
*Pœna tamen in adulterio mitigari poteſt. 9.*
*Deprehenſa in adulterio ipſo jure eſt infamis. 10.*
*Aliud in adultero. 11.*

1 DEfinitur hic meretrix, & qvæ palam qvæſtum
corpore facit, ut ea ſit, qvæ ſine delectu ſe
proſtituit. *§. 1. & 2.* ſive pro qvæſtu, ſive ſine
qvæſtu. *§. 3.* Etiamſi deſierit peccare, qvia turpi-
2 tudo non aboletur. *§. 4.* Et in foro Politico, et-
iamſi prætendat paupertatem. *§. 5. d. l. Maſcard.*
*probat. concl. 1067. Covar. de matrim. p. 2. c. 8. §.*
*11. numer. 4. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 535. Ricc. de-*
3 *ciſ. collect. 163.* Ex *§. 2.* obſervandum, non videri
palam qvæſtum facere, qvæ ſui copiam uni & al-
teri facit accepto pretio. Unde ad minimum tres
actus reqviri putant Dd. *Farin. qvaſt. 136. part. 3.*
qvem citat *Ant. Matth. ad tit. de adult. c. 1. num 6.*
4 Unde nonnulli inferunt; primum, ſecundum &
tertium, qvi cum conjugata rem habet, tantum de
adulterio teneri, reliqvos non; qvos meritò re-
futat *Ant. Matth. d. l.* qvia non eſt ipſo jure per
adulterium ſolutum matrimonium. *vid. not. ad l.*
5 *22. C. h. t.* Sed ſi emendavit vitam meretrix & no-
toriè ſanctimoniæ ſtudeat, ex jure divino ceſſat
infamia, & qvi animo injuriandi eam meretri-
cem vocat, procul dubio injuriarum tenetur:
nam non tantum veritas non relevat, ſed & na-
tura proboſum eſt, ei, qvi vitam emendavit, ſua
6 delicta objicere. Non eſt autem ignoſcendum
ei, qvæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam
7 degit. *d. l. 43. §. 5.* Unde & ex *c. 4. & 5. X. de Di-*
*vortio*, probatur, neceſſitatem non excuſare à
pœna adulterii vel fornicationis, qvia mulier
qvidvis potius pati, qvam in tantum ſcelus con-
ſentire debeat *c. 3. c. 32. qv. 5. Farin. qvæſt. 143. n.*
*12. Sanchez. de matrim. l. 10. c. 5. num. 6. Gutierez.*
*de matrim. c. 129. n. 8. Surdus de alimentis tit. 7. qv.*
*16. num. 45. Menoch. conſ. 30. num. 30. Abaſv. Frit-*
*ſchius in diſp. inaug. de neceſſit. ſect. 7. concl. 1. ex-*
8 *emp. 4.* Cur autem neceſſitas famis à furti pœna
excuſet, non ita à pœna adulterii, varias cauſas
recenſet *Covar. in c. peccatum p. 2. §. 1. n. 5.* præci-
puæ hæ ſunt: qvod in furto habeamus diſpenſa-
tionem in lege Moſaica, in adulterio nullam; in
neceſſitate famis uſus bonorum fortunæ com-
munis, non ita corporum: in furto attenditur
voluntas Domini debita & tacita ac præſumpta,
qva ſuccurrere debebat egentibus, qvæ hic non
reperitur? Furtum purgari poteſt ſi accedat con-
ſenſus Domini, non ita fornicatio ac adulterium.
9 Id tamen *Petro Peckio ad c. 78. de R. J. lib. 6.* con-
ceſſerim, in magna neceſſitate famis remitti poſſe
pœnam criminalem, qvia mors ex fame profecta
10 omnium terribiliſſima. Deprehenſa in adulterio
notatur infamia licet condemnata non ſit, qvia
ipſo jure irrogatur infamia ex facto, *d. l. 43. §. pen.*
imò licet abſoluta ſit, infamis tamen eſt ob fa-
ctum, qvia deprehenſa eſt, *ad §. pen.* ſi autem ſit
condemnata, duplici ex cauſa infamis eſt. *vid.*
*Treutl. & Bach. diſp. 8. th. 5. lit. C.* Aliud in viro 11
adultero. *l. 2. §. 3. de his qvi not. infam. Lud. Rom.*
*ſing. 825. Hillig. in Donell. l. 18. c. 7. lit. I.* qvia major
caſtitas à fœmina reqviritur; qvod moribus ita
obſervari fateor: ſed Canoniſtæ & Patres Eccle-
ſiæ ſancti non admiſere, nec ego. Vir facilius
debet refrenare ſuas concupiſcentias, qvam fœ-
mina, qvæ facile ſeduci poteſt.

## ad L. Senatoris. 47.

*SUMMARIUM.*

*Honor an delinqventi reſervandus.*

NOn debet honor reſervari illi, qvi ſe in ſce-leratam vitam deduxit. Sed hodie ſæpe in injuriis, furtis levioribus, fama reſervatur, ob eam rationem, qvia recepta ſunt collegia, in qvibus infamis eſſe non poteſt; Ne igitur ad extremam paupertatem deducatur, aut fame enecetur, talis reſervatio permittitur. *vid. Not. ad l. 40. de injur.*

## ad L. Et nihil. 54.

*SUMMARIUM.*

*IMpedimentum nuptiarum etiam ex fornicatione oritur.*

COnſangvinitas & affinitas nuptias prohibens etiam ex fornicatione oritur. hic & *Levit. 18. v. 9. & l. 14. §. 2. h. t. Gerhard. §. 282. Carpzov. d. l. def. 82. & 97.* Hinc qvi fœminam à fratre cognitam cognoſcit, inceſtum committit, & magis is, qvi patris concubinam cognoſcit.

## ad L. Qvin etiam. 55. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*ADoptio qvare impedimento nuptiis, cum patris adoptivi matre, vel matertera.*

PAtris adoptivi matrem & materteram durante adoptione ducere prohibeor, idq; non ob agnationem, qvæ hic nulla; ſed propter reverentiam, qvam pater matri ſuæ, & ego patri debeo. *vid. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 6. th. 2. lit. C. & Hun. d. diſp. qv. 19.* Sed qvia cauſa prohibens eſt juris Civilis effectus, de diſpenſabilitate dubitandum non eſt.

## ad L. Qvi in provincia. 57.

*SUMMARIA.*

*QVi actum facere non poteſt, nec facienti poteſt conſentire. n. 1.*
*Diverſa probationis genera conjungi poſſunt ad probandum. 2.*
*Exemplum hic, ubi inceſtuoſus legitimatur. 3.*

Bona

*Bona fides in actibus palam factis præſumitur. 4.*
*Bona fides parentum prodeſt liberis qvoad jus legitimitatu. 5.*

1 RECtor Provinciæ ne qvidem filio contrahenticum Provinciali conſentire poteſt; unde colligunt regulam: eum qvi actum aliqvem facere non poteſt, ne qvidem conſentire poſſe alii facienti. *vid. Cagn. ad l. fin. C. de Pact. n. 134. Aug. Barb. lib. 1. c. 26. ax. 30.* Temporis autem diuturnitas & numerus liberorum poteſt Principem movere ad legitimandos liberos ex illicito conjugio natos. *§. 1.*
2 *hujus legis.* Unde probant: diverſa probationis genera ita conjungi poſſe, ut ſingula non probent, univerſa fidem faciant. *Gail. lib. 1. obſ. 108. numer. 13. Mynſ. cent. 2. obſ. 100. & cent. 5. obſ. 33. Wiſſenb. ex. 45.*
3 *th. 17.* Et hic habemus exemplum ubi inceſtuoſi legitimantur. *Fach. l. 3. controverſ. 57. Wiſſenb. h. t.*
4 *th. 23.* Et præſumitur bona fides, qvando contrahentes contra jura, ſed palam & in facie Eccleſiæ
5 hoc fecerunt *l. ult. ff. h. t.* Et ideo b. fides & error utriusqve vel alterutrius liberos reddunt legitimos, per hanc *l. Trentac. l. 3. tit. de matrim. reſol. 4. n. 14. & qvos refert Sande l. 2. tit. 1 def. 8.* ubi liberos ex uxoris ſororis filia natos legitimos pronunciatos teſtatur.

## ad L. Præfectus. 63.

### SUMMARIA.

*LEgatum in matrimonio prohibito conjungi relictum, an valeat? n. 1.*
*Qvid in contractu. 2.*

1 LIcet matrimonium ſit prohibitum, ſi tamen qvid maritus conjugi legaverit, non auferet Fiſcus, ſed debetur conjugi, qvæ etiam dotem
2 repetere poteſt, hic & *l. fin. de leg. 1.* Aliud videtur in contractibus, per *l. 32. §. fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. vid. Immanuel Coſta in repetit. cap. Si pater. part. 1. in v. uxorem. numer. 5. & ſeq. X. de Teſt.*

## ad L. Non ſolum, 67. §. 1.

### SUMMARIA.

*AVus neptem, cujus tutelam geſſit nepoti ex alio filio elocare poteſt. n. 1.*
*Cognati teſtimonium inter duos cognatos validum eſt. 2.*

1 AVus neptem ex filio emancipato, cujus tutelam geſſerat, non obſtante *tit. Cod. de interdicto matrim. inter pupillum*, poteſt elocare nepoti ex filio alio, qvia par affectio excludit omnem ſuſpicionem ſeqviorem. Ex qva ratione 2
probant Dd. licet teſtimonium fratris pro fratre non ſit idoneum, nec ob id juramentum ſuppletorium poſſit deferri; *Farin. qvæſt. 54. n. 88.* aliud tamen eſt, ſi ad utrumqve par ſit affectio, ſi cognatus inter duos cognatos deponat, qvæ depoſitio valida eſt; & poterit ob eam juramentum deferri. *Farin. d. qvæſt. 54. numer. 116. & Mevius p. 4. dec. 313.*

## ad L. fin.

### SUMMARIA.

*IGnorantia in actu palam geſto præſumitur. n. 1.*
*Qvod exemplo declaratur. 2.*
*An qvi clam peccat, gravius peccet. 3.*
*Intellectus hujus Legis. 4.*

SI actus prohibitus celebratur palam, poteſt 1
qvis prætextu ignorantiæ excuſari; ſed ſi clam, non præſumitur ignorantia; ſed potius fraus & mala fides, hic & *l. 54. ff. de adm. tut. c. conſuluit §. ne vero judicium X. de officio delegati. Cravetta conſ. 129. num. 11. & conſ. 178. num. 6.* ubi de actibus nocturnis. *Cothm. vol. 2. reſp. 68. numer. 76. Schneidew. ad §. 6. inſt. de act. num. 74. Menoch. conſ. 293. num. 17. & ſeq. & conſ. 422. num. 97.* qvod declarat *d. conſil. 422. num. 102. & conſ. 627. numer. 17. Carpzov. l. 2. Jurispr. Eccl. def. 35. num. 7. & ſeq.* Hinc eum, qvi non convocatis vicinis termi- 2
nos renovaverat, ob clandeſtinitatem præſumptionem contra ſe habere dicit *Berlich. p. 2. dec. 233. numer. 17. & ſeqq.* Illud vero ex h. l. neqva- 3
qvam colligitur, qvod qvi clam peccat, doloſe tamen, gravius peccet qvam qvi palam; ut videtur velle *Finckelth. obſ. [illegible] n. 12.* Nam utiqve qvi palam peccat majus præbet ſcandalum & impudentior eſt, & major hic contemptus ſuperiorum. Sed 4
hæc lex in eo, qvi aliqvid facit palam, errorem præſumit, & ignorantiam; ſed qvi clam facit, ibi præſumitur dolus. Ergo lex hæc intelligenda de tali negotio, ubi error vel ignorantia juris non eſt adeo improbabilis. *conf. Barboſ. Locupl. l. 3. c. 21. ax. 3.* Vel textus intelligi poteſt, qvoties actus per ſe non eſt omnino illicitus, ſed permiſſus, ut matrimonium contrahere. Secus ſi negotium per ſe illicitum, ut furtum committere; Unde fur manifeſtus gravius punitur.

# TITULUS III.
# De Jure Dotium.

## ad L. Reipublicæ. 2.

### SUMMARIA.

*FAvor dotis etiam ad contractas nuptias ſpectat. num. 1.*
*Qvæ ex hoc textu colligantur. 2.*

PUblicè intereſt dotatas eſſe mulieres, ut nu- 1
bere poſſint; qvamvis autem hoc de futuris nuptiis videatur dicendum, verius tamen eſt ad con-

contractas etiam nuptias hoc pertinere. *Johan. Hannibal. in rep. Rubr. ff. ſol. matr. n. 117. vol. 3.*
2 Et hinc multa concludi poſſunt, v. gr. *Carpzov. p. 2. Jurupr. C. 39. def. 18.* ex hoc concludit, ex
emphyteutico fundo in dotem dato non ſolvi
laudemium, qvia neceſſaria & publice utilis cauſa eſt. Plura infra in *l. 1. ff. ſolut. matr.*

## ad L. Dotis. 3.

### *SUMMARIA.*

*Promiſſio dotis, nuptiis non ſecutis irrita eſt. n. 1.*
*Idem in legato dotis. 2.*
*Qvod limitatur. 4.*
*Secus ſi dos loco legitimæ relicta. 3.*

1 SIne matrimonio dos eſſe neqvit, & ideò pro-
miſſio dotis, vel ejus conſtitutio nuptiis non
2 ſecutis irrita. *Carpzov. p. 2. conſt. 46. def. 21.* Sicut
& dos legata ab extraneo, nuptiis non ſecutis
non debetur. *Carpzov. part. 3. Jurupr. conſt. 13.*
*def. 25. Menoch. conſ. 455. n. 8.* etiamſi legetur ita:
3 cum nupſerit. *Menoch. d. l. n. 10.* Aliud ſi dos lo-
co legitimæ à patre relinqvatur. *Menoch. d. l. n.*
4 *15.* Prius limitatur: niſi aliæ circumſtantiæ ar-
guant purum eſſe legatum. *Cravetta conſil. 101. n. 2. Menoch. conſ. 251. n. 31.* Sed in dubio à parente legata dos purè relicta, ab extraneo conditionaliter videtur relicta. *Menoch. d. conſ. 251. num. 32.*

## ad L. Si proprietati. 4.

### *SUMMARIA.*

*Uſusfructus ſi cum fundo dotali conſolidatus, non pro nova dote, ſed augmento habetur. 1.*
*Aliqvorum Dd. collectio rejicitur. 2.*

1 QVando uſusfructus accedit proprietati do-
talis fundi, per modum conſolidationis non
videtur res nova vel alia dos, & conſeqventer
non cenſetur nova adqviſitio; qvia per qvan-
dam mixturam inſeparabiliter ipſi proprietati
accedit, ob qvam conſolidationem uſusfructus
extingvitur, & proprietas augetur & fit plena.
2 Non tamen inde ſeqvitur, ut colligunt nonnulli
à *Joh. del Caſtillo* jam allegando, citati, qvod
ipſe uſusfructus, ſi relatio fiat ad tempus, qvo erat
à proprietate ſeparatus, non videatur de novo
obvenire ſive adqviri, & faciat pleniorem &
pretioſiorem ipſam proprietatem, ita ut cauſa lucri de novo conſiderari poſſit. *l. non qvocunq; 82. §. fundus 2. de Leg. 1. & §. 9. Inſt. de Legatis. Caſtillo in Tr. de uſusfructu cap. 74. n. 4. & 5. ubi plures citat, ut & n. 2.*

## ad L. Profectitia. 5.

### *SUMMARIA.*

*Dos profectitia qvæ ſit. n. 1. 2.*
*An pater locupleti filiæ dotem dare debeat. 3.*
*Filiusfamilias dotem conſtituendo, an ſuo an patris nomine id feciſſe cenſeatur. 4.*
*Pater an ex bonis filiæ ipſi dotem conſtituere poſſit. 5.*

DOs profectitia eſt, qvæ à parente proficiſci- 1
tur vel bonis ejus vel facto ejus conſtituta
eſt; qvod variis exemplis hic declaratur, de qvi-
bus etiam *Mant. de tacita & ambigua conventio-*
*ne lib. 12. tit. 7.* Et profectitia dos eſt, licet filia 2
ſit emancipata, qvia jus non poteſtatis, ſed pa-
tris nomen profectitiam dotem facit. *§. 11. h. l.*
ſiut pater det dotem, non ſi ut debitor filiæ. *Dn.*
*Struv. ex. 3. th. 4.* Sed an pater locupleti filiæ 3
dotem conſtituere debeat? Et puto, qvod non;
cum nec ad alimenta teneatur. *l. 5. § 7 de agnoſc.*
*lib.* & qvia ad dotandum officio judicis com-
pellendus; ſed æqvitas, cui innititur officium
judicis, ceſſat, ubi filia ipſa locuples, qvod tem-
pore Digeſtorum non poterat facilè fieri, niſi in
paucis caſibus. *vid. Carpz. p. 2. c. 42. def. 13. Lach.*
*in tr. diſp. 7. th. 2. Covar. p. 2. de matrim. c. 3. §. 8.*
*in fin. Cavall. qv. 5. Dn. Struv. d. ex. 30. th. 3.* niſi
pater habeat uſumfructum. *Bach. d. l.* Ex §. 10. 4
*hujus legis 5.* colligit *Barb. ad l. 1. ff. ſol. matr. par-*
*te 4. n. 117.* filiumfamilias filiæ ſuæ dotem con-
ſtituendo, videri ſuo nomine promiſiſſe, niſi
probetur, ipſum patris negotium geſſiſſe, qvo
caſu patris hæredes tenerentur. *Ex §. 11.* notan- 5
dum; poſſe patrem ex bonis filiæ ea conſentien-
te dotem conſtituere, & ſic eſſe dotem adventi-
tiam, qvia non à patre profecta; ſed ſi ea non
conſentiente pater ex bonis filiæ dotem conſti-
tuerit, poſſe agere filiam contra patrem, ut ex
bonis ſuis dotet pater. *Bach. ad d. l. 2. parte 4.*
*num. 25.*

## ad L. Jure ſuccurſum. 6.

### *SUMMARIA.*

*Dos profectitia, qvare ad patrem redeat. n. 1.*
*In dotis conſtitutione læſo ſuccurrendum. 2.*

CUr dos profectitia ſoluto per mortem ma- 1
trimonio ad patrem redeat, redditur hic ra-
tio, qvod ſolatii loco hoc ſit conſtitutum, ne &
filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum ſentiret; &
hoc, licet filia emancipata. *Pet. Barb. in l. 2. §.*
*qvod ſi in patris n. 38. ff. ſolut. matrim. Bachov. d.*
*diſp. th. 11. lit. C.* qvando autem diſſoluto matri-
monio non redeat ad patrem, id proponitur in
*Colleg. Argent. tit. ſoluto matr. th. 6. §. 2.* Qvan- 2
do vel pater vel filia vel maritus in dotis conſti-
tutione læſus eſt, tunc læſo etiam majori eſt ſuccurrendum *per §. fin. h. t.* non qvidem ob favorem dotis, nec per reſtitutionem in integrum, ut putat *Odd. d. reſtit. qv. 14. n. 61.* Sed ob naturam actionis dotis, in qva bonum & æqvum præcipuè dominantur, per *l. 8. ff. de cap. deminut. Pet. Barb. ad l. æſtimatis 51. num. 23. & ſeq. ff. ſolut. matrim.*

*trim. idem ad Rubr. d. 1. part. 4. num. 25.* ubi ſi in
æſtimatione rei dotalis qvis læſus, læſionem ultra
dimidium non reqviri docet.

## ad L. Dotis fructum. 7.

### *SUMMARIA.*

*AD maritum fructus dotis ſpectant. n. 1.*
*Exceptio, niſi non ferat onera matrimonii. 2.*
*Qvid in commodis occaſione fundi dotalis percepti. 3.*

1 QVia maritus onera matrimonii fert, ideo
etiam dotis fructus ad eum pertinent; per *h.*
*l. & l. pro oneribus 20. C. h. tit.* & proinde etiam
fructus fundi pro dote obligati Jure Can. acqvirit,
per *cap. Salubriter X. de Uſur. Petr. Barb. ad l. de Di-*
*viſ. 5. num. 1. & ſeq. ff. ſolut. matr.* conf. *Surd. de A-*
*liment. tit. 1. qv. 33. num. 8. Mant. ead. tit. 8. num. 18.*
2 Et ideo ſi non ſuſtineat onera, non acqvirit fru-
ctus. *Pet. Barb. d. l. num. 4. Surd. d. t. 1. qvæſt. 42.*
3 *n. 31. Roland. à Valle Tr. de Dot. qvæſt. 64.* Non au-
tem ad maritum pertinent commoda, qvæ non ut
fructus ex re perveniunt, ut theſaurus *l. 7. §. 12. ſo-*
*lut. matr. Dn. Struvius th. 13.* ut nec alluvio. *l. 10. §.*
*1. h. t. Dn. Struvius d. l.*

## ad L. Si ego. 9.

### *SUMMARIA.*

*IN dote promiſſa non habet locum condictio ex pœnitentia. n. 1.*
*Pater ſi filiæ dotem deſtinaverit, filius poſt mortem ejus revocare neqvit. n. 2.*
*In pia cauſa mandatum per heredem revocari neqvit. 3.*
*Donatio dotis cauſa facta non poteſt revocari. 4.*
*Paraphernalia bona quænam ſint. 5.*
*An hæc ſint in dominio mariti. 6.*
*Qva actione Paraphernalia repetantur. 7. 9.*
*Dote non conſtituta, uxoris bona pro Paraphernalibus habentur. 8.*
*Fructus Paraphernalium ſub conditione marito donati, conditione non exiſtente, ad heredes uxoris tranſeunt. 10.*
*Maritus Conſenſu uxoris Paraphernalia adminiſtrare præſumitur. 11.*
*Qvænam bona Receptitia. 12.*
*An quoad hæc uxor hypothecam habeat. 13.*

1 EX *h. L.* colligunt nonnulli privilegium dotis;
qvod, licet in contractibus innominatis con-
dictio ex pœnitentia detur, in promiſſione ta-
men dotis non detur, niſi nuptiis non ſecutis.
*Covarr. lib. 1. Reſol. c. 14. numer. 15. Bald. Nov. in tr.*
*de Dote. part. 6. privil. 51.* qvi tamen melius pro
hac ſententia facere putat. *l. 10. ſupr. de Sponſ.*
2 confer. *Petr. Barboſ. part. 4. Rubr. d. t. num. 37.* Si ta-
men pater ad dotem filiæ qvid deſtinavit, licet re
integra moriatur pater, & mandatum aliàs mor-
te mandantis expiret, hoc tamen mandatum he-
res revocare non poteſt, per *§. 1. h. l. Bald. Nov.*
*p. 6. privil. 52. Covarr. d. c. 14. numer. 16. Hipp. de*
*Marſil. ſingular. 44. Vinc. de Franchis dec. 126. num.*
*6. Simon de Prætis. conſ. 72. num. 30. Decius conſ. 35.*
*num. 10.* Nec obſtat *l. 11. §. 8. ff. de Donat. inter vir.*
*& uxor.* qvia hic de dote agitur. *Petr. Barb. d. l.*
*num. 38.* In pia cauſa mandatum per hæredem re- 3
vocari non poteſt, cum validum ſit argumen-
tum a dote ad piam cauſam. *Tiraq. de Privil. piæ*
*cauſæ privil. 52.* & præcipue hunc textum addu-
cens *priv. 152.* Colligunt etiam, donationem do- 4
tis cauſa factam non poſſe revocari. *Natta conſ.*
*677. num. 13.* ubi tamen dicit, fragile eſſe hoc fun-
damentum, & *Paulus Caſtr. in rep. l. ſin. de Solut.*
*n. 14. & ſeq.* vult, hic non eſſe nudum mandatum,
ſed traditionem ob cauſam, & ſic contractum
innominatum. Sed à communi recedendum
non eſt, qvia hic aliqvid ſpeciale in dote eſſe, du-
bium non eſt. Paraphernalia bona ſunt, qvæ ma- 5
rito extra dotem cuſtodienda & adminiſtranda
traduntur *§. fin. h. l.* Nam non ſufficit probare,
uxorem conſtante matrimonio ea accepiſſe, aut
in domum mariti intuliſſe; ſed marito tradita
eſſe. *Dn. Mev. p. 2. dec. 229.* Qvorum dominium 6
marito non acqviritur, niſi hoc actum ſit, ſed
manet uxoris. *Dn. Struv. Ex. 29. th. 56.* parata
tamen, ubi aliud actum, poſt mortem condictio.
Solent autem talia Paraphernalia tradi marito 7
cum conſignatione a marito ſubſcripta, & repe-
tuntur ſoluto matrimonio actione depoſiti vel
mandati, vel rerum amotarum, vel ad exhiben-
dum. Vid. de his *Carpzov. part. 1. conſt. 28. def.*
*87. & 89. & part. 2. conſt. 16. paſſim. Molina d. J.*
*& J. tr. 2. diſp. 430. Tholoſ. lib. 9. Syntagm. c. 17.*
*Craveta conſ. 193. num. 15.* Et ſi mulier nulla dote 8
conſtituta haberet tamen bona propria, hæc Pa-
raphernalia eſſent & haberent hypothecam à
die receptionis, ut judicatum refert *Sande l. 3. tit.*
*12. d. 3.* Jure Saxonico habet maritus uſumfru-
ctum bonorum uxoris per textus à *Dn. Struvio*
allegatos. *Ex. 29. th. 56.* aliorumqve moribus. *Wiſ-*
*ſenb. d. 46. th. 2. Zœſ. ad tit. pro ſocio num. 10. & ſeqq.*
Sed Jure Communi uxor Paraphernalia vindi- 9
cat ſi extant, ſi conſumpta volente uxore, nulla
datur condictio, per *l. fin. C. de pact. convent.* niſi
maritus locupletior redditus *l. 33. §. 1. de donat.*
*inter vir. & ux.* Si non conſtat de voluntate uxo-
ris, datur condictio, vid. *Dn. Mev. & quos ille al-*
*legat. in Jure Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 153.* Qvan- 10
do autem in certum caſum & ſub conditione uxor
marito donat fructus Paraphernalium bono-
rum, vel partis fructus, tunc deficiente conditio-
ne omnes ad hæredes uxoris pertinere, reſpon-
ſum eſt à Facultate noſtra, menſe Majo anno
1658. Sane in dubio videtur maritus conſentien- 11
te uxore Paraphernalia adminiſtraſſe: vid. *Cra-*
*veta conſ. 193. numer. 15. lib. 1. Natta conſ. 75. Co-*
*varr. tom. 1. de matrim. p. 2. c. 7. §. 1. num. 2. Menoch.*
*conſ. 56. num. 8. c. 31. Copus de fructibus lib. 3. tit. 2. c. 7.*

Con-

Confer etiam ad h. textum *Gail. lib. 2. obſ. 78. n.*
*6.* ubi cum *Mynſ. d. l.* exceptis certis caſibus, u-
ſumfructum marito negat. Sed apud nos, ut mul-
ta juris Saxonici veſtigia remanſere, non ineptè
marito, uxore non diſſentiente, adminiſtrationem
12 competere dicendum videtur. Receptitia verò
ſunt, qvæ ſibi uxor retinet adminiſtranda, de qvi-
bus intelligenda *Lex Maritus C. de Procurat. Cam-*
*peg. tr. de Dote p. 1. qv. 9. n. 1. Gail. lib. 1. obſ. 153. num. 7.*
13 *Mynſing. cent. 3. obſ. 53.* Et in his bonis, qvæ neqve
Dotalia ſunt neqve Paraphernalia, non videtur
hypotheca mulieri competere in aliis mariti bo-
nis; niſi adminiſtratio etiam commiſſa, ut vult *Ca-*
*valcanus de Uſufr. mulieri relicto num. 205. Franc.*
*Marc. part. 2. dec. 391. Bald. Novellus de Dote part. 8.*
*priv. 6. n. 21.*

## ad L. Plerumq; 10. pr.

*SUMMARIA.*

*ÆStimatio periculum in maritum transfert. n. 1.*
*Æſtimatio in dubio facit venditionem. 2.*
*Si creditor in res æſtimatas immittatur, habentur pro adjudicatis. 3.*
*Qvod limitatur. 4.*
*Æſtimatione à judice approbata, ab ea appellandum. 5.*
*Electio mariti eſt, an æſtimationem reſtituere velit, an rem. 6.*

1 ÆStimatio rerum in dotem datarum facit, ut
res æſtimato datæ qvaſi venditæ videan-
tur, & ſic periculum interitus & deteriorationis
ad maritum pertineat, hic & *l. 21. C. h. t. Anton.*
*Faber Cod. lib. 5. tit. 7. def. 43. Carpzov. p. 2. Ju-*
*rispr. Conſt. 42. def. pen. Caſtillo de Uſufr. c. 4. num.*
2 *7. P. Barb. ad d. l. ſi æſtim. ſtis. 51. num. 5.* Et ſemper
in dubio præſumendum eſt hoc fine factam eſſe
æſtimationem rerum in dotem datarum, ut fa-
ceret venditionem. *Molin. d. J. & J. tr. 2. diſp.*
*426. num. 7. Mantica l. 12. tit. 28.* & ideo attritis
etiam veſtibus in dotem æſtimato datis tenetur
3 maritus ad æſtimationem, per *h. text.* Ex hoc
textu etiam probatur, qvamvis ſola immiſſio
creditoris in bona debitoris non faciat addictio-
nem, qvia pignus tantum conſtituitur; ſi tamen
res æſtimatæ prius creditori tradantur, & hic me-
diante æſtimatione res accipiat, licet nulla ſenten-
tia nullumqve decretum acceſſerit, haberi illas
4 res pro addictis. *Dn. Mev. p. 4. deciſ. 305.* Qvod
intellige, niſi alius finis appareat, v. gr. qvod
ideo fiat, ut appareat, in qva bonitate reſtituere
5 debeat ſoluto debito. Æſtimatio autem ſemel
facta, ſi à judice approbata, ſententiæ inſtar eſt,
& per appellationem ſuſpendi debet. *Dn. Mev.*
6 *p. 4. dec. 350.* Qvando conventum, ut maritus
aut rem æſtimatam aut æſtimationem ſolvat, niſi
aliud ſit expreſſe actum, electio eſt mariti. Et
ideo regulam ex h. l. probant, qvod in alterna-
tivis regulariter ſit electio debitoris, qvia in ejus
favorem alternativa videtur conſtituta. *Hartm.*
*Piſt. lib. 3. quæſt. 4. num. 7: Carpz. p. 2. conſt. 29. def. 18.*
*Barb. lib. 1. c. 55. ax. 1. & multi alii.*

## ad L. Si res æſtimata, 12. §. 1.

*SUMMARIA.*

*MUlier in dotis conſtitutione circumventa ad qvid agat. n. 1.*
*Si minor contra venditionem reſtituendus, non ſemper contractus reſcinditur. 2.*

SI mulier circumventam ſe eſſe dicat in eo, 1
qvod rem dedit in dotem, ad rem reſtituen-
dam agit; ſi autem in æſtimatione ſe circum-
ventam dicat, datur electio marito, ut rem reſti-
tuat vel juſtam æſtimationem: ſi verò non extat
res, tunc æſtimatio conventa reſtituenda eſt,
qvia ſatis videtur cautum mulieri, ſi illa æſtima-
tio, qvantumcunqve injuſta, illi reddatur, cum
non facta æſtimatione mulieri res periiſſet. *Petr.*
*Barb. in d. l. Si æſtimabis. num. 22. Cagn. ad l. 2. C. de*
*reſcind. vend. num. 63. Bach. in tr. vol. 1. diſp. 28. th.*
*2. lit. C. p. 1063.* Colligitur etiam, cum minor 2
reſtituitur contra venditionem, non ipſam ven-
ditionem ſemper reſcindi; ſed ſi expediat ven-
dere, poteſt agi ad ſupplendum juſtum pretium,
aut reſtituendam rem. *Sfortia Oddus de Reſtit. p. 1.*
*qvæſt. 1. art. 4. n. 32. & 37. Bart. & Salyc. in l. Siqvi-*
*dem. 11. C. d. prædiis minorum. Idem de Eccleſia re-*
*ſtituenda tradit Panorm. ad c. 8. X. de Reſt. in inte-*
*grum in fine.*

## ad L. Qvoties. 16.

*SUMMARIA.*

*MAritus ſi ob evictionem duplum ab uxore acce-*
*piſſet, tantum ſoluto matrimonio reſtituit. num. 1.*
*Aliud ſi ab extraneo acceperit. 2.*

DAtur marito prædium in dotem & qvidem 1
cum pacto, ut ſi evinceretur, duplum reſti-
tueret mulier, qvæ dedit. Evenit caſus, duplum
accepit maritus, an ſoluto matrimonio uxor
duplum recipere poteſt? Affirmatur, ne maritus in
lucro, fœmina in damno hæreat. Aliud vero ſi 2
alius duplum promiſiſſet. *Bald. Nov. de dote part.*
*7. priv. 40. Petr. Barb. in l. Si æſtimatis 51. num. 15. ff.*
*ſol. matrim. Cremenſis ſingul. 69.* ubi tamen pa-
trem dotem dantem cum muliere conjungit, in
qvo à Barb. reprehenditur.

## ad L. In rebus. 17. pr.

*SUMMARIA.*

*MAritus in re dotali ob culpam levem tenetur. num. 1.*

*Limi-*

*Limitatur. 2.*

*Qvi ad culpam levem obligatus, ad leviſſimam tenetur, ſi in ſuis rebus exactiſſimam diligentiam adhibeat. 3.*

1 QVæritur hic, ad qvam diligentiam obligatus
ſit maritus ratione dotis? & reſp. ad dolum,
latam culpam & culpam levem ex natura con-
2 tractus. Additur caſus elegans; qvod etiam de
leviſſima culpa teneatur maritus, ſi in ſuis rebus
diligentiſſimus, in dotalibus verò minùs dili-
3 gens. Unde oritur generalis limitatio in omni-
bus contractibus, ubicunqve ex natura contra-
ctus (qvando in utriusqve utilitatem contrahi-
tur) qvis tenetur ad culpam levem tantum, tunc
teneri etiam eundem ad culpam leviſſimam,
qvando in ſuis propriis rebus fuit diligentior.
*Decius in l. contract. n. 36. Pet. Barb. ad l. Si mora in prælud. n. 28. ff. ſolut. matrim.* ubi hunc textum
elegantem vocat, & plures citat Dd. *n. 36.* ubi
deducit, maritum ad levem culpam præſtandam
teneri ex natura contractus, licet in ſuis rebus
eandem levem culpam admittat.

## ad L. Si mancipia. 18.

*SUMMARIUM.*

*QVid operetur pactum, ut res æſtimata in dotem data in pari æſtimatione reſtituatur.*

MAncipia in dotem dedit æſtimatio pater, hoc pacto, ut ſoluto matrimonio per eadem æſtimatione reſtituerentur. Qværitur qvid operetur hoc pactum? Reſp. aut mancipia exiſtunt ſoluto matrimonio, ſed deteriorata, & tunc licet per leviſſimam culpam deteriorata ſint, tenetur maritus non ex natura contractus, ſed ut pactum hoc aliqvid operetur. Sed ſi non extent, periculum eſt mariti, licet caſu perierint. confer. *l. pen. §. 3. ff. ſolut. matr. Petr. Barb. ad l. æſtimatis. 51. n. 37. ff. ſolut. matr.*

## ad L. Stipulationem. 21.

*SUMMARIUM.*

*OMnis promiſſio, vel acceptilatio dotis conſtituendæ, ſub conditione nuptiarum facta cenſetur.*

OMnis ſtipulatio & promiſſio dotis, ut & donatio à ſponſo ſponſæ facta, eſt conditionalis, ſi nuptiæ ſeqvantur; his non ſecutis, nec promiſſio nec donatio valida eſt. Imò nec acceptilatio dotis conſtituendæ cauſa facta *l. 43. §. 1. Bald. Nov. de Dot. part. 6. privil. 76. & Mantic. de tac. & amb. convent. d. l. 12. tit. 11. Menoch. lib. 3. præſ. 19. Heig. p. 1. q. 31.* ſupra id limitavi, niſi dos à patre loco legitimæ data.

## ad L. Licet. 22.

*SUMMARIA.*

*DOs promiſſa, ſi ſponſalibus renunciatum, non reconvaleſcit, etiamſi poſtea nuptiæ ſeqvantur. num. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Nuptiæ intermediæ an legitimationi obſtent. 3.*

QVod ſi renuncietur Sponſalibus, & tamen 1
nuptiæ ſint ſecutæ, non reconvaleſcit ſtipu-
latio & promiſſio dotis prior ſemel irrita facta;
qvia omnis ſermo ſimpliciter prolatus de prima
vice intelligendus, hic & *l. dotis promiſſio. 68. h. t. & l. Boves. §. Sermone ff. de V. S. & ibi Tiraqvell. in Proœm. n. 3.* Sed deciſio hæc reſtringitur *l. 58.* 2
ſi nuptiæ intermediæ fuerint. *Mantica d. t. 11. n. 4. & ſeq.* Unde colligitur, intermedium matri-
monium tollere omnem promiſſionem matrimo-
nii antea alii factam. An autem intermediæ nuptiæ 3
legitimationem impediant, qværitur? Qvod af-
firmat *Covar. in tr. de matr. p. 2. c. 8. §. 2. n. 18.* de
qvo dubitat *Tiraq. d. l. n. 4. per l. matrimonii ff. qui & à quibus manumiſſ.* Sed præponderat favor
matrimonii, & legitimationis.

## ad L. Qvia autem. 23.

*SUMMARIA.*

*PAter qvicqvid filiæ promiſit, ex cauſa dotis promiſiſſe videtur. n. 1.*

*Mulier bona ſua ſine dotis promiſſione dans marito, an dotalia cenſeantur. 2.*

*Gener dotem, etiamſi non promiſſa ſit, petere poteſt. 4.*

QVando pater aliqvid promittit filiæ, licet 1
cauſa nulla ſit expreſſa, imo licet tractatus
nullus matrimonialis tum temporis intervene-
rit, ex cauſa tamen dotis id videbitur feciſſe, hic
& *l. 48. §. 1. h. t. Bald. Nov. d. part. 6. priv. 14. in pr. P. Barb. p. 3. l. 1. ff. ſolut. matr. n. 65.* conf. *Camil. Viſtarinus in repet. l. 1. ff. ſolut. matr. n. 144.*
licet aliter *Bachov. in Treutl. vol. 2. d. 7. th. 5. lit. C.* Sed volunt nonnulli ex hac L. probare, qvod 2
mulier, ſi nulla conſtituta certa dote bona ſua
dederit marito, tunc ea in dotem dediſſe præſu-
matur. Sed contrarium verius eſt, per *l. ult. verſ. eodem modo. C. de repud. Maſcard. concl. 576. Menoch. l. 3. præſ. 6. Gail. l. 2. obſ. 82. n. 3. Mant. l. 12. tit. 13. n. 8.* Kohl *de pact. dotal. p. 1. num. tot. Dn. Struv. Ex. 30. th. 6.* Imò ſi pater nullam dotem 3
promiſerit, gener tamen ad conſtituendam do-
tem congruam agit. *Perez. de Dot. promiſſ. n. 10. Dn. Struv. d. Ex. 30. th. 7.*

## ad L. Si filiafamilias. 24.

*SUMMARIA.*

*FIlia ex peculio ſuo ſibi dotem conſtituens, ipſa ſoluto matrimonio dotem repetit.*

Filiafamilias dotem ex peculio ſuo qvod adminiſtrabat, marito ſuo conſtituit, ſoluto matrimonio qværitur an filia poſſit petere dotem à mariti hæredibus? Videtur qvod non, præſertim ignorante patre aut invito? Sed aff. qvia pater hic non conſtituit ſed filia: Ergò ex proprio contractu aget, & ſic etiam patre prohibente ſolutionem. *P. Barboſ. ad l. 3. ff. ſolut. matr. n. 24. & ſeqq.*

## ad L. Ita conſtante. 26. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Res ex pecunia dotali empta, dotalis cenſetur, ſi uxori utilis. n. 1.*

*Uxor in jus crediti ex pecunia dotali ſoluti ſuccedit. 2.*

*Alienationis prohibitio ceſſat, ſi utilitas uxoris concurrit. 3.*

1 Prædia empta ex pecunia dotali ſurrogantur
in locum dotis, ſi uxor conſentiat, & ipſi hæc
ſurrogatio utilis. *Rol. à Valle conſ. 86. n. 1. & 15.
Petr. Barb. ad 3. part. rubr. ff. ſolut. matr. n. 77.
Pariſius conſ. 128. num. 1. & ſeq. lib. 3. Socin. jun.
conſ. 118. num. 11. lib. 3. Tiraqvell. de Retr. conſangv. §. 32. n. 16. Ant. Faber l. 5. conjeƈt. c. 9. Dn.*
2 *Mev. p. 5. deciſ. 6. Donell. l. 5. c. 2.* Ex hac L. &
*l. 54. h. t. & l. 55. de Donat. inter vir. & uxor.* colligit reƈtè *Dn. Mev. p. 5. dec. 253.* mulierem ſuccedere in privilegia & pignora crediti, qvod ex pecunia dotali ſolutum fuit, argumento duƈto
3 à magis ad minus. Et ex hac L. colligitur, alienationis prohibitionem tunc ceſſare, qvando ea utilis mulieri. *Pet. Barb. p. 5. legis 1. n. 7. & ſeq. ff. ſolut. matrim.*

## ad L. Cum Pater. 29.

*SUMMARIUM.*

*Legatum dotis filia reliƈtum, qvid operetur.*

Qvando pater promiſit dotem, & dotem legat marito, inutile eſt legatum; ſi filiæ leget, utile eſt, & legando filiæ non videtur pater voluiſſe compenſare cum dote debita genero, & ita utrumqꝫ debetur *Natta conſ. 109. n. 9. Surdus conſ. 60. n. 64.* Et ſic legata filiæ dos debetur ut dos, & legatum, ſed diverſo tempore. Legatum enim ſtatim debetur mortuo patre, dos verò mortuo marito. *Surdus l. 1.* conſ. *Socin. junior. conſ. 79. n. 18. & 113. lib. 3.*

## ad L. Dotem. 30.

*SUMMARIA.*

*Dos primo marito data, in ſecundo videtur repetita. n. 1.*

*Qvod examinatur. 2.*

*An idem in paƈtis dotalibus. 3.*

Dotem, qvam intulit fœmina primo marito, 1
tacitè videtur conſtituiſſe ſecundo marito,
de qvo *Menoch. lib. 3. præſ. 6. n. 25. & ſeq. Mant.
d. l. 12. tit. 15. per tot. Maſcard. concl. 225. num. 3.
Gail. l. 2. obſ. 8. . n. 7. Ant. Fab. l. 5. Cod. tit. 7. d.
18. n. 12. Rol. à Valle de lucro dotis. qv. 80. num. 11.
Pruckm. conſ. 1. n. 473. vol. 2. Carpz. p. 2. conſt. 16.
def. 11. Zæſ. h. t. n. 12.* Sed ambigua hæc colleƈtio 2
redditur exinde, qvia hæc & *l. 40. & l. 64. h. t.*
loqvuntur de redintegrato poſt divortium matrimonio. *Sande l. 2. tit. 2. d. 3.* Sanè paƈta dota- 3
lia in primo matrimonio non puto accommodanda ad ſecundum, ſed tutum non eſt à communi ſententia recedere, qvia in hac interpretatione nulla iniqvitas; præſertim ſi declarationes Menochii & aliorum obſervaverimus.

## ad L. Si ex Lapidicinis. 31.

*SUMMARIUM.*

*In fundo dotali ſi marmora reperiantur an & hæc in dote ſint?*

Datus eſt fundus in dotem; reperta in eo ſunt marmora, qvæ non renaſcuntur nec in fruƈtu ſunt, qværitur an dotis ſint? Affirm. & ita dotem augent. Videtur opponi poſſe *l. Divortio. 8. §. Si vir. ff. ſolut. matrim.* Sed hic videntur marmora ſine ſumptibus mariti cæſa; qva de re *Barboſ. in d. §. Si vir. ff. ſolut. matrim. num. 11.* conf. *Joh. Hannibal. in rep. Rubrica ff. ſolut. matrim. n. 412.*

## ad L. Si extraneus. 33.

*SUMMARIUM.*

*Extraneus ex dotis promiſſione conventus habet beneficium competentiæ.*

Si extraneus dotem pro muliere promiſit, ſi donandi animo, non ut debitor, mulieris dotem conſtituit, tenetur in qvantum facere poteſt. Nam illi, qvi ex liberalitate conveniuntur in id, qvod facere poſſunt, condemnandi, nec ad ſolutionem præcipitandi. *Ant. Fab. lib. 2. conjeƈt c. 13. Manzius in patroc. pauper. decad. 3. qv. 1. n. 37. & ſeq. Corneus conſ. 145. num. 13. lib. 2.* confer. *Not. ad l. Neſennius 41. de re judic.*

## ad L. Mater. 34.

*SUMMARIUM.*

*Mater non niſi ex magna cauſa filiam dotare tenetur.*

Maritus uxoris rem pro filia in dotem dedit genero, ignorante conjuge, an conjux vel ejus hæredes rem poſſunt vindicare? Affirm. qvia manet uxoris. Unde colligitur, matrem non teneri dotare filiam, niſi ex magna cauſa. *hic & l. 14. C. h.*

*C. h. t. Wiſſenb. hic th. 11. Dn. Struv. th. 3.* Talis cauſa eſt, ſi mater uſuſructuaria ſit omnium boeorum. *Carpzov. p. 2. conſt. 42. d. 15.*

## ad L. Promittendo. 41.

*SUMMARIA.*

D*Otis promiſſio omnes obligat. n. 1.*
*Maritus debitorem inidoneum acceptando pro dote, non tenetur ulterius, niſi qvantum debitor idoneus. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*

1 PRomittendo dotem omnes obligantur, cu-
juscunqve ſint conditionis & ſexus, niſi ratio-
ne ætatis ſint inhabiles, per *l. fin. C. de SCto Vel-
lejano. Petr. Barb. part. 1. l. 1. num. 23. ff. ſolut.
matrim. Neguz. de pignor. membr. 1. part. 8. num.
24.* qvod ad piam cauſam extendit *Tiraqvell. pri-*
2 *vil. 113.* rectiſſimè. Si autem maritus pro ſatisfa-
ctione dotis antea ſibi promiſſæ acceptet inido-
neum debitorem, & animo donandi id faciat;
tunc aliter non tenetur ex dote maritus, niſi qva-
tenus debitor idoneus erat tempore promiſſio-
nis, per *§. 3. h. t. & Cum vir uxori. 53. h. t.* Aliud
verò, ſi uxor ſtatim limitativè promittat centum,
qvæ Titius debet, tunc enim ſibi præjudicat ma-
ritus, per *h. §. 3. Pet. Barboſ. in d. l. Si æſtimatis. 51.
n. 10. Ant. Fab. l. 12. conject. c. 8. Mantica de tac. &
amb. convent. l. 12. tit. 10. n. 39.*

## ad L. Res in dotem. 42.

*SUMMARIA.*

R*Es dotales fungibiles pleno jure fiunt mariti. num. 1.*
*An maritus res, qvæ ſervando ſervari non poſſunt, pro lubitu alienare poſſit? 2. 3.*

1 QVæ numero, pondere, & menſura conſtant,
mariti fiunt pleno jure, & hoc agitur, ut
tantundem ejusdem bonitatis reſtituatur, &
ideò licitè poſſunt alienari. *Caſtillo de uſufr. c.
4. n. 14. Covarr. pr. qvæſt. 28. n. 6. Molina d. tr. 2.*
2 *diſp. 426. num. 3.* Ex hac lege etiam collata *lege
32. h. t.* probant Dd. communiter, qvod res mo-
biles vel ſe moventes in dotem datæ, ſi ſervan-
do ſervari poſſint, non poſſint pro lubitu à ma-
rito alienari, non conſentiente uxore, qvia ſunt
qvidem in Dominio mariti dotaliter, ſed non
totaliter, ut loqvitur *Baldus*, & cum eo nec non
Bartolo, communiter ſentiunt ita Veteres &
Practici; & ſic judicatum refert, & areſtum credi-
tori mariti, petenti areſtum mobilium uxoris
bonorum, denegatum refert *Fran. de Clappertis.*
3 *cauſa 38. qv. un.* Sed manet tamen magnum inter
immobilia & mobilia dotalia diſcrimen; nam
illa nec conſentiente uxore, hæc verò con-
ſentiente uxore diſtrahi poſſunt per hanc & *l.
23. h. t.*

## ad L. Licet. 43.

*SUMMARIUM.*

D*Os etiam acceptilatione conſtitui poteſt, modo nuptiæ ſeqvantur.*

ACceptilatione etiam dos poteſt conſtitui, ſi creditor marito debitori dotis conſtituendæ cauſa acceptum tulit; ſed ſi ante matrimonium fiat acceptilatio, non ſecutis nuptiis, nulla eſt, & manet debitum; niſi ideò acceptilatum, ut vellet mulieri donatum. *Mant. de tacit. & ambig. convention. lib. 12. tit. 10. n. 37. & ſeq.*

## ad L. Si pater. 44. pr.

*SUMMARIA.*

P*Ater dotem filiæ promiſſam, etiamſi poſtea emancipetur, dare debet. n. 1.*
*Aliàs emancipatam non dotat. 2.*

PAter dotem promiſit filiæ, ſed eam pater 1
emancipavit poſtea, qværitur: an pater poſt-
ea poſſit revocare promiſſionem? Videtur qvod
ſic; qvia ſcil. non tenetur emancipatam dota-
re: Sed negatur, qvia licet pater ante nuptias
moriatur, tamen tenentur hæredes præſtare do-
tem à patre promiſſam. Collige patrem non 2
teneri dotare filiam emancipatam. *Bach. d. D.
7. th. 2. lit. C. Colleg. Argent. th. 5. num. 3. Perez.
ad tit. Cod. de dotis promiſſ. num. 6. Wiſſenb. v. 1.
D. 46. th. 8.*

## ad L. Res qvæ. 54.

*SUMMARIA.*

R*Es ex pecunia dotali comparata, an dotalis? n. 1.*
*Ex pecunia dotali ſi creditori hypothecario ſatisfactum, uxor hujus jura conſeqvitur. 2.*

QVæ ex pecunia dotali comparata, dotalia eſſe 1
dicuntur hic: qvod tamen videtur limitan-
dum ex *l. ita conſtante. 26. h. t.* Si hoc utile mu-
lieri. *Ripa ad rubr. ſolut. matr. n. 43 & Alciatus
n. 21.* conf. *l. 22. in fin ff. ſolut. matr. l. 55. in fine.
ff. Donat. int. vir. & uxor.* Exinde etiam colligi- 2
tur, uti etiam jam tum ad *l. 26. h. t.* notavi, ſi ex
pecunia dotali creditor liberetur hypothecari-
us, qvod mulier ſuccedat in ejus locum, etiam
ſine ceſſione; qvia inter hos caſus ſimilitudo eſt.
*Dn. Mev. p. 4. dec. 215. Bald. Nov. de dote. part. 7.
qv. 15.* Licet diſtingvat *Pet. Barb. ad rubr. ſolut.
matrim. p. 3. num. 77.* conf. *Campeg. de dote part.
4. q. 8.*

## ad L. Cum dotis. 55.

*SUMMARIUM.*

E*Xtraneus dotem dans, an pro dote reſtituenda fidejuſſorem accipere poſſit?*



Digitized by Google

Fidejuſſor nomine dotis datus tenetur. Unde colligunt; Extraneum, qvi dotem dedit, poſſe fidejuſſorem accipere de dote reſtituenda: & ſic hoc loco eſſe declarationem regulæ in *tit. Cod. ne fidejuſſores dotium dentur.* Doctores citat *Hering. de fidejuſ. c. 6. num. 198. Perez. h. t. n. 4. Bach. th. 4. lit. G. & H.* Sed cum hæc lex poſſit accipi de fidejuſſore dato ob dotem promiſſam ſolvendam merito de hac exceptione dubitat *Hering. de c. 66. num. 199. & ſeq. vid. not. in Commentar. Cod. ad h. t.*

## ad L. Si is qvi. 56. §. ult.

*SUMMARIA.*

*Fundus dotalis ob impenſas retineri poteſt. n. 1.*
*Qvid ſi impenſæ æſtimationem fundi adæqvent? 2.*

1 Communis regula eſt, qvod impenſæ neceſſariæ minuant dotem, qvod h. l. de fundo dotali ita explicatur, qvod qvamdiu impenſarum nomine marito non eſt ſatisfactum, fundus ab eo repeti non poſſit. *l. 5. de impenſ. in rem. dot.*
2 *f. ead.* Sed hoc limitatur hic, niſi in fundum per partes tantum ſit impenſum, qvanti fundus ipſe eſt, qvo caſu fundus dotalis eſſe deſinit; niſi mulier ſponte marito intra annum offerat expenſas, qvia mulieris non intereſt habere fundum, cum ejus æſtimationem teneatur ſolvere, ſed cum minus impenſum, expedit mulieri potius totum fundum habere, qvàm in communione verſari. *vid. Ant. Fab. lib. 1. conjectur. c. 2. Cujac. lib. 23. obſ. 12. Pet. Barb. part. 3. rubr. ff. ſolut. matrim. num. 17. Phanutius de lucro dotis ad rubr. Stat. Luc. n. 18. Camil. Viſitarinus in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. n. 91.*

## ad L. Nuptura. 57.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*In dotis cauſa non ſeqvimur, qvod minimum eſt. 2.*
*Dos filiabus majoribus data, etiam juniori debetur. 3.*

1 Puella nuptura filiofamilias alterius, promittit in dotem patri ſeu ſocero, qvod filius debet; qværitur, qvia duplicem habet ſenſum; an totum debitum in dotem promiſerit, an verò tantum, in qvantum pater ex peculio ob debitum filii tenetur? Et in dubio totum debitum conſtitutum tradit
2 hæc Lex. Unde Gloſſa hic infert: in obſcuris licet minimum ſeqvantur, per *c. 30. de R. I. n. 6.* tamen in dote id habere exceptionem: qvam Gloſſam laudat *Bald. Nov. de Jure Dotium p. 6. privil. 73.*
3 *Berl. 1. p. dec. 155. n. 6.* Et ideò cum filiæ tres elocatæ eſſent, & ſingulis bis mille data in dotem, etiam qvartæ poſtea elocandæ eadem dos conſtituenda & in eodem valore, qvo acceperunt majores tres, qvia hæc in eodem valore dotem conferre tenebuntur.

## ad L. Si mulier. 59. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Fideicommiſſum univerſale ante reſtitutionem cedi neqvit.*

Communiter ex hoc §. colligunt fideicommiſſum univerſale alteri cedi non poſſe ante reſtitutionem factam, ne alii fiat reſtitutio, qvàm teſtator voluit. *Tiraqv. de retract. conſangv. §. 26. gloſſ. 1. n. 52. Cæpolla cautel. 140. Ant. Rubeus in repet. legis. Hoc edicto. §. morte. n. 15. ff. de novo operis nunciat. Peregrinus de fideicom. art. 31. n. 30. Molinæus conſ. 1. n. 5. Surdus de aliment. tit. 6. qv. 22. num. 32. Vinc. Fuſarius de ſubſtit. qv. 524. Carolus Molin. conſ. 1. n. 5.* Ubi hoc pluribus declarat. conſ. *Gomezius. t. 1. c. 5. num. 6. Wiſſenb. diſp. 35. th. 10.*

## ad L. Qværo. 60.

*SUMMARIA.*

*Dotis qvantitas ex qvibus circumſtantiis determinanda. n. 1.*
*Qvid ſi dos in arbitrium tertii collata. 2.*
*Dos qvomodo ex feudo aſſignetur. 3.*
*Qvid in Marchia & Pomerania. 4. 5.*

Cum ipſa qvantitas dotis in jure determinata 1
non ſit, obſervandæ ideò regulæ ſunt, ut 1. Conſiderentur facultates dotantis. *l. 96. §. 4. h. t.* 2. Dignitas parentis *l. ſi filiæ ff. de legat.* 3. Qvalitas mulieris per *h. l.* 4. Qvalitas mariti. &c. præſertim verò conſvetudo patriæ. vid. *Afflict. ad Conſt. Neapolitan. lib. 3. rubr. 23. n. 53. Menoch. lib. 2. A. I. Q. caſ. 149. num. 76. ſeq. Hart. Piſt. lib. 2. part. 2. qv. 37. n. 10. & ſeq. Carpz. part. 2. conſ. 46. def. 18. Rauchbart. p. 1. q. 38. Menoch. conſ. 8. n. 4.*
*& ſeq.* Qvando autem dos in arbitrium tertii 2
collata, recurretur ad alterius boni viri arbitrium. *Novellus de dote p. 6. priv. 9. Surdus de aliment. tit. 8. priv. 71. n. 4. Menoch. lib. 1. Arb. I. Q. 68.*
*n. 39. Barb. p. 3. legis 1. n. 41. ff. ſol. matr.* In feudis, 3
ſi virgo non habeat ſufficiens allodium ad conſtituendam dotem, ſolet arbitrio Domini feudi dos ex feudo conſtitui, qvod à ſucceſſore feudi præſtandum, ſicut nuper in Facultate reſpondi-
mus. In Electoratu Brandenburgico ſolet dos 4
conſtitui, etiamſi virgo ampliſſimum allodium
habeat. In Pomerania virgo ita ſolet dotari ex 5
feudo, ut deducto omni ære alieno, tertia pars æſtimationis feudi reſidui, ſcilicet qvæ deducto ære alieno ſupereſt, filiabus in dotem aſſignetur, ut in actis transmiſſis ex præjudiciis collegi. *vid. notat. ad l. 69. ff. h. t. n. 5.*

## ad L. Sive generalis. 61.

*SUM-*

*Dotis conſtitutio ultra facultates nulla eſt.*

QVando conſtitutio dotis ultra facultates puellæ facta ipſo jure nulla eſt. *Maurітius de reſtit. c. 209. n. 1. & ſeq.* Sed ſi non deducto ære alieno ab ipſa adulta fiat locus eſt reſtitutio. *l. 2. C. adverſus dotem.*

## ad L. Titius. 62.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis. 1.*
*Dos ob æs alienum uxoris marito non afferenda. 2.*
*Idem ſi uxor conferre debeat. 3.*

1 UXor ſi in dotem dedit fundum per transactionem ſibi à cohæredibus datum, poſteà
verò in integrum reſtituatur, marito tamen auferendus fundus non eſt, ſed uxor vel ejus hæredes in æſtimationem ejus temporis, qvo in do-
2 tem datus, condemnabuntur. Hinc colligitur
ob æs alienum mulieris rem dotalem marito auferendam non eſſe, ſed creditoribus ex aliis bonis mulieris eſt ſatisfaciendum. *Petr. Barb. p. 1.*
3 *leg. 5. ſolut. matrim. num. 10.* Qvod ad materiam
collationis accommodat, ut collatio dotis non fiat auferendo marito dotem. *Ant. Faber l. 17. conject. c. 17. p. m. 632. col. 1.*

## ad L. Si uſusfructus. 66.

*SUMMARIA.*

*SI extraneus uſumfructum fundi in dotem dedit, qvid poſt divortium reſtituendum. n. 1.*
*Fructuarius an per ceſſionem jus ſuum amittat, remiſſivè. 2.*
*Qvare hic venditio uno nummo toleretur. 3.*

1 EXtraneus in dotem tibi dat uſumfructum
fundi, facto divortio qvomodo dos reſtituenda? Reſp. ipſum jus transferri non poſſe, ſed
commoditas fructuum poterit locari vel vendi
2 uno nummo. Nota, ex hac lege colligere non-
nullos fructuarium ſi alii ſuum jus cedat, id omnino amittere, & jus tranſire in proprietarium. Sed huic occurrit *Finell. de bon. mater. p. 3. legis 1. n. 29. & ſeq. Caſtillo de uſufructu c. 69. n. 25.*
3 Licet autem venditio facta uno nummo non va-
leat, hic tamen valet ex æqvitate contra ſubtilitatem. *Jaſon. in l. ſi qvis ante n. 16. ff. de adqvirenda poſſ. Barb. ad l. uſufructu. n. 22. ſol. matr. Fulleg. l. 15. c. 1. lit. I.*

## ad L. Cum poſt. 69.

*SUMMARIA.*

*DIvortio culpa mulieris facto, maritus longo tempore lucrum dotis non petendo, removetur. 1.*
*Pœna longo tempore remiſſa videtur. 2.*
*Pater dotem ſub incerta qvantitate promittendo obligatur. 3. 4.*
*Dos qvomodo in Marchia & Pomerania ex feudo debeatur. 5.*
*An omnis incerta dotis promiſſio valeat? 6.*
*Dos pro facultatibus patris, & dignitate mariti æſtimanda. 7.*
*Dos an ob ingratitudinem revocari poſſit. 8.*

SPeciem facti nonnulli ita ponunt: culpa mu- 1
lieris factum eſt ab uxore divortium, & ita lucratur dotem maritus. *l. conſenſu. §. 1. C. de Repud.* Si autem maritus per longum tempus id lucrum non petierit, cenſetur id remittere, per *l. 17. §. 1. ff. de uſur. Balbus de præſcript. p. 1. part. 5. princ. q. 10. n. 15. & qvos refert Petr. Barb. ad l. qvæ dotis 34.*
*n. 51. ff. ſol. matr.* Sed Barb. generalius intelligit, 2
qvando feciſſet maritus pactum de dote lucranda. Sed malo præferre primam expoſitionem, cum & hæc qvid divinare videatur, unde qvis poſſet colligere, qvod pœna non petendo per
longum tempus remiſſa videatur. Qvando au- 3
tem pater dotem promiſit ſine certa qvantitate, licet in arbitrium tertii id non contulerit, valebit tamen dotis promiſſio. *§. 4. h. l.* qvia ſcil. ex officio pater tenetur, & ſic h. lex non de extraneo, ſed de parente intelligenda. *Mant. lib. 12. tit. 12. n. 9. Rimnaldus conſ. 600. n. 5. & ſeq. vol. 5. Petr. Barb. p. 3. l. 1. ſolut. matr. n. 47. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 7. th. 4. lit. D. Menoch. lib. 3. pr. ſ. 132. num. 12. & Fach. lib. 8. c. 65. Wiſſenb. v. 1. diſp. 46.*
*th. 13.* Aliud videtur in ipſa muliere *Zaſio h. l.* 4
*num. 3.* cum indotata duci poſſit, & rem viliſſi-
mam dando ſe liberare. De Marchia noſtra & 5
Pomerania dictum eſt ad *l. 60. in fin.* qvod filia ex feudo dotetur, ſecundum qvantitatem feudi, & ut deducto ære alieno tertia, ut ſupra dixi, pars æſtimationis feudi, & ut filiis & agnatis duplo major pars maneat in feudo. *Dn. Mev. p. 3. dec. 364.* Caſus autem bonorum deminutorum pertinet ad damnum puellæ elocandæ, *Dn. Mev. dec. 365.* nec ex conſtitutione dotis ex feudo, qvam pater fecit, tenetur agnatus ſucceſ-
ſor. *Dn. Mev. d. 366.* Volunt tamen omnem in- 6
certam promiſſionem ex æqvitate Juris Canon. arbitrio boni viri determinari poſſe. *Mantica de*
*tac. & amb. convent. lib. 14. tit. 30. n. 26.* Statuitur 7
etiam in hac lege, dotem pro facultatibus patris & dignitate mariti eſſe conſtituendam. Hinc Dd. docent, ſtupratorem teneri ad eam dotem, qvam pater corruptæ puellæ veriſimiliter aſſignat. *hic & l. 60. h. t. & l. 43. de leg. 3. Harpm. Piſt. obſ. 161.*
*& qvos refert Finckelth. obſ. 102. num. 8.* Ob in- 8
gratitudinem dos non revocatur. *§. 6. h. l. Boër. dec. 27.* qvod ita intelligendum, ut à marito avocari non poſſit, qvia reſpectu ejus eſt titulus oneroſus; benè verò à muliere ſoluto matrimonio, qvia hujus reſpectu eſt titulus lucrativus. *Pincll. ad l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 62. pag. 395.*

## ad L. In ambiguis. 70.

*SUMMARIA.*

*IN ambiguis pro dote decidendum. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

1 IN ambiguis pro dote reſpondendum eſt. *Curt.*
*jun. conſ. 164. n. 6. part. 2.* Et illa opinio verior,
qvæ doti favet. *Jaſon. conſ. 178. Menoch. conſ. 8. n.*
2 *10. & Dd. ad l. 1. ff. ſolut. matrim.* Qvod limitare
ſolent, ſi uxor in poſſeſſione ſit, non adverſarius
ejus. *Cephal. conſ. 366. n. 24.*

## ad L. Mulier. 72.

*SUMMARIA.*

*OMnibus bonis in dotem datis, id videtur datum, qvod ære alieno deducto ſupereſt. n. 1.*
*An omnia bona in dotem dari poſſint, remiſſivè. 2.*
*An ex adminiſtratione bonorum marito conceſſa, præſumatur dotis conſtitutio? 3. 4.*

1 QVando mulier omnia ſua bona in dotem
dedit, maritus non qvidem tenetur reſpon-
dere creditoribus; ſed tamen in dote nihil eſſe
poteſt, niſi qvod ſupereſt deducto ære alieno;
2 An autem in dubio omnia ſua bona in dotem de-
diſſe præſumenda ſit, de eo vid. *Gail. lib. 2. obſ.*
*82. Menoch. lib. 3. præſ. 6. & 8. Hillig. in Don. lib.*
3 *21. c. 10. lit. F.* Qvando autem mulier omnia bo-
na ſua adminiſtranda dedit, num ex eo præſu-
menda conſtitutio dotis? & id negant, qvia con-
ſtitutio dotis facti eſt, ideoq́ probanda: & facit
*Nov. 117. c. 5.* ubi proponitur mulier adultera in-
dotata, habens tamen ſubſtantiam &c. Dd. *Gail.*
*l. 2. obſ. 82. Joh. a Sande lib. 2. tit. 2. def. 2. Menoch.*
*l. 3. præſ. 6. n. 54. & præſ. 8. n. 34. Hartm. Piſt. obſ.*
*46. Dn. Struv. h. t. th. 6. & Wiſſenb. diſp. 46. th. 14.*
4 *& qvos refert Finckelth. obſ. 118. n. 6.* Sed hanc
ſententiam limitant, ſi marito bona tradiderit.
& libere paſſa fuerit pro arbitrio ea adminiſtrare,
alienare, ſolvere. &c. idq́ palam fiat. *Bald. Nov.*
*de dote p. 6. priv. 14. num. 3. Petr. Barb. ad l. 1. ſolut. matr. p. 3. num. 68. & qvos refert Finckelth.*
*d. l. num. 8.*

## ad L. Mutus. 73.

MUtus & ſurdus contrahere poſſunt matrimonium. *hic & c. 23. X. de ſponſal. Covarr. de matrim. p. 2. c. 4. num. 2. Alb. Gentil. de nupt. l. 2. c. 8.*

*Ad §. 1. h. l.* vide infra *l. final.*

## ad L. Qvamvis. 75.

*SUMMARIUM.*

*Dos an in dominio uxoris an mariti ſit?*

DOs eſt qvidem in dominio mariti, ſed naturaliter eſt in dominio uxoris, ita h. l. intelligunt Dd. communiter, qvos allegat *Petr. Barb. ad l. dotalem. n. 2. ff. ſolut. matr.* Sed ipſe *Barb. n. 6. d. l.* putat, ſecundum qvid dotem eſſe in dominio uxoris. 1. Ob ſpem futuræ reverſionis. 2. Ob emolumenta præſentia, qvod ex dote onera matrimonii ferantur. conf. *Dn. Struv. d. exerc. 30. th. 13. Zaſ. h. t. n. 20. & Finckelth. obſ. 118.* ubi *num. 122.* ait: Dotis dominium eſſe penes maritum qvoad adminiſtrationem, uſumfructum, & actiones reales &c. penes uxorem verò ratione proprietatis.

## ad L. Cum in fundo. 78. §. 4.

*SUMMARIA.*

*FUndo dotali vendito, an pretium ſoluto matrimonio ſtatim reſtituendum. n. 1.*
*Surrogatum qvando ſapiat naturam ejus, in cujus locum ſurrogatum. 2.*

QVando maritus fundum dotalem vendidit, 1
qværitur: an ſtatim ſoluto matrimonio de-
beat reſtituere pretium? Affirm. qvia ſucceſſit
in locum rei immobilis, qvæ ſtatim reſtituenda,
juxta *l. un. §. exactio. C. de rei ux. act.* Sed aliud 2
hic deciditur, cum ſurrogatum non ſapiat na-
turam ejus, cui ſurrogatur, qvando eſt diverſa
ratio. Et hoc ceu ſingulare ex hoc textu colligit
*Romanus ſing. 228. Tiraqvell. de retr. conſang. §. 1. gloſſ. 7. n. 108. Petr. Gregor. l. 9. Synt. c. 22. num. 18.* & hos allegans *Petr. Barboſa l. 2. princ. parte. 1. num. 1.*

## ad L. Avus. 79.

*SUMMARIA.*

*DOs ab avo nepti data, qvalis ſit? n. 1.*
*An pater intuitu filii, an verò neptis dotem dediſſe videatur? 2.*

AVus contemplatione neptis ipſi dotem con- 1
ſtituit, qværitur an hæc ſit profectitia dos,
& ita ſoluto matrimonio ad patrem neptis perve-
niat? Utrumq́ negatur, qvia eſt adventitia dos,
*Menoch. lib. 3. præſ. 17. per tot. & Petr. [illegible] in*
*l. poſt dotem 41. ff. ſol. matrim. num. 40.* [illegible] qvid 2
in dubio? an avus contemplatione filii, an verò
contemplatione ipſius neptis in dotem dediſſe
videtur? Reſp. Si pater inidoneus ad dotem con-
ſtituendam, prius videtur dicendum; ſi verò pa-
ter idoneus, & avus ſine mentione patris promit-
tat dotem marito neptis, poſterius præſumitur.
*vid. Decius conſ. 81. n. 5. & ſeq. Alciatus de præſ. reg. 1. præſ. 17.* Ubi tractat etiam qvæſtionem: an hæc dos ab avo data in legitimam computetur? *Angel. conſ. 75. vel 76. Fortunius Garcias in repet. legis Gallus §. qvidam. n. 41. de liberis & poſthum. Paulus de Montepico in rep. legis in qvartam. n. 241. & duobus ſeqq.* ubi etiam tractat de imputatione in legitimam. conf. *Cephalus conſ. 485. n. 17. & ſeqq. & n. 70.*

ad

Digitized by Google

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*PAter dotem ultra facultates ſciens conſtituendo, non gaudet beneficio competentiæ. n. 1.*
*Sciens ſe non eſſe ſolvendo, non gaudet beneficio ceſſionis bonorum. 2.*
*Dolus beneficia juris excludit. 3.*

1 PAter, qvi ab initio dotem promiſit, qvam ſol-
vere non poterat, & ſe non poſſe ſciverat,
amittit privilegium competentiæ, ut non tenea-
tur tantum in qvantum facere poſſit, ſed in ſoli-
dum *Brunus in Tr. de ceſſ. bon. qv. 4. principal. ſub-
ſeqv. 23. n. 3. & 4. Zaſ. in l. non tantum. n. 9. ff. de
re jud. Pet. Barb. in l. Maritum num 68. ff. ſolut.*
2 *matr. Cephal. conſ. 312. num. 126.* Et ſic etiam ſci-
ens ſe non eſſe ſolvendo nec ſpem probabilem
habens, ſe poſſe ad meliorem fortunam perveni-
re, non habet beneficium ceſſionis. *Brunus d. l.
Scaccia de commerc. §. 7. gloſſ. 5. n. 148.* Nec Cle-
ricus gaudet beneficio Capituli. *Odoardus de
ſolut. &c. Scac. d. l.* Dolus excludit beneficia ju-
3 ris. Nam jura dolum & vim maximè averſantur,
& mendacia doloſa. Et beneficia ob delictum
amittuntur.

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*DOs conſtante matrimonio non rectè ſolvitur. num. 1.*
*Qvod limitatur. n. 2. 3.*
*Mulier reſpectu dotis habet jus prælationis. 4.*
*Conſenſus ſuper debito feudali extractus, etiam prodeſt Ceſſionario. 5.*
*An vidua conſenſu munita aliis debitoribus prioribus, etiam conſenſum habentibus, ſit præferenda. 6.*
*Dotalitium gaudet privilegio dotis, ſi dotem abſorbeat. 7.*

1 REgula eſt, qvod dos conſtante matrimonio
non rectè ſolvatur, per *l. un. C. Si dos con-
ſtante matrimonio ſoluta*, qvia eſſet ſpecies dona-
tionis; Qvod hic limitatur: niſi urgeat æs alie- 2
num paternum, & reſtitutio ac alienatio vergat
in utilitatem uxoris. *A. Barb. ad d. l. un. n. 8. &
ſeq. Petr. Barb. ad l. 1. p. 5. n. 6. ff. ſol. matr.* Vel 3
ut ſe ſuosqꝫ alat mulier, vel ut fundum idoneum
emat, aut parentem vel maritum vel fratrem in-
opem ſuſtineat, per *l. Mutus 73. §. 1. h. t. Surd.
Tr. de Alim. tit. 8. princ. 34. & Menoch. conſ. 378.
n. 36.* conſ. *ad h. l. Ceph. conſ. 311. num. 80.* Colo- 4
phonis loco hic aliqvid ab hac materià alienum
notabo: Certum eſt, *per l. aſſiduis C. qvi potiores
in pign.* viduam ratione dotis præferri omnibus
creditoribus, antiqviorem hypothecam haben-
tibus. Certum itidem & hoc, prælationem iſtam
ſoli viduæ aut ejus liberis competere, per *Nov.
91. princ.* Sed pone, maritum accepiſſe 3000. in 5
dotem, conſtituiſſe autem meliorationem dimi-
diam in 1500. thal. halbe Beſſerung & impe-
traviſſe conſenſum Domini. Vidua moritura
ſua jura per teſtamentum transfert in fratrem;
qværebatur an hic etiam habeat privilegium?
qvod affirmatum, & ita deciſum menſe Sept. an-
no 1621. Nam conſenſus Domini tribuit jus
reale in re feudali. Et ſic ceſſionario competit.
*vid. notata mea ad l. fin. C. de hæred. v. act.* & hæredi,
præſertim cum etiam dos in utilitatem feudi
verſa præſumatur. Sed qvid ſi creditores alii 6
habeant conſenſum, vidua non? tunc illi præfe-
runtur viduæ; qvid ſi vidua etiam habeat con-
ſenſum, an vidua etiam prioribus tempore cre-
ditoribus conſenſum habentibus præferenda?
Non puto, qvia in feudis tantum conſenſus at-
tenditur, licet vidua duplex jus habeat, alterum
ratione dotis, alterum ratione conſenſus. Sed
de hoc cogitandum amplius. Notandum hic 7
eſt dotalitium, per qvod dos abſorbetur etiam
in Marchia Brandenb. *Pruckm. v. 1. conſ. 47. n. 127.*
Kohl *in decl. conſt. March. q. 9. n. 28. Schepl. p. 3.
conſvet. Marchic. tit. 2. §. 16. n. 5.* ſuccedere in pri-
vilegium dotis, & eodem privilegio frui; ſecus
ſi dos & dotalitium ſimul debeatur. *vid. Dn. Mev.
p. 1. dec. 173.* A dotalitio qvomodo donatio pro-
pter nuptias differat *vid. Carpz. dec. 168.*

# TITULUS IV.
# De Pactis Dotalibus.

## Ad L. Paciſci, 1.

*SUMMARIA.*

*PActa dotalitia etiam poſt nuptias fiunt. n. 1.*
*Hodie etiam de ſucceſſione diſponunt. 2.*
*Valent, etiamſi à Sponſa non ſubſcripta. 3.*
*An Trebellianica ex pactis dotalibus detrahenda? 4.*
*Per pacta dotalia renunciari poteſt ſucceſſioni. 5.*
*Conjux ſuperſtes relictis pactis dotalibus portionem ſtatutariam petere neqvit. 6.*
*In pactis his non habet locum l. 2. C. de Reſc. vend. 7.*

PActa dotalia etiam poſt nuptias fieri poſſunt. 1
Kohl *in Tr. de pact. dot. part. 1. n. 9. Bach. in
Tr. vol. 2. diſp. 7. th. 7. lit. B. & C.* Pacta dotalia 2
autem hodiè non tantum de dote, ſed etiam de
ſucceſſione mutua inter conjuges fieri poſſunt,
ex notoria conſvetudine Germaniæ. *Gail. l. 2.
obſ. 126. n. 2. Pruckm. vol. 2. conſ. 25. n. 19. & qvos refert
Dn. Manz. in cent. dec. qv. 38.* Et ſic de ſucceſſione

in caſum mortis agatur, ſunt ſpecies donationis mortis cauſa, & ideò reqvirit qvinqꝫ teſtes, aut judicialem inſinuationem. *Carpz. p. 2. dec.*
3 *154.* Et valent talia pacta, licet à ſponſa non ſint ſubſcripta. *Pruckm. d. l. n. 29. & ſeq.* Sed qværi-
4 tur, an hæres legitimus præmorientis conjugis Trebellianicam deducere poſſit? de qvo acriter diſputatum eſſe refert *Manz.* Ego non dubitarem affirmandam eſſe qvæſtionem; nam ex donatione mortis cauſa omnium bonorum debetur Trebellianica jure communi, licet aliter in Electoratu Saxon. Sed pacta dotalia deferentia univerſalem ſucceſſionem, ſunt donationes mortis cauſa omnium bonorum, Ergo &c. Sed ſi de certarum rerum ſucceſſione agatur, poſſunt valere in vim contractus. conf. *Berlich. p. 1. concl. 51.* qvod autem in donatione mortis cauſa Trebellianica vel Falcidia detrahenda, licet hæredes ab inteſtato prohibiti ſint donationem impu-
5 gnare, tradit *Richter. d. l. n. 37. & ſeq.* Sicut autem in his pactis de ſucceſſione conjuges convenire poſſunt, ita etiam per pacta dotalia valide renunciari poteſt ſucceſſioni ab inteſtato.
6 *Car. Molinæus conſ. 15. n. 25.* An autem ſuperſtes conjux relictis pactis dotalibus petere poteſt, qvod alias ex ſtatuto ſibi deberetur? Negativa videtur verior; qvia enim talia pacta firma eſſe debent, præſertim per ſtatutum Elect. Brand. von Erbfällen. Ideoqve variatio licita non eſt. *Petr. Peck. lib. 1. de teſtam. conjug. l. 1. c. 32. num. 5. Dan. Moller. l. 1. ſemeſtr. c. 13. Schepliz. de conſvet. March. p. 3. tit. 2. §. 5. n. 6. & 7. Carpz. p. 3. conſt.*
7 *20. def. 1.* Nec vidua ex *l. 2. C. de Reſcind. vend.* poteſt reſtitutionem petere, ob incertitudinem eventus. *Carpz. d. p. 3. conſt. 20. def. 3. Pruckm. d. conſ. 25. n. 40.*

## ad L. Si convenerit. 2.

### *SUMMARIA.*

*PActa qvæ indotatam reddunt uxorem, non valent. n. 1.*

*Extraneus de dote reſtituenda libere ſtipulari poteſt. 2.*

*Uxor per ſtatutum ad ſolvendum æs alienum mariti obligata non tamen tenetur, ſi concurſus in bonis mariti excitatus. 3.*

*Obærato nubens, an ad æs alienum pro eo teneatur? 4. 7.*

*Qvæ cautela hic ſponſæ obſervanda? 6.*

*Si ex ſtatuto obligetur uxor, hoc procedit durante communione. 9.*

*Pactum amittendæ dotis in caſum non ſervatæ viduitatis non valet. 10.*

1 SI convenerit in pactis dotalibus, ut qvoqvo modo ſolutum fuerit matrimonium, dos penes maritum aut hæredes ejus maneret, de eo caſu tamen hoc non eſt intelligendum, ſi ipſe maritus moriatur, qvia ita mulier redderetur indotata. Et de jure non valent pactiones, per qvas dotis conditio ſit deterior uxore ſuperſtite, qvæ non debet remanere indotata. *Molinæus conſ. 52. n. 6. Salyc. in l. qvamvis C. de pactis conventis Dn.* Kohl *Vice-Cancell. Elect. Brand. de pact. dotal. p. 1. n. 81. Bald. Novell. d. dot. part. 7. privil. 11. n. 2. & 15. Boer. deciſ. 208. Joh. Crottus in l. 2. p. 2. n. 25. ff. ſol. matrim. Petr. Barb. in l. 2. pr. p. 1. n. 143. ff. ſolut. matrim.* Extraneus tamen 2
in continenti poteſt ſtipulari ſibi dotem reddi vel mariti hæredibus, qvia legem ſuæ rei dicere poteſt, qvam vult. *Jaſon. in d. l. 2. num. 8. ff. ſolut. matr.* Hujus legis argumento deciſum: qvando 3
ſtatutum ita ſonat, qvod uxor ex ſua dote creditori ſolvere debeat pro marito exiſtente non ſolvendo, qvod hoc ſtatutum non niſi de eo caſu intelligendum, ſi uxor bonam mariti exiſtimationem defendere ſuis bonis poſſit, & omnibus poſſit ſatisfacere. Sed cum in concurſu creditorum verſamur & omnibus ſatisfieri neqvit, tunc uxorem ſua bona repetere poſſe deciſum, ut qvam minimum à jure Civili recedat jus ſtatutarium. *Carpz. p. 3. C. 20. def. ult. Dn.* Kohl *de conſtit. March. qv. 5. n. 17.* Et ita reſponſum, ſtatutum in eo caſu non pertinere ad caſum concurſus creditorum, in Facult. noſtra 14. Januar. anno 47. & die 7. Sept. anno 64. Unde & illa 4
opinio diſſuit, qvaſi virgo obærato ſcienter nubens, pro eo ex ſua dote creditoribus ſatisfacere debeat, qvaſi hæc mens fuerit ſponſæ, ſua creditoribus donandi; qvæ opinio meritò à Sereniſs. Elect. Saxon. in novis deciſionibus rejecta. Cur 5
autem ſuperius ſtatutum de uxore, in ſubſidium obligata, receptum ſit in Emporiis, tradit *Dn. Mev. p. 3. dec. 123.* Cautelam autem mulieri, 6
qvæ obærato nupſit creditori, duplicem ſuggerit *Dn. Mev. d. p. dec. 124.* 1. Si in pactis dotalibus ſibi proſpiciat. 2. Si comperto errore contra damnum reſtitutionem petierit. Sanè ſi fraude creditorum allecta, habebit exceptionem. *Dn. Mev. d. l.* Sed ſi ſciens nubat ſine proviſione, te- 7
nebitur iis in locis, ubi illud rigoroſum ſtatutum viget, non verò, ut dixi, ubi jure communi utimur. Statutum autem illud declarat etiam *Dn. Mev. d. part. 3. dec. 125.* qvod in communionem veniant ea tantùm bona, qvæ uxor marito dedit in dotem, vel Paraphernalia, non verò qvæ ſibi reſervavit. Sic ubi vera communio bonorum eſt, è contrario mariti bona pro uxoris ære alieno obligata ſunt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 138.* Qvod ad 8
concurſum creditorũ extendit *Dn. Mev.* Sed ſi Carpzovii & Kohlii declarationem ſeqvamur, de qva ſupra, omnino eadẽ etiã hic repetenda erit. Decla- 9
ratur etiã illud ſtatutũ, ut uxor vel vidua in ſolidum teneatur ſtante adhuc communione, ubi tamen monendi hæredes à vidua; ſed poſtqvã vidua diviſit bona cum hæredibus mariti, non poteſt niſi pro parte à creditoribus conveniri. *Dn. Mev. p. 3. dec. 166.*

Ex

10 Ex hac lege etiam decidimus in Facult. menſe Octobr. anno 1667. nullam eſſe conventionem, qva vidua Nobilis agnatis promiſerat perpetuam viduitatem ſub pœna amittendæ dotis. Nec obſt. *Novell. 22. & Auth. C. de indicta viduitate.* Nam ibi ſermo eſt de eo, qvi aliqvid legat viduæ ſub conditione viduitatis. Hic nihil viduæ datum vel legatum fuerat.

## ad L. Si convenerit. 4.

*SUMMARIA.*

*FRuctus dotis doti annumerari non poſſunt. n. 1.*
*Fructus tamen in dotem dari poſſunt. 2.*

1 NOn valet conventio, ut dotis fructus in dotem convertantur, qvia mulier redderetur indotata; qvia à marito nihil acqvireretur, imò
2 in effectu maritus nullam haberet dotem. Sed ita poteſt conveniri, ut fructus doti eſſent, i. e. ut fructibus uteretur maritus loco dotis, vel ut uxor accipiat fructus, ſed onera matrimonii ferat omnia. *vid. Ant. Fab. lib 6. conjectur. c. 20. item Campegius de dote p. 4. qv. 1. n. 4.* Kohl *de Tr. p. 1. n. 76. Caſtrenſ. conſ. 59. n. 2. lib. 1.*

## ad L. Illud. 5. pr.

*SUMMARIA.*

*FActum, ne de moribus agatur, non valet. n. 1.*
*An pactum, ne divortium petatur, validum ſit? 2.*

1 NOn poteſt conveniri in pactis dotalibus, ne de moribus ageretur, ne publica coërcitio privata pactione tollatur. *Dn.* Kohl *de pact. dotal. p. 1. num. 77. Wiſſenb. d. 46. th. 19.* qvamvis Panorm. *in c. qvemadmodum. §. fin. X. de Jurejur. n. 14.* & Petr. Barb. *in l. 2. princ. part. 1. n. 106. §.*
2 *ſol. matr.* ſtatuant, de jure privato poſſe maritum paciſci, qvod nolit ſeparationem thori petere, nec dotem &c. Sed ita omnino ad delictum videtur invitare, nec puto aliqvam ſponſam tàm impudentem eſſe, qvæ hoc pactum prætendat ac petat contra *l. 27. §. 4. ff. de pact.*

## ad L. Pomponius. 6.

*SUMMARIA.*

*MAritus ut ſolum dolum præſtet, paciſci neqvit. n. 1.*
*Pacta ita interpretanda, ut delictum excludant. 2.*

1 MAritus non poteſt paciſci, ut ſolum dolum præſtet: nam ſi culpam non præſtaret, & facilè mulier redderetur indotata. *Wiſſenb. d. l. th. 20. Bald. Novell. de dote p. 7. priv. 11. n. 11.* Kohl *de pact. dotal. p. 1. n. 78.* Colligitur etiam ex *l. 4. &*
2 *l. 5. præcedente*, pactorum eam interpretationem eſſe faciendam, qvæ non modò delictorum, ſed etiam occaſionis peccati ſit excluſiva. *Rol. a Valle conſ. 3. n. 26. vol. 2. Cravetta conſ. 365. n. 5. Klock. vol. 1. conſ. 37. n. 127.*

## ad L. Cum dos. 7.

*SUMMARIA.*

*DE dote danda paciſcitur pater, de datâ pater & filia. n. 1.*
*An pactum patris vel filiæ invicem noceat vel proſit? 2.*
*Conciliatur l. 2. §. pen. ff. ſol. matrim. 3.*

ANte datam dotem pater cum genero paciſci 1
poteſt ſuper reſtitutione dotis; ſed poſt dotem datam non tantum pater jure filiæ jam qvæſito, ſed & filia cum marito paciſci debet, cum jam jus filiæ ſit qvæſitum. Kohl *d. tr. num. 11. & ſeq.* Si autem ſolus pater pepigiſſet, ei ſoli no- 2
ceret pactum, non filiæ; ſi verò ſola filia pepigit, prodeſt hoc, non verò nocet patri. Nec obſtat *l. 2. §. pen. ff. ſolut. matr* qvia hic nullum pactum cum marito fecit uxor, ſed tantum marito perſvaſit delegationem, ideoq; nullum exinde vinculum obligationis. *Zaſ. part. 2. ſingular. intellect. tit. 1. ff. ſol. matrim. circa fin. Bald. Nov. d. privil. 11. n. 2. Petr. Barb. ad l. Cajus n. 10. & ad l. 2. §. qvod ſi in patris 46. ff. ſolut. matr.* conf *Pacius cent. 5. qv. 56. Bachov. D. 7. th. 7. lit. R. & Wiſſenbach. D. 46. th. 22.*

## ad L. Cum pater. 11.

*SUMMARIUM.*

*PActum ne patre vivo dos petatur, neq; conſtante matrimonio exigatur, id ſaltem operatur, ne vivo patre exigi poſſit.*

COnvenit inter patrem & generum, ne patre vivo dos petatur, neq; conſtante matrimonio dos exigatur: Pater moritur, an tunc gener dotem exigere poteſt à patris hæredibus? Videtur qvod non, qvia conventum, ne dos conſtante matrimonio exigeretur. Sed affirmatur, qvia in poſteriori pacto prius videtur repeti, & conditio adjecta in præcedenti pacto in ſubſeqventi videtur repetita; nam aliàs dos nulla marito conſtitueretur, nam qvæ eſſet utilitas dotis promiſſæ? Sed ſoluto matrimonio dos peti non poteſt, qvia tunc nulla cauſa eſt dotis dandæ. *Carpzov. deciſ. 16. Thoming. deciſ. 29.* conf. *Rauchbar. p. 1. qv. 31. Heig. p. 1. qv. 39. num. 9. Dn. Struv. exerc. 30. th. 8. Berous vol. 2. conſ. 121. n. 6. Soc. jun. conſ. 144. num. 44. lib. 3. Caſtrenſ. l. 1. conſ. 59. num. 2.*

## ad L. De die. 14. & ſeqq. duas.

*SUMMARIUM.*

*DE certo tempore reſtituendæ dotis conveniri poteſt, niſi præjudicium uxoris ſubſit.*

Licet

Licet paciſci qva die dos ſolvenda, modo conditio mulieris non reddatur deterior, v. gr. non poteſt conveniri ut longiore die ſolvatur. *l. 16. h. t.* ſive illa conventio ſit tacita, ſive expreſſa. *Gail. lib. 2. obſ. 84. num. 4. Molinæus conſil. 52. num. 6. Socinus junior conſil. 55. num. 20. vol. 2.*

## ad L. Aliud. 19.

*SUMMARIA.*

*Pactum de dote particulariter ſolvenda, non reſtituenda, valet. n. 1.*

*Limitatio in filia herede. 2. & 3.*

1 Hoc poteſt pater paciſci, ut partem dotis pri-
mo anno, aliam ſecundo anno, aliam ter-
tio anno ſolvat. Sed hoc non poteſt paciſci, ut
filiæ in tot terminis fiat reſtitutio, & cum his di-
2 lationibus: Ratio in *l. 14. & ſeqq. h. t.* Additur
hic limitatio, niſi filia ſit hæres patris, & conſen-
ſerit in pactionem patris; ſed licet non conſen-
ſerit, videtur tamen obligari ex facto patris ut hæ-
res, ideoq; nonnulli ſubaudiunt vocem (MA-
XIME *Bald. Novell. de dotis priv. p. 7. priv. 11. n. 10.*
3 Alii dicunt propterea hoc fieri, qvia dos conſoli-
datur per mortem in perſona filiæ, & ſic colli-
gunt, hæredem poſſe contra factum defuncti ve-
nire, ſi nitatur proprio jure aliunde qvæſito. Sed
hunc ſenſum & conſeqventiam rejicit *Petr. Barb. ad l. 2. princ. p. 1. n. 145. ff. ſolut. matrim.* Sed forte ſecunda hæc ſententia non omninò rejicienda.

## ad L. Ob res. 20. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Extraneus dotem dans, an liberè de illâ paciſci poſſit?*

Si extraneus dotem conſtituat, etiam ignorante muliere paciſci poteſt, qvia legem rei ſuæ dicit; ſed poſt dotem conſtitutam ſemel, ſi velit de novo paciſci, conſenſus mulieris accedat, neceſſe eſt. *Bald. Novell. d. privil. 11. n. 9. Dn.* Kohl *de part. 1. n. 45. Petr. Barb. in l. 2. n. 147.*

## ad L. Qvidam. 22.

*SUMMARIUM.*

*An maritus fructus dotis uxori loco annui aſſignare poſſit.*

Dos ſuccedit loco alimentorum. *Carpz. part. 4. Juriſpr. conſt 26. def. 2. & Sard. d. l.* Non tamen valet conventio, ut vir uxori fructus rei dotalis annui nomine donet, qvia primò annua alimenta dietim præſtanda erant, nunc verò mulier uno cumulo acciperet pro toto anno; & qvidem ſecundò propria autoritate, cum aliàs è manu mariti alimenta percipiat. *Petr. Barb. in l. qvæ dotis. 34. n. 67. ff. ſolut. matr.*

## ad L. Inter ſocerum. 26. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Dos reſtituenda deficientibus liberis, retinetur liberis exiſtentibus. n. 1.*

*Augmentum dotis ſeqvitur dotis naturam & privilegia. n. 2. 3. & 4.*

*Uſuræ eadem bonitate ſolvendæ, qva ſors. 5.*

*Pars extranea alteri juncta, principalis naturam aſſumit. 6.*

Pactum dotis reſtituendæ in defectum libero- 1
rum, à contrario ſenſu inducit pactum reti-
nendæ dotis exiſtentibus liberis, & tam expreſ-
ſum qvàm tacitum pactum interpoſitum ſuper
dote, trahitur etiam ad augmentum. Nota argu-
mentum à contrario ſenſu. conſ. *Decianus conſ.
52. n. 51. & ſeqq. lib. 1. Simon. de prætis conſ. 148.*
Collige etiam augmentum dotis regulari ſecun- 2
dum naturam ipſius dotis etiam accidentalem.
*Campegius de dote p. 1. q. 77. n. 1. Carpz. p. 1. conſt.
28. def. 64. Godofredus hic.* Et augmentum dotis 3
eandem habet qvalitatem, qvam ipſa dos habet,
*hic & Novell. 97. c. 2. Goden conſ. 99. n. 27. & 28.
Berous conſ. 41. n. 5. & ſeq. vol. 1. Decianus reſp. 11.
n. 23. vol.* Et privilegium doti conceſſum etiam 4
augmento competit. *Beuther. de privilat. p. 1. c. 35.
Cothman. lib. 1. conſ. 50. num. 18. Matth. Cuno de
pactis. c. 6. n. 29. & 63. Cavalc. in tr. de tutelis n.
160. Roland. à Valle in tract. de lucro dotis qv. 100.*
Et in qva bonitate ſors ſolvenda, in ea etiam 5
qvalitate & valore uſuræ ſunt reſtituendæ. *Carpz.
l. 5. reſp. 93. n. 31. & ſeqq. Dn. Richter. conſ. 13. n. 8.
& ſeq.* Generaliter notes etiam, partem extra- 6
neam adjunctam alteri, ejus naturam adſumere.
Et territorium alteri territorio adjunctum, adſumere ejus ſtatuta. *Franc. de Clapperiis p. 2. deciſionum cauſa 91.* niſi aliud conventum.

## ad L. Qværis. 28.

*SUMMARIUM.*

*Uxor de dote paciſci ante nuptias poteſt, ſed non poſtea.*

Mulier conſtante matrimonio paciſcitur cum marito, ut creditoribus ſuis ex fructibus dotis ſatisfiat, non valet pactio, qvia eſſet donatio, qvæ inter conjuges prohibita. Ante nuptias itaq; uxor liberè paciſci poteſt, licet conditio dotis reddatur maritô deterior; ſed poſt nuptias non. *Bald. Nov. de privil. 11. n. 3. Crotus ad l. 2. pr. n. 22. ſol. matrim. Roman. ad d. l. 2. n. 62.*

## ad L. Cum maritus. 29. §. fin.

*SUMMARIA.*

*Pactum uxoris, de dote fratri reſtituenda, ſi frater ſibi ſtipulatus, mutari neqvit. n. 1.*

*Pacta dotalia qvotuplicia & qvando mutari poſſunt. 2.*

Qvan-

1 QVando uxor paciſcitur, ut fratri reſtitueretur
dos, & qvidem animo donandi, & ut frater
irrevocabiliter acqvireret, fraterq́ſ ſibi ſtipulatus
fuerit dotem reddi, non poteſt mulier volunta-
tem ſuam mutare. *Menoch. conſ. 2. 286. n. 30. &*
*conſ. 309. n. 28. Cephal. conſ. 302. n. 90. Petr. Barb.*
2 *in d. l. qvæ dotis n. 13. & n. 32.* Verum circa mu-
tationem pactorum dotalium diſtingvendum,
utrum inter vivos, an verò in vim ultimarum vo-
luntatum ſint condita: vel, utrum ſint pacta do-
talia concepta in vim contractus vel donationis,
executione in tempus mortis delata; An verò
ſint mixta, loqventia de ſucceſſione in caſum
mortis, ut diſtingvit *Dn. Struv. exerc. 30. th. 19.*
3 Illo caſu non poſſunt mutari; ſed hoc caſu benè,
ut alia omnis voluntas ultima. Illic ſufficiunt
duo teſtes, hic qvinq́ſ reqviruntur, de qvo *Dn.*
*Kohlius de pact. dotal. part. 2. C. 43. def. 10. & Rich-*
*ter. deciſ. 26. Cothman. vol. 2. reſp. 78. n. 169. Wiſ-*
*ſenb. diſp. 76. th. 24. Berlich. p. 2. concl. 51. Joh. Fr.*
*Balthaſar tit. 1. reſol. Bavar. reſp. 16. Gail. l. 2. obſ.*
*126. Pruckman. verſ. 2. conſult. num. 23. Mynſ. cent.*
*2. obſ. 33.*

## ad L. Bæbius. 30.

*SUMMARIA.*

*Species facti ex hac lege proponitur. n. 1.*
*Si ex una cauſa non probatâ actum, qvamvis alia adſit, reus tamen abſolvendus, reſervata actori alia actione. 2.*
*Qvid hodiè juris. 3.*
*Argumentum ab expreſſo textu ad tacitum valet. 4.*

1 MArcellus filiæ nomine Marullo dotem pro-
miſit, ea lege ne Marullus conſtante matri-
monio peteret ſcil. à Marcello, eſt pactum perſo-
nale. Pactum etiam ut ſi Marcello mortuo filia in
matrimonio decedat ſine liberis, partem dotis
retineret maritus, partem Marcelli filio reſtitue-
ret; Deceſſit Marcellus conſtante matrimonio,
filio ex aſſe hærede inſtituto, & filiæ per fidei-
commiſſum relicta dote. Marullus non exegit
dotem à filio, & poſtea divortio ſolutum eſt ma-
trimonium: Deceſſit tandem filia, filiâ ſuâ &
fratre hæredibus inſtitutis: Marullus petit inte-
gram dotem, qvia pater videtur voluiſſe filiam
integram dotem habere, qvia non ſine liberis de-
ceſſit. Sed qvia in matrimonio non deceſſit, in
qvem caſum pactum conceptum erat, intentio
ejus non fundata; ſed qvia tamen filia Marulli
ab uxore hæres pro parte ſcripta, univerſa autem
dos uxori debetur ex Fideicommiſſo, ideò Marul-
lus dimidiam dotis per filiam petit. Ita ſpeciem
legis proponit *Wiſſenb. diſp. 46. th. 25.* ubi non-
nulla juris antiqvi veſtigia deprehendit. conf.
*Cujac. l. 4. obſ. 23.* Colligunt ex hac lege, ſi ex una 2
cauſa actum, ea verò non probata, judex tamen
videat ex alia agi potuiſſe, reus tamen abſolven-
dus eſt, reſervata actione ex alia cauſa. *Bald. in*
*Auth. ſed ſi qvis, C. de ſecund. nupt. Hartm. Piſt. p.*
*1. qv. 45. n. 7.* ubi ex Curtio refert, Baldum hunc
textum ſemper in ore habuiſſe. vid. *legem Habe-*
*bat, ſupra de inſt. act.* Hodiè tamen, qvia ſaluta- 3
ris clauſula, ut vocant, in omnibus libellis addi ſo-
let, ideo poteſt judex ſepoſita petitione inepta,
& cauſa minus idonea, ex alia cauſa apta, qvæ ta-
men ex actis apparet, reum condemnare, ut tra-
didi in *Proceſſu meo civ. cap. 27. n. 38.* Colligunt 4
etiam ex textu, argumentum ab expreſſo pacto
ad tacitum valere. conf. *Petr. Barb. ad l. ſi cum do-*
*tem. 23. pr. n. 32. ff. ſol. matrim.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*FUndo æſtimatò in dotem dato, ſubjecto poſtea pacto, ut idem fundus reſtituatur; Qværitur ſi conſentiente uxore vendatur, ad qvid obligetur maritus?*

FUndus æſtimatus 100. florenis in dotem datur, deinde maritus cum uxore paciſcitur, ut fundum eodem pretio uxori reſtitueret, ſoluto matrimonio; ſed poſtea conſentiente uxore venditur ducenis, qværitur an remitti debeat marito hoc pactum? Reſp. Eatenus remittitur pactum, ut maritus habeat electionem, an fundum, an ducenta reddere velit. Aliàs ſi in venditionem non conſenſiſſet, pactum ex aſſe impleri debuiſſet. conf. *Covarr. pr. q. 28. n. 4. Petr. Barb. ad l. 1. ff. ſolut. matrim. parte 5. n. 2. & in l. ſi æſtimatis. 51. n. 4. ff. ſol. matr.*

# TITULUS V.
# De Fundo Dotali.

## Ad L. Interdum. 1.

*SUMMARIA.*

*PRædii dotalis alienatio nulla eſt. n. 1.*
*Poteſt ab ipſo marito retractari. 2.*
*Lim. 1. niſi alienatio neceſſaria. 3. Exemplum. 5.*
*Lim. 2. niſi cum univerſitate tranſeat. 4.*
*Lim. 3. niſi uxor jurato renunciaverit. 6.*

PEr legem Juliam fundi dotalis alienatio eſt prohibita, adeò, ut licet uxori utilis, alienatio tamen non valeat, niſi aliud prædium ſurrogetur; nam pretium amiſſioni & conſumptioni obnoxium. *Petr. Barb. ad l. 1. p. 5. n. 7. ff. ſolut. matrim.* Et ipſe maritus alienationem retractare poteſt. *Bald. Novell. p. 7. priv. 1. n. 15. Pinell. ad l. 1. C.*

*de*

*de bon. mater. p. 3. n. 73. Barb. d. p. 5. n. 14. & ſeqq.* nec ab ipſa muliere ſuſcepta alienatio valida.
3 *d. p. n. 5.* Sed hic habetur duplex limitatio. I. Si ob vitium ipſius rei marito non cavente fiat immiſſio; qvia eſt alienatio neceſſaria, qvæ ſemper in prohibitione alienationis excipitur, hic & *l. 2. C. b. t. Negnz. de pignor. part. 2. membr. 3. n. 42. Molin. de J. & J. tr. 2. diſp. 428. n. 8. Ruſar. in tr. de ſubſtitut. qv. 533. n. 1. & ſeq. Zaſ. h. t. n. 4.* Aliud in debitis perſonalibus. *Petr. Barb. p. 5. legis 1. n.*
4 *11. ff. ſolut. matrim.* II. Si tranſeat cum univerſitate ad hæredem. *Salviolus in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. n. 31. Hipp. Riminald. vol. 4. conſ. 365. n.*
5 *193. & ſeq.* Hinc etiam qvando fundus communis in dotem datus, & maritus ad diviſionem provocatur, hæc alienatio neceſſaria eſt. Imò ſi res commodè dividi non poſſit, ad diſtractionem procedere poteſt maritus. *Molina tr. 2. diſp. 428. n. 8. Guttierez de juram. confirm. p. 2. c. 58. n. 10. Ne-*
6 *gnz. de pign. memb. 3. part. 2. n. 24. in fin.* Sic etiam valida alienatio, qvando mulier ſub juramento ſuo juri vindicandi fundum renunciavit, qvo tamen caſu ex capite fraudis, vel metus juramentum reſcindi poſſet. *Covarr. in c. qvamvis p. 2. §. 1. n. 19. Campeg. de dote p. 4. q. 11. Molina tr. 2. D. 428. n. 10.* conf. *Petr. Barb. ad l. p. 5. num. 72. & ſeqq. ff. ſol. matr.*

## ad L. Fundo, 3. §. toties.

*SUMMARIUM.*

*Si uxori de dote non competit actio, valida eſt alienatio.*

Nota, qvando mulieri non competit actio de dote, nec competitura eſt, tunc poteſt alienari. Sed qværitur de caſu hujus legis? Reſp. *Joh. Crotus in rep. rubr. ſolut. matr. n. 17.* ſi extraneus fundum det, & ſub hac conditione qvidem, ut ſibi reſtitueretur; hic enim uxor non habet actionem; qvia conſtante matrimonio non poteſt uxor agere, nec ſoluto matrimonio agere poteſt, ob ſtipulationem extranei.

## ad L. Lex Julia, 4.

*SUMMARIUM.*

*Prohibita alienatione fundi dotalis, ad res mobiles, etiamſi ſervari poſſint, non extenditur. n. 1.*

*Conciliatur l. 22. C. de admin. 2.*

1 Prohibitio alienationis prædii dotalis ad ſponſum extenditur. Colligunt autem ex hac & ſimilibus legibus, qvia ubiqve de prædio dotali agitur, eam prohibitionem ad res mobiles, etiam qvæ ſervari poſſunt, non debere extendi. *Bach. ad Tr. v. 2. D. 7. th. 9. & ad Wiſſenb. h. t. Stichard. ad l. 3. C. de jure dot. Zaſ. h. t. n. 3. Wiſſenb. diſp. 46. th. 26. Petr. Barboſ. in l. 1. p. 5. ff. ſolut. matrim. n. 86. Colleg. Arg. h. t. th. 2.* Nec obſtat *l. 22. C. de admin. Tut.* qvia tutor tantum Domini loco, maritus verò verus Dominus. *Bach. d. l.* 2

## ad L. Julianus. 5.

*SUMMARIA.*

*Maritus fundo dotali ſervitutem nec imponere, nec qvæſitam amittere poteſt. n. 1.*
*Idem in uſufructu.*

Maritus non poteſt ſervitutem imponere fundo dotali, qvia hæc eſſet ſpecies alienationis; nec ſervitutem fundo dotali qvæſitam amittere; qvia uxor conſtante matrimonio non poteſt agere, & præſcriptionem interrumpere: Ei autem, qvi agere neqvit, non currit præſcriptio. *Cæpol. de S. U. Pr. c. 14. n. 10. Padilla in l. Et in provincial. n. 18. C. de ſervit. Campegius de dote p. 2. qv. 75.* Idem in uſufructu ſeu ſervitute perſonali. *Campeg. d. l. 4. 76.* Sed limitatio hujus legis habetur *in l. 16. h. t.* 1 2

## ad L. Qvod ſi fundus. 11.

*SUMMARIUM.*

*Fundi æſtimatio in dotem dati alienatio non valet, ſi uxori electio relicta.*

Qvando fundus æſtimatus in dotem datus eſt & electio uxori reſervata, alienari fundus non poteſt, ſecus ſi maritus habeat electionem, *hic & l. 1. C. h. t. Covarr. qv. pr. 28. n. 6. Molina d. diſp. 428. in fin. Dn. Struvius exerc. 30. th. 21. Spino in Spec. teſtam. gl. 11. pr. num. 92. Zaſius h. t. n. 2.*

## ad L. Dotale. 13.

*SUMMARIA.*

*Fundus in dotem datus, non promiſſus, eſt inalienabilis. n. 1.*
*Res aliena in dotem tradita alienari poteſt. 2.*
*Dos promiſſa vera dos eſt. 3.*
*Uxor adeundo hereditatem mariti ſibi in dote non præjudicat. 4.*

Prohibitio legis Juliæ pertinet ad fundum datum doti, non promiſſum vel deſtinatum *§. 2. h. l. Hilliger. in Donell. l. 4. c. 19. lit. F.* Et ſic res aliena in dotem non data, qvia dari neqvit, ſed tradita alienari poteſt. *Coll. Arg. th. 3.* Aliàs dos promiſſa vera dos eſt. *Tiraqu. de retr. convent. ad finem tit. gl. 2. n. 2. & ſeq.* Uxor autem à marito hæres inſtituta, & juſſa ſolvere mihi fundum dotalem, non tenebitur ſolvere, ſi facta deductione dotis non ſuperſit in bonis teſtatoris, ex qvo poſſit integrum legatum ſolvi. Nam ut mulier per expreſſum conſenſum ſibi non potuit præjudicare in dote, ita neqve per tacitum, ſcil. aditionem hæreditatis. *Petr. Barboſ. ad l. Si cum dote 23. §. ſi Pater. n. 19. ff. ſol. matr.* 1 2 3 4

ad

### ad L. Dotale. 15.

*SUMMARIUM.*

U*Xor acceptando literas à marito, ne fundus dotalis ſit dotalis, ſibi præjudicat.*

MAritus ſcripſit ad uxorem, ut fundus dotalis deſineret eſſe dotalis, & per conſeqvens, ut qvaſi ex titulo donationis eum haberet; has literas mulier recipiendo videtur approbaſſe, dum non contradixit, *l. ſi filiusfamilias. ff. de SC. Maced.* Et ita mortua in matrimonio uxore maritus retinet prædium, qvaſi donationem morte confirmatam; nam tempore donationis habuit poſſeſſionem maritus. *Petr. Barboſ. ad l. 2. §. qvod ſi in patris. n. 24. ff. ſol. matr.* Qvamvis Cujac. *lib. 9. obſerv. 4.* rationem decidendi ponat in eo, qvod ſit dos adventitia, qvæ mortua uxore regulariter marito cedebat; ſed de eo in textu nihil habetur. conſ. *Notata ſupra ad l. ſi filiusfam. 16. ff. ad Macedon.*

### ad L. Si fundum. 16.

*SUMMARIA.*

F*Undus dotalis præſcribi neqvit. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*Ex ficta traditione qvando transferatur dominium. 3.*
*Marito an noceat præſcriptio fundi dotalis cœpta? 4.*

1 FUndus dotalis alienari non poteſt, ne qvidem
per præſcriptionem, per *l. 5. h. t. Balbus de
præſcript. p. 5. q. 4. n. 4. Bart. in l. fin. n. 7. C. in
2 qvib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſaria.* Sed
hic habetur limitatio: niſi præſcriptio anteqvam
fieret dotalis, fuerit cœpta, & vivente marito
3 completa. *Campeg. de dote p. 2. q. 75.* Unde ex
hac lege colligunt, ex ficta traditione transferri
dominium ab eo, qvi non habuit poſſeſſionem.
*Hotoman. qv. illuſtr. 11. Matth. Afflict. dec. 299. n.
4. Cephal. conſ. 336. n. 15.* conſ. *Balb. in tr. de præſcript. p. 5. qv. 4. num. 4. Tiraqv. de conſtit. poſſeſſ.
part. 3. limit. 1. n. 25. Zaſ. h. t. n. 6.* ubi hæc ad ſer-
4 vitutem realium præſcriptionem extendit Plane ſi pauciſſimi dies ſuperſint ad præſcriptionem perficiendam, marito non imputabitur culpa. *vid. Hannibal. in repet. l. naturaliter. n. 180. de adqvir. poſſ.*

### ad L. Fundum. 17.

*SUMMARIUM.*

A*Lienatio fundi dotalis convaleſcit, ſi mortuâ uxore dos ad maritum veniat.*

SI fundus à marito alienatus, nulla eſt venditio; ſed ſi uxor in matrimonio moriatur, & dos lucro mariti ex pacto, ſtatuto, vel teſtamento, aut donatione mortis cauſa cedat, reconvaleſcit alienatio; & ſic qvod ab initio nullum, fit validum: qvem enim de evictione præſtanda tenet actio, eum agentem repellit magis exceptio. *l. vindicantem. 17. ff. de evict. Dn. Struvius exerc. 30. th. 21. Wiſſenb. D. 46. th. 28.*

### ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

M*Aritus an impenſas lapidicinarum repetere poſſit? n. 1.*
*Impenſas non reſtituente uxore, pars fructuum ad maritum ſpectat. 2.*
*In conditionali venditione fructus interim percepti non reſtituendi, ſi conditio in poteſtate emptoris. 3.*

SI maritus in fundo lapidicinas invenit, an im- 1
penſæ ei reſtituendæ? Aff. Si renaſcantur, ne
obſtet *l. 7. §. 13. ff. ſol. matr. Wiſſenb. th. 29.* Im- 2
penſas, qvæ æſtimationem partis dotis abſorbent; ſi non ſolvat mulier, ſed in mora ſit, fructus ad maritum pro rata pertinent. *§. fin. hujus legis ult. Petr. Barb. ad l. de diviſione 5. n. 74. & ad l. ſi ante 6. num. fin. ff. ſolut. matr. Rodericus de ann. redit. part. 3. c. 7. num. 106.* conſ. *Surd. conſ. 52. n. 63. vol. 1. Hier. Gabriel. conſ. 64. num. 10. Tiraq.
de retr. ad fin. tit. n. 7.* Collige; ſi ſub conditio- 3
ne poteſtativa venditus fundus, pendeat autem conditio à voluntate emptoris, ut hic eſt æſtimationis vel impenſarum ſolutio, tunc uti ea conditio non retrotrahitur, *l. potior eſt ff. qvi potiores.* ita etiam fructus interim percepti non ſunt reſtituendi emptori. *Petr. Barboſ. ad l. ſi mora. 10. ff. ſol. matr. n. 101.*

# LIBRI XXIV.

## TITULUS I.

## De Donationibus inter Virum & Uxorem.

### Ad L. Moribus. 1, & ſeq.

*SUMMARIA.*

D*Onatio qvalis inter conjuges prohibita. n. 1.*
*Rationes prohibitæ donationis. 2.*
*Donatio inter conjuges juramento confirmari poteſt. 4.*

INter conjuges ſtante matrimonio prohibita eſt 1
omnis donatio ſimplex, non qvæ ob cauſam fit, ut donatio propter nuptias; & huc etiam ſtrenæ, qvæ ob commemorationem diei natalis, vel Calend. Jan. dantur modicæ. *Carpzov. p. 2. conſt. 13. def. 20. & ſeq. Struv. th. 29.* Cauſæ autem, cur

ſimplex donatio prohibita, ſunt hæ: 1. Ne ob
amorem ſe mutuò ſpolient. 2. Ne matrimonia
ſint venalia. 3. Qvia amor ſolis animis æſtiman-
dus. 4. Ne concordia pretio conciliari videa-
tur. 5. Ne melior in paupertatem incidat, dete-
rior verò fiat ditior. 6. Ne altero non donante
lites oriantur. de qvibus cauſis *vid. Socin. jun.
conſ. 44. n. 34. vol. 2. Connan. lib. 1. c. 10. n. 11. Cæ-
poll. conſ. civ. n. 8. Tiraq. ad l. ſi unqvam. in verbo
libertis 108. & ſeqq. C. de revoc. donat. Tuſch. ad
rubric. de revocat. don. concl. 690. lit. D. Hillig. in
Don. lib. 9. c. 11. lit. R. Dn. Struv. exerc. 30. th. 23.
Wiſſenb. d. 47. th. 1.* ubi reſpondet ad *l. 1. §. 1. jun-
ct. l. 7. §. 1. ff. repetund* qvod ibi hoc tantum di-
catur, qvod conjux ad eam qvantitatem, qvæ ex-
4 traneis præſcripta, non ſit adſtricta. Cæterum
prohibitio hæc a jure civili eſt, ideoqve per jura-
mentum confirmari poteſt hæc donatio. *vid.
Trentac. l. 3. tit. de donat. reſ. 6. Gutierez. de juram.
confirm. p. 1. c. 3. Berlich. p. 2. concl. 15. Zaſius h. t.
n. 19. Dn. Struv. n. 29. Wiſſenb. h. t. th. 15.* Et hanc
ſententiam magno Dd. catalogo confirmat *Cuno
de pact. l. 1. cap. 6. n. 222.*

## ad L. Hæc ratio. 3.

### *SUMMARIA.*

*In matrimonio illicito an valida donatio. n. 1.*
*Concubina an donare liceat? 2.*
*Qvid ſi in matrimonio illicito unus vinculum igno-
ret, an Fiſcus capiat? 3. 4.*
*Inter perſonas ratione poteſtatis conjunctas, non va-
let donatio. 5. 6.*
*Qvid hodiè juris ſit? 7.*
*Donatio conjugum eſt ipſo jure nulla. 8.*
*Qvod mihi acqvirendum, ſi mandem ut uxori ac-
qviratur, an valeat? 9. 10. 11.*

1 IN principio duæ recenſentur rationes, ob qvas
prohibita donatio inter conjuges, de qvibus
jam dictum. Si matrimonium illicitum de facto
ſit contractum, qvia matrimonium non eſt, de
rigore juris videtur valida donatio; ſed verius eſt
non valere, ne melior ſit conditio eorum, qvi de-
liqverunt, & qvia in cauſa finali erratur. *Sanchez.
in tr. de matrim. lib. 6. diſp. 2. num fin. Covar. de
matr. p. 2. c. 7. §. 1. n. 8. Tiraq. de LL. connub. gl. 8.
n. 249. Campeg. de dote p. 1. qv. 47. n. 4. Petr. Barb.
in l. 23. §. fin. num. 20. ff. ſolut. matrim. Dn. Struv.
exerc. 30. th. 24. Zaſ. h. t. n. 9. Wiſſenb. d. l. th. 3.*
2 Concubinæ licitum eſſe donare dicitur, de qva
hodiè otioſum dicere ſublato concubinatu.
*Wiſſenb. d. th. 3.* Sanè miles concubinæ donare
3 non potuit. *l. 2. C. h. t.* Sed qvid ſi alter neſciat
impedimentum, alter ſciat, & ſciens neſcienti,
& bona fide in conjugio nullo perſeveranti, do-
net, an donatum fiſco acqviritur? Et vulgo id
affirmant; ſed id nullo textu probari, & non
poſſe rationem differentiæ oſtendi, cur pars
ſciens neſcienti legare, & tamen non donare
poſſit, rectè animadvertit *Immanuel. Coſta* lau-
datus à *Covar. de matrim. p. 2. c. 7. §. 1. num. 8. &
Molina tr. 2. de I. & I. d. 200. n. 8. Sanchez. de
matr. d. D. 2. num. 3. & ſeqq.* Sed ſi ignorans do- 4
net ſcienti impedimentum, nec tunc capit do-
natum fiſcus, ſed donatio revertitur ad donan-
tem, & tunc demum fiſcus acqvirit, qvando uter-
qve in mala fide eſt. *Molina d. l. n. 12. Sanchez.* 5
*num. 7.* Non tantum inter conjuges, ſed inter
eos etiam, qvi ratione poteſtatis conjuncti, do-
natio nulla eſt *§. 2.* qvod exemplis declaratur in
*§§.* ſeqventibus. Nam mater filio exiſtenti in 6
mariti poteſtate non poteſt donare; qvia marito
adqvireretur. Qvæ ratio in novo jure videtur
ceſſare. Sic & uxoris pater genero neqvit donare.
*§. 6. Colleg. Argent. hic num. 5. Wiſſenb. d. D. 47.
th. 2.* Sed his, qvæ de perſonis in poteſtate exi- 7
ſtentibus, dicuntur, magna ex parte derogatum
eſt conſvetudine contraria, dum videmus nupti-
is liberorum tolli patriam poteſtatem; unde hæc,
qvæ in his de filiisfamilias & filiabusfamilias
imo & ſervis dicuntur, meritò inter exoleta re-
fert Gronwegen *ad l. 4. C. h. t.* Ex *§. decimo* 8
verò notandum, qvod ipſo jure donatio inter
virum & uxorem ſit invalida & traditio nulla,
nec non ſtipulatio aut acceptatio donationis ti-
tulo facta; cui tamen rigori fuit derogatum ora-
tione Marci Antonini, qvi eas donationes con-
ſummatas confirmavit, ſi pœnitentia non ſecu-
ta; aut præmorientis donatarii mors non tollat.
*Covar. l. 2. var. reſ. c. 7. n. 4. Socinus conſ. 13. n. 4.
lib. 4.* de qvo *in l. 42. h. t.* Si mihi donaturum 9
jubeam, ut uxori daret, nulla eſt donatio, qvia
ego brevi manu videor dediſſe. *§. fin. h. l.* aliud,
ſi legatum repudiem, ut ad uxorem veniat, qvæ
ſubſtituta erat vel legitima hæres. *l. 5. §. 13. h. t.*
aut legatum mihi relicturus rogetur à me, ut uxori
relinqveret. *l. 31. §. 7. h. t.* Ex *Gomez l. 2. reſ. 4.
n. 24.* aliisq; *Wiſſenb. th. 10.* Et ſanè primo caſu 10
acqviſivi donationem; nam dum jubeo donatu-
rum mihi, donare uxori, duos actus tacitos facio.
Primò enim tacitè accepto donationem, poſtea
eam donationem transfero in uxorem. *Salgado in
labyrintho creditor. l. 2. c. 14. n. 41.* ubi in ſeqventibus
multa in hanc rem accumulat. Reliqvis duobus
caſibus non acqviſivi, ſed dimiſi lucrum. conf.
*Covar. de matr. p. 2. c. 7. §. 1. n. 11. Zaſ. h. t. n. 12.*
Et ſic non poteſt cedere maritus uxori legatum 11
ſibi relictum. *Zaſ. n. 14.* conf. *Molin. tr. 2. D. 289.
n. 18. Mantica l. 21. tit. 4. num. 58. & ſeqq.*

## ad L. Si ſponſus. 5.

### *SUMMARIA.*

*Donatio inter deſponſatas perſonas valet. n. 1.*
*Si uxori & extraneo qvid donatum, an reſpectu
hujus donatio valida. 2.*
*Etiam venditio animo donandi facta eſt invalida. 3. 4.*
*Si maritus in gratiam uxoris non utatur ſervitute,
an illa pereat? 5.*

*Sen-*

*Sententia inter conjnges colludentes lata retractari poteſt.* 7.

*Donatio ad ſepulchrum, vel aliam piam cauſam, inter conjuges valet.* 8.

*An maritus lucrum hereditarium in gratiam uxoris repudiare poſſit?* 9.

*Qvid ſi conjux Trebellianicam in gratiam conjugis repudiet.* 10.

*Donatio, qva pauperiorem vel locupletiorem alterum non reddit, licita eſt.* 11.

*Qvod exemplis declaratur.* 12. *ſeqq.*

*Conjux lucro ſtatutario poſt mortem debito, renunciare neqvit.* 17.

1 INter deſponſatas perſonas licita eſt donatio, licet traditio conjugi poſt conſummatum matrimonium facta ſit, modo donans ante nuptias alicui, nomine conjugis rem donatam acceptanti, tradiderit, & hic poſt nuptias uxori reddiderit, per *h. l.* Et acceptilatio donandi animo
2 facta nulla eſt, & delegatio *§. 2. & 4.* Si qvæ autem ad alias perſonas extrinſecas pertinentia donationi juncta, hæc ſi ſeparari poſſint, valida
3 ſunt *§. 2. h. l.* Licet autem præter donationem omnes contractus inter conjuges liciti, ſi tamen contractus venditionis animo donandi præſumatur factus, etiam invalidus eſt, vel ſi venditio valida, remiſſio tamen invalida. *§. 5. h. l. Tuſchus concl. 93. lit. M. Scipio Gentil. in tr. de hoc tit. l. 2. c. 33. Dn. Struv. ex. 30. th. 25. Zæſ. h. t. n. 5. Wiſ-*
4 *ſenb. th. fin.* Sic ſi maritus rem uxori vendat, & de pretio aliqvid remittat, hæc remiſſio nulla. *Sanchez. diſp. 1. n. 11. Card. Mantica lib. 21. tit. 1. n. 21.* conf. *Gail. l. 2. obſ. 90. n. 8. & ſeqv. Coll. Arg.*
5 *hic th. 4.* Et ſi donandi animo maritus non utatur ſervitute, amittitur qvidem mero jure ſervitus non utendo per decennium; ſed ſoluto ma-
6 trimonio condicitur. *§. 6. h. l.* Unde notatur, ſi donandi animo qvis actionem præſcribi patiatur, cui donare non potuit, retractari poſſe ta-
7 lem præſcriptionem. Et ſententia abſolutoria lata inter conjuges, donandi animo colludentes, retractari poteſt. *§. 7.* confer. *notata ad l. 28. de*
8 *cond. ind.* Si conjux conjugi ad locum ſepulturæ emendum donaret, valeret donatio, qvia non reddit locupletiorem donatarium. *Beuſt. in l. 1. de jurejur. num. 111.* idemqve in omni donato ad piam cauſam, per *§. 12. h. t. Molin. tr. 2. diſp. 289. n. 20. Joh. Franc. Balth. tit. 1. deciſ. Bavar. reſol. 1. num. 124.* ſcilicet ſi locus jam factus religioſus. *§. 9.*
9 Eadem ratio monumenti donati. *§. 10.* Si maritus repudiet hæreditatem, in qva ſucceſſura eſt uxor ex ſubſtitutione aut ab inteſtato, hæc repudiatio non eſt prohibita, qvia nihil alienat de ſuo, ſed lucrum amplecti non vult. *§. 13. h. t.* ut
10 notatum ad *l. 3. §. ult. h. t.* Eadem ratio, ſi legatum conjux repudiet *§. 14.* De conjuge rogato reſtituere hæreditatem conjugi, & eam ſine detractione Trebellianicæ reſtituente conjugi, qværitur: an hæc ſit prohibita donatio? Neg. de alieno plenius reſtituit, & ſecutus eſt voluntatem defuncti, ſi non expreſſam, ſaltem tacitam; niſi in calculo errans minus detraxerit *§. 15. h. l.*
Generalis autem in *§. 16.* habetur limitatio, ſcil. 11
valere donationem inter conjuges, ſi donator non fiat pauperior, vel ſi diminuit qvidem aliqvid de patrimonio, locupletior tamen non ſit is, qvi donatum accepit. Et ſic utrumqve reqviritur, ut invalida ſit donatio 1. ut donans fiat pauperior, 2. ut donatarius vel donataria fiat locupletior: nam altero deficiente, non eſt prohibita donatio. *Mantica l. 21. tit. 4 n. 57.* Exemplum 12
primi eſt in *l. 25. h. t.* Si res aliena donetur; de qvo *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 21. tit. 5. per tot. Dn. Struv. d. exerc. 30. th. 28.* num maritus uſucapit. *l. 25. h. t. Wiſſenb. d. t. th. 5.* Vel ſi 13
jus ſibi competens ad rem remittat, & renunciet in gratiam conjugis ſuæ ante acceptationem *§. 13. h. l.* ubi ratio qvod iſte non fiat pauperior, dum non acqvirit. Secundi exemplum eſt 14
in *l. ſeq.* ubi mulier accepit pecuniam, ut ſportulas pro cognato ſolveret, licet alias mutuum acceptura eſſet. Aliud exemplum in *l. 7. §. 1. & l. 31. §. pen. h. t.* Sic ſi uxor donet marito per prodiga- 15
litatem id conſumpturo, licet uxor pauperior reddatur, qvia tamen maritus non locupletatur, ceſſat repetitio. *Sanchez de matr. l. 6. D. 4. n. 4.* Sic etiam ſi uxor ex donata pecunia emat un- 16
gventa. *l. 7. §. 1. Molina tr. 2. D. 289. num. 20.* ubi plura exempla. *vid. Weſenb. in ff. n. 4. Beuſt. d. l. n. 100. Berlich. part. concl. 25. n. 7. Molin. d. l. n. 17. Sanchez d. l. 6. diſp. 4. Balth. de reſ. n. 113.* Aliud 17
tamen videtur in jure radicato ex ſtatuto, ſicut lucro, ſibi ex ſtatuto poſt mortem debito, non poſſe conjugem renunciare, tradit *contra Gomez. t. 2. reſ. c. 4. n. 24. Molin. d. l. n. 19. & Balth. d. l.* Sed res hæc mihi dubia videtur; nam lucro poteſt renunciare, & eſt qvaſi donatio mortis cauſa. Et poſſunt pro Gomezio allegari *Boërius dec. 244. n. 2. Cuno de pactis l. 1. c. 6. n. 121. & n. 239.*

## ad L. Qvod autem. 7.

### *SUMMARIA.*

*AN conjux locupletior factus, qvale tempus attendendum?* n. 1.

*Donationes compenſandi animo facta valida ſunt.* 2.

*Ut & remunerationis cauſa.* 3.

*An inter conjngem ſenem & juvenem, nobilem & ignobilem valeat donatio.* 4.

*Venditio colorata non valet.* 5.

*Maritus pro dote reſtituenda pignora dare poteſt.* 6.

DIxi locupletiorem factum conjugem; ſed qvæ- 1
ritur qvodnam tempus attendendum, qvo ſit locupletior, an tempus litis conteſtatæ, an verò ſententiæ? Et illud placuit; ſed dixi ſuperius, ſi ad ungventa dedit conjugi, valere donationẽ: ſed

qvid ſi pecuniam donatam non impenderit ungventis emendis, ſed eam ſuo creditori ſolverit, de ſuo autem ungventa emerit? & valere eam
2 donationem reſpondetur *§. 1. h. l.* Sed ſi utrinqꝫ
compenſandi animo fiant donationes inter conjuges, eæ ſunt validæ, licet alter ſervaverit, alter
3 dilapidaverit *§. 2. h. l.* Ex hoc Dd. probant, re-
muneratoriam donationem inter conjuges valere, qvatenus merita non communia vel obſeqvialia, ſed ſingularia, & qvaſi ſupererogationis proportionabiliter æqvalia donationi ſunt. *Card. Mantica lib. 21. tit. 4. n. 8. & ſeqq. Sanchez. diſp. 6. n. 4. Mynſ. c. 2. obſ. 33. Gail. lib. 2. obſ. 42. n. 7. Balth. d. t. 1. n. 16. Dn. Struv. d. exerc. 30. th. 29.*
4 *Zaeſ. n. 16.* Ex hoc inferunt Dd. qvod etiam inter
ſenem & juvenem, nobilem & ignobilem valeat donatio, qvaſi compenſandi animo facta, ſed ſine ratione & lege. *Bach. in Tr. v. 2. diſp. 19. th. 4. lit. B. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mater. p. 3. n. 30. Cuno de pactis l. 1. c. 6. n. 195. & 206.* ubi *verſ. Sed præter illa debita, &c.* recenſet merita ſupererogationis. *Wiſſenb. d. l. th. 9.* Et prolixè *Cuno d. c. 6. verſ.*
5 *Deniq; circa donationis remuneratorias.* Sed pone,
maritum dediſſe pro dote reſtituenda uxori pignora, ea mulier emit, & qvidem maritus donandi animo vendidit, color qvæſitus, non valet ejuſmodi venditio colorata; ſed pignus ta-
6 men ſubſtitit *§. 6. d. l. 7.* Colligunt hinc, licet
maritus non poſſit fidejuſſores dare, poſſe tamen ipſum pignora dare; qvia pignora cedunt loco rei, non loco perſonæ mariti. *Hillig. in Don. ll. l. 15. c. 48. lit. F.* & qvia cætera bona tacitè obligata, qvidni expreſsè? *Guttierez de juram. confirm. p. 1. c. 21. n. 25. Ferez in tit. Cod. ne fidejuſſ. dot. in fine.*

## ad L. Si cum uxori. 9. §. fin. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Donatio mortis cauſa inter conjuges valet. n. 1.*
*Valet etiam donatio inter conjuges, qvo in tempus ſoluti matrimonii collata. 2.*

1 MOrtis cauſa donationes inter conjuges fieri
poſſunt; Ratio in *l. ſeq. 10.* qvia in hoc tempus excurrit donationis eventus, qvo vir & uxor eſſe deſinunt. *Berlich. d. l. num. 8. Mynſ. cent. 5. obſ. 33.* & ideò qvi hoc negant, ut *Covar. part. 3. rubr. de teſtam. num. 2. & Tuſch. concl. 691. num. 9. lit. D.* ita intelligendi, ut negent interim ejus fieri, cui donatum eſt, ſcil. ante mortem, per *l. ſed interim. 11. pr. hujus tit. Balth. d. t. 1. n. 114.* Kobl *de pact. dotal. part. 2. n. 7. Struv.*
2 *d. exerc. 30. th. 29.* Ex *l. ſeqv.* autem colligitur, et-
iam donationes inter vivos & conjuges valere, qvando in tempus ſoluti matrimonii collatæ ſunt. *Zaeſ. n. 10. Wiſſenb. d. l. th. 4.* Nec obſtat huic *§.* & ſeqq. *l. 33. h. t.* qvia loqvitur de morte ſoceri, qva filiæ nuptiæ non tolluntur. *Wiſſenb. d. l.*

## ad L. Sed ſi mors. 13. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*QVicunq; dat ad id, qvod qvis alioqvi facturus non erat, donaſſe videtur.*

DEdiſti mihi lapides, ut ædificarem tuguriolum in horto meo, qvod aliàs facturus non eram, qvær. an hæc ſit donatio? Affirm. qvia dans pauperior & accipiens locupletior fit? Et notetur, qvod hoc exemplo probetur, hanc eſſe præſumptionem donationis; ſi qvis alteri det ad faciendum, qvod facturus aliàs non erat. Ideoqve in contractu hoc exprimendum, ut conſtet de animo donandi. Aliud ergo, ſi id aliàs facturus erat; nam tunc donatio ſtatim non præſumeretur. *Caſtr. in l. cum qvid. n. 11. ff. ſi cert. pet. Maſcard. de probat. concl. 555. n. 52.* Ergo talis datio inter conjuges non habet locum. Sed hoc habet qvaſi limitationem in *l. ſeq.*

## ad L. Qvod ſi vir. 14.

*SUMMARIUM.*

*COnjux conjugi ad refectionem ædium qvid donare poteſt.*

QVicqvid conjux conjugi donat ad refectionem ædium, qvatenus refectione indigent ædes, eatenus donatum valet. *Molina d. l. n. 17. Balth. n. 121.* cum hoc ſpectet ad publicam utilitatem, & decoram faciem Civitatis. *l. præſcriptio C. de oper. publ. Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 66. pag. 405.*

## ad L. Ex annuo. 15. & L. Qvid ergo. 16.

*SUMMARIA.*

*ANnua uxori data non repetuntur. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2. 3.*
*Nec repetuntur veſtimenta data. 4.*
*Hæc lex ad donationem mortis cauſa non pertinet. 5.*
*Qvæ ratio ſit in uſuris? 6.*

QVando qvid annuum datur uxori qvod 1
conſumptum eſt, non repetitur, qvia non facta locupletior; qvod verò ſupereſt, nec repetitur, qvia loco alimentorum ſunt, qvæ aliàs uxo-
ri debita. conf. *l. 11. C. h. t.* Niſi qvod ſupereſt, ſit 2
immodicum in comparatione ad dotem & ejus fructus. *Petr. Barb. ad l. qvæ dotis. 34. n. 66. ſeq. ff. ſolut. matr. Tinqv. ad d. l. ſi unqvam. in verb. donatione largitus num. 123. Menoch. lib. 3. præſ. 9. num. 15. Berlich. num. 29. Balthaſ. d. l. num.*
*226.* Ex his infertur, ſi aliqvid ſuperſit, ſed ex 3
ea cauſa, qvod uxor genium ſuum defraudarit, id non repetitur. *Petr. Barboſ. ad l. qvæ dotis. 34. num. 68.* Infertur etiam, veſtimenta data 4
uxori

Digitized by Google

uxori qvotidiana etiam uxoris permanere. *Petr.
Barb. d. l.* conf. *Commanus l. 8. comm. c. 11. num. 7.
Campeg. de dote p. 2. q. 55. n. 3. Card. Mant. tit. 4.
n. 40. Petr. Gregor. lib. 28. Syntagm. c. 10. num. 11.
Tiraq. in l. ſi unqvam. verb. donatione largitus. n.
123. Menoch. l. 3. præſ. 9. n. 15. Berlich n. 29. Balth.*
5 *n. 126.* Sed hæc lex ad donationem mortis non
eſt extendenda, ubi non reqviritur in reciproca
donatione æqvalitas. Sic deciſum memini men-
6 ſe Apr. Anno 1659. conf. *Carpz. l. 5. reſp. 65.* De
uſuris qvod in *l. 15. §. 1.* dicitur, habet rationem,
qvia uſuræ non ex ipſa pecunia, ſed ex contractu,
& ſic induſtria mulieris percipiuntur.

## ad L. De fructibus. 17.

*SUMMARIUM.*

*Donatio fructuum induſtrialium inter conjuges valet.*

Donatio fructuum induſtrialium, (nam ad hos reſtringunt hanc l. Dd.) valet, qvia maritum pauperiorem non reddit, *hic & l. fructus. 45. ſupr. de uſuris. Sanchez. de matrim. lib. 6. D. 4. n. 6. Pinell. ad l. 2. C. de reſcind. vend. part. 2. c. 4. n. 49. Mantic. lib. 21. tit. 4. n. 37. Garcias de expenſ. c. 23. num. 22. Gentilis d. tr. l. 2. c. 17.* conf. *notata ſupra ad d. l. 45. Dn. Struv. th. 28. Wiſſenb. th. 6. Zæſ. n. 17.*

## ad L. Si qvis, pro uxore. 21. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Dotis promiſſæ uſuræ remitti non poſſunt n. 1.
Qvod limitatur. 2.*

1 Remiſſio uſurarum dotis promiſſæ non ſolu-
tæ eſt donatio, & ita prohibita, ut multis diſ-
2 putat *Cuno de pactis lib. 1. c. 6. n. 109.* Qvod li-
mitatur hic, niſi eo fine remiſſæ uxori, ut ſe ſuos-
qve aleret, tunc enim onera matrimonii fert uxor
*Cuno d. c. 6. n. 116.*

## ad L. Papinianus. 23.

*SUMMARIA.*

*Donatio conjugi ſaltem promiſſa, morte non confirmatur. n. 1.
An id jure novo mutatum. 2.
Sufficit tamen ficta traditio. 3.*

1 Donatio conjugi facta per nudam promiſſio-
nem, non ſecuta traditione, morte non con-
firmatur, & idem in donatione inter patrem &
filium. *l. 2. C. ſi qvis alteri vel ſibi. Tiraq. de con-
ſtit. poſſeſſ. part. 1. n. 49. & 53. & de retract. con-
vent. ad fin. tit. num. 48. Mant. d. t. 4. n. 32. San-
chez. l. 6. diſp. 14. n. 6. Vasqv. de ſucceſſ. creat. §. 15.
num. 90. & de ſucceſſ. progreſſ. §. 1. n. 138. Ema-
nuel à Coſta in repet. c. ſi pater. p. 1. verbo: legavit.
n. 4. de teſtam. l. 6. Dn. Struv. th. 30. Berlich. p. 2.*
2 *concl. 15. n. 15.* Licet putent, per *Nov. 162. c. 1.* huic
eſſe derogatum. *Cuno de pact. c. 6. num. 192.* Kohl
*de pact. dot. part. 2. num. 20. Zæſ. h. t. n. 24.* conf.
*Wiſſenb. th. 11.* Ficta tamen traditio ſufficit, per 3
*l. 32. §. 5. ff. h. t. Sanchez. diſp. 14. n. 12. Mantica
d. t. 7. n. 33. Molina D. 289. n. 5. & 8. Trentacinq.
l. 3. de reſ. 6. n. 4.* Kohl *de ſucceſſ. conjug. p. 2. n.
19.* conf. ad hanc legem *Clarus §. donatio. qv. 9.
num. 6. Caſtrenſ. conſ. 138. lib. 1. Borell. conſ. 56.
num. 25.*

## ad L. Sed & ſi. 25.

*SUMMARIA.*

*Donatio rei alienæ inter conjuges valet. n. 1.
Ob rem donatam non agitur de evictione. 2.*

Res aliena conjugi donari poteſt, qvia donan- 1
tem non reddit pauperiorem; Et ita, qvia ti-
tulus juſtus, poteſt donatarius uſucapere. *Dn.
Struv. h. t. th. 28. Wiſſenb. th. 5.* Nec ob rem do- 2
natam ad evictionem tenetur donans, qvia à tra-
ditione incepit. *l. Ariſto §. fin. ff. de donat. Cuno de
pact. c. 6. n. 236.*

## ad L. Inter eos. 27.

*SUMMARIUM.*

*Ante nuptias, etiam in die nuptiarum, donatio valida eſt.*

Donatio ante nuptias, ſeu ſponſalitia largitas, valet, ut notum eſt ex *tit. C. de donat. ante nupt. Sanch. l. 6. d. 8. 18.* Hoc hic ampliatur, etiamſi eodem die ſeqvantur nuptiæ. *Sanch. l. 6. diſp. 1. num. 7.*

## ad L. Si id qvod. 28. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*Mulier annuum promiſſum compenſare poteſt, ſi de ſuo in familiam qvid impendit.*

Mulier ratione annui promiſſi non habet actionem, habet tamen jus compenſandi, qvod ex *§. praeced.* videtur reſtringere. *Petr. Barboſ. ad l. qvæ dotis. 34. n. 67. ff. ſolut. matrim.* Si ſcilicet de ſuo qvædam impendat ad alendam familiam freta promiſſione mariti.

## ad L. Sed ſi vir. 31.

*SUMMARIA.*

*Caſus diverſi proponuntur. n. 1.
Operis ſuis qvod acqvirit uxor, ad qvem ſpectet? 2.
Diſtinctio veſtium. 3.
Si in area ſibi donata uxor qvid exſtruat, maritus ad impenſas reſtituendas tenetur. 4.
Pacta donationis cauſa adjecta inter conjuges non valent. 5.
Maritus uxori ante diem ſolvere poteſt. 6.
Qvod ſecus in dote. 7.*



Digitized by Google

*Perſvaſio, ut uxori legetur, non eſt donatio. 8.*
*Donationes natalitiæ qvando inter conjuges permiſſæ. 9.*

1 TRes caſus hic in princ. & §. 1. reſolut: ſecun-
dum *P. Barb. in l. qva dotis 34. tit. 1. n. 69.*
Primus caſus eſt, qvando mulier ex lana ſibi à
marito donata veſtes confecit, & tunc eſt mulie-
ris. Secundus, qvando vir ex lana propria confi-
cit veſtem uxori, & ad ejus utilitatem, & tunc ve-
ſtis eſt mariti. Tertius eſt, qvando uxor ex lana
propria conficit veſtes operis ancillarum mariti,
& tunc ſi muliebres, ſunt uxoris; ſi viriles, ma-
2 riti. Colligitur exinde, qvicqvid ſuis operis ac-
qvirit uxor, marito acqvirere, qvia tenetur ad
operas obſeqviales. *Coler. de proc. execut. p. 1.
c. 2. num. 169. Dn. Struv. exerc. 29. th. pen.* Aliud
videtur in artificialibus vel fabrilibus. *Menoch.
conſ. 1. n. 16. Cuno d. c. 6. de pact. n. 206. verſ. Æqve*
3 *uxor marito. ubi plures citat.* Collige deinde dis-
crimen inter muliebres veſtes & viriles. Nec
omnino rejiciendum diſcrimen inter muliebres
veſtes qvotidianas & feſtivas, licet hic non repe-
4 riatur. Maritus inſulam ab uxore in ſua area
uxori donata exſtructam vindicaturus, expenſas
reſtituere debet, *§. 2. h. l. & l. 10. ff. de doli mali*
5 *except. Dn. Struv. ex. 30. th. 27.* Pacta etiam con-
tractui inter conjuges licito, v. gr. venditioni ad-
jecta, ſi hæc pacta donationis cauſa fiant, v. gr.
ne venditor qvid præſtaret, ad qvod alias ex na-
tura contractus tenebatur, omninò ſunt invali-
da; licet contractus principalis ſit validus. *§. 4.*
6 *& 5. h. l.* Qvod maritus uxori debet in diem, an-
te diem ſine metu donationis ſolvere poteſt. *§. 6.
h. l. Zoeſ. h. t. num. 8.* qvia qvod debetur in diem
7 præſenti ſtatu verè debitum eſt. Sed ex hoc textu
non colligitur, conſtante matrimonio dotem re-
ſtitui poſſe; nam iſta reſtitutio eſſet præmatura
donatio, per *tit. C. ſi dos conſtante matrim. Surdus
de aliment. tit. 8. priv. 34. Menoch. conſ. 378. n. 36.*
Nam dotis reſtitutio debetur ſub conditione ſo-
luti matrimonii, & maritus certo damnum incur-
reret; Sed in debito in diem ante diem ſoluto non
eſt certum lucrum omiſſum, nec certum damnum.
8 *Petr. Barb. ad l. 2. p. 2. num. 2. ff. ſolut. matr.* Si
teſtatori mihi legaturo perſvaſerim, ut uxori le-
get, non eſt donatio, *§. 7. hujus legis*, qvia de meo
nihil do, & non poteſt hic fingi acceptatio legati
tacita vivente teſtatore, qvalis in donatione in-
ter vivos fingitur vel præſumitur, de qvo ſupra.
9 Et licet donationes inter conjuges in die Natalis
Salvatoris noſtri, vel die natali conjugis ſint
licitæ, hoc tamen declaratur *§. 8.* ſi ſint mo-
dicæ.

## ad L. Cum hic ſtatus. 32.

*SUMMARIA.*

*DOnatio inter conjuges an & qvando morte confirmetur. n. 1.*
*Qvid ſi pœnitentia intercedat. 2. 3.*
*Tempus mortis huc retrahitur ad tempus contractus. 4.*
*Donatio exceſſiva judici inſinuanda. 5.*
*Caſus, ubi morte donatio non confirmatur. 6.*
*Jus novum in pignoris datione. 7.*
*Divortio intercedente, non convalidatur donatio. 8.*
*Nec donatario prius decedente. 9. & 11.*
*Aliud ſi ſimul pereant. 13.*
*Per divortium qvando revocetur donatio. 10.*
*Ex rebus donatis unâ aliis legatâ, reliqva non revocantur. 14.*
*Donatio inter conjuges jungi prohibitos, nec morte confirmatur. 16.*
*Donata in matrimonio nullo, ſciente utraq; parte, Fiſcus vindicat. 17.*

DOnatio inter conjuges confirmatur morte 1
donantis, adeò ut à tempore donationis va-
luiſſe videatur, & fructus conſumpti non repe-
tuntur *l. 8. C. h. t.* nec induſtriales etiam extan-
tes. *Pinell. l. 9. ad l. 2. C. de reſc. vend. p. 2. c. 4. n.
51. Covarr. part. 3. Rubr. de teſtam. n. 7. Wiſſenb.
hic th. 14.* Niſi per pœnitentiam revocata, nec 2
de novo confirmata. *Mant. d. l. 21. tit. 10. n. 1. ſeq.
Sanchez d. l. 6. D. 15.* Opus autem eſt, ut eviden-
ter de revocatione & pœnitentia conſtet, *§. 4. h. t.*
Et additur in fine *§. 3.* ratio, qvia ambulatoria ho-
minis voluntas eſt usqve ad extremum vitæ exi-
tum. Sed id de morte naturali non civili intelli- 3
gendum. *l. 13. §. 1. & l. 24. h. t. Wiſſenb. h. t. th. 13.*
licet diſſentire videantur *Tiraqv. in l. 21. tit. 7. n.
9. & ſeq. Sanchez l. 6. diſp. 17.* qvi tamen id ita in-
telligunt, qvod revocari donatio poſſit, donec
mors naturalis ſeqvatur, *Mant. d. l. n. 12.* & ita in
effectu conſentiunt. Qvando autem morte do- 4
natoris confirmata eſt donatio, retrotrahitur ad
tempus donationis, qvaſi ab initio valuerit, *arg.
l. 25. C. h. t. Sanchez de matr. l. 6. D. 16. Molina d.
D. 289. n. 8. Mantica l. 21. t. 7. n. 24. Cuno d. l. n. 265.*
Sed ſi excedat 500. ſolidos donatio, aut expreſsè 5
à defuncto debuit confirmari, aut actis inſinua-
ri, non valet, per *d. l. 5. C. h. t.* ut tamen qvoad
exceſſum tantum ſit irrita. *Gomez. c. 4. n. 17. Mo-
lin. d. D. 289. n. 7.* Kohl *de pact. dotal. p. 2. n. 35.*
conſ. *Notata ad d. l. 25. C. h. t. Cuno d. c. 6. n. 260.*
Non confirmatur morte donatio, ſi ſeqvatur 6
actus, per qvem tacitè videtur receſſiſſe à dona-
tione *§. 3. h. l. 32.* v. gr. obligatio pignoris & rei a-
lienatio, qvia id qvod ſpeciali jure ſuſtinetur, fa-
cilius per tacitam revocationem poteſt tolli, *hic &
l. 48. h. t. Molin. d. diſp. 289. n. 11. in fin. Balthaſ. d. l.
n. 132. Sanchez diſp. 15. n. 5.* Sed qvoad pignoris da- 7
tionem hoc mutatum. *Novell. 162. c. 1. §. 1. Wiſſenb.
th. 16. Ritterh. p. 5. Nov. c. 12. n. 6. Zoeſ. h. t. n. 23.*
Per divortium etiam videtur receſſiſſe à donatio- 8
ne. *Sanchez. d. l. 6. D. 15. Trentacinq. tit. donat.
reſ. 6. num. 5.* Nec confirmatur morte donatio, 9
qvando donatarius prior decedit. *c. fin. X. h. t.
Sanchez. l. 6. D. 14. num. 20. & ſeq.* Ob divortium 10
etiam

etiam tacitè revocatur donatio, *§. 10. h. l.* niſi
bona cum gratia fiat, & appareat donantem vo-
luiſſe, ut firma maneret. *Mantica d. l. 10. num. 8.*
11 *Molina d. D. num. 12. Balthaſ. d. l. num. 133.* Qvan-
do donatarius ante donantem moritur, non po-
teſt donatio morte confirmari, *§. ſi ambo 14. h. l.*
qvia mors non invenit confirmandum, & non
potuit donatarius jus, qvod nondum habuit,
transmittere. *Molina d. D. n. 11. Mantica de tac.*
*& amb. convent. lib. 21. tit. 10. num. 9. Sanchez. l.*
12 *6. D. 14. n. 20. & ſeq. Boer. dec. 355. in fine.* Etiamſi
in hæredes donatarii collata fuerit. *Carpzov. p. 2.*
13 *conſt. 13. diſp. 14. Dn. Struv. th. 30.* Qvando verò
ſimul eodem caſu donator & donatarius pereunt,
tunc valet donatio. *vid. l. 8. ff. de reb. dub. &*
*ibi not. Wiſſenb. th. 8.* conſ. *Covar. l. 2. reſol. c. 7.*
14 *num. 5. Cuno de pactis l. 1. c. 6. num. 263.* Non vide-
tur autem omnes res donatas uxori revocare, ſi
15 qvasdam alii leget. *§. 15.* In *§§.* ſeqventibus agi-
tur de perſonis, ſed qvæ conjuges in ſua poteſta-
te habent, de filiosfamilias, ſocero ac nuru & ſi-
milibus, qvæ ſupra propoſita, & minorem in ſo-
ro uſum habent, eò qvod matrimonium mori-
bus noſtris ſoleat à patria poteſtate liberare,
16 qvando accedit ſeparata œconomia. Donatio
facta inter eos conjuges, qvi conjuges jure eſſe
non poſſunt, non tantum eſt revocanda, ſed nec
morte conjugis donantis confirmari poteſt. *§.*
*pen. h. l. Petr. Barb. ad l. ſi cum dotem. 23. §. fin.*
*n. 20. ff. ſol. matr.* conf. *Vinc. de Franchis dec. 52.*
17 *n. 2.* Qvando utriqve conjugi nota eſt nullitas ma-
trimonii, aut donatum accipiens errat in jure,
donata ab utroqve ut indignis auferuntur, & Fiſco
applicantur. *§. ult. h. l. Covar. de matrim. part. 2.*
*c. 7. §. 1. n. 8. Sanchez. diſp. 2. & ſeq. Petr. Barb.*
*in l. ſi ante 6. num. 38. ff. ſolut. matr. Eman. in re-*
*pet. l. ſi pater. p. 1. verbo uxorem de teſtam. l. 6. Ce-*
*phal. conſ. 390. n. 69.*

## ad L. Si ſtipulata. 33.

*SUMMARIA.*

*Nuda promiſſio annui facta à marito morte con-*
*firmatur. n. 1.*
*Aliud ſi uxor annuum promittat. 2.*

1 Licet donatio, qvæ in nuda promiſſione con-
ſiſtit, morte non confirmetur, *l. Papinianus*
*h. t.* niſi traditio ſeqvatur, promiſſio tamen an-
nui, facta à marito uxori, morte confirmatur,
qvia non eſt mera donatio. *Petr. Barboſ. ad l.*
2 *qvæ dotis num. 67. ff. ſol. matr.* Sed in annuo pro-
miſſo facto ab uxore marito ſecus; nam hoc con-
tra naturam ſexus eſt, & reqvirit majorem ſolen-
nitatem. Nam maritum uxorem alere moris eſt,
non contra. *Campegius de dote p. 1. q. 3.* confer.
*l. 9. §. fin. ff. de jur. dot.*

## ad L. Si donatæ. 36.

*SUMMARIA.*

*An uxor vindicante marito, præciſè rem dona-*
*tam reſtituere teneatur? n. 1.*
*An maritus jurato æſtimare poſſit rem. 2.*
*Maritus in caſu præſtitæ æſtimationis ad evictionem*
*tenetur. 3.*
*Actus poſterior priorem confirmans, non eſt no-*
*vus. 4.*

Qvæſtio hic talis: ſi maritus, qvi donaverat 1
uxori forte rem pretioſam pœnitentia du-
ctus vindicet rem donatam, qværitur 1. an uxor
præciſe teneatur rem reſtituere? Et reſp. qvod
non; qvod hic ſpeciale: nam uxor poteſt æſti-
mationem, vel verum pretium ſolvere, ex hac ra-
tione; qvia donatio mariti & ejus propenſa vo-
luntas cauſam poſſeſſioni dedit. Sed cur non 2
maritus admittitur ad æſtimationem per jusju-
randum faciendam? Reſp. ex dicta ratione. Sed 3
ſi uxor æſtimationem præſtiterit, an ei maritus
cavere debet de evictione? qvod aff. qvia hæc
qvaſi venditio eſt. Hæc *Cujac. tom. 1. ad hanc*
*leg. Dynus in c. ſine poſſeſſione de R. I. lib. 6. Zaſ. in*
*l. in depoſiti 12. n. 2. ff. de re jud.* ubi vide etiam à
me notata. In *§. 1.* dicitur; ſi ſponſus dederit 4
arrhæ loco rem alienam, & conſtante matrimo-
nio aliam rem det pro ea, non eſt nova dona-
tio, ſed prioris tantum confirmatio; & ſic valida
eſt. *Cujac. d. l.* unde concluditur actum, prio-
rem confirmantem, non eſſe novum. *Dn. Mev.*
*p. 4. dec. 326. n. 7.* Et facilior eſt confirmatio ve-
teris, qvàm inchoatio novi. *Cephal. conſ. 519. n. 23.*
Et ſurrogatum in alterius locum ſapit ejus natu-
ram. *Tiraq. de primogen. q. 40. n. 43.*

## ad L. Servus communis. 38.

*SUMMARIA.*

*Re communi uxori donatâ, partem mariti non*
*acqvirit. n. 1.*
*Conjuncti ſcientes & patientes rem ſuam donari,*
*conſentire cenſentur. 2.*
*Mater ſi filio ex communibus bonis ſumptus nuptia-*
*les det, non conferuntur. n. 3.*

Si ex fratribus tribus unus uxori ſuæ fundum 1
communem, cæteris fratribus conſentienti-
bus, donet, pars tertia acqviſita mulieri non eſt,
ſed cæteræ duæ partes. Unde colligunt; conjun- 2
ctos ſi ſciant rem ſuam donari, & non contradi-
cant, videri in donationem conſenſiſſe. *Covar. in*
*cap. Johannes n. 4. X. de teſtam. Tiraqv. de Retract.*
*conſangv. §. 1. gloſſ. 9. n. 154.* Licet id videatur re-
ſtringere *Roſenthal. de feud. c. 9. membr. 2. concl.*
*77. n. 10.* conſ. etiam *Menoch. lib. 2. A. Qv. caſ. 88.*
*n. 15.* ubi enumerat caſus, in qvibus donatio præ-
ſumitur. *& Petr. Barb. in l. qvæ dotis 34. n. 17. ſeq.*
*ff. ſolut. matrim. Cravetta conſ. 466. n. 8. Laur. de*
*Pinn. conſ. 108. n. 2. Raudenſ. lib. 1. reſp. 1. num. 110.*
*Bertr. conſ. 141. n. 5. lib. 2. p. 1.* Colligunt etiam, 3
matrem ſi ex communibus bonis filio uni nuptias
fecit, has expenſas à filio non eſſe conferendas.
*Berlich. p. 1. dec. 8.* qvia fratres præſumuntur con-
ſentire.

### ad L. Qvod adipiſcendæ. 40.
& duas ſeqventes.

*SUMMARIA.*

*QVa ob dignitatem conſeqvendam dantur, valent. num. 1.*
*Ut & ad ſtudia. 2.*

1 QVicqvid ob dignitatem conſeqvendam
conjux conjugi donat, eatenus ratum eſt,
qvat. dignitati conſeqvendæ ſatis eſt. *Hartm.Piſt.
lib.1.qv.44.n.12. Berlich.p.2. concl.15. numer. 20. &
ſeq.Mant.lib.12. tit.4. numer.23. Wiſſenb.th.7. Moli-*
2 *na D. 289. num.17.* Sic etiam qvod ſtudiorum ac
pietatis cauſa donatur, validum eſt. *Cuno d. c. 6. n.
237. & ſeq.*

### ad L. Inter virum. 43.

DOnatio à marito in exilium ituro uxori facta valida eſt, qvia ad ſuſtinenda onera facta videtur.

### ad L. Si extraneus. 44.

*SUMMARIUM.*

*UXor rem mariti ab alio acceptam, ſi omnes in ignorantia verſentur, uſucapere poteſt, etiamſi maritus poſtea reſciſcat rem eſſe ſuam.*

EGo rem mariti ignorans uxori, ignoranti rem mariti eſſe, vendo, & maritus ipſe ignorat rem ſuam eſſe; omnia bona fide acta. Uxor rem ſtatim non adqvirit, qvia mea non fuit, ergo dominium transferre non potui! Uxor tamen poteſt uſucapere. Sed pone, maritum anteqvam res uſucaperetur, ſcientiam rei ſuæ conſecutum eſſe, qværitur an uſucapere uxor poſſit? Videtur qvod non, qvia maritus ſciens & non repetens videtur donare, donatio autem inter conjuges prohibita: Sed affirmatur, qvia primordialis titulus attendendus, qvi eſt venditionis, & maritus hanc videtur ſuo nomine confirmare, conf. *Balbus de præſcript. part. 3. part. 1. qv. 12. n. 3.*

### ad L. Utrum negotium. 47.

*SUMMARIA.*

*MAritus ex officio maritali impendens non repetit. n. 1.*
*Qvid ſi dubium an ex officio maritali impenderit. 2.*

1 QVando maritus qvid expendit ex officio
maritali qvaſi ad id obligatus, deqꝫ eo manifeſtè
conſtat, non præſumitur animus repetendi.
*l. 1. C. de negot. geſt. & l. 27. §. fin. eod.* Licet
expenſæ ſint magnæ. *Alex. lib. 2. conſil. 110. n. 2.*
2 Qvando vero dubium eſt, an ex officio maritali
aliqvid expenderit, veluti qvilibet extraneus,
tunc diſtinctio locum habet, an magna an exigua
ſit impenſa, per *h. l. Rum. vol. 4. conſ. 100. n.
5. Garcias de expenſ. c. 4. num. 24. Petr. Barb. in l. qva
dotis 34. numer. 62. & 63.* conſ. *Aldolerand. conſ. 99.
num. 14.*

### ad L. Qvæ jam nuptæ. 48.

*SUMMARIA.*

*MAritus donatum uxori repetere poteſt, etiamſi ab ea acceperit legatum. n. 1.*
*Ratio deciſionis. 2.*
*Reciproca donatio omnium bonorum valet. 3.*

MAritus donavit uxori rem, uxor ampla relin- 1
qvit marito legata & moritur, qvær. an maritus
donatam rem poſſit vindicare? Vid. qvod
non, qvia uxor compenſandi animo videtur legaſſe,
& donatio hæc videtur reciproca ac remuneratoria.
Sed affirm Rationem dicunt eſſe hanc, qvia
in continenti non fuit facta reciproca donatio.
*Lud. Rom. ſing. 820. Tiraqv. ad l. ſi unqvam. verb. donatione
largitus. n. 116. Gail. l. 2. obſ. 40. n. 7.* ubi plures
citat; Licet poſſit dici, donationes hic eſſe inæqva- 2
les: nam una donatio eſt ſimplex, altera mortis
cauſa; una eſt revocabilis, altera non, &c. *vid. Additionator.
ad Romanum d. ſing. 820.* Hinc patet re-
ciprocam donationem omnium bonorum eodem 3
tempore factam valere. *Gail. l. 2. obſ. 126. n. 3. Hippol.
de Marſil. ſing. 333.*

### ad L. Sulpitius. 49.

*SUMMARIUM.*

*DOnatio fundo marito facta ut filio reſtitueretur valida eſt.*

MUlier ſi fundum dedit marito hac conditione, ut mortuo marito fundus veniret ad filium communem, cum omni emolumento fructuum; qvia eo caſu pater interpoſitus ut nudus miniſter, non ut pater, & ad ſimilitudinem extranei, valet illa donatio; niſi color donationi ſit qvæſitus. *Rimin. lib. 3. conſ. 243. n. 43. ſeq.*

### ad L. Qvintus Mutius. 51.

*SUMMARIA.*

*AB uxore acqviſita, ex mariti bonis cenſentur profecta. n. 1.*
*Qvod & ad acqviſita in anno luctus extenditur. 2.*
*Uxor etiam operas artificiales marito debet. 3.*
*Hinc acqviſita regulariter ad maritum pertinent. 4.*
*Qvæ in domo reperiuntur, mariti præſumuntur, niſi illata probentur. 5.*
*Sed ſi maritus ſecundus ſit, omnia præſumuntur eſſe primi. 6.*
*An uxor, qvod ſibi emit, acqvirat marito. 7.*
*Si maritus confiteatur, pecuniam ex bonis uxoris eſſe, an valeat? 8.*
*Caſus, ubi uxor non ex bonis mariti acqviſiviſſe cenſetur. 9.*
*Si maritus cum uxore ſe obliget mariti utilitas præſumitur. 10.*

Qvic-

1 QVicqvid uxor acqvirit conſtante matrimo-
nio in dubio præſumitur acqviſiviſſe ex bo-
nis mariti, ne id cenſeatur alioqvin ex turpi lu-
cro ad eam perveniſſe. *Caſtr. conſ. 397. num. 3. lib. 1.*
*Ant. Fab. lib. 4. C. tit. de probation. def. 36. Ricc.*
*collect. deciſ. 190. Gail. lib. 2. obſ. 78. num. 9. Maſcard.*
*de probat. concl. 214. per totam. & concl. 1007. num.*
*31. & concl. 1081. num. 42. Angelus conſ. 38. Petr. Barb.*
*in l. Gajus 46. num. 12. ff ſolut. matr. & plures citans*
2 *Berlich. p. 2. dec. 224. num. 18.* Qvod etiam Berlich.
extendit cum Dd. licet in anno luctus vel in ad-
miniſtratione manens poſt annum luctus ac-
qvirat. *dec. 224. num. 19. & ſeqq. Boer. dec. 81. Guido*
*Papa dec. 468. inſ. Cravetta conſ. 61. num. 7. vol. 1.*
3 *Berlich. d. l. numer. 25. & ſeqq.* Imò omnes operas
ſuas marito debet uxor, etiam artificiales, ut vo-
lunt Dd. *arg. l. 48. de operis libert. l. 31. pr. ff. h. t.*
*Herg. p. 1. qvæſt. 30. num. 12. Petr. Peckius de teſtam.*
*conjug. l. 2. c. 9. numer. 1. Dn. Mev. ad Jus Lubec p. 2.*
4 *art. 12. n. 134.* Ideoqꝫ bona, conſtante matrimo-
nio acqviſita, regulariter ad maritum pertinent.
*Carpzov. l. 1. reſp. 85. Anton. Matth. de matrim. diſp.*
*4. th ult. Dn. Struv. exerc. 29. th. 56. Wiſſenbach. diſp.*
*44. th. 12. Z eſ. h. t. num fin.* Unde cautelam ſugge-
rit Cœpolla forte minus cautam *cent. 194.* & aliam
cautelam habet *Tiraqv. ad l. ſi unqvam. C. de re-*
5 *voc. don. verbo: donatione. numer. 96.* Colligitur
ex hac l. qvicqvid in domo reperitur præſumen-
dum eſſe, qvod ſit mariti, niſi qvod illatum pro-
batur. *Covar. l. 3. reſol. c. 19. numer. 3. Petr. Peck. de te-*
*ſtam. conjug. l. 2. c. 1. num. 1. Dn. Mev. p. 5. dec. 360.*
6 *n. 12. & ſeq.* Ulterius ex eo textu colligit *Dn. Mev.*
*d. l.* ubi maritus novus à vidua inductus, omnia
præſumi prioris mariti eſſe, tum favore libero-
rum, qvibus alias noceri poteſt; tum odio ſe-
cundarum nuptiarum; tum ob non apparentes
ſecundi mariti facultates: ſcilicet ſi nullum in-
ventarium factum, ex qva omiſſione vel ſolâ
fraus colligi poteſt. Ideoqꝫ ſi qvæ deminuta, vi-
trico incumbit probatio, qvod ſine culpa ſua
7 perierint, &c. conf. *Dn. Mev. d. l. def. 361.* Sed
qvid ſi maritus & uxor ſimul prædium emant,
vel uxor ſola ſibi emat? Reſp. tunc illo caſu pro
parte, hoc caſu tota acqviritur uxori, licet ex
hac lege præſumatur, pretium ex mariti bonis
ſuiſſe, donec contrarium probetur. Sed licet
conſtet, pretium à marito ſolutum, maritus ta-
men tantum habet actionem perſonalem, uxor
verò dominium. Ideoqꝫ ex hac lege non pro-
batur, uxorem qvod ſibi ſpecialiter emit, acqviſi-
viſſe marito, ſed ſibi acqviſivit; ſed marito de-
betur pretium, ut prolixè hoc deducit *Berlich.*
8 *p. 2. dec. 224. n. 39.* Sed qværitur; ſi maritus con-
fiteatur pecuniam ex bonis uxoris proveniſſe,
qvia hæc videtur tacita donatio, an hæc tacita
donatio morte mariti confirmetur? juxta *l. 23.*
*h. t.* qvod affirmare videtur *Berlich. p. 2. dec. 225.*
ut tamen valeat infra 500. ſolidos, per *l. 25. C. h. t.*
Sed traditio tamen videtur neceſſaria, aut qvid
ſimile. Sed contra regulam hujus legis admit- 9
tuntur contrariæ probationes, præſertim mulier
negotiatrix, vel artificium aliqvod exercens, &
propria induſtria acqvirens, non præſumitur à
marito accepiſſe, qva de re *Cuno d. tr. c. 6. n. 159. &*
*ſeqq.* Ex hoc etiam poteſt probari, ſi maritus 10
cum uxore ſe obliget, qvod tunc in mariti utili-
tatem contractus cedat. *vid. Cuno de pact. c. 7.*
*num. 6.*

## ad L. Vir uſuras. 54.

*SUMMARIA.*

*MAritus uſuras conſtante matrimonio non exi-*
*gens, donaſſe videtur. 1.*
*Vera ratio decidendi hujus legis. 2.*

SI maritus per integrum tempus matrimonii 1
non petierit uſuras, donaſſe videtur. *Menoch.*
*l. 3. pr. ſ. 25. num. 6. Boer. dec. 196. num. 4. Riminald.*
*conſ. 451. num. 60. Decianus conſ. 103. n. 5. & ſeqq.* Sed 2
ratio decidendi in hac lege alia eſt, ſcilicet mari-
tus 1. Dotis uſuras nunqvam exegit. 2. Dotem
uxori prælegavit. 3. Donationem confirmavit
verbis fideicommiſſi. *Petr. Barb. in l. qvæ dotis 34.*
*n. 51. ff. ſol. matr.* conf. *Surdus de aliment. tit. 1. qv. 46.*
*n. 116. & ſeq. Romanus conſ. 517. n. 16.*

## ad L. Uxor. 55.

*SUMMARIUM.*

*MUlier rem ſua pecunia emptam vindicare po-*
*teſt, & aliis creditoribus præfertur.*

UXor marito donavit pecuniam, maritus ex
ea emit rem mobilem vel immobilem, qvæ-
ritur, an mulieri detur utilis rei vindicatio? qvod
affirm. Si maritus non ſit ſolvendo, & ſic uxor in
hac re præferetur omnibus mariti creditoribus, ut
Domina. *Tiraqvell. de retr. conſangv. § 1. gloſſ. 9. n.*
*65.* & hunc textum datis paribus terminis in aliis
etiam procedere putat *Petr. Barb. p. 3. rubr. ff. ſol.*
*matr. n. 85. Ant. Fab. lib. 5. conject. c. 9. circa fin. Con-*
*nan. lib. 4. c. 17. n. 10.*

## ad L. Ea qvæ à marito. 57.

DOnatio qvæ inter maritum & uxorem prohi-
bita, in ſtipulationem converti poteſt, & tunc
valida eſt. Stipulatio autem hic non fit, ſed pro-
batur per ſcripturam. *vid. Hillig. in Don. lib. 14. c.*
*36. lit. N.*

## ad L. Pen.

INter ſponſum & ſponſam de præſenti non poſ-
ſunt fieri donationes. *Scipio Gentil. de donat. int.*
*vir. & ux. l. 4. c. 1. & hunc referens Dn. Struv. exerc.*
*30. th. 24.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Donatio remuneratoria inter conjuges valet. 2.*
*Modo merita ſint ſingularia. 3.*

Mari-

1 MAritus uxori donaverat 50. thal. uxor ex
his duos eqvos comparat, & eos donat
marito, qværitur an valeat donatio poſterior.
2 Reſp. Affirm. qvia eſt tantum compenſatio. Ex
qvo, ut & ex *l. 15. h. t.* colligi poteſt, donationem
remuneratoriam inter conjuges valere, ſi cauſa
& qvantitas unius donationis ſit correſpondens
alteri, aut merita donationi æqvipolleant. *Lud.
Rom. conſ. 517. num. 28. Tiraqv. in l. ſi unqvam ver-
bo donationem largitus. n. 8. C. de rev. don. Berlich.
dec. 91. n. 2. & ſeq.* Et merita ſint talia, ad qvæ aliàs 3
conjux obligatus non erat, ut ſi vitam periclita-
tus pro conjuge, de qvo *Cuno de pact. c. 6. nnmer.
206. & ſeq.*

# TITULUS II.
# De Divortiis & Repudiis.

## Ad Rubric.

*SUMMARIA.*

*SPonſalibus hodie renunciare non licet, nec deſu-
per juramentum deferre. n. 1.*
*Juramentum purgationis tamen aliqvando admit-
titur. 2.*

1 SPonſalia dirimebantur repudio miſſo, qvod
de Jure Can. in ſponſalibus de præſenti, &
Jure Conſiſtoriali ſecus, qvo in poteſtate
partium non eſt, vel directo renunciare pro-
miſſioni nuptiarum, vel tranſigere ſuper repudio;
vel in arbitrium compromittere, nec juramentum
contra ſponſalia deferre. *Carpzov. p. 1. Jurispr. C. 22.
Beuſt. de ſponſ. c. 45. Dn. Richter dec. 8. n. 26. & ſeq.
Dn. Mev. p. 5. d. 21.* adeo, ut nec parentibus ſponſæ
2 deferri debeat. *Dn. Richter. d. dec. 8. n 28.* Sed jura-
mentum purgationis interdum locum habet, qvod
ſi v. gr. ſponſus recuſet præſtare, actrix in ejus, ſi
fugitivus, ſit, bona immittenda. *vid. Dn. Richter.
d. dec. 8.*

## ad L. 1. & L. Uxores. 6.

*SUMMARIA.*

*MAtrimonium qvomodo diſſolvatur. n. 1.*
*Cauſæ divortii. 2. 3.*
*Qvando hodie vinculum matrimonii tollatur. 4.*
*Qvid de errore qvalitatis ſentiendum. 5.*
*Separatio qvoad thorum & menſam qvando obti-
neat? 6.*
*Hoc caſu maritus ad alimenta teneatur. 7.*
*An ob morbum Hiſpanicum detur ſeparatio. 8.*
*An ob cælebem vitam diſſolvi poſſit. 9.*
*An ob captivitatem. 10.*

1 DIſſolvitur matrimonium divortio, morte, ca-
ptivitate vel ſervitute; cauſas divortii certas
2 exprimit Imperator in *l. 8. C. h. t.* Sed pauciores
cauſæ expreſſæ *Novell. 22. c. 15.* donec tandem
his ipſis pauciores cauſæ ſtatutæ. *Novell. 117. c. 8.
& 9.* Nam 1. uxor maritum repudiare poteſt 1.
ob crimen læſæ majeſtatis, etiam ſola ſcientia
commiſſum. 2 Ob inſidias vitæ uxori ſtructas.
3. Ob lenocinium. 4. Ob calumnioſam adulterii
accuſationem. 5. Si cum aliis mulieribus ejus-
dem Civitatis ſuſpectam familiaritatem contra-
3 xit, nec monitus deſiſtat. Maritus verò uxorem
repudiare poteſt. 1. Ob crimen læſæ majeſtatis. 2.
Ob ſuſpicionem adulterii. 3. Inſidias vitæ ſtructas.
4. Convivia & lavacra cum aliis viris. 5. Si invito
marito extra ejus ædes pernoctaverit, citra pro-
babilem cauſam. 6. Si nolente marito theatris in-
terſit. *vid. Matth. Stephan. ad Novell. 22. n. 51. &
ſeq.* Hodie & apud nos admittitur ſeparatio qvoad 4
vinculum ob adulterium. *Matth. 19.* 2. Ob malitio-
ſam deſertionem *1. Cor. 7, 15.* 3. Ob inhabilitatem
non ſupervenientem ſed præexiſtentem & natura-
lem, ab altera parte ignoratam. *tot. tit. X. de frigi-
dis & malefic.* 4. Ob errorem qvalitatis ſeu caſtita-
tis in fœmina. Sed de hac multum dubito, & cum 5
par caſtitas jure divino in utroq; reqviratur, non
video, cur non uxor maritum ob ſtupra antea
commiſſa condemnatum ita repudiare poſſit Sed 6
ſeparatio qvoad thorum & menſam tantùm fit ob
ſævitiam, inimicitias capitales, & inſidias vitæ ſtru-
ctas, ſi altera pars aliis modis ſecura ac tuta reddi
non poſſit; Et maritus hoc caſu alimenta uxori ſup- 7
peditare tenetur; niſi bona illata ad alimenta ſuffi-
cientia reſtituerit. De qvo vid. *Carpzov. in Jurispr.
Eccl. lib. 2. tit. 11. & in pr. crim. qv. 63. & Beuſt. de
matr p. 2. c. 34.* Sanè non puto iniqvam eſſe ſenten-
tiam *Pruckmanni conſ. 26. n. 4. & ſeqq. vol. 1.* Si ma- 8
ritus vita luxurioſa ſibi morbum Hiſpanicum con-
ciliaverit, qvod poſſit uxor ſeparationem à vincu-
lo petere, præſertim ſi tempore matrimonii fecit,
aut ſi ante nuptias fecit; Si error qvalitatis parit
ſeparationem, qvis eſt hoc errore pernicioſior?
Licet autem Juſtinian. ob cælibem vitam diſſolu- 9
tionem vinculi concedat, per *Auth. qvod hodie. C.
de Repud.* Seqvimur tamen hac in parte Canones,
qvi in conjugio conſummato id non concedunt.
*vid. Chriſtin. vol. 3. dec. 138. n. 2. Dn. Struv. h. t. th. 39.
Dn. Richter. ad d. Auth.* Captivitas hodie non di- 10
rimit matrimonium, ſed manet illud, donec de
morte alterius conſtet, per *Novell. 117. c. 11. & auth.
hodie C. h. t. c. 19. de ſponſal.* Et ita derogatur etiam
*Nov. 22. c. 7. vid. Sanchez. lib. 2. de matrim. diſp. 46. Fa-
rin. in qv. 140. n. 45. & 49. Covar. de matrim. p. 2. c. 7.
§. 3. n. 4. Wiſſenb. diſſ. 48. th. 14.*

## ad L. Divortium non eſt. 3.

*SUMMARIA.*

*FActum calore iracundiæ non attenditur, niſi per-
ſeverantia accedat. n. 1. 2.*
*Iracundia effectus aliqvot. 3.*

Qvic-

1 QVicqvid in calore iracundiæ dicitur vel ſit,
non prius ratum eſt, qvàm ſi ex perſeveran-
tia apparuit judicium animi fuiſſe. *hic & l 48.ff. de*
2 *R. I.* Sic igitur per calorem miſſo repudio ſi brevi
3 reverſa uxor, nec divertiſſe videtur. Unde colligi-
tur, iracundiam conſenſum deliberatum exclude-
re, pœnam minuere, contractum reſcindere. *Tiraq.*
*de pœn.min.cauſa 1. Sebaſt. Medices de caſibus fortui-*
*tis p.1.q.17. Barb. Locuplet. lib.9.c.85. Beſoldus conſ.*
*293. Carpzov. qv.147*

### ad L. Si filia. 5.

*SUMMARIUM.*

F*Ilia in fraudem patris divertens, non præjudicat patri in pacto de dote ſibi reſtituenda.*

QVando pater paciſcitur cum marito, ut filiâ in matrimonio mortuâ ſibi reſtitueretur dos, ſi filia in fraudem patris divertat, patri ſuccurrendum eſt, ut & eo caſu pater accipiat dotem. *Petr. Barb. in l. ſi cum dotem.23.pr.num.48. ſolut. matrim. Gomez. in §. item ſi qvis in fraudem.&c. num.35. inſt. de act.* conf. *Dn. Richter ad Auth. E. contra n.14. & ſeq. C. de repud.*

### ad L. Uxores. 6.

*SUMMARIA.*

U*Xor maritum captum qvamdiu exſpectare teneatur? n.1.*

*An uxor maritum deſertorem qvinqvennium exſpectare debeat. 2.*

CApto ab hoſtibus marito mulier expectare 1
debet maritum, ſed ſi incertum ſit, an vivat,
expectare tenetur qvinqvennium. *vid. not. ad*
*l.1.10.* Ex hac autem lege non poteſt colligi qvod 2
uxor à marito malitioſe deſerta præciſe qvin-
qvennium expectare teneatur, qvia de juſta ex-
peditione contra hoſtes loqvitur. *Matth. Ste-*
*phan. ad Nov.22. n.36. Finckelth.obſ.111.numer.6.*
Cætera in hoc titulo fere ab uſu receſſere, ut ex
dictis patet. Nec divortium cum bona gratia ad-
mittitur, per *l.6. & ll. duas ſeqventes*, ſed conjuges
cum bona gratia in gratiam redire compelluntur.

# TITULUS III.
# Soluto Matrimonio dos qvemadmodum petatur.

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

S*I duo inſtrumenta eodem die confecta, dotis inſtrumentum præfertur. n.1.*

*Hoc ampliatur. 2.*

*Privilegia dotis remiſſivè. 3.*

*Cauſa illata dotis ſummaria eſt. 4.*

*Uxor, ſi contra maritum agatur, etiam in executione intervenire poteſt. 5.*

*Habet exceptionem contra creditores mariti. 6.*

*Statuta huic legi contraria an valeant. 7.*

1 SEmper dotis cauſa eſt præcipua. Pone ergo,
duo reperiri inſtrumenta eodem die confe-
cta, & in utroqve hypothecam conſtitutam eſſe,
nec apparere, cui prius conſtituta ſit, in dubio
doti prius conſtituta videtur, per hanc L. *Petr.*
2 *Barb. ad h.l. part.2. in pr.* Qvod Dd. extendunt,
licet non ipſa mulier ſed hæres ejus agat, licet
cum Fiſco concurrat mulier, & licet teſtes de
menſe conveniant, de die dubitent *vid. Maſcar-*
*dus concl.575.* Igitur hic tractant Dd. privilegia
dotis, de qvibus *Bald. Novell. in tr. de dote paſ-*
*ſim. Myrſ. cent.3. obſ.3. Ricc. collect. deciſ.146. Zaſ.*
*ad h.l. tom.2. Petr. Barb. hic*, qvi *part.3.* agit de
privil. dotis ante conſummatum matrimoni-
um, *part.5.* de privil. conſtante matrimon. & in
*part.6.* de privil. ſoluto matr. competentibus,
3 conf. *Notata ad l.2. ſupra de Jure dotium.* Hinc
etiam ſeqvitur, ſummariam debere eſſe cogni-
tionem cauſæ ſuper illatione dotis. *Dn. Mev. p.*
*4. dec.163.* Sic etiam, ſi agatur contra maritum, 4
uxor contra executionem intervenire poteſt, eti-
amſi liqvidiſſimum ſit debitum. *L. ubi adhuc.29.*
*C. de jure dot. Dn. Mev. p.4. dec.59.* Nam habet 5
uxor exceptionem contra creditores mariti, *arg.*
*reg. in l.156. §. cui damus. d. R. I. Ant. Fab. l.5. cod.*
*tit.7. def.10. Matth. Colerus de proc. execut. p.1.*
*c.2. num.139. Bald. Nov. de dote p.7. privil.18. & 24.*
*Neguz. de pign. p.5. m.1. n.29. Carpzov. p.2. c.24. def.*
*11. Berlich. p.1. concl. 84. numer.47. Franc. Balthaſar. tit.1. reſ.8.* Sed reperiuntur ſtatuta, qvibus 6
jubetur uxor ſolvere creditoribus mariti, qvæ
huic legi contraria. Sed qvia rationem habet 7
probabilem, ideo talia ſtatuta ſuſtinentur. *Carpz.*
*dec. 60.* conf. *ad l.1. latiſſima repetitio hujus legis*
*primæ*, qvæ reperitur inter opera *Bolognetti* ad
primam Infortiati, ubi ex profeſſo de privilegiis
dotis agit.

### ad L. Soluto. 2. pr.

*SUMMARIA.*

D*Os uxori reſtituenda ſi ſui juris. n.1.*
*Et niſi dos ab extraneo data. 2.*

*Maritus paciſci poteſt de retinenda dote. 3.*

*An ob liberos retineri poſſit dos. 4.*

*Actio de dote profectitia patri & filiæ communis eſt. 5.*

*Dotem profectitiam & adventitiam qvis repetat. 6. 7.*

*Patri agenti qvando filia conſentire videatur. 8. 9. 10.*

Ubi

*Ubi voluntas alicujus reqviritur etiam præſumpta ſufficit. 11.*
*Exceptio, ſi filia juſtam contradicendi cauſam habeat. 12.*
*An idem, ſi ex ſtatuto conſenſus propinqvorum reqviratur. 13.*

1 DOs ſoluto matrimonio mulieri debet reſti-
tui, qvam & maritus ab initio ei, & non alii,
cum incommodo ſuo debet promittere, qvod
intelligendum de uxore, qvæ ſui juris eſt, & ipſa
2 dotem dedit: Nam ſi extraneus pro ea dederit
dotem, ille ſibi reſtitui ſtipulari poteſt, per *L. un.
§. accedit. C. de rei uxor. act. vid. Zaſ. & Petr.
Barb. & ille Zaſ. in part. 2. Antinom. num. 12. tom. 5.
p. 8. Dn. Vice-Canc.* Kohl *p. 1. de pactis dotal. num.*
3 *45. & 82. & ſeq. qui plures citat.* Sic etiam paciſci
poteſt maritus, ut per mortem uxoris ſibi dos
maneat, qvod dicitur lucrum dotis, de qvo tra-
4 ctatum ſcripſit *Roland. à Valle.* Propter liberos
etiam retineri poteſt dos. Qvod qvamvis ple-
riqve negent, fruſtranea tamen hæc concertatio,
cum conſvetudo ſit receptiſſima, ob liberos reti-
neri poſſe ſoluto matrimonio dotem. *vid. Cavallos qv. 378.*

5 *Ad §. 1.* Actio de dote profectitia, qvæ filiæ-
fam. data eſt, communis eſt patri & filiæ, nec al-
ter in alterius præjudicium petere dotem aut ma-
ritum delegare poteſt, nec filiæ factum patri nocet,
nec maritus promittere reſtitutionem alterutri
debet, ſed utriqve *§. 1. h. l. vid. Zaſ. ad h. §. &*
6 *Petr. Barb. & Ant. Fab. lib. 13. conject. c. 5.* Summa-
tim ut dicam, dotem profectitiam petit emanci-
pata filia ſola, filiafamilias petit cum patre. Filiâ
mortuâ petit pater, ſive illa fuerit filiafamil. vel e-
7 mancipata. Dotem adventitiam filia emancipata
petit ſola, in poteſtate patris conſtituta petit cum
patre, filiâ mortuâ repetit is, qvi dedit, & reſtitui
ſibi ſtipulatus eſt, alioqvin eam lucratur maritus.
Ita Bach. compendioſè *in Treutl. d. 7. th. 11. lit. C.
Vice-Canc.* Kohl *p. 1. de pact. dotal. n. 40. Petr. Gregor. lib. 9. Synt. tit. 22. & ſeq. Petr. Barb. ad l. 2. h. t.
§. ſi in patris. n. 38.*

8 *Ad §. 2.* Conſentire videtur filia patri pro
dote agenti, ſi non expreſſe contradicat. *§. 2. h. l.*
9 *Petr. Barboſ. in d. l. 2. §. fin. num. 3. & ſeqq.* Qvod
item in filia furioſa hic dicitur, qvæ nunqvam
pro diſſentiente habetur. *vid. Decius l. 5. de R. I.*
10 *in 6.* Secus in abſente, ubi cautione de rato opus
11 eſt. Unde colligunt Dd. ubi aliqvid fieri debet
de voluntate alterius, id de præſumpta volunta-
te etiam intelligendum eſſe. *Bald. hic & Zaſ.*
12 *num. 4. Campeg. de dot. part 5. qv. 81.* Sed limita-
tur deciſio; niſi filia habuerit juſtam cauſam con-
tradicendi; nam tunc ſi filia tacuit, videtur ha-
buiſſe animum diſſentiendi, & tacuiſſe propter
reverentiam paternam. *Petr. Barb. hic num. 10.* Ju-
ſta autem cauſa recuſandi eſt, ſi pater ſit profli-
13 gatæ vitæ. Zaſius *ad l. 2. h. t. num. 12.* paragraphum
hunc ad ſtatutum extendit, ſi conſenſus propin-
qvorum ad contractum mulieris reqviratur, *Chaſſanæus in conſvet. Burgund. Rubr. 4. §. 7. in textu:
Si ce n' eſt du Conſentement. num. 6. & ſeqq.* con-
ferri poteſt *Cagnolus ad Rubr. C. de pact. num. 20.*
& qvos magno numero refert *Barboſ. locupl. lib. 18.
c. 1. axiom. 7.*

## ad L. Non ſolum. 3. & 4.

### *SUMMARIA.*

*Pater & filia in receptione dotis concurrere debent. n. 1.*
*Agere & ſolutionem recipere an unum ſint. 2.*
*Caſus ubi patri ſolviſſe ſufficit. 3.*
*An in bonis adventitiis filius ſolus ſolutionem recipere poſſit. 4.*

SIcut actio de dote communis eſt patri & filiæ, 1
nec illi ſine hujus conſenſu datur actio, ita
neqve pater ſolus recipere ſolutionem poteſt,
neqve liberatur ab uxore maritus; qvia commu-
nio actionis, ut efficit conſenſum filiæ eſſe ne-
ceſſarium, ita ad receptionem magis reqviritur.
Nam petere minus eſt, qvàm recipere. Procura- 2
tor ad petendum datus non poteſt tamen reci-
pere ſolutionem. Unde colligunt, qvod agere in
judicio, & recipere extra judicium Solutionem,
de pari procedat. *Zaſ. hic. num. 5. & ſeq Petr. Barb.
n. 1. & 2.* Sed ſi patri ſoluta dos in filiæ utilitatem 3
converſa, liberatur maritus, per *l. 4. h. t. Zaſ. ibid. n.
fin.* Sicut autem pater poteſt petere dotem, ſi
caveat de rato, *l. 2. §. fin.* ita idem in ſolutione reci- 4
pienda admittendum. *Barboſ. hic.* In bonis ta-
men adventitiis, in qvibus pater non habet u-
ſumfructum, filius non poteſt agere ſolus, & ta-
men ſolutionem recipere poteſt, qvod probare
volunt ex *l. fin. ex principii fine, verſ. neceſſitate, C.
de bonis qvæ liberis,* per tradita *Barb. hic n. 3.* Sed
dubium eſt, an ibi ſermo ſit de talibus bonis ad-
ventitiis, in qvibus uſusfructus patri non compe-
tit. *vid. Capella Tholoſ. dec. 306.*

## ad L. De diviſione. 5.

### *SUMMARIA.*

*Soluto matrimonio fructus ultimi anni pro rata temporis dividuntur. n. 1.*
*Fructus ante matrimonium percepti augent dotem. 2.*

QVando matrimonium ſolutum eſt, & de re- 1
ſtitutione fructuum agitur inter maritum
& uxorem, vel ejus heredes, ultimus annus ſolu-
ti matrimonii, ſi hoc præceſſerit, à traditione
prædii dotalis numeratur; ſed ſi traditio dotis
præceſſerit, numeratur à die matrimonii contra-
cti, & ſic pro rata anni ita computati dividuntur
fructus. Sed fructus ante matrimonium perce- 2
pti reſtituendi ſunt, & dotem reddunt opulentio-
rem, per *l. 6. h. t. Zaſ. hic. part. 13. & Petr. Barb. hic
& in d. l. 6.*

ad

## ad L. Fructus, 7.

### *SUMMARIA.*

*ANte fructuum diviſionem impenſæ deducendæ. num. 1.*
*Qvod caſu declaratur. 2.*
*A fructibus ſemper expenſæ deducendæ. 3. 4.*
*In decimis Eccleſiaſticis qvare expenſæ non deducantur. 5.*
*Caſus §. 1. proponitur. 6.*
*Fructus Civiles inter viduam Paſtoris & ſucceſſorem, qvomodo dividendi. 7.*
*Qvod uxori donatum, vel qvod amovit, cum fructibus ultimi anni compenſatur. 8. 9.*
*Annus hic latius & ſtrictius capitur. 10.*
*Fructus pecoris qvoq; pro rata anni dividuntur. 11.*
*Ad qvem pertineat theſaurus in fundo dotali repertus. 12.*
*Marmor in fundo dotali repertum, ad qvem pertineat. 13. 14. 15.*
*Qvid in materia bituminoſa. 16.*
*Maritus rem inutilem utilem reddens, non reſtituit pretium fructuum perceptorum. 17.*

1 QVando fructus ſunt dividendi inter maritum & uxoris heredes, debent ante omnia
deduci impenſæ, fructuum gratia factæ, ſive à
2 marito ſive ab uxore ſint factæ. Sed qvid ſi uxor
dedit vineam in dotem Kaland. Septembr. & duravit matrimonium qvatuor annos, poſtea mortua eſt uxor Kaland. Octobris, hic unus menſis excurrit, & ſic fructus ultimi anni ita diſtribuendi, ut maritus conſeqvatur duodecimam partem fructuum ultimi anni, & heredes uxoris undecim partes; qvia verò uxor anteqvam vineam plenam fructibus marito in dotem daret, fecit in eam ſumptus, hi ſunt jam deducendi de fructibus ultimi anni, qvia hi videntur in locum fructuum primi anni ſurrogati. *vid. Zaſ. hic n. 3. Petr. Barb. n. 1. & 2.* Licet ille diſſentiat in ultimo, & deductionem putet eſſe facien-
3 dam à fructibus primi anni. Collige ex regula;
qvod fructus ſemper intelligantur deductis expenſis, de qvo *Barb. hic n. 6. & ſeqq. Garcias de expenſ. c. 1. n. 11. Caſtillo de uſufr. c. 77. n. 6.* qvod etiam in feudo Domino aperto locum habet.
4 *Koppen. dec. 30. num. 45.* Exceptio habetur in
5 *l. 34. §. 1. ff. de uſufr.* Sed qværitur cur in decimis
Eccleſiaſticis non deducantur expenſæ, *c. 22. & c. 26. X de decimis. Alex. Morenz de decimis.* Reſp. qvia colono partiario Parochiali ſimilis eſt poſſeſſor fundi, ſocius autem partialis non deducit expenſas: qvia operas & impenſam colonus ponere videtur pro ea parte fructuum, qvæ apud eum remanere debet, cum *Alex. & Zaſio hic Petr. Barb. num. 16. plures citans.*

6 *Ad §. 1.* Caſum *§. 1.* ita *Bachov. in Treutl.* proponit *vol. 2. diſp. 7. th. 17. lit. C.* Mulier fundum jam maturis fructibus vindemiæ tempore in dotem dedit marito, hic perceptis fructibus fundum Kalendis Novembris locavit, divortio extremo die Januarii facto vindemiæ fructus cum qvarta portione mercedis inſtantis anni, pro tribus videlicet menſibus debita confundendos eſſe, & ex ea pecunia tertia partem viro relinqvendam eſſe hic dicitur. conf. *Donell. & Hillig. lib. 14. c. 7. lit. D. Zaſ. hic num. 2. ſeq. Coraſ. in miſcell. lib. 5. c. 7. Petr. Barb. in part. 1. hujus l. Hartman. Piſt. part. 1. q. 24. n. 8. & ſeq. add. Wiſſenb. ad h. t. th. 20. Zaſius h. t. num. 17.* Qvomodo fructus 7
civiles inter viduam Paſtoris & novum Paſtorem
dividendi. *vid. Carpzov. d. l. 1. Juriſpr. Eccl. d. 173. & def. ſeq.* ubi de fructibus naturalibus. 8
Qvando mulieri qvid donavit maritus, vel uxor
qvid amovit, hoc ſi conſumptum ſit, poteſt cum
fructibus ultimi anni compenſari. *§. 5. h. l.* Nec 9
obſtat *l. un. §. taceat C. de R. U. Act.* qvia aliud eſt
retentio, aliud compenſatio. *Zaſ. hic n. 8. & Petr. Barb. n. 3. & ſeq.* Qvi etiam hunc textum de voluntaria compenſatione intelligit, licet aliter
*Zaſius n. 12* Qvod de anno dictum, id ad tempus 10
brevius etiam pertinet, ſi ſingulis ſemeſtribus aliqvid renaſcatur ut lana; Aut ad tempus longius, ſi v. gr ſingulis qvinqve annis fundus demum fructum ferat, ut in ſylva cædua; nam tempus illud ſive brevius, ſive longius, pro uno
anno habetur. *vid hic Zaſ & Barboſ. hic.* Qvod 11
antea dictum de fructibus fundi, id etiam ad fructus pecoris extenditur, in *§. 9.* ut pro rata anni
diviſio fiat *vid. Zaſ. & Barb. hic.* Theſauri in 12
dotali fundo reperti dimidia ad uxorem pertinet; qvia theſaurus non eſt fructus prædii, & maritus ratione fructuum Dominus eſt; ideoqve maritus non acqvirit theſaurum, ut fructum, ſed ut qvilibet extraneus ratione inventionis. *Petr. Barb. ad h. §. n. 24. & 29. ad l. dotalem, 62. n. 3. ff. h. t.*

*Ad §. 13.* Varios hic §. habet intellectus, ut vi- 13
dere eſt apud *Zaſ. tom. 5. Operum ſuorum pag. 53. Barb. ad h. §. Rodericum de annuis redit. lib. 1. qv. 3. n. 17.* Planior autem videtur eſſe hic: qvando in fundo dotali reperitur marmor, qvod non renaſcitur, tunc eruendo marmor aut facit fundum fertiliorem, & tunc marmor acqviritur marito; per h. §. aut non reddit fertiliorem, & tunc non acqviritur marito, per *l ult. ſupr. de*
*fundo dotali.* Si verò marmor renaſcatur, eſt in 14
fructu, & acqviritur marito. De qvo *Petr. Gregor. l. 1 ſyntagm. c. 9. n. 3.* & idem in auri & argenti fodinis, *hic & §. ſeq. Cau peg. de dote part. 2. qv.*
*30. Marpurg. conſl. 27. num.* [illegible] *vol. 2.* Ideo in 15
*l. 8. h. t.* dicitur: ſi fundus [illegible] dotem datus, ex qvo lapides cædi ſolebant, [illegible]s lapides cedere marito, niſi aliud actum. *Roder. d. l. Barb. d. §.*
*num. 10.* Et idem in palude bituminoſa, unde 16
materia igni parando utilis (Germ. Torff) effoditur, receptum & pronunciatum dicit *Joh. à*
*Sande l 5. tit. 3. dec. 2.* Ex hoc §. probatur; ſi uſu- 17

fructuarius ſumptibus adhibitis ex palude inuti-
li aqvis deductis faciat locum idoneum eruendo
bitumini, qvod maritus vel uſufructuarius non
teneatur bituminis pretium reſtituere, licet non
renaſcatur bitumen, *ut Job. à Sande* pronuncia-
tum refert à Senatu Friſico. *d. tit. 3. d. 3.*

## ad L. Si mora. 9.

### SUMMARIA.

MAritus poſt oblationem fundi dotalis, de culpâ non amplius tenetur. n. 1.

Mora uxoris in dote recipienda, relevat maritum. 2.

1 QVando maritus offert fundum dotalem uxo-
ri ſoluto matrimonio, vel ejus heredibus,
& illa vel heredes recipere renuunt, ab illo tem-
pore non tenetur maritus de culpa, & impunè ne-
gligit culturam, acceptos tamen fructus tenetur
reſtituere. *vid. Zaſ. & Barb. ad h. l. & Aramianus in*
2 *tr. de mora c. 7. n. 3.* Et ſic mora uxoris in reci-
pienda dote relevat maritum, ut tantum de dolo
teneatur. *Campeg. de dote p. 2. qv. 67.* qvod ta-
men de lata culpa etiam intelligendum. Nam à
levi tantum excuſatur, ſive in omittendo ſive in
committendo conſiſtat. *Barb. hic n. 27.*

## ad L. Si ab hoſtibus. 10.

### SUMMARIA.

AN liberis extantibus dotem maritus retineat? n. 1.

Pactum de lucranda dote ceſſat, ſi maritus uxorem occidat. 2.

Sed an ita fiſco locus ſit? n. 3.

Portio ſtatutaria etiam hoc caſu amittitur. 4. ſeqq.

Idem in adulterio & malitioſa deſertione. n. 6. ſeqq.

1 FIlia captâ, & apud hoſtes mortuâ, ejus dos ad
patrem redit, non ſecus ac ſi in matrimonio
mortua eſſet. Ex hoc aliiſqꝫ textibus ii, qvi Bul-
gari opinionem ſectantur, probant, ob relictos
liberos dotem à marito retineri non poſſe, cum
hic & ſimiles textus non poſſint benè coarctari
ad caſum orbi matrimonii. *vid. Bach. vol. 2. d. 7.
th. 11. lit. C.* ſed cum ſententia contraria Martini
in toto imperio, penè dixerim orbe, ſit recepta,
fruſtra hæc & ſimiles controverſiæ in Academiis
ventilantur. Habemus alias, in qvibus certa
2 ubiqꝫ obſervantia non eſt, hic diſputemus. Pa-
ctum de lucranda dote locum non habet eo ca-
ſu, qvando maritus occidit uxorem vel cauſam
mortis præbuit, [illegible]s curam neglexit. *Dd. hic,*
3 *& Dn.* Kobl *de ſu[illegible]ſſ. conjugum. part. 1. n. 34.* Sed
hoc caſu fiſco locus non eſt, qvia hereditas non
pervenit ad manus mariti, ſed pertinet ad here-
des uxoris. *vid. hic Zaſ. & Barb. Nov. de dote p.
8. priv. 31. Roſenthal. de feudis p. 5. concl. 57. n. 4.*
4 Et idem locum habet in ſtatuto de dote lucran-
da. *Rol. à Valle in tr. de lucro dotis qv. 61. & qv.
68. num. 9. & ſeqq.* conf. etiam *Hippol. de Marſil.
ad l. nihil intereſt. num. 2. ff. de Sicar. Ruinus lib.
5. conſ. 11.* Eadem ratio ſi non aluit & domo ex- 5
pulit. *Surdus de Alim. tit. 1. qvæſt. 32. num. 25. &
alii, qvos refert* Kobl *d. l.* Et ſic maritus adul- 6
terium committendo, *Nov. 22. c. 15. & rurſus &
Nov. 117. c. 8.* vel malitioſe deſerendo, vel ali-
menta denegando, poteſt privari portione ſtatu-
taria. *Berlich. qvæſt. 3. concl. 36.* & conjux deſerta
teſtamento portionem alteri adimere poteſt.
*Carpz. p. 3. Conſt. 7. def. 9.*

## ad L. Si alienam. 11.

### SUMMARIA.

UXori repetenti res dotales, non obſtat exceptio, qvod res alienæ fuerint. n. 1.

Rei vindicatione conventus, de dominio tertii excipere poteſt. 2. 3.

UXori petenti res dotales non poteſt objici, 1
qvod illæ non fuiſſent uxoris, ſed alicujus
tertii; non enim obſtante hac exceptione, licet
mulier rem alienam ſciens dederit, res hæc ei re-
ſtituenda cum fructibus pro rata anni. *Vid. Zaſ.
& Barb.* qvi duas elicit concluſiones: qvod ſi ille
qvi à me cauſam habet, conveniatur à me ex
contractu, non poteſt mihi opponere Domi-
nium tertii. Secunda, qvod ſi conveniatur Rei 2
vindicatione, tunc poteſt opponere de dominio
alieno. Utramqꝫ concluſionem prolixè explicat
*Barb. d. l. vid. Cuno de pact. l. 1. c. 6. n. 266.* Et po- 3
ſterior concluſio communiter recepta, qvia ex-
ceptio dominii tertii elidit jus agentis. *Barb. hic
n. 4. Surdus dec. 144. num. 19. Thuſ. dec. 4. Klock.
vol. 2. conſ. 29. & 59. & ſeq. Hillig. in Donell. l. 20.
c. 7. lit. D.*

## ad L. Maritum. 12. & ſeq.

### SUMMARIA.

MAritus de dote conventus, gaudet beneficio competentiæ. n. 1.

Qvod ampliatur. n. 2. & ſeqq. 8. 9.

Huic beneficio renunciari non poteſt. n. 6.

Niſi ubi reverentia ceſſat. n. 7.

Qvantum qvis facere poſſit, tempore rei judicatæ inſpiciendum. n. 10.

Hoc beneficium non tranſit ad hæredes. n. 11.

Qvid in indulto moratorio? n. 12.

Caſus excepti, ubi beneficium hoc marito non datur. n. 13. ſeq.

MAritus qvando convenitur ad reſtituen- 1
dam dotem, habet beneficium competen-
tiæ, ut tantum teneatur in id, qvantum facere
poteſt, de qvo plura hic apud interpretes, præ-
fertim *Zaſ. Barboſ. & Manzium in tr. de Aſylo de-
bitorum. decad. 3. qv. 1. n. 45. & ſeqq.* Et hæc regu- 2
la ampliatur 1. licet non ob dotem, ſed ob aliam
cau-

cauſam ab uxore conveniatur. *l. non tantum. 20.*
3 *ff. de re jud.* 2. Ut idem ſit in uxore à marito con-
4 venta. *l. ex diverſo. 17. h. t.* 3. Idem eſt in conju-
gibus putativis, bonâ fide tamen contrahenti-
bus. ita *Dn. Cuno Ordinarius olim hujus Faculta-
tis, de pactis c. 6. n. 269.* cujus ductum in hac ma-
5 teria ſeqvar. 4. Etiam ſi facto divortio agatur. *Cu-*
6 *no d. l. n. 70.* 5. Renunciatio iſtius beneficii, qvia
hoc ob reverentiam competit, eſt inutilis. Unde
ibid. poſt Dd. Barboſa hanc regulam format;
Privilegio ob reverentiam renunciari non poſſe,
qvia eſſet contra bonos mores *Barb. locupl. l. 16.*
7 *c. 56. ax. 2.* Ex qvâ ratione etiam colligitur, in
aliis exemplis, ubi non ob reverentiam datur
hoc privilegium, renunciationem fieri poſſe, uti
8 tradit *Mantz. d. decad. 3. qv. 9. n 35.* 6. Ut mari-
tus hoc beneficium allegare poſſit contra eum,
cui per uxorem eſt delegatus. *l. Si prior 23. h. t.*
9 7. Ut poſſit etiam fiſco, ad qvem mulieris bona
10 pervenerunt, opponi. Pro declaratione autem
regulæ notetur, attendendum eſſe tempus rei
judicatæ, ut ſciatur, qvantum facere poſſit, per
*l. rei judicatæ. h. t.* conſ. hic præter *Zaſ. & Barb.
Zang. de Except. part. 2. c. 15. inf. Manzius q. 3. n. 63.*
11 Deinde pro limitatione prima notandum, qvod
hoc beneficium ſit perſonale, qvod hæredi non
12 competit, ex *l. 13. ſeq.* Exinde probari poteſt nec
indultum moratorium, ſive à creditoribus, ſive
à Principe detur, hæredibus competere; nam id
defuncto ſaltem datum, qvi de damno certabat,
ſed hæres certat de lucro. *Vinc. de Franchis dec.
179. num. 3. & qvos refert Dn. Mev. part. 5. dec. 1.*
13 2. Limitatur: niſi dolo fecerit ut non ſit ſolven-
do. *l. un. §. cum autem c. de rei uxor. act.* aut ſi
ſciens ſe non poſſe ſolvere promiſerit. *l. pen. de*
14 *Jure Dotium. Cuno d. l. num. 276. & ſeq.* 3. Si per
latam culpam maritus ſua bona dilapidaverit.
15 *Cuno d. l. n. 278.* 4. Si maritum ſe negaverit *arg.*
16 *l. ſi dubitet. 10. §. 1. de fidejuſſ. Cuno n. 279.* 5. Qvan-
do ex artificio maritus vel labore vivere poteſt.
*Cuno d. l. n. 280.* 6. Si uxor ipſa paupertate labo-
ret. *Cuno d. l. n. 281.* 7. Si conſtante matrimonio,
fortè ob æs alienum exigatur dos; nam tunc non
eget, qvia ab uxore alendus eſt, *Cuno d. l. n. 282.*
17 8. Si reali actione conveniatur. *Cuno n. 183.* 9. Si
18 res ſine vitio ad uxorem pervenerit.

## ad L. Rei judicatæ. 15.

*SUMMARIA.*

*Hæres mariti ab uxore conventus, qvid compen-
ſare poſſit? n. 1.*

*Exceptio ſententiam non impugnans, in executione
admittitur. 2.*

*Exceptio adulterii ſciente marito commiſſi non ob-
ſtat uxori. 3. ſeq.*

*Compenſatio in dote licita eſt. 5. ſeq.*

1 De principio legis dictum eſt ad *l. 12.* Hæres ma-
riti condemnatus viduæ habet compenſatio-
nem 1. ejus, qvod maritus uxori donavit, nec
morte ſua donationem confirmavit, fortè qvia
compenſavit. Item 2. ejus, qvod vidua amovit,
& 3. ejus, qvod maritus in dotis conſervationem
impendit; ſed de moribus viduæ coërcitionem
non habet. *§. 1. h. l.* id eſt, hæres ob mores uxoris
nihil detrahere poteſt. Ex qvo textu colligitur, 2
exceptionem, qva non impugnat ſententiam,
ſed eam moderatur etiam poſt ſententiam ad-
mitti debere. *Rol. a Valle conſ. 28. n. 3. lib. 1. Zang.
de exc. p. 3. c. 26. n. 96. Berlich. p. 1. dec. 71. num. 6.*
Et ne qvidem per exceptionem hæres mariti 3
adulterium uxori objicere poteſt, qvod marito
ſciente commiſerat. *Vinc. de Franchis dec. 184. n.
4. Anton. Gabriel lib. 7. tit. de crimin. concl. 35. n.
8. Petr. Barb. in parte 1. l. 2. num. 119. & ſeqq. ff. ſol.
matrim.* Qvia remiſſa videtur à marito injuria, 4
qvia non præſumitur mortuus immemor ſalutis
æternæ. *Petr. Barb. d. l. n. 120. Petrus Peckius ad c.
46. d. R. I. l. 6. num. 11.* Generalius collige; Etiam 5
dotis repetitionem admittere compenſationem.
*Chriſtin. vol. 3. dec. 38. num. 7. Trentacinq. tit. de
compenſ. reſ. 1. num. 18. & qvos refert Lauterbach.
ad tit. de compenſat. th. 9.* Neqve hoc jure novo, 6
per *l. un. C. de rei uxoriæ actione* mutatum, qvæ
de retentione loqvens intra ſuos terminos coër-
cenda. *Zaſius tom. 5. p. 54.*

## ad L. Ex diverſo. 17. §. fin.

*SUMMARIA.*

*Maritus oppoſito beneficio competentiæ, ſi nihilo-
minus in ſolidum condemnetur, contra ſen-
tentiam excipere poteſt. n. 1. 2.*

*Et qvidem in executione. 3.*

Maritus convenitur de dote reſtituenda, & 1
opponit beneficium competentiæ; judex
rejectâ hac exceptione condemnat eum in ſoli-
dum, qværitur, an teneatur in ſolidum? Neg.
ſed habet exceptionem doli. Sed cur non ipſo 2
jure nulla, qvia continet errorem juris? Sed fortè
hic error non eſt in ſententia expreſſus. Unde 3
notetur, hic marito competere exceptionem in
executione, licet in ſententia fuerit rejecta. *Zaſ.
ad l. Neſennius 41. §. fin. n. 3.* Et ſic erit exceptio,
*l. duobus 19. de exec. rei jud.* conſ. *Wiſſenb. h. t.
th. ult.*

## ad L. Etiam. 18.

*SUMMARIA.*

*Privilegium dotis competit ejusdem matrimonii
liberis. n. 1.*

*Ob dilapidationem maritus privatur beneficio com-
petentiæ. 2.*

*Qvid ſi culpam commiſerit. 3. & 4.*

1 COmmuniter ex principio hujus legis probant
Dd. Licet privilegium Prælationis in dote
competat mulieris liberis, id tamen de liberis
ejusdem matrimonii eſſe intelligendum. *Bald.*
*Nov. in tr. de dot. part. 10. n. 26. Neguz. de pignor.*
*membr. 4. part. 2. n. 95. Petr. Barb. p. 6. l. 1. n. 14*
2 *h. t.* Qværitur autem in §. 1. qvando maritus in
reſtituenda dote privetur beneficio competentiæ?
Reſp I. Si dilapidavit proprias res in fraudem mu-
lieris, ut non eſſet ſolvendo, tunc privatur bene-
ficio competentiæ. Sed II. ſi dilapidavit res do-
tales, ob qvalemcunqꝫ dolum aut fraudem pri-
3 vatur beneficio. III. Qvando verò culpam in re
dotali admiſit, tenetur qvidem ad præſtandum
damnum; ſed beneficio iſto non privatur, & po-
teſt maritus ſua jura, qvæ habet contra furem, vel
eum, qvi damnum dedit, exercere. *vid. hic Bart.*
4 *Alex. & alii.* Et hinc non puto ſubſiſtere opinio-
nem; qvod maritus, ſi propria culpa in pauper-
tatem incidat, non fruatur beneficio compe-
tentiæ.

## ad L. Si cum dotem. 22.

### *SUMMARIA.*

*PActum de reſtituenda ſibi dote ſubſiſtit. n. 1.*
*Si in unum caſum de dote reſtituenda pactum, in alterum mulieri datur actio. 2.*
*Caſus omiſſus eſt ſub diſpoſitione juris communis. 3.*
*Extraneus ſi dotet filiam, mortuo marito pater uſumfructum in hac dote non habet. 4.*
*Si nomen in dotem detur, idoneus debitor præſtandus. 6.*
*Qvo caſu detur uxori reſtitutio. 7.*
*Annon ipſo jure talis dotis conſtitutio nulla. 8.*
*Re in ſolutum ob dotem datâ & evictâ datur priſtina actio. 9.*
*Pater dotem filiæ repetens, & eidem qvid legans, compenſandi animo feciſſe præſumitur. 10.*
*Legatum, qvando compenſandi animo relictum? 11.*
*Legatarius accipiendo Legatum debito videtur renunciare. 12.*
*Qvid in uxore furioſa. 13.*
*Qvanta alimenta uxori debeantur. 14.*
*An qvæ dotem non dedit, alenda. 15.*
*Dotis cauſa in caſu diſſipationis licita ſeqveſtratio. 16.*
*Uxor in ſtatu mariti errans, nihilominus habet privilegium dotis. 17.*

1 DUo hic dicuntur I. Patrem vel extraneum
dotem dantem poſſe paciſci, ut ſoluto per
mortem matrimonio ſibi dos reſtituatur in ſoli-
2 dum. II. Si in unum caſum ſibi providerint,
in caſu omiſſo filiam habere actionem, & ita
omittendo illum caſum videtur pater in dote
profectitia ſibi & filiæ reſervare actionem, qvam-
vis in caſu omiſſo Dd. ſoli filiæ tribuant actio-
3 nem. *vid. Pet. Barb. ad h. l. pr. num. 19.* Unde ex
hoc textu probari poteſt regula, qvod caſus
omiſſus relinqvatur in diſpoſitione juris com-
munis; per allegata *A. Barb. c. 8. lib. 3. axiom. 61.*
Ex hoc textu & *l. avus. ff. de jure dotium.* probare 4
volunt, qvod ſi extraneus dotaverit alicujus fi-
liam, mortuo marito ſoli filiæ competere actionem
nec uſumfructum competere patri. *Bald. Nov.*
*de dote p. 6. priv. 33. & p. 9. priv. 8. Mant. de tac. &*
*amb. convent. lib. 12. tit. 9. n. 15. & hos referens*
*Dn. Kohlius Vice-Cancell. p. 1. de pact. dotal. n. 56.*
Qvod hodiè eo minus dubium, cum per matri- 5
monium eximatur poteſtati patriæ de conſvetu-
dine. Qvando mulier loco dotis nomen inido- 6
neum per novationem accepit, in hoc decepta,
tunc nihilominus actio ei manebit, & ſic cedens
hic tenetur locupletam debitorem præſtare fa-
vore dotis. *§. 2. h. l. Dd. hic, & Bald. Novell. de*
*dote part. 8. priv. 20. & Petr. Barb. part. 4. rubr.*
*h. t. n. Sfortia Oddus de reſtit. q. 10. art. 6. in fine.*
Ubi hoc ſpeciale eſſe dicit, qvod mulier habeat 7
reſtitutionem in dote; licet diſſentiat *Joh. a Sande*
*in tr. de ceſſion. action. c. 9. n. 19. & ſeq.* qvi dolo
delegantis hoc adſcribit, non favori dotis. Imò
generalius colligit *Baldus Novell. d. tr. part. 6. priv.* 8
*40.* ſi mulier in contractu dotis decepta, ipſo jure
non valere contractum, licet deceptio ſit tantum
in re ipſa. *Barb. in l. ſi æſtimatis. 51. n. 12. h. t.* de
qvo ultimo tamen cogitandum. Colligunt etiam, 9
in dote ſpeciale eſſe, qvod re in ſolutum data
detur actio priſtina, licet alias ſecus. *l. 24. ff.*
*de pign. act. vid. not. ad l. 98. de ſolut.* Pater qvi 10
ſine voluntate filiæ dotem exegit, eam hæredem
inſtituendo, vel eidem legando, feciſſe videtur
animo compenſandi, qvia pater ex indebita re-
ceptione dotis factus eſt debitor neceſſarius fi-
liæ. *§. 3. h. l. Petr. Barb. hic n. 5. Mant. in tr. de*
*conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 2. ſeq. Covar. in*
*c. officii X. de teſtam. Dalectus de arte teſtandi tit. 6.*
*cautel. 5. Menoch. conſ. 390. n. 30.* Unde colligitur, 11
legatum relictum à neceſſario debitore videri ani-
mo compenſandi relictum. *Menoch. l. 2. A. qv.*
*caſu 182. n. 52. & conſ. 206. n. 03.* uti etiam deciſum
in Facultate noſtra menſe Nov Ao. 1660. Et Le- 12
gatarius accipiendo legatum debito videtur re-
nunciare, qvippe recepit qvod ejus vice eſt *Dn.*
*Mev. p. 6. dec. 238. n. 4.*

*Ad §. 8.* Maritus debet uxorem furioſam ale- 13
re, & neceſſaria omnia præbere pro qvantita-
te dotis; ſi autem maritus dotem diſſipet, poteſt
dos ſeqveſtrari. Ex hoc collige 1. alimenta uxo- 14
ri præberi regulariter debere ſecundum qvanti-
tatem illatæ dotis. *Coler. de proceſſ. execut.*
*c. 2. num. 197.* Ex qvo tamen non ſeqvitur: 15
ſi dotem non intulit, eam non eſſe alendam,
ut rectè hic gloſſa. Sicut non ſeqvitur: Vi-
duus poteſt liberis illata matris pro bonis ma-
ternis ſolvere, wegen ihres Mutter-Guths,
ut pronunciatum ſcio; ergo qvando matri ni-
hil debetur, nihil etiam maternæ hæredita-
tis loco debetur. Hoc argumentum non
valet. Deinde collige: licet, ſeqveſtratio 16
jure

Jure ſit prohibita, favore tamen dotis eam ad-
mitti, qvando maritus videtur diſſipare dotem,
licet ſit locuples, *Baldus Novell. de dote p. 6. priv.*
17 *70. & p. 7. priv. 25.* Si mulier nubens in condi-
tione ſeu ſtatu ſervili mariti erraverit, & ita nul-
lum ſit matrimonium, habet tamen privilegium
dotis. *§. fin. Zeſ. ad tit. de jure dot. n. 25.*

## ad L. Si conſtante. 24.

### *SUMMARIA.*

*Actio dotis uxori datur, qvam primum conſtat, maritum bona dotis ſufficientia non habere. n. 1.*
*Qvomodo hoc probetur? 2.*
*Qvid ſi uxor interveniens inopiam ſtatim probare non poſſit? 3.*
*Improbatur maritorum practica, qvi jure uxorum ſe tuentur. 4.*
*Qvid ſi ſpecialis hypotheca uxoris executiatur? 5.*
*Qvid ſi uxor interveniens repellatur? 6.*
*Qvomodo conſultum uxori, ſi maritus ad inopiam vergat. 7.*
*Uxori ſcienter obærato nuptæ, an detur repetitio? 8.*
*Maritus ſoluto matrimonio, qvando dotem reſtituere debeat? 10. 11.*
*Cautio hic præſtanda. 11. & 12.*
*Qvid ſi erga ſervos ſævus ſit maritus. 13.*
*Ad qvam diligentiam maritus interim tenetur. 14.*

1 MAtrimonio conſtante dos repeti neqvit,
niſi maritus vergat ad inopiam; Et ideò hic
qværitur, à qvo tempore exactio dotis mulieri
competere incipiat? & reſpond. ab eo tempore,
qvo evidentiſſimè conſtitit, maritum non habere
bona ad exactionem dotis ſufficientia. *hic & l.*
*29. C. de jur. dot. Barboſ. hic Aſflict. dec. 199. n. 1.*
*Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. 139. Carpzov.*
*part. 2. jurispr. conſt. 24. def. 11. & Gail. lib. 2. obſ.*
*83. n. 2. Molina de inſt. & jur. D. 429. n. 1. Riccius*
2 *dec. 141.* Sed qvomodo hoc probandum eſt? Le-
viori probatione contra maritum, qvàm contra
creditores opus eſſe, tradit *Dn. Mev. p. 2. dec 108.*
3 *num. 4.* Sed ſi uxor interveniat, debetne audiri,
qvando in continenti non probat inopiam ma-
riti? Negat hoc *Dn. Mev. d. l.* ſed terminus ipſi
præſtituendus eſt ad probandum, qvamvis mos
4 ille in abuſum valde trahatur. Qvod hodiè, in-
qvit *Dn. Mev. d. l. n. 1.* apud nos freqventatur, ut
uxores per privilegia dotium maritos adverſus
juris executionem tueri promiſcuè conentur,
nec juri, nec rationi, nec pudori, imò nec mari-
torum famæ convenit, ad corruptos mores, &
5 peſſima flagitia referri meretur. Sanè ſi creditor
in ſpecialem hypothecam uxoris ſui debitoris ſe
immitti petat, audienda uxor conſtante matri-
monio, licet non vergat maritus ad inopiam; ſed
ſi generaliter tantùm obligata, audienda uxor
tantum vergente marito ad inopiam. *Dn. Mev. p.*
*4. dec. 380.* aliàs non. *Dn. Mev p. 5. dec. 184.* qvæ
autem reqvirantur, ut uxor ad interventionem
admittatur. *vid. Dn. Mev. p. 5. dec. 57.* Cum au- 6
tem uxoris interventio non admittitur, ad fo-
rum competens, ubi bona ſita, mulier remittitur,
*Dn. Mev. d. p. 5. dec. 58.* Hoc verò videtur opti- 7
mum remedium *Dn. Mevio p. 5. dec. 90.* ut uxor
videns maritum labi facultatibus, petat convo-
cari creditores, non ad concurſum, ſed ut iis pro-
bet ſuam dotem illatam, & qvædam bona ſibi
adjudicentur ob alimenta, & præſtandam ſecuri-
tatem. Sed qværitur, an, ſi uxor ſciens obærato 8
aut prodigo nubat, ad paupertatem vergente
marito, poſſit dotem repetere? qvod multi ne-
gant; conf. *Gail. l. 2. obſ. 84.* Sed affirmativa mi-
hi videtur probabilior, qvia præſumitur uxoris
intentio, ut adminiſtratione Oeconomiæ pru-
denti & monitione ſubveniret marito; & hone-
ſta eſt æſtimatio amoris ex animo ſolo; non ex
opibus. *l. 3. pr. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Et 9
qvæ ex legibus competunt privilegia, non niſi
per expreſſam renunciationem auferuntur, & uxor
ne qvidem per expreſſum pactum deteriorem
conditionem dotis efficere poteſt. *l. 14. & l. 17. de*
*pact. dotal. Petr. Barb. hic. n. 24. Fach. in tr. vol. 2.*
*diſp. 7. th. ult. lit. A. Finckelth. obſ. 80.* Qvando 10
autem ſolutum eſt matrimonium, maritus non
ſtatim primo anno tenetur reſtituere dotem, ſed
jure novo in mobilibus habet annum, tenetur
tamen præſtare cautionem, qvam ſi præſtare
non poſſit, aut nolit, ſtatim tenetur reſtituere ſi-
ne ullius commodi retentione; aut apud ſeqve-
ſtrum deponuntur bona, ita tamen, ut fructus &
interuſurium medii temporis reſerventur mari-
to, & ei præſtentur; non tamen maritus admit-
titur ad juratoriam cautionem. *§. 2. h. l. Salgado*
*in Labyr. p. 1. cap. fin. n. 154. ubi plures allegat.* Et 11
ſic verum eſt, qvod hic §. loqvatur de cautione
ſoluto matrimonio interponenda, ut cum *Gæd-*
*dæo* à ſe allegato obſervavit *Hering. d. tr. c 6. n.*
*184.* & nuper *Caſpar. Manzius in tr. de fidejuſſ. c.*
*4. n. 52.* ubi allegat *l. 7. §. 6. de donat. int. vir. &*
*ux. & c. per veſtras. 7. X. d. t.* Sed qvando talis 12
metus non allegatur, non habet locum exactio
cautionis, *Dn. Mev. p. 5. dec. 137.* Si maritus in 13
ſervos dotales nimis ſævüt, licet in ſuos æqve ſæ-
viat, præſtare tamen debet damnum per ſævi-
tiam datum. Nam ſævitia in propriis culpanda,
ſed in alienis ſeu dotalibus coërcenda eſt. §. 5. h. l.
Sed in adhibenda diligentia ſufficit, ſi parem ad-
hibeat in rebus dotalibus, qvam in ſuis. Ergo in 14
bonis ſufficit marito, ſi eandem diligentiam ad-
hibeat in rebus dotalibus, qvàm in ſuis adhibet:
ſecus in malo, ubi magis id cavere debet in re-
bus dotalibus qvàm in ſuis. *vid. hic. Bart. & Dd.*
*& Hippol. Rimnald. in tit. inſt. qvib. alienare licet.*
*n. 322.*

## ad L. Si filiofamilias. 25. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Uxor facto divortio contra maritum detinentem res ſuas, in litem jurat. n. 1.*

*Jus retentionis aliqvando licitum, ut in Advocato, cui honorarium non ſolutum. 2. 7.*
*Filia reſpectu dotis promiſſæ. 3.*
*Jus retentionis ad juriſdictionis exercitium extenditur. 4.*
*Uxori competit jus retentionis. 5.*
*Opilio an à priori Domino detineri poſſit ob debitum. 6.*
*Jus adminiſtrationis & retentionis non ſemper conjunctum. 8. 9.*
*Qvid faciendum, ſi locandum prædium, in qvo uxor jus retentionis habet. 10. 14.*
*Uxor fructus percipiens, ad rationes tenetur. 11. 13.*
*Appellatio non impedit fructuum perceptionem. 12.*
*Uxor an locationi à marito factæ ſtare teneatur? 15.*

1 SI maritus malè detinnerit res uxoris, tantum
tenetur divortio facto, qvanti in litem juraverit mulier; additur ratio benè notanda: qvia
invitis nobis res noſtras alius retinere non de-
2 bet *§. 1. h. l.* Dum tamen res noſtra juſtè interdum ab aliis detinetur, caſus aliqvos, datâ hic
occaſione, de jure retentionis ſubjicere lubet.
3 Retineri itaq; poteſt res noſtra nobis invitis, ſi
alteri ſit oppignorata; vel ob meliorationem atq;
expenſas jus in re acqviſiverit. Sed latius eſt extenſum jus retentionis extra hos caſus. Sic Advocatus retinet acta, donec honorarium ſolvatur;
artifex rem fabrefactam; ita ut toties res poſſit
retineri, qvoties circa rem qvid factum. *Dn. Mev. p. 2. dec. 150. & dec. 214.* Retentionis jus etiam
datur filiæ ob dotem promiſſam in fundis paternis, licet in domum mariti tranſierit; nam habet
jus ad retentionem, licet actu non poſſideat.
4 *Mev. p. 3. dec. 370.* Et qvando utitur jure reten-
5 tionis, exercet etiam jurisdictionem in coërcendis ſubditis. *Mev. p. 4. dec. 60.* Multò magis
competit uxori in bonis, qvin & in feudis mariti. *Molign. de jure retent. qv. 21. Pruckmar. conſ. 7. n. 119.* ubi de moribus Marchiæ Brandenb. teſtatur *Cothman. vol. 4. conſ. 8. n. 68. & ſeqq. Ber-
6 lich. p. 2. concl. 52. n. 2. Mynſ. c. 6. obſ. 45.* Sic, ſi opilio Domino priori aliqvid debeat, tum poteſt retineri opilio, vel potius ejus res; ſed ſi qvædam
debita illiqvida, propterea retinere pecora opilionis non poteſt; ſed cautionem pro iis præſtabit novus Dominus, & ſic cautione contentum
eſſe oportet Dominum priorem, per *l. 5. ff. de ſtatu liberis Mev. p. 3. dec. 79.* Dominus ſecundus
tamen non tenetur eam cautionem præſtare, ſi
nolit; ſed admittitur, ſi vult. *Dn. Mevius. d. p. 3. dec. 80.* Si verò nolit, tandem, ubi debitum eſt
7 illiqvidum, juratoria cautione opus erit. Sic
Notarius in documentis literariis jus retentionis habet pro ſalario. *Molign. q. 159. Dn. Mev. p. 3.
8 dec. 332. num. 4.* Cum hoc autem jure retentionis
non ſemper conjunctum eſt jus adminiſtrationis, v. gr. maritus nobilis relinqvit viduam, qvæ
utitur jure retentionis. Vidua a creditoribus diu
vexata movet concurſum; qværitur, an creditores teneantur pati viduam durante proceſſu
jure retentionis uti in bonis? qvod meritò affirmandum, ſed, qvod etiam creditores teneantur
adminiſtrationem bonorum permittere, qvam antea habuit, negatur; qvia hæc à retentione diſtincta, & in manu creditorum eſt. *l. 1. ff. de Curatore bonis dando. Dn. Mev. p. 5. dec. 255. n. p. 4. dec. 38.*
Creditores enim petere poſſunt, ut ſalvo jure re- 9
tentionis adminiſtratio detur curatori, ut melius
colatur fundus; nam orto concurſu creditoribus omnia bona ſunt communia. *l. 6. §. 7. ff. quæ in fraudem credit.* Et ſic vidua, vel ipſius hæredes, jure eo ſic uti debent, ne creditoribus cæteris noceatur, & ne impedire poſſit, qvo bona
melius à curatore adminiſtrentur, eo caſu jus offerendi locum habet. Aut ergo cæteris præſtare debet Retentiarius, ut ita loqvar, qvod per
frugalem adminiſtrationem alias habebunt, aut
verò pati, ut integro jure ſuo per creditores iſta,
prout melius viſum, ordinentur. Hæc totidem
verbis *Mev. p. 4. dec. 307.* Simile ferè tradit *Lr. 10
Mev. p. 5. dec. 213.* ſi creditores velint locare prædium, & uxor cum liberis ob jus retentionis repugnet. Nam poteſt ita res diſponi, ut conductor viduæ & liberorum nomine rem teneat, iis
omne illud, qvod retentione utentes habituri
ſint, præſtet, ut ſic ipſis qvicqvid ex jure retentionis competit, illæſum maneat, aliis verò ante
id præſtitum capere nihil liceat; ipſis verò ſi
hæc non ſerventur, prædium viciſſim occupaturis, & in priſtinam conditionem redituris; de
his omnibus judiciali authoritate caveatur. Hæc 11
*Dn. Mevius.* Sed ſi vidua adminiſtret, aut fructus
percipiat, tum ad rationum redditionem tenetur, aliàs non. *Dn. Mev. p. 1. dec. 172.* Pendente 12
appellatione tamen fructus & uſuræ, illâ non
obſtante cedunt iis, qvibus jus retentionis competit, licet non ſint in poſſeſſione. *Dn. Mev. p. 4.
dec. 340.* Sed ſi adminiſtret vidua, tenetur etiam 13
ad rationes reddendas; licet alios, v. gr. privignos compoſſidere voluerit: nam in plures adverſarios creditores diſtringendi non ſunt. *Mev.
p. 4. dec. 87.* Et ſi pendente concurſu locare ve- 14
lint, creditores, hoc invita vidua facere poſſunt,
modo alimenta viduæ præſtentur. *Dn. Mev. p. 4. dec. 88.* Qvicqvid autem ſuper alimenta percepit & conſumpſit, reſtituet, vel in dotem aut portionem ſtatutariam imputabit. *Carpz. p. 1. dec. 69. num. 17.*

*Ad §. fin.* Maritus fundum dotalem in luſtrum, 15
ut fieri ſolebat, locaverat, ſed anno primo elapſo
ſolvitur matrimonium, an uxor tenetur ſtare locationi? Negatur, *in §. fin. d. l.* qvia non locavit: Sed
nihilominus tenetur cavere marito, aut ejus hæredibus, ſe continuaturam locationē iſtā, & permiſſurā, ut conductor maneat, aut ſi ejecerit, ſe reſtituturā, in qvantum maritus aut ejus heredes condemna-

demnabuntur conductori. *Cujac. tom.1.p.1336. ad h.§.* conſ. *ad gloſſam Cephal. l.5. conſ.804.n.40.*

## ad L. Semel. 26.

*SUMMARIUM.*

M*Aritus moram in dote commiſſam, dotis oblatione purgat.*

LIcet maritus prius fuerit in mora, & dotem petitam non reſtituerit, ſi tamen mutato conſilio poſtea dotem offerat mulieri, illaq; nolit accipere, non ſolum hæc oblatio realis præcedentem mariti moram purgat, ſed ipſam etiam uxorem in nova mora conſtituit. *Petr. Barboſ. in l. ſi mora. 10. n.21. & ſeq. Neguz. de pignor. part.3. memb.3. part. 5.n.2. verſ. ſecundus effectus.* conſ. *Notata ad l. illud. ſupr. de peric. & com. rei vend.*

## ad L. Qvoties. 26.

*SUMMARIA.*

P*Ater qvando dotem ſibi reddi ſtipulari poſſit. n.1.*
*Pater, licet non in legitima, tamen in dote filiæ præjudicare poteſt. 2.*
*Si pater dotem ſibi reddi ſtipuletur, maritus tutò uxori non ſolvit. 3.*

1 PAter ſibi appropriat actionem pro dote reſtituenda, ſi tempore promiſſionis dotis, aut tempore ſolutionis, non promiſſæ dotis, aut ante nuptias ſibi ſtipuletur. Nam poſtea conditionem filiæ non poteſt reddere deteriorem. *Bald.*
2 *Novell. de dote p.6. priv.17.n.2.* Unde colligunt, licet dos loco legitimæ ſuccedat, & in legitima filiæ præjudicari non poſſit, per *l.32. C. de inoff. teſtam.* ſecus tamen eſſe in dote. *Suarez. in repet. d.l. Qvoniam 32. ampliat. 15. num.2. & 4. Vasq. de ſucceſſ. creat. §.10. num.465. Petr. Barb. ad l. ſi cum*
3 *dotem. 23. pr. h.t. num 15.* Effectus eſt in *§.1.* qvod maritus hoc caſu, uxori ſolvendo dotem, non liberetur, ob jus patri per ſtipulationem qvæſitum.

## ad L. Si marito. 31.

*SUMMARIA.*

M*Ariti bonis confiſcatis, fiſcus dotem ſolvere tenetur. 1.*
*Competit hoc caſu uxori manus injectio. 2.*
*Qvid ſi pars bonorum confiſcata? 3.*
*Uxor recepta dote adhuc fructus ab herede perceptos, repetere poteſt. 4.*
*Poſt rem judicatam fructus jure actionis debiti adhuc debentur. 5.*

1 QVando mariti bona publicantur, tunc fiſcus mulieri tenetur ex bonis mariti, qvaſi ad inopiam redacti, ſolvere dotem. *Campeg. de dot. part.3. qv.23. & qvos allegat Aug. Barb. in collect. ad l.1. C. de repud. n.5. & qvos refert Peregrin. de jure fiſci l.5. c.1.n.82. Gail. l.2. obſ.86. Roſenthal. de feudis cap.1. concl.15. num.10.* Et uxor 2
propria authoritate poteſt manum injicere in bona mariti confiſcata pro ſua dote, *cum Angelo Peregrinus d.n.82. in fine Petr. Peck. in c. non debet. 22. de R.I. in 6. num.4. Gail. l.2. de P.P. c.16.* Sed ſi 3
pars bonorum tantum publicetur, non aliter tenetur fiſcus, niſi pars, qvæ manſit marito, doti ſolvendæ non ſufficiat. *Petr. Barboſ. ad d.l. ſi conſtante. h.t. n.29.*

*Ad §. ult.* Si uxor dotem recepit, ſed fru- 4
ctus poſt divortium vel mortem mariti ab hærede perceptos non recepit, qværitur, an fructus adhuc poſſit petere? Videtur qvod non, ſicut creditor ſine proteſtatione accepta ſorte non poteſt uſuras petere; ſed affirm. *in §. ult. d.l.* qvia fructus augent dotem. Collige, poſt rem 5
judicatam, in qva præteriti fructus, poſſe adhuc peti fructus, qvando jure actionis debentur, ut hic, qvia ſunt pars dotis, ſecus ſi officio judicis debeantur, ubi non poſſunt peti. *vid. Dd. hic. & Surdus conſ.293. num.23. & de alimentis p.6. qv.3. num. 29.*

## ad L. Qvæ dotis. 33.

*SUMMARIUM.*

M*Aritus uxoris heres exiſtens, dotem ab uxore promiſſam, reſtituere tenetur.*

SI mulier promiſit dotis nomine centum, & adhibuit qvendam, qvi dotem ſibi reddi ſtipularetur; ſed mulier non ſoluta dote deceſſit, inſtituto hærede marito, ille ſtipulator poteſt agere ad dotem reſtituendam; qvia aditio mariti & facta confuſio vim habet ſolutionis. Qvam regulam ex hoc textu poſt *Bart. & Dd.* colligit hic *Barb. n.1. & ſeq.*

## ad L. Titia. 34.

*SUMMARIA.*

P*Atri facto divortio dotem repetituro qvid probandum. n.1.*
*Ubi duo probanda, unius probatio nihil operatur. 2.*

PAter dotem ſoluto per divortium matrimonio 1
repetens non tantum probare debet, filiam eſſe in poteſtate, ſed etiam, filiam ſibi agenti conſentire. Colligunt inde Dd. hic, qvando duo 2
ab aliqvo probanda, licet unum probaverit, nihil tamen eſſe actum. *Maſcard. concl. 659 num 4.* Hodie filia per nuptias liberata à patria poteſtate retinet dotem.

## ad L. Dotem. 37.

*SUMMARIA.*

F*Ilia ſine juſta cauſa contradicente, pater juſtè dotem repetit. n.1.*
*Contradictio ſine juſta cauſa facta, nulla eſt. 2.*

LIcet filia expreſsè contradicat, ne patri dos 1
ſolvatur, ſi tamen filia juſtam cauſam contra-

 dicen-

dicendi non habeat, videtur pater juſtè repete-
re dotem. *Petr. Barb. ad l. 2. §. fin. h. t. num. 12. 13.*
2 Unde colligitur Theorica, qvod contradicere non
videatur, qvi cauſam contradicendi juſtam non
habet. *Bart. & Dd. hic.*

## ad L. Lucius Titius. 38.

*SUMMARIA.*

*PAter reconciliatione ſua in dote per divortium quæſita præjudicare neqvit. n. 1.*
*Pater injuriam filio illatam, an remittere poſſit. 2.*
*Uxor ſua culpâ divertens, nec dotem, nec alimenta repetit. 3.*
*Qvid ſi maritus cauſam ſeparationi dederit. 4. 5.*

1 UXor divortium fecit à marito, poſtea pater
mariti reconciliat matrimonium ignaro fi-
lio: Sed muliercula iterum repudiat, qværitur,
an dos debeatur filio? qvod affirm. qvia pater
reconciliando ſponſalia & matrimonium, non
potuit jus filio per divortium qvæſitum adimere.
2 *Bald. Novell. de dote p. 6. priv. 38.* Solent qvidem
allegare regulam ex hac lege: qvod pater non
poſſit remittere injuriam, filio à perſona con-
juncta illatam, ſed id videtur remotius. *vid. Me-*
3 *noch. conſ. 470. n. 21.* Illud certius, qvod ſi culpa
mulieris divortium factum, mulier dotem non
repetat. *hic & l. 8. §. 4. C. de repud.* nec tenetur
maritus ad alimenta. *Garcias in tr. de expenſ. c.*
*13. num. 56. Petr. Barb. part. 2. rubr. h. t. n. 47. Ro-*
*minald. conſ. 274. num. fin. l. 3.* conf. *Pinell. ad l. 1. C.*
4 *de bonis matr. p. 3. num. 83. & in fine.* Sed qvid ſi
culpa mariti, non qvidem ob adulterium, ſed ob
ſævitiam fiat ſeparatio cohabitationis, à contra-
rio ſenſu videtur concludendum, qvod maritus
amittat dotem, qvia *c. 1. & 2. X. de donat. int. vir.*
*& uxor.* indiſtinctè loqvitur, & ita etiam de di-
vortio qvoad thorum, non ob ſolam conſangvi-
nitatem. *Panorm. in d. c. 1. num. 2. Pruckman. v. 1.*
*conſ. 18. in fin. Vivius dec. 435. Joh. à Sande lib. 2.*
*tit. 6. def. 1. Berlich. p. 3. concl. 36. num. 28.* Sed diſ-
ſentiunt alii, ut *Colerus de alim. l. 1. c. 10. num. 29. &*
5 *ſeqq. & Carpzov. dec. 291. Finckelth. obſ. 3.* Et ho-
rum qvidem ſententia obtineret, ſi uxor ſepara-
ta velit contenta eſſe alimentis à marito exhi-
bendis; ſed ſi uxor nolit alimenta à marito expe-
ctare, & forte inſidias metuat, officio judicis con-
venientius puto, ut maritus jubeatur dotem
reſtituere, qvo ſe ipſam exhibeat; niſi fortè libe-
rorum communium alimentatio & educatio
aliud deſideret. Et ſane facilius perſvadebitur
marito, ut cum uxore in gratiam redeat, ſi care-
re interim cogatur bonis uxoris. Et iniqviſſi-
mum videtur, ut maritus expellat uxorem, vel
ita tractet, ut uxor petere cogatur ſeparatio-
nem, ſimulq; pati cogatur, ut maritus bonis ſuis
6 fruatur. Et propter onera matrimonii percipit
uſumfructum, qvomodo vero talis crudelis &
impius homo onera matrimonii feret? Et hoc
caſu ob ſævitiam facta ſeparatione dotem uxori
reſtituendam eſſe, tradit *Hippol. de Marſil. in l. ult.*
*C. de ſicar. num. 22. laudatus ab Hillig. in Donell. l.*
*14. c. 5. lit. A.*

## ad L. Viro atqve uxore. 39.

*SUMMARIA.*

*PAria delicta compenſantur. n. 1.*
*Maritum fœminam impragnatam ducens & ab ea divortium petens, ſi ante ſententiam aliam cognoſcat, divortium impetrare non poteſt. 2.*
*Qvid ſi de fornicatione non conſtet, & pro divortio ſententia feratur. 3.*
*Qvid ſi maritus adulterium commiſerit, & hoc ei remittatur ab uxore, uxor vero poſtea etiam adulterium committat. 4.*

PAria delicta mutua compenſatione tollun- 1
tur, ſcil. ſi civiliter agatur. *Petr. Barb. hic. Ja-*
*ſon. in §. in bonæ fidei. n. 81. inſt. de act. Aug. Bar-*
*boſ. lib. 4. c. 1. ax. 6.* qvod reſtringit. *Menoch. re-*
*med. 9. recup. poſſ. in 168.* Sed qværitur ſi maritus 2
uxorem gravidam duxerit, & divortium petierit,
non expectata autem ſententia aliam cognove-
rit, hocqve ante ſententiam cognitum fuerit, an
ſententia ſeparationis ferenda? qvod nego (1.)
qvia error qvalitatis non retractat ipſo jure ma-
trimonium. (2) Dubium adhuc, an hæc ſit cau-
ſa legitima ſeparationis. (3.) Dolus hic cum do-
lo compenſandus, per hanc *l. & c. pen. & ult. X.*
*de adult. Sanchez. de matrim. l. 10. diſp. 6. numer. 6.*
*& diſp. 9. n. 24.* ubi hoc inter omnes conſtare di-
cit, qvando qvis ante ſententiam fornicatur.
Sed qvid ſi fornicatio nondum nota, & ſenten- 3
tia lata? Reſp. qvod tunc matrimonium, per
errorem ſolutum, redintegrandum ſit, qvia ſen-
tentia contra matrimonium nunqvam tranſit
in rem judicatam. *c. lator. X. de re jud.* & tempo-
re ſententiæ ambo ſunt in crimine. *Sanchez. d. l.*
Et idem ſtatuunt Dd. ſi fornicatio ſententiam ſe-
parationis ſecuta. *Farin. q. 1. 35. num. 35. Guttier. de*
*matrim. c. 129. num. 18.* & ita tractatum in caſu a-
liqvo menſe Febr. anno 1660. Qværitur etiam ſi 4
maritus adulterium commiſerit, & uxor hoc ei
remiſerit, poſtea verò uxor adulterium commit-
tat, an hæc adulteria mutua compenſatione tol-
lantur? qvod aliqvando in Facultate tractatum,
& videtur dicendum, qvod non; qvia prius re-
miſſum eſt. Sed in eo caſu mariti adulterium
non erat adeo certum, & ita dici poterat, uxorem
cohabitando marito non remittere voluiſſe a-
dulterium, ſed debitum officium præſtare, adulte-
rio non probato.

## ad L. Poſt dotem. 40.

*SUMMARIA.*

*IMperſonalis ſtipulatio de dote reſtituenda valet. num. 1.*
*Extantibus liberis mater retinet dotem. 2.*

Si

1 SI pater non ſibi, ſed imperſonaliter ſtipula-
tus ſit, dotem reddi, mortua muliere ſine li-
beris, pater poteſt ex hac ſtipulatione dotem pe-
2 tere. *vid. hic Barboſ.* Et obiter notetur ex hac &
ſimil. LL. poſſe probari ſententiam Martini con-
tra Bulgarum, qvod extantibus liberis pater re-
tinere poſſit dotem ob liberos, præſertim cum
hodie filia per nuptias à poteſtate patria libere-
tur, & per *Novell. 11.* filia ſua bona, & ſic etiam
dotem, ad ſuos liberos trausmittat *Theſaur. dec. 190. & qvos laudat. Dn. Struv. ex. 30. th. 49.* conf. *Ziſ. ad h. t. n. 12.*

## ad L. In inſulam. 42.

### *SUMMARIA.*

*DOtis promiſſæ uſuræ præſtandæ, ſi maritus alat uxorem. n. 1.*

*Secus ſi non alat, nec onera matrimonii ferat. 2.*

1 IN judicio dotis promiſſæ vel ſolutæ veniunt
uſuræ, niſi maritus non alat uxorem. *§. 2. h. l. vid.*
2 *Dd. alleg. à Rucc. collect. dec. 272.* Collige, ſi ma-
ritus non alat uxorem, non poterit petere uſuras dotis promiſſæ, & ſi maritus adeo ignavus non poſſit ferre onera, & potius exhibeatur ab uxore, puto creditores mariti neqve ex fructibus dotis ſolutionem petere poſſe: nam fructus tantum eo caſu debentur marito, & ejus creditoribus, ſi maritus onera matrimonii ferat; ut aliqvando obtentum vidi.

## ad L. Cajus. 45.

### *SUMMARIA.*

*SI avus maternus nepti ſtipuletur, patri non acqviritur actio. n. 1.*

*Pater ſoluto matrimonio uſumfr. in dote adventitia non habet. 2.*

*Extenditur hoc ad cauſas pias. 3.*

1 QVando avus maternus ſtipulatur nepti, qvæ
in poteſtate parentis ſui eſt, licet alias jure
communi non ſubſiſtat, ſpeciali tamen jure, in cau-
ſa dotis ſubſiſtit, & qværitur nepti actio, neqve illa
in patrem jure poteſtatis transfertur. *vid. hic Caſtr.
num. 4. Alex. num. 5. & 7. Barboſ. num. 6. & ſeq. &
Alciat. reſp. 699. num. 2. Ant. Fab. lib. 13. conject. c. 5.
Bald. Nov. p. 6 privig. 22.* conf. *Dn. Kohlius de pact.*
2 *dotal. p. 1. n. 95.* Unde probatur patrem ſoluto ma-
trimonio non habere uſumfructum in dote ad-
ventitia, qvam ſententiam authoritatibus & ra-
tionibus firmat *Petr. Barb. ad l. 2. §. qvod ſi in pa-*
3 *tri 5. num. 18. & ſeq. ff. ſol. matrim.* Et hanc legem
ad cauſas pias extendunt Dd. qvia dotis & piæ
cauſæ idem eſt privilegium & jus. conf. *Tiraq. priv.
piæ cauſæ. 11.*

## ad L. Mævia. 49.

### *SUMMARIUM.*

*MAritus æſtimationem nominis in dotem dati, qvando præſtare teneatur?*

SI mulier nomen in dotem dedit, maritus autem id non exegit forte ſine culpa ſua, qvod exigere non potuerit; vel qvod pro locuplete habitus fuerit debitor, maritus æſtimationem præſtare non tenetur. *Colleg. Arg. h. t. th. 12. num. 3.*

## ad L. Æſtimatis. 50.

### *SUMMARIA.*

*ÆStimatio rei dotalis non ſemper involvit alienandi facultatem. n. 1. 2. 4.*

*Maritus rem dotalem æſtimatam alienans, ad qvid uxori teneatur. 3.*

QVando res dotalis æſtimata datur marito, 1
qvia hæc venditionem facit, alienatio qvi-
dem marito licita. *l. plerumq; ff. de jure dot.* In- 2
terdum tamen eo fine fit æſtimatio, non ut fiat
venditio, ſed ut ſi res ſit alienata à marito, con-
ſtaret, qvid eventualiter maritus loco rei dotalis
præſtare debeat, & hoc caſu ipſa res dotalis re-
ſtituenda. Si verò maritus alienavit, fecit id vel 3
conſentiente uxore, vel non: Si hoc, tenetur ad
intereſſe; ſi illud, æſtimatio tantùm præſtatur.
*Petr. Barboſ. hic n. 34.* Ideo de mobilibus hunc textum accipit *Bald. Novell. de dote p. 7. priv. 1. n. 10.* conf. *Signorolus de Homo-Deis in rep. hujus legis n. 15. & Dd. ad l. in rebus ff. de jure dot.* Colligitur ex hac l. æſtimationem non facere emptionem, qvando conventum, ut res dotales ſoluto matrimonio reſtituantur. *Covar. pract. qv. 28. n. 4. ſeq. Rimin. in pr. inſt. h. t. n. 75.*

## ad L. Filiæ meæ. 59.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*

*Prima præbenda vacatura mihi ſi promiſſa, ſi qvis tenuem repudiet, eam acceptare non teneor. 2.*

*Reſignatio beneficii in fraudem habentis expectativam, non valet. 3.*

EMancipatæ filiæ meæ ægrotanti maritus mit- 1
tit repudium, ut potius hæredibus ſolveret
dotem, qvam mihi. Reſp. Actionem mihi com-
petere. Collige; ſi mihi prima præbenda vaca- 2
tura promittatur, & aliqvis tenuem præbendam
habens ei renunciet, ut hanc acceptem, me ac-
ceptare non teneri. *argt. h. l. Bald. hic & Immol.
& Johannes Bartachinus in tr. de epiſc. tract. tra-
llatuum lib. 2. n. 105.* Sic, ſi aliqvis habeat Expe- 3
ctativam certi Canonici Præbendæq; ſi per mor-
tem vacaverit, huic Canonico licet qvidem re-
nunciare, vel reſignare, modo id non faciat in
fraudem habentis Exſpectativam. *Petr. Gammarus de permut. benefic. p. 2. num. 44. vol. 15. tract. tract.* conf. tamen *Flaminius Pariſ. de reſign. benef. l. 2. qv. 10.*

ad

### ad L. In his rebus, 66.

*SUMMARIUM.*

*OB inimicitiam tunc tenetur aliqvis, ſi ipſius culpâ orta ſit.*

DAmnum datum ob inimicitiam, qva alii maritum perſeqvebantur ob ejus culpam, maritus ſarcire tenetur. Et ſic tunc aliqvis de damno tenetur, qvando inimicitia orta eſt ipſius culpa. Et ſic explicanda eſt lex. *25. §. 4. ff. locati* ex hac noſtra lege. *vid. Johan. à Sande deciſ. l. 5. t. 7. def. 2.*

### ad L. 66. §. Mancipia. 3.

vid. L. 18. ſupra de Jure Dotium.

# LIBRI XXV.

## TITULUS I.

## De Impenſis in res dotales factis.

### Ad L. Vel ſi vites, 3.

*SUMMARIA.*

*EXpenſæ perpetuæ utilitatis gratia factæ, à marito ſaltem repetuntur. n. 1.*

*Qvod variis exemplis declaratur. 2. ſeqq.*

1 IMpenſæ qvæ fiunt ad perpetuam rei utilita-
tem hic conſiderandæ; non verò qvæ ad colli-
gendos fructus factæ: qvod variis exemplis
2 poteſt declarari; Impenſæ factæ in exactione
nominis, ſi magnæ ſint, minuunt dotem. *Pinell. in
l. 1. C. de bon. mat. p. 2. numer. 71. & ſeqq. Caldas de*
3 *empt. c. 27. n. 31.* Sic expenſæ factæ in cuſtodiendo
prædio dotali non conſiderandæ, niſi excedant
4 fructus dotis. *Garcias de Expenſ. c. 13. num. 39.* Im-
penſæ Medicorum non detrahuntur, qvia eſt o-
nus mariti & matrimonii. *Berlich. dec. 2. n. 59.* Nec
5 tributum, qvia eſt onus fructuum à marito per-
6 ceptorum, per *l. 13. h. t.* Nec ſumptus in collectione
fructuum facti imputandi, niſi in ultimo anno. *Donell. l. 14. c. 8. lit. A. Vaudus l. 22. q. 22. Roſenth. c. 10. concl. 43. n. 60.*

### ad L. Et in totum. 4.

*SUMMARIA.*

*MAritus repetit impenſas neceſſarias etiamſi res non extet. n. 1.*

*Qvod ad fructuartum & emptorem extenditur. 2.*

*Qvid in bona fidei poſſeſſore. 3.*

1 LIcet res dotalis, in qva fuit facta impenſa, ca-
ſu ſit perempta, pretium expenſarum neceſ-
2 ſariarum marito ſolvendum; Et qvia hæc lex lo-
qvitur de marito qvi habet dominium ſaltem re-
vocabile in re meliorata, eadem ratio videtur in
fructuario & emptore. *Tiraqv. de retr. convent. §.*
3 *7. gl. 1. num. 10.* De bonæ fidei autem poſſeſſori-
bus hoc ipſis competere negat *Bart. in l. in fundo.
ſupr. de R. vind.* qvam ſententiam probat. *Petr. Barb. ad l. divortio. 8. §. fin. num. 64. & ſeq.* ubi pro diſſentiente citat *Menoch. rem. 15. recup. poſſeſſ. num. 512.*

### ad L. Qvod dicitur. 5.

*SUMMARIA.*

*NEceſſariæ impenſæ, qva ratione dotem minuant. num. 1. 2.*

*Qvid in dote fungibili. 3.*

*Qvid ſi impenſæ tantæ, ut res vendenda. 4.*

NEceſſariæ impenſæ in dotem factæ minuunt 1
dotem & qvantitatem dotis, non corpora
dotalia i. e. faciunt, ut pro proportione impen- 2
ſæ fundus deſinat eſſe dotalis, licet in ejus deten-
tione maneat. *Dn. Struv. h. t. th. 60.* conf. *Bl.
de Bartolinis in repet. l. 1. ff. ſol. matr. num. 8.* Et mi- 3
nuunt hæ dotem non fungibilem per exceptio-
nem. *Bachov. in Wiſſenb. h. t. n. 2.* conf. *Barboſ. p. 3. rubr. ſol. matr. num. 20. & ſeqq. Viſtarinus in repet. rubr. ff. ſolut. matrim. num. 20. & 25. & ſeq.* & conf. *notata ad l. 56. §. ult. ſupr. de jure dot.* conf. *Zæſ.
numer. 4.* Et hæ neceſſariæ impenſæ detrahendæ, li- 4
cet ob harum reſtitutionem res vendenda. *Barb. l. 8. §. fin. n. 67.*

### ad L. Utilium. 8.

*SUMMARIA.*

*AD utiles impenſas tenetur uxor, ſi ipſius voluntate factæ. n. 1.*

*Modo rem diſtrahere non compellatur. 2.*

*Tenetur etiam, ſi alias factura fuiſſet. 3.*

UTiles impenſas reſtituere tenetur mulier, ſi e- 1
jus voluntate ſunt factæ: nam alias mulier
compelleretur ad rem vendendam, ut impenſas
ſolvat, ſi aliunde ſolvere non poſſet. Ideoq; limi- 2
tant, hanc legem: ſi impenſis ſine diſtractione rei
dotalis ſolvere poſſit. *Menoch. lib. 2. arb. jud. qv. caſu. 258. num. 57.* vel mulier alias venditura fuiſ-
ſet. *Menoch. d. l. num. 64.* Sic etiam repetuntur 3
expenſæ ſi mulier alias factura erat. Conſiderantur enim expenſæ utiles perſpecta conditione Domini, & hic uxoris. Nam ſi uxori expedierit, ſunt utiles; ſi ob eas rem vendere cogatur, non ſunt utiles. conf. *l. 43. de act. empti l. ſ. ſervos 25. ff. act. pignor. l. ſed an ultro 10. §. 1. ff. de negot. geſt. Garcias de expenſ. c. 1. n. 30. & ſeq.*

ad

## ad L. Pro voluptuariis. 9.

*SUMMARIUM.*

*Voluptuariæ impenſæ qvomodo præſtandæ?*

MUlier non tenetur ad impenſas voluptuarias, pati tamen debet virum tollere, qvi voluptuarie qvid impendit, ſi ablatum viri commodo cedat; aliàs ſecus. *vid. Menoch. remed. 15. recup. poſſ. num 535. & l. 2. A. I. Q. caſ. 258. num. 76. Petr. Barboſ. ad l. 8. Divortio. § fin. part. 1. num. 89. in fin.*

## ad L. Qvod ſi. 10.

*SUMMARIUM.*

E*Xpenſæ voluptuariæ in re promercali pro utilibus habentur.*

SI res dotalis ſit promercalis, i. e. qvæ extra domeſticum uſum redundans venum proponitur, vel qvam uxor vendere voluit, tunc impenſæ voluptuariæ in eam factæ tranſeunt in utiles, qvia tanto pluris poſſunt vendi. *Menoch. d. caſu 258. numer. 77. & remed. 15. recup. poſſ. n. 533. & ſeq. Garcias de expenſ. c. 5. numer. 26. Struv. d. ex. 30. th. 62.*

## ad L. In voluptuariis. 11.

*SUMMARIUM.*

E*Xpenſæ voluptuariæ, licet conſenſu uxoris factæ, non repetuntur.*

IMpenſæ voluptuariæ extra caſus prædictos exactionem non habent, licet conſenſu mulieris ſint factæ, qvod hic ſpeciale, in aliis ſecus. *Menoch. d. caſu 258. numer. 76. & ſeqq. & remed. 15. recup. poſſeſſ. numer. 535. Barb. in l. 8. §. fin. p. 1. num. 89.*

## ad L. Omnino. 12.

*SUMMARIUM.*

*Ob modicas impenſas non datur repetitio.*

MOdicarum expenſarum reſtitutionem maritus petere non poteſt. Qvæ autem modicæ expenſæ ſint, judex arbitrabitur ex qvalitate perſonæ, & rei, & comparatione fructuum. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 215. num. 8. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. part. 2. n. 70. in fin. Barb. ad d. §. ult. n. 36. Tiraq. de judic. in rebus exiguis ferendo. n. 66. & ſim.*

## ad L. Ne qvis ſtipendium. 13.

*SUMMARIUM.*

M*Aritus conſtante matrimonio ad onera & collectas fundi dotalis tenetur.*

MAritus qvia percipit fructus rei dotalis, ad onera & collectas etiam obligatur. *hic & l. 27. C. de jur. dot. Weſenb. conſil. 103. n. 24. Peregrinus de fideicom. art. 50. n. 20. Klock. de collect. c. 11. num. 132.* id num. ſeq. limitat, ſcilicet conſtante matrimonio. *Garcias de expenſ. c. 13. n. 27. Pinell. d. part. 2. num. 72. Struv. exerc. 30. th. 59. Petr. Gregor. l. 9. Syntagm. c. 23. num. 2.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

I*Mpenſæ in fructibus colligendis factæ non repetuntur.*

IMpenſæ, qvæ directo ad fructus colligendos vel conſervandos fiunt, ferendæ ſunt marito; ſecus ſi ob perpetuam rei utilitatem neceſſario factæ: nam tunc reſtituendæ. *hic & l. 3. §. ſupra. eod. Garcias d. c. 13. numer. 39. & Barb. d. §. fin. part. 1. num. 28.*

# TITULUS II. De Actione Rerum Amotarum.

## Ad L. Rerum. 1.

*SUMMARIA.*

I*Nter conjuges, qvare actio furti locum non habeat? n. 1.*

*Inter conjuges nulla bonorum communio. 2.*

*Qvod in aliqvibus locis fallit. 3.*

1 INter conjuges qvidem fieri poteſt furtum; ſed furti actio non datur; qvia 1. ob ſocietatem qvaſi Domina uxor eſt, & 2. in honorem matrimonii turpis actio contra uxorem non eſt danda. *Gomez. tom. 3. reſolut. c. 5. n. 3. Molin. diſp. 686. num. 2. Farin. qv. crim. 174. n. 103. Carpzov. pr. crim. q. 82. 42.* Et ideo hæc actio eſt rei perſecutoria ex delicto.
2 *Bachov. de act. §. 5. th. 7. & ſeq.* Interim ex hac lege apparet, veram proprietatem & communionem bonorum inter conjuges jure communi non eſſe; ſed qvaſi communionem, i. e. fruitur maritus bonis uxoris, & hæc illius, ut Domina. Ideoq;
Dominam vocant Itali. Sed in qvibusdam locis 3
eſt vera communio, ut in Friſia, teſte *Sandio l. 2. tit. 5. def. 1.* & in Portugallia. Sed ea communio demum conſummato matrimonio, qvia communem laborem in acqvirendo ac conſervando præreqvirit. *Sande d. l.* Idem in matrimonio putativo tradit *Sande d. l. 5. Dn. 2.*

## ad L. Nam. 2.

*SUMMARIUM.*

*Ob injurias an inter conjuges detur actio?*

Ob

Digitized by Google

OB honorem matrimonii turpis vel famoſa actio contra conjugem non admittitur. Hinc maritum, ob injurias verbales contra uxorem agentem, repulſum fuiſſe refert *Sande d. l. 5. t. 8. def. 9.* Sed ſi aliqva injuria realis illata, potius in factum agendum. *Sande d. l.*

## ad L. Contra nurum. 6. §. 4.

*SUMMARIUM.*

*ACtio Rer. Amot. datur contra heredem, ſed in qvantum pervenit.*

COntra heredem mulieris hæc actio datur, ſicut etiam condictio furtiva; ſed hæc non datur in ſolidum, ſed qvantum ad eum pervenit, per *l. fin. C. h. t.* qvia ex delicto eſt, & ita illa comparatio non eſt per omnia intelligenda. *Bach. de act. diſ. 5. th. 8. & id. in Weſenb. l. c. Dn. Struv. exerc. 30. th. 66.*

## ad L. 8. §. fin. & L. ſeq.

*SUMMARIA.*

*JUramentum in litem qvare hic admittatur. n. 1.*
*Subditus, ut cibaria Domino vendat, compelli neqvit. 2.*

1 ADmittitur hic actor ad juramentum in litem,
qvia non æqvum eſt, ut qvis cogatur ſuam
rem ſuo, i. e. æqvo pretio vendere; ſed arbitrio
venditoris, qvi vendere hoc caſu, i. e. æſtimatio-
nem acceptare cogitur, aliqvid indulgendum
fuit, per *l. 9. Weſenb. hic n. 5. Dn. Struv. d. exerc. 30.*
2 *th. 67.* Ex argumento hujus legis, & ex *l. dudum*
*C. de contr. empt.* colligunt: non poſſe compelli
ſubditum, ut ſua cibaria Domino vendat. *Carpz.*
*p. 2. C. 51. def. 10. Rauchbar. p. 2. q. 22. Dn. Caſp. Manzius in cent. dec. qv. 12.*

## ad L. Marcellus. 11.

*SUMMARIA.*

*IN actione rerum amotarum deferri, ſed non referri poteſt juramentum. n. 1.*
*Heres hic jurare non tenetur. 2.*
*Super facto alieno interdum juramentum credulitatis exigitur. 3.*
*Qvod ab herede præſtatur. 4.*
*Maritus nomine uxoris agens aliqvando jurat. 5.*
*Credulitatis juramentum cautè deferendum. 6.*
*Ubi de damno alterius agitur, heres de credulitate jurare debet. 6.*
*Heres etiam juramentum purgationis ſuper credulitate præſtare poteſt. 8.*

1 QVi rerum amotarum actione experitur,
poteſt alteri deferre juramentum, ut juret,
ſe nihil amoviſſe. *§. 1. h. l.* qvod juramentum de-
latum referri non poteſt *§. ult.* qvia deferens non
habet ſcientiam facti alieni. *Carpzov. p. 1. conſt.*
2 *14. def. 10. & ſeq.* Et propter eandem rationem
nec hæres mulieris jurare tenebitur, qvia ini-
qvum eſt de facto alieno jurare. *§. 2. h. t. Petr.*
*Greg. lib. 37. ſyntagm. tit. 11. num. fin. Carpzov. p. 1.*
*juriſpr. for. C. 24. def. 1. Cravetta conſ. 203. & Me-*
*noch. lib. 2. A. Q. caſ. 289. num. 7. & ſeq.* qvod etiam
de juramento ſuppletorio affirmat *Berlich. p. 1.*
*concl. 55. n. 3.* Interdum tamen ſuper alieno facto 3
juramentum credulitatis exigitur, ut ſi qvis alie-
nam manum vel ſcripturam antiqvam recogno-
ſcere, aut jurato diffiteri debeat de qvo *Carpz. p.*
*1. dec. 38.* Sic etiam juramentum defuncto dela- 4
tum, & non recuſatum, præſtandum etiam hære-
di in foro Saxon. & qvoqve hæredis hæredi; ſed
cuiqve de credulitate. *Carpz. d. conſt. 24. def. 2. &*
*dec. 39.* Maritum etiam nomine uxoris agentem, 5
ſi ſcientiam rei habeat, ad juramentum compelli
poſſe, tradit *Dn. Mev. p. 5. dec. 410.* Hujus tamen 6
credulitatis juramenti delatio non temerè, nec
indiſcretè, ſed circumſpecto judicis officio fieri
debet, monente *Dn. Mevio p. 1. deciſ. 161.* Imo,
qvotiescunqve aliqvis cum alterius damno alias
locupletaretur, ſcientia & credulitas hæredis ex-
ploranda eſt, cum etiam probroſæ poſitioni qvis
reſpondere debeat, ſi alias locupletaretur alter
cum meo damno. *Petr. Peck. in c. locupletari. 48.*
*num. 3. ampl. 8. de R. I. lit. B.* Purgationis juramen-
tum ſuper credulitate ab hærede præſtandum.
*Carpz. p. 3. dec. 230. n. 16. & ſeq.*

## ad L. Sed & ſi. 19.

AMovens tenetur etiam de rebus, qvæ ad eum non pervenerunt; ut & ſi caſu res periit, repetenda æſtimatio. *l. 20.* & habetur ratio ejus qvod intereſt. *l. 21. §. 4. Dn. Struv. th. 67.*

## ad L. Rerum qvidem. 25.

*SUMMARIA.*

*ACtio rerum amotarum non datur conſtante matrimonio, ſed condictio ſimplex. n. 1.*
*Actio hæc datur ob rem divortii cauſa ablatam. 2.*
*An vel poſt matrimonium ſi qvid ablatum, datur condictio furtiva. 3.*

TRia ſunt reqviſita actionis hujus: 1. ut ſoluto 1
matrimonio inſtituatur: nam durante matri-
monio non hæc actio, qvæ aliqvo modo famam
mulieris ſugillat; ſed ſimplex condictio generalis
datur, qva jure gentium condicimus res, juſta
cauſa ab altera parte non poſſeſſas. *Dn. Struv. exerc.*
*30. th. 65.* vel datur actio in factum. *l. 2. C. h. t.* 2. Ut 2
res ſint amotæ cauſa & conſilio divortii, *h. & l. 11.*
*§. 1. h. t.* Licet utilis actio detur, qvando mortis
ſperatæ cauſa ſit amotio. *l. 21. h. t. pr.* 3. Ut conſtan- 3
te matrimonio facta ſit amotio. *arg. h. l. & l. 3. pr.*
*eod. Bach. d. diſp. 5. th. 7. Weſenb. diſp. 49. th. 4.* Ideo
ſi ante matrimonium vel poſt illud facta amotio,
datur condictio furtiva. *l. 3. & 17. h. t. Dn. Struvius*
*d. th. 65.*

### ad L. Si uxor. 28.

SI uxor rem viri commodatario ſurripuerit, isq; conventus fuerit, habebit furti actionem Huic legi derogatum putat per *l. ult. §. ult. C. de furt.* Wiſſenbach. *hic. th. 8.* ſed vide *Not. ad d. §. ult. in Comm. Cod.*

### ad L. Pen.

IN æſtimatione rerum amotarum reſpicitur, qvanti res valuit tempore amotionis, & qvanti plurimi poſtea valuit. *Petr. Barb. ad L. divortio. 8. §. fin. n. 63.* & conf. *notata ad l. ex argento. ſupr. de condict. furt.*

# TITULUS III.
# De agnoſcendis & alendis liberis vel parentibus, &c.

### Ad L. Senatusconſultum. 1.

*SUMMARIA.*

*FActo divortio, qvid uxori gravidæ faciendum. num. 1.*
*Citatio aliqvando ad domum ſufficit. 2. 3.*
*Uxor poſt divortium pariens, & non denuncians, partui præjudicat. 5.*
*Sed ſi denunciet, præjudicat marito. 6.*

1 MUlier prægnans tenetur intra 30. dies à divortio computandos. *de qvo Tiraqv. de retr. conſangv. §. 1. gloſſ. 11. num. 57.* denunciare marito ipſi, aut ad domum, ſe gravidam eſſe ex marito.
2 Unde colligunt Dd. citationem ad faciem non ſemper reqviri; ſed ſufficere, ſi ad domum fiat. vid. *Not. ad l. 4. §. 5. ff. damno infecto, & in pro-*
3 *ceſſu meo civili cap. 3. n. 32.* Plerisq; autem hæc verba textus *aut ad domum denunciare* intelligunt non de electione; ſed ordine, per alleg. *Vantii in tr. de nullitat. tit. ex defectu citat. n. 83. Tiraqv. de retr. conſangv. §. 9. gloſſ. 2. per tot. & qvos citat Hillig. lib. 23. c. 2. lit. E. Carpz. in proc. tit. 7. art. 1.*
4 *num. 61. & ſeq.* Per domum autem hic hoſpitium
5 intelligitur. *§. 2. h. l.* Qvod ſi uxor poſt divortium pariat, & non denunciet intra 30. dies, præjudicat partui qvoad ſtatum, ſalvo tamen judicio or-
6 dinario. *§. 4. h. l.* Sed ſi denunciet, & maritus non miſerit cuſtodes, tenetur partum cognoſcere, & ad id compelli. *Barb. part. 1. rubr. ff. ſolut. matr. num. 18.*

### ad L. Necare. 4.

*SUMMARIA.*

*NEcare & alimenta denegare idem eſt. n. 1.*
*Pœna exponentis infantem. 2.*
*Infans expoſitus à qvo alendus? 3.*

1 NEcare videtur is, qvi alimenta debita denegat. *Coler. de alim. lib. 1. c. [illegible] n. 19. vid. ar-*
2 *tic. 132. conſt. crim. Carol. V.* Et ideò capite plectendus, qvi non miſericordiæ prætereuntium, ſed in ſolitudine infantem expoſuit, unde mors ſecuta. arg. l. noſtræ, & per *d. art. 132. Bart. hic. Boſſius tit. de homicid. n. 7. Carpz. pr. crim. qv. 10. num. 5. & ſeq. Wiſſenb. d. diſp. 49. th. 13. Finckeltb. obſ. 86. n. 5. & ſeq.* A qvo verò alendus infans? 3
Reſp. Civitati vel pago id oneris ſolent imponere. *vid. Surdus tit. 1. qv. 81. Mollerus l. 4. Semeſt. c. 45. Sandius l. 2. dec. 8. def. 4. Wiſſenb. d. l.* Sed de conſvetudine illud Magiſtratui ſupremam juriſdictionem habenti competit. *Finckeltb. d. obſ. 86. num. 46.*

### ad L. Si qvis. 5.

*SUMMARIA.*

*PArentes liberos alere tenentur. n. 1.*
*Etiam emancipatos. 2.*
*Emancipata filia ex æqvitate dotanda. 3.*
*Avus ad alimenta nepoti tenetur. 4.*
*Etiam naturalis pater alere tenetur. 5.*
*Qvod & intra primum triennium procedit. 6.*
*Alimentorum qvantitas officio judicis determinanda. 7. & 19.*
*Pater qvoq; neceſſaria ad diſciplinam, ſed non æs alienum præſtat. 8.*
*Pater etiam ab impubere filio alendus. 9.*
*Mater in ſubſidium tenetur. 10.*
*Pater filios ſeparatos qvoq; alit. 11.*
*Filio ſe ipſum alere valenti, non debentur alimenta. 12.*
*Mendico valido nihil dandum. 13.*
*Naturalis filius usq; ad 12. annos alendus. 14.*
*Filio locupleti in nominibus danda alimenta. 15.*
*Alimentorum impenſæ vel in annos vel in una ſumma præſtantur. 16.*
*Transactio de alimentis cum matre non nocet partui. 17.*
*Heres ſtupratoris tenetur qvoq; ad alimenta partui. 18.*
*Qvid ſi plures adſint ſtupratores, an unus ad alimenta teneatur. 20.*
*De filiatione ſummariè conſtare debet, anteqvam aſſignentur alimenta. 21.*
*Sed hoc non præjudicat actioni principali. n. 22. 23.*
*Si ſuper impragnatione dubitetur, interim condemnari poteſt ſtuprator ad alimenta. 24.*
*Exceptio in proceſſu ſummario rejecta, in executione opponi poteſt. 25.*

*Filio, qvi exheredationem meruit, alimenta non de-
bentur. 26.*
*Heredes filii an patrem alere teneantur. 27.*

1 TOta hæc lex loqvitur de alimentis, parenti-
bus & liberis debitis: Eſt ergo regula: paren-
tes teneri ad alimenta liberis præſtanda, & con-
2 tra. Qvæ regula ampliatur in §.1. I. In liberis
emancipatis; qvia ſangvinis vinculum eman-
cipatione non tollitur. *Coler. in Tr. de alim. lib. 1.*
3 *cap. 5. Surd. de alim. lib. 1. qv. 1. num. 22.* Ex qvo
colligunt, patrem etiam teneri emancipatam fi-
liam dotare. Sed non eſt firmum ab alimentis ad
dotem argumentum. *Bach. in tr. diſp. 7. th. 2. lit. H.*
Ideoq; hoc negant *Coll. Argent. ad tit. de jure dot.
th. 5. n. 3. Perez. ad tit. de dotis promiſſ. n. 6.* Sed
æqvius tamen eſt, parentem cogi ad dotem dan-
dam filiæ emancipatæ, cum alias eam alere te-
neatur; & malitiis qvorundam parentum indul-
gendum non eſt, & in dubio alimentorum & do-
4 tis idem favor eſt. II. Ampliatio in avo non tan-
tum paterno, ſed etiam materno. *§. 2. h. l.* Ut qvi-
dem avus paternus primario; ſed maternus in
ſubſidium teneatur. *Surd. d. tr. tit. 1. qv. 16. Coler.
lib. 1. & 8. Carpz. part. 2. juriſpr. conſt. 10. def. 21.*
5 III. In filiis ſpuriis, qvos mater & avus maternus
alere tenentur. *§. 4.* Scilicet niſi pater naturalis
alimenta conſtituerit, aut non ſufficientia: nam
præcipuè hic tenetur, licet infans adhuc in trien-
6 nio ſit. Nam pater, licet lacte materno utatur
infans, tamen de aliis ſumptibus ipſi proſpicere
debet. *Coler. de alim. c. 6. n. 5.* ubi ita judicatum
refert, *Finckelth. obſ. 102. n. 16. Carpz. l. 3. juriſpr.*
7 *Eccl. D. 81.* IV. Ut poſſint alimenta ex officio ju-
8 dicis conſtitui pro modo facultatum. V. Ut te-
neatur pater ad omnia neceſſaria, ad vitam, &
diſciplinam. *§. 12.* de qvo *Col. lib. 1. c. 1. Surd. tit.
4. q. 1. & ſeq. Enenckel. Baro priv. parent. 7. c. 2.*
9 non verò æs alienum. *§. 16. h. t.* VI. Ut parens
10 etiam ab impubere filio alatur. *§. 13.* VII. Ut ma-
ter etiam compellatur, *§. 14. h. t.* in ſubſidium ſi
pater non poſſit vel abſit. *Carpz. l. 2. juriſpr. Eccl.*
11 *diſp. 242. & ſeq.* etiam militis *§. 15. h. t.* VIII. Ut
teneatur pater præſtare, licet liberi apud matrem
ſeparatim educentur. *l. un. C. divortio facto apud*
12 *qvem. Novell. 117. c. 7. Carpz. p. 3. dec. 29.* Limitat
autem I. Si filius ſeipſum poſſit exhibere, v. gr. ex
artificio. *§. 7. h. t. Surd. de alim. tit. 7. qv. 6. Tren-
tac. l. 1. tit. de alim. reſol. 2. n. 11. Carpz. p. 2. dec.*
13 *173. n. 27.* Unde etiam probant mendico valido
non eſſe dandas eleemoſynas. *Carpz. juriſpr. Eccl
l. 2. diſp. 324. n. 13. vid. Not. ad tit. Cod. de mendicis
validis. & Dn. Fritſchium in peculiari tractatu.*
14 Exinde etiam colligunt, patrem naturalem, filio
naturali vel filiæ ad duodecimum annum ætatis
præſtare debere alimenta. *Berlich. p. 5. concl. 38.*
15 *num. 48. Finckelth. obſ. 102. num. 19.* Sed qvid ſi
filius locuples qvidem, ſed nominibus? Hic filiis
& filiabus ex feudo etiam paterno deberi ali-
menta, tradit *Carpzov. p. 2. dec. 174.* nam ex no-
minibus nemo ſaturatur. Promitti autem ali- 16
menta ſolent, vel ſecundum annos ſingulos, vel
in una ſumma ſemel pro ſemper, ſi interea in-
fans moritur, hoc caſu matrem acqvirere, non
illo, tradit *Finckelth. d. obſ. 102. num. 25.* Sed qvid 17
ſi ſtuprator pro alimentis certam ſummam matri
pro infante ſolvat, & mater mortua nihil relin-
qvat in bonis? Reſp. tum patri omninò incum-
bere onus alendi infantem, usqve ad 12. annum
puto: nam transactio cum matre, infanti non
poteſt præjudicare. Sed qvid ſi etiam ſtuprator 18
ſit mortuus, an heredes ejus, ſatisfactione matri
facta, tenebuntur infanti à matre relicto alimen-
ta præſtare? Reſp. Omninò, ex bonis defuncti:
nam debitum hoc eſt naturale, ad qvod etiam
heredes tenentur. Qvantitas autem alimento- 19
rum arbitrio judicis committitur. *Menoch. l. 2. de
arb. jud. qv. caſu 169. n. 9.* puta 20. thal. pro con-
ditione ſtupratoris. Si autem plures concubue- 20
rint, fornicator unus ad alimenta non tenetur.
*Carpzov. lib. 3. juriſpr. Eccl. diſp. 81.* Sed favor ali-
mentorum mihi perſvadere videtur, in dubio
hoc confeſſum teneri usqve dum de aliis etiam
conſtet, qvo caſu omnes conferent, ſi cæteri non
adſint, poterit compelli confeſſus, ut præſtet ali-
menta integra, præſertim ſi mater alendis liberis
par non ſit. II. Debet conſtare ſaltem ſummarie 21
per unum teſtem de ſtatu, qvod ſit filius, niſi in
poſſeſſione filiationis ſit. *Gratiam. tom. 2. diſcept.
for. c. 236. num. 43. Trentac. lib. 1. de alim. reſol. 1.
num. 48. Coler. lib. 1. de alim. c. 2. num. 68. Viv.
dec. 423. num. 13.* Qvæ tamen ſummaria cognitio 22
non præjudicat parenti de ſtatu filii acturo,
qvàm de alimentis, fertur ſententia *§. 9. h. l. vid.
Donell. & ibi Hillig. lib. 12. c. 4. lit. O.* Nam qvæſtio 23
incidens de alimentis eſt ſummaria, & contenta
eſt levioribus probationibus & præſumptionibus.
Ideoq; talis ſententia de alimentis eſt tantùm
proviſionalis, & poſtea nihilominus de filiatione
in ordinario judicio agi poteſt, non obſtante illa
ſententia proviſionali. *l. 7. h. t. Surdus tr. de ali-
ment. t. 1. qv. 126.* Ideoqve qvando mater impræ- 24
gnata agit ad alimenta, negante licet patre fœ-
tum ſuum eſſe, ſæpe ſolent in judiciis ob præ-
ſumptiones urgentes interim alimenta ex bonis
patris præſumptivi decerni; qvod etiam menſe
Septembr. anno 1657. in Facult. noſtra factum.
Unde probatur ex *d. §. 9.* Si exceptio reje- 25
cta in proceſſu ſummario vel executivo, eam
in foro Saxonico in reconventione adduci
poſſe, ut in exceptione ſimulationis ali-
qvando judicatum fuiſſe, refert *Berlich. p. 2.
deciſ. 271.* III. Non præſtanda ſunt alimenta 26
filio, qvi patrem detulit. *§. 11. h. t.* Ex qvi-
bus enim cauſis exheredari poteſt filius, ex
his etiam cauſis alimenta ei denegari poſſunt,
*Surdus d. tr. tit. 7. quaſt. 1. Mind. de proceſſ. lib. 2.
c. 54. num. 6. Menoch. l. 4. præſumpt. 189. num. 30.
Molina de jure primogen. l. 2. c. 16. num. 1. & ſeqq.*

*Spino*

*Spino in ſpecnlo teſtam. gl. 20. n. 66.* IV. Non ſunt præſtanda alimenta ab heredibus filii, niſi pater ſumma egeſtate laboret. *§. 17. h. t.*

### ad L. In bonis. fin.

*SUMMARIA.*

*Libertus Patrono ſaltem in caſu inopiæ ſummæ ad alimenta tenetur. n. 1.*

*Eccleſia tali caſu etiam Patronum ſuum alere tenetur. 2.*

*Paupertas tamen hic talis reqviritur, qvæ infirmitatem habet conjunctam. 3.*

1 Libertus Patrono alimenta præſtare non tenetur; niſi in caſu infirmitatis & paupertatis. Ideoqve etiam Eccleſia patrono ſuo ad incitas re- 2
dacto, alimenta ſubminiſtrare tenetur. *Can. contra ſanctorum 29. & c. qvicunq; 30. cauſa 16. q. 7. & c. 25. X. de jure patronatus*, de qva materia noviſſimè pluribus agit *Finckelthuſ. in tract. de jur. patron. cap. 6. n. 163. & multis ſeqventibus.* Non adeò mihi videtur laborandum eſſe in definiendo paupere. Nam licet qvis neqvidem 50. nec 3
40. nec 30. nec 20. in bonis habeat, non tamen pro paupere habendus, nec ab Eccleſia alendus, ſed qvi infirmus eſt & pauper, ut ex hac lege probatur, i. e. ut ſibi qvotidiano labore victum qværere non poſſit. Nam ſi poſſet, putarem, patronum laborem qvotidianum ſubire cogendum, non attenta dignitate; nam præſtat labore manuum ſe ſuſtentare, qvàm Eccleſiæ gravem eſſe.

## Titulus IV.
# De inſpiciendo ventre cognoſcendoqve partu.

### Ad L. Temporibus. 1.

*SUMMARIA.*

*Ratio hujus Edicti proponitur. n. 1.*

*Partus ſuppoſiti pœna remiſſivè. 2.*

*Solennitates h. l. hodiè non obſervantur. 3.*

*Obſtetrices debent eſſe juratæ. 4.*

*Qvale verò præſtent juramentum 5.*

*Qvomodo verum ſit: ſententiam judicio peritorum latam, non tranſire in rem judicatam. 6.*

*Mulier, ut ſuppoſitionis ſpeciem evitet, graviditatem denunciare debet. 7.*

*Intereſſe principale conſiderandum, non ſecundarium. 8.*

*Sententia contra Prælatum lata, nocet ſucceſſori. 9.*

*Omiſſio modicæ ſolennitatis, non vitiat actum. 10.*

1 Totius hujus Edicti ratio *in §. 13.* habetur, qvod publicè interſit, partum alienum non ſubjici, ut ordinum & familiarum dignitas con-
2 ſervetur. Et ideò etiam ſervus heres inſtitutus audiri debet, graviſſimaqve partus ſuppoſiti ſtatuta eſt pœna, de qva *Farin. qv. crim. 150. part. 10. & Carpzov. pr. crim. qv. 93. ſub. q. 2. Molina tr. 3. D. 701.* tranſeam cætera, qvæ plana ſunt, & lectio-
3 nis ſaltem. *In §. 10.* recenſetur Edictum & ſcrupuloſæ ſolennitates, qvibus non amplius uti-
4 mur. Sed qværitur, an obſtetrices debeant juramentum præſtare, qvod affirmandum puto, per *l. 6. §. his illud. C. de ſecund. nupt. l. comparationes 20. de ventre inſpic. Novell. 49. c. 2. in fin. & Novell. 64.* Qvod ita intelligunt, ut, ſi ſuper re ſen- 5
ſu perceptibili periti & artifices deponant, veritatis juramentum teneantur præſtare; ſi ſuper re intellectu perceptibili, de credulitate jurent. *Farin. qv. 74. n. 99. & ſim.* conf. *Hartm. Piſt. obſ. 77. & Wiſſenb. D. 49. th. 19.* Et in his rebus, qvæ 6
intellectu partim, partim ſenſu deprehenduntur, ut qvod mulier prægnans ſit, verum eſt illud; qvod ſententia judicio peritorum lata, ex credulitate potius, qvàm ex certâ ſententia animi, nunqvam tranſeat in rem judicatam, donec veritas appareat.

*Ad §. pen.* Denunciare debet mulier, qvod 7
gravida ſit, ne alias præſumptio oriatur partus ſuppoſiti. *§. pen. h. l. Maſcard. concl. 1152. n. 17. Farin. d. q. n. 259. Menoch. lib. 5. præſ. 24. n. 19.* His autem tantum denunciandum, qvos proxima ſpes ſucceſſionis contingit, ut primo gradu inſtitutis. Ex qvo colligunt Dd. regulam; qvod ſemper con- 8
ſiderandum ſit intereſſe principale & non ſecundarium. *Balb. in tr. de præſcr. part. 1. qv. 1. quæſt. 5. pr. n. 20.* Colligunt etiam ſententiam latam 9
contra Prælatum nocere ſucceſſori, per allegata *Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 48. p. 322.*

*Ad §. fin.* Omiſſio modicæ ſolennitatis actum 10
non vitiat *§. fin. Alb. Brunus de ſtat. excludent. fœm. art. 9. num. 106. Socinus conſ. 11. num. 4. lib. 4. Vasq. de ſucceſſ. creat. §. 9. num. 9. Tiraq. in tr. de judic. in rebus exig. concl. 2. conf. Barboſ. locupl. lib. 17. c. 37. axiom. 1. limit. 1.*

## Titulus V.
# Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio ad alium dolo malo translata eſſe dicatur.

### Ad L. Hoc Edicto. 1.

*SUMMARIA.*

*MUlier doloſè ſe gravidam dicens, & poſſeſſionem in alium transferens, ad qvid teneatur. n. 1.*
*Annon ſufficiat rei vindicatio. 2.*
*Poſſeſſor manu militari expelli poteſt. 3.*
*Aliqvando ordinarium remedium ſufficit. 4.*

1 QVia Prætor matri gravidæ poſſeſſionem
committit; ne aliis prædæ occaſionem da-
ret; ideò ſi mulier doloſè ſe gravidam dixe-
rit, & poſſeſſionem acceptam in alium trans-
2 tulerit, Edictum qvanti intereſt datur con-
tra mulierem; Et non videbatur ſufficere rei
vindicatio; qvia poſſeſſor novus, ſi bona fide
poſſedit, de conſumptis non tenetur; ſi mala fi-
de, forte non eſt ſolvendo. *§. 3.* Prætoria autem 3
poteſtate, vel manu militari ejiciendus poſſeſſor
non eſt. *§. 2. h. l.* Licet *in l. 3. pr. ff. ne vis fiat ei.* 4
utrumqve remedium proponatur, qvia ibi ex-
pulſio & prohibitio interceſſit, hic verò nihil ho-
rum eſt; cur ergo manu militari ejiceretur,
qvi nec ex contumacia, nec rebellione intravit:
Ergo ordinarium remedium ſufficit *Zaſ. in l. 1. §. hoc edicto. n. 4 ff. ne vis fiat ei. &c. & part. 2. Antinom. n. 11. tom. 5. p. 80. Menoch. remed. 1. retin. poſſeſſ. n. 14.*

## TITULUS VI.

## Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur.

### Ad L. Si de poſſeſſione. un.

*SUMMARIA.*

*ACtionis contra mulierem doloſè ſe gravidam dicentem, & ob id miſſionem adeptam, natura. num. 1.*
*Effectus miſſionis ventris in poſſeſſionem. 2.*
*Judicis facilitas retractandi decreta juſtificatur ex facilitate in decernendo. 3.*

1 QVando mulier doloſè ſe gravidam eſſe dixit,
& miſſionem impetravit, qvia Prætorem
fefellit, ideò ei, cujus intereſt, ſcil. ſubſtituto vel
coheredi, vel ab inteſtato ſucceſſuro datur actio,
qvâ repetitur poſſeſſio, ut & alimenta ab uxore
percepta. *Oldendorp. claſſ. 5. act. 12.* qvæ aliàs non
reſtitueret, ſi non per calumniam intraſſet. *§. 17.*
Nam miſſio ventris in poſſeſſionem tribuit jus 2
alimenta percipiendi. *Coler. de alim. lib. 1. c. 2. n. 57. & de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. num. 34.* et-
iamſi mulier donationem propter nuptias ha-
beat. *Modeſt. Piſt. p. 4. qv. 170.* Et colligitur ex 3
*§. 1.* ſicut judex facilis fuit in decernendo, ita &
facilem eum eſſe debere in retractando decretum,
ſine juris ordine publicatum. *Joſeph. Ludov. dec. 47. n. 22.*

## TITULUS VII.

## De Concubinis.

### Ad L. Qvæ in concubinatu. §. 1.

EX hoc *§.* colligitur, qvod etiam jure Civili ex concubinatu oriatur qvædam qvaſi affinitas.

### ad L. In concubinatu. 3.

*SUMMARIA.*

*COncubinatus de jure Can. non approbando permiſſus eſt. n. 1.*
*An reipſa differat à matrimonio. 2.*
*Jure divino & Receſſ. Imp. prohibitus eſt. 3.*

SIne expreſſa conteſtatione ingenuam pro con-
1 cubina habere non licet. Sed jure Cano-
nico improbari concubinatum Dd. communiter
ſtatuunt, licet permitti videatur *C. 2. diſtinct. 34.*
ex decreto concilii Toletani, ubi concubinatus
moribus iſtius ſeculi toleratus potiùs, qvàm ap-
probatus videri poſſit, & reipſa concubinatus, 2
qvi dicitur, matrimonium eſt; licet non ſolenni-
ter contractum. Probatur hoc *ex c. 5. & 6. cauſa*
*32. qv. 2.* Jure divino etiam prohiberi dubium 3
non eſt, qvatenus legitimo matrimonio opponi-
tur. *Et in reform. polit. de anno 1548. tit.* von leichtfertiger Beywohnung. *& de anno 1577. tit. 26.* vid. *Gerh. de conjug. §. 558. Carpz. juriſpr. Eccl. lib. 2. def. 235. Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 16. th. 3. lit. A. Zaſ. h. l. n. 2.*

LIBRI

# LIBRI XXVI.

## Titulus I.

## De Tutelis.

### Ad L. Tutela. 1.

*SUMMARIA.*

*Tutelæ deſcriptio, ejusqve ſuccincta declaratio. num. 1.*
*Ratio cur mutus & ſurdus tutores eſſe non poſſint. 2.*
*Tutor ex poſt facto mutus, an deſinat ipſo jure eſſe tutor. 3.*

1 HIc habetur Definitio tutelæ, qvod ſit vis
ac poteſtas in capite libero (hoc eſt, in
perſona, qvæ non eſt in patria poteſtate,
ſed ſui juris) ad tuendum eum (hic eſt finis, & ſic ob utilitatem pupilli conſtituta) qvi propter ætatem (impuberem) ſe defendere neqvit, jure Civili (qvæ eſt cauſa efficiens) data (immediatè à lege, vel legis executore, judice) ac permiſſa (ſcil. teſtatori;) qvam ulterius explicatam vide *apud Donell. lib. 3. c. 1. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 8. th. 1. Guttier. de Tutelis l. 1. c. 1. Paulus Montan. de Tutelis. c. 2. & ſeqv. Wiſſenbach. d. 50. th. 1.*
2 *Ad §. pen. & ult.* Mutus & Surdus tutores dari
non poſſunt. *Montan. c. 23. n. 24. Guttier. part. 1.
c. 7. n. 3.* Ratio eſt, qvia mutus autoritatem interponere non poteſt, nec ſurdus interrogari. *Mont.*
3 *c. 30. num. 25.* Et ſi ex poſt facto Tutor fiat mutus,
non debet in tutela manere, nec tamen ipſo jure deſinit; ſed alius ipſi ſubſtituendus; ut poſt multas rationes concludit *Montan. de Tutel. c. 9. num. 42.*

### ad L. Qvi habet. 3. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Ratio, cur minorenni furioſo, intuitu minorennitatis detur curator. n. 1.*
*Teſti qvando in dubio maximè credatur. 2.*
*Minorenni, non petenti ſibi curatorem in fraudem agentis, qvomodo reſtituatur à judice curator. 3.*
*Tutor cum pupillo litigaturus, qvomodo petat curatorem pupillo, ad validandum judicium. 4.*
*Qvid hodiè per* Ordin. Polit. Imp. Imp. *5.*
*Minor indefinitè curatorem petens, ad omnes res petere cenſetur. 6.*
*A qvo judice ad certam cauſam petatur curator. 7.*

1 SI minorennis ſimul ſit furioſus, illi datur curator, non ut furioſo, ſed minorenni, & ſic magis ætati, qvàm dementiæ conſulitur. *Mont. de Tutel. c. 28. n. 10.* Ratio eſt, qvia, qvando cauſa naturalis & accidentalis ad unum effectum concurrunt, tunc illa potius attendenda eſt; qvam regulam ex textu communiter colligunt *Hier. Verius in rep. legis, ex facto. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. n. 202. Menoch. l. 2. A. q. caſu 201. n. 69. Barboſa locupl. lib. 12. cap. 3. axiom. 3.* Et teſti in dubio 2
magis creditur, ſi deponat ſecundum ordinem naturæ. *Anton. Fab. l. 5. tit. de Teſtibus concl. 4. n. 79. Riminaldus vol. 3. conſ. 261. n. 84.* Et ſic deſinit hæc curatela virili ætate, non demum reſipiſcentiâ. *Donell. lib. 3. c. 18. lit. C. & ibi Hillig.* contra *Ant. Fabrum.* hunc textum defendit.
*Ad §. 2.* Minor ipſe petere ſibi debet curato- 3
rem, ſi autem in fraudem ejus, qvi contra minorem agit, hoc differat, & curatorem non petat, judex ad inſtantiam actoris mandare poteſt minori, ut intra certum terminum compareat, nominaturus curatorem ad litem, qvo non comparente neqve curatorem nominante, Judex ex officio curatorem dabit, ne ex morâ & contumacia minoris, judicium magno actoris incommodo diu in ſuſpenſo maneat. *Afflict. deciſ. 156. Marant. p. 4. Specul. diſtinct. 16. n. 36. Gail. lib. 2. obſ. 108. n. 3. Montan. c. 28. n. 71.* Idem ſi cum tutore
lis Nam tunc is, qvi in judicio cum pupillo con- 4
tendere vult, ad validandum judicium, vocatis conjunctis, adfinibus & amicis patris pupilli, Tutorem à judice pupillo dari, petere poterit.
*Montan. d. tr. c. 17. n. 9. & ſeqq.* Licet judex ex 5
officio tutorem conſtituere poſſit, per *Ordinationem Politicam Imperii.*
*Ad §. fin.* Si minor petat curatorem indefinitè 6
non additâ certâ cauſâ, ad omnes res datus videtur. Sed ſi ad certam cauſam ac litem petatur, tunc 7
debet id peti ab eo judice, ad qvem cauſæ illius cognitio pertinet. *l. ult. §. 1. C. de Admin. tut. Berlich. p. 2. concl. 18. num. 3. Carpz. p. 2. Juriſpr. c. 15. d. 72. Dn. Franzk. lib. 1. dec. 17. n. 50.* conf. *alleg. infr. ad l. 12. tit. ſeq.*

### ad L. Muto. 6. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Tutoris datio reſpuit conditionem & tempus. n. 1.*
*Limitatur, ratione conditionis tacitè inexiſtentis. 2.*
*Conditio, qvæ aliàs actui ineſt, expreſſa, qvid operetur. 3.*
*Satisdatio ubiq; à magiſtratu peti poteſt. 4.*
*Tutoris datio an ſit Imperii vel jurisdictionis. 5.*
*Tutoris datio hodiè competit cuilibet magiſtratui competenti. 6.*

*Judex domicilii habet tutoris dationem, licet alibi bona ſita ſint. 7.*

*Patre vivente, filio non datur tutor, ſed curator, ſi opus eſt. 8.*

1 TUtor & curator à Judice ſub conditione dari
non poſſunt, qvia datio Tutoris eſt actus le-
gitimus, qvi tempus & conditionem reſpuit.
2 *Gutier. de Tutel. p. 1. c. 11. n. 6.* Sed hoc de con-
ditione, qvæ alias tacitè ineſt dationi tutelæ, v. gr.
ſi ſatisdederit, non eſt intelligendum. *Peregrinus de
Tutel. qv. 2. n. 41.* qvia conditio, qvæ ineſt actui,
ſi exprimatur, nihil operatur, niſi admonitionem,
& actum conditionalem non efficit. *Gutier. de
Tutel. d. c. 11. n. 8. & 9. Mont. c. 10. num 8. & ſeq.*
3 Unde conditionem in Reſcriptis adhibitam (ſi
idoneus eſt) non ſanare conditionem, ſed admo-
nitionem, qvia exprimitur illud, qvod tacite ineſt.
*Natta tom. 2 conſ. 529. n. 26.* conf. *not. ad l. 3 de*
4 *Leg. 1. & ad l. 99. de cond. & dem.* Satisdatio au-
tem multis in curiis non freqventatur, qvamvis
ubiq; ſiqvidem videatur Magiſtratui, injungi poſſit.
*Sande lib. 2. def. 9.*

5 *Ad §. 2.* Tutoris datio hic negatur eſſe Juris-
dictionis vel Imperii, ſed ex conceſſione Legis,
conſtitutionis Principis, aut SCti. Prætor non
ideò tutorem dat, qvia Prætor, ſed ex L. Attilia.
Sic etiam magiſtratus municipales dant, non
qvatenus tales, ſed qvia iis lex dedit. *conf. l. 5.
Myſ. c. 24. n. 6.* Eſt tamen juriſdictionis ſpecialis,
& coactio tutorum eſt mixti Imperii. *vid. Wiſſenb.
d. l. th. 2. Marius Salomon. in rep. l. 1. n. 4. ff. de Offi-*
6 *cio ejus &c.* Sed hodie qvilibet Magiſtratus com-
petens pupillis tutores conſtituere poteſt, ut ita
controverſia illa Doctorum, an datio tutoris ſit
jurisdictionis actus, an imperii, ſit inanis, per *Ord.
Pol. Anno 1548. tit. 31. §. 1. & de Anno 1577. t. 32.*
7 *Joh. Frenc. Balth. tit. 5. reſ. 2. n. 2.* Etſi pupillus
alibi domicilium, aut domicilio nondum con-
ſtituto, originem habeat, alibi verò bona, ille ju-
dex dabit tutorem adminiſtrantem per alios, et-
iam bona alibi ſita. *Balth. d. l. n. 3.*

8 *Ad §. fin.* Patrè vivente non datur filio tutor,
qvod ex definitione tutelæ patet, ſed ſubſtantiæ
tantum datur curator, patre abſente, capto, &c.
*Dn. Mev. p. 4. dec. 94.* Si etiam pater nolit ad-
miniſtrare bona filii, ad illas res ac negotia datur
curator. *Mont. d. tut. c. 3. n. 60.* Idem, ſi filius
conveniatur in re non pertinente ad patrem, ut in
actione mandati, vel criminali, vel in cauſis be-
neficialibus. *Mont. d. c. 3. n. 61.*

## ad L. Si filiusfam. 7.

### SUMMARIA.

*PAter conſentiens filioſam. tutori dato à judice, in ſolidum tenetur pro filio. n. 1.*

*An &, ſi filius tutor teſtamentarius. 2. & 3.*

1 SI Pater conſentiat Filioſam. tutori dato à Ju-
dice, in ſolidum tenetur pro filio; conſenſiſſe
autem videtur, ſive geſſit, ſive gerenti filio con-
ſenſit, non autem, ſi ſimpliciter admonuit. Aliud 2
autem teſtamentariá tutela, ubi pater tenetur de
peculio tantum, vel de in rem verſo. *Pacius cent.
5. qv. 76. Mant. 39. n. 201. & ſeq. Hieron. Verius
in rep. rubr. d. V. O. n. 190. Petr. Barb. in L. ſi cum
dotem 23. §. Transgrediamur. n. 12. ff. ſol. matr.
Zaſ. ad tit. de Fidejuſſ. tut. n. 3. Duar. de Tutel. c. 3.
in f.* Licet diſſentiat qvoad teſtamentariam, & 3
hanc à dativâ non eſſe ſeparandam, dicat *Wiſſenb.
d. 50. th. 3.*

## ad L. In eos. 9.

### SUMMARIA.

*IN qvos extra ordinem animadvertatur. n. 1. 2. 3. & 4.*

*An ex h. l. colligi poſſit, in tutelâ non admitti transactionem. 5.*

*An &, non poſſe à ſuperiore ſalarium conſtitui tutori. 6.*

SEnſus legis planus eſt, qvod extra ordinem in 1
eos animadvertatur, qvi 1. nummis datis oc-
cuparunt tutelam. Id enim feciſſe præſumuntur,
ut de bonis pupilli ſuffurentur & ditefcant. *Mer.
conſ. 229. n. 34.* Vel 2. qvi pretio acceptô operam 2
dederunt, ut non idoneus daretur, ut qvi pre-
tium dedit in lite cum pupillo, eundem cum ſuo
tutore faciliùs ſupplantare poſſet, vel 3. qvi mi- 3
nus ſcripſerunt in Inventario de bonis pupilli,
reliqva in ſuam utilitatem verterent, vel 4. evi- 4
denti fraude bona pupillorum alienarunt. Unde 5
apparet, non poſſe colligi in Tutelâ non admitti
transactionem, ut ex hâc lege colligit *Romanus
ſing. 471. & Blancus de compromiſſis q. 4. cauſa* 11.
Nec poteſt colligi ex hoc textu, non poſſe à ſupe- 6
riori ſalarium tutori conſtitui, contra *l. 33. §. ult.
ff. de Admin. tut. Menoch. d. conſ. 229. n. 35.*

## ad L. Etiam. 10.

### SUMMARIA.

*AN & à qvo non municeps poſſit tutor conſtitui municipi. n. 1.*

*Intellectus* h. l. 2.

MUnicipi etiam non municeps dari poteſt 1
tutor, ſcilicet in teſtamento, vel conſen-
tiens, aut à Præſide, non verò à Magiſtratu mu-
nicipali, cum illi in non municipalem nulla
competat Jurisdictio. *Pac. d. cent. 5. qv. 70.* Sed ſi
Præſes det utiq; etiam non-municipi datur. Vi- 2
detur itaq; mihi intelligenda lex de eo caſu, qvo
judex municipi vel ſubdito ſuo dat tutorem ex-
traneum conſentientem. *Mont. c. 23. num. 34.* vel
per ſubſidium; qvod poſterius hodie ſæpè fit,
præſertim ubi diverſæ ſunt jurisdictiones, colle-
gia eccleſiaſtica, Aulæ Principum, &c. Principa-
liter autem reſpicienda perſona pupilli, an in
hanc judici jurisdictio competat. *Montan. c. 20.
num. 22.*

*num. 22. Franzk. d. Reſol. 17. num. 4. Tuſch. concl. 431. lit. P. Wiſſenb. d. 4. h. t. Joh. Franc. Balthaſar tit. 5. reſol. 2.*

## ad L. Solet. 13.

*SUMMARIA.*

*Tutorem habenti qvando tutor, qvando curator detur. n. 1.*
*Tutor adjutorem actori conſtituit ſuo periculo. 2.*

1 TUtorem habenti Tutor interdum datur, in-
terdum curator. Hic propter adverſam tu-
toris valetudinem vel ſenium; Ille verò, qvando
impedimentum eſt perpetuum, & tale qvod tu-
torem inidoneum reddat, non tantum ad admini-
ſtrationem, ſed etiam autoritatem præſtandam.
*Guttier. lib. 1. c. 19. num. 35. & Montan. de Tutel. c. 24. numer. 10. & ſeqq. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 9. th. 1. lit. C. Card. Tuſch concl. 423. lit. F. vid. Dn. Struv. h. t. th. 8. & conferantur notata in Cod. tit. in*
2 *qvibus caſibus Tutorem.* In §. 1. dicitur, poſſe Tu-
torem adjutorem factorem conſtituere, ſed ſuo
periculo, qvod in negotiis alibi gerendis inter-
dum neceſſarium eſt. *Burſatus conſ. 133. n. 62.*

## ad L. Si qvis tutor. 15.

*SUMMARIUM.*

*Ratio, cur transfuga non deſinat eſſe tutor.*

DE transfugâ hic dicitur, qvòd non deſinat eſſe Tutor, cum tamen civitatem Romanam amittat; ſed id ideò, qvia nemo ſe poteſt eximere ab onere tutelæ ſuo facto. *Bach. in Tr. d. diſp. 8. th. 7. lit. F. Donell. & Hillig. lib. 3. c. 13. lit. F.* Aliter *Wiſſenbach. th. 5.*

## ad L. Tutela plerumqve. 16.

TUtela plerumqve Virile officium eſt. Reſpexit Imperator ad *L. fin. C. Qvando mulier. Wiſſenb. th. 6.* Sed de matris ac aviæ tutela vide *tit. C. Qvando mulier tut. &c. Et Auth. ibi poſſit*; qvæ materia paſſim à Doctoribus alibi tractata.

# TITULUS II.
# De Teſtamentaria Tutela.

## ad L. Lege. 1.

TEſtamentariæ tutelæ reqviſitum primarium eſt patria poteſtas, etiam in nepotem, ſi nepos non recidat in alterius poteſtatem, ſcil. patris ſui. Sed hæc variè determinata in *tit. ſeqventi.*

## ad L. Teſtamento. 3.

*SUMMARIA.*

*QVando in Codicillis tutor dari poſſit. n. 1.*
*An in teſtamento inter liberos tutor dari poſſit. 2.*
*Qvid in teſtamentis Principum imperfectis. 3.*

1 SI Codicillos anteceſſerit vel ſecutum ſit teſta-
mentum, tunc qvaſi pars teſtamenti ſunt, &
ejus conditionem ſeqvuntur. *l. 5. §. ult. & l. 16.*
2 *ff. de Codic.* Ideò in illis dari tutor poteſt, qvia
ſunt pars teſtamenti. *vid. Guttier. lib. 1. c. 6. &
23. Montan. c. 19.* Sed qvid de teſtamentô imper-
fectô inter liberos? Reſp. qvod extraneus datus
minime ſit ritè datus; ſed ſecus, ſi unus libero-
rum. *arg. L. Hac conſultiſſima. §. Teſtamentum. C.
de Teſtam. Clarus §. Teſtamentum qv. 10. n. 3. Mon-
tan. c. 8. numer. 7. & 8. Hillig. in Donell l. 3 c. 5. lit. A.
Guttier. p. 1. c. 8. num. 56.* conf. *Carpz. l. 5. Reſponſ. 85.*
3 In Teſtamentis Principum imperfectis licere tu-
torem conſtituere, non dubitandum. Roſenthal
*de Feud. c. 12. concl. 10. n. 5. conf. Schrader. de Feud.
p. 10. ſect. 19. n. 18.*

## ad L. Pater. 4.

*SUMMARIA.*

*PAter liberis exheredatis citra ullam confirmationem tutorem conſtituit. n. 1.*
*Jus ſuitatis qvando exſtingvatur exheredatione facta. 2.*
*An mater liberis tantum inſtitutis in legitimâ tutorem dare poſſit. 3.*
*An à patre tutor datus materno præferatur, etiam in bonis maternis. 4.*

PAter citra ullam confirmationem etiam ex- 1
heredatis liberis dat tutorem; qvia exhere-
dati non deſinunt eſſe ſui, & illis pupillariter ſub-
ſtituitur. *conf. l. 31. h. t.* Et exheredatio tantum 2
poſt aditam hereditatem jus ſui heredis extin-
gvit. *l. 20. pr. ff. contra Tabb.* Sed tempore adi-
tionis ſtatim confirmatur datio. Ergo eodem
momento extingvi effectus ſuitatis neqvit. *Conf.
Bach. in Trentl. vol. 2. diſp. 8. th. 2. lit. B. Wiſſenb.
d. 50. th. 7.* Et hoc in teſtatore ſeu patre, & ma-
jorenni. *Mont. c. 8. n. 5.* Mater verò non niſi inſti- 3
tutis liberis dat tutorem, qvia potius rei dat
qvàm perſonis; licet tantum in Legitima inſti-
tuiſſet, ut vult *Guttier. part. 1. c. 4. num. 4. Cald. in
Comment. ad l. 3. C. de reſtit. Min. verb. ſine Cura-
tore n. 10;.* Sed communior eſt ſententia, ſi tan-
tum in Legitimâ inſtituat, non poſſe tutorem à
matre dari, ut teneatur Judex eum confirmare,
tum ob *l. 69. §. 2. de leg. 2.* tum qvia hæc inſtitu-
tio non à benignâ voluntate matris, ſed à neceſ-
ſitate procedit, & tenetur eum in Legitima in-
ſtitue-

ſtituere. Et ita ſentit Romanus *conſ.188. numer.3. Piagg. de Tutel.c.3.n.28. Ferrar. in Formula Libell. ad redd. rat. §. 1.num.2.* qvos laudat ac communem hanc eſſe fatetur *Gutier. d.l.* Conſentit cum *Rom.* etiam *Molina d. 2:0. n.14.* Sed vid. etiam *no*
4 *tata ad l. 4.C.h.t. Wiſſenbach. d.20.th.7.* A patre tamen datus tutor materno præfertur. *Montan. c. 8.n.39.* etiam in bonis maternis: niſi utilitas pupilli aliud poſtulet. *Roman. conſ. 118. Petr. Peck. de Teſt.conj.c.17.*

## ad L. Qvid ſi Nepotes. 6.

### *SUMMARIA.*

*AN filiis dans tutorem, cenſeatur ſimul dare nepotibus.n.1.*

*Nomen filii in favorabilibus extenditur ad nepotes. 2.*

*Procedit iſta extenſio in privilegiis aut inveſtituris.3.*

1 SI qvis filiis dedit tutorem, non videtur dediſſe nepotibus 1. propter verbi ſignificationem propriam. 2. propter uſum loqvendi. 3. propter ipſam materiam ſubjectam, ne tutor nimis oneretur, & ne res nepotum negligentius adminiſtrentur. Aliud igitur, ſi in contrarium voluntatis conjecturæ urgeant, ut in *L. 220. de V. S. Donell. lib.3.c.4. lit. R. & ibi Hill.* Si autem ſolos nepotes habeat, per filios nepotes intelligendos
2 eſſe, res ipſa loqvitur. *Hill. d.l.* Et in materiâ favorabili nomen filii facilè ad nepotes trahitur. *Hartman. Piſt.lib.2. q.19.in fin. Carpz.p.2. Juruspr. c.45. d.12. Mantica de conject. ult. volunt. l.8. tit.*
3 *8. Zaſ.h.t. n.4.* Et ita nullum eſt argumentum, qvod nonnulli Doctores in materia feudali ad reſtringenda privilegia Principum, ad limitandas formulas inveſtiturarum, ex hoc textu deducunt, qvaſi mentio filiorum in privilegiis aut inveſtituris facta, ad nepotes non poſſit extendi, cum hic textus ſpeciales habeat rationes. Sed de eô alibi.

## ad L. Si nemo. 9. h.t.

### *SUMMARIA.*

*LEgata & tutelæ corruunt, deſtituto teſtamento. num. 1.*

*Qvid hodie obtineat. 2.*

*Exceptiones l.h. variæ.3.4. & ſeqq.*

1 DEſtituto teſtamento, i.e. ſi nemo ex eo heres, vel nemo adeat ex Teſtamento heredi-
2 tatem, corruunt tutelæ & Legata. Idq; jure novo non videtur abolitum. *Carpzov.p.3. c.2. def. ult.*
3 Sed aliud eſt, ſi ex capite præteritionis nullum eſt Teſtamentum, ubi legata ſuſtinentur ex peculiari conſtitutione *in auth. Ex cauſa C. de liber. præter.* Sed exceptio hujus legis in *l. 88. §. 9. de Leg. 2.* ubi fideicommiſſum expreſſè in caſum inteſtati relictum, ſi neqve filius, neq; nepos ex alio filio hæres ſit. Alia *in l.14. C. de fideicom.* ubi ha- 4
betur, qvod regula non habeat locum in ſubſtitutione fidei commiſſaria. *vid. not. ad d.l. Franc. de Barry de Succeſſ. lib. 10. tit. 13. numer.9. Zepperus de clauſula Cod. c.9. num. 14.* Alia ſi clauſula Co- 5
dicillaris addita Teſtamento, per *notata ad l. 14. Sande l. 4. tit. 4. def. 10.* Alia in *l. cum mater.28.ff.* 6
*de inoff. teſt. de qva ſupra.* Alia in Nov. 1. ubi hæ- 7
reditate non adita, legatarii adire poſſunt. Et multò magis legata pia debentur, nunqvam licet adita hæreditate, *Jaſon ad l. 1. C. de SS. Eccleſ. numer. 134.* conſ. *Matthæſilanus ſing.162.*

## ad L. Si hæreditas. 10. §. ult.

### *SUMMARIA.*

*SErvus alienus & proprius tutores dati, diverſam conſeqvuntur libertatem. n. 1.*

*An inconveniens juri, ſi Princeps non-nobilem filio det tutorem. 2.*

SErvus alienus rectè datur Tutor, ſed ſub conditione, *ſi Liber erit*, expreſſâ vel tacitâ; Et hic 1
ſervus conſeqvitur libertatem fideicommiſſariam, ſervus teſtatoris proprius directam, de qvo *Dd. in Inſt. & Caldas ad l.3. C. de Reſt. min. verb. Sine Curatore numer.109. Gutier. p.1. c.10. numer.2. & Zaſ. numer.6. & ſeqq. Struv. h.t. th.16. Wiſſenb. d.diſp.50. th.9.* Ex his textibus, in qvibus de ſer- 2
vo tutore agitur, qvæ materia hodiè parum utilitatis ſpirat, colligendum, non eſſe abſurdum, ſi pater filio tutorem det dignitate longè inferiorem, v.gr. Princeps poterit aliqvem non-nobilem filio tutorem dare, de qvo *Carpzov. p.2. dec.120.*

## ad L. Si qvis ſub conditione. 11.

### *SUMMARIA.*

*SPe teſtamentariæ tutelæ pendente, locus interim eſt dativæ, non legitimæ. n. 1.*

*Exempla adducuntur. 2.*

*An ſi ex pluribus tutoribus unus mortuus, alius ei ſurrogandus. 3.*

SPes teſtamentariæ tutelæ facit ceſſare legiti- 1
mam tutelam, & locus interim erit dativæ, v. gr. Si qvis ſub conditione, vel ex die teſtamento datus ſit tutor; Idem, ſi ſemel ad teſtamenta- 2
rium devoluta tutela, ſi ſe excuſaverit, vel remotus fuerit, vel ſi unus ex teſtamentariis deceſſerit; Nam his caſibus manent reliqvæ Tutelæ. *Tiraqv. de Jure Primog. qv. 40. num.77. Mont. de Tutel. c.16. n.23. Richter. dec. 12. num.14.* Collige, ſi 3
ex pluribus tutoribus unus mortuus, alius ei ſurrogandus à judice. *Berlich. p. 2. dec.279. numer. 1.* ubi id de dativis non eſſe intelligendum putat; ſed id judici ex circumſtantiis dijudicandum arbitror. Videmus hic etiam veſtigia nimiæ ſcrupuloſitatis & ſubtilitatis.

ad

## ad L. Certarum. 12. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Datio tutoris ad certas res, ipſo jure nulla eſt. num. 1.*

*Univerſitatis cauſarum qvo jure tutor detur. 2.*

1 CErtæ rei non poteſt dari Tutor, qvia datur
perſonæ. *L. 14. h. t.* & datio ad certas res eſt
ipſo jure nulla; ſed univerſitati cauſarum tuto-
2 rem dari poſſe, potius conſvetudine, qvam ſtricto
jure obtinuit. *L. 15. h. tit. Mont. c. 10. n. 40. ſeq. Ro-
land. à Valle conſ. 80. n. 40. lib. 4. Alex. vol. 1. conſ.
128. n. 4.* Alia exceptio in *l. 9. infr. de tutor. & cu-
ratoribus datis. & l. 17. §. 1. infr. de appellat.* conf.
*Zaſ. h. tit. n. 13.*

## ad L. Si tamen. 15.

*SUMMARIA.*

*PLures tutores dantur ex utilitate pupilli, ratione rerum diſſitarum. n. 1.*

*Dari poteſt alius in allodialibus, alius in feudalibus. 2.*

*An proviſio tutoris dati extra territorium, extendatur ex* h. l. *ad materiam ſucceſſionis in ſtatutis. 3.*

1 AD res Africanas datus tutor hic, alius ad Ita-
licas, datio valet ex utilitate; nam ſi unus
detur ad omnes, poſſet ſe excuſare. *L. 1. §. 2. ff. de
2 Exc. Tut. Montan. c. 7. num. 10.* Et ſic pater dare
poteſt alium in Allodialibus, alium in feudalibus.
3 *Schrad. p. 10. Sect. 19. n. 13. & 15.* Ex hoc textu non
probatur conſeqventia, qvia proviſio tutoris da-
ti porrigitur extra territorium, ergo de ſucceſſio-
ne in ſtatutis idem, nam reſpondet *Alex. vol. 1. conſ.
126. n. 4.* qvod prius verum ſit, niſi alibi jam antea
ſit pupillo proviſum in alio territorio. Sed in ſta-
tutis ſemper aliud circa ſucceſſionem eſt provi-
ſum. Qvam reſponſionem elegantem repetit *Ti-
raq. de jure primogen. qv. 46. n. 28. & Rol. à Valle
vol. 4. conſ. 80. n. 40. verſ. item reſpondetur qvod
ubi pupillus &c.*

## ad L. Si qvis ita. 16. pr. & §. 1.

*SUMMARIA.*

*INcluduntur filiæ, ſi filiis tutor datus, non contra. num. 1.*

*An filio num. ſing. prolato, tutor omnibus datus cenſeatur. 2.*

*An extendendum ad liberos à patre ignoratos. 3.*

*Ratio negationis. 4.*

1 SI qvis filiis dedit tutorem, etiam filiabus vi-
detur dediſſe, qvia maſculinum continet fœ-
mininum, non contra, ubi diverſitatis ratio
oſtendi non poteſt. *Gabriel. l. 6. tit. de V. O. concl.
6. Menoch. l. 4. præſ. 84. axiom. 4. A. Barb. l. 11. c.
13. Tuſchus concl. 101. lit. M. Montan. c. 12. numer. 14.*
Et ſi qvis filio dederit tutorem, omnibus dediſſe 2
videtur, qvia indefinita prolata etiam in ſingu-
lari æqvipollet univerſali, qvando omnium ea-
dem eſt ratio. *Mont. m. c. 12. n. 10. Axiom. Barb. l.
9. c. 37.* Non tamen hoc extendendum ad libe- 3
ros à patre ignoratos. *l. 10. §. 3. Mont. d. c. 12. n. 25.*
Ex qvo nonnulli probare voluerunt, qvando te-
ſtator ignoravit, filium vivere, ſed pro mortuo
habuit, qvod tunc inſtitutio ad eum non porri-
gatur, qvia de eo non cogitavit. Sed aliter ſen- 4
tiunt Dd communiter, & reſpondent ad hunc
textum, qvod tutela ſit qvidem favorabilis in pu-
pillo, tutori tamen onerosa, ideo anguſta debet
eſſe ejus interpretatio, ne onus tutori impoſitum
capiat incrementum, præſertim cum judex igno-
rati filii utilitati poſſit proſpicere, & ex præteri-
tione filii in tutelâ reliqvis non accreſcit incom-
modum, ut fit in præteritione filii in inſtitutione
hæredis. Et ita cum aliis à ſe *n. 5.* allegatis reſpon-
det *Mantica de conject. ult. vol. lib. 4. tit. 2. num. 9.*
Et ita etiam intelligo reſponſionem *Pauli Pariſii
ad h. l. vol. 3. conſ. 66. n. 71.*

## ad L. Teſtamento. 17. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*AN Teſtamentarii tutores cogendi ſint ſatisdare. num. 1.*

*Qvid hodiè obtineat. 2.*

*Qvæ cautio in Pomeraniâ reqviratur. 3.*

TEſtamentarii tutores non cogendi ſunt ſatis- 1
dare, ſed poteſt inter plures Teſtamentarios
aliqvis offerre ſatisdationem, ubi idoneior præ-
fertur; niſi judici cognoſcenti aliud videatur. *Dd.
ad §. 1. Inſt. de ſatisdat. Tutor. Donell. lib. 3. c. 11. &
ibi Hill. lit. G. Carpz. lib. 5. reſp. 82.* Sed hodiè et- 2
iam Teſtamentarios tutores idoneam cautionem
præſtare debere, volunt, *per Reform. Polit. anno
1548. rubr.* Von den Pupillen und minderjähri-
gen Kindern. *& de anno 1577. tit. 32. Schrad. de
Feud. p. 10. Sect. 20. n. 309. Berlich. p. 1. dec. 131. num. 6.*
Idqʒ de hypothecaria cautione in Pomeraniâ con- 3
ſtitutum Wollini, *tit. de juramento tutorum.*

## ad L. Tutor ita. 23.

*SUMMARIUM.*

*Tutor datur certæ perſonæ.*

NOn valet datio: filio illi aut illi, cui volet, tutor eſto; qvia tutela datur certo pupillo, certæ perſonæ. *Wiſſenbach. th. 10.* Sed ſi dixerit: Titius Tutor eſto filii, ſi volet: Sed non puto, hodiè has tricas obſervari.

## ad L. Jure noſtro. 26. §. 1.

*SUMMARIA.*

*HOnorarius tutor qvis vocetur. n. 1.*

*An rationes exigens à tutoribus gerentibus tutor ſit honorarius. 2.*

Hono-

1 HOnorarius Tutor is vocatur, qvi ideo conſtitutus eſt, ut pupillus ejus autoritate magis ſit honoratus. *Guttier. p. 1. c. 17. in pr. Tuſch.* 2 *concl. 444. lit. T.* Sed ſi ideo qvis conſtitutus, ut rationes à gerentibus tutoribus exigat, non videtur honorarius, qvia exactio rationum videtur eſſe pars adminiſtrationis. *Mont. c. 7. n. 14.* qvamvis ſæpe etiam talis Tutor in foro honorarius vocetur.

## ad L. Ex ſententia. 29.

*SUMMARIUM.*

AN *rejectio exceptoris teſtam. à tutela per SCtum Libon. extendatur ad teſtam. nuncup. in ſcripturam redactum.*

EXceptor teſtamenti ſe ipſum ſcripſerat tutorem, per SCtum Libon. repellitur à tutela; qvod ad teſtamentum nuncupativum in ſcripturam redactum ex communi ſententia extendit. *Montan. c. 10. n. 36.*

## ad L. Duo ſunt Titii. 30.

*SUMMARIA.*

C*Aſus* h. l. *proponitur. n. 1.*
*Limitatur lex in legatis. 2.*
*Datio tutoris planè incerti ipſo jure nulla eſt. 3.*
*Extenditur. 4. & 5.*

1 DUo ſunt Titii, & datus eſt Titius tutor, qvis ſit ille Titius, ſi id non appareat, ſaltem ex 2 conjecturis, neuter tutor eſt. Secus in teſtamentis, ſi Titio legatum. *l. 8. §. 3. de leg. 2.* cujus rei rationem conſtituit *Wiſſenb. th. 11.* in eo, qvod 3 heres ultro ſolvere paratus ſit. Collige, qvando perſona Tutoris eſt incerta, adeo, ut nec ex verbis teſtatoris, vel ex aliqvâ veroſimilitudine poſſit declarari, dationem ipſo jure nullam eſſe. *Montan de Tutel. c. 10. n. 21. & ſeq.* ubi *n. 22.* id ad 4 executorem Teſtamenti aliosqve caſus extendit. *conf. Guttier. l. 1. c. 10. n. 7. & ſeq.* Sic qvando duo 5 teſtamenta eodem die facta, & non apparet, qvod prius ſit, neutrum valet. *Clarus §. Teſtam. q. 100. Porſl. de Succ. l. 4. c. 8. num. 12. Graſſus §. Teſtamentum. qv. ult. & Zaſius ad tit. de injuſto Teſtam. num. 31.*

## ad L. Qværo. 32. §. 1.

*SUMMARIA.*

T*Utor notitiæ cauſa in qvem finem detur. n. 1. An & qvando teneatur. 2.*

TUtor notitiæ cauſæ ideò datur, ut inſtruat contutores, qvalitatem & naturam rerum pupillarium ignorantes. Et ille tenetur, ut alii tutores, ſcilicet ſi non inſtruxerit, vel Tutores ſuſpectos non fecerit. *vid. l. 1. C. de Periculo tutor. & ibi Dd. Guttier. d. c. 17. n. 2. & ſeqq.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

C*Aſus legis proponitur. n. 1.*
*Caſus ſimilis deciſio cum ratione dubitandi. 2. & 3.*
Legis h. *particula* tum vel tunc *declaratur. 4.*

PLautius tutor datus eſt, ſi Lucius Titius primo datus non vixit, ſed hic aliqvandiu vixit & geſſit tutelam, qværitur, an hoc mortuò, Plautius tutor eſſe poſſit? qvod negatur, qvia ad tempus mortis reſpexit. Unde caſus talis videtur de- 2 cidendus: Dedit qvidam Lælium fratrem tutorem filio ſuo, eo decedente Joſeph Lælius recuſavit tutelam, ſurrogatus ei Joſephus, an rectè? Videtur qvòd non, qvia tutoris datio facta in unum caſum, non extenditur ad alium, qvæ regula ex hoc textu fluit. Sed *Surdus dec. 267.* contrarium decidit, qvia in tutoribus fieri poteſt 3 ſubſtitutio, per *hanc legem*, & ſi teſtator fuiſſet interrogatus de caſu recuſationis, idem procul dubio reſpondiſſet, qvia par eſt ratio providendi filiis de tutore repudiante, qvæ eſt in tutore decedente. Et ad legem hanc reſpondet *num. 16.* qvod teſtator reſtrinxerit ſuam ſubrogationem ad tempus mortis teſtatoris, ſi eò tempore Lælius non vixerit. Æqva ſanè deciſio hæc videtur. Ex 4 *hac lege* etiam, declarant particulam TUM, vel TUNC, qvod operetur reſtrictionem temporis & caſus ad eum effectum, ut perſona jam demonſtrata eo tempore & caſu conſeqvatur id, qvod teſtator diſpoſuit. *Menoch. conſ. 106. n. 333.* modo illa particula ad verbum, qvod reſpicit, rectè referatur. *Portius conſ. 4. n. 38.*

# TITULUS III.
# De confirmando Tutore.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

Q*Vando confirmandus tutor à patre datus num. 1. & 4.*
*Confirmatio qvando fiat cum inqviſitione. 2.*
*Confirmationis diſtinctio* Bach. *in nudam & non nudam. 3.*
*In teſtamento inter liberos, dari poteſt extraneus tutor confirmandus. 4.*

QVando Pater dedit Tutorem, non verò ei, 1 qvem in poteſtate habet, vel non in Teſtamen-

mento, tunc non qvidem ipſo Jure ſubſiſtit datio, confirmandus tamen eſt tutor à Judice, &
2 qvidem ſine inqviſitione, an aptus ſit; qvia ſufficit judicium paternum: Si alius dederit, opus eſt inqviſitione, & tunc confirmabitur, ſi aptus eſt.
3 Illam nudam; hanc non nudam confirmationem vocat *Bach. in Treutl. diſp. 8. th. 2. lit. A. & B.*
4 Tutorem in Teſtamento inter liberos datum confirmatione egere, *per L. 2. C. h. t. & L. 3. ſupr. de Teſtam. Tutel.*, probat *Carpz. lib. 5. Reſp. 85.* Idem in Curatore in teſtamento dato, *in fin.* Communis enim opinio eſt, extraneum etiam tutorem in teſtamento inter liberos facto, datum, ſi confirmetur, eſſe tutorem qvaſi teſtamentarium, & legitimo præferri. *Clarus §. Teſtamentum. qvæſt. 10. n. 4. Alex. vol. 1. conſ. 140. n. 2.*

## ad L. Mulier. 2.

*SUMMARIA.*

*Tutor à matre datus confirmandus eſt cum inqviſitione. n. 1.*
*Confirmatio tutoris à qvo judice fieri debeat. 2.*

1 Mulier ſi dederit tutorem vel curatorem, confirmabitur, ſed ex inqviſitione. Colli-
2 gunt ex *h. l.* confirmationem tutoris à judice ordinario pupilli, vel negotiorum pupillarium fieri debere, v. gr. in feudalibus confirmatur à Domino feudi. *Schrad. de Feud. part. 10. ſect. 19. n. 99.* Super qvo autem inqvirendum ſit, dicitur *in l. 8. h. t.*

## ad L. Si patronus. 4.

*SUMMARIA.*

*Extraneus an & qvando pupillo heredi tutorem teſtamento conſtituere poſſit. n. 1.*
*An maritus poſſit uxori curatorem litis in teſtamento conſtituere. 2.*

1 Extraneus qvando pupillum aliàs nihil habentem inſtituit hæredem, poteſt ei tutorem teſtamento conſtituere. *Gutier. de Tutel. p. 1. c. 4. n. 12. Wiſſenbach. d. 50. th. 12. Zaſ. h. t. n 4.* Ex qva lege
2 probat *Dn. Mev. p. 2. dec. 168.* maritum poſſe curatorem litis uxori, in teſtamento conſtituere, à judice tamen confirmandum.

## ad L. Naturali. 7.

*SUMMARIA.*

*Naturali filio an tutor dari poſſit à patre. n. 1.*
*Effectus confirmationis. 2. 3.*

Naturali filio ſi dederit Pater tutorem, & ni- 1
hil ei reliqverit, non confirmabitur ſine inqviſitione. *Treutl. & Bach. d. 8. th. 2. lit. C. Gutter. part. 1. c. 11. n. 1.* ubi *num. 2.* id limitat in ſpu-
riis. *Wiſſ. d. d. 5. th. 12.* Effectus autem confirma- 2
tionis eſt hic, qvod ante confirmationem non ſit periculum Tutoris, nec opus ſit excuſatione. *l. 1. & 2. C. h. t. Clarus §. Teſtamentum. qv. 10. n. 4.*
& qvod confirmatus tutor pro teſtamentario ha- 3
bendus ſit, & legitimo præferendus, ut ex ordine titulorum probat *Everhard. loc. juriſd. 2. n. 1. Donell. lib. 3. c. 8. Bach. d. lit. C. pag. 407. Guttierez. L 1. c. 2. numer. 25. Dn. Struv. Exerc. 31. th. 21. Caldas ad d. l. 3. C. Reſtit. min. verb. ſine Curatore num. 116.*

## ad L. Utilitatem. 8.

*SUMMARIA.*

*Officium judicis in confirmando tutore. n. 1.*
*Judex in utilitatem pupilli interdum contra ſcripturam paternam aliqvid decernere poteſt. 2.*

Judex in confirmando tutore non tam Scriptu- 1
ram & voluntatem Patris, qvàm utilitatem pupillorum attendere debet, v. gr. Si animadvertat Prætor, cauſam ſuperveniſſe, propter qvam cenſeatur mutata voluntas patris, vel etiam patrem qvid latuerit, qvod ſi ſciviſſet, tutorem hunc non dediſſet, *per hanc L. & ſeqq. Dn. Struv. d. Exerc. 31.*
*th. 18.* Sic ſi pater remiſerit neceſſitatem inven- 2
tarii conficiendi, poteſt tamen judex inventarii confectionem imperare tutori, ſi ita judici viſum fuerit expedire adminiſtrationi, qvia prætor potius utilitatem pupillorum, qvàm ſcripturam paternam attendere debet. *Hic & l. 7. de annuis legat. & l. 14. §. 6. de Re leg. Munnoz. de Ratiocin. c. 9 numer. 46. Clarus §. Teſtamentum. q. 66. numer. 6. Covarr. l. 2. reſol. c. 14. num. 4. Far. parte 2. fragm. n. 197. Carpz. l. 5. Reſp. 82. n. 5. Dn. Mev. ad Jus Lub. l. 2. tit. 17. art. 13. n. 11.* & qvos refert *Finckelth. obſ. 6. n. 27. Mont. de Tutel. c. 32. reg. 5. n. 106. & Dn. Joh. Heeſer. de Ration. redd. loco 6. n. 192.*

# TITULUS IV.
# De Legitimis tutoribus.

## Ad L. Legitimæ. 1. pr.

*SUMMARIA.*

*Legitimæ tutelæ cauſa finalis. n. 1.*
*Concluſiones ex hac cauſa variæ. 2. 3. 4.*
*Tutela matris & aviæ irregularis eſt. 5.*
*An mater præferatur avo paterno & materno. 6.*

Legitimæ tutelæ cauſa finalis hic exprimitur, 1
ut qvi ſperarent ſucceſſionem, eidem tuerenter bona, ne dilapidarentur. *hic & L. 73. de R. J.*
Ex qva ratione inferunt, eum, qvi ex ſtatuto præ- 2
fertur in ſucceſſione, contra jus commune, præferendum eſſe etiam in tutela. *Dec. in L. 73. n. 1. de R. J. Menoch. lib. 2. A. Qv. caſ. 150. n. 32. Hondedæus*

conſ.

3 *conſ 58 num. 20. & ſeq. Mont. cap. 15. num. 4.* Unde in Feudalibus hodiè præferuntur agnati cognatis *Schrad. d. ſect. 19. n. 31. & ſeq. Roſenth. de Feud.*
4 *c. 6. concl. 40. n. 10.* Et filii naturalis impuberis tutelam parenti (qvi in ſextante ſuccedit) datam,
5 refert *Dn. Mev. p. 3. dec. 262.* Sed in matre & avia aliud, cui non ob ſpem ſucceſſionis, ſed ob præſumtum amorem defertur tutela. Et illa tutela non regulatur à ſucceſſione, & non eſt neceſſaria, ut qvæ jure civili defertur, ſed voluntaria *Hondcd. d. l. num. 25. Salyc. in Auth. matr. & Avi. c n. 11. C. qvando mulier. Guttier. p. 1. c. 2. n. 10.*
6 Et mater præfertur avo paterno, & materno *juxta Nov. n. 118. c. 5.* ubi Imperator dicit, ſe matrem ad tutelam vocare, ſecundum ordinem ſuccedendi in hæreditate: Atqvi mater excludit avum in ſucceſſione; Ergo etiam in tutela. Loqvor autem de avo, qvi non habet in poteſtate nepotem. Nam aliàs fruſtrà de tutelâ qværeremus, ut adeò non obſtet *Carpz.* de caſu in dubio loqvens *p. 2. c. 11. d. 13. Conf. Bart. in Auth. Matri & Aviæ. n. 5. & Baldus. Afflict. dec. 281. Guttier. p. 2. c. 8. n. 15. Montanus c. 15. n. 46.*

## ad L. Tutela legitima, 3.

### *SUMMARIA.*

*De Patronorum tutelâ, ut abrogatâ, agitur remiſſivè. n. 1.*

*Qvidnam ex lege eſſe dicatur juxta* h. l. 2.

*An ex §. 5. h. l. probari poſſit, filium primogeniti patruo eſſe poſtponendum. 3.*

*Loco tutoris legitimi qvando alius legitimus, & qvando dativus ſubſtituendus. 4.*

1 Hic agitur de tutelâ Patronorum, de qvâ integer tit. in Inſt. & de qvâ videatur *Donellus lib. 3. c. 6. Guttier. part. 1. c. 13.* qvâ de re ut abo-
2 lita moribus, plura addere non libet. Sed pauca tamen in praxi utiliora hinc inde excerpemus, ut 1. ex pr. hujus legis notat *Bart.* illud etiam ex lege eſſe dici, qvod ex mente legis eſt, licet verba de-
3 ficiant. Ex *§. 5. h. l.* volunt nonnulli probare, filium primogeniti patruo eſſe poſtponendum, *Tiraq. de Jur. Primogen. qv. 40. num. 153. & ſeq.* Sed reſpondetur, ideo hic patruum excludere fratris filium, 1. qvia jus patronatus non defertur jure hæreditario, & 2. ne libertus plures haberet patronos, & 3. qvia jus patronatus eſt merè perſonale. *Tiraq. d. l.* Sed de hoc alibi dictum.
4 In *§. 8.* Facit diſtinctionem *Bartolus* in materiâ; an loco tutoris legitimi ſuccedat alius legitimus, an dativus ſubſtituatur? qvam etiam diſtinctionem plenius tractat ad *l. 11. de teſtam. tut.* Aut ergò tutor legitimus decedit facto judicis, ſi ſit remotus vel excuſatus, & tunc dandus eſt dativus tutor, *per §. 8.* Aut decedit ſine facto judicis, & tunc ſi omnes æqvalis conditionis mortui, & nulla ſpes eſt, ſuccedunt legitimi in proximo gradu *§. 6. h. t.* Sed ſi ſpes ſit tutelæ, redintegrandi ex ſpeciali privilegio, gratia ſcilicet Principis, & tunc ſuccedit legitimus, non dativus. *§. penult. hujus legis* aut ſpes eſt jure communi, ut tutor captus ab hoſtibus revertatur, & tunc dativus tutor datur. *l. 1. §. 2. h. t.*

## ad L. Legitimos. 5. pr.

### *SUMMARIUM.*

*Agnato alterius territorii decerni poteſt tutela.*

Legitimos tutores nemo dat, ſed lex tantum. Unde colligunt, etiamſi ſit agnatus alterius territorii, decerni ipſi tamen debere tutelam. *Mont. c. 16. n. 6. Mynſ. Inſt. de Agn. tut. §. 1. num. 9. Dn. Richt. decif. 12.* Sed ſi transferre velit bona, cautione opus eſt. *Dn. Richter. d. l.*

## ad L. Inteſtato. 6.

### *SUMMARIA.*

*Inteſtatus ratione tutelæ. n. 1.*

*Tutore Teſtament. decedente, legitimus admittitur. 2.*

Inteſtatus etiam is dicitur, qvi qvidem teſtamentum fecit, ſed nullum dedit tutorem, & 1
qvoad tutelam eſt inteſtatus. Tutore autem te- 2
ſtamentario mortuo, qvia nulla ſpes tutelæ teſtamentariæ, pervenitur ad legitimum. Excuſatio vel remotio non abrumpit omnem ſpem teſtamentariæ tutelæ, manent enim veſtigia, ſed mors omnia tollit. *Zaſ. h. t. num. 3.* conf. *Not. ad l. 11. ſupra de teſt. tut.*

## ad L. Si plures. 9.

### *SUMMARIA.*

*Legitima tutela qvibus defertur. n. 1.*

*Hodiè defertur & agnatis & cognatis in allodialibus, ſecus in feudalibus. 2.*

Inter agnatos proximus tutor eſt, niſi ætas aut 1
ſexus impediat; ſed ſi plures ejusdem gradus, omnes gerunt. Hodiè non tantum agnati, ſed & 2
cognati promiſcuè ad tutelam vocantur, per *Nov. 118. c. 5.* Sed in tutelâ feudali manet diſtinctio inter agnatos & cognatos.

# TITULUS V.

# De Tutoribus & Curatoribus datis ab his, qvi jus dandi habent.

## Ad L. Sive 1. §. fin.

*SUMMARIA.*

*A Qvo judice peti poſſit tutor. n. 1.*
*Datio tutoris extra jurisdictionem dantis, cum conſenſu ejusdem ſubſiſtit. 2. & 3.*
*Juxta qvæ jura ſuccedatur domicilium alibi habenti, iſtius autem loci jurisdictioni non ſubjacenti. 4.*

1 JUdex non poteſt dare tutorem eum, qvi Juris-
dictioni illius non eſt ſubjectus. Forenſem
enim dare neqvit, nec Forenſis. *Natta conſ. 663.*
*n. 8. Ant. Fab. lib. 5. C. tit. 19. def. un. num. 6.* Roſ-
2 ſenthal *de feudis c. 12. concl. 10. num. 54.* Poteſt
tamen tutor à mediato & ſuperiori Magiſtratu,
omiſſo proximo judice, peti. *hic & l. 24. Franzk.*
3 *de reſol. 17. num. 42.* Et ſi tamen extraneus ſe
tutorem dari patiatur, datio valebit. *Alex. vol.*
*5. conſ. 161. n. 7. Montanus c. 33. n. 34.* Qvæ hic de
originariis *Gloſſa* finalis habet, excutiuntur *à Ce-*
*phal. vol. 4 conſ. 451. num. 64. & ſeq.* Non eſt
4 rarum, ut pars vel prius aliud explicet. Colli-
gunt etiam exinde, incolam, qvi alicubi habitat,
ſed non ſubeſt Jurisdictioni iſtius loci, ſi moria-
tur, non transferre ſua bona mobilia juxta ſtatuta
ejus Magiſtratus, qvæ eum non ligant, ſed ſecun-
dum Jus commune Provinciæ, licet in immobi-
libus ei ſuccedatur juxta ſtatuta loci &c. Qvod
notandum propter Clericos, Profeſſores & Mi-
niſtros Principis alicubi habitantes, qvibus non
ſucceditur in bonis mobilibus, juxta ſtatuta loci
Magiſtratus, cui non ſubſunt. *Carpz. p. 3. c. 12.*
*def. 16.*

## ad L. Prætor. 4.

*SUMMARIA.*

*SE ipſum tutorem conſtituere non licet. n. 1.*
*An ex* h. l. *colligatur, qvod nemo ad officium qvoddam ſe ipſum eligere poſſit. 2.*

1 QVamvis Conſul apud ſe ipſum manumittere
poſſit. *l. 5. ff. de Manumiſſis vindicta.* ſe ipſum
tamen nemo tutorem conſtituit per *hanc l. Cujac.*
*l. 7. obſ. c. 17.* qvia datio tutoris eſt mixti imperii
2 actus, nemo autem ſibi ipſi imperat. Ex qvo colli-
gendum videtur, neminem, cui magiſtratum con-
ſtituendi arbitrium datum eſt, poſſe ſe ipſum eli-
gere, licet alii eligenti calculum adjicere poſſit.
*L. planè. 4. ff. qvod cujusq; Univerſ. nomine vid. Dn.*
*Chriſtophorus Neander, Profeſſor olim Academiæ hu-*
*jus Electoralis celeberrimus in tract. ſuo poſthumo,*
*cui titulus* Ego ipſe, *qv. jurid. ſecunda.* ubi multas
habet de ſe ipſo qvæſtiones ex Jure Canon. Feuda-
li, Civili & civili prudentia.

## ad L. His qvi. 12. pr.

*SUMMARIUM.*

*FIlius an & qvando præ aliis Patri conſtituendus ſit curator.*

FIlius etiam patri dari poteſt curator, ſi pater rebus ſuis præeſſe non poſſit, & filius ſobriè vivat. *Dec. conſ. 274. n. 2. Montan. c. 28. n. 30.* Et hoc caſu filius aliis præferendus eſt, & ad rationes reddendas eſt obligatus. *Gloſſ. hic & Pinell. ad l. 1. part. 2. num. 39. c. de Bon. matern. Guttierez. part. 3. c. 4. n. 10.*

## ad L. Et qvi. 17.

*SUMMARIUM.*

*QVomodo defendendus pupillus, cui ſtatus qvæſtio movetur vel a patre vel ab extraneo.*

QVi de ſtatu ſuo litigat, ſcilicet cum patre, qvi eum agnoſcere non vult, illi debet interim curator dari ad litem; ſed qvando tertius movet pupillo qvæſtionem ſtatus, tunc patrem poſſe defendere pupillum, tradit *Dn. Mevius p. 3. dec. 247.*

## ad L. Ubi abſunt. 19. pr.

*SUMMARIA.*

*DEcuriones qvando dare poſſint tutores. n. 1.*
*An poſſint ex ſuo collegio qvendam tutorem conſtituere. 2.*
*Qvid hodiè de magiſtratibus municipalibus. 3. & 4.*
*Conciliatio* l. 6. §. 16. ff de Excuſ. tut. *cum §. 1. 5.*

UBi abſunt, qvi dare poſſunt tutores, etiam 1
Decuriones dare poſſunt per decretum à ma-
jori parte factum, & poſſunt unum ex ſuo collegio
dare. Sed par in parem non habet Jurisdictio- 2
nem? Reſp. dare Judicem, eſt Jurisdictionis, non
verò tutorem. *Hillig. in Donell. l. 3. c. 7. lit. H.* Vel
qvia hodiè eſt Jurisdictionis, dicendum, collegio 3
toti in unum membrum dari Jurisdictionem. Me-
lius verò eſt, juſſu Præſidis ſi fiat. *§. 4. Inſt. de*
*Attil. Tut.*

*Ad §. 1.* Magiſtratus municipalis v. gr. Con- 4
ſul, an poteſt ab alio collega dari? Aff. Ratio du
bitandi & decidendi ex princ. patet. Sed videtur 5
contrariari *l. 6. §. 16. ff. de Excuſ. Tutor.* Sed re-
ſpond. aliud eſt dari poſſe, & aliud eſt, excuſa-
tionem habere; non hoc, ſed illud in hoc §. aſſe-
ritur. *Cujac. ad l. 2. ff. de Exc. Tut. Sande l. 2. tit. 9.*
*defin. 6.*

## ad L. Ventri. 20. pr.

*SUMMARIUM.*

*Ratio, cur ventri tutor non detur, ſed Curator.*

VEntri tutor non datur, ſed curator. Cur? qvia tutor perſonæ datur, & ſic non obſtat *l. 7. ff. de ſtatu Hom.* & de commodo pupilli hic non agitur. *vid. Hillig. l. 3. c. 18. lit. B. & qvos refert.*

## ad L. Scire oportet. 21. §. 1.

*SUMMARIA.*

*CAſus §. 1.* h. l. *proponitur. n. 1.*
*Ad tutelam vel alia officia non eſt admittendus qvi anxiè nimis affectat. 2.*

1 QVando mulier filium inſtituit hæredem, ſub hâc conditione, ſi ſolutus patria poteſtate fuerit, ſi emancipetur pater, huic tutor dari neqvit, ne qvod unâ viâ prohibitum, aliâ viâ permittatur, qvam regulam ex h. textu probant *Gail. lib. 1. obſ. 135. num. 2. & Barb. lib. 14. c. 93. ax. 16.*

2 *Ad §. fin.* Maximè hoc curandum eſt magiſtratui, ne tutorem conſtituat eum, qvi tutelam affectat, & ſe ingerit. Huc pertinet generalis doctrina de muneribus non conferendis eis, qvi anxiè nimis affectant, atqve ambiunt publica, politica vel eccleſiaſtica munera. Nam hi non publicum, ſed ſuum bonum qværunt; ſed de hoc alibi.

## ad L. Div. Marcus. 24.

*SUMMARIA.*

*PEr literas mutui compaſſus poteſt alibi qværi tutor, ſi iſthic loci, ubi pupillus degit, idoneus non inveniatur. n. 1.*

*Datio tutoris forenſis à qvo judice fiat. 2.*

*An legitimus tutor, qvi cum pupillo diverſæ juriſdictioni ſubeſt. 3.*

1 SI idoneus tutor non reperiatur in civitate, in
circumjacentibus civitatibus perqviratur.
*Treut. d. diſp. 8. th. 4. lit. F.* & hoc per literas mu-
tui compaſſus expediri ſolet. *Joh. Franciſ. Balth.*
2 *tit. 5. reſol. Bav. 2. n. 4.* Nam Senatus forenſem
ſuâ autoritate conſtituere non poteſt, ſed per
Præſidem datio fieri debet, non per Senatum,
3 ſub qvo pupillus eſt. *hac l. 24.* Sed legitimus erit
ſemper tutor, licet Juriſdictioni ejus Judicis, cui
pupillus ſubeſt, non ſubſit. *Dn. Richter. dec. 12.
num. 12.*

## ad L. Curatorem. 25.

*SUMMARIA.*

*OFficium curatoris pupilli ad litem, vel tutori ſurrogati, qvando finiatur. n. 1. & 3.*

*An pupillo tutorem non habenti poſſit dari curator. 2.*

1 CUrator pupillo dari poteſt ad litem, qvod of-
2 ficium non niſi pubertate finitur, Unde
qværitur, an pupillo nullos tutores habenti cu-
rator dari poſſit? qvod aliqvando ſe conſentien-
te negatum eſſe refert, ſed poſtea affirmandum
cenſuit *Carpz. ex hac l.* qvæ generaliter loqvitur,
aliisqve rationibus, *lib. 5. reſp. 86.* qvem ſeqvitur,
& judicatum refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 167.* Sicut 3
ipſum officium tutoris pubertate pupilli finitur,
ita etiam Curatoris ejus, qvi tutore impedito ſur-
rogatur vel adjungitur. *hic & l. 2. C. qvando Tutor.
hab. & l. 1. C. qvando deſinit Tutor eſſe. Gutt. part.
1. c. 19. n. 45.* non verò conventione, ut qvis tres
annos gereret. *Sande l. 2. tit. 9. d. 4.*

## ad L. Pupillo. 27.

*SUMMARIA.*

*SUcceſſio immobilium fit ſecundum ſtatuta loci, ubi inveniuntur. n. 1.*

*Mobilium, ſecundum jura loci domicilii. 2.*

*Curator litis à qvo judice detur. 3.*

*Judex ex officio dare debet curatorem, ſi nemo eſt, qvi petat. 4.*

SI pupillus immobilia Romæ, & alia in provin- 1
ciis habeat, Romæ Prætor tutorem dare po-
teſt, in provinciis Præſes. Ex hac L. colligunt, in
immobilibus ſuccedi ſecundum ſtatuta cujusvis
loci, ubi ſita ſunt; & ſic diverſimodè ab inteſta-
to in immobilibus ſuccedi; Sed in mobilibus 2
ubicunqve ſitis attenditur locus domicilii. *Tiraqvell. de Primog. qv. 46. Chriſtin. ad ſtat. Mechlin. tit. 16. in pr. n. 4. & 5. Carpz. p. 3. conſt. 12. def. 12. Sande l. 4. tit. 8. def. 7. & qvos ibi refert. conſ. Dd. ad L. Cunctos populos. C. de Summa Trinitat.* Sed aliud in mobilibus, qvæ ſeqvuntur perſonam & domicilium mariti. *Carpzovius d. l. def.* 13. & juribus ac nominibus. *Carpzov. d. 14.* 3
Hic & generaliter datur curator litis in loco do-
micilii, ſed ad certam litem datur ab eo judice,
ubi lis agitur, *Myns. c. 1. obſ. 87. Dn. Mevius. p. 4.
dec. 58.* Sed an Judex ex officio debet dare cura- 4
torem minori? Affirm. Si nulli alii ſint, qvi petant, nec ipſe minor petat, nec alius; ſed qvid ſi is, qvi cum minorenni litem habet, petierit, decernetne Judex curatorem? Reſpondet *Dn. Mevius p. 4. dec. 91.* tutorem non debere dari proprio motu à Judice, propter periculum, qvod incumbit Judici, ſi minus idoneum dederit. Ideoqve prudens Judex jubebit ipſum minorem, ut ſibi curatorem dari petat, vel cognatis id injungi poteſt; Nam ita Judex extra periculum erit.

# TITULUS VI.
# Qvi petant tutores vel curatores, & ubi petantur.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*MAtris, aviæ & conſangvineorum proximorum pœna, ſi pupillo planè non, vel minus idoneum tutorem intra annum petierint. n. 1. 2. 6. 7.*

*Ceſſat pœna in petitione curatoris, & in matre minorenni. 3. 4.*

*Obtinet in curatela furioſi. 5.*

Matri

1 MAtri & Aviæ incumbit Tutores petere,
& ſi illud intra annum non faciant, red-
2 dunt ſe indignas ſucceſſione filii, non
tantùm qvæ jure communi, ſed & qvæ
3 jure ſtatutario defertur *Montan. c. 18. n. 9.* Et pri-
vantur ipsâ legitimâ *Montanus num. 10.* aliud ergò
in curatelâ furioſi *l. 2. §. 31. ff. Ad Tertull. Mont.*
*num. 12.* ſed curatorem petere non tenentur, qvip-
4 pe cum ſibi ipſe adultus petat. Excuſatur tamen
illo caſu mater minorennis. *l. 2. C. ſi adverſ. delict.*
5 Conſangvineis etiam imminet hæc pœna. *L. Sciat*
6 *10. C. de Legit. hered.* Sed his annus non currit,
niſi illis qvi proximum habent gradum in ſucceſſi-
7 one. Eadem pœna, ſi petierit tutorem, ſed in-
idoneum. *l. 2. §. ult. & ſeqv. h. t. l. id. de hac mate-*
*ria Gut. part. 1. c. 16. Montan. c. 18. per tot. Carpz.*
*p. 2. C. 11. d. 15. & ſeqq. Gabr. in commun. concl. un.*
*tit. de Tutelis.*

## ad L. Si minores. 2. §. 1.

*SUMMARIA.*

*MAter non petens filio tutorem, debet ad hoc à judice admoneri. n. 1.*

*Mortuo marito, citatio facienda eſt ad viduam. 2.*

1 MAter, ut dixi, neceſſariò debet tutorem pe-
tere liberis; ni aliàs eorum ſucceſſione ſe
velit indignam reddere. *conf. l. 2. §. 24. & 25. ff.*
*ad Tertull.* Qvod ſi non faciat, debet etiam à ju-
dice moneri, ut petat, nam melius eſt intacta ju-
ra ſervare, qvam poſt vulneratam cauſam vindi-
2 care. Hinc cum mortuus eſſet actor, relicta vi-
dua & liberis, citationem faciendam eſſe ad ma-
trem, ut reaſſumeret litem, petitis tutoribus, vel
ipſa tutelam ſuſciperet, decretum in ſummo tri-
bunali Wiſmar. *teſte Dn. Mevio p. 3. dec. 407.*

## ad L. Fin. §. pen.

*SUMMARIA.*

*MAter non petens tutorem, an & in ſubſtitutione vulgari retineat fideicommiſſum, ſicut reti-net per patrem à filio relictum. n. 1. 2.*

*An ex* §. pen. h. l. *concludi poſſit, ſi in ſtatuto repellatur mater à ſucceſſione filii inteſtati, donec agnati exſtent in 4. gradu, id ſtatutum etiam in pupillo mortuo locum habere. 3.*

*Mater tutorem ſuſpectum non reddens, non amittit ſucceſſionem. 4.*

*Matris tutela non eſt coactiva. 5.*

*Mater non admittitur, niſi renunciet ſecundis nuptiis & SCto Vellej. 6.*

*Avia paterna & materna ſimul admittuntur. 7.*

MAter non petens tutorem, non privatur fi- 1
deicommiſſo per patrem à filio relicto, qvia
in hoc fideicommiſſo non filio, ſed patri ſucce-
dit. *Mont. d. c. 18. n. 50. Gabr. d. l. n. 43. Guttier.*
*n. 124.* qvi idem eſſe volunt in ſubſtitutione vul- 2
gari, qvia per hanc non filio, ſed parenti ſucce-
deret. *Gabr. n. 44. Gutt. n. 126. Mont. n. fin.* Ex 3
hoc *§. pen.* apparet, pupillum mortuum dici in-
teſtatum mortuum; unde nonnulli concludere
voluerunt, ſi in ſtatuto repellatur mater à ſucces-
ſione filii inteſtati, donec agnati extent in 4.
gradu, id ſtatutum etiam in pupillo mortuo lo-
cum habere. Sed conſeqventia negatur; vox
enim inteſtatus, procul dubio in eo duro ſtatuto
intelligenda propriè de eo, qvi, cum teſtari pos-
ſit, teſtatus non eſt. *Cephalus lib. 2. conſ. 210. n. 9.*
*& 54. & per totum conſilium.* Et poteſt dici, pu-
pillum hic dici inteſtatum, qvia ipſi pater nul-
lum fecit teſtamentum, & ita ſecundum intelle-
ctum juris communis. *Paulus Pariſ. l. 2. conſ. 22.*
*n. 9.* Et videtur ſtatutum loqvi de eo caſu, qvan-
do inteſtatus teſtari potuit, ut in ſimili de filiis
ſine liberis morituris diſpoſitionem patris intel-
ligit *Coraſius in rep. l. precibus n. 69. C. de imp. &*
*aliis ſubſt.*

*Ad §. fin.* Non amittit ſucceſſionem mater, ſi 4
tutorem ſuſpectum non fecit, qvia iſtiusmodi
facta dijudicare virilis animi eſt. *Beroи vol. 2.*
*conſ. 18. n. 17. conſ. Eugenius conſ. 5. n. 61.* Sanè Ju-
re novo per *Nov. 118. c. 5.* mater non tenetur
petere tutorem ſimpliciter, ſed ipſa poteſt tutelæ 5
munere fungi; qvæ tamen non eſt coactiva, ſed
permiſſiva tutela, ſi mater majorennis & ſecun-
dis nuptiis renunciet, ac SCto Vellejano. Si ma- 6
ter non adſit, admittitur avia, ſive paterna ſive
materna, ita, ut ſi concurrant, ambæ admittan-
tur, *per tradita Carpz. p. 2. dec. 122.* ubi *n. 12.* tra-
dit, matrem ab avo paterno excludi; qvod ſecun-
dum jus Romanum intelligendum; ſed jure Lu-
bec. & conſvetudinario filius per nuptias è po-
teſtate liberatur.

# TITULUS VII.

# De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum.

## Ad L. 1. §. 1.

*SUMMARIA.*

*TUtor à die ſcientiæ cujuscunq; ſit, adminiſtrare ceſſans, ſuo periculo ceſſat. n. 1.*

*Tutor ante decretam tutelam adminiſtrare non poteſt, niſi res moram non patiatur. 2.*

*Probatio ſcientiæ incumbit pupillo. 3.*

*Ceſſatio curatoris eadem coërcetur pœna. 4.*

*Officium tutoris in judicio. 5.*

*Defendit tutor pupillum ſine ſatisdatione. 6.*

*Citatio an in ipſum pupillum dirigi poſſit. 7.*

*Hodiè decernitur contra tutores. 8.*

1 EX qvo innotuit tutori, ſe tutorem eſſe, ſi ceſ-
ſet adminiſtrare, ſuo periculo ceſſat, & in-
demnem pupillum ſervare tenetur, licet hoc ei
ſolenniter denunciatum non ſit, & licet abſens
creatus ſit, modò id ſciat, qvia tunc fuit negli-
gens in impetrando decreto, & faciendo inven-
tario, & per eum ſtetit, qvo minus adminiſtra-
2 ret. Moram igitur contrahit non in non admini-
ſtrando, qvod facere non potuit ante decretam
tutelam, niſi res moram non patiatur, ſed in non
conſeqvendo adminiſtrationem. *hic & l. 5. §. fin.
infra h. t. & l. 8. C. eod. Guttierez p. 3. c. 1. n. 102.
Mont. c. 39. n. 2. & ſeq. Petr. Greg. lib. 13. Synt. c.
10. num. 8. Schrader. de Feud. p. 10. ſect. 20. n. 1. ſeq.*
3 Probatio autem ſcientiæ incumbit pupillo. *l. 6.
4 h. t.* Eadem ratio curatoris, ſi ceſſet vel negligat
convenire tutores, finitâ tutelâ, & inſtare debet,
ut ſibi decernatur curatela. *Mont. d. l. n. 5. & 6.*

5 *Ad §. 2. & ſeq.* Tutor poteſt defendere pupil-
lum ſuſcipiendo judicium, vel pupillo ſe defen-
denti autoritatem ſuam interponere, & qvidem
ſine ſatisdatione, qvam alius defenſor præſtare
debet, qvia ab initio ſatisdationem præſtitit.
6 Idem in Curatore. Actionem etiam pupillo vel
7 adulto competentem intendere poteſt. Hinc
notat hic *Bart.* poſſe citationem in ipſum pupil-
lum dirigi, cum qvo facere videtur *Speculator* in
*tit. de libell. concep. §. jam nunc videndum. num. 10.
Affl. dec. 262.* Sed id intelligendum de pupillo
majore infante, ut tamen ſolus ille non citetur,
ſed cum tutore, aut ſi is deſit, cum cognatis. *Ti-
raqvellus de Retr. conſang. §. 2. gl. 13. n. 16. & ſeq.
per l. 5. §. 1. ff. qvib. ex cauſis in poſſeſſ. eatur. & l. 54.
de R. J.* conf. *Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. part. 2.
n. 67. p. 207. Alex. ad l. ſi ex legati. 23. n. 7. ff. verb.
obl. Mynſ. cent. 2. obſ. 35. Guttier. part. 2. c. 4. per
8 tot. & Hillig. in Donell. l. 23. c. 2. lit. X. in fine.* In
foro hodiè ſolent citationes ſtatim indiſtinctè con-
tra tutores decerni, nec obſervari ſolet diſcrimen,
utrum ipſe tutor litiget, an verò litiganti pupillo
autoritatem præbeat.

## ad L. Si tutor. 2.

### *SUMMARIA.*

*AN actio judicati detur contra tutorem pupillum defendentem. n. 1.*

*An &, ſi condemnatione facta pupillus abſtineat à paterna hereditate. 2.*

*In qvibus caſibus teneatur tutor. 3. & 4.*

1 TUtor pupillum defendit, ſed tutor condemna-
tus, qværitur, an actio judicati detur contra
tutorem? Qvod negatur, qvia tutor debebat de-
2 fendere. Sed qvid ſi pupillus condemnatus poſt-
ea abſtineat à paternâ hæreditate, annè tunc
3 tutor tenetur ex re judicatâ? Qvod neg. qvia
alieno nomine condemnatus. Sed ſi tutor ſe te-
merè obtulit, ſi ob litem calumnioſam in expen-
ſas ſit condemnatus, executio datur contra
ipſum tutorem. *l. 9. & 11. C. h. t. Montanus de Tut.
cap. 31. effectu 6. num. 2.* item, ſi qvid ex bonis pu- 4
pilli poſſideat, cujus nomine ad exhibendum
conveniri poteſt, ut fiat executio. *Guttier. de Tu-
tel. p. 2. c. ult.*

## ad L. Si plures. 3.

### *SUMMARIA.*

*ADminiſtratio à pluribus commodè fieri non poteſt. num. 1.*

*Adminiſtratio eſt committenda illi, cui pater detulit. 2.*

*Limitatur. 3.*

*An ex §. 3.* h. l. *probari poſſit, judicem non decernere poſſe adminiſtrationem contra voluntatem patris, vitium tutoris ſcientis. 4.*

*Adminiſtratio qvomodo & à qvo ſuſcipiatur, patris diſpoſitione deficiente. 5. 10.*

*Honorarii tutores an & qvando teneantur judicio tutelæ. 6. 7. 8.*

*Habent beneficium ordinis. 9.*

VAldè incommodum eſt, ſi plures tutores ge- 1
rerent ſinguli, & promiſcuè geſta à nonnul-
lis, cæteris probanda eſſent. Ideoqve utiliter pa- 2
rentes ſolent uni deferre adminiſtrationem,
qvorum voluntatem judex ſeqvitur, niſi ea pu-
pilli utilitati contraria reperiatur. *Damhoud. in* 3
*patr. pup. c. 4. num. 21. Carpzov. l. 5. Reſp. 82. num.
5. vid. not. ad l. 8. ff. de confirm. tut.* Obiter tamen 4
hic notes, licet nonnulli putaverint, & ex verbis
*Ignorante Teſtatore* colligere voluerint à contra-
rio ſenſu, ſciente vitium tutoris Teſtatore, liga-
tas eſſe manus judici, ſed licet ſciverit teſtator,
tutorem non eſſe frugi hominem, veruntamen
putandum, qvod teſtator minus perpenſo con-
ſilio eum tutorem dederit. *Joh. Annibal. in re-
pet. l. nemo poteſt de leg. 1. n. 401.* Si pater nihil diſ- 5
poſuit, poteſt Judex uni adminiſtrationem de-
cernere; tandem & ipſi inter ſe dividere tute-
lam, aut aliqvem ex ſe eligere poſſunt admini-
ſtratorem. *vid. not. ad tit. C. de divid. tut.* Hono- 6
rarii tutores autem licet non gerant, omninò ta-
men tenentur judicio tutelæ, ſi, cum tutorem
gerentem malè converſari viderint, eum ſuſpe-
ctum non fecerint. Idem, ſi cauſas non reqviſi- 7
verint facti, cur hoc vel illud agat tutor, ne ob-
ſtet *L. 26. §. 1. ſupr. de teſtam. tutor. Hill. in Don. lib.
15. c. 18. in fin.* Vel ſi non curaverint, ut pecunia 8
utiliter collocetur; ſed habent beneficium ordi- 9
nis, ut excuſſo prius gerente tutore conveniantur.
*vid. Hartman. Piſt. part. 1. qv. 6. num. 20. ſeq.
Carpz. p. 2. conſt. 11. d. 36. Berlich. p. 2. concl. 12. n.
39. Zang. de Except. part. 2. c. 16. num. 16. & ſeq.
Struv. th. 39.* Qvamvis expediat pupillo, tute- 10
lam potius per unum adminiſtrari, qvàm per
plures, ne per plures ſpargatur tutela, ac ne unus
alium impediat. *§. 6. h. l. Carpz. d. R. 82. n. 18. & ſeq.*

Si

Si tamen tutores reliqvi fidem non habeant electo, nec patiantur ſuccedanei eſſe alieni periculi, omnibus geſtio committi poteſt. *Schn. ad §. 1. inſt. de ſatisd. tutor. num. 4. Carpz. d. R. 82. num. 20. ſeq.*

## ad L. Ita autem 4. §. 3.

### SUMMARIA.

NOn gerens tutelam vel curatelam, ſi mandatum gerendi alteri dedit, non habet beneficium ordinis. n. 1.

*Tutor finitâ tutelâ non admonens, ut conſtituatur curator, tenetur actione tutelæ. 2.*

*An curatori dimiſſionem allegan̄ti adhuc citatio decernenda, ſi lis cum conſenſu ejus mota. 3.*

*Remiſſioni reddendarum rationum non includitur dolus. 4.*

*Extenditur ad latam culpam. 5.*

*Alogus qvis dicatur. 6.*

*An conſilium matris, ſecundum diſpoſitionem ultimam patris, ſeqvi teneantur tutores, ſi noxium reperiatur. 7.*

*Tutores qvando contra voluntatem patris diſponere poſſint. 8.*

1 IS, qvi non geſſit, habet beneficium ordinis, niſi ſcilicet mandatum gerendi dedit alteri; nam tunc ipſe geſſiſſe videtur, qvi per alium geſſit. *hic & l. 55. §. non ſolum. h. t. Boër. deciſ. 59. Hartm. Piſt. d. qv. 6. n. 21.* ubi mandatum expreſſum reqvirit, qvod dubium eſt, ob *d. §. non ſolum.* Idem ſi curatorem ſubſtituat *l. pen. C. qvi dare tut. Mont. d. c. 39. n. 70.*

2 *Ad §. 5.* Tutor pupillum puberem factum, ſi nolit continuare curatelam, tenetur admonere, ut ſibi curatorem petat, adeo ut apud ipſos cognatos hac de re inſtet, aliàs tenetur actione tutelæ, qvia hoc eſt connexum officio tutelæ *hic & l. 7. C. qvi petant tutor. Gail. lib. 2. obſ. 96. n. 3. Guttierez part. 1. c. 6. n. 142. & 147. Rodericus de ann. reddit. lib. 2. qv. 15. n. 16. Carpzov. d. c. 11. d. 10.* Idqve eo fine, ut curatoris in præſentiâ tutor rationes reddere poſſit, & ideò rationibus redditis non tenetur admonere. *Zang. de except. p. 2. c. 16.*

3 *num. 24.* Ideoq; licet curator alleget, ſe eſſe dimiſſum à curatelâ, ad eum tamen citationes debent dirigi, niſi curatorem ſubrogari curaverit, & ei documenta tradiderit; qvia ſemel eſt cum ejus conſenſu lis mota, ergo porro adeſſe debet liti. Ita decretum refert *Dn. Mev. p. 3. dec. 202.*

4 *Ad §. 7.* Rationum redditione remiſsâ, nunqvam videtur remiſſus dolus, ſi doli arguatur tutor, qvia renunciatio ſtricti juris, nec teſtator dolum futurum remittere potuit. *l. 27. §. 3. ff. de pactis*, & qvia nemo Jus publicum remittere poteſt hujusmodi cautionibus, nec mutare formam antiqvitus conſtitutam, ut habet regula in *§. hoc propoſita. Maſc. de probat. concl. 1259. num. 13.* & qvos allegat *Schultes. ad Modeſtin. Piſtor. part. 3. quæſt. 127. num. 70. Carpz. d. c. 11. d. 4. num. 6. & def. 8. Munoz. de Ratiocin. c. 5. n. 13. Menoch. l. 4. præſ. 164. n. 1. Dn. Manzius in cent. deciſ. q. 43. n. 18.*

Et hoc ad latam culpam etiam extendit *Menoch. d. præſ. n. 6.* qvem ſeqvitur *Dn. Manzius d. l.* de 5

voce ἀνευλογίςω videatur *Alc. lib. 2. parergon. c. 25.* Hinc alogiſtus vel alogus dicitur, qvi ra- 6

tiones reddere non tenetur *Alc. ad lib. 3. poſt. Cod. tit. de frumento Alex.*

*Ad §. 8. & ſeq.* Teſtator juſſerat in teſtamento 7

tutores, ut in conſilium adhiberent viduam ſuam, pupillorum matrem, etſi hoc ſecuti fuerint, fore eos ſine periculo, licet fortè ſeqvior ſeqvatur eventus, qværitur ſi conſilium matris noxium repererint, an id ſeqvi teneantur? Negatur; Nam qvi alterius conſilio aliqvid facere debuit, non tamen ſeqvi tenetur ſemper ejus conſilium. *Menoch. conſ. 122. n. 75.* Hinc nec Judex, licet jubeatur conſilium Peritorum reqvirere, non tenetur id ſeqvi, ſi iniqvum *Joh. Peregrinus de Fiſc. n. 86. tract. vol. 2.* Qvod extendi- 8

tur *& ſeq. 9.* ut, ſi ipſe pater qvid diſpoſuerit, v. gr. ne res periculo ſubjectæ diſtrahantur, id, ſi in præſens damnum pupilli vergere videatur, tutores ſeqvi non teneantur. Imò non ſeqvi teneantur, qvia minus perpenſo conſilio hoc voluit Pater. *§. 9. hujus legis.* 5. Pater qvidem optimum conſilium præbere præſumitur pro liberis, ſi tamen contrarium appareat, præſumptio cedit veritati, & veritas fortior eſt præſumptione. *L. nuptura 57. de jure dotium.* & qvos textus allegat *Barb. locupl. l. 14. c. 68. axiom. 22. conf. etiam Baldus l. 4. conſ. 230.*

## ad L. Tutor qvi repertorium. 7.

### SUMMARIA.

INventarii confectio neceſſaria. n. 1.

*Juventarium non conficiens qvomodo coërcendus. 2.*

*Neceſſitas conficiendi inventarii extenditur ad omnes adminiſtratores rerum alienarum. 3.*

*Tutor qvando ad confectionem inventarii non obligatus. 4. & ſeqq.*

*Tutor proprio motu res ſubitaneo interitui obnoxias vendere poteſt. 12.*

*Tutor non bonâ conditione prædium comparans, de latâ tantum culpâ tenetur. 13.*

*Qvid hodiè exiſtimandum. 14.*

*Regulariter de levi tenetur. 15.*

*Tutor pecuniam pupillarem in utilitatem pupilli non impendens, tenetur ad uſuras. 16. & 18.*

Novell. *72. c. 6. abrogata uſu eſt. 17.*

*An & qvando expediat dictam Novellam in uſum revocare. 19.*

*Tutor pecuniam pupilli in ſuos uſus convertens, tenetur ad centeſimas uſuras. 20.*

*An & hodiè in praxi. 21.*

*Intra qvod tempus teneatur collocare tutor pecuniam. 22. 23.*

*Tutor pupillares uſuras acceptas in ſuam utilitatem convertens, tenetur ad uſuras uſurarum.* 24.
*An & ſi uſuras à ſe debitas non intulit in rationes.* 25. 26.

1 OMnis tutor tenetur repertorium vel inven-
tarium omnium bonorum pupilli confice-
re, in qvod & mobilia & immobilia, ut & nomi-
2 na referenda. Si autem omiſsâ inventarii con-
fectione res pupilli attigerit, dolo malo id feciſſe
præſumitur, & tanqvam ſuſpectus ab officio tu-
telæ cum infamiâ removetur, atqve ad intereſſe
pupillo per juramentum in litem præſtandum
obligatur, niſi res gerenda non patiatur moram;
nam id ante confectum inventarium geri poteſt.
*hic & Receſſ. Imp. anno 1548. rubr.* von Pupillen.
*Gutterez part. 2. c. 1. & part. 3. c. 11. n. 49. Mo-
lina Tr. 2. diſp. 223. n. 9. Mynſ. cent. 6. obſ. 39.* &
qvos allegat *Balth. d. t. 5. reſol. 4. n. 22. & Carpz.*
3 *d. conſt. n. d. 6. & ſeq.* Et hæc neceſſitas omni ad-
miniſtratori rerum alienarum incumbit, ut de-
ſignationem juratam vel inventarium edere te-
neatur, v. gr. Socius vel creditor immiſſus in bo-
na debitoris *Carpz. p. 3. c. 33. d. 7. Dn. Mev. p. 5.
dec. 250.* Sed habet hæc regula exceptiones ſuas,
4 ut 1. ſi pater prohibuerit. *l. fin. §. fin. C. Arb. Tu-
telæ.* ut tamen hoc caſu pro ſe conſignationem
bonorum retineat tutor *Carpz. p. 2. c. 11. d. 4. n. 8.*
5 vel 2 ſi bona pupilli ferè nulla, vel 3. qvando ſi-
ne inventario probare poteſt qvantitatem bo-
norum, qvia contra juramentum in litem con-
trariæ probationes admittuntur. *Marſil. ſing. 357.
Tiraq. de Retr. conſang. §. 4. gl. 1. n. 2. Menoch. l.
6 2. A. q. caſu 208. n. 12.* vel 4. ſi qvantitas bonorum
ex ipſo repertorio, qvod ipſe defunctus fecit, & ei
7 ſubſcripſit, apparet; vel 5. ſi mater vidua inven-
8 tarium fecerit. Si autem aliqvis ſcrupulus reſi-
duus, juramento purgationis ſe purgare debebit
9 tutor, ut refert judicatum *Dn. Mev. p. 4. dec. 8.*
6. ad inventarium etiam is tutor non obligatur,
qvi a rationum redditione liberatus eſt, cum il-
lud hujus ſit fundamentum. *Weſenb. conſ. 3. num.
44. Friderus de Mandatis lib. 2. cap. 69. n. 7. & hos
10 laudans Rauchbarus. p. 1. q. 30. n. 29.* 7. Si inven-
tarium pupillo damnoſum, ob neceſſitatem im-
pendentem. *Cephalus vol. 4. conſ. 451. n. 31.* Ru-
ſticitas etiam interdum excuſat, de qvo *Menoch.
11 d. l. n. 21.* Vel error probabilis, ſi qvis rem pro
ſuâ habuerit. *Modeſt. Piſt. vol. 2. conſ. 8. n. 29.*

*Ad §. 1.* Tutor eas res, qvæ tempore pereunt
12 citò, debet vendere, etiam non expectato con-
ſenſu contutorum, debet enim ſuis partibus
fungi. *hic & l. 22. §. fin. & l. 24. C. h. t. Mont. de
tutel. c. 33. n. 166.* Et notetur hic regula, qvod præ-
ceps feſtinatio & moratoria cunctatio, utraqve
improbetur.

13 *Ad §. 2.* Si tutor non bonâ conditione prædi-
um comparaverit, de latâ tantum culpa tenetur,
qvod hic *Gloſſa* (qvia tutor fecit, qvod lex juſſit)
ſpeciale eſſe dicit, & *Bart. in l. qvod Nerva n. 33.
ff. Depoſiti.* Aliud Exemplum ſpeciale eſt in *l. 2. C.
de Arbitr. Tut.* qvia in comparandis prædiis pru-
dentes etiam patresfamilias ſpe lucri falli poſ-
ſunt. *vid. not. ad l. 15. h. t.* conf. *Romanus conſ. 425.*
Hodiè vix culpam latam purgaret tutor, qvi im- 14
mobilia comparavit in gratiam pupilli, qvia bo-
na immobilia ſæpius gravant poſſeſſores. Sed 15
regulariter de levi etiam culpa tenetur, *per l. 8.
C. de Arbitr. tut. Carpz. lib. 5. Reſp. 70. n. 9. Petr.
Gregor. lib. 13. c. 10. n. 5. Hartman. p. 1. qv. 49. n.
9. Zæſ. ad tit. de tutel. & ration. n. 4. Montanus c.
32. reg. 9. n. 200.*

*Ad §. 3.* Tutor, ſi negligat pecuniam pupilla- 16
rem in emptionem convertere, tenetur ipſe ad
uſuras, niſi per eum non ſtetit. *hic & l. 24. C. h.
t. Covarr. lib. 3. Reſol. c. 2. n. 1. Surd. de Aliment.
tit. ult. qv. 46. n. 35. Molin. diſp. 224. Carpz. d. c.
11. d. 22. & Hill. in Don. lib. 15. c. 19. lit. I.* Qvam-
vis *per Nov. 72. c. 6.* hoc, qvod de pecuniis fœ-
nori exponendis in Digeſtis dicitur reſtrictum
ſit ad eum caſum, qvo negotiorum pupilli ad-
miniſtratio, ejusqve vitæ tuendæ ratio, neceſſa-
riò hæc expoſcit. Aliàs jus Digeſtorum in uſum 17
revocatum, obliteratâ ferè Novella. *Rauchb. p. 2.
qv. 26. n. 6. Cothman. vol. 4. Reſp. 9. num. 69. &
alios citans Finckelth. obſ. 39.* Tenetur etiam hodiè 18
tutor pecuniam pupillarem vel in emptionem
prædii locare, vel eam mercatori tradere, ad par-
tem honeſti lucri recipiendam. *arg. c. per veſtras.
X. de Donat. inter vir. & ux. Covarr. d. l. & Gut-
tierez. d. l. n. 5. Carpzov. d. def. 22. & in Juriſpr.
Eccl. l. 2. def. 319. n. 13. & ſeq. Rauchb. p. 2. qv. 26.
n. 6. Hartm. Piſt. p. 1. q. 39. n. 24. Cothman. vol. 4.
reſp. 9. n. 69.* Sed an hoc hodiè, ubi ſummum in
fœnebri pecunia periculum, & prædia ingenti-
bus oneribus obruta, locum habeat, dubito: Di-
xerim hodiè Novellam 72. c. 6. potius eſſe ſeqven- 19
dam; niſi probetur, commodam occaſionem tu-
tori ſe exhibuiſſe, qvâ fœnori licito tutò exponi
potuiſſet. Qvæ autem hic dicta, ad Oeconomos
Eccleſiæ accommodat *Carpz. d. dec. 319.*

*Ad §. 4.* Ejus pecuniæ, qvam in uſus ſuos con- 20
vertit tutor, legitimas i. e. centeſimas à lege in
hoc caſu approbatas uſuras. *l. 1. C. de Uſur. pupill.*
ſolvere tenetur, modo de verſione in rem tutoris
evidenter conſtet *hic & l. 38. ſupr. de negot. geſt.
& l. 1. C. de uſuris pupill. Montanus c. 32. reg. 9.
num. 207. ſeq. Guttier. d. l. num. 10.* Sed de cente- 21
ſimis uſuris qvod hic dictum, in praxi vix obtinet.
*vid. à me not. ad d. l. 1.*

*Ad §. 11.* Tutor vel curator noviter conſtitutus 22
non ſtatim eſt in culpa, ſi, cum jamprimum ſu-
ſcepit tutelam, pecunias pupillares non collo-
carit, datur enim ei à Lege ſpatium 6. menſium
in *l. 15. h. t.* Sed ſi qvis ſit jamdudum creatus tu-
tor, ſi exegerit, collocare debet intra duos men-
ſes, *per hunc §. Guttierez. d. l. num. 27.* Ubi ratio 23
manifeſta, qvod tutor exigere non debuerit, ubi
de

de novo non potuit exponere fœnori, niſi in mo-
râ periculum exigere compulit.
24 *Ad §. 1*. Si uſuras pupillares exegerit tutor, &
in propriam utilitatem verterit, ad uſurarum
uſuras etiam tenetur, qvia hæ uſuræ apud ipſum
ſors ſunt. *Hic & l. 58. §. 1. & ult. h. t. Carpzov. p.
2. Juriſpr. d. 30. def. 30. Schepliz in conſv. March.
part. 4. tit. 1. §. 2. numer. 12. & qvos refert Berlich.
part. 2. dec. 268. n. 10.* Qvod ſi verò non verterit
in utilitatem ſuam, & probaverit, qvod tutò lici-
to fœnori exponere non potuerit, excuſabitur
25 tutor. *Dn. Richter dec. 13. n. 7.* Sed qvær.: Si ipſe
tutor ſit debitor pupilli, qvod in teſtamentariâ
tutelâ, aliisq́ caſibus fieri poteſt, an etiam uſu-
rarum debitarum, & in rationes non illatarum
uſuras teneatur præſtare? Negat hoc *Carpzov. p.
2. c. 30. def. 32. & Joh. à Sande lib. 3. tit. 14. num. 6.*
Sed videtur eadem ratio eſſe, ſive ab alio acce-
ptas, ſive à ſe ſolvendas in ſuam utilitatem ver-
terit; Et qvia à ſe exigere debuit, præſumitur
exegiſſe, & gerit tutor reſpectum duplicis perſo-
næ: Et omnis adminiſtrator, qvi ſimul debitor
eſt, v. gr. Civitatis, tenetur qvotannis intereſſe
ſortis à ſe debitæ inter accepta referre, & ideo ad
harum uſuras tenetur. Et ſi pecuniâ uſurarum
nomine ſolvendâ uteretur tutor, hic lucraretur,
26 & pupillo ea pecunia uſuraria inanis eſſet. De-
claro hoc exemplo: Adminiſtrator civitatis vel
bonorum pupilli, præterlapſo anno reddidit ra-
tionem, & ratione acceptarum pecuniarum de-
bitor manſit 50. thal. qvos non expendit, itêm
30. thal. qvos ipſe de ſorte 500. thal. ſolvere de-
buit, hos 530. thaleros ſi non ſolvat, non iniqvum
videtur, de illis 530. thal. uſuras ipſum ſolvere
debere, qvod tamen rigidum videri poſſet. Sic
deciſum legi à Fac. noſtra 18. Aug. Anno 1621.
Sed non nego poſſe his reſpondere, & ideo æqvio-
rem ſententiam ſvaſerim.

## ad L. Si tutelæ. 8.

### SUMMARIA.

*Tutor credens adjectâ die ſolutionis, non poteſt compelli ad ſolvendum ante lapſum diei ſolutioni deſtinatæ. n. 1.*

*Extenditur 1. ad locationem prædii pupillaris ad certum tempus. 2.*

*2. Ad locationem rerum paraphernalium à marito factam. 3.*

*3. Si Rector Hoſpitalis locavit res Hoſpitalis. 4.*

*Limitatur in bonis dotalibus à marito locatis. 5.*

1 TUtor credidit pecuniam hac ratione, ut poſt
tres annos ſolveretur ſors, qværitur, an in-
terea ante lapſum triennii poſſit tutor compelli
ad ſolvendam ſortem? Qvod negatur, ſed expe-
ctanda dies ſolutioni deſtinata, ſi modò credere
debuit & potuit. Duplicem rationem aſſignat
*Cephalus lib. 2. conſ. 255. num. 31. & ſeqq.* qvod 1. tu-
tor habeat mandatum à lege, 2. officium ſuum
ipſi non debeat eſſe damnoſum. Idq́ etiam ve- 2
rum eſt in locatione, ſi tutor locaverit prædium
pupillare ad triennium, & nondum finito trien-
nio, tutelæ actione agatur, qvod tunc pupillus
non poſſit reſcindere contractum locationis, ſed
expectare diem finitæ locationis, & ita interim
ſtare locationi, ut Dd. hanc legem communiter
extendunt, juxta *Petr. Barboſam ad L. Si conſtan-
te 25. §. fin. num. 7. ff. ſolut. matr.* qvod aſſerit &
*Pinell. ad l. 1. C. de bonis Mat. p. 3. n. 63.* Sic maritus 3
ſi bona paraphernalia uxoris locet ad triennium
& interim ſolvatur matrimonium, uxor tenetur
expectare finem locationis. *Gomez tomo 2. reſol.
c. 3. n. 8. ad finem.* Sic Rector Hoſpitalis annuus 4
ſi locavit res Hoſpitalis ad triennium, finem lo-
cationis tenetur expectare triennii, etiam finito
officio Rectoris. *Covarr. l. 2. reſol. c. 15. n. 6.* ubi
hanc legem allegat *Rolandus à Valle l. 2. conſ. 49.
n. 8. Barb. d. l.* Secus in bonis dotalibus à marito lo- 5
catis, ubi vidua tenetur ſtare locationi à marito
factæ, non præciſe ſed cauſativè, qvia ſuo nomine
locavit. *Covarr. d. l. n. 5. & Barb. d. l.*

## ad L. Qvoties. 9. §. 2. ſeq.

### SUMMARIA.

*Tutor actionem temporalem, qvâ pupillo obligatus eſt, debet perpetuam reddere. n. 1.*

*Ratio ſuppeditatur. 2.*

*Reg. qvod tutor pupillo adverſus alium præſtare debet id qvoq; adverſus ſe præſtare tenetur. 3.*

*An & qvando tutor ſibi ipſi ſolvere poſſit. 4.*

*In qvibus caſibus tutor poſſit eſſe pupilli creditor. 5. & ſeqq.*

*An fidejubens pro patre poſſit filii tutor eſſe. 12.*

*An tutor ſibi ipſi creditum non uſurarium ſolvere poſſit. 13. 14.*

*Compenſatio locum habet in debito paterno, & eo, qvod tutor pupillo debet. 15.*

*Tutor nomine pupilli malam cauſam defendere non debet. 16.*

*Defendenti impenſas reſtituere non tenetur pupillus. 17.*

*Qvomodo tutor à pupillo poſſit mutuò accipere. 18.*

QVando tutor pupillo temporali actione ob- 1
ligatus eſt, debet curare, ut per litis conte-
ſtationem vel recognitionem denuò factam a-
ctio fiat perpetua: Qvod enim adverſus alium 2
pupilli debitorem, id qvoq; adverſus ſe præſtare
tenetur; qvin etiam à ſe exigere debet. *Montan. d.
reg. 9. num. 6. ſeq. Gutt. d. c. 9. n. 40. Rodericus de
cenſibus lib. 3. qv. 10. num. 52.* Nota regulam ex §§. 3
his: qvod tutor pupillo adverſus alium præſtare
debet, id qvoqve adverſus ſe eum præſtare de-
bere.
*Ad §. 5.* Tutor ut à ſeipſo exigere, ita etiam ſibi 4
ipſi ſolvere debet, ſcilicet ſi 1. fuerit pecunia,
unde ſolvatur, 2. ſi uſuræ graves. *Coraſius l. 5. Miſc.*

5 *c.15.n.6. Decian. lib.3. conſ.60. num.7. & ſeqq.* Sed
dices, tutor non debet eſſe pupilli creditor vel de-
bitor? *Nov. 72.* Reſp. legem hanc intelligendam
eſſe in caſibus iis, in qvibus creditor poteſt eſſe
tutor pupilli. *Cagnolus in L. ſingularia. n.71. ff. de
Reb. cred.* v. gr. I Si tutor deſignatus de credito
vel debito proteſtatus ſit, per tracita *Carpz. p. 2.
Juriſpr. c.11. def.20. & lib.5. reſp.87. & p.2. dec.
119. num.5.* nam hæc proteſtatio ipſum à dolo li-
6 berat. *Berlich. p.2. dec.259.* II Si creditum illud
ſit notorium. *Carpzov. p. 2. c.11. d.19. & d. lib.5.*
7 *reſp.89. & d. dec. n.9.* III. Si tutor ſit teſtamenta-
rius, & pater ſciverit creditum vel debitum. *Ant.
Faber. in Cod. lib.5. tit. 20. def.1. Joh. a Sande lib.
2. tit.9. def.1. Rittersh. ad Nov. p.8. c.4. num.14.*
8 IV. Si habet contutores. *L. Neqve 7. C. de Excuſ.*
9 *tut.* V. Si tempore ſuſceptæ tutelæ impedimen-
10 tum ignoravit. *Carpz. d. def.119. n.19.* Et VI. Si tu-
tor ſit perſona illuſtris, cui meritò creditur. *Carp-*
11 *zov. d. l. numer.17. conſ. not. ad l.44. de Pactu.*
Exceptionem autem hanc à pupillo jam pubere
facto, tutoris ex credito agentis petitioni, & pe-
titæ executioni opponi poſſe, qvodqve ſit exce-
ptio juris non habens altiorum indaginem, tra-
dit *Berlich p.2. dec.258.* præjudiciisqve id firmat.
12 Sed qværitur, an qvi fidejuſſit pro pupilli patre,
poſſit ipſius tutor eſſe? qvod affirm. *Berlich. p.2.
dec.261.* qvia fidejuſſor anteqvam ſolvit, non eſt
creditor debitoris; & *Nov. 76.* loqvitur de verâ
actione, & pendet ex futuro eventu, an ipſius
creditor ſit futurus Et ſic nec jactura ſuæ actio-
13 nis ſcilicet futuræ plecti poteſt. Sed qværitur, an
tutor ſibi ipſi creditum non uſurarium ſolvere te-
neatur? Negat id *Fr. Caldas in l. ſi Curatorem
in verbis. contractum feciſti. n.25. C. de Reſtit. min.*
cum non uſurarium ſolvi, non multum interſit
pupilli; ſed id in debito non uſurario etiam lo-
cum habere, putat *Guttierez d. c.9. n.46.* ubi re-
ſpondet, uſurarum hic fieri mentionem, non
reſtrictivè ſed caſualiter; fortè utilius pecunia a-
14 libi collocari potuiſſet. Sed caſus dabitur raro,
ubi pupillus intereſſe docere poſſit, niſi qvando
æſtimatio pecuniæ mutata, & forte in uno vel
15 altero caſu. conſ. *Mont. d. reg. 9. n.109.* Collige,
tutorem etiam compenſare poſſe liqvidum pater-
num debitum cum eo, qvod ipſe pupillo debet.
*Dn. Mev. p.5. d.133.*

16 *Ad §. 6.* Tutor nomine pupilli malam cauſam
defendere non debet; ſed potius bonam fidem a-
gnoſcere tenetur. Non eſt violanda juſtitia in u-
tilitatem pupilli, nec Eccleſiæ, nec Principis, nec
17 civitatis, nec piæ cauſæ. Et ſi interrogetur, debet
reſpondere veritati congrua, licet confeſſio pupil-
lo noceat, ſi autem malam cauſam defenderit, im-
penſas non imputabit pupillo. *Hic & l.6. C. h. t.
Camill. Borell. tom. 2. dec. tit.39. num. 402. & ſeqq.
Guttierez. part.2. c.4. n.13. & ſeqq. Vaſq. p.2. Illuſtr.
lib.1. c.9. n.10.*

18 *Ad §. 7.* Tutor etiam pecuniam pupilli ut mu-
tuam ſibi adſcribere poteſt, & ita debitum con-
trahere, ſi fiat palam, ſed, niſi publicâ ac judiciali
authoritate hoc fiat, nemini poſt d. Novellam 72.
ſvaſerim.

## ad L. Generaliter. 10.

### SUMMARIA.

*Officium tutoris. n.1.3.*
*Tenetur præſtare culpam levem in abſtracto. 2.*

Tutor in rebus pupilli adminiſtrandis id fa- 1
cere debet, qvod diligens paterfamilias &
idoneus facit; ex qvo concluditur, tutorem de- 2
bere culpam levem præſtare in abſtracto, & non
ſufficere in concreto, ſi eandem, qvam ſuis re-
bus, etiam pupilli rebus diligentiam adhibeat, ut
in ſocietate ſufficit. *§. fin. inſt. de Societ. l.72. ff. pro
ſocio.* Imo ſi tutor in ſuis rebus exactiſſimam di- 3
ligentiam præſtaret, eandem exactiſſimam dili-
gentiam rebus pupilli adhibere debet. *l.1. pr. ff. de
Tutelis & rationibus.* Sicut etiam maritus in dote,
*l.17. pr. ff. de Jure dotium. Dn. Lauterbach. ad tit.
commodati. §.4. th.5.*

## ad L. Cum plures. 12. §. 3.

### SUMMARIA.

*Officium tutoris circa perſonam pupilli. n.1.*
*Uterinam ſororem dotare non tenetur. 2.*
*Limitatio nonnullorum an procedat. 3.*
*Frater germanam ac conſangvineam in ſubſidium tantum dotare tenetur. 4.*
*Qvæ munera matri & cognatis mittenda. 5.*
*An ex §.3.* h. l. *probari poſſit, fratrem ne qvidem ſorori uterinæ ad alimenta præſtanda obligatum. 6.7.*
*Donatio remuneratoria rectè fit à tutore nomine pupilli. 8.*

Circa perſonam pupilli tutor debet expende- 1
re, qvod moribus, honeſtati conditioni pu-
pilli conveniat; ſed dotare uterinam ſororem, 2
illum non teneri, hic expreſsè dicitur; qvod non- 3
nulli limitant, niſi aliunde dotem habere ne-
qveat, præſertim cum hodie cognati agnatis in
ſucceſſione ſint æqviparati. Sed de hoc poſſet
dubitari, cum hic de ſucceſſione non agatur. A- 4
liàs frater nec germanam nec conſangvineam
tenetur dotare, niſi in ſubſidium. conſ. *Molina
de Jure primog. l.2. c.15. num.56. & ſeq. Tiraq. de
Jure primog. q.62. num.3 ſeq. Surd. de alim. tit.1. q.
52. num.24. ſeq. Pereg. de Fideicom. art.42. n.50. Pi-
nell. ad l.1. C. de Bon. mat. p.3. num.10. Guttierez de
Tutel. p.2. c.3. num.3. & Theſſaurus. dec.192. numer.7.
Treutl. & ibi Bachov. d.7. th.3. lit. D.* conſ. *Cam-
peg. de Dote. qv.33 Dn. Struv. Ex.30. th.3. Zæſ. ad
tit. de Jure Dot. num.16.* Solennia etiam munera 5
mittit matri & cognatis, non verò nuptialia. *l.1.
§.5. de Tutela & Rat. Wiſſenb. diſp.52. th.27. Mont.
c.22.*

6 *c. 22. reg. 9. num. 150.* Sed ex hoc §. probant non-
nulli, fratrem nec ad alimenta ſorori uterinæ
præſtanda teneri. Sed non eſt perpetuum argu-
mentum à dote ad alimenta, & horum major eſt
neceſſitas & pietas. *Hartm. Hartman. lib. 2. t. 36.
obſ. 2. Col. de Alim. lib. 1. c. 9. & Joh. à Sande l. 2.*
7 *tit. 8. def. 2.* ubi caſum excipit, ſi frater ipſe labo-
8 ret inopiâ. Notant hic etiam, donationem remu-
neratoriam à Tutoribus nomine pupilli fieri poſ-
ſe, v. gr. ob adminiſtrationem bonorum ac præ-
diorum ruſticorum, ſicut in Facultate nuper re-
ſpondimus. *Joh. Garcias de Remuneratoria do-
natione numer. 22. Caldas ad l. 3. C. de reſtit. min. ad
verba ſine curatore n. 119. & ſ. Guttierez. de Tutelis
l. 2. c. 6. n. 10.* ubi id maxime notandum in perſo-
nâ nobili, notat *Montanus de Tutel. c. 33. num. 333.
Menoch. conſ. 29. n. 3. & 33.*

## ad L. Tutor. 13. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Tutor pecuniæ pupillari ſuam credendo præferens, an teneatur, ſi poſtmodum difficultatem credendi prætendat. n. 1. 2.*

*Tutor neceſſaria vitæ ſubſidia proximis cognatis præſtare poteſt. 3.*

*Munera nuptialia mittere prohibetur. 4.*

*Limitatur in ſolennibus. 5.*

*Nuptialia hodie ſolennibus annumerantur. 6.*

1 SI Tutor dicat, ſe non potuiſſe reperire talem,
cui credat pecuniam pupillarem, ſuam ta-
men alicui credidit, actione tutelæ tenetur, qvia
debet pari affectu res pupilli curare ac ſuas, imo
pupillares præferre. *hic & l. 10. & l. 33. pr. ff. de
admin. tut. Romanus conſ. 425. Montan. de Tutel. c.*
2 *32. num. 6. & ſeq. Piagg. de Tutel. qv. 17. n. 32.* Sed
hoc indiſtincte non procedit: qvid ſi enim tutor
ſuas pecunias credendo periculo ſe expoſuerit,
er hätte es auf ein hazard gethan? qvod tamen
3 non præſumitur, niſi probetur. Tutor neceſſaria
ſubſidia vitæ proximis pupilli cognatis præſta-
bit, ſed donatio munerum nuptialium tutori
4 prohibita, qvod tamen ex jam explicato §. 3. limi-
tandum eſt pro dignitate pupilli, ſcilicet in mu-
neribus ſolennibus, i. e. dari ſolitis. *vid. Pinell. ad
l. 1. C. de Bon. mat. n. 5.* qvi non putat, ob nobi-
litatem ſolam licere donare. Cui libens aſſurgo.
5 Sed ſi ſolennia ſint munera, i. e. ſolita præſtari, &
concurrat natalium ſplendor, facilius excuſabitur
tutor. conf. *Tiraq. de Nobil. c. 37. n. 35. & ſeq.* Ho-
die dona nuptialia ſunt ſolennia, & ideò tutor per-
ſonæ nobilis nuptialia munera matri, ſorori, fra-
tri dabit.

## ad L. Si tutor. 15. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Duo caſus, in qvibus negligentia tutoris punitur. 1. & 2.*

*Nomina non exigens, quando teneatur de culpâ lata, qvando etiam de levi. 3. & 4.*

*Nomina malè contracta ad tutorem pertinent. 5.*

*Pupillus hoc caſu, id, qvod in contrahendis nominibus geſſit tutor, aut in totum agnoſcere debet, aut à toto recedere. 6.*

*Ratio ſuppeditatur. 7.*

NEgligentia tutoris punitur 1. Si debitores in 1
hereditate inventos non interpellaverit, &
interim non ſolvendo facti ſint. 2. Si intra 6. 2
menſes pecuniam paratam fœnori non expo-
ſuerit. *Montan. de Tutel. cap. 32. n. 170. Guttier. de
tutelis p. 2. c. 9. n. 27.* Circa prius ſolet commu- 3
niter dici, in nominibus paternis ſi qvid peccet,
culpam latam reqviri, *per l. 2. C. Arb. Tut.* In
contractis ab ipſo tutore nominibus, culpam
etiam levem, *per l. 7. C. Arb. tut. & ibi not. &
ad l. 2. d. t. Carpzov. p. 2. c. 11. def. 24. & Mon-
tan. de tutel. c. 39. n. 56. Damboud. de tutore l. 7. n.
19. Hartm. Piſt. p. 1. l. 1. qv. 49.* licet contradicat
*Binckelth. obſ. 35.* Sed illud videtur de eo debitore 4
intelligendum, cui pater credidit pecuniam, ut a-
pud ipſum maneret, præſtitis annuis uſuris. Nam
ſi qvidam ita debuit, ut ſtatim ſolveret, & tutor ei
crediderit pro annuis uſuris, videtur a tutore ipſo
contractum nomen, & ſic de levi etiam culpa
tenetur, *vid. Dn. Mev. p. 4. dec. 11.* Nomina igitur 5
integra pupillo ſalva ſunt, malè verò contracta 6
ad tutorem pertinent. Tutor tamen hanc con-
ditionem poteſt ferre pupillo, ut id, qvod in
contrahendis nominibus geſſit tutor, aut in to-
tum agnoſcatur, aut à toto recedat. Non enim 7
licet unam partem contractus ratam habere, al-
teram irritam; ſed aut totum ratum habendum,
aut totum reprobandum eſt negotium; & contra-
ctus non poteſt ratificari, niſi cum omnibus ſuis
capitulis. *Tiraqv. de retr. Convent. ad fin. tituli n.
415.* & qvos ibi refert *Petr. Peck. ad c. Ratihabitio-
nem, 10. de R. J. n. 6.*

## ad L. Lucius Titius. 21.

QVando teſtamento datus filiusfamilias, ſci-
entia patris patri non præjudicat, ut pater
in ſolidum teneatur, & non peculio tenus, *vid.
not. ad l. 7. de tutel.*

## ad L. Vulgo. 23.

### *SUMMARIA.*

*Tutor qvando teneatur cavere de rato. n. 1.*

*Qvomodo hodie communiter probetur legitimatio tutoris. 2.*

*An per teſtes probari poſſit tutela. 3.*

*Qvid ſi tutor in judicio agens, non habeat paratam probationem tutelæ. 4. 5.*

TUtor non compellitur cavere de rato, niſi 1
de eo, an adhuc tutor ſit, dubitetur; & licet
caverit, finitâ tamen tutelâ expirat cautio. *l. 28.
h. t.* Hodie receptum, ut tutor pro pupillo actu- 2
rus

Digitized by Google

rus producat tutorium, vel teſtamenti copiam
confirmatam, per tradita *Gail. l. 2. obſ. 107. num. 5.*
*Blubm Cam. proc. c. 67. num. 41. Berlich. part. 1.*
*concl. 16. num. 4. & ſeq. Maſcardus de probat. concl.*
3 *1400.* ubi notat ex *Baldo*, tutelam teſtibus proba-
ri non poſſe; per hoc tamen facultatem proban-
4 di nimis reſtringi exiſtimaverim. Qvando au-
tem tutor in judicio agens, non habet paratam
probationem tutelæ, ſolet ipſi legitimatio perſo-
næ injungi ſub pœna intra certum tempus faci-
enda, & interim in cauſa pergitur, ne lis ob id
5 differatur. Alicubi tutoribus & procuratoribus
pœna ſtatim dictatur, qvando ſine legitimationis
inſtrumento comparent in judicio; qvod intelligo
de perſonis ejus ſtatuti non ignaris, ſed qvando in
eodem judicio datus eſt tutor, non opus eſt proba-
tione *Gail. & Blubm d. l. n. 42.*

## ad L. Decreto. 24.

### *SUMMARIA.*

*COnſentio procuratoris competit pupillo, accedente autoritate tutoris, non ſoli tutori. n. 1. & 2.*

*Actor qvando adjungatur & cujus periculo. 3.*

*Actor qvomodo probetur hodie. 4.*

*Actoris officium an expiret tutore mortuo. 5.*

*Dicta de tutore, an ad curatorem litis, fœminæ dari ſolitum extendenda. 6.*

*Qvid ſi hic dederit procuratorem in cauſa curandæ cum aliis, communi, an conſtitutio iſta valida. 7.*

*An cauſam agere unus ex tutoribus poſſit. 8.*

*Num gratificandum adverſario, ſi unum actorem conſtituendum poſtulet. 9. 10.*

1 TUtor ante litem conteſtatam procuratorem
conſtituere non poteſt, *per l. 11. C. de Procu-*
2 *rat.* pupillus tamen procuratorem cum authori-
tate tutoris poteſt conſtituere. *Mynſ. c. 2. obſ. 58.*
3 *Montanus de tutelis c. 31. effectu 1. n. 15.* Ideoqve
qvando moles negotiorum, aut tutoris ætas, vel
valetudo urget, actor conſtituitur periculo tuto-
ris ex decreto prætoris. *Gail. d. lib. 2. obſ. 107. n.*
*6. Mynſ. cent. 2. obſ. 58. Carpzov. in proc. tit. 5. art. 5.*
4 *n. 26. Berlich. d. concl. 16. n. 10.* Sed ibidem *Berl-*
*chius* addit, decretum judicis hodie non reqviri,
ſed ſufficere Actorium à tutore ſubſcriptum,
cumqve eo tutoria vel curatoria exhibenda, & ad
acta referenda. *Zang. de Except. part. 2. c. 8. num.*
*21. Carpzov. d. art. 5. n. 23. Berlich. d. l. n. 11.* Qvod
hodie non ſemper obſervatur, ſed obſervari de-
5 beret, ut judicium conſtet. Et hujus actoris offi-
cium non expirat, tutore mortuo, ſcilicet in ne-
gotiis cœptis *Berlich. p. 2. dec. 278.* Sed qvæ de
tutore jam dicta, ad curatorem litis, fœminæ da-
6 ri ſolitum, non debent extendi. Curator enim
litis generalis procuratoris inſtar eſt, & ideo ha-
bet poteſtatem ſubſtituendi procuratorem.
7 *Dn. Mev. p. 5. dec. 296.* Et ſi dederit procurato-
rem in cauſa curandæ cum aliis communi, inva-
lida eſt conſtitutio ratione conſortum, niſi inte-
rim per cautionem de rato ſuppleatur. *Dn. Mev.*
*d. dec. 296.*

*Ad §. 1.* Unus ex tutoribus cauſam agere vel 8
defendere, aliis negligentibus, poteſt, qvia ſin-
guli habent officium in ſolidum. *hic & l. un. C.*
*Si ex plur. tutoribus & curatoribus omnes vel unus*
*agere poſſint. Speculator l. 1. p. 3. n. 17. & Carpzov.*
*p. 1. dec. 26. num. 12.* niſi cæteri ſimul agere velint. 9
Ubi tamen, poſtulante adverſario, tutores unum
actorem conſtituere tenentur; niſi agatur de ta-
li qvæſtione, ex qvâ tutela diſſolvi poſſit. *l. ult. C.*
*de Aut. tut. vid. Gutter. p. 2. c. 4. numer. 2. Mont.*
*c. 32. reg. 9. num. 84. A. Barb. ad d. l. ult.* qvod tamen
in Camerâ Spirenſi, & judiciis Saxonicis aliter
ſe habere, dicit *Carpzov. d. t. 5. art. 3. n. 82. & d. dec.*
*26. n. 15.* Nam ſinguli tutores vel curatores non 10
audiuntur, ſed cæterorum authoritas etiam re-
qviritur, qvod & Jure Civili de actoribus à tu-
tore conſtitutis aſſerit *Bart. in l. 1. §. ſi plures num. 1.*
*ff. de Exerc. act.* qvod non videantur in ſolidum
conſtituti.

## ad L. Si minoris. 25.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio decidendi. 2.*

*Beneficium reſtitutionis cedi poteſt. 4.*

*Beneficii extraord. cum ordinario concurſus qvomodo procedat. 5.*

*Exceptio doli decedendis juribus, an opponi poſſit poſt condemnationem. 6.*

*Poſt ſolutionem qvando cedi poſſint jura. 7.*

ADoleſcens cum conſenſu curatorum agit 1
contra eos, qvi tutores fuerunt, & hi qvidem
condemnati ſunt, ſed in minorem qvantitatem,
qvam debeant, idqve culpa curatorum. Huic con- 2
tra curatores agit ad intereſſe, qvi etiam conde-
mnati ſunt, ſed qværitur, annon adoleſcens poſ-
ſit reſtitutionem petere contra tutores, ut in
plus condemnentur? qvod affirmatur, qvia or-
dinarium remedium actionis judicati datur
contra curatores, extraordinarium verò con-
tra tutores ſcilicet reſtitutio, & ſic contra di-
verſas perſonas. Sed qvid ſi curatores con- 3
veniat actione judicati, an tenetur adoleſcens ce-
dere ſua jura contra tutores? Qvod affirm. licet
curatores ſolverint. Colligitur I. ex h. l. benefi- 4
cium reſtitutionis cedi poſſe. *hic & l. 24. pr. ſupr.*
*de min. Tiraqvell. de Retr. Conſang. §. 26. gl. 3. num.*
*13. Maurit. de Reſtit. c. 17. P. Barb. in l. qvia tale.*
*14. num. 62. ff. ſol. matr.* II. Beneficium extra- 5
ordinarium cum ordinario poſſe concurrere, ſi
contra diverſas perſonas competat. *Oddus de Re-*
*ſtit. qv. 17. art. 2. num. 14. Barb. d. l. n. 63.* III. Poſt 6
condemnationem exceptionem doli de ceden-
dis ſibi juribus opponi poſſe. *Barb. d. l. numer. 64.*
qvod de omni exceptione cedendarum actio-
num

num intelligendum, qvod ſcilicet in ipſa execu-
tione poſſit de hoc beneficio excipi. *Hering. de*
*Fidej. c. 27. p. 3. n. 17. Dn. Manzius de fidejuſſ. c. 10.*
*n. 20.* qvia hæc exceptio non impugnat, ſed mo-
5 dificat ſententiam. IV. Poſt ſolutionem cedi
poſſe jura, ſi perſonæ non eadem ſpecie actionis
obligatæ, ne obſtet *l. 76. de Solut. Barb. d. n. 64.*
*cum 2. ſeq.* ſed non tenetur reus, qvia ſuum reci-
pit. *Barb. n. 65.*

## ad L. Cum curatore, 26.

### *SUMMARIA.*

*Diſcrimen inter tutorem & curatorem. n. 1. & 3.*
*Qvæ actiones contra tutorem inſtitui poſſint durante tutelâ. 2.*
*Hodiè ſingulis annis tutores rationes reddere tenentur. 4.*

1 HOc diſcrimen eſt inter tutorem & curato-
rem, ut contra illum durante tutela compe-
tat qvidem actio, ſed non exercitium actionis, ni-
ſi tutela finita, *per l. niſi finita. 4. infr. de tutel. &*
2 *rat. diſtr.* niſi etiam rei vindicatio ſit, vel furti
actio & ſimilis, qvæ durante tutela datur, *per l. 9.*
*§. fin. d. t. de Tutel. & rat. Tuſchus concl. 452. lit. T.*
3 *Mont. c. 39. n. 225.* Sed cum curatore & procuratore
durante officio agi poteſt, *per h. l.* conf. *tot. ad l. 2.*
4 *& 14. C. h. t.* Sed hodie tutores etiam ſingulis an-
nis reddere tenentur rationes, *per Reform. Polit.*
*Ao. 1577. tit. 32.* & ad id compelli poſſunt, qvod
utinam obſervaretur! Sed deſvetudo per Magi-
ſtratuum negligentiam non probatur.

## ad L. Tutor. 27.

### *SUMMARIA.*

*Tutor an & qvando loco domini habeatur. n. 1.*
*Effectus hujus domini. 2.*

1 TUtor loco domini habetur, ſcil. qvando tute-
lam adminiſtrat, non qvando ſpoliat pupil-
lum *l. 7. §. 3. infr. pro Emptore. Weſenb. conſ. 52. n.*
2 *57. Barb. locuplet. l. 18. c. 34. axiom. 4.* Hinc tutor in
causâ pupilli teſtis eſſe neqvit idoneus, & plenam
ac liberam habet adminiſtrationem, & poterit in
litem jurare ſi velit, qvæ omnia perſeqvitur *Mont.*
*c. 31. effect. 1. per totum.*

## ad L. Tutor prò pupillo. 28.

### *SUMMARIA.*

*AN poſt L. conteſt. finitâ tutelâ tutor teneatur ſatisfacere creditoribus pupilli. n. 1.*
*Tutorem liberat à præſtatione uſurarum depoſitio pecuniæ. 2.*
*Depoſitio ad liberandum debitorem ab uſuris an neceſſaria. 3. & 4.*

1 FInitâ tutelâ finiuntur judiciales ſatisdatio-
nes, ſcilicet ſi lis non conteſtata. Sed & ſi lis
conteſtata, de ſuo tamen non tenetur ſatisfacere
creditori pro eo, qvi fuerat pupillus, vel adhuc
eſt, niſi 1. ſit debitor pupilli, aut 2. fecerit, ut
aliud non eſſet, in qvo executio fiat, aut 3. bona
habeat pupillaria, & nolit ſolvere. *Dn. Mev. p. 1.*
*dec. 227.*

*Ad §. 1.* Tutor, per qvem non ſtat, qvo minus 2
reliqva ſolvat, i. e. ſi offerat, liberatur ab uſura-
rum præſtatione, ſi modo depoſuit pecuniam. 3
Unde colligitur, reliqvatorem, imo & alium debi-
torem non liberari ab uſuris, licet obtulerit, niſi
depoſuerit, ſcil. qvando curſus uſurarum jam cœ-
pit; Aliud, ſi nulla jam fuerit mora contracta. 4
Nam licet *Car. Molin. de Uſur. q. 39. n. 297.* ſpecia-
lem rationem qværat, & ab Ulpiano non regulam,
ſed applicationem ad facti ſpeciem notatam ſeu
reprehenſam tradat, nihilominus tamen ſenten-
tia illa aliis etiam textibus nititur, ut *l. 6. & 9. C. de*
*Uſur. l. 1. §. fin. & l. 7. de Uſur. vid. Schultz. de Oblat.*
*pecun. c. 6. num. 5. pag. 442. & ſeq. Dn. Mev. p. 2.*
*dec. 199. & qvos refert. Zangerus de Except. p. 3. c. 2.*
*num. 94.* ubi hanc ſententiam veriorem & com-
muniorem dicit.

## ad L. Sine herede. 32. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*Tutor tenetur & de fructibus perceptis & percipiendis. n. 1.*
*Extenditur ad omnes adminiſtratores rerum alienarum. 2.*
*Contra actiones tutoris ſecundum conſvetudines, ratione rerum, qvas afficiunt, nulla datur reſtitutio. 3.*
*An ex §. 6.* h. l. *colligi poſſit, J. Communi pertinere onus tributorum ad conductorem. 4. 5.*

TUtor non tantum tenetur de fructibus per- 1
ceptis, ſed etiam qvi bona fide percipi po-
tuerunt, rationem reddere, qvod notandum, ut
recte formentur articuli in actione tutelæ, ut no-
tat hic *Bart.* Et hoc in omni adminiſtratore re- 2
rum alienarum verum eſſe, exiſtimant Dd. ut *Me-*
*noch. lib. 2. de A. Q. caſu 209. numer. 32. Hondedæus*
*vol. 2. conſult. 82. n. 19. Carpzov. l. 5. Reſp. 70. num. 2.*
*& 3. Klock. vol. 3. conſ. 148. n. 32. Dambouderius in*
*patroc. pup. c. 3. n. 13.* & qvos refert *Dn. Heeſer de rat.*
*red. loco 9. n. 5.*

*Ad §. Lucius 6.* Statuta & conſvetudines, qvæ 3
rem reſpiciunt & afficiunt, obligant etiam mi-
nores, & ſi qvid conſvetudine reqvirente fecit
tutor, contra id nulla datur reſtitutio. *Tiraq. de*
*Retr. conſangv. §. 36. ad fin. tit. n. 51. & 55. Blanc.*
*de compromiſſ. qv. 3. n. 39. Menoch. Remed. 3. adipiſc.*
*poſſ. n. 78.* Ex hoc §. videtur etiam colligi poſſe, 4
qvod jure communi onus tributorum ad con-
ductorem pertineat, qvia conſvetudo hic alle-
gatur contraria; ſed qvia fructus ſunt locatoris,
qvi eos percepit per penſionem, ideo commu-
nis eſt diſtinctio inter conductorem ſimplicem
& longi temporis: ut ille non teneatur, ſed hic.

*Klock.*

*Klock. de Contrib. c.11. num.118. & qvos ille in præcedentibus numeris allegavit* conſ. *Franzkius ad tit. Locati conducti n.172. Garcias de Expenſis. c.14. n.18. Lauterbach ad tit. Locati §.2. th.19.* Ex qvo concludit *Dn. Mev. p.4. dec.309.* mercede ſimpliciter promiſſa, tacite tamen excepta onera.

## ad L. A tutoribus. 33. pr.

*SUMMARIA.*

*AN tutor officio ſuo ſatisfaciat, ſi rebus pupilli eandem, qvam ſuis, adhibeat diligentiam. num.1.*
*Expenſæ factæ circa perſonam tutoris, an & qvando imputentur pupillo. 2.*
*Salarium qvando tutoribus conſtituatur. 3.*
*Extenditur ad executores teſtamenti & Advocatos. 4.*
*Qvid in legatorum piorum executoribus. 5. 6.*

1 TUtor debet illud facere, qvod diligens paterfam. facit, qvod exemplis declarat *Montan. c.39. num.21.* Unde colligitur, non ſufficere, ſi tutor eandem in ſuis rebus diligentiam præſtiterit, ut videtur innuere *l.1. pr. ff. de Tutel. & ration. diſtr.* qvæ tamen ex hâc lege explicanda. Sic cum tutor polentam pupilli per tres annos habuiſſet, & à vermibus corrupta reperiretur, ac tutor ſe idem damnum in propriâ polentâ perpeſſum allegaret, non fuit auditus tutor, ut refert *Dn. Mev. p.4. dec.9.*

2 *Ad §. 1. n.* Expenſæ factæ circa tutelam imputantur pupillo, non verò qvæ factæ circa perſonam tutoris, niſi per judicem ſalarium ei fuerit conſtitutum, vel niſi etiam peregrè proficiſcatur
3 tutor. Hinc, ut & ex *l.10. §.9. ff. Mandati.* colligitur, tutori, ſi alias ſuas operas locare ſolitus, vel ſi magna ſit negotiorum moles, ſi pupillus dives, ſi tutor ab aliis negotiis ob tutelam abſtinere cogatur, poſſe ſalarium conſtitui. *Manz. in cent. dec. qv.42. n.5. Simon Piſtoris poſt conſilia Modeſtini conſ.7. n.6. & 7. Menoch. conſ.228. n.32. Mont. de tutelis c.40. n.11* maximè ſi pupillus ſit perſona illuſtris. *Guttierez de tutelis p.3. c.2. per totum Finckelthaus obſ.62. n.25.* ubi id ad executores teſta-
4 menti extendit. Et hoc etiam ad Advocatos re-
5 fert *Berlich. poſt alios p.1. dec.134.* Aliud in executoribus piorum legatorum, qvi à ſalariis abſti-
6 nere debent. *l.49. §. ult. C. de Epiſc. & Cler.* Sed executori legatorum poſſe ſalarium conſtitui, ſi proficiſci habeat neceſſe, vel qvando propria commoda relinqvere cogitur &c. tradunt *Carpz. p.3. Juriſpr. c.13. def. ult. Garcias de Expenſ. cap.20. n.14. Eſcobar de Ratiociniis c.27. n.47. Finckelt. obſ.62. n.23. & ſeqq.*

## ad L. Inter tutores. 36.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n.1.*
*Debitum pupilli cum debito, qvod creditor pupilli debet tutori, compenſari poteſt. 2.*
*Negatur in debito fiſci, ubi non compenſantur debita diverſarum ſtationum. 3.*

DUo ſunt tutores dati, inter eos poſtea diviſa 1
eſt tutela, ut alter Italicis, alter provincialibus rebus præeſſet. Qvidam debuit tutori pupilli Italico centum, qvi compenſare vult, qvod ſibi pupillus debet in provinciâ, qvod hic affirmatur fieri poſſe, qvia idem pupillus eſt debitor & creditor, & diviſio non eſt juris, i.e. jure uterqve in ſolidum tenetur; ſed eſt jurisdictionis, & modum adminiſtrationis facit. *Donell. in l.. C. de Compenſat. num.5.* Non eadem ratio qvæ fiſci, ubi qvod ſtationi uni debetur, cum alia ſtatione compenſari neqvit. *l.1. C. de Compenſ.*

## ad L. Si plures. 38.

*SUMMARIA.*

*TUtoribus contumaciter non gerentibus competit beneficium diviſionis. n.1.*
*Beneficium ceſſionis cur in* h. l. *denegetur. 2.*
*An fidejuſſor, habens ceſſionem in ſolidum, poſſit agere contra confidejuſſores in ſolidum. 3.*

INter tutores contumaciter non gerentes lo- 1
cum habet beneficium diviſionis, licet non excuſſionis, *per l.55. pr. h. t.* qvia illud naturali æqvitati congruit *hic & l.1. §.10. de tutel. & ration. Boer. dec.59. n.3. Don. lib.15. c.20. Zang. de Except. part.3. c.19. n.16. ſeq.* Sed beneficium 2
ceſſionis iis negatur in *h. l.* qvia ex communi dolo conveniuntur, & qvisq; proprii delicti pœnam ſubit, qvæ res indignum eum facit, ne à cæteris conſeqvatur, licet doli ſint participes. *hic & l.1. §.14. infr. de tutel. & rat. diſtrah. Joh. à Sande in Tr. de Ceſſ. act. c.6. n.58. Manzius de fidejuſſ. c.10. numer.28.* Ex §. ult. notatur, qvod fidejuſſor ha- 3
bens ceſſionem in ſolidum, non poſſit agere contra confidejuſſores in ſolidum. Nam ei poſſet opponi à confidejuſſore exceptio doli: ſi tibi ſolvam ſolidum, debes tu mihi ceſſionem dare contra te ipſum *Bart. hic.* Id qvod æqvitati conſonum eſt, & eandem rationem tutorum & fidejuſſorum tradit *hic Bart. Harpr. ad §.4. Inſt. de fidejuſſ. numer.66. Manzius de fidejuſſ. c.10. num.24. Berlich. p.2. concl.12. num.78. Hering. de fidejuſſ. c.27. part.3. n.28.*

## ad L. Ex pluribus. 42.

*SUMMARIA.*

*AN privilegium prælationis pupilli ad heredes non transmiſſibile dicatur, ratione tacitæ hypothecæ. n.1.2. & 3.*
*Reg. Qvæ ad heredes non tranſeunt, ea neqve cedi poſſunt. 4.*
*An & valeat regula affirmativè concepta. 5.*

Qvæ

*Qva excipiantur à reg. affirm. 6.*
*Ceſſionis objectum eſt privilegium pupilli in re ſuâ pecunia empta. 3.*

1 PRivilegium prælationis pupilli ad hæredes non
transmittitur, qvod de tacita hypotheca in-
telligit *Berlich. p. 1. concl. 67. n. 33. & Kiebt. de
Privil. Cred. diſſ. 8. p. 220.* ſed rectius negat *We-
ſenb. part. 3. conſ. 104. Neguz. de pign. memb. 4. part.*
2 *2. n. 30. & Carpz. lib. 4. reſp. 33.* qvia hic de perſo-
nali privilegio tantum ſermo eſt, & jure Digeſto-
rum incognita hypotheca pupillorum, & jure
Codicis demum introducta, *per l. 20. C. h. t. Ant.
Faber in Jurispr. Papin. de tutel. p. 8. illat. 11. Ant.
Matth. de Auct. l. 1. c. 19. num. 40.* qvos citat, ſed
3 non ſeqvitur *Weſenb. d. 51. th. 11.* Et de perſonali
privilegio intelligit *Barb. in L. poſt dotem. 41. ff.
ſolut. matr. n. 54.* ubi exinde infert, neqve in-
voluntaria privilegia perſonalia in ceſſionarium
4 tranſire. Unde regulam ex hac. L. ſumunt, qvæ
ad hæredem non tranſeunt, ea neqve cedi poſ-
ſunt; Nam JCtus ab uno ad aliud hic videtur
argumentari. Qvam regulam ita negativè con-
ceptam, intelligit *Tiraq. de retr. conſang. §. 26. gl.
1. n. 48. Conſius l. 3. miſc. c. 3. n. 8. Berlich. p. 2. dec.*
5 *165. n. 12.* Sed & affirmativè formata regula allega-
ri ſolet *Carpz. p. 2. Jurispr. Forenſ. conſt. 29. def. 3.*
& de Areſto id proponit *Carpz. p. 1. c. 29. def. 3.* Et
6 regulariter omninò hæc videntur paribus paſſi-
bus ambulare. Sed à regula affirmativâ excipi-
tur fideicommiſſum univerſale. *l. 59. §. ex aſſe ff.*
7 *de jure dotium* & jus ſepulcri. *Tiraqv. d. l.* Pupil-
lum etiam privilegium illud, qvo in re ſua pecu-
nia empta qvaſi dominium ſibi qvæſivit, ſi velit,
aut pignus, *per l. 3. C. de Arb. tutel. l. 7. ff. qvi po-
tiores l. 2. ff. qvando ex facto tutoris* cedi poſſe,
tradidi in *tr. de ceſſione c. 4. n. 85.*

## ad L. Cum poſt mortem. 43. §. 1.

*SUMMARIA.*

*QVando promiſſiones curandæ nomine factas, de ſuo præſtare teneatur tutor vel curator. num. 1. & 2.*
*Expromiſſio pro pupillo in dubio non præſumitur. 3.*
*Extenſio ad adminiſtratores rerum alienarum. 4.*

1 TUtor & curator nomine curandæ qvid pro-
mittens, non tenetur de eo ſolvere, niſi do-
loſè aliqvid promiſerit, cum ſciret, non eſſe tan-
tum in facultatibus puellæ. *Dn. Mevius p. 1. dec.*
2 *226. num. 3. & dec. ſeq.* aut ſi ipſe expromiſerit pro
pupillo & ſe obligaverit, qvod tamen in dubio
non præſumendum, *per hunc §. Dn. Mev. p. 1. de-*
3 *ciſ. 228. num. 2.* cum tutor ſe nomine pupilli po-
tius, qvàm ſuo ſe obligare præſumatur. *Tiraqv.
de Retr. conſ. §. 1. gl. un. n. 4. Cavalcanus de Tutor.
& curat. num. 343. Maſcardus de probat. concl. 1399.
num. 2.* qvod *num. 4.* extendit ad qvemlibet ad-
miniſtratorem bonorum alienorum.

## ad L. Si pupillus. 45.

*SUMMARIA.*

*AN pubes factus liberans unum tutorem in ſolidum obligatum, poſſit contra alterum adhuc agere in ſolidum. n. 1.*
*Ratio decidendi. 2. 3.*
*An ex verbis fin.* h. l. *colligi poſſit, præſcribentem haberi pro ſolvente. 4.*

DUo ſunt tutores, qvi in ſolidum obligati, 1
primus & ſecundus; ſecundum, qvia fortè
non eſt idoneus, is, qvi fuerat pupillus, liberat,
cum conſenſu curatoris, poſteà agit contra pri-
mum in ſolidum, qværitur an rectè? Qvod nega- 2
tur, nam dum ſecundum liberat, ſive ea libera-
tio fiat per pactum, ſive fiat per acceptilatio-
nem, habetur hoc pro ſolutione, ergo à primo
adhuc peti non poteſt. *Montanus c. 9. num. 76.*
Idem ſtatuit lex in duobus adminiſtratoribus Ci-
vitatis vel Cameræ. Nam pupillus, ſi voluiſſet 3
ſolidum exigere, debuiſſet ei cedere ſuam actio-
nem contra ſecundum, qvam jam non habet.
Unde notant, eum, qvi tenetur cedere actionem
ſi eam cedere non poſſit facto ſuo, repelli exceptio-
ne cedendarum actionum. *Bart. hic n. 5. vid. l. Sti-
chum 95. §. pen. & ibi notata ff. de ſolut.* Ex verbis
fin. colligunt Dd. præſcribentem haberi pro ſol- 4
vente. *Baldus de præſcript. p. 1. qvæſt. 6. num. 4.* &
præſcriptione contra unum facta tutorem, alium
non liberari. *Alex. vol. 7. conſ. 98 num. 2. &
Tuſchus lit. T. concl. 437. n. 5.* Sed vocem (tem-
pore) non vult agnoſcere *Cujac. ad hanc L. to-
mo 1.* Sanè de præſcriptione nullum in lege ve-
ſtigium.

## ad L. Lucius Titius. 46. pr.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Doctorum ſententia: Procurationem finiri, ſi procurator in inopiam recidat, quomodo intelligenda. 3.*
*De verbo reliqvari agitur remiſſivè. 4.*
*Reg. Fidejubens pro alio ad certum tempus adminiſtraturo, ultra id non tenetur. 5.*
*Solvens tutori debitam pecuniam, ipſo jure liberatur, licet non verſa in utilitatem pupilli. 6.*
*An hoc caſu detur reſtitutio pupillo, ſi tutor non ſolvendo. 7.*
*Affirmantium reſponſio ad contrarios textus. 8.*
*Negativa communiter probatur. 9.*
*An hoc caſu ſecuri ſint, ſi ſolvant decreto magiſtratus. 10.*
*Reſponſio ad rationem dubitandi. 11.*
*Qvietatio tutoris pupillo obeſt. 12.*
*Temperamentum* Carpz. h. c. *an in foro obtineat. 13.*
*Beneficium diviſionis tutoribus quando detur. 14.*
*An & qvando alter ex tutoribus diverſi generis teneatur ex culpâ alterius. 15. 16.*

*Reg. Alter tutorum à diverſis conſtitutorum non tenetur ob culpam alterius, niſi qvod ſuſpectum non fecerit.17.*

*Tranactio tutoris nomine pupilli limitatur. 18.*

*Qvando decretum Prætoris reqviratur in transactione tutoris. 19.20.*

1 CUrator adoleſcentis fundum ejus Sempro-
nio locavit, qvem poſtea adoleſcens, cum ſe
majorem 25. annis diceret, judici ætate probata,
procuratorem conſtituit in litem fortè, dum
ipſum qvondam curatorem convenit. Curator
excipit, actorem probaſſe, locationem factam
Sempronio & nomen approbaſſe; & ita liberaſſe,
curatorem, dum Sempronium procuratorem,
2 conſtituit. Ergo reliqva conductionis a Sempro-
nio ſunt petenda. Sed negatur conſeqventia;
Nam qvando adhibeo aliqvem procuratorem,
non ideò alia ejus facta probo, & inops etiam
procurator eſſe poteſt. *Cujacius ad lib. 10. Reſp.
Julii Pauli tomo 1. pag. 1638.* ubi invehitur in
opinionem Doctorum, qvod procuratio finia-
3 tur, ſi procurator in inopiam recidat. Sed puto
Dd. id non de procuratore ad agendum, ſed ad
4 pecunias recipiendas conſtituto intelligere. Nam
inopia male ſvada eſt, ubi occaſio ſe offert. De
verbo reliqvatus, vel reliqvare aut reliqvari diſ-
ſerit *Coraſius lib. 1. miſc. c. 14.*

5 *Ad §. Paulus 4.* Qvi pro tutore fidejuſſit, non
tenetur pro iis, qvæ tutor poſt pubertatem ge-
renda ſuſcepit; Unde colligitur generalis regu-
la: Si qvis fidejuſſit pro alio, qvi ad certum tem-
pus adminiſtraturus eſt, ſcilicet pro tutore, qvi
adminiſtrat tantum ad pubertatem, tunc ad idem
tempus tenetur fidejuſſor, & non ultra. Ex hoc
inferunt, eum, qvi fidejuſſit pro Titio, cui ad tri-
ennium cuſtodia arcis concredita, non teneri,
ſi poſt triennium caſtrum hoſti tradat. *Butrius
in c. conſtitutus. de Fidejuſſ. & alii qvos congeſſit
Menoch. conſ. 212. n. 43. & conſ. 719. num 8. conſ.
l. 3. §. 6. ff. de jure fiſci.*

6 *Ad §. 5.* Solvi tutori pecuniam debitam, qvi
in utilitatem pupilli eam non vertit, qværitur, an
me convenire poſſit? Negatur id, qvia ipſo jure
7 ſum liberatus. Sed qvæſtio actis eſt, an hoc caſu
detur reſtitutio pupillo in omnem eventum, ſi
tutor non ſolvendo? affirmant qvidam, qvi con-
trarios textus, ut *l. ult. C. ſi adverſus ſolut. & l. 25.
8 C. h. t. §. at ex contrario Inſt. Qvib. alien. licet.*
reſtringunt ad caſum, ſi qvis ipſi pupillo, præſen-
te qvidem tutore ſolverit, vel ad alios caſus
ſpeciales, ut *poſt Ferd. Vasqvium Guttierez de
Tutelis c. 22. num. 15. & ſeqq. Carpzov. l. 5. Reſp.
767. num. 4. & ſeqq. & part. 2. dec. 159. num. 20.
9 & ſeqq. Molina de J. & J. d. 562. num. fin.* Sed ob-
ſtare videtur, qvod dictæ leges nimis generales
videantur, & communis opinio ſit in contra-
rium, ſcilicet minori dari reſtitutionem intra le-
gitima tempora. *Berlich. p. 1. dec. 78. num. 12. Go-
mez. tomo 2. reſol. c. 14. num. 4. Mauritius de
Reſt. c. 178. Bachov. in Treutlerum v. 1. d. 11. th. 11.
lit. D.* Licet fatear, ad hunc ſcopulum incautos
debitores facilè naufragium pati poſſe. Sed ho- 10
diè debitores non ita ſunt prompti ad ſolven-
dum, ſed plerumqꝫ mandatis aut judicatis com-
pelluntur, qvo facto ſecuritatem pleniſſimam
conſeqvuntur. Nec obſtat, qvod contra vendi- 11
tionem cum decreto judicis factam reſtituatur
minor, nam reſpondeo, ad emendum neminem
à judice compelli, bene tamen ad ſolvendum
*Bachov. d. l.* Incidimus autem in ea tempora, in
qvibus nec Judicis ſcientia pupillo utilis eſſe po-
teſt. Sane qvietationem tutoris pupillo obeſ- 12
ſe, etiam ex hac L. probatur, qvod tamen *in d.
Reſp. num. 19.* temperat *Carpzovius* poſt *Eſcoba-
rum d. l.* qvi reqvirunt inſtrumentum publicum, 13
vel teſtes realem depoſitionem confirmantes.
Sed non puto, hoc in foro obtinere, niſi fortè
colluſionis metus appareat, & præſumptio ſi-
niſtra.

*Ad §. pen.* Qvando tutores ipſi inter ſe divi- 14
ſerunt tutelam, omnes in ſolidum tenentur. *l. 2.
C. de Diviſ. tutel.* ut tamen detur beneficium di-
viſionis, ſi cæteri ſint ſolvendo. *l. 1. §. 11. de tut.
& rat. diſtrah.* Sed ſi tutores non ſint unius gene- 15
ris, & unus teſtamentarius, alter dativus, licet
ipſi inter ſe diviſerint tutelam, vel diviſè geſſe-
rint, non tamen convenietur teſtamentarius
ex perſona & culpa dativi, ſed excutiendus prius
eſt fidejuſſor & Magiſtratus, & hoc excuſſo de-
mum tutor. *Harim. Pir. part. 1. qvæſt. 6. num.
16. & ſeq. & qvos ibi citat.* Neqve ſemper tenetur 16
tutor teſtamentarius, ſed ſi culpam commiſit,
qvod collegam tutorem dativum ſuſpectum non
fecerit, qvod cum in hac ſpecie fecerit planè
non poterit tutor teſtamentarius ob culpam tu-
toris dativi conveniri. Sed ſi ipſe culpam com-
miſit in non poſtulando ſuſpectum, tenetur qvi-
dem, ſed non niſi tutore dativo, ejusqve fidejuſ-
ſore & Magiſtratu excuſſo. Unde colligitur ex 17
hoc textu regula, qvando duo tutores a diverſis
conſtituti, tunc alter pro alterius culpa non tene-
tur, niſi qvod ſuſpectum non fecit.

*Ad §. fin.* Qvando pupilli jura ſunt obſcura & 18
dubia, poteſt tutor tranſigere, ſi modo non de-
minuendi vel donandi cauſa fiat: ubi tamen
decretum Prætoris reqviritur, ſi circa immo-
bilia transactio fiat, & res alienetur, non verò
retineatur; Nam ita diſtingvere ſolent Dd. cir- 19
ca transactiones factas nomine pupilli ſuper
rebus immobilibus, vel iis mobilibus, qvæ ſer-
vando ſervari poſſunt. Qvamvis in his retinen-
dis poſſit lædi, ſi pro tali re expendat id, qvod
majoris ſit utilitatis. *Hillig. in Donell. l. 3. c. 12.
lit. E.* Et non tantum ſi tranſigat, rem à ſe poſ- 20
ſeſſam dimittendo, ſed etiam rem ab alio ſcil.
adverſario poſſeſſam dimittendo, qvia ſua jura
alienat. *Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 14. n. 70.
& ſeq.*

*& ſeq.* confer. *Gail. lib. 2. obſ. 72. num. 1. & ſeq. Tuſchus concl. 450. lit. T. Molin. Tr. 2. diſp. 557. Treutl. & Bach. vol. 1. diſp. 7. th. 2. lit. E.*

## ad L. Titium. 47. §. 2.

### SUMMARIA.

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*An ex §. 2.* h. l. *probari poſſit, debitorem ſortiri forum in loco contractus, non deſtinatæ ſolutionis. 2.*
*Debitor poteſt ſe obligare, ut qvocunq; loco conveniri poſſit. 3.*

1 HAbuit qvidam tutores in Italia & Provincia.
Italicus tutor reperit inſtrumenta debitorum
in Provincia contractorum, ita ut Romæ vel
ubicunq; conveniretur, ſolveretur, qværitur,
an hic agere debeat contra debitores provinciales?
qvod negatur; ad officium tamen ejus pertinet,
ut documenta illa tranſmittat provinciali-
2 bus tutoribus. Ex qvo *Salyc. in l un. §. 4. C. ubi
conven. qvi certo loco &c.* colligit, debitorem ſortiri
forum in loco contractus, non deſtinatæ ſolutionis.
Sed ex hoc §. id non probatur, qvia ideò
in provincia hi conveniendi, qvia Romæ non reperiebantur,
ſed in provincia morabantur, & domicilium
habebant. *Colerus de Proceſſ. Execut.*
3 *p. 2. c. 1. n. 63. & ſeqq.* Collige etiam, poſſe ſe debitorem
obligare, ut ubicunq; conveniatur; qvo
caſu Judex omnis aliàs incompetens erit competens.
*Dn. Mev. p. 1. dec. 242. n. 6.* qvod etiam *Joh.
a Sande* alicubi tradere, memini.

## ad L. Inter bonorum. 48.

### SUMMARIA.

*Curatores bonorum vel ventris, qvomodo differant à curatoribus pupilli, minoris, prodigi. num. 1.*
*Qvid ſub cuſtodia comprehendatur. 2.*
*Curator bonorum non poteſt adire hæreditatem. 3.*

1 CUratores bonorum vel ventris, multum differunt
à curatore minoris, pupilli, prodigi,
furioſi. Nam hi adminiſtrationem habent, illi
tantùm cuſtodiam & earum rerum, qvæ tempore
2 perituræ ſunt, venditionem. Sub cuſtodia autem
cura comprehenditur, ne res uſucapiantur,
aut debitores liberentur. *l. 1. §. ult. ff. de Muneri-*
3 *bus Donell. l. 3. c. 23. lit. D.* Exinde infertur, curatorem
bonorum non poſſe adire hæreditatem.
*Simon. de prætis cent. 2. conſ. 136. n. 90. & ſeq.* conf.
*Angelus conſ. 193. n. 2.*

## ad L. Non exiſtimatio. 45.

### SUMMARIA.

*Qvomodo & ſub qvibus uſuris tutor poſſit pupilli pecuniam à contutore mutuò accipere. n. 1.*
*Omnis clandeſtinitas laborat præſumptione fraudis. 2.*

TUtor poteſt pupilli pecuniam mutuo acci- 1
pere à contutore ſub iis uſuris, qvas etiam
extraneus pupillo ſolveret; ſi modò contractus
celebretur palam & bonâ fide, non verò clam.
*hic & l. 9. §. 7. ſupr. h. t. Mont. c. 30. num. 87. ſeq.
Coraſ. ad L. Frater à fratre. ff. de Condict. indeb.
n. 23.* Omnis enim clandeſtinitas laborat præ- 2
ſumptione fraudis. *Carpzovius l. 2. Juriſpr. Eccleſ.
d. 33. num. 8.* Potiſſimum autem ſvaderem,
ut authoritate judiciali fieret. *Coraſius l. 5. Miſc. c.
14. num. 5.*

## ad L. Tres tutores. 55.

### SUMMARIA.

*Reg. Tutor conventus pro alio, habet beneficium ordinis. n. 1.*
*Reſponſum Facultatis. 2.*
*Limitationes regulæ. 3. 4. 5.*
*An ex §. 1. h. l. colligi poſſit, tutorem pecuniam pupillarem in ſuum uſum convertentem teneri actione furti, vel huic ſimili. 6. 7.*
*Qvid de adminiſtratoribus pecuniarum publicarum, eas ſurripientibus. 8.*

TUtor conventus pro alio, habet beneficium 1
ordinis, ut excutiatur prius ille, qvi geſſit.
Unde ſeqvitur, eum, qvi habuit tres tutores, 2
qvorum unus geſſit, ſed relicto concurſu deceſſit,
debere prius in concurſu creditorum convenire
tutoris gerentis hæreditatem, & ita reſponſum
memini *menſe Nov. anno 1657.* Sed illa regu- 3
la hic tripliciter declaratur, 1. ut non habeat locum
in eo, qvi alteri adminiſtrationem mandavit,
qvia per alterum ipſe geſſiſſe videtur. *Boer.
dec. 59. n. 6. Mont. de tutel. c. 29. n. 193.* Nec in 4
eo tutore, qvi ſatisdationem à contutore accepit,
qvia & hic alteri mandaſſe adminiſtrationem
videtur, hæ & duæ declarationes habentur in *§.
non ſolum 2. h. l.* 3. Ut in non geſtis ſeu neglectis, 5
non connexis iis qvæ geſta ſunt, non habeat locum.
Nam in non geſtis omnes æqvaliter tenentur
ſine beneficio ordinis, niſi diviſa fuerit tutela,
vel non geſta inſeparabiliter fuerint, juncta
illis, qvæ geſta ſunt. *§. item in eo 3. h. t. l. 2. C. Si
tutor geſſ. P. Gregor. lib. 13. c. 10. num. 12. Ronchegall.
ad L. eandem ff. de duobus reis. num. 233. Hartman.
Piſt. d. qv. 6. num. 33. ſeq. Montanus d. c. 39.
num. 200.* Colligitur etiam ex *§. 1. h. l.* tutorem 6
pecuniam pupillarem in ſuum uſum convertentem
non teneri de furto, nec actione furti in
duplum, ne condictione furtiva, qvia invito
Domino non contrectat: licet ſecus putet *Weſenb.
in Π. ad L. Jul. pecul. num. 9. & alii, qvos citat
Carpzov. in pr. Crim. qv. 85. n. 5. & ſeq.* qvi
ibidem contrarium ex hoc textu vult inferre. Sed
certum eſt, non negari hic, qvod furtum commit- 7
tant, ſed qvod contra eos non detur actio furti,



Digitized by Google

qvia adminiſtratio delictum minuit, & poteſt eſſe
alia ratio, qvare detur actio de rationibus diſtra-
8 hendis. Ex eo etiam inferri ſolet, adminiſtrato-
ribus pecuniarum publicarum, ſi eas ſurripiant,
non eſſe dictitandam pœnam furum ordinariam
laqvei, ob rationem hic poſitam, uti communi-
ter hoc receptum, ut mitiùs puniantur, qvi jus
habent res alienas tractandi. *Tiraqv. de Pœnis temp. cauſa 48. Clarus §. fin. qv. 68. Berlich. p. 5. concl. 57. n. 26. vid. Dn. Manz. in cent. dec. qv. 87.* Sed ſi rationem conſulamus, videtur horum gravius delictum eſſe, dum accedit perfidia & perjurium; de qvo alibi dixi.

## ad L. Tutor rerum. 56.

### *SUMMARIA.*

*Caſus ubi rem ſuam à tutore qvæſitam vindicare non poteſt pupillus. n. 1.*
*Rationes ſuppeditantur. n. 2. 3.*
*Reſtrictio* Mantuæ *diſſent. an valeat. 4.*

1 TUtor qvidem non poteſt rem pupilli emere,
nec per interpoſitam perſonam. *l. 5. § 3. tit.*
*ſeq. Guttierez. l. 2. c. 15. num. 1.* poteſt tamen rem
pupilli juſtè venditam, ob moram ſolvendi pre-
tii factam ab emptore, ſibi retinere, ſi tutor pre-
tium de ſuo in utilitatem pupilli converterit, &
2 ideò uſucapere poteſt; qvia videtur emptio non
nova, ſed antiqva, in qvâ fuit authoritas legiti-
me interpoſita, nec reqviritur nova authoritas
vel ſolennitas. *Fabianus de Monte de Emptione*
*qvæſt. 3. princ. n. 8.* Unde hunc textum notabi-
lem & ſingularem vocat *Jaſon. in l. pluſſ. n. 114.*
3 *§. Divi. n. 57. de Leg. 1.* Et hic non tàm emtoris
vice fungitur tutor, qvàm neceſſitate cogente
in emptoris locum ſubſtituitur, nec fit deterior
conditio pupilli, ſed eadem eſt, qvæ eſſet, ſi pre-
tium tutori ſolviſſet emptor. *ex Ant. Fabro Hell.*
*in Donell. l. 3. c. 12. lit. I.* conf. *Tiraq. de LL. Con-*
*nubial. gloſſ. 5. n. 169. P. Ravennas ſing. 760.* licet
4 diſſentiat *Mantua ſing. 339.* qvi videtur reſtringe-
re ad res tempore perituras, vel putat, uſuca-
pione tutorem demum adqvirere dominium.
Sed prioris veſtigium in textu non reperitur, &
ſi tutor potuit uſucapere, utiqȝ initium juſtum
eſſe oportuit.

## ad L. Chirographis. 57.

### *SUMMARIA.*

*AN debitor ex inventario, amiſſis caſu inſtrumentis debiti, poſſit compelli ad ſatisfaciendum. num. 1.*
*Qvænam ad hoc reqvirantur. 2.*
*Qvale inventarium probet, amiſſo inſtrumento. 3.*

1 TUtor, imò etiam omnis creditor, amiſſis ca-
ſu aliqvo inſtrumentis debiti, poteſt judicis
officio debitorem compellere ex inventario, ut
aut ſolvat, aut novum inſtrumentum obligationis conſcribat. *Gloſſ. hic Bartol. & Gail. lib. 2. obſ. 37. num. 1.* ubi reqvirit, ut creditor juret, qvod inſtrumentum prius non habeat, nec id alii dederit, nec illud voluntate ſuâ apud alium ſit conſtitutum, nec dolo malo fecerit, qvo minus appareat: ſed revera per caſum fortuitum ſit perditum, *per l. fin. C. de Fid. inſtrum. Berlich. p. 1. dec. 9. num. 2.* Et ſic ex hac lege probatur, amiſſo inſtrumento, ex inventario probari poſſe, ſi ſcil. inventarium ſolenniter factum, & inſtrumenti tenor in inventario contineatur, &c. conf. *Berlich. d. l. Wiſſenbach. diſp. 51. th. 1. Dn. Struvius Exerc. 31. th. 36.*

## ad L. Qvi negotiationem. 58.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio deciſionis. 2.*
*Tutor qvomodo continuare debeat negotiationem. 3.*
*Tutor tenetur ad uſuras ex uſuris acceptis. 4.*
*Reg. Mutatione perſonæ debitoris aut creditoris, mutantur uſuræ in ſortem. 5.*
Berlichii *applicatio ad ceſſionarium an valeat. 6.*
*Qvid ſi delegatio facta uſurarum, an ex his teneatur promittens ad uſuras. 7.*

PAter ſuos libertos Diphilum & Pamphilum 1
tutores conſtituit, iisqȝ continuationem ne-
gotiationis injunxit, qvod factum, poſtea ra-
tiones reddidere, Diphilus qvidem omne incre-
mentum & lucrum negotiationis rationibus in-
tulit, Pamphilus verò tantum uſuras illius capi-
talis, cujus adminiſtrationem habuerat, & vo-
lebat lucrum, qvod uſuris majus, in commodum
ſuum vertere; Sed negat JCtus, id fieri debere, 2
qvia præſumitur nomine pupilli negotiatus eſſe,
1. qvia vivo patre negotiati & 2. patris mandatum
acceſſit. *Car. Ruinus in repet. L. hoc edicto §. nun-*
*ciatio n. 76 ff. de Novi operis nunc.* Ergo commo- 3
di nulla pars penes tutorem manere debet. No-
ta, tutor continuare debet negotiationem, ſed
ita ut defunctus negotiatus erat. *Alex. vol. 5. conſ.*
*132. n. 14. Marqvard. de Mercat. l. 1. c. 9. n. 5. & ſeqq.*
*conf. l. 21. §. 2. de Neg. geſt.*

*Ad §. 1. & 4.* Qvod tutor ab aliis recipit, il- 4
lud, licet uſuræ fuerint, apud tutorem tamen ſors
fit, & ſic etiam de his uſuræ debentur. Unde 5
colligitur, mutatione perſonæ debitoris aut cre-
ditoris, mutari uſuras in ſortem. *Car. Molinæus*
*de contract. uſur. qv. 77. n. 602. Schepliz. de con-*
*ſvet. March. p. 4. tit. 1. §. 2. n. 16. Hotom. de uſur.*
*lib. 1. c. 3. Caſpar Rodericus de cenſibus l. 3. q. 4. n.*
*53. Berlich. p. 2. dec. 268. n. 34.* Ubi tamen *in ſeqq.* 6
id malè applicat ad ceſſionarium, ubi non mu-
tatur creditor, nam hic retinet actionem, &
iniqvum foret, debitoris conditionem facere
ceden-

7 cedendo deteriorem. Sed qvid ſi delegaverim tibi 2000. thal. qvæ erant omnes uſuræ, reſervata mihi forte, an debitor, qvi tibi ſtipulanti promiſerat illa 2000. etiam de his ſolvere tenetur ob moram uſuras? Affirm. qvia uſuræ in ſortem mutatæ, & debitor ſimpliciter promiſit, & eſt delegatio novationis ſpecies, & revera alius ſurrogatur creditor. Et ita reſp. menſe Junio anno 1659.

## ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*AN teneatur pupillus de deteriorata re alterius, apud pupillum forte exiſtente, culpâ tutoris.*

QVando culpa tutoris vel dolo res mea eſt deteriorata, forte exiſtens apud pupillum, an tenetur mihi pupillus ex ea deterioratione facta à tutore? Reſp. qvòd ſic, duobus caſibus, 1. ſi locupletior redditus. 2. ſi tutor ſit ſolvendo, & liberatur pupillus cedendo actionem contra tutorem. *Bart. hic Dn. Struv. Exerc. 31. th. 47.*

# Titulus VIII.
# De Autoritate & conſenſu tutorum & curatorum.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*TUtor iu rem ſuam auctor fieri nou poteſt. n. 1.*
*Limitatur. 2.*
*Filiusfamilias an poſſit patri conſentienti douare mortis cauſa. 3.*
*Matri poteſt, conſentiente patre, licet pater uſumfructum conſeqvatur. 4.*
*Reg. Ea qvæ fiunt per conſeqventiam non ſolent attendi. 5.*

1 TUtor in omni negotio pupilli poteſt autoritatem ſuam interponere, præterqvam in rem ſuam, *per h. l. & l. 5. pr. & l. 18. h. t.*
2 niſi principaliter res pupilli geratur, tutoris autem per conſeqventiam; ut ſi autor ſit adeundi hæreditatem ſui debitoris. *hic & l. 7. pr. h. t. Donell. lib. 3. c. 13. Montan. c. 30. n. 57. Zæſ. n. 8. h. t.*
3 Hinc concluditur, filiumfam. non poſſe conſentienti patri donare cauſa mortis, licet multi contradicant, qvia hæc donatio in utilitatem patris principaliter fit *Clarus §. donatio q. 6. n. 7. Cephalus vol. 4. conſ. 488. num. 31. & ſeq.* niſi accedat autoritas judicis. *Graſſus in §. Donatio cauſa mortis.*
4 *n. 93.* Si tamen filius matri donare vellet, & pater autoritatem interponeret, pater ſeqveretur uſumfructum, qvia per conſeqventiam hoc fieret. *Ti-*
5 *raq. de Retr. conſang. §. 1. gl. 9. num. 73.* Unde ex textu regula colligitur, qvod ea, qvæ fiunt per conſeqventiam, non ſoleant attendi. *Barb. locupl. l. 3. cap. 55. axiom. 1.* unde in ſuo fundo poteſt qvis in ſui commodum aliqvid facere ſine animo nocendi, licet per conſeqventiam noceat vicino. *Menoch. conſ. 1172. n. 28.*

## ad L. Etiamſi. 3.

*SUMMARIA.*

*AD autoritatem tutoris interponendam reqviritur expreſſus conſenſus. n. 1.*
*Limitatur. 3. & ſeq.*

QVocunqve modo tutor probare ſe dicat ea, 1
qvæ geruntur, ad autoritatem præſtandam hoc ſufficit; & licet aliàs præſentia Domini ſufficit ad probandum conſenſum in nonnullis caſibus, hic tamen non ſufficit. *P. Barb. in l. qvæ dotis. 34. n. 169: Mont. de Tutel. d. c. 30. n. 39. &*
*ſeq.* Sed reqviritur, ut verbis expreſſis conſen- 2
ſum & voluntatem ſuam conteſtetur. *arg. l. 1. §. mutus de tutel.* ubi mutus dari non poteſt tutor, ex eâ ratione, qvia autoritatem præbere non poteſt. Ex qvo ſeqvitur, conſenſum verbis eſſe conteſtandum, licet non reqvirantur præcisè verba (Ego ſum auctor huic negotio) *Montanus*
*d. c. 30. n. 40. & ſeqq.* Sed hoc limitationem habet 3
in iis negotiis, qvæ per actus expediuntur & declarantur, ut ſi tutor nomine pupilli actus hæreditarios exerceat, ex qvibus voluntas tutoris ſa-
tis apparet. Vel qvando ultra præſentiam aliqvis 4
actus tutoris accedit. *c. dilecti X. de arbitris.* vel 5
ſi in judicio præſens ſit & taceat. *Barb. locupl. lib. 18. cap. 1. axiom. 7. in prima limitatione. Mont. d. l. n. 44. & ſeqq.*

## ad L. Etſi pluribus, 4.

*SUMMARIA.*

*HOnorarius tutor an autoritatem ſuam interponere poſſit. n. 1.*
*Conciliatio* l. 49. ff. de acqv. hæred. *cum* h. l. 2.

IS tutor qvi non geſſit, v. gr. honorarius, auto- 1
ritatem ſuam interponere neqvit; cui tamen contradicere videtur. *l. 49. ff. de Acqv. hæred.* Variæ hic qværuntur conciliationes, ut videre eſt ex *Pac. cent. 5. qv. 79. & Hill. lib. 7. c. 9. lit. C.* qvi tandem in eo acqvieſcit, qvod hic agatur de di-
minuendo, in d. l. 49. de acqvirendo. conf. plu- 2
res apud *Wiſſenb. diſp. 51. th. 12.*

## ad L. Pupillus. 5.

*SUMMARIA.*

*AN & qvando inter pupillum & tutorem contractus fieri poſſit. n. 1.*

*Interpoſitio perſonæ plerumq; fraudem arguit. 2.*
*Pupillus qvando & in qvantum obligetur, tutoris autoritate non præſtitâ. 3.*

1 SI habet pupillus plures tutores, inter unum
tutorem & pupillum, altero tutore autore, pa-
lam & bona fide contractus fieri poteſt; magis ſi
cum autoritate judicis & conſenſu cognatorum
fiat. *Gutt. part. 2. c. 15. n. 8. Mont. d. c. 30. n. 82.*
Si autem per interpoſitam perſonam emat, non
emeret bonâ fide, *per §. 3. h. L. Surd. lib. 1. conſ.*
2 *9. n. 35. Guttierez. d. l. Mont. d. c. 30. n. 61. 93.* Unde
colligitur, interpoſitionem perſonæ plerumqve
arguere fraudem & dolum. *Maſcard. de probat.*
*concl. 532. n. 173. & concl. 818. n. 43. Cravetta vol. 1.*
*conſ. 122. num. 10. Farin. lib. 3. qv. 89. n. 128.* ubi id
*n. ſeq.* limitat niſi fiat in re non prohibitâ, juris
conſervandi ſui cauſa. *l. 19. §. 3. ff. de neg. geſt.* Sa-
nè nonnulli ob dignitatem ſuam ſolent aliqvid
per interpoſitas perſonas agere, vel ob aliam
probabilem cauſam. Sed qvando perſona ali-
qvid facere prohibita, conf. *notata ad l. c. qui facit*
3 *per alium 72. de Reg. juris lib. 6.* Deinde pupillus
tunc obligatur, etiam non adhibitâ autoritate
tutoris, qvando locupletior ex eo contractu red-
ditur, tunc enim eatenus, qvatenus locupletior
redditus, tenetur. *hic & l. 10. ſupr. de Inſtit. act. &*
*l. 13. §. ult. ſupr. de Inſtit. act. & l. 13. §. ult. ſupr. de*
*cond. indebit.*

## ad L. Obligari. 9. pr.

*SUMMARIA.*

*Contractus cum pupillo ſolo initus poteſt claudicare. n. 1.*
*Adiri hereditas ſine tutore auctore non poteſt. 2.*
*Autoritas qvando interponenda. 3. & 4.*
*Qvando ſeqvi poſſit contractum autoritas. 5.*
*Extenditur ad confirmationem. 6.*
Jure Sax. *conſenſus curatoris fieri poteſt poſt contractum mulieris. 7.*

1 PUpillus ſine autoritate tutoris aliis obligari
neqvit; ſed alium ſibi obligare poteſt; & ſic
contractus, qvi naturâ ſuâ ultro citroqve obliga-
torius eſt, ex uno tantum latere obligat: Nam al-
ter manet obligatus pupillo, ſi hic velit, pupillus
tamen ei obligatus non eſt, & pupillo integrum
eſt, non ſtare contractui, alter autem, ſi pupillus
velit ſtare, recedere non poteſt à contractu, ut ta-
men pupillus hoc caſu ad obſervantiam contra-
ctus ipſe teneatur. *Molinâ tr. 2. diſp. 242. n. 32.*
2 *Donell. lib. 12. c. 22.* Excipitur aditio hæreditatis,
per hanc *L. 9. §. 3. vid. Dn. Struv. Exerc. 31. Zœſ. ad*
*tit. n. 3. Wiſſenb. diſp. 51. th. 13.*
3 *Ad §. 5.* Tutor in ipſo negotio præſens debet
autor fieri, poſt tempus autem vel epiſtolam in-
terpoſita ejus autoritas nihil operatur. *Tiraq. de*
*LL. Connub. gl. 2. n. 2. ſeq.* Nam conſenſus qvi-
dem per epiſtolam explicari poteſt, non verò
authoritas. *Aſcan. de patria poteſt. c. 6. effectu 4.*
*n. 38. & ſeq.* Sufficere tamen videtur, ſi in conti- 4
nenti accedat autoritas, licet negotium ſit per-
fectum, anteqvam ad alia negotia fuerit diſceſ-
ſum. *L. 7. §. 5. ff. de Pact. Tiraq. de Retr. convent.*
*§. 1. gl. 5. n. 7.* modo perfectè negotium cognove-
rit cum omnibus circumſtantiis. *Donell. lib. 3. c.*
*13. & ibi Hillig. lit. E. Bach. in Treutl. d. diſp. 8. th.*
*6. lit. E. Montan. de tutelis c. 30. n. 50.* Et ſic intel-
ligendus *Carpzov. p. 2. Juriſpr. conſt. 15. d. 30. &*
*Struv. Exerc. 31. th. 42.* Sed ſi contractus pupillo 5
utilis, ſeqvi poſſe autoritatem tutoris, non eſt
dubitandum, cum eo caſu etiam ſine autoritate
tutoris, actus valeat. *Montan. d. c. 30. num. 54.*
conf. *Wiſſenb. d. d. 51. th. 14.* Sic etiam, ſi poſt con- 6
tractum tutor & pupillus petant confirmationem,
hic actus præcedentem reddit validum, qvia de
novo videtur contrahi. *l. pacta conventa. 72. in*
*fine princ. de Contrah. empt. Montan. d. n. 55.* ubi id
exemplo donationis exceſſivæ declarat. Sanè mu- 7
lieris contractum jure Saxonico ſeqvi poteſt con-
ſenſus curatoris, & contra, ut rectiſſimè decidit
*Carpz. dec. 92.*

## ad L. Si tutor. 17.

*SUMMARIUM.*

*Tutor an cogi poſſit auctor fieri.*

NOn debet tutor compelli ad autoritatem præſtandam. *hic & l. 1. in fin. Mont. d. c. 30. n. 33.* qvia datur actio contra tutorem, ſi læſus ſit pupillus. *Zœſ. n. 6. h. t. Struv. d. Exerc. th. 45.* Si tamen cognati in re aliqva videant commoda pupillorum periclitari, & Magiſtratum ea de re interpellent, eos audiri æqvum eſſe, tradit *Mev. p. 3. dec. 214.* Imò putaverim, judicis officium pro re nata non eſſe excluſum; nam ſtatus tutorum ſæpe ambiguus, & qvi hodiè ſolvendo eſt, cras talis eſſe deſinere poteſt; & qvia præſtat intacta jura pupillo ſervari.

## ad L. Defendente. 21.

*SUMMARIA.*

*Reſtitutio minorum an impediat executionem ſententiæ. n. 1. & 2.*
Carpzovii *ſententia. 3.*

REſtitutio minorum impedit executionem 1
ſententiæ. *hic. & l. un. C. de in integrum reſti-*
*tutione poſtulata*, niſi ſit præſumptio malitiæ in
petente reſtitutionem, *per c. Suſcitata. 6. X. de*
*Reſt.* & ideò meritò ceſſare debet. Excipiunt
nonnulli ſtatutum, qvo contra executionem
nullæ admittuntur exceptiones, niſi in conti-
nenti probabiles. *vid. Carpz. l. 2. reſp. 94. & Ber-*
*lich. p. 2. dec. 179.* Ego putarem in dubio, ubi non 2
eſt præſumptio aliqvatenus certa malitiæ, cer-
tum terminum breviorem aſſignari debere, cum
hoc ſit communi juri conforme; & cum præſer-
tim executiones hodiè ſint difficillimæ, in tantâ
pecu-

pecuniæ penuria, & ſubhaſtationem ſucceſſu raro. In eò caſu, qvo reſtitutio petita prius, qvàm executio, hanc ſuſpendendam eſſe, ipſe concedit *Carpzov. in Proceſſ. tit. 19. art. 4.* ſed ſi prius executio petita, negat ibidem *Carpzov.* Sed præſtaret, ſi præſumptio malitiæ non adeſt, & petens reſtitutionem probabiles rationes afferat, ſuſpendere potius juxta Jus commune Cæſareum & Canonicum.

# Titulus IX.

# Qvando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri poſſint.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Pupillus qvando ex dolo tutoris conveniri & condemnari poſſit. n. 1. & 2.*

*Tutor qvando depoſito officio à creditoribus pupilli conveniri poſſit. 3. & 4.*

1 Pupillus qvidem ex dolo tutoris locupletior redditus convenitur, ſed non admittitur actor ad juramentum in litem; condemnari tamen poteſt ex dolo tutoris, ſi tutor ſolvendò non ſit. *hic & l. 2. C. de his qvibus*
2 *ut indignis.* Qvamvis & eo caſu, qvo tutor ſolvendo eſt, pupillus cedendo actionem, ſe liberare poſſit. *arg. l. fin. ſupra de Admin. tut. Montanus de tutel. c. 31. effectu qvinto num. 12.* Sed & eo caſu tenetur pupillus, ſi ex dolo tutoris aliqvid
3 lucratus. *Dn. Struv. Exerc. 31. th. 48.* Collige ex hac L. 1. qvamvis tutor depoſito officio non poſſit à creditoribus pupilli conveniri. *l. 1. C. h. t. & l. 26. §. invenimus. C. de Admin. tut.* ſecus tamen eſſe, ubi dolus tutoris vertitur. *Berlich. p. 1. dec. 13.*
4 Tenetur etiam tutor, ſi indemnitatem promiſit, vel pecunia in utilitatem pupilli verſa non appareat, vel ſi tutor & fidejuſſor ſubſcripſit. *l. 67. de Procur. Berlich. d. l.*

## ad L. Si tutor. 2.

*SUMMARIA.*

*Qvæ competat pupillo actio, ratione rei ex ipſius pecuniâ acqviſitæ. n. 1. & ſeqq.*

*Pupillo in re permutata competit dominium. 5.*

1 Qvod tutor acqvirit ex pupilli pecuniâ, efficitur pupillare, & pupillus habet utilem actionem; ſecus ſi ab extraneo, uti diſſentientes ſententias conciliat *Carpzov. p. 1. Jurupr. c. 28. def. 109. Montan. c. 31. effect. 4. n. 7. Roman. ſingu-*
2 *lar. 166.* Qvamvis non abſurdum ſit dicere, pupillo electivè competere & hypothecariam actionem, & rei vindicationem, prout ſibi pupillus vel minor utile judicaverit, ut fit in Legatis.
4 *L. 1. Communia de Legatis.* Sed poſſet reſponderi, utramqve actionem concurrere, ſed in diverſis caſibus: Nam ſi ſpecies legata, competit ad eam rem vindicatio, ad cæteras verò hypothecaria.
Ex hujus legis ſententia poteſt inferri, ſi pupilli 5
res cum alia commutetur, pupillo in re permuta competere dominium, ſicut deciſum memini.

## ad L. Dolus. 3. & ſeq.

Qvando tutor per dolum acqviſivit pupillo obligationem, & pupillus ex ea agit, excipi contra illum poteſt de dolo tutoris, ſi pupillus ex eo ſit factus locupletior. *Montan. d. c. 31. effect. 5. n. 15. ſeq.*

## ad L. Poſt mortem. 5. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Ex contractu ſuper rebus pupilli, regulariter non poteſt tutor ſuo nomine depoſito officio conveniri. n. 1. & 2.*

*Qvibus caſibus poſſit. 3. & ſeqq.*

Tutor non poteſt regulariter depoſita tutela 1
conveniri nomine proprio, qvando ſuper rebus pupilli contraxit. *Natta conſil. 641. numer. 9. Menoch. lib. 3. præſ. 49. num. 5. Berlich. dec. 15. n. 8.*
Nam diſtingvitur hic, an tutor ſuper contractu 2
parentis pupilli ſe obliget, an verò ipſe contractum celebret, & ſe obliget. Illo caſu non tenetur tutor depoſito officio, nam ſi teneretur, fingenda eſſet novatio, qvæ tamen non præſumen-
da: Sed hoc caſu ipſe tutor hæresve tenetur, per 3
hunc §. Sed & aliis caſibus tutor ipſe tenetur 4
ejusqve hæredes, qvando pro ſe & hæredibus ſe obligat. *Hartman. Piſtor. obſerv. 20. Berlich. p. 1.*
*dec. 14. num. 1.* Vel ſua bona obliget. *l. 9. C. de Præ-* 5
*diis min.* Vel ſi in re cum pupillo communi con- 6
traxit. *Menoch. lib. 2. A. qv. caſu 171. num. 77.* Item 7
ubi tutores ipſi ſe obnoxios fecerunt, non tantum per contractum, ſed etiam delinqvendo, v. gr. ſi areſtatam pupillorum pecuniam exegerint, licet in utilitatem pupilli impenderint; nam hoc meretur violatio areſti, ideoqve ni pecuniam in priorem ſtatum reſtituant, contra eos facienda executio, ut judicatum refert *Dn. Mev. p. 4.*
*dec. 122.* Sic etiam, ſi tutor mandet alteri, ut cre- 8
dat pupillo: nam tunc tenetur tutor ipſe ex natura contractus mandati. *l. 6. §. 4. Mandati & ibi notat.* In ſubſidium etiam tutorem conveniri 9

 poſſe

poſſe poſt depoſitam tutelam, ſi tutor ſcivit, pupillum non eſſe ſolvendo, tradit & præjudicio firmat *Berlich. dec. 73.* Ex mutuo pupillo dato, ſi pecunia in utilitatem pupilli verſa non appareat, ipſe tutor condemnatur, ad exemplum Magiſtratus, qvi nomine civitatis mutuam pecuniam accepit, per tradita *Hartman. Piſt. p. 1. qu. 37. num. 52.*

# TITULUS X.

# De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

## ad L. 1. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*AN ex h. §. probari poſſit, competere poteſtatem cognoſcendi de ſuſpecto tutore jure magiſtratus. num. 1.*
*Hodie cui competat hæc cognitio. 2.*
*Suſpecti poſtulantur tutores omnes. 3.*
*Qvomodo patronus ut ſuſpectus poſtulandus. 4.*
*Accuſatio hæc eſt qvaſi publica. 5.*
*Qvibus mulieribus conceſſa ſit. 6.*

1 EX hoc §. nonnulli colligunt, jure Magi-
ſtratus competere poteſtatem cogno-
ſcendi de ſuſpecto tutore. *Bachov. vol. 2.*
*diſp. 9. th. 3. lit. C.* Præſertim, ſi non aga-
tur criminaliter de puniendo tutore, aut gravio-
re animadverſione, nam eo caſu remittenda ani-
madverſio ad judicem cauſarum criminalium
2 *Montanus de tutelis c. 36. reg. 5. n. 7. & ſeq.* Hodie
ſane qvilibet Magiſtratus de ſuſpecto tutore po-
ſtulat.
3 *Ad §. 5.* Omnis tutor etiam legitimus remo-
veri poteſt, etiam Patronus, modo hujus famæ
parcatur, qvod fiet, ſi in libello doli mentio non
4 fiat, ſed temperatis verbis utatur actor; item ſi in
ſententia nulla doli fiat mentio. *Montanus c. 36. re-*
*gula 6. num. 8.*
5 *Ad §. 6. & ſeq.* Accuſatio ſuſpecti tutoris eſt
qvaſi publica, non verè, qvia licet diſcedere. *l. 1.*
*§. 11. ff. ad Turpil.* & admittitur procurator ha-
bens ſpeciale mandatum. *l. 39. §. fin. ff. de Procur.*
6 *Wiſſenb. d. 51. th. 23.* Sed qvaſi publica eſt, & ideo
omnibus conceſſa mulieribus, qvæ neceſſitudi-
nis pietate ductæ, ſuſpectum tutorem poſtulant.
*Montan. de Tutel. c. 36. reg. 7. num. 8. & ſeq. Bach.*
*d. l. lit. F. Zœſ. h. t. num. 4.*

## ad L. Tutor qvoqve. 3. §. 4.

### *SUMMARIA.*

*REmoveri poteſt tutor ſine accuſatione. n. 1.*
*Cauſæ, ob qvas tutor ut ſuſpectus poſtulandus 2. & ſeqq.*
*An removendus malè faciens in rebus pupillaribus ante tutelam vel curatelam. 7. & 8.*
*Qvinam ſalva exiſtimatione removeantur. 10.*
*Annumerantur his ob latam culpam remoti. 11.*

JUdex ex officio ſine accuſatione repellere po- 1
teſt ſuſpectuni tutorem, ſi de eo conſtet; qvod
favore pupillorum receptum. *hic & Ordin. Polit.*
*Imperii de anno 1577. tit. 32. §. 3. Montanus d. reg. 17.*
*n. 4. & ſeq. Dn. Struv. Ex. 31. th. 53.*
*Ad §. 5.* Cauſæ hic nonnullæ referuntur, ob 2
qvas tutores ut ſuſpecti poſtulari poſſunt, ut 1. ſi
dolum in tutela admiſerint, 2. ſi graſſati ſint in tu-
tela. 3. ſi ſordidè egerint vel perniciosè pupil-
lo, 4. ſi aliqvid ex bonis pupilli interceperint.
Aliæ aliis locis continentur, ut ſi patris pupilli 3
inimicus. *l. 3. §. 12. h. t.* Item ſi tutor per prodi-
galitatem vel imprudentiam vergat ad inopiam.
*Montan. de tutel. c. 36. n. 7.* Alia in *§. 17. hujus legis.*
Item ſi ingerat ſe tutor, & affectat hoc munus.
*l. 21. §. fin. ff. de tutor. datis.* Item ſi qvis data pe- 4
cunia tutelam nundinatus fuerit, & qvæ aliæ
cauſæ recenſentur in *Collegio Arg. h. t. th. 8. &*
*Montan. d. c. 36. regula prima.* qvas cauſas ad duo
genera revocat. *Donell. lib. 3. c. 16.* Aut conſtat 5
aliqvem non ex fide gerere, ſive fraudulenter ſi-
ve ſegniter, dum facit qvæ nocent, aut negligit,
qvæ facere oportet, in curâ perſonarum vel re-
rum, res vetitas diſtrahendo, pupillo delata repu-
diando, &c. Aut ſuſpicio eſt, ipſum male ad- 6
miniſtraturum, ob inimicitiam, ingeſtionem, in-
ventarii omiſſionem, &c. Si qvid malè fecerit tu- 7
tor ante tutelam in rebus pupillaribus, non eſt
removendus, qvia delictum tutelam præceſſit. Si-
milis caſus *in ſeqventi §.* nam ſi qvid male egit in 8
tutela, non repellitur à curatela, ſed tutelæ judi-
cio agitur.
*Ad §. ſi tutor. 12.* Duæ ſunt cauſæ in genere, ob 9
qvas tutor removeri poteſt, una præterita, qvod
male vel negligenter geſſerit; altera futura, qvæ
metuitur ob inimicitiam, de qva hic; aut qvod ſe
ingeſſerit. *vid. Donell. lib. 3. c. 16. Montan. c. 36. reg. 1.*
*per tot.*
*Ad §. ult.* Qvi ob ſegnitiem, vel ruſticita- 10
tem, aut inertiam, ſimplicitatem, aut inepti-
am remotus eſt, in hâc cauſa eſt, ut integrâ
exiſtimatione tutelâ abeat. Qvi textus, qvia 11
*cum l. fin. C. h. t.* generaliter loqvitur; & ac-
cuſatio hæc indolem criminalis actionis habet,
non repudianda ſententia communis, qvod
idem ſit in lata culpa, ſcilicet, qvod ob latam
culpam condemnatus tutor, infamis non fiat.
*Freber. de infam. lib. 3. c. 11. numer. 3. Molina t. 2. diſp.*
*225. num. 15. Guttierez de Tutel. part. 2. c. 18. n. 18.*

*Franzk.*

*Franzk. exercit. 3. qv. 8.* licet diſſentiat *Zæſ. hic n. 9. Wiſſenb. d. 51. th. 21.*

### ad L. Impuberibus. 7. §. 2.

*SUMMARIUM.*

*Fugiens ſe ſuſpectum reddit.*

COlligitur ex hoc, ex fugâ ſe aliqvem reddere ſuſpectum, unde fuga præſertim ante inqviſitionem ſuſcepta, habetur pro præſumptione delicti, cæteris non imparibus. Doctores refert *Carpzov. in pr. Crim. p. 3. qv. 111. num. 35. & alibi, & 2. lib. Juriſpr. Eccl. def. 286. n. 10. & qvos retuli in Proc. Inqvis. c. 4. n. 36.*

### ad L. Hæc enim. 4. §. 2.

*SUMMARIA.*

*IN dubio tutor cenſetur ob culpam remotus. n. 1.*

*Reg: In dubio præſumitur qvis condemnatus ex causâ, qvæ minus lædit. 2.*

*Extenditur ad reliqvas actiones ex contractibus, qvæ infamare ſolent. 3.*

*Formulæ, ex qvibus diſtinctè cauſa remotionis cognoſcitur. 4. & 5.*

1 QVando qvis remotus eſt à tutela, & non exprimitur, an ob culpam, an ob dolum fuerit
remotus, præſumitur potius ob culpam, qvam
2 ob dolum remotus. *Montan. d. c. 36. reg 8.* Unde regula generalis fluit, qvod condemnatus aliqvis potius præſumatur ex causâ, qvæ minus lædit. *Hic & L. 55. ſupr. de Evict. Montan. d. reg. 8. n.*
3 *4. Freb. lib. 3. c. 8. num. 17.* qvod idem ad reliqvas actiones ex contractibus extendendum, qvæ ſolent infamare, v. gr. depoſiti, mandati, pro ſocio. Et putarem, hic optime judicem facturum, ſi
cauſam remotionis adderet, v. gr. ſi ita pronun- 4
ciaret: weil genugſam dargethan / daß N.N. betrieglich und ſeinem Pupillo zu Schaden / ihm aber ſelbſt zum Vortheil die Vormundſchafft verwal-
tet; alio modo, weil genugſam erwieſen / daß Be- 5
klagter eins und ander dem Pupillo zu Schaden verſehen / und zu der Adminiſtration nicht capable, &c. Nam ex illa cauſa appareret, eum ex dolo condemnari, ex hac verò tantum ex culpâ.

### ad L. Si tutor. 9.

*SUMMARIA.*

*AN & qvomodo ſangvinis vel affinitatis nexu pupillo junctus removendus. n. 1. & 2.*

*Tituli hujus uſus & hodiè probatur. 3.*

QVando tutor eſt vinculo neceſſitudinis aut 1
affinitatis pupillo junctus, melius eſt, non removere tutorem, ſed illi curatorem adjungere, ſi ſcil. ſuſpicio non ſit adeo magni momenti. *Gu. t. d. c. 18. num. 11. Cavalc. de Tut. num. 18. & ſeq.*
*Mont. d. c. 36. reg. 3. num. 18.* Si verò omnino remo- 2
tionem ſvadeat pupilli utilitas, non tamen infamis fiet, nec pœnam merebitur. *§. 2. Inſt. h. t.*
*Struv. d. Ex. 31. th. 55. Zæſ. ad h. t. num. 5.* Qvamvis 3
autem non-nemo parum utilitatis, noſtris moribus, tribuat huic titulo, experientia tamen & juris ratio hanc ſententiam refellit. *Vid. Wiſſenb. d. l. th. 24. Dn. Struv. d. l. th. 55.*

# LIBRI XXVII.

## TITULUS I.

## De Excuſationibus.

### Ad L. Excuſantur. 2. pr.

*SUMMARIA.*

*ÆTas 70. annorum qvomodo excuſet à tutelâ. num. 1.*

*Extenditur ad teſtimonium dicendum. 2.*

*In utero exiſtens qvando pro jam nato habeatur. 3.*

*Parenti excuſationem tutelæ non præbet. 4.*

*Nec cauſam, revocandi donationem à patre factam. 5.*

*Fœtus partem hereditatis non facit. 6.*

*Qvando heres inſtitui poſſit. 7.*

1 ÆTas ſeptuaginta annorum, ſcilicet completa tempore ſuſcipiendæ tutelæ, excuſat à tutelâ. *hic & l. 3. ff. de J. immun. Carpzov. lib. 5. reſp. 90. num. 13. & ſeq. Bachov. d. diſp. 9. th. 2. lit. C.* & ſic pronunciatum refert *Sande lib. 2. t. 9. d. 5.*
Idem juncta *l. 8. de teſt.* accommodant ad teſti- 2
monium. *Farin. q. 78. n. 59.*
*Ad §. 6.* Qvi in utero eſt, habetur pro jam na- 3
to. *Carpz. p. 3. c. 10. d. 11. in fine* qvoad ſuum com-
modum, non alterius. Et ideo fœtus in utero 4
non præbet excuſationem tutelæ parenti. Unde 5
colligitur, non prodeſſe fœtum patri, ſi donationem à ſe factam non modicam revocare velit, ob ſupervenientiam liberorum, ex *L. ſi unqvam C. de Revoc. donat. Tiraq. in L. Si unqvam §. ſuſceperit liberos numer. 145.* Et fœtus partem non fert 6
aut facit hæreditatis. *L. utrum de rebus dubiis. Tiraq. d. l. n. 146.* Nec mora irregularis contrahitur à debitore paterno. *Tiraqv. num. 147. & ſeqq. de utero plura.* Sed qvando de commodo ipſius fœtus 7
agitur, non eſt dubium, qvin fœtus vel uterus hæres inſtitui poſſit, & ipſi legari, & is in integrum
reſti-

reſtitui & ſimilia, ut probat idem *Tiraqv. in tr. de Retr. conſangv. §. 1. gloſſ. 9. n. 77. & ſeq.* Et poteſt curator uteri ejus nomine retractum petere *Tiraq. d. l. n. 79.*

## ad L. Diximus. 4. & L. Tria onera. 5.

*SUMMARIA.*

*TRes tutelæ in una domo excuſant à qvarta. n. 1.*
*Limitatur. 2.*

1 TRia onera tutelæ etiam in una domo eſſe
ſufficit, id eſt, ſi in familia pater habeat tres
tutelas, ad qvartam filius vocari non poteſt, nec
2 contra. *Montanus de tutel. c. 35. n. 125. & ſeq.* ubi
id limitat *n. 127.* niſi periculum plane non pertineat ad patrem, ut ſi filiusfam. patre nolente tutor creatus. Poſſet colligi regula, qvod privilegium conceſſum uni ex fratribus, facile extendatur ad alios fratres in communi habitantes, & facilius ad patrem. *Menoch. conſ. 675. n. 10.*

## ad L. Si duas. 6. §. 4.

*SUMMARIA.*

*QVibusnam profeſſio immunitatem tribuat. n. 1.*
*Privilegiis Profeſſorum non gaudet, qvi negligenter hoc officio fungitur. 2.*
*Extenditur. 3.*
*An omnes juris periti habeant immunitatem à tutelis. 4.*
*Excuſatur præſes, qvamdiu in præſidatu eſt. 5.*
*Privilegium conceſſum ob qvalitatem perſonæ, ceſſante eâ, locum non amplius habet. 6.*
*Inimicitia capitalis qvemnam excuſet. 7.*

1 IN omnibus caſibus, qvando profeſſio immunitatem tribuit, ſemper hoc intelligendum de
iſſis, qvi inſcripti ſunt, & qvi circa operationem
negligenter ſe non habent. Unde probatur, nullo
2 jure eos privilegiis Profeſſorum gaudere debere,
& immeritò eos talibus frui, qvi negligenter ſe in
3 hoc officio gerunt. Idem in aliis officiis Eccleſiaſticis & civilibus.

4 *Ad §. 12.* Juriſperiti non habent privilegium à tutelis, niſi Romæ doceant, vel Conſtantinopoli aut Berythi. *Ex Cujac. Bachov. vol. 2. diſp. 9. Treutl. th. 2. in fine.* Qvod autem JCti non excipiantur, ſicut Medici & Philoſophi, habet optimam rationem, qvod nullibi melius Sacerdotio juris fungi poſſe videantur juris Sacerdotes, qvam in defendendis pupillis. Hic enim ampliſſimus campus exercendæ artis juris.

5 *Ad §. 14.* Præſes habet excuſationem, qvamdiu
in Præſidatu eſt; unde colligunt, qvando privilegium competit ob aliqvam qvalitatem perſonæ,
6 ceſſante eâ, id locum non habere. *Gail. de Areſtis Imperii c. 10. n. 9. Reinking. de Reg. Sec. & Ec. lib. 2. claſſ. 2. c. 8. n. 13.*

7 *Ad §. 17.* Capitalis inimicitia excuſat à tutela, niſi tutor teſtamento datus poſt inimicitiam; qvod ſublimitatur, niſi inimicitiæ cauſa datus ſit, ut vexetur & negotiis implicetur tutor. *vid. Mant. de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 5. num. 14. Menoch. lib. 3. præſ. 43. Hill. in Donell. lib. 3. c. 9. lit. I.*

## ad L. Paupertas. 7.

*SUMMARIA.*

*PAupertatis excuſantis æſtimatio. n. 1.*
Gloſſ. & Bart. *rejicitur. 2.*

PAupertas, qvæ excuſationem tutelæ præbet, 1
hic exinde æſtimatur, qvod ob paupertatem
inhabilis ſit ad adminiſtrandam tutelam, qvia
qværendo victui ſuo tantum vacare debet, qvod
arbitrio judicis committendum, qvalis paupertas excuſet. *Menoch. l. 2. Arb. qv. c. 65. Montan. de
Tutel. c. 35. n. 141. Bach. th. 3. lit. R.* Malè autem 2
*hic Gloſſ. & Bart.* cum pauperem eſſe volunt, qvi non habet tantum in bonis, qvantum pupillus. *Montan. d. l.*

## ad L. Occurrit. 8. pr.

*SUMMARIA.*

*MIlitibus non competit excuſatio contra pupillos commilitonum. n. 1.*
*Reg. Privilegiatus contra privilegiatum utitur jure communi, qvando locum habeat. 2.*

MIlitibus competit excuſatio, ſed non con- 1
tra pupillos commilitonum. Unde probare ſolent regulam: Privilegiatus contra privile- 2
giatum utitur jure Communi; modo ſit æqvale privilegium, & niſi unum majus aut duplicatum aut tempore prius, aut unus de lucro captando, alter de damno vitando militet, aut unum privilegium ſit ſpecialius, aut lex diſertè contrarium decidat, ut in SC. Vellej. *vid. Carpzov. lib. 2. Reſp. 37. num. 8. & p. 3. dec. 277. n. 16. & Barboſa lib. 14. c. 83. ax. 27. Cravetta conſ. 96. num. 32. Tiraqv. de Priv. piæ cauſæ. priv. 26. Menoch. conſ. 680. & conſ. 874. n. 13. & d. præſumpt. lib. 4. præſ. 189.*

## ad L. Idem Ulpianus. 12. §. 1.

*SUMMARIA.*

*FAcultas transmigrandi à Principe conceſſa qvando dimiſſionem à tutela pariat. n. 1.*
*Conceſſi à Principe ex certa ſcientia effectus. 2.*

TUtor transmigrandi facultatem petit à Prin- 1
cipe. Princeps ſciens ipſum tutorem eſſe, dat tamen facultatem transmigrandi, videtur igitur concedere, ut tutelâ abire poſſet, ſi modò utrumqve (licet alia exemplaria legant *alterutrum*) ex Reſcripto appareat. Sic ſi Princeps alicujus vitium natalium vel aliud non ignorans ei dignitatem conferat, videtur diſpenſare *Cravetta vol. 5.
conſ. 958. num. 2. & 12.* Qvod ex certa ſcientia 2
conceſſum eſt à Principe, habet hunc effectum, qvaſi dicat, non obſtante lege contraria. *Jacob. de Leon.*

*Leon inter conſilia Bruni conſ. 114. num. 4. Dec. conſ. 588. num. 3. Barbatius l. 2. conſ. 26. n. 5.* ſed admodum repugnat *Natta conſ. 420.* cui *d. l.* occurrit *Gravetta.*

## ad L. Scire. 13. §. 4.

### *SUMMARIA.*

*REg. probationem poſt terminum elapſum fieri non poſſe, ex h. §. probatur. n. 1.*
*Limitatur 2. & ſeqq.*
*Actus contra formam præſcriptam invalidus eſt. 5.*
*Tutores non juſtè dati an teneantur ſe excuſare intra ſtatuta tempora. 6.*

1 PRobatio poſt terminum elapſum fieri non poteſt. Hæc regula communiter ex hoc textu
probatur, & qvod omnis terminus à judice præfixus ſit peremptorius, licet vox peremptorii non
2 addita. *Dn. Mev. p. 5. dec. 232.* Sed ſæpè fit, ut non ex negligentiâ, ſed imperitiâ tranſeat terminus, v. gr. offert aliqvis examen teſtium a notario interrogatorum, Judex rejicit; hic judex poterit ex clauſula generali reſtituere eam partem, cui onus probandi incumbit, ut deciſum refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 148.* A judicis arbitrio pendent probationes. *Conf. Carpzov. in proc. tit. 13. art. 1. n. 172. & ſeq.* Et terminus etiam non currit, ſi à ſen-
4 tentia appellatum. *Dn. Mev. p. 3. dec. 173.* Limitat etiam iſtam regulam in minore, cui lapſo termino datur reſtitutio. *Harpm. Piſtor. p. 1. qv. 112. Me-*
5 *noch. rem. 1. recup. poſſ. n. 242.* Collige, etiam actum validum non eſſe, ſi forma præſcripta non obſervetur. *Crotus in repet. L. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de V. O. n. 15. ſeq.*
6 *Ad §. 12.* Qvi non juſtè dati tutores, niſi confirmati ſint, aut non adminiſtraverint, non tenentur ſe excuſare intra tempora conſtituta. *vid. l. 1. C. de confirm. tut. Et ibi in collect. A. Barb. Montan. c. 35. de tutel. reg. 3. in f. Clarus §. Teſtamentum. qvæſt. 10.*

## ad L. Spadonem. 15. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*NOn excuſatur promittens Patri onus tutelæ, licet excuſationes habeat. n. 1.*
*An judæus Chriſtiani tutor eſſe poſſit. 2. & 3.*
*Reg. Qvæ non proſunt ſingula, conjuncta juvant. 4.*
*Limitatur. 5.*

1 LIcet qvis habeat juſtam excuſationis cauſam ſi tamen patri pupilli promiſerit, ſe velle tutelam gerere, tenetur. Non enim decipiendus eſt pater, qvi fidem tutoris ſecutus, alioqvin aliter pupillo proviſurus. Et videtur hic ſuo juri renunciaſſe *Mantica de conject. ult. vol. l. 2. tit. 13. n. 7. & qvos refert.*
2 *Ad §. 6.* Judæus non-Judæi, i. e. Chriſtiani tutor eſſe poteſt, qvod *l. ult. C. de judæis.* nonnulli ſublatum volunt; ſed cum ea non ſit ex novis deciſionibus, ea ſententia merito improbatur à
*Finckelth. obſ. 84. n. 38.* Sed nec per non-Judæos 3
tantum Montaniſtas vel Gentiles intelligo cum *Finckelth. obſ. 84. num. 38.* ſed etiam Chriſtianos: Nam hic qvæſtio eſt, an judæis ſe poſſit excuſare à non-judæi tutela, ſive is ſit Chriſtianus ſive gentilis, qvod negatur, ob *l. 5. C. de Judæis.*
*Ad §. 11.* Qvæ non proſunt ſingula, conjun- 4
cta juvant. Nam & plures præſumptiones unam perfectam probationem faciunt, & teſtis unus cum plurimis adminiculis interdum plenè probat. *Gloſſa ad l. 1. §. ult. h. t. Bart. in rubr. de Probat. num. 3. Menoch. lib. 2. A. qv. caſu 59. n. 76. Hippol. de Marſil. ad l. 1. §. Idem Cornelio num. 2. ff. de qvæſtion. A. Barb. lib. 17. axiom. un. Weſſenbach. d. 52. th. 12.* Sed limitatur regula, ſi modo ſingula in ſuo genere perfecta ſint, non ita, ſi imperfecta. *Menoch. lib. 3. præſumpt. 39. n. 6. Barboſa d. l. verſ. intelligi.* ubi hoc declarat exemplo hujus §. ubi v. gr. duæ tutelæ, 65 anni, duo filii licet jungantur, non faciunt unam perfectam cauſam excuſationis, qvia ſingulæ ſunt in natura ſua imperfectæ *Coll. Arg. th. 14. in fine & th. 18. n. 13. h. t.* Sic & judicia plura conjungi non poſſe, niſi unumqvodqve plene probatum ſit, ait *Alex. lib. 1. conſ. 13. num. 19.*

## ad L. Propter litem. 21.

### *SUMMARIUM.*

*Lis de magnâ parte bonorum excuſat.*

PRopter inimicitiam capitalem excuſatur tutor, ſed huic æqviparatur lis de magna parte bonorum. Unde colligunt, gravem cauſam civilem æqviparari criminali. *Farin. qv. 49. n. 2.* ubi hoc multis autoritatibus confirmat *Dn. Thabor. ad art. 26. conſt. crim. th. 3.*

## ad L. Excuſare. 25.

### *SUMMARIUM.*

*Tutor non excuſatur ſine cauſæ cognitione.*

EXcuſare ſe tutor per libellum non poteſt, i. e. res de plano ſine cauſæ cognitione decidi neqvit. *Donell. & ibi. Hillig. lib. 3. c. 9. lit. S. Weſenb. in* π. *hic n. 4. Cujac. ad l. 71. de R. J.*

## De L. 27. vid. L. 57. ad L. Falcid.

## ad L. Tutor petitus. 28. pr.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio decidendi. 2.*
*Notantur qvædam reſponſionis loco ad* Acc. *objectiones. 3.*
*Tutor à tutela ſe excuſans, amittit legata à patre in teſtamento relicta. 4.*

Limi-

*Limitatur in filio tutore fratris. 5.*
*Donatum conſangvineo non ob benè merita, ſed conſangvinitatem donatum cenſetur. 6.*
*Limitatur tribus modis. 7, & ſeqq.*

1 TUtor petitus, qvi habuit 4. liberos, ante decretum natus eſt ei qvintus, an hæc cauſa petitioni ſuperveniens præbet juſtam cauſam?
2 Neg. qvia petitio ſe rectè tunc habuit. Et ſic ju-
3 dicatum refert *Sande l. 2. tit. 9. d. 8* Sed multa hic objicit *Accurſ.* Reſponſionis loco notetur. 1. aliud eſſe in pœnis; nam dignitas ſuperveniens operatur ſuum effectum tempore ſententiæ. *l. pen. ff. ſi ex cauſa noxali.* 2. Excipi ſenatoriam dignitatem. *l. 15. §. 3. h. t.* & 3. Ceſſante causâ excuſationis tempore ſententiæ, ceſſat excuſatio. *l. 10. §. 3. ff. de Vacat. mun. Cujac. tom. 4.*
4 *Ad §. 1.* Qvicqvid tutori dato legatur in teſtamento, videtur id cauſa tutelæ datum eſſe, & ſi à tutela ſe excuſet tutor, etiam pro parte bonorum,
5 amittit. *l. etiam.* 111. *de leg.* 1. Sed qvæ filio legat, cui tutelam fratris commiſit, ſi filius ſe excuſet, non amittit legata; nam huic potius ut filio,
6 qvam ut tutori legaſſe videtur. Unde Dd. ſolent probare, donatum conſangvineo non ob bene merita, ſed ob conſangvinitatem videri donatum. *Tiraq. ad l. ſi unqvam, ad verba, donatione largitus numer. 72. Menoch. conſ. 167. n. 1. Romanus ſing. 652. Idem conſ. 207. & conſ. 235.* qvod tamen *Addi-*
7 *tionator Romani* tribus modis limitat, 1. qvando conſangvinei eſſent milites. *l. hæreditatem ab agnato ff. de caſtr. peculio.* de qvo tamen videri poteſt *Coraſius lib. 2. Miſcell. c. 4.* 2. niſi præterita
8 ſint merita. Nam hic de futuris meritis agitur. *Tiraqv. d. l. numer. 74. Menoch. d. l. num. 13,* 3. limitat, niſi intima amicitia & qvotidiana converſatio
9 interceſſiſſet. In dubio verò naturale vinculum videtur præponderare.

## ad L. Si is. 31. §. f.

*SUMMARIUM.*

AN *præcisè tres tutelæ ad excuſandum reqvirantur.*

NOn præcisè tres tutelæ ad excuſandum reqviruntur, cum etiam unica ſufficere qveat, ſi tam diffuſa & negotioſa ſit, ut pluribus æqvivaleat, qvia difficultas rationum conficiendarum & reddendarum conſideranda eſt. *Mont. d. reg. 1. n. 122. Gutierez part. 1. cap. 21. n. 11.*

## ad L. Neſennius. 32.

*SUMMARIUM.*

T*Utor poſt confirmationem ſe excuſans an amittat legata.*

PAter vel mater vel extraneus teſtator me conſtituit tutorem, ego poſtqvam confirmatus ſum, me excuſo, qværitur an legatum amittam? Reſp. affirmando, modo conſtet, hanc cauſam fuiſſe finalem; nam ſi alia cauſa appareat, non amitto, per hanc legem, nam ſi alia cauſa concurreret, tutela eſſet potius cauſa impulſiva. *Cephal. lib. 5. conſ. 633. num. 13. & ſeq.* Sic etiam ſi alimenta alicui legata, hæc non præſumuntur ob tutelam, ſed potius ob indigentiam legata. *Cephalus lib. 3. conſ. 429. numer. 108.* conf. *Carocius dec. 17.*

## ad L. Amiciſſimos. 36.

*SUMMARIUM.*

T*Utor Teſtamentarius tutelam recuſans, an cum amiſſo legato amittat & ſubſtitutionem.*

TUtor teſtamento datus tutelam recuſans, legatum ſibi relictum amittit, pèr *l. 28. ff. de teſtam. tut.* Sed eodem in teſtamento etiam ſubſtitutus eſt pupillo, qværitur, an repudiando tutelam etiam ſubſtitutionem amittat? Qvod negatur, qvia tempore denegatæ tutelæ ſucceſſio ipſi non delata; qvando autem mortuus eſt pupillus, & ita ſucceſſio ei eſt delata, pupillus non opus habet tutore, cauſa tutelæ finita. *Tulden. ad tit. C. de Legat. n. 12. Wiſſenb. d. 52. th. 16.*

## ad L. Qvi teſtamento. 37.

*SUMMARIA.*

C*Aſus legis proponitur. n. 1.*
*An falſa cauſa in ſententia expreſſa vitiet ſententiam. 2.*

EXcuſavit aliqvis ſe allegatione falsâ, qvod tres 1
liberos haberet, & qvod pupillo jam eſſet legitimus tutor; Prætor conditionaliter tulit ſententiam, ſi tutorem habenti datus es tutor, excuſandus es, &c. qvær. an ſententia nulla, qvia falſa cauſa expreſſa, & conditionalis, & conditio
non extitit? Notant, falſam cauſam in ſententiâ 2
expreſſam, vitiare ſententiam. *Dec. conſ. 475. num. 14. Vant. de Nullit. tit. de Nullit. ex defectu Proceſſ. numer. 118.*

## ad L. Qvinqvaginta. 38.

*SUMMARIA.*

C*Auſæ excuſationis qvando proponendæ. n. 1.*
*Intra qvod tempus finienda tota cauſa. 2.*

CAuſæ excuſationis initio omnes nominandæ. 1
*l. 13. §. 8. h. t.* & qvidem intra 50. dies à die ſcientiæ continuò numerandos. *l. 6. C. h. t.* vel à tempore conditionis exiſtentis. *l. pen. §. 1. h. t.* vel
ex die confirmationis. *l. 16. h. t.* ſed intra qvatuor 2
menſes tota cauſa finienda eſt, *per h. l. Gail. d. c. 21. n. 33. Molin. tr. 2. diſp. 222. num. 17. & qvos allegat Barb. ad d. l. 6. C. h. t.*

## ad L. Si cum. 39.

TErminus datus non currit, donec diſputatur, an ad actum illum admittendus ſit. *Natta conſ.*

*conſ. 172. num. 16. lib. 1. Vivius dec. 286. Carpz. p. 2. dec. 193. n. 11. vid. not. ad l. 39. de minor.* v. gr. qvando alicui delatum juramentum à judice, altero renitente, non currit terminus. *Carpz. p. 1. c. 12. def. 9.*

### ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*QVando excuſentur à tutela piſtores in collegium cooptati. n. 1.*

*Exempla, qvibus demonſtratur diverſa ratio eorum, qvi per ſe ipſos exercent & qvi per alios. 2. & ſeqq.*

*An Nobilis poſſit per alios mercaturam exercere. 5. & ſeqq.*

1 QVi ſunt in collegio piſtorum, excuſantur à
tutelis, ſi per ſe ipſos piſtoriam artem exerceant. Unde colligitur, aliam eſſe rationem eorum, qvi per ſeipſos exercent, & aliam eorum,
2 qvi per alios. Sic tabernam non poſſunt Clerici
exercere per ſe ipſos ſeu perſonaliter, benè tamen per alios. *Clem. 1. de vita & honeſtate Cler. & ibi Dd. Tiraq. de Nobilit. qv. 27. num. 7. & ſeq. Pet. Peck. ad c. poteſt. 68. de R. J. in 6. n. 3. Cagnolus in*
3 *L. diem functo. num. 194. ff. de offic. Aſſeſſ.* Sic Domina cauponæ vilis non eſt. *l. 29. C. de Adulter.*
4 *& l. 8. §. 1. de Vacat. mun.* Sic Clerici per alios Juriſdictionem criminalem exercere ſolent. Unde infertur, Nobiles per alios poſſe mercaturam exercere. *Tiraq. de Nobil. qv. 33. n. fin.* Sed obſtare videtur *l. 2. §. 2. de Adminiſtr. rer. ad civit. pertinent. L. Non licet. 46. de contrah. empt. l. 10. C. de diſtr. pign. L. Eos. 26. in f. C. de uſuris. Neqve per ſe. 10. C. de hered. Inſt. l. 5. §. 3. de Aut. tut. l. 7. pr. ad Macedon. l. un. §. pen. de Contr. jud.*
Diſtingvo inter ea, qvæ alicui prohibita ſunt ob 6
dignitatem perſonæ ſolam, & qvæ prohibita ſunt ob præjudicium Reip. vel tertii. Illa poteſt nobilis exercere per alios, non hæc. Ideò qvia hodie 7
Nobilibus mercatura interdicta ratione intereſſe Civitatum & collegiorum, qvæ habent Jus prohibendi, ideò non poſſunt expedire mercaturam per alios. Secus ſi in urbe domicilium ha- 8
beat, & onera ferat per alium, non prohibendus eſſet à mercatura. Et ita qvando nonnulli dicunt, Nobilibus interdictum eſſe per alios negotiari, id ideò non fit, qvia nobiles ſunt, ſiqvidem etiam ruſticis non licet per alios negotiari, ſed qvia in collegio mercatorum non ſunt; colle- 9
gia enim habent Jus prohibendi alios à mercatura, ſive nobiles, ſive ruſtici ſint, ſive civici ordinis: Sed ſi collegia non eſſent, & cuilibet liberum eſſet negotiari, nobiles negotiari poſſent per alios, licet per ſe ipſos non poſſint.

# TITULUS II.

# Ubi pupillus educari vel morari debeat.

### Ad L. 1. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*AN pupillus apud eum educandus, qvem pater voluit.*

1 PRæcipuè in hâc qvæſtione, ubi pupillus
educandus, ſeqvenda eſt voluntas patris. *arg. h. §. Surd. de alim. tit. 4. qvæſt. 13. n. 2. Mont. c. 32. reg. 9. n. 234.* etſi voluntas eſſet conjecturata *Guttierez. lib. 2. c. 8. n. 2. & 17.* niſi cauſa aliqva in contrarium moveat. *hic & L. Qvintus Mutius ff. de Annuis legat. Mont. d. l. n. 235. Molin. diſp. 224. n. 3. Gutt. d. c. 8. n. 4.* Qvod *in §. 2.* exemplo ſubſtituti declaratur, cui præſertim extraneo vitam pupilli credere, non foret conſultum. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 168. n. 16. & conſ. 82. num. 18. Gutt. d. l. num. 7. conſ. Vivius dec. 19.*

### ad L. Jus alimentorum. 3.

*SUMMARIA.*

*ALimenta qvomodo præſtanda. n. 1.*

*Qvid per alimenta intelligatur, agitur remiſſivè. 2.*

*Officium in erogandis ſubſidiis ſtudiorum. 3.*

*Qvando pater jure ſtipendium filio petere poſſit. 4.*

TUtor de ſuo non tenetur alere pupillum. *§.* 1
*ult. h. l.* Sed ex bonis pupilli eatenus alimenta determinanda, qvantum exhibitioni, i. e. ſuſtentationi frugaliter ſufficit. *§. 3. h. l.* Et ut non univerſus reditus patrimonii in alimenta decernatur, ſed ſemper ex reditu aliqvid ſuperſit. *§. 1. h. t.* nec etiam patrimonii valor, ſed fructus attendendi, & non debet ob alimenta fundus vendi. *Surd. de alim. tit. 4. qv. 9. n. 1. Colerus de alim.*
*l. 2. c. 2. n. 35.* Qvid per alimenta intelligendum, 2
habetur hic in *§. 2. & 5. Mont. d. c. 32. reg. 9. n. 223. Coler. de alim. lib. 2. c. 2. n. 35. Surd. de alim. d. tit. 4.*
*qv. 9.* Colligi poteſt, qvid ſit officium in erogan- 3
dis ſubſidiis ſtudiorum. Nam ea reditus bonorum non excedere, imò nec æqvare debent. Ex 4
hoc poſſem etiam hoc inferre, ſi qvis civis habeat mediocria bona, ex iis verò, deductis ſubſidiis neceſſariis vitæ, ſumptus ſtudiorum filio ſuppeditare non poſſit, ſed cogeretur ipſam proprietatem vendere, qvod ille jure ſtipendium pro pauperibus ſtudioſis relictum filio petere poſſit.

### ad L. Qvi filium. 4.

*SUMMARIUM.*

*Filius patri ſuccedens ad qva teneatur ſorori.*

Fillius patri ſuccedens tenetur ſorori ſuæ ad alimenta, & ea ſuppeditanda, qvæ ad diſciplinam ſpectant. *hic & l. 73. §. manente ff. de Jure dot. l. 20. ſol. matr. l. 1. §. 2. tit. ſeq. Surd. de alim. tit. 1. qv. 105. n. 7. Berous lib. 1. conſ. 186. n. 9. Cujac. tom. 1. p. 2006. conf. l. 1. §. 2. tit. ſeq. Hartm. l. 2. tit. 36. obſ. 2. Theſſaur. dec. 192. n. 7. Guido Papæ dec. 439. n. 7. Matt. Col. de alim. l. 1. cap. 9.*

# TITULUS III.
# De Tutelæ & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa actione.

## ad L. 1. pr.

### *SUMMARIA.*

*De explicatione* pr. h. l. *agitur remiſſivè n. 1.*
*Tutor ſpontè ſingulis annis rationes reddere tenetur. 2.*
*Qvomodo cogendus, ſi id non faciat. 3.*
*Qvousq; heredes teneantur, ſi adultus ſit in morâ, oblatas rationes accipiendi, agitur remiſſivè. 4*
*Dicta extenduntur ad qvosvis adminiſtratores. 5.*
*Liber rationum neceſſarius, & qvæ continere debeat. 6.*
*An inter contutores actio dividenda. 7.*
*Qvæ competant remedia tutori, ex culpâ contutoris condemnato. 8.*
*Rationes duæ ſuppeditantur. 9.*
*An habeat actionem contra contutores ad petenda ea, qvæ præſtitit ob dolum ſuum. 10.*
*Qvando magiſtratus ante tutores conveniendus. 11.*
*Qvæ ex tutelâ dentur actiones. 12.*

1 Hic dicitur, tutorem conveniri, ſi non
eandem, qvam ſuis rebus, diligentiam
adhibuit: ſed id ex *l. 33. pr ff. de admin.*
*tut.* explicandum, ubi *vid. notata.*

2 *Ad §. 3.* Tutoris officium eſt, ut reddat rationes
ſuæ adminiſtrationis, ſicut hoc etiam commune
eſt omnibus adminiſtratoribus, & qvidem
ſingulis annis, & ſpontè ſe debet offerre, *per Or-*
3 *din. Polit. de anno 1577. tit. 32.* & ſi tutor id non faciat,
per mandata ſine clauſulâ ad id compelli
poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 112.* Nam qvæ officii alicujus
ſunt, per talia mandata S. C. mandari pos-
4 ſunt. *Mev. p. 2. dec. 330.* Sed qvid ſi adultus in
morâ ſit, & rationes ei à tutore ſæpius oblatæ,
qvousq; hæredes teneantur, vid. *not. ad l 3. §. 7.*
5 *ff. de Neg. geſt.* Qvod de tutoribus hic dicitur,
illud ad qvosvis adminiſtratores extenditur. *Portius
conſ. 147. n. 46.* & in toto conſilio hoc agit, ut
tutorem ad rationes reddendas conventum li-
6 beret. Confici autem debet liber rationum, qvi
debet continere annum. diem, menſem, locum,
data, accepta, cui dedit, à qvo accepit, & ſic ſigillatim
diſtinctè, & clarè omnia continere, ut
ex eo veritas vel falſitas apparere poſſit. *Menoch.
de arb. jud. qv l. 2. tit. caſu 208. n. 19. & ſeq. Afflictus
dec. 360. n. 2. Joh. Cephalus lib. 5. conſ. 678. n. 45.
& ſeqq.* poteſt videri idem *Cephal. l. 4. conſ. 466.
n. 8. & qvos refert.*

*Ad §. 11.* Qvando tutores plures adminiſtra- 7
runt, æqvum eſt, dividi inter eos actionem, ſi
omnes ſolvendo ſint, qvod declarat *Carpz. l. 5.
Reſp. 92. n. 12.* qvod poſt rationes redditas hoc ſit
ſentiendum, qvando jam de executione ob reliqva
agitur, nam aliàs tutor unus non eſt audiendus,
ſi ipſe ſeparatim rationes reddere velit.
*Carpz. d. l.*

*Ad §. 13.* Si tutor ex culpâ alterius contutoris 8
condemnetur, non tantùm habet beneficium
cedendarum actionum, ſed etiam utilem actionem
ſine ceſſione. *Petr. Greg. lib. 1. c. 10. num. 14.
ſeq. Francus de fidej. c. 5. num. 488.* cujus rationes 9
duas ex *Alciato ad l. 1. C. de tranſact. n. 16. & ſeq.*
refert *Hering. de fidej. c. 27. qu. 3. n. 16.* qvia 1. fidejuſſor
ſolvens, liberat principalem, non verò
niſi per conſeqventiam confidejuſſores; ſed aliud,
in tutore ſolvente, & 2. magis favendum tutoribus,
qvi coguntur ſuſcipere onus hoc.

*Ad §. 14.* Qvicqvid tutor ob dolum ſuum præ- 10
ſtitit, ob id non habet actionem contra tutorem,
qvia, qvi doli pœnam ſolvit, indignus eſt, ut à cæteris
doli participibus qvid conſeqvatur: ideoq;
aurea hujus §. verba appellat *Bargal. lib. 4. de dolo
c. 4. n. 36. & hunc referens Klock. vol. 2. conſ. 59.
n. 26. ſeq.* ubi tradunt, nullam ex dolo mandati,
aut pro ſocio dari actionem. *Zæſ. ad tit. ſeq. n. 2.*

*Ad §. 15.* Tria hic dici, notat *Hartm. Piſt. qv. 6.* 11
*n. 23.* 1. ad contutores non gerentes non poſſe
perveniri, niſi prius Magiſtratus fuerit excuſſus.
2. movet objectionem ex reg. Marcelli, non poſſe
ad Magiſtratum perveniri, qvamdiu unus ex tutoribus
ſolvendo eſt. Cui 3. reſp. hanc regulam
ita eſſe intelligendam, ſi non ob hoc conveniatur,
qvod ſuſpectum eum non fecerit, id qvod
tunc fit, qvando tutela à teſtatore vel judice eſt
diviſa; nam tunc aliter conveniri non poteſt, niſi
ob id, qvod contutorem ſuſpectum non fecerit,
neq; ſatisdationem exegerit, *per l. 2. C. de Divid.
tutel.* conf. *Additionator ad ſing. 300. Romani.*

*Ad §. 21.* Ex tutela datur duplex actio, 1. tute- 12
læ, & 2. de rationibus diſtrahendis: hæc fortè ſub
hoc prætextu, qvaſi tutor diſtraxerit & conturbaverit
rationes, idq; in honorem tutoris. *Bach. in
Tr. de diſp. 9. th. 6. Lit.* Et hæc actio datur in duplum,
cui ſimplum ineſt. *l. 2. §. 2. h. t.* Et una
harum actionum alteram conſumit, per h. §. de
qvo præter *Bach. d. l. Oldend. claſſ. 5. art. 36. Wiſſenb. d. 27. th. 24.*

ad

## ad L. Si tutelæ. 3.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Succurritur remedio cautionis tutori ob debitum incertum. 2.*

1 TUtor qvi fuerat, actione contrariâ adole-
ſcentem convenit, qvia ſe obligaverat tutor
ſub conditione vel in diem, qværitur, qvomodo
tutoris ſecuritati proſpiciendum? R. per cautio-
2 nem. Collige ergo, qvando id, qvod tutiori de-
betur, incertum eſt, ob conditionem nondum
impletam &c. tunc remedio cautionis opus eſt.
*Dn. Mev. p. 5. dec. 134.* & eousqve res pupilli re-
tinere poteſt. *Molignatus de Retent. qv. 291. Dn. Mevius d. l.*

## ad L. Si tutor. 9.

*SUMMARIA.*

*TUtor à judice datus duobus impuberibus, deſinit reſpectu utriusq;, ſi alter adultus factus. num. 1.*
*Qvid ſi tutor teſtamentarius. 2.*
*An ex hoc §. probari poſſit: ſi ſubſtitutio reciproca facta duobus impuberibus, & ceſſet in uno ſubſtitutio ob adultam ætatem, ceſſare etiam in altero. 3.*
*Qvibus actionibus agi poſſit, durante tutela. 4.*
*An & hæ poſſint contra hæredem tutoris inſtitui. 5.*
*Interpretatio verborum qvorundam.* L. 10. h. t. *6.*
*Qvando hodiè reddendæ rationes. 7.*

1 IN hoc §. deciduntur duæ qvæſtiones. Caſus
eſt talis: Judex dedit tutorem duobus impu-
beribus diſparis ætatis, unus poſtea fit adultus,
& ita finitur tutela qvoad eum, ſed qværitur, an
etiam reſpectu alterius finiatur? qvod affirma-
tur, qvia cum adultus poſſet eſſe tutor legitimus
alterius impuberis fratris, merito dativa tutela
2 cedit legitimæ. Altera qvæſtio: qvid ſi teſtator
unum tutorem dederit duobus impuberibus;
an, ſi in uno finiatur tutela ob adultam ejus æta-
tem, etiam ceſſet in altero? qvod negatur, qvia
3 teſtamentaria legitimæ præfertur. Ex hoc §. vo-
luerunt nonnulli probare, ſi ſubſtitutio recipro-
ca facta duobus impuberibus, & in uno ceſſet
ſubſtitutio ob adultam ætatem, qvod etiam ceſ-
ſet in altero. Sed contraria ſententia communis
eſt, per tradita *Covarr. ad c. Raynutius §. 7. in fin. & Manticæ de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 12. n. 25.*
ubi hunc §. retorqvet & urget, præſertim in de-
ciſione ſecundæ qvæſtionis pro communi.

4 *Ad §. fin. & L. ſeq.* Actione furti, condictione
furtiva, actione Legis Aqviliæ, etiam durante
tutelâ agi poteſt, aliud in actione tutelæ, qvæ
5 non niſi tutelâ finitâ inſtitui poterat. Sed qvid ſi
tutor mortuus fuerit, an poteſt cum hærede agi?
Reſp. non qvidem actione furti, aut actione Le-
gis Aqviliæ, ſed condictione furtivâ, vel actione
tutelæ, qvia tutor, qvi ſurripuit, qvi damnum
dedit, à ſeipſo reſtitutionem exigere debuit. 6
Et ita verba *legis 10. qvamvis morte tutoris intereant h. t.* non ſunt referenda ad condictio-
nem, ſed ad furti & damni injuriæ actionem;
perinde ac ſi dixiſſet JCtus, qvamvis aliqvæ aut
pleræqve ex his morte tutoris intereant, ut rectè
interpretatur *Ant. Matth. ad lib. 47. ff. tit. 1. cap. 4. num. 2. pag. 111. Conferri poteſt Struv. Exerc. 31. th. 68. Wiſſenb. d. 52. th. 22.* Sed hodiè *ex Ordin.* 7
*Polit. de An. 1548.* toties qvoties vult Magiſtra-
tus, imò ſingulis annis reddere & offerre debet
rationes.

## ad L. Si ex duobus. 15.

*SUMMARIA.*

*UNius tutoris transactio de dolo commiſſo non prodeſt alteri. n. 1.*
*Qvid ſi unus præſtet intereſſe pupillo. 2.*

SI duo tutores conſtituti dolum in tutela ad- 1
miſerint, unius transactio alteri non prodeſt.
*hic & l. 27. §. 4. ff. de pact.* ſed uno ſolvente inter-
eſſe, qvod pupillus habet, alter liberatur; nam
ſolutio extingvit debitum, non transactio ipſo
jure, ſed ope exceptionis. Ideoq; acceptilatio 2
unius prodeſſet alteri. *Wiſſenb. d. 52. th. 20. Mont. c. 39. num. 73. & 126.* conf. *notata ad l. 45. de admin. tut.*

## ad L. Imperatores. 17.

*SUMMARIUM.*

*AN tutor conventus à pupillo, teneatur pupillo ſubminiſtrare ſumptus ad litem.*

TUtor conventus à pupillo, non tenetur ſum-ptus ſubminiſtrare pupillo ad litem contra ſe motam, ſcilicet ſi tutela depoſita, & tutor de bonis pupillaribus nihil qvicqvam poſſidet. *Vid. notat. ſupra ad L. 27. §. 3. de Inoff. teſt.*

## ad L. Si probatum. 19.

*SUMMARIUM.*

*AN tutor ob contractum à ſe nomen minus idoneum, approbante poſtmodum curatore, poſſit conveniri.*

TUtor nomine pupilli contraxit nomen minus idoneum, curator, qvi ei ſuccedit, id approbat; jam tutor conveniri neqvit, qvia probando nomen curator exoneraverit tutorem, & periculum nominis in ſe recepit. *l. 36. §. 1. ff. ad municip. l. 44. pr. de admin. tut.* niſi fortè curator non ſolvendo. *Wiſſenb. d. d. 1. th. 21.*

## TITULUS IV.

# De contraria tutelæ & utili actione.

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*QVando tutori pupillus obligetur civiliter. n. 1.*
*Extenditur ad curatores & protutores. 2.*
*Differentia inter tutorem & protutorem. 3.*
*Qvando hodiè tutor conveniri poſſit. 4.*
*Qvando contrariam inſtituere poſſit. 5. 6.*
*Per qvæ remedia expenſas, reputare poſſit tutor. 7.*
*Qvid ſi judex, non attentis exceptionibus, condemnet, an intendere poſſit tutor contrariam actionem. 8.*
*Qvid ſi tertio expenſæ reprobatæ, an obſtet exceptio rei judicatæ, & qvo tunc remedio tutori ſuccurrendum. 9. 10.*
*Jus retentionis ratione expenſarum qvando competat tutori. 11.*
*An debita patris contrario judicio tutelæ petere poſſit tutor. 12.*
*An locum habeat compenſatio ratione debiti paterni liqvidi. 13.*
*Qvid ſi illiqvidum ſit. 14.*
*In qvibus rebus pupilli compenſatio locum habeat. 15.*
*Contrariæ actionis tutelæ natura. 16.*
*A negotiorum geſtore rationes redditæ recipiendæ ſunt. 17.*

1 IN principio dicitur, pupillum obligari etiam
tutori ex adminiſtratione civiliter: nam non
ex obligatione, ſed ex re venit obligatio. Et
2 hæc etiam datur protutori §. 1. idqve ad curatores
extenditur §. 2 Inter pro-tutorem & tu-
3 torem hæc differentia conſtituitur in §. 3. qvod
tutor non niſi finita tutela, pro-tutor autem ſtatim
conveniri poſſit, qvando ſcilicet qvid egit,
4 qvod pupillum lædere poſſet. Sed hodiè cum
tutor ſingulis annis reddere rationem teneatur,
ſingulis annis etiam tutelæ conveniri poteſt
5 actione, ſi qvid minus utiliter geſſerit. Sicut autem
tutor non niſi ratione unius anni reddita,
actione directa conveniri poteſt, ita nec contrariam
ante finitam tutelam intendere poteſt.
Sed ſicut ſingulis annis conveniri poteſt, poſt
unius anni rationes redditas, ſi qvid malè geſſit,
6 videtur idem de contraria dicendum. Sed non
puto eſſe hæc paria in hoc puncto. Nam ſi qvid
expendit, & qvidem plus acceptis, hoc ſi liqvidum
ſit, & à Magiſtratu in rationum redditione
annali adprobatum, ex ſeqventis anni reditibus
ſibi poteſt ſolvere, *per l. 9. §. 5. & 7. de Admin. tut.*
Nam non deponit adminiſtrationem, ſed eam
7 continuat. Et in §. 4 qvi notabilis eſt, agitur de
expenſis, & qvidem 1. qvod per viam compenſationis,
vel exceptionis, vel reconventionis
poſſit reputare expenſas, qvia, cui datur actio,
multo magis exceptio. Sed 2. qværitur, ſi Judex 8
non attenta exceptione, tutorem condemnet
ad reſtitutionem reliqvorum, an poſtea poſſit
actionem contrariam intendere? Qvod affirm.
qvia non obſtat exceptio rei judicatæ, ſi exceptio
tacitè præterita. *l. 7. §. 1. de Compenſ. L. ut
fundus. 18. ff. communi div. Dn. Mev. p. 3. dec. 308.*
Sed qvid ſi tertio expenſæ reprobatæ, tunc ob- 9
ſtat agenti exceptio rei judicatæ. *d. l. 7. §. 1.* hinc
cum tutor eſſet condemnatus ad reliqva, & expenſæ
in reconventionem poſt illud judicium
inſtituendam rejectæ, ad appellationem admiſſum
tutorem refert *Dn. Mev. p. 3. dec. 170.* Nam 10
etſi illiqvidæ fuiſſent, tamen ad reconventionem
admittendus erat, anteqvam ad reliqva condemnaretur,
& non poſſumus ſcire, qvæ ſint reliqva,
niſi ſciamus ea, qvæ ob expenſas deducenda,
præſertim ſi intra breve ſpatium vel teſtibus,
vel documentis, vel etiam ſi minores, juramento
probari qveant, qvamvis ipſas res pupilli reſtituendas
putent, dilata qvæſtione ſuper expenſis,
ut ob reliqva non debeat condemnari, niſi
ſuper expenſis ſimul fuerit cognitum, bene tamen
ad extantia, & apud tutorem reperta bona
pupillaria. *Dn. Mev. d. l.* Sed ſi certum ſit, ex- 11
penſis opus fuiſſe, licet qvantitas earum incerta,
indiſtinctè putarem, Jus retentionis tutori convenire.
*Molignat. de jure retent. qv. 281.* Undo
ſeqvitur, reputationes tutoris illiqvidas facere,
ut hæ omittantur, & in judicium tutelæ contrarium
differantur, & iſta præteritio nihil gravaminis
habet ſine manifeſta reprobatione. *Dn.
Mev. p. 3. dec. 132.* Sed ſi qvæ à patre pupilli de- 12
bita ſunt tutori, qværitur, an hæc in contrario
judicio tutelæ veniant? & videtur qvod ſic, qvia
per ſucceſſionem eſt factum pupilli debitum;
ſed neg. qvia hoc debitum non eſt occaſione tutelæ
contractum, & tutor habet de hoc debito
aliam actionem, v. gr. condictionem certi, vel
actionem empti, &c. Sed exinde non ſeqvitur, 13
qvod, ſi paternum debitum ſit liqvidum, non
habeat locum compenſatio; nam de compenſatione
hic nihil agitur. Nam ſi tutor ſibi debita
paterna ſolvere poteſt. *l. 9. §. 5. ff. de admin.
tut.* utiqve etiam compenſare; qvia compenſatio
ſpecies ſolutionis eſt. *vid. Mev. p. 5. dec. 133.*
Si autem illiqvidum ſit debitum, vel illiqvida 14
reputatio, tamdiu reliqva, qvæ debet, retinere
poteſt, donec caveatur ſibi de illiqvidis, in caſum
victoriæ ſolvendis, ſi in continenti vel in
termino probatorio liqvida fieri poſſint.

Verum

15 Verum ſpecies in inventario deſcriptas reſtituere tutor tenetur pupillo, nam in his compenſatio locum non habet, qvia in ſpeciebus nulla compenſatio. *Carpz. p. 1. dec. 94. Steph. Gratian. t. 1. diſc. for. 129.*

16 *Ad §. 6.* Contraria actione tutelæ tutor conſeqvitur, qvod ſibi abeſt propter tutelam, & ideò ſi ſibi ipſi non ſolvit; per *h. §.* item ſi pro pupillo ſe obligavit, ſi viatica & ſumptus litis fecit. *l. 1. §. 9. tit. præced.* qvamvis victus fuerit, modò bona fide litigarit. *l. 3. §. 7. h. t. vid. Coll. Arg. h. t. th. 6.*

17 *Ex §. ult.* Colligitur qvemlibet adminiſtratorem alienorum negotiorum poſſe dominum compellere, ut rationem redditionem recipiat & ſe liberet. *Salgado in Labyr. p. 3. c. 7. num. penult. & ult.*

## ad L. Qvid ergo. 3. pr.

*SUMMARIA.*

*QVando impenſæ facultatem pupilli excedentes veniant in contrariam actionem tutelæ. n. 1.*
*Tutelæ actionis contrariæ finis. 2.*
*Tutor qvomodo liberationem conſeqvi poſſit. 3.*
*An ſola qvietantia liberet. 4.*
*Pecunia pupilli deſtinata ad emptionem prædiorum non poteſt à ſolo tutore alienari. 5.*
*Regula: Deſtinata habentur pro re perfecta, an ſemper valeat. 6.*

1 IMmodicæ impenſæ pupillo non imputantur, & ſi qvid ultra facultates pupilli impendit, modo hoc non expedierit pupillo, qvia in hoc non adminiſtrantur tutelæ, ut pupilli mergantur: ſecus eſt, ſi expediit. *Mont. c. 40. n. 44. ſeq. Struv. Ex. 31. th. 71. Zaſ. h. t. n. 1.* ideoq; ſi ultra facultates pupilli qvid expendit, neceſſitate vel utilitate inſigni hoc urgente, ad modum boni patrisfamilias, hoc omninò in contrariam actionem tutelæ venit. *Mev. p. 4. d. 10. Anton. Fab. l. 5. t. 23. def. 2.*

2 *Ad §. 1.* Tutor non agit contra pupillum ut li-
3 beretur, ſed ad id, qvod per tutelam abeſt. Sed
qværitur, qvomodo tutor liberationem conſe-
qvi poſſit, ſi is, qvi pupillus fuit, illum liberare
nolit? Reſp. *Bart.* ſic poſſe exceptionem il-
lam, ſe omnia reſtituiſſe, officium judicis implo-
rando, in judicium deducere, qvod nonnulli de-
4 clarant, modo liber rationum ſimul exhibeatur,
qvo non exhibito, ſola qvietantia non liberat, ut
ex *Eſcobaro de Ratiocin. c. 40. n. 16. Dn. Mev. dec.*
*228. n. 1.* Qvod intelligo, ſi qvietantia ad librum
rationum ſe referat, juxta tradita *Maſcardi de*
*Probat. concl. 1325. num. 21.* Sanè ſi tutor alleget
qvietantiam, non debet condemnari. *Dn. Mev.*
*d. l.*

*Ad §. 6.* Pecunia pupilli depoſita ad emptio-
nem prædiorum, non poteſt à tutore ſibi ſolvi, 5
nec alienari, ſicut nec alia immobilia, & ita de-
ſtinata habentur pro re perfecta. *Roman. ſingul.*
*104. & ibi Additionator. Guttierez p. 2. c. 9. n. 42.*
*Montan. cap. 32. reg. 9. n. 109. Gail. lib. 2. obſ. 11.*
Sed hæc regula hic qvidem locum habet, qvia
niſi contrarium appareat, tutor ſeqvi debet vo- 6
luntatem teſtatoris, ſed alias non ſemper valet
hæc regula, qvod deſtinata ad rem videantur eſſe
perfecta. vid. *Barboſa lib. 3. cap. 17. axiom. 3.* ubi
plura in contrarium exempla adducuntur.

## ad L. ult.

*SUMMARIA.*

*TUtor obligans ſe, vel ſua bona pro pupillo, ante ſolutionem liberationem petere poteſt. n. 1. & 2.*
*An tutor, durante tutelâ aliqvid gerens in utilitatem pupilli, qvod ſimul concernit intereſſe aliorum, poſſit pupillum finitâ tutelâ cogere, ut hæc geſta confirmet. 3.*

SI tutor ſe obligavit pro pupillo, habet contra- 1
riam actionem, anteqvam ſolvat: ſcil. ſi per
novationem in ſe recepit obligationem, vel be-
neficio excuſſionis renunciavit, nam aliàs ante
minorem non poſſet cum effectu convenire.
*Wiſſenb. d. 52. th. 25.* Sed poteſt generalius acci- 2
pi, ſi tutor ſua bona vel ſe obligaverit pro pupil-
lo, qvod ante ſolutionem ab obligatione libera-
tionem petere poſſit, exemplo negotiorum ge-
ſtoris, per *l. 28. ff. de Negot. geſt.* ubi elegans ra-
tio, qvia id ei abeſſe videtur, in qvo alii obliga-
tus eſt. conf. *Franc. de Fidejuſſ. c. 5. n. 600. & He-*
*ring. de Fidejuſſor. c. 25. n. 31.* Qværitur autem, ſi 3
tutor aliqvid conſtituerit durante tutelâ, qvod
in utilitatem pupilli vergat, ſed & intereſſe con-
cernat aliorum, an is, qvi fuerat tutor, poſſit con-
traria actione compellere eum, qvi fuerat in tu-
tela, ut illa geſta omnia confirmet? R. ſi ex mo-
re geſta, confirmanda erunt, ſed non à tutore
poterit compelli, finitâ tutelâ, niſi ejus interſit,
ſi nova conſtituit tutor & inſolita, non tenetur
confirmare, uti reſponſum menſe Majo Ao. 1643.

# TITULUS V.
# De eo, qvi pro tutore prove curatore negotia geſſit.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*PRo tutore qvinam gerere dicatur. num. 1. & 2.*
*An pro tutore gerens teneatur de non geſtis. 3.*
*Intellectus §. ult. h. l. 4.*
*Actio pro-tutelæ qvomodo diſtingvatur ab actione negot. geſt. 5.*

1 PRo tutore is gerit, qvi cum tutor non ſit, ut
tutor tamen res pupillares gerit, ſive ſciat
ſe non eſſe tutorem, ſive putet ſe eſſe *§. 1.*
2 *h. l.* Et talis etiam eſt curator litis, non ut
talis, ſed ſi pupilli res ſimul adminiſtret. *Dn. Mev.*
3 *vol. 1. dec. 226.* Et de illo negatur in §. ult. eum te-
neri de non geſtis, niſi alius geſturus fuerit; ſed
ſi ille geſtor fuit proximus cognatus, qvi ſcire
debuit, ſe ipſo jure legitimum hæredem, omninò
de adminiſtratis bonis rationem reddere debet,
ut tutor, ut judicatum referunt *Berlich. p. 2. dec.*
*230. Ant. Fab. l. 5. Cod. tit. 28. d. 1. n. 4. Joh. Hee-*
4 *ſer de Rat. redd. loco 1. n. 4. & ſeq.* Et ſic ille *§. ult.*
intelligitur de eo, qvi tantum ad certum nego-
tium moram non patiens loco tutoris accedit,
qvi non tenetur ad alia. Nec *d. §. ult.* de eo ac-
cipiendus, qvi falsò putat eſſe ſe tutorem; nam
ille ob opinionem ſuam nihil negligere debet. *An-*
*ton. Fab. d. l. Weſenb. conſ. 142. n. 59. & Berlich. d.*
5 *dec. 230. n. 8.* Et hæc actio pro tutelæ diſtingvi-
tur ab actione negot. geſt. in *h. l. §. 6. Dn. Struv.*
*th. 72.* Nam negotiorum geſtorum actio datur
contra illum, qvi ſimpliciter negotium impube-
ris geſſit, non ut pro tutor, & ideò hæ actiones
pro tutelæ & negotiorum geſtorum non concur-
runt, ſed qvælibet datur in ſuis terminis. *Berous*
*vol. 2. d. conſ. 126. n. 5. & 6.* licet actionem negot.
geſt. illa imitetur, & detur hæc actio etiam ante
pubertatem, imò ſtatim, qvia revera tutor non
eſt. *§. 3. h. legis & l. 1. §. 3. d. contr. judic. Weſenb.*
*th. 29.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*PRo tutore gerentis officium. n. 1.*
*Pro tutoris bona pupillo tacitè ſunt obligata. 2.*
*In qvibus caſibus minori juramentum in litem con-*
*tra pro tutorem deferri poſſit. 3.*

QVi pro tutore negotia gerit, eandem fidem 1
& diligentiam præſtat, qvam tutor præſtaret.
*Mont. c. 39. n. 24. & ſeq. Dn. Struv. Exerc. 31. th. 72.*
ut idem judicetur de Protutore, qvod de tutore
dicitur. *Natta conſ. 73. n. 11. & ſeq. vol. 1.* & ſic etiam
Protutoris bona pupillo tacitè obligata. *Ant. Fab.* 2
*l. 8. Cod. tit. 7. def. 7. Carpz. p. 2. dec. 135. n. 7.* ſecus
in litis curatore. *Carpzov. p. 2. conſt. 24. def. 15. &*
*p. 2. dec. 135. n. 15.* Et juramentum in litem minori 3
contra pro tutorem deferri poteſt in iis caſibus,
in qvibus admittitur contra verum tutorem. *Be-*
*rous vol. 3. conſ. 126. n. 3.* Exceptio eſt in *l. ult. C. de*
*interdicto matrim. & ibi Sich.*

## ad L. Fin.

*Judicium protutelæ contrarium cui detur.*

PRotutor habet judicium contrarium protutelæ contra pupillum, de qvo idem dicendum, qvod de actione tutelæ contraria dictum. *Coll. Arg. hic th. 10. & Dn. Struv. Exerc. 31. th. 73.* Nam cum ad idem teneatur, ad qvod verus tutor tenetur. *Berous v. 3. conſ. 128. n. 7.* æqvum eſt, ut eædem ipſi reputationes dentur.

# TITULUS VI.

# Qvod falſo tutore autore geſtum eſſe dicatur.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*ILli, qvi ignorans contraxit cum falſo tutore, datur reſtitutio. n. 1.*
*Limitatur. 2.*
*Teſtamentum ſubſcriptum à Notario idoneo & indoneo ſubſiſtit. 3.*
*Idem, in aliis inſtrumentis. 4. & 5.*

1 QVod à falſo, i. e. non vero tutore. *l. 221. de V.*
*S.* geſtum eſt, nullius eſt momenti, nec pu-
pillo præjudicat, nec contrahenti, cui per reſti-
tutionem conſulitur, ſi modò alter ignoraverit.
2 *h. l. 1. §. ult. Montan. cap. 34. reg. 1.* Nam ſcienti
non datur actio vel reſtitutio, niſi minor ſit. *l. 4.*
*h. 1.* vel coactus ſuſceperit judicium. *l. 5.* vel ve-
3 rus tutor concurrat. *h. l. 1. §. 3.* Si etiam falſus tu-
tor agat, & intentionem ſuam probare poſſit, ex-
ceptione tamen removetur, *per l. fin. C. de eo qvi*
4 *pro tut. & l. 24. C. de Procur.* Sic arg. hujus §. col-
ligitur, ſi duo Notarii ſuper teſtamento fuerint
rogati, licet unus qvi ſubſcripſerit, idoneus non
ſit, ſufficit alterum eſſe idoneum, & propter
hunc totum ſuſtinetur inſtrumentum. Et ſi in
aliis inſtrumentis concurrant duo Notarii, alter
idoneus, alter inidoneus, totum inſtrumentum
ſuſtinetur, propter eum, qvi idoneus eſt. *ex Bal-*
*do & Alex. ad l. 6. §. 1. ff. de Edendo Cephalus lib. 3.*
*conſ. 319. n. 51. & ſeq.* ubi hoc ex *hoc §.* benè colli-
gi poſſe docet. Sic etiam, ſi inſtrumenta ſubſcri- 5
pſerit unus teſtis falſus, non tamen illud reddi-
tur ſuſpectum, ſi teſtes alii probi ſubſcripſerint.
*Cephal. d. conſ. 319. num. 54. Dn. Struv. d. Ex. 31.*
*th. 74.*

## ad L. Si id. 2.

*SUMMARIUM.*

*QVando reſtitutio detur illi, qvi non ignorans cum falſo tutore contraxit.*

In

IN præcedenti lege dictum eſt, ſcienti non dari actionem, id hoc loco limitatur, niſi audiens ex probabili cauſa non crediderit, cum temere non credendum. Probabilis hæc cauſa eſt, tunc impune non credi, qvando denuncians is eſt, cui jus denunciandi non competit, vel cujus non intereſt. *Hermanoctius Detus in repet. L. hoc edicto §. morte. ff. de Novi operis nuntiat.* qvod & notat *Godofredus* hic.

## ad L. Noviſſimè. 7.

*SUMMARIA.*

*AD qvæ teneatur contrahenti decepto falſus tutor. n. 1.*
*Tres dantur actiones ex negotio cum autoritate falſi tutoris contracto. 2.*
*Cui, contra qvem, & ad qvid dentur. 3. & ſeqq.*
*Ex pluribus falſis tutoribus intereſſe ſolvens liberat cæteros. 7.*
*Expenſa in litem facta referuntur ad intereſſe circa rem. 8.*

1 ALtera ex hoc edicto datur actio contra eum, qvi doloſe ſe pro tutore gerit, qvi ita tutor factus, tenetur contrahenti, ſive in judicio ſive extra judicium, decepto, ad damna & expenſas, etiam in judicio reſtitutionis faciendas, & qvidem ſinguli tenentur in ſolidum. *Mont. d. c. 34.*
2 *reg. 2.* Et ita dantur ex negotio cum autoritate falſi tutoris contracto tres actiones, 1. habet actionem in factum contra falſum tutorem is,
3 qvi cum pupillo, tali falſo tutore authore, contraxit, ad intereſſe, per hanc legem, per qvam ei
4 omne damnum reſtituitur. Hæc actio hæredi datur, utpote ex ejus parte rei perſecutoria, non verò contra hæredem, qvia ad eum nihil pervenit, nec datur poſt annum. *l. 9. §. 1. Struv. Ex.*
5 *31. th. 76.* 2. Datur actio in factum contra eum, qvi procuravit & egit, ut pro vero tutore falſus
6 ſubjiceretur. *l. 9. pr. h. tit.* 3. Datur actio ipſi minori contra tutorem falſum. *l. 11. princ. h. t.*
7 Qvando autem plures ſunt tutores falſi, uno ſolvente intereſſe, cæteri liberantur, *per hanc l. 7.*
8 Collige ex *l. 7. §. 3.* expenſas in litem factas referri inter damna, & ad intereſſe circa rem, non extra rem. *Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. c. 77. qv. 7.*

## ad L. Si falsò. 10.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Reſtitutio facienda eſt contra tutorem falſum, non pupillum. 2.*

COnveni pupillum ob rem meam qvi defen- 1
ditur per falſum tutorem, obtinui cauſam, judicium eſt nullum. Interim uſucepit pupillus rem meam, qvia uſucapio non eſt interrupta per judicium nullum, incommodum & damnum omne mihi reſtituendum eſt, non à pupillo, ut
putat *Accurſ.* ſed à falſo tutore. Idem, ſi pecuniam 2
crediderim pupillo, falſo tutore authore. *Cujac. lib. 22. obſ. 19. Colleg. Argent. hic th. 8. Wiſſenb. diſp. 53. th. 1.* & ſic etiam videtur ſentire *Zoeſ. ad h. t.* dum actionis in factum reſtitutoriæ meminit, & ſic reſtitutionem faciendam dicit, non contra pupillum, ſed tutorem falſum, qvi actione in factum tenetur.

## ad L. Ult.

*SUMMARIUM.*

*AN falsò ſe tutorem in judicio dicens, nemini autem iſthoc nocens, ob falſam confeſſionem puniendus.*

QVi in judicio ſe dicit tutorem, cum non ſit, ſi pupillo nihil damni datum, nec ulli alii, qværitur, annon teneatur ex falsâ confeſſione? dicetur qvod ſic, ex *l. 11. §. 3. ff. de inſt. act.* ſed negatur, qvia confeſſio hæc non eſt facta ad intendendam actionem, & nemini hàc nocuit. Unde hîc mendacium innocuum etiam in judicio prolatum, per qvod nemini damnum dedit, non puniendum eſſe videtur, maximè verò ſi pro tuendâ juſtâ causâ fiat, ut putat *Menoch. conſ. 230. n. 69.* Sed in judicio poli ſecus, qvo omne mendacium illicitum.

# TITULUS VII.

# De fidejuſſoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum.

## Ad L. 1. pr.

*SUMMARIA.*

*HÆres tutoris maſculus & legitimæ ætatis, inchoata per defunctum perficere tenetur. num. 1.*
*An & hoc intelligendum de judicialibus. 2.*

HÆres tutoris, ſi mas ſit & perfectæ ætatis, com- 1
pellendus eſt perficere ea, qvæ à tutore inchoata, qvod hic *Godofr.* intelligit de extrajudicia-
libus. Sed melius etiam idem in judicialibus, non- 2
dum redditis rationibus. *l. 27. ff. de Appell. l. un. §. ult. ff. ſi pendente Appell.* ſed ſecus, ſi redditæ rationes, ut judicatum refert *Sande l. 2. t. 9. d. 18.*

## ad L. cum oſtendimus. 4. pr. & §. 1.

### *SUMMARIA.*

*HEres tutoris tenetur tantum ex dolo & culpâ latâ tutoris. n. 1.*
*Caſus excepti, ubi & ex levi tenetur. 2.*
*Fidejuſſio tacita lege introducta eundem habet effectum, qvàm fidejuſſio, qva fit expreſsè per ſtipulationem. 3.*
*Tenentur nominatores, ſi fidejuſſores nominati minus idonei ſint, non magiſtratus, iſtos pro tutela acceptans. 4.*

1 TUtoris hæres non tenetur ex levi culpâ ſive
ſuâ ſive ipſius tutoris, ſed tantùm ex dolo &
2 latâ culpâ. Sed in *l. 1. C. de hæred. tut.* excipiuntur tres caſus, 1. Si in caſu culpæ levis à defuncto admiſſæ lis conteſtata. 2. Si lucrum captatum. 3. Si qvid gratiæ datum. vid. *Carpz. p. 2. conſt. 11. def. 35. Bachov. d. diſp. 9. th. 5. lit. D. & E. Struv. d. 31. th. 8.*

3 *Ad §. fin.* Fidejuſſio debet per ſtipulationem
fieri. *L. Blanditus C. de Fidejuſſ.* ſed hic eſt fidejuſſio tacita lege introducta & præſumpta, qvia fidejuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, & nomina ſua referri ad acta publica ſint paſſi, perinde tenentur, ac ſi ſtipulatio fuiſſet interpoſita, qvia cum patientia color judicii concurrit, & pupilli utilitas. vid. *Hering. c. 7. num. 51. Cavallos qv. 646. Francus de Fidej. c. 4. num. 75. & ſeq. P. Raven. ſingular. 199. Maſc. concl. 348. num. 3. Menoch. l. 2. præſ. 62. n. 5.*
4 *& l. 6. Præſumpt. 99. num. 29.* Deinde ex eo etiam
notabilis hic §. qvod nominatores dicit teneri. Unde colligunt Dd. qvos recenſet *Hipp. Marſ. ad Rubr. de fidejuſſ. num. 406.* qvod qvando Magiſtratus ad inſtantiam nominatorum fidejuſſores pro tutelâ acceptat, Magiſtratum non poſſe conveniri, ſi idonei minus ſint, ſed nominatores. Svaſerim ſemper, judicem aliorum potius judicium ſeqvi debere, qvam ſuum, & aliorum teſtimonia audire in ejusmodi actibus.

## ad L. Si cum. 5. & Pupillus. 6.

### *SUMMARIA.*

*CAſus l. 6. proponitur. n. 1.*
*Deciditur ex l. 5. 2.*
*An fidejuſſores tutoris habeant beneficium diviſionis. 3. & 4.*

1 LEgis ſextæ hæc ſpecies. Plures erant tutores,
qvi ſingulis datis fidejuſſoribus ſinguli, caverunt, rem pupilli ſalvam fore, tutelâ finitâ, contra tutores ſimul & fidejuſſores datus eſt judex, coram qvo petiit pupillus, ut ſibi ſatisfieret. Sed cum nondum lite conteſtata judex mortuus eſſet mutavit actionem pupillus, & ſolidum à ſolis
fidejuſſoribus petiit, omiſſis tutoribus, qværitur,
qvomodo condemnandi fidejuſſores? Reſponſum 2
in *l. 5.* eodem modo fidejuſſores eſſe condemnan-
dos, ſicut tutores. Sed tutores, ſi ſimul admini- 3
ſtrarunt, & non diviſerunt adminiſtrationem, ha-
bent beneficium diviſionis. Ergò etiam fidejuſſo-
res, ſi omnes ſolvendo ſint. *Cujac. tomo 4. pag. 806.*
*ad h. l.* Notetur autem hic, non fuiſſe plures fide- 4
juſſores datos ab uno tutore, nam ſic beneficium diviſionis non haberent. *l. fin. ff. rem pupilli ſalvam fore.* Sed hic vel ſinguli fidejuſſores à ſingulis, vel univerſi ab univerſis tutoribus dati. vid. *Manzius de fidejuſſ. c. 9. num. 35.*

## ad L. Si fidejuſſores. 7.

### *SUMMARIA.*

*CAſus, ubi fidejuſſores habent beneficium diviſionis. n. 1.*
Lex hæc *an hodie valeat. 2.*

FIdejuſſores unius tutoris non habent benefici- 1
um diviſionis, per *l. ult.* niſi mandato fidejuſſorum tutorem prius convenerit adoleſcens, & à fidejuſſoribus, qvod à tutore conſeqvi non poſſet, ſtipulatus fuerit, qvo caſu dividet actionem. Sed, ni fallor, hæc exceptio nititur novatione, qvod novavit adoleſcens actionem, per ſtipulationem in-
terpoſitam. Sed qvia jure novo non inducitur 2
novatio, niſi hoc exprimatur, non puto hanc legem valituram. Et adoleſcens gratificaturus fidejuſſoribus, non videtur renunciare juri ſuo, qvod habet contra fidejuſſores.

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*CAſus, ubi heres tutoris tenetur de levi culpâ defuncti. n. 1.*
*Contra heredem tutoris an in litem juretur. 2.*

HÆres tutoris de levi culpa tutoris etiam te- 1
netur, qvando lis cum defuncto conteſtata; nam per litis conteſtationem etiam pœnales actiones transmittuntur ab utraqve parte, & temporales perpetuantur. *hic & l. 139. de R. J. Obrecht in tr. de litis cont. c. 10. num. 54. ſeq.* Sicut & contra hæredem in litem juratur in certis caſibus *l.*
*4. C. de in lit. jurando. vid. ibid. not.* Sed ſi lis cum 2
tutore conteſtata eo caſu, qvo contra defunctum licuit in litem jurare, etiam contra hæredem licebit. *Covar. l. 2. reſp. c. 14. num. 5. & qvos laudat Borellus t. 1. dec. tit. 52. numer. 23. vid. Hilligerum in Donellum l. 26. cap. 9. lit. B.* conf. etiam *Bach. in Tr. v. 2. d. 9. th. 5. lit. B. & Setſerus de Juram. l. 5. c. 6. num. 18.*

TITU-

# Titulus VIII.
# De Magiſtratibus conveniendis.

## Ad L. In ordinem. 1.

*SUMMARIA.*

*Ex qvibus cauſis teneatur Magiſtratus actione ſubſidiaria. n. 1.*
*An totus ordo teneatur. 2.*
*Actio hæc an hodiè abolita. 3.*
*Hodiè magiſtratus ex officio nemine petente tutores conſtituere debet. 4. 8.*
*Qvid ſi nemine admonente hoc non faciat, an ſtatim conſtituatur in mora, & ad qvid teneatur. 5.*
*Applicatio §. 1. & 2. h. l. ad uſum hodiernum. 6.*
*Judex teſtes inhabiles ex officio, an repellere poſſit. 7.*
*Nihil imputandum magiſtratui, ſi tutor eo tempore idoneus fuit, qvo tutelæ agi potuit. 10.*
*Probatio, omnia in conſtituendo tutore ritè obſervata eſſe, competit Magiſtratui. 11.*
*Extenditur ad alios actus judicis. 12.*
*Hypotheca pupillo an competat in bonis magiſtratus. 13.*

1 Actione ſubſidiaria tenetur magiſtratus, qvi idoneos non dedit tutores, vel ſatisdationem non exegit, (nam alterutrum horum hodie neceſſarium tantum
eſt. *Carpz. p. 2. c. 11. def. 41. n. 8. Bach. d. diſſ. 9. th.*
2 *7. lit. E.*) Non totus autem ordo tenetur, niſi in
ſe periculum ſuſceperit: ubi tamen præſentes
3 tantum obligantur, per *h. l.* Et actio hæc ſubſidiaria hodie non eſt abolita, ut qvidam putant.
*Bach. d. l.* cum & conſilia hac de materia extent.
*vid. Weſenb. conſ. 245. & 266. qvem refert Dn.*
4 *Struv. Ex. 31. th. 81. Carpzov. d. l.* Imò Magiſtratus etiam hodie ex officio, & nemine petente tutores eligere, & ad munus ſubeundum compellere tenetur, & ſi non fecerit, poterit & debebit puniri, & pupillo omnia damna ac intereſſe refundere. *Ægid. Boſſ. in tr. crim. tit. de Offcial. corrupt. num. 26. Clarus §. ult. qv. 73. Schraderus de feudis p. 10. ſect. 20. num. 10.* ubi id rectè probat ex *Ordinat. pol. de anno 1548. & 1577.* ibi, hiemit ernſt-
5 lich auferlegt und befohlen haben. Ideo dubio omni caret, dicit *Schraderus d. l.* qvod magiſtratus hoc facere negligentes, nulla alia monitione, reqviſitione, vel interpellatione interveniente in mora conſtituantur, & ad damna, ac intereſſe & ad pœnam legitimam teneantur. Et certum eſt, qvod is, qvi ad faciendum & curandum obligatus eſt, etiam absqve interpellatione vel reqviſitione in mora conſtituatur. Hæc *Schraderus* re-
6 ctiſſimè. Qvod in *§. 1. & 2.* habetur de Præſide reſcribente, id ita apud nos obſervari debet, ſi Magiſtratus ſuperior pupillo in civitate vellet tutorem conſtituere. Et in *§. 3.* reperitur *Gloſſa* 7
notabilis & a Doctoribus ſæpe allegata, qvod Judex, qvando producuntur teſtes inhabiles ab una parte, licet altera pars nihil excipiat, forte ignara vitii, poſſit ex officio repellere. *Corſetus ſing. 351. incip. ſi Teſtes. ubi plures allegat.* In *§. 6.* 8
notetur, qvòd Magiſtratibus non imputetur, ſi non dederint tutores vel curatores, ſed ita demum, ſi moniti non dederint; ſed hoc aliter ſe habet hodiè, per Receſſum Imp. *Auguſt. de anno 1548. & de anno 1577. Tit.* von Pupillen/ ubi Magiſtratus ex officio tutores conſtituere tenetur. *Schrader. de feud. d. ſect. 20. num. 10. ſeq. & qvos allegat.* Qvod utinam omnibus curiis adſcribe- 9
retur! In nonnullis Civitatibus ſunt certi Senatores, qvi orphanorum curam gerunt, vocati, die Weiſen Herren/ qvorum eſt nominare tutores & curatores, & curare, ut pupillis ac minoribus provideatur. Qvorum munus omninò pium & DEO placens. In §. 1. dicitur, ſufficere Magi- 10
ſtratui, ſi tutor eo tempore idoneus fuerit, qvo tutelæ agi potuit, qvia futuros caſus præſtare neqvit. In *§. 13.* dicitur, probationem ejus, 11
qvod ſatisdatio à tutoribus præſtita ſit, vel cauſæ cognitio præceſſerit, an bona tutorum ſufficiant, (nam alterutrum hodiè ſufficere, ſupra dixi) & omnia ritè peracta, non incumbere pupillo, ſed Magiſtratui, *per h. §. Carpz. d. def. 41. inf. Donell. l. 25. cap. 4.* qvia de proprio facto, qvod ritè peregerit, in ſuum commodum non poteſt deponere.
Unde concludunt, judicis aſſertioni, qvod cauſæ 12
cognitionem adhibuerit in decreto, non credi, niſi probetur. *Maſc. concl. 951. n. 10. ubi plures citat.* Sic nec teſtanti de ſtylo, qvando de ejus ſen- 13
tentia agitur, creditur. *Maſc. n. 17.* niſi præſumptiones concurrant. Hypotheca pupillo non competit in bonis Magiſtratus. *arg. §. 14. h. l. Montanus c. 32. reg. 7. num. 52.* Et pater Magiſtratus tenetur peculio tenus, *per §. ult.*

## ad L. Non ſimiliter. 4.

*SUMMARIUM.*

*Heres magiſtratus qvatenus teneatur.*

Ex latâ culpa magiſtratus hæres tenetur, non ex levi culpa, ut magiſtratus ipſe, & ſic aliter defunctus, aliter hæres tenetur, & ſic hic reperitur exceptio regulæ, qvæ habetur in *l. 2. §. 2. ff. de verb. obl.* qvod ex perſona hæredis natura obligationis & actionis non mutetur. *hic & l. 2. C. h. t. ubi notavi Montan. d. c. 32. reg. 7. num. 45. ſeq.*

ad

### ad L. Magiſtratus. 7.

*SUMMARIA.*

*Magiſtratus doloſè hîc officio functus non habet beneficium diviſionis. n. 1.*
*Qvid ſi culpa neglexerit. 2.*
*Conciliatio* l. 38. de adminiſtr. tut 3.

1 SI dolo magiſtratus non exegerit ſatisdatio-
nem, eo tempore, qvo tutorem dedit qvili-
bet tenetur in ſolidum; ſed ſi culpa, qviſlibet te-
netur pro parte, ſi modo tempore depoſiti officii
aterqve ſolvendo *l. 3. C. de Probat. Bart. ad l. 45.* 2
*de Admin. tutor.* & beneficium diviſionis datur
Adminiſtratoribus civitatum. *Mont. de tutel. c.* 3
*39. n. 151.* Sed videtur obſtare. *L. ſi plures. 38. de
Adminiſtr. tut.* Sed illa lex de dolo in omittendo
loqvitur, hæc in committendo. *Franc. Curt. in rep.
L. neque pacto. C. de Tranſact. n. 12. & ſeq. vol. 7.*

## TITULUS IX.

## De rebus eorum, qvi ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis.

### ad L. Imperatoris. 1. §. ult.

*SUMMARIA.*

*ALienatio bonorum immobilium pupilli & minoris eſt nulla. n. 1.*
*Limitatur. 2.*
*Explicatio.* §. ult. h. l. 3.
*De aliis explicationibus agitur remiſſivè. 4.*
*Conciliatio.* l. 2. h. t. cum §. h. 5.
*Hypotheca ſpecialis reſervata in re venditâ, eſt potior, qvam generalis prior. 6.*
*An pignus ſine novo conſenſu domini reſervatum, ratione feudi conſenſu domini venditi ſubſiſtat. 7.*
*Jus retractus ex pacto curatorum in rebus immobilibus fruſtra conſtituitur. 8.*

1 IN hoc titulo prohibetur alienatio bonorum
immobilium pupilli vel minoris. Et licet ver-
ba SCti dirigantur ad perſonas tutorum & cu-
ratorum, ipſa tamen prædia afficiuntur, &
alienatio nulla eſſe dicitur. *Pacius vol. 1. conſ. 98.*
2 *num. 42.* Ipſum autem Senatusconſultum addit
limitationes, 1. niſi parentes hoc diſpoſuerint.
2. Si autem neceſſitas æris alieni prætendatur,
cognitio eſt Prætoris. 3. Si res communis ſit, &
alter ad diviſionem provocet. 4. Si pater obliga-
vit, & creditor diſtrahere velit. Si autem minor
emit prædium, poſtea convenirinon poteſt, ut,
qvoad pretium ſolveretur, prædium eſſet pigno-
ri obligatum; ubi enim qvæſitum eſt dominium
minori, cœpit non poſſe obligari. Ideoqve eſt
3 communis Dd. interpretatio, hunc §. de pignori
pacto, poſtqvam dominium minori acqviſitum,
intelligendum eſſe, ſicut eos allegat *Klock. vol.
2. conſ. 42. num. 120. & ſeqq. & Berous l. 1. conſ.*
4 *154. num. 19. & ſeq.* Licet aliter *Surdus conſ. 173. n.
23. & ſeqq. Pinell. ad l. 1. C. de Bon. mat. p. 3. n. 52.*
Aliter *Carpzov. p. 2. Juriſpr. conſt. 23. def. 16. n. 27.
ſeq.* qvi per L. 2. huic §. derogatum eſſe putat.
Aliter *P. Barboſa ad l. ſi conſtante. pr. n. 123.* conf.
*Bachovius de pignor. lib. 2. c. 2. num. 9.* Sed hic §.
fin. de pignore poſt contractum conſummatum
conſtituto; Lex ſecunda verò de pacto pignoris 5
in ipſo contractu interpoſito intelligi poteſt. conf.
*Tiraq. de Retr. Convent. ad fin. tit. num. 13. Menoch.
lib. 2. A. Q. caſ. 171. n. 31. Klock. vol. 2. conſ. 42. num.
120. & ſeqq. Cuno de pactis cap. 20. num. 45. ſeq.
Rauchb. p. 1. qv. 6. n. 44.* Colligitur ex argumen- 6
to hujus §. qvi vendit rem reſervata ſibi hypo-
theca, potiorem eſſe illo, qvi generalem hypothe-
cam antea in bonis conſecutus erat, qvia res jam
affecta onere hypothecæ ſpecialis, venit ad debi-
torem, & ſic prior eſt ſpecialis hypotheca reſer-
vata in ea re, qvam hypotheca generalis. *Gail.
lib. 2. obſ. 12. n. 4. Wiſſenbach. vol. 1. d. 40. th. 8. Zoeſ.
ad tit. ff. qvi potiores. num. 7. vid. l. 7. C. qvi potio-
res. Sande lib. 3. tit. 12. d. 16.* ubi ſpecialem reqvi-
rit hypothecam. Colligitur etiam ex hoc §. qvod 7
qvi cum conſenſu Domini vendit feudum, in eo-
qve jus pignoris pro pretio ſibi reſervavit, pignus
tamen ſine novo Domini conſenſu contractum
non ſubſiſtat. *Ex Matthæo de Afflict. Harm. Iuſt.
pag. 1. qv. 31. num. 33. Carpz. L. 4. Reſp. 28.* Collige, 8
etiam ex pacto curatorum in rebus immobilibus
inutiliter conſtitui jus retractus. *Dn. Mev. pag 5.
dec. 32.*

### ad L. Sed hîc. 2.

*SUMMARIUM.*

*FIſco vendenti rem minori competit hypotheca legalis.*

QVando Fiſcus vendit rem minori, ut alias
Fiſco in contractibus tacita hypotheca
competit. *l. 2. C. in qvib. cauſ. pignor. tac. contr.*
ideo hypotheca legalis etiam bona minorum affi-
cit, ſine ullo decreto & ſolennitate. *Tiraqv. de LL.
Connub. gl. 8. num. 191. Neguz. de pign. memb. 4.
p. 2. num. 73. Petr. Barb. in l. ſi conſtante. 25. pr. num.
119. & ſeq. ſol. matr.*

### ad L. Sed ſi. 3. §. 3.

SUM-

## ad L. Sed ſi 3. §. 3.

### *SUMMARIA.*

*ALienatio neceſſaria ſine decreto fieri poteſt. n. 1.*
*An & qvatenus ſine decreto licita alienatio neceſſaria rei communis. 2.*
*Qvæ reqvirantur ad alienationem fundi emphyteutici. 3.*
*Fundus pupillo legatus an ſine decreto repudiari poſſit. 4.*

1 ALienatio fundi neceſſaria, ſcil. per rem judicatam, ſine decreto fieri poteſt. *Tiraqvell. de*
2 *Retr. conſang. §. 1. gl. 10. n. 122.* Sic etiam alienatio
prædii neceſſaria licita eſt, qvando ſocii provocant ad diviſionem. *l. pen. C. eod. Ant. Fab. qvem
laudat Carpz. p. 2. dec. 121. n. 6.* ubi tamen tutorum
præſentiam neceſſariam dicit.
3 *Ad §. 4.* Emphyteuticum etiam prædium ſine decreto alienari neqvit; ubi duo reqviruntur,
ſcilicet domini directi conſenſus, ob dominium
ejus directum, & judicis decretum, qvia utile
dominium pupilli vel minoris eſt. *Valaſc. de Jure
Emphyt. qv. 1, num. 22. Guttier. de Tutel. p. 2. cap. 5.
num. 22.*
4 *Ad §. 8.* Fundus pupillo legatus, an ſine decreto repudiari poteſt? Videtur qvod ſic, qvia
aliud eſt repudiare, aliud non adqvirere, *per l. 6. §.
2. ff. qvæ in fraudem creditorum.* Sed neg. hoc ex
ſpeciali favore pupilli *Bald. hic & Berlich. p. 1. dec.
51. n. 4. Petrus Faber ad l. 78. de R. J. Hilliger ad
Donell. l. 23. c. ult. l. C.*

## ad L. Magis puto. 5. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*RES, qvam pupillus poſſidet. b. f. cum titulo ſine decreto alienari non poteſt. n. 1.*
*Qvid ſi m. f. poſſideat ſine titulo. 2.*
*Qvæ obſervanda in alienatione prædii pupillaris. 3. 4.*
*Conductor obærati debitoris prædium qvatenus cedere teneatur. 5.*
*Decretum Prætoris Romani qvousq; hic extendatur. 6.*
*Locus interponendi decreti triplex. 7.*
*An ex ſententia* Berlich. *locus domicilii & rei ſitæ electivè concurrere poſſint. 8. 9.*
*Nuntio jurato, ut uni teſti, qvando mandatum ex officio exeqvitur, credendum. 10.*
*Qvid ſi de verbis procacibus adverſarii refertur. 11.*
*Cauſa alienationis, qvæ neceſſario attendenda. 12.*
*Decreto ſine cauſa cognitione interpoſito, minor alienatam rem cum fructibus vindicare poteſt. 13. 15.*
*Vindicatio hœc intra tempus à lege præſcriptum, qvod adjectum, inſtituenda. 14.*

1 SI pupillus cum titulo rem poſſidet bona fide,
licet nondum dominus eſt, qvia tamen habet
qvaſi dominium & publicianam, ideò nec hæc
res ſine decreto judicis alienari poteſt. Ergo à 2
contrario ſenſu; Ubi pupillus habet nudam rei
poſſeſſionem ſine titulo, res hæc ſine decreto
alienari poteſt. *Tiraqv. poſt LL. connub. gl. 5. num.
170. Menoch. remed. 5. adipiſc. poſſ. num. 20. & ſeq.
vide not. ad l. 2. §. 15. Infra pro emptore.* Ad alie- 3
nationem prædii reqviritur pleniſſima cognitio,
an aliunde pecunia ad extenuandum æs alienum
expediri poſſit, annon aliæ res diſtrahi qveant
præter prædia, annon adſint nomina, qvæ vendi
poſſunt. Ex qvo nonnulli colligunt, pupillum
poſſe ante immobilia nomen in ſolutum dare creditori ſuo; ſed cum hic de venditione, non de execution agatur, rectius negatur. *vid. Berlich. p. 2.
dec. 296.* Porrò cognoſcendum, an vendere potius, 4
an verò obligare utilius putet, & ut non plus accipiatur ſub obligatione prædiorum, qvam qvantum opus eſt ad exſolvendum æs alienum, & an
urgeant creditores, nec facile tutoribus credendum eſt. *§. 11. h. l. Gail. l. 2. obſ. 72. num. 6. Simon-Cellus tr. de Decret. lib. 1. tit. 1. num. 17. & ſeqq. Menoch. l. 2. Arb. qvæſt. caſu 171. n. 9. & ſeqq. & remed. 15. recup. poſſ. num. 146. Klock. conſ. 51. num. 15.
vol. 2. & Mont. de tutel. c. 33. num. 6. & ſeq.* Ex 5
arg. hujus *§. 9.* probat *Dn. Mev. pag. 2. dec. 244.*
ut obærati debitoris conductor prædium cedere
teneatur, opus eſſe, ut alia bona non adſint, & creditores urgeant.

*Ad §. 12.* Decretum Prætoris Romani, ſi tute- 6
la ibi adminiſtrata, pertinet etiam ad prædia minoris in provinciis ſita. Nam decretum fertur ratione Juriſdictionis in perſonam, & ſic per conſeqventiam afficit res alibi ſitas extra ſuum territorium. *Petr. Peck. ad c. 26. de R. Jur. in 6. num.
7. Berous vol. 3. conſ. 102. num. 20.* Colligitur et- 7
iam, triplicem poſſe eſſe locum interponendi decreti. Scil 1. domicilium pupilli, 2. locum adminiſtratæ tutelæ, & de his caſibus hic agitur,
3. ubi prædia ſunt ſita: de qvo ultimo tamen dubito. *Berlichius* qvidem *p. 1. dec. 29.* vult, locum do- 8
micilii & locum rei ſitæ concurrere electivè; ſed
id videtur dubium, nam cognitio cauſæ reqviritur, an neceſſaria ſit venditio, an hoc conditio bonorum & æris alieni reqvirat; qvod vix commode extra locum domicilii & tutelæ geſtæ explicari
poteſt. Illud verò *Berlichio* non concedendum 9
puto, qvod ideo utrinqve poſſit hoc decretum interponi, qvia ſit Juriſdictionis voluntariæ, nam &
poſtea ait in fine deciſionis, competentiam judicis
reqviri. Nimirum non omnia, qvæ voluntariæ
ſunt Juriſdictionis, ad omnem judicem pertinent,
certè non ea, qvæ accuratam cognitionem cauſæ
reqvirunt.

*Ad §. 13.* Viatori ſeu nuntio jurato creditur, 10
qvando mandatum exeqvitur juxta naturam
officii ſui. *Godofr. hic.* Et ſic in iis, qvæ officii
eorum ſunt, & in expeditione mandati, uni teſti creditur, ſi res non ſit magni momenti. *Farin. q.
63. num. 40. & qvos citavi in Proc. Civ. 1. 3. num. 38.*

Sed

11 Sed ſi de verbis procacibus adverſarii teſtetur,
debet juramento teſtium obſtringi, nec uni ſoli
creditur. *Gail. lib. 1. obſ. 54. num. 5. Dn. Mev. p.
4. dec. 269. Card. Tuſchus concl. 155. lit. N. conf. Me-
noch. l. 2. Arb. qu. caſu 99. n. 19. Carpzov. p. 1. c.
16. d. 39.*

12 *Ad §. 14.* Ob neceſſitatem æris alieni permit-
tenda eſt alienatio, non verò ob utilitatem. *Ro-
land. à Valle vol. 3. conſ. 7. n. 26. Natta conſ. 631. n.*
13 *35. Afflict. dec. 87. n. 5. Guttier. d. l. num. 33.* Si aut
Judex nimis properè & ſine præhabitâ cognitio-
ne decretum interponat, tale decretum ipſo ju-
re eſt nullum, nec minori præjudicat, & minor
14 poteſt prædium vindicare cum fructibus. *Ricc.
dec. collect. 345. Carpzov. p. 2. conſt. 11. def. ..y. n.
11. & 12. & p. 1. dec. 86. num. 16.* Sed intra qvin-
qve annos ab anno 25. numerandos, in lucrati-
vis verò intra decennium inter præſentes, & vi-
cennium inter abſentes. *l. fin. C. Si major factus a-
lienationem*, qvod tempus lapſum excludit mino-
rem, non per modum præſcriptionis, ſed per mo-
dum ratihabitionis. *Berlich. p. 1. dec. 112. n. 10. Me-
noch. remed. 15. recup. poſſ. n. 188.* neqve vindicatio-
ni obſtat exceptio hypothecæ, interim in fundo
conſtitutæ. *Carpzov. p. 2. dec. 195. & qvos allegat.*
15 *A. Barb. in l. 4. C. h. t.* Si nullum æs alienum al-
legetur, minus probetur, & tamen tutores alle-
gent, expedire venditionem pupillo, & Judex
decernat venditionem, decretum nullum eſt,
qvia non eſt mero arbitrio Prætoris poſitum, an
16 approbare velit, ſed ſi urgeat æs alienum, Unde
colligit. *Dn. Mev. p. 5. dec. 34.* pronunciationem
judicis de alienatione bonorum minoris factam,
qvæ in alia cauſa incidenter impugnabatur, non
habere vim decreti. *conf. Raudenſis lib. 1. conſ. 8. n.
26. & conſ. 10. num. 53. & ſeq. Hipp. Rimin. conſ. 5.
n. 6. & 38.*

## ad L. Si pupillorum. 7. §. 1.

### SUMMARIA.

*Decretum interpoſitum ſuper obligatione rei, an extendatur ad alienationem ſubſecutam. n. 1. & 2.*

*Limitatur. 5. & 6.*

*An pater ſine decreto alienare poſſit. 3. & 4.*

1 DEcretum interpoſitum ſuper obligatione
rei, extenditur etiam ad alienationem poſtea
ſecutam per conſeqventiam, ita ut novo decreto
opus non ſit. Ita prædium Eccleſiæ cum conſen-
ſu Epiſcopi, vel feudum cum conſenſu Domini op-
pignoratum, poteſt vendi ſine novo conſenſu. *poſt
Iſerniam & Afflictum Decius conſ. 558. num. 1. Hartm.*
2 *Piſt. p. 1. qv. 15. n. 39. & ſeqq.* Sed in feudo an hoc
obſervetur, dubitare licet, cum Domini interſit
ſcire, qvis futurus ſit vaſallus. Poſſet dici, non re-
qviri novum Domini conſenſum, ſed emptorem
tamen Domino nominandum, & hunc inveſtitu-
ram petere debere.

*Ad §. 2.* Alienare etiam pater neqvit ſine de- 3
creto, qvod tamen facilius aliis impetrat *Vaſq.
de Succeſſ. creat. §. 10. n. 80.* Qvod tamen intelligen- 4
dum videtur ex communi ſententia de patre cu-
ratore liberorum, non de patre, qvi habet libe-
ros in poteſtate, qvi eſt legitimus adminiſtrator
bonorum filii, qvi ex neceſſitate etiam ſine decre-
to alienare poteſt. *Covarr. l. 1. Reſol. cap. 8. num. 6.
Tiraq. in Præf. tract. ad l. ſi unqvam C. de Rev. do-
nat. num. 34. Gail. lib. 2. obſ. 72. n. 14.* modo pater
ipſe ſit majorennis, & fiat ob æs alienum. *Afflict.
dec. 39; n. 2. & 9. & per totam.*

*Ad §. 3.* Cui permiſſum erat à Prætore rem alie- 5
nare, non poteſt obligare, nec contra. Neqve
obſtat §. 1. qvia in §. hoc 3. de eo caſu ſermo eſt,
qvando qvis ad alienationem progreditur, non
in conſeqventiam obligationis prius conceſſæ, 6
ſed cum ſtatim qvæ permiſſa erat obligari, vendi-
tur; ſunt enim hæc diverſa, nec igitur conſenſus
in uno trahitur ad alterum. *Hartm. Piſt. l. q. 15. n.
56. & ſeq. Ludovic. Rom. ſingular. 217. & ibi Addi-
tionator. Garſias in repet. l. Gallus §. Et qvid ſi tan-
tum ff. de Lib. & Poſth. n. 118. vol. 3.*

## Ad L. Illicite. 10.

### SUMMARIA.

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio decidendi. 2.*

*Tutor rei illicitè à ſe venditæ qvocunq; modo dominus factus, rem iſtam vendicare non poteſt. 3.*

*An decretum poſt contractum perfectum impetratum impugnari poſſit. 4.*

*Prædium illicitè venditum & ſecundo emptori auferri poteſt. 5.*

*Actio ex* l. 2. C. de Reſc. vend. *& ab emtore hypotheca conſtituta non comitantur hic prædium. 6. 7.*

TUtor illicitè ſine decreto, vel dum falſam 1
cauſam perſvaſit judici, ut permitteret, mihi
vendidit prædium minoris: poſtea tutor conve-
nitur à minore, & compellitur æſtimationem
fundi ſolvere minori, & ita conſeqvitur domi-
nium fundi empti à ſe, dum pretium ſolvit. Poſt-
ea vindicat à me fundum, excipio de dolo, qvia
ipſe vendidit. Et hæc venditio non eſt nulla, dum 2
pupillus eam approbavit, recipiendo æſtimatio-
nem. Ergo totum contractum approbavit, per
*l. 16. ff. de Adm tut.* Ergo tutor ipſe impugnare
neqvit. *Donell. lib. 19. cap. 12. lit. L. & ibi Hillig.
lit. M.* Unde colligitur, tutorem qvi illicitè ali- 3
qvid vendidit, non tantum, ſi dominium rei
illius conſeqvatur, ſed & ſi minori hæres ſit, non
poſſe vindicare rem venditam à ſe, nec tutoris
hæredem. Et ita judicatum refert *Sande lib. 2. tit.
9. def. 17.* Neqve poſſe puto decretum ex eo im- 4
pugnari, qvod poſt contractum perfectum ſit
impetratum, qvia hæc alienatio ita non eſt nulla,
qvin per ratihabitionem pupilli, aut confirma-
tio-

tionem ſuperioris poſtea confirmari non poſſit.
vid. *Berlich. p. 1. dec. 149.* licet diſſentiat *Carpz. l.*
5 *5. Reſp. 68. n. 18.* Collige, fundum minus legiti-
mè venditum, etiam ſecundo emptori auferri
poſſe, qvi à primo emptore emit, qvia prima
emptio nulla, & ſic nullum jus ſecundi, qvod à
primi jure dependet. *l. 3. & 4. C. ſi qvis ign. mi-*
6 *noris prædium emerit. Mev. p. 5. dec. 2.* Sed actio
ex *l. 2. C. de Reſcind. vend.* non comitatur fun-
dum, ſed contra eum datur tantum, qvi læſit;
7 qvia perſonalis eſt actio. *Mev d. l.* Sic etiam ab
emptore hypotheca conſtituta alteri, nullius
erit valoris, & creditor fruſtra aget contra mi-
norem, ſi ei reſtitutum prædium nulliter aliena-
tum; qvia hypotheca in re alienâ conſtitui ne-
qvit. *Carpz. p. 2. dec. 147. n. 12.* eo qvod per ſilen-
tium qvinqvennale ratificatur actus nullus, nec
puto, ſuperioris confirmationem reddere vali-
dam hanc alienationem, niſi perfecta cognitio
cauſæ præmiſſa.

## ad L. Penult.

*SUMMARIUM.*

*OB utilitatem grandam ut ſterilitatem prædia minoris non licet alienare. 1.*

LIcet ſterilis ſit fundus vel peſtilens, non ta-
men hoc ſufficit ad alienationem conceden-
dam: nam ob neceſſitatem æris alieni prædium
vendendum eſt, non ob utilitatem etiam inſi-
gnem. *Hipp. Rimin. vol. 1. conſ. 5. n. 38. & ſeq. Aſſi-
ctus dec. 87. Riccius dec. 345. Natta d. conſ. 631. n.
35. Menoch. d. l. n. 61. & Klock. d. conſ. 51. num. 18.
Guttierez d. l. n. 33. Raudenſis vol. 1. conſ. 8. n. 26.*
Et judicatum refert *Joh. à Sande l. 2. tit. 9. d. 14.*
& fundi emuntur ex qvantitate redituum. *Hic
& l. 92. de leg. 1, Maſcardus concl. 652. & concl. 817.*
Et ex fundi pretio poteſt aliqva haberi certitudo
de fructibus. *vid. not. ad l. 92. de leg. 1.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*EX voluntatè ultimâ patris alienatio ſubſiſtit ſine decreto. n. 1.*
*Qvid ſi teſtamentum poſtea irritum appareat. 2.*
*Ultima voluntas, qvantumcunqz imperfecta ratione ſolemnitatis, tamen declarat voluntatem teſtatoris. 3.*
*Explicatio h. l. alia. 4.*
*Verba ambigua in teſtamento poſſunt declarari ex codicillis etiam imperfectis. 5.*
*Heres, rupto teſtamento, qvatenus ex eo teneatur in foro conſcientiæ. 6.*

QVando pater in teſtamento juſſit prædium 1
alienari, alienatio à tutoribus ſine decreto
fieri poteſt, *per l. Prædium. C. qvando decreto opus
non eſt. Tiraq. de LL. Connub. gl. 8. n. 197. Gutier.
d. l. n. 64.* Sed qvid ſi irritum poſtea appareat te- 2
ſtamentum? Reſp. nihilominus juxta volunta-
tem Patris rectè venditum eſſe prædium. Unde
colligunt: Ultimam voluntatem qvantumcunqz 3
imperfectam ratione ſolennitatis, declarare ta-
men voluntatem teſtatoris. *l. aſqv. de Succeſſ.
Creat. §. 28. n. 11. Wiſſenb. d. 52. th. 19.* Licet non-
nulli, qvos refert *Mant. in tr. de Conject. ultim.* 4
*volunt. lib. 2. tit. 13. num. 2. & lib. 3. tit. 20. num. 5.*
hanc legem de teſtamento non imperfecto, ſed
irrito facto, intelligant. Sed de diſtinctione hac
videatur ipſe *Mantica d. t. 20. n. 5 in fine.* Colli- 5
gitur etiam ex hoc textu, qvod verba ambigua
in teſtamento poſſint ex codicillis etiam imper-
fectis declarari. *Mant. d. tit. 20. n. 7.* Colligi etiam 6
poteſt ex hac lege, ut & ex *l. 5. §. 15. ff. de Donat.
inter Vir. & ux. & l. 38. de Fideicom. Libertat. & l. 2.
C. de Fideicom.* non eſſe abſurdam ſententiam Do-
ctorum communem, qvod hæres non ſolenni,
certâ tamen voluntate defuncti, teneatur in foro
conſcientiæ. *Molina tr. 2. d. 81. & Leſſius l. 2. de J.
& J. c. 19. dub. 3. Bach. ad tit. de Pactis in Digeſtis
n. 5. Wiſſenb. d. 54. th. 23.*

# TITULUS X.

# De curatoribus furioſo, & aliis extra minores dandis.

## Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*PRodigus qvis, & qvomodo conſtituatur. num. 1. & 2.*
*Qvando & qvomodo jure deſinat eſſe in poteſtate curatorum. 3. & 4.*

1 HAbetur hic prodigi definitio, qvi neqve
tempus neqve finem expenſarum habet,
& huic per LL. 12. Tab. interdicitur bonorum
adminiſtratio, qvod ita intelligendum, ut prodi- 2
gus conſtituatur ſuis actibus ſcilicet profuſione,
ſed non interdici ipſi adminiſtrationem, niſi
præceſſerit ſententia declaratoria judicis. *Gomez.
lib. Reſolut. c. 14. n. 31. Daut. de Teſt. n. 122.* Con- 3
ſtituto autem & declarato prodigo, fit interdictio
ipſo jure, per l. 12. tab. *Hill. in Don. lib. 22. lit. I.* &
hinc etiam declarandum, qvod hic dicitur, ſi re-
ſipuerit, ipſo jure deſinere eſſe in poteſtate cura-
torum, ſi ſcilicet per ſententiam Judicis declara-
toriam de hoc conſtet, ut iisdem cauſis diſſolvatur.

*Dec. conſ. 274. n. 1. Montan. de tutel. c. 37. num. 15.*
4 Licet ſi notoria ſit reſipiſcentia, non videatur opus eſſe declaratione, ut facilius liberari, qvàm ſubjici dicatur, cum alias jura ad liberandum ſint proniora: ſed tutius eſt declaratoriam petere. *conf. Butigella in repet. l. cui bon. 15. n. 33. ff. de V. O.* Demum hic dicitur in fine, curatelam patris furioſi vel matris, ad filium ſpectare. *hic. & l. 4. h. t. vide l. 12. §. 1. de Curat. datis.*

## ad L. Sed & 2.

*SUMMARIUM.*

*Qvibus præter minores detur curator.*

OMnibus iis, qvi rebus ſuis propter morbum animi vel corporis præeſſe non poſſunt, datur curator, v. gr. captivis, mutis, ſurdis, & ſim. de qvibus *Mont. de tutel. c. 28. & ſeq.* ſcilicet volentibus. *Struv. Ex. 31. th. 91.* & in *l. ſeq.* allegatur exemplum jacentis hæreditatis, cui deliberante hærede datur curator. *Mont. c. 28. n. 66. Don. lib. 3. c. 18.*

## ad L. Conſilio 7. §. ult.

*SUMMARIA.*

*AN uni curatorum rectè ſolvatur, & unus etiam rectè ſolvat. n. 1.*

*Contractus qvando ſint magis facti qvàm juris, & contra. 2.*

1 UNi curatorum rectè ſolvitur, & unus etiam ſolvit, niſi alter prohibeat: additur hic ratio, qvod contractus ſint magis facti, qvàm juris, ſcilicet in principio. Sed qvando in eſſe ſunt deducti, ſunt magis Juris qvàm facti. *Gomez. in §. ſupereſt. n. 23. de act. inſt. Aug. Barb. lib. 3. c. 62. ax. 1.*
2 Sed aliud in manumiſſione & donatione. *L. fin. h. t.*

## ad L. Cujus bonis. 9.

*SUMMARIA.*

*CReditores electionem habent, ut vel ſibi bona obærati debitoris vendantur, vel iis diſtrahendis curator conſtituatur. n. 1.*

*Qvid ſi alterum elegerint, an mutatio concedenda. 2.*

*Reg. ſubſtitutio non habet locum, ubi perſonæ induſtria electa. 3.*

1 QVando obæratus debitor, tunc in facultate creditorum, liqvidatis debitis, ut vel ipſis bona vendantur, vel vendendis bonis curatorem petant, & ſi hoc petierint, ad prius redire non poſſunt, etiam curatore mortuo: Nam huic 2
non ſuccedit hæres fortè inhabilis in curatela, ſed conſtituendus eſt alius. Via, qvam ſemel elegiſti, ambula: nam omnis variatio odioſa. *vide Carpzov. p. 2. c. 44. d. 5. Lancellot. de Attent. c. 4. limit. 30. n. 11. Vid. Not. ad l. 8. ff. de Collat.* Colli- 3
gunt etiam ex hac l. regulam, qvod ubi perſonæ induſtria electa, ſubſtitutio non habeat locum. *Dn. Mev. p. 2. dec. 108. in f.*

## ad L. Julianus. 10.

*SUMMARIUM.*

*ALienationes prodigorum an & qvando ſubſiſtant.*

SI is, cui bonis interdictum, alienet, alienatio ipſo jure nulla. *Donell. lib. 9. c. 10. lit. O. Rimin. conſ. 515. num. 12.* ubi ex h. textu probat, etiamſi prodigalitas ſit notoria, valere tamen alienationem ante ſententiam factam. *conf. tamen Butig. ad d. l. n. 19.*

## ad L. Sæpe. 13.

*SUMMARIA.*

*TEſtamento de jure Civ. curatores non dantur. num. 1.*

*Legitimis curatoribus non exiſtentibus, dantur à magiſtratu. 2.*

*Furioſo hodiè curator teſtamento datur. 3.*

TEſtamento curatores non dantur, licet dati 1
confirmentur. *leg. pen. h. t.* Sed LL. 12. Tabb. furioſi & ſic etiam prodigi ſunt in legitimâ agnatorum curatela, & ſi hi idonei non ſint, dantur, à magiſtratu curatores. *Montanus d. c. 28. num.* 2
*12. & ſeqq. Donellus & ibi Hillig. l. 3. c. 19.* Et 3
furioſo hodiè datur curator teſtamento. *l. 7. §. 5. C. h. t.*

## ad L. Mulieri. 15.

*SUMMARIA.*

*LUxurioſæ fœminæ datur curator. n. 1.*

*Luxurioſa qvæ dicatur. 2.*

LUxurioſæ fœminæ dari poteſt curator; ſed per 1
luxurioſam mulierem hic intelligunt prodigam non pudoris, ſed pecuniarum, qvamvis 2
utraqve prodigalitas ſæpè concurrat. *Pinell. ad l. 4. C. de Bon. matern. n. 12. ſeq. Mont. d. l. 28. n. 50. & ſeqq.*

# LIBRI XXVIII.

## TITULUS I.

## Qvi Teſtamenta facere poſſunt, & qvemadmodum teſtamenta fiant.

## Ad L. 1.

*SUMMARIUM.*

*DEfinitio teſtamenti qvomodo adæqvata reddi poſſit.*

HIc habetur definitio teſtamenti, qvod ſit voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, qvod qvis poſt mortem ſuam fieri vult, de qva *vid. Dant. de Teſtam. n. 10. & ſeq. & Donell. lib. 6. c. 4. Wiſſenb. d. 54. th. 2. & ſeqq. Dn. Manzius in tr. de Teſtam. tit. 1. n. 2. & ſeqq.* Breviter, ſi verbis DE EO addas vocem collectivam DE OMNI EO, erit adæqvata definitio, ſcilicet ſi collectivè intelligas de tota univerſitate bonorum relinqvendorum. Alias ſi vocem JUSTA intelligas de ſolenni, non competet hæc definitio omnibus teſtamentis: qvamvis nec prior declarario teſtamento militis competat. Sed de his rebus tricari inſtituti mei non eſt.

## ad L. In eo. 2.

*SUMMARIA.*

*TEſtator, ut teſtamentum ſubſiſtat, debet tempore conditi teſtamenti habere integritatem mentis. n. 1.*

*Integritas qvomodo præſumatur. 2.*

*Qvomodo contrarium. 3.*

1 AD teſtamenti factionem reqviritur, ut tempore teſtamenti conditi teſtator habeat integritatem mentis, non verò ſanitatem corpo-
2 ris. Integritas autem mentis præſumitur. *Pruckman. vol. 1. conſ. 12. n. 177. Carpz. p. 3. Juriſpr. t. 5. def. 3.* maximè, ſi teſtes de integritate mentis cum Notario teſtentur, ut ſolet adhiberi vulgata
3 clauſula; æger corpore, ſanus mente. Sed qvi contrarium allegat, id debet probare, qvod etiam per præſumptiones fieri poteſt. *Pruckman. d. conſ. n. 181. Berlich. p. 3. concl. 6. n. 13. & ſeq. Carpzov. d. l.* Illa ſanè levior conjectura, qvod qvi diu ægrotavit, & nihil de teſtamento dixit, & biduo ante mortem teſtamentum condit, impos mentis præſumatur, ut habet hanc *Carpz. d. l.*

## ad L. Teſtamenti factio. 3.

*SUMMARIA.*

*TEſtamenti factio, cur dicatur eſſe juris publici num. 1.*

*Solennitatibus teſtamenti non pacta, ſed ſtatuta præjudicare poſſunt. 2.*

1 FActio teſtamenti non privati, ſed publici juris eſt, qvia à jure publico dependet, & certis ſolennitatibus eſt adſtricta. *Donell. & Hillig. lib. 6. c. 5. lit. L.* Ei ſolennitati non pacta, ſed ſtatuta præjudicare poſſunt. *Decius in L. nec ex prætorio. n. 4. & ſeqq. ff. de R. J.* Et ſic, cui Jus publicum non indulſit teſtamenti-factionem, fruſtra teſtabitur, v. gr. filiusfamilias, licet pater ei indulgeat, niſi Princeps indulgeat, qvi impedimentum Juris Civilis tollere poteſt.

## ad L. A qva ætate. 5.

*SUMMARIA.*

*IMpubes teſtari non poteſt. n. 1.*

*Nec ad pias cauſas. 2.*

*De reliqvis ampliationibus agitur remiſſivè. 3.*

*Limitatur, qvando Princeps concedit. 4.*

*An abſurdum aſſerere, qvod impubes maturi judicii poſſit piæ cauſæ aliqvid legare. 5.*

PUbertate completâ datur teſtandi facultas, 1
adeò ut ne qvidem pubertati proximus niſi ultimo die teſtari qveat, de qvo *Dant. d. tr. n. 146.* Et ne qvidem ad pias cauſas. *Tiraq. Privil.* 2
*piæ cauſæ. 9. Clarus §. Teſtament. qv. 5. n. 3. Dant. n. 143.* ubi plures ſubjicit ampliationes & decla- 3
rationes. Sed ex Principis licentia, uti filiusfa- 4
milias patre conſentiente, ita & impubes judicio maturiori præditus poteſt teſtari vel legare. *Iodocus de arte teſtand. cautela 5. Theſſaur. deciſ. 57. Bart. de Succeſſ. lib. 1. tit. 7. n. 10.* ubi plures ampliationes regulæ in textu contentæ habet. *conf. Manz. de Teſtam. tit. 2. n. 53.* Sed non putarem, 5
abſurdum eſſe, ſi qvis dicat, impuberem, maturo judicio præditum, poſſe piæ cauſæ qvid legare, qvia tales diſpoſitiones valent & reguntur Jure Gentium. Jus Gentium & naturale non numerat præciſe annos & tempora; ſed reſpicit animum ac judicium, in qvo, ſi deprehendat capacitatem, de annis non erit ſollicitum.

## ad L. Qvi in poteſtate. 6.

*SUMMARIA.*

*FIliusfam. de adventitiis bonis, qvæ pleno jure ipſius ſunt, teſtari non poteſt. n. 1.*

*Excipiuntur caſtrenſia. 2.*

*Teſtamentum filiifam. non valet, licet ſui juris factus deceſſerit. 3.*

*Limitatur in Codicillo. 4.*

*An clauſula codicillaris validet teſtamentum ſui juris decedentis. 5.*

*Filius uxoratus & ſeparatam familiam habens rectè teſtatur. 6.*

*Reſponſum Facultatis. 7.*

*An teſtamentum imperfectum obliget in conſcientiâ, ſi teſtator per Deum rogaverit, ne hæc diſpoſitio irrita redderetur. 8.*

*Surdus aut mutus num teſtari poſſit. 9.*

*Qvando mutus & ſurdus ſimul ex accidenti talis. 10. 11.*

*Ad pias cauſas mutus & ſurdus naturâ talis rectè teſtatur. 12.*

FIliusfam. teſtari neqvit, qvia lex 12. Tabb. patrifam. tantum concedit. *Hill. in Don. lib. 6. c. 5. lit. H.* adeò ut ne qvidem de adventitiis bonis, qvorum uſusfructus patri non acqviritur, teſtari

poſſit, *per l. pen. C. qvi teſtam. facere. Vasq. de*
*Succeſſ. Creat. §. 22. num. 10. Fach. l. 5. cont. 25.*
*Dauth. n. 154. Nicol. Reuſn. de Teſtam. p. 1. c. 28. n.*
*19. Barry de Succeſſ. l. 1. tit. 7. n. 2. Struv. Ex. 32.*
2 *th. 7. Zoeſ. h. t. num. 17.* Excipiuntur Caſtrenſia.
*L. fin. C. h. tit. vid. Manz. d. tr. tit. 2. num. 108. &*
3 *seqq.* Nec valet teſtamentum filiifam. licet ſui
juris factus deceſſerit, *per l. 19. h. t. (ſed vide no-*
*tata ad legem pen. infra de peculio caſtrenſi)* ſecus
4 in Codicillo. *L. 1. §. 1. de Leg. 1.* Ideoqve ſi filius-
5 familias teſtetur cum clauſulâ codicillari, puta-
rim valere, ſi ſui juris moriatur, licet diſſentiat
6 *Zepperus de Codic. c. 5. n. 28.* Sed qvid de filio di-
cemus, qvi uxorem duxit, aut de filiâ nuptâ? Si
defendamus, poteſtatem patriam tolli per nu-
ptias, & ſeparatam familiam atqve œconomiam
de conſvetudine, facilè illud poterit affirmari.
7 Filiæfamilias teſtamentum, nuptæ tamen, in
conſcientiâ obligare, aliqvando, ſcil. menſe Au-
guſto anno 1666. reſpondimus; qvia per DEUM
& per omnia ſacra obteſtata erat, ut diſpoſitio
8 ipſius non irrita redderetur. Et id generaliter
puto dicendum, qvotiescunqve moriturus etiam
imperfectè diſponit, hæredem tamen per DEUM
per Chriſtum rogat, ut voluntatem non irritam
reddat, ſi vel tacendo videatur acqvieſcere peti-
tis, teneri in conſcientiâ ad adimplendam volun-
tatem defuncti ultimam, veluti ex fideicommiſſo;
qvicqvid aliàs ſtatuant Dd. de imperfectâ volun-
tate, an in conſcientia obliget.
9 *Ad §. 1. & l. seq.* Surdus aut mutus teſtari ne-
qvit, niſi ex conceſſione Principis. *Hic. & l. ſeq.*
Sed *per l. 10. C. qvi Teſtam. facere.* ſurdus indi-
ſtinctè admittitur, mutus verò ſi literas norit:
10 Surdus & mutus ſimul, ſi ex accidenti talis, &
literas norit, poteſt teſtari, non verò aliàs, de
qvo *Dauth. d. tr. num. 182. Zepperus de Codicill. c.*
*5. n. 39. Barry de Succeſſ. l. 1. tit. 7. n. 49. Vid. Not.*
11 *ad d. l. 10. & Wiſſenb. d. l. th. 16.* Per Principem
tamen concedi poteſt, ut teſtari poſſint, ſi ratio-
nis uſum habeant; uti hic habuimus civem na-
tura mutum & ſurdum, qvi ferè ex labiorum mo-
tu conjunctarum perſonarum intelligere poterat
12 ſenſa *Manz. de Teſtam. tit. 2. n. 203.* Ad pias cau-
ſas mutum & ſurdum naturâ talem teſtari poſſe,
tradunt Dd. ut *Barry lib. 1. de Succeſſ. tit. 7. n. 49.*
*Vasq. l. 3. illuſtr. c. 103. & qvi citati in d. l. 10. Tira-*
*qvell. citatus infra l. 21. de Leg. 3.*

## ad L. Ejus qvi. 8.

### *SUMMARIA.*

*NOn habent teſtamenti factionem ii, qvi apud*
*hoſtes ſunt. n. 1.*
*Non deportati. 2.*
*Non & jure novo damnati ad ſupplicium. 3.*
*Secus de conſvetudine. 5.*
*Relegati teſtari poſſunt. 4.*

1 *Ad princ.* Is, qvi apud hoſtes eſt, non poteſt
teſtari; & ideò teſtamentum ejus, qvi ad hoſtes
veros transfugit, ſcil. ad infideles, eſt nullum;
& qvos Senatus pro hoſtibus declarat. *vid. Sande*
*lib. 4. tit. 1. def. 2. Ant. Matth. in crim. ad l. 48.*
*tit. 18. c. 2. n. 10.* Is, qvi deportatus eſt, qvia 2
tantum ea, qvæ juris Gentium ſunt, retinet, te-
ſtari neqvit. Idem in §. ult. dicitur de damnatis 3
ad ſupplicium, qvod etiam jure novo verum eſ-
ſe, putat *Donellus lib. 6. c. 16. & ibi Hillig. lit. L.*
*Vasq. de Succeſſ. Reſol. lib. 1. §. 3. n. 34. & lib. 3. Il-*
*luſtr. c. 96. n. 3. ſeq. Dauth. d. tr. n. 209* (Sed aliud 4
in Relegatis, qvi ea, qvæ juris Civilis ſunt, reti-
nent. *Dauth. d. l. n. 211.*) Nec hoc mutatum in
*Auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. vid.*
*Zoeſ. h. t. n. 10.* Sed de conſvetudine damnati ad 5
ſupplicium poſſunt teſtari, teſte *Carpz. p. conſtit.*
*6. def. 1. & ſeq. Coler. deciſ. 34. Dn. Struv. Exerc.*
*32. th. 8.*

## ad L. Qvi in teſtamento. 14.

### *SUMMARIUM.*

*FIliusfam. de ſtatu ſuo dubitans vel errans, teſta-*
*menti factionem non habet.*

FIliusfamilias de ſtatu ſuo dubitans vel errans
teſtamentum facere non poteſt, v. gr. Si fili-
umfamilias qvis ſe eſſe putet, cum tamen pater
mortuus ſit, ſi condat teſtamentum, id nullum
eſt, ob improbam ejus mentem. *Donell. lib. 6. c.*
*5. & ibi Hilliger lit. Q. Simon de Pratis de interpr.*
*ult. volunt. lib. 2. Interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 4. n. 89.*
*Zepper. de Codicill. c. 5. n. 28.* ubi *n. 35.* exceptio-
nem militis, niſi de Caſtrenſibus teſtetur, re-
futat.

## ad L. Is cui lege. 18.

### *SUMMARIA.*

*PRodigus non teſtatur. n. 1.*
*An hæc prohibitio ſolidam rationem habeat. 2.*
*Teſtamentum prodigi ad pias cauſas valere poſſe pro-*
*batur. 3.*
*Extenſio. 4. & 5.*
*Non admittitur in praxi. 6.*
*Uſurarius an de Jure Can. teſtetur. 7.*
*Ob carmen famoſum damnatus non teſtatur, & qvæ*
*reqviruntur ad hoc. 8.*
*Prohibitio hæc non extenditur ad pias cauſas. 9.*

PRodigus declaratus non teſtatur, & ideò nec 1
teſtis eſſe poteſt, cum teſtamenti factionem
non habeat: ſed teſtamentum antea factum ra-
tum manet. *Clarus d. §. qv. 33. n. 122.* Sed ferè 2
adducor in eam ſententiam, qvod hæc prohibi-
tio ſolidam rationem vix habeat. Nam aliud eſt
adminiſtrare bona, & aliud, de iis poſt mortem
diſponere. Ergo ferè dixerim, ſi benè proſpiciat
poſteritati, omninò ejus teſtamentum valere,
prout Leo Imperator diſponit in ſua *Novella 39.*
*conſ. Manz. de teſtam. tit. 2. n. 79.* Ideoqve qvic- 3
qvid ſit de aliis cauſis, prodigi teſtamentum in
favo-

favorem piæ cauſæ factum valere putarem, 1. qvia
magna differentia inter furioſum & prodigum,
2. Prohibitio illa ex lege deſcendit, diſpoſitiones
verò ad cauſas pias non ſubjacent diſpoſitioni
Juris Civilis. 3. qvi animæ ſuæ proſpicit, & favo-
rem judicis ſupremi fide & bonis operibus vult
promereri, non habendus eſt pro furioſo, licet
vulgo Doctores contrarientur, qvi comparatio
4 nem furioſi & prodigi nimis extendunt. Et pro-
digi diſpoſitionem valere inter liberos & ad pias
cauſas, vult *Maynardus* laudatus à *Barry l. 1. de*
5 *ſucc. tit. 7. n. 44.* Imò poſſunt ſuſtineri talia te-
ſtamenta, qvando benè proſpiciunt poſteritati.
*vid. Sande l. 4. tit. 1. def. 3.* ubi plures adducit.
*Carpz. p. 3. Conſt. 6. def. 1. Dn. Mevius in Jure Lu-
bec. p. 2. tit. 1. art. 1. n. 10.* & exemplum habetur
alicujus fœminæ, qvæ aliqvem prodigum decla-
6 rari petierat fraudulenter. Sed in praxi extra
pias cauſas vix admittetur teſtamentum ejus,
cui bonis interdictum eſt; niſi Judex ad admini-
ſtrationem bonorum prodigum iterum admiſe-
rit. Et in Facultate ita reſponſum ſcio, menſe Ja-
7 nuar. anno 1668. Uſurarius etiam, ſicut prodigus
teſtari prohibetur Jure Can. *c. 2. de uſur. in 6.* niſi
de reſtituendis caverit. Eadem ratio Codicillo-
rum, per tradita & allegata *Zepperi de Codicill. c.
5. n. 53. & ſeq.* Ex hoc etiam collige, ſi inhabilitas
ſit ratione ſtatus mentis, non verò perſonæ, non
tempus mortis, ſed teſtamenti attendi. *Zepp. d.
c. 5. n. 74.*

8 *Ad §. 1.* Ob carmen famoſum damnatus in-
teſtabilis eſt, ad qvod qvinqve reqvirit *Dauth.
d. tr. num. 227. & ſeq.* 1. Si ſit autor. 2. Si crimen
publicum contineat. 3. Falſum. 4. Non ſub-
ſcripſerit nomen ſuum. 5. Ut fuerit condemna-
9 tus. *vid. Dauth. n. 227. vid. not. ad l. 26. h. t.* Et
hic cauſas pias excipio, cui prohibitio legis Ci-
vilis non præjudicat, ſive inteſtabilis ad piam
cauſam diſponat, ſive teſtis ſit in tali teſtamen-
to. *conf. Tiraqvell. de Privileg. piæ cauſæ. pri-
vil. 79.*

## ad L. Si filiusfam. 19.

### *SUMMARIA.*

*Filiifam. teſtamentum non validat ſui juris effe-
ctio. n. 1.*
*An ſi juris ſui effectus teſtamentum de novo confir-
maverit, ex eo detur bonorum poſſeſſio. 2.*
*Qvid ſi coram 7. teſtibus confirmationem declara-
verit. 3.*
*Fideicommiſſum convalidatur. 4.*
*An convalidetur teſtamentum ad pias cauſas. 5.*

1 Filiusfamilias, ſi teſtamentum condat, licet
poſtea ſui juris effectus ſit, ex eo tempore ta-
men non convalidatur teſtamentum, qvia nul-
2 lum fuit iſtud teſtamentum. Sed qværitur, qvid
ſi ſui juris effectus, teſtamentum de novo con-
firmaverit, an tunc ex eo dabitur bonorum poſ-
ſeſſio? Videtur qvod ſic, qvia teſtamentum ante
militiam non jure factum, ex novâ voluntate va-
let, *per §. ſed etſi qvis inſt. de milit. teſtam.* Sed
negat *Dn. Manz. de teſtam. tit. 2. q. 1. n. 117. & n. 110.*
reſpondet ad *d. §.* qvod ibi ſit tantum defectus
in forma, non in cauſa efficiente & teſtamen-
tum militis convaleſcere ex ſingulari privilegio
militari. Sed ſi ponamus caſum, qvod filiusfa- 3
milias ſui juris factus, expreſsè coram 7. teſtibus
declaraverit, ſe confirmare teſtamentum antea
à ſe factum, non video, cur hoc non pro nun-
cupativo teſtamento novo haberi poſſit; cum
illud valeat teſtamentum, qvando qvis coram
7. teſtibus, ad ſcripturam antea à ſe factam, &
ad hæredem in eo nominatum ſe referat, &
eum hæredem ſe habere velle declaret, juxta
communem ſententiam, de qvo alibi. Sed fidei- 4
commiſſum à filiofamilias relictum, ſi is ſui juris
fiat, convalidatur. *l. 1. §. 1. de leg. 3.* qvia in fidei-
commiſſis ſola ſpectatur voluntas. *l. per. de leg. 1.
Dn. Manzius d. l. num. 120.* ubi ait, teſtamentum 5
ad pias cauſas convalidari, ſi ſui juris moriatur,
qvod intelligo, ſi de peculio profectitio teſtetur,
nam ſi de adventitio peculio, filiusfamilias ad
pias cauſas teſtetur, Jure Canon. valebit, qvia
in piis cauſis Jura Gentium attendimus, non
verò ſubtilitates juris Civilis. *conf. not. ad l. 6.
h. t.*

## ad L. Qvi teſtamentum. 20.

### *SUMMARIA.*

*HÆres teſtis eſſe non poteſt in teſtamento. n. 1.*
*Non in poteſtate teſtatoris exiſtens. 2.*
*Legatarii rectè teſtes adhibentur. 3.*
*An & in teſtamento nuncupativo. 4.*
*An & in Codicillis. 5.*
*Fideicommiſſarius univerſalis in Codicillo teſtis eſſe
non poteſt. 6.*
*An pater in teſtamento, ubi filius emancipatus hæ-
res inſtituitur. 7.*
*An damnatus repetundarum. 8.*
*Non mulier. 9.*
*In codicillis admittitur. 10.*
*In teſtamento, qvod tempore peſtis conditur. 11.*

*Ad pr. & §. 1.* In h. L. recenſentur perſonæ, 1
qvæ teſtes eſſe in teſtamento neqveunt, ut 1. Hæ-
res. 2. Qvi in poteſtate teſtatoris eſt. Sed de Le- 2
gatariis affirmatur, qvod poſſint eſſe teſtes, qvia 3
hæres legatariorum fide nititur, & ideò iis con-
tradicere neqvit. *L. 9. de Negot. geſt.* Et ſic non
ſubſiſtit ſententia. *Salyc. ad l. 22. C. h. t.* qvod Le-
gatarius debeat teſtem ſupernumerarium pro ſe
producere. Sed qvæſtio eſt, an in teſtamento
nuncupativo Legatarius teſtis eſſe poſſit? Ne- 4
gant Dd. qvos refert *Farin. qv. 6. n. 360.* qvia to-
ta hujus fides à depoſitione teſtium dependet.
*& Menoch. l. 2. Arb. qv. caſu 106. n. 14.* licet ſub-
jiciat, Dd. hic nimium divinare *Maſcard. concl.*

*973. n.3. Richter. dec. 32. n. 21. & Dauth. ad hanc legem.* Sed alii aſſerunt, idem eſſe in nuncupativo, qvia principaliter hic de commodo legatarii non agitur, & hic hæres magis ſeqvitur fidem teſtium, qvam in ſcriptis, & ratio *hic & in §. 51. Inſt. h. t.* generalis eſt. Contraria ſententia mihi videtur præferenda, qvam tuentur illi Dd. qvos refert *Farin. d. l. n. 36. Reuſner. de Teſtam. p. 3. cap. 21. Bachov. in Treutl. vol. 2. d. 10. th. 4. lit. K. Hill. in Donell. l. 6. c. 7. lit. O. Zepper. de Codicill. c. 8. n.*
5 *30. Zæſ. ad h. t. n. 37.* Sed an in Codicillo Legatarius poſſit eſſe teſtis, qværitur? & videtur qvod non, qvia hic agitur inter teſtatorem & Legatarios. *Reuſner. p. 3. cap. 22. a. fin. Farin. d. qv. 60. n. 308. Zepper. de Codicill. c. 8. n. 29.* Sed affirmat *Carpz. p. 2. dec. 152.* ſed videtur tamen illa ſenten-
6 tia receptior. Sanè univerſalem fideicommiſſarium in Codicillo teſtem eſſe non poſſe, videtur minus dubium eſſe, per allegata *Farin. d. l. n. 303.*
7 & tradita *Bach. d. lit. L. in f.* An pater hæredis, licet emancipati, poteſt eſſe teſtis? Negat *Carpzov. p. 3. c. 3. d. 7.* ob affectionem paternam, præſertim cum & frater in Conſtit. de Notariis Anno 1512. in tit. de Teſtamentis prohibeatur, Idem in omnibus teſtamentis privilegiatis. *Carpz. p. 3. c. 4. dec. 36.*

8 *Ad §. 5.* 3. Repetundarum damnatus, teſtis eſſe neqvit. *§. 5. h. l.* de cujus lectione *Donell. lib. 6. c. 7.* Nam particulam NON addendam eſſe, putant *Donell.* & alii, qvos laudat *Hillig. d. c. 7. lit. L.* qvi tamen defendit lectionem affirmativam cum *Svevio.* Et idem argumentum à contrario ſenſu in d. §. qvod etiam eſt in §. 6. ſcil. ideò repetundarum damnatus poteſt eſſe teſtis in teſtamento, qvia à judiciis tantum arcetur, vel mulier in aliis actibus, præter teſtamentum poteſt eſſe teſtis, qvia à lege Julia de vi tantum teſtis eſſe prohibetur. Sed melior videtur correctio eſſe, ob *l. 15. ff. de Teſtib.*

9 *Ad §. 6.* Mulier licet in aliis negotiis in teſtimonium vocari poſſit, qvod ex L. Julia hic probatur §. 6. in teſtamento tamen teſtis eſſe non
10 poteſt. Sed qvid de Codicillis? R. in iis admittetur. *Donell. lib. 7. c. 19. lit. F. Farin. de Teſt. qv. 59. n. 64. Franciſc. Barry in tr. de Succeſſ. lib. 1. tit.*
11 *1. n. 13. Struv. th. 13. in fine.* Et ſic etiam in teſtamento tempore peſtis condito ex conſvetudine privilegiato, & ad Jus Gent. revocato, mulierem teſtem eſſe poſſe verius eſt, per tradita *Maſcardi concl. 764. n. 13. Cothman vol. 3. conſ. 13. n. 81. Berlich. p. 3. concl. 5. n. 27. & ſeq. Carpz. p. 3. c. 4. d. 6. Finckelth. obſ. 14. n. 43. & ſeq.*

## ad L. Hæredes palam, 21.

### *SUMMARIA.*

*NOmen heredis in teſtamento nuncupativò palam nuncupandum eſt. n. 1.*
*In ſcripto, expreſſis verbis ſcribendum. 2.*
*An detur teſtamentum nuncupativum implicitum. 3.*
*An & nuncupatio palam fieri debeat in teſtamento tempore peſtis. 4.*
*An ad judiciale teſtamentum requiratur, ut coram judice palam legatur. 5.*
*An &, ſi in teſtamento ſcripto quis ſcripturam clauſam, quam nec ſcripſit, nec legit, teſtibus proponat. 6.*
*An valeat teſtamentum nuncupativum, in ſcripturam redigi deſtinatum, ſi deſcriptum non ſit prælectum teſtatori & teſtibus. 7.*
*In mutando vel addendo eadem requiritur ſolemnitas, qva in conſtituendo, ſecus in declarando. 8. 11. & 12.*
*Exempla hujus adducuntur. 9. & 10.*
*Declaratio probatur per duos teſtes. 23.*
*Judex ſententiam definitivam declarare poteſt, non mutare. 14.*
*Rogatio teſtium in teſtamento neceſſaria. 15.*
*Qvid ſi fortuitò convenerint. 16.*
*Rogatio teſtium & ab extraneo fieri poteſt. 17.*
*Rogatio an & quando facta præſumatur. 18.*
*Teſtamenta uno contextu fieri debere, qvomodo intelligendum. 19. & 20.*
*An in dubio legatum præſumatur, an verò donatio inter vivos, ſi teſtator utatur voce donationis. 21.*
*Tempore contagionis valet teſtamentum, licet teſtes ſimul præſentes non ſint. 22.*
*An ſi maritus teſtetur coram aliis hodiè, & cras coram iisdem uxor, hæc teſtamenta impugnari poſſint. 23.*

*Ad princ.* In teſtamento nuncupativo palam 1
nuncupandum eſt nomen hæredis, ut ſcilicet à ſeptem teſtibus teſtator videri, & vox ejus exaudiri poſſit, & qvidem ab omnibus. In ſcripto te- 2
ſtamento verò expreſſis verbis ſcribendum nomen hæredis. *Donell. lib. 6. c. 10. lit. E.* Dari ta- 3
men volunt teſtamentum nuncupativum implicitum, in qvo teſtator ſe refert ad certam ſcripturam, & in eo expreſſè nomen hæredis ſcriptum eſſe dicit. *vid. not. ad L. Hac conſultiſſima. 21. §. 2. C. de teſtam.* Sed videtur periculoſa praxis, & non abs re diſſentit *Manzius de teſtam. tit. 4. qv. 2. n. 16. & ſeqq.* ubi ad legis *10. pr. de condit. Inſt. & l. 77. ff. de hæred. inſtit. & l. 38. de condit. & demonſtr.* reſpondet, qvod de ſcripto teſtamento loqvantur. Qværitur tamen, an in teſtamento 4
tempore peſtis etiam reqviratur, ut omnia palam fiant, & ut teſtator conſpiciatur à teſtibus duobus, ejusqve exaudiatur vox, & adeò nullum ſit teſtamentum tempore peſtis confectum, ſi paries fuerit intermedius? Affirm. hoc, qvia hæc ad excludendam fraudem, non pro ſolennitate reqviruntur, & ſic Jure Gentium hoc eſt neceſſarium. *conſ. Menoch. l. 2. A. qv. caſu 475. n. 23. Carpz. p. 3. c. 4. d. 10. Farin. qv. 69. c. 6. n. 185. Gilken. ad l. 9. C. h. t.* Qværitur etiam, an ad judi- 5
ciale teſtamentum reqviratur, ut coram judice palam legatur? qvod contra *Vultejum*, rectè negat

gat *Berlich. p.3. concl. 4. num. 24. Carpz. p.3. conſt. 3. d. 28. & lib. 6. reſp. 9. & p. 2. dec. 149.* ubi hoc limitat, niſi nec ſcribere nec legere ſciat; nam tunc ſoli ſcriptori unico teſti crederetur, qvod juris & recta ratio non admittit; Ideoqve tunc prælectionem ad exemplum cœci teſtamenti re-
6 qvirit. Sed hic ſcrupulus etiam erit in teſtamento in ſcriptis, qvando qvis clauſam ſcripturam, qvam nec ſcripſit nec legit, teſtibus proponat. Ideoqve
7 nec hoc valebit. Sane res eſt valde ſuſpecta. Sed qværitur de teſtamento nuncupativo, ſi placeat, ut in ſcripturam redigeretur, & deſcriptum non eſt prælectum teſtatori & teſtibus? id valere tradit *Carpz. p.3. c.3. d.35.* Sed contraria eſt hæc definitio Conſtitutioni, Maximiliani I. de Notariis §. 5. ibi: weiter ſo iſt auch einem ieden teſtament, ob es gleich nuncupativum als ohne Schrifft gemacht wäre/ nöthig/ daß alle Handelungen ſo zu ſolches teſtamenes Auffrichtung ergangen/ und auffgeſchrieben wäre/ vor dem Teſtirer und Zeugen/ ehe denn ſie von einander ſcheiden / vorgeleſen werden/ ſicut etiam in Facultate noſtra reſponſum eſſe memini.
8 *Ad §. 1.* In mutando vel addendo reqviritur eadem ſolennitas, qvæ in conſtituendo, ſecus in declarando. *Dauth. ad h. §. 1. p. 485.* Nam ſpecies
9 facti hæc eſt: Teſtator vult mutare hæredis inſtitutionem vel legata, an poteſt hoc ſine teſtibus facere? Reſpond. qvod non, qvia qvæ mutat
10 vel addit, eadem opus habent ſolennitate. Sed pone, eum legaſſe Sticho decem, & plures ſunt Stichi poteſt ſine novâ ſolennitate addi declaratio, de qvo ſenſerit. Sic ſi legato nullam adſignavit qvantitatem, eam ſine novâ ſolennitate ex-
11 primere poteſt. Ex qvo colligitur 1. qvi mutat aliqvid, novum actum facit, ſic ergo novâ ſolennitate opus. *Dauth. de teſtam. in explicatione hu-*
12 *jus legis n. 10.* 2. qvod ille, qvi declarat, nihil novi det, ſed antea dictum ſignificet. *Rimmald. conſ. 111. num. 230. Gail. lib. 1. obſ. 101. n. ult. Aug. Aug. Barb. lib. 4. c. 6. ax. 5.* Et declaratio non reqvirit eas ſolennitates, qvæ reqviruntur in actu principali.
13 *Barb. d. l. ax. 3.* Sed declaratio probari poteſt per duos teſtes. *Dauth. d. l. num. 455. Manz. de teſtam. tit. 4. qv. 1. n. 22. ubi Dd. citat alios.* Et qvod hic in materiâ declarationis dicitur de Legatis, id etiam de inſtitutione intelligendum. *Dauth. d. l. num. 10.* id ſanè perſpicuum, nova legata in codicillo ad-
14 di poſſe vel adimi. *Manz. tit. 4. q. 1. num. 25.* Probatur etiam, licet judex ſententiam definitivam mutare non poſſit, poteſt tamen declarare, qvia nihil novi addit *Gail. lib. 1. obſ. 116. num. 3. & l. 2. obſ. 1. num. 6.*

15 *Ad §. 2.* Teſtes in teſtamento rogatos eſſe oportet. *hic & Auth. Rogati. C. de Teſtibus.* etiam in teſtamento nuncupativo, per tradita *Carpzov.*
16 *p. 3. c. 3. d. 33.* qvod hic declaratur, ut licet ob aliam cauſam vel fortuito convenerint, moneantur à teſtatore vel Notario, ſe ad teſtamentum adhiberi, ut teſtes eo attentius auſcultent teſtatori, ejusq; voluntatem percipiant. *Mantica de tac. & amb. convent. l. 2. tit. 11. n. 13.* Receſſ. Imp. de Anno 1612. tit. von Teſtamenten/ ibi: oder auffs wenigſte/ wo ſie ungeſchickter Ding unberuffen zugegen wären/ dazu ermahnet und erſprochen werden; qvæ rogatio etiam ab extraneo fieri poſſet.
*Don. lib. 6. c. 7. lit. E. & ibi Hillig. Mant. d. tit. 11. n. 4.* 17
*Maſcard. de Probat. concl. 1361. Farin. de Teſt. qv. 62. n. 154. & Carpzov. part. 3. c. 3. def. 33. Manz. de Teſtam. tit. 4. qv. 1. n. 69.* Sed non ſufficiet, ſi teſtamento abſoluto moneantur, qvia rogatio ſenſus & mentes teſtium præparare debet. *Mantica d. l.*
*n. 5.* Sed rogationem, niſi ejus fiat mentio, non 18
eſſe præſumendam, communiter volunt Dd. niſi ſubſcripſerint teſtes. *vid. Mant. d. l. n. 9. & Manzius d. q. 1. n. 102.*
*Ad §. fin.* Teſtamentum uno contextu & ſine 19
interventione actus extranei abſolvi debet, ne teſtator à convenienti deliberatione, qvæ in teſtamento reqviritur, avocetur, aut teſtator alicujus, qvod in animo habebat, obliviſcatur.
*Gilken. ad l. 28. C. h. t. num. 11.* Sed non nocet, ſi 20
teſtator prius ſcripſerit vel ſcribi curaverit; nam hoc diu ante fieri poteſt, ſi modo ſubſcriptio & ſubſignatio una cum rogatione uno contextu abſolvatur, vel nuncupatio hæredis coram omnibus teſtibus uno contextu fiat. *Manz. de teſtam. tit. 4. qv. 1. numer. 21.* Et ideo neqve contractum volunt admittendum eſſe, niſi ſit conjunctus cum actu teſtandi. *Dauth. ad h. §. §. priori caſu. Vaſq. de Succeſſ. Creat. §. 23. n. 4. Gilken. d. l. n. 7. & Reuſn. de Teſtam. p. 3. c. 28. n. 7.* v. gr. Si teſtator præſenti & acceptanti donaret rem, contractus hic teſtamento adfinis & conjunctus non vitiabitur, & revocato teſtamento, hæc tamen donatio inter vivos non revocabitur. *Card. Mantica de Conject. d. 8. tit. 1. numer. 36.*
Sed an in dubio legatum, an verò donatio inter 21
vivos præſumitur, ſi teſtator voce donationis uſus, & alter acceptaverit & gratias egerit? Et potius legatum præſumerem, qvia vocab. donare etiam ad legata poteſt referri. *l. legatum eſt donatio de leg. 2. §. legatum. Inſt. de Legatis. Mantica d. t. 1. n. 37.* Tempore contagionis remiſſa ſo- 22
lennitas, ut uno tempore ſimul præſentes ſint
omnes teſtes. Sed qvær. ſi maritus teſtetur coram 23
actis hodie, & cras coram iisdem actis uxor, anne hæc teſtamenta impugnari poſſunt, qvia non ſunt continua? Negatur, qvia ſunt duo teſtamenta, licet reflexionem mutuam habeant.

## ad L. Ad teſtium. 22.

### *SUMMARIA.*

*Teſtis an idoneus ſit, non inſpicitur tempus mortis, ſed tempus conditi teſtamenti. n. 1.*
*An idoneus, qui à plerisqve talis habetur. 2.*

*Ad teſtamentum, ut valeat, reqviritur ſubſcriptio & ſubſignatio conjunctim. 3.*
*Subſignatio de J. Civ. præciſe annulo fieri debet. 4.*
*Hodiè & aliis ſigillis fieri poteſt. 5.*
*An reqviratur ſigillatio teſtatoris ſigno proprio. 6.*
*De formula plenæ ſubſcriptionis agitur remiſſive. 7.*

1 *Ad §. 1.* Tempore teſtamenti inſpicitur, cujus
conditionis teſtis ſit, non verò tempus mortis;
& ſufficit, ſi paſſim ab omnibus pro teſtabili ha-
bitus fuerit. *l. 1. C. de teſtam. vid. hic Dauth. Zœſ.
ad h. t. num. 32. Farinac. de teſtib. qv. 59. numer. 82.*
2 Et hoc extenditur, licet pleriqve pro libero vel
idoneo teſtem habeant, &c. de qvibus aliiſqve
ampliationibus *Manz. de teſt. tit. 5. qv. 1. num. 41.
& ſeqq.*
3 *Ad §. 4.* Sola ſubſignatio teſtis in teſtamento
ſolenni in ſcriptis non ſufficit, ſed reqviritur
ſubſcriptio & ſubſignatio conjunctim, alterutro e-
nim deficiente, nullum eſt teſtamentum. *Vaſq.
de ſucceſſ. Creat. §. 15. n. 1. 2. & 14.* licet vel unius
ſubſcriptio deſit. *Manz. tit. 4. qv. 1. n. 124.* ſed an
tale teſtamentum, qvod ſubſcriptione caret, ut
nuncupativum poteſt ſubſiſtere, vid. *l. 30. h. t.*
4 *Ad §. 5.* Qvamvis præcisè annulo fieri debeat
ſubſignatio, *per h. §. Dauth. hic n. 12. & Reuſner.
de teſtam. p. 2. c. 27. numer. 7.* niſi lectio hujus §.
5 mendoſa, ut vult *Donell. lib. 6. c. 8. lit. B.* Hodie
tamen notoria conſvetudine, vel conſtitutione
Imperii, de anno 1512. etiam aliis ſigillis fieri
poteſt ſubſignatio. *Dauth. d. l. & alii qvos refert
Harpr. ad §. 5. Inſt. h. t. & Hillig. d. c. 8. lit. B.*
6 Aliter hunc §. explicat *Dn. Struv. th. 10.* Qvam-
vis autem ſigillationem teſtatoris, & qvidem
proprio ſigno factam reqvirat *poſt Roland. à Valle
Speckhahn. c. 1. qv. 49. n. 8.* hoc tamen merito diſ-
plicet *Manzio tit. 4. qv. 1. n. 115.* qvia in *L. hac
conſultiſſima C. h. t.* qvam pro fundamento alle-
gat, nihil pro eo reperitur, nec qvicqvam in
7 Maximilianæa informatione Notariorum. Sola
ergò ſubſcriptio teſtatoris reqviritur, aut pro eo,
octavi teſtis, qvi non teſtatoris, ſed ſuum ſub-
ſcribit, *l. 21. & l. 28. §. ult. C. h. t.* Formulam au-
tem plenæ ſubſcriptionis præſcribit. *Speculator
tit. de inſtrumentorum editione §. Compendioſe.
numer. 40. & ex eo Carpzovius p. 2. deciſ. 147.
num. 13.*

## ad L. Si is qvi. 25. & L. Ex ea. 29. pr.

### SUMMARIA.

*TEſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valet. n. 1. & 6.*
*An hoc extendendum ad Teſtamenta inter liberos & ad pias cauſas. 2.*
*An ex ſola ſcriptura nullis ſolennitatibus munita, valeat diſpoſitio inter liberos & ad pias cauſas. 3. 4.*
*Imperfectio voluntatis non eſt præſumenda, ſed probanda. 5.*
*An, ſi qvis dicto modo ſchedulam det Notario teſtamenti ordinandi ergo, interim verò teſtator moriatur, hac voluntas perfecta ſit J. Gent. ex eaqve legatum ad pias cauſas valeat. 7. & 8.*
*Error* Carpzovii *circa fidem ſolius ſcripturæ. 9.*

TEſtamentum imperfectum ratione volun- 1
tatis, ut ſi teſtator inceperit condere teſta-
mentum, & poſtea ſubſtituere voluerit,
ſubſtitutionem autem non abſolverit, non
valebit, per *h. l.* qvam etiam ad teſtamen- 2
ta inter liberos & ad pias cauſas extendit
*Myrſ. cent. 5. obſ. 28.* Sed corrigit atqve explicat
ſe *Mynſiger* in fine: niſi ſchedula à defuncto ſcri-
pta reperiatur. Nam tunc ex ſola ſcriprura, licet 3
non ſit publicata, valet diſpoſitio inter liberos
& ad pias cauſas. *Gail. l. 2. obſ. 112. n. 14. in fine*
licet *Dn. Mev. p. 2. dec. 333.* tradat, talem patris
ſchedulam ad teſtamentum præparatam, non
eſſe ſolenne teſtamentum, ob defectum ſolenni-
tatum, neqve teſtamentum inter liberos, qvia
noluit ita teſtari. Sed utiqve per conſeqventiam
voluit, & voluiſſe præſumitur, ſi ſubitaneam
mortem ſciviſſet. Diſtingverem, utrum diu an- 4
te mortem præparata ſchedula, an verò paulo
ante mortem facta, & teſtator inopina morte
abreptus, & de hoc, in caſu liberorum & piæ cau-
ſæ, id ſentio, qvicqvid contra diſputet *Finck. obſ.
78. n. 31.* cujus tradita *n. 5. & 35.* non videntur eſſe
conſona. Sanè duo teſtes in teſtamento inter li-
beros, militis, & ad pias cauſas, reqviruntur; niſi
ex ſcriptura defuncti ejus voluntas appareat. *Ti-
raqv. priv. piæ cauſæ. 7. per L. in teſtamento. 38. ff.
de fideicom. libert. conſ. Rittersh. lib. 4. diff. Jur.
Civ. & Can. c. 10.* Rectè autem hic notat *Daut. &* 5
*Menoch. conſ. 222. n. 36.* Imperfectionem volun-
tatis non eſſe præſumendam, ſed probandam.
*Menoch. conſ. 224. n. 36.* Sed deciſio legis 25. ex-
tenditur in *l. 29. pr.* Qvamvis igitur ſcriptura 6
ad teſtamentum faciendum præparata, neqve
qvoad hæreditatem neqve fideicommiſſa relin-
qvenda qvicqvam faciat; & exinde colligatur,
qvod ex imperfecto teſtamento ratione volun-
tatis, ne qvidem fideicommiſſa debeantur. *hic
& L. Ex imperfecto. 25. de legat. 3. Donell. lib. 8. c.
14. in pr.* Etiamſi addatur clauſula Codicillaris,
ut textum hunc communiter intelligi *hic* tra-
dit *Dauth.* cum clauſula codicillaris nihil opere-
tur, qvando diſpoſitio eſt imperfecta ratione
voluntatis, i. e. qvando qvis voluit teſtari, ſed
nondum teſtatus eſt, & ſic voluntas manſit im-
perfecta. *Zepper. in tr. de Codicill. c. 4. n. 87.* Si ta-
men qvis talem ſchedulam det Notario, ut teſta- 7
mentum exinde faciat, & interim moriatur te-
ſtator, non dubitarem dicere, eſſe perfectam
hanc voluntatem Jure Gentium; nam penes te-
ſtatorem non ſtetit, qvo minus perficeretur, li-

cet

cet Jure Civili non ſit perfecta, *ex d. l. 29. h. t.*
8 Ideoqve dicerem, ex tali ſchedula valere legatum ad piam cauſam; Nam conſtantem teſtatori fuiſſe voluntatem, ex propoſito non tantùm DEO qvid gratum faciendi, animæ ſuæ proſpiciendi, theſaurum in Cœlis comparandi, certum eſt; ſed etiam ex eo, qvod ſolo facto impeditus ſit. Et qvamvis diſſentiant nonnulli ut *Decius conſ. 159.* hi tamen declarant ſe, qvod qvando qvis concepit ſuam ſententiam, eamqve velit obſervari in cauſa pia, licet in cæteris non ſit perfecta voluntatis expreſſio, hic tamen ſufficiat. *Decius in d. conſ. in fin. verſ. 4. & ult. Mantica de conject. l. 3. tit. 20. num. 3. Bart. in L. in teſtamento. num. 1. ff. de fideicom. libert. Abbas ad l. 1. X. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 1. Maſcardus concl. 1359. n. 79. Tiraqv. de priv. piæ cauſa priv. 7. Hotom. conſ. 55. n. 13.* Et ſic reſponſum in Facult. M. Febr. anno 1653. Et in piis cauſis ſufficiunt in terris Imperii
9 ubiqve duo teſtes. *Sande l. 4. tit. 1. d. 13.* Errare ſanè eos putat *Carpz. p. 2. dec. 105. n. 1. & p. 3. C. 4. d. 33. Mevius ad jus Lub. pr. tit. 1. art. 2. n. 57.* qvi ſtatuunt, qvod legata ex ſolâ ſcripturâ probari poſſint; ſed errare videtur ipſe, dum 1. ſcripturæ certæ teſtatoris minus credit, qvàm duobus teſtibus, maximè vero 2. dum privilegium teſtamenti inter liberos favori liberorum adſcribit principaliter.

## ad L. Cum lege. 26.

### *SUMMARIA.*

*Inteſtabilis qvis dicatur. n. 1.*
*An infamis inteſtabilis. 2.*

1 Inteſtabilis is dicitur, qvi nec teſtari, nec teſtis eſſe poteſt in teſtamento alterius. *Barry d. t. 1. n. 20.* Hinc colligunt regulam: Qvi teſtari neqvit, ille nec teſtimonium ferre poteſt; infamem verò non repelli, niſi notorium ſit, eum talem eſſe, tradit hic *Dauth. & Anton. Gabriel de Teſt. concl. 19.*
2 *n. 10.* Sed aliud eſt infamem eſſe, & aliud inteſtabilem. Non omnis infamis eſt inteſtabilis. conf. *etiam Farin. qv. 56. n. 42. & ſeq.*

## ad L. Domitius, 27.

### *SUMMARIA.*

*Unde terminus:* Qvæſtio Domitiana *originem habeat. n. 1.*
*Scriptor teſtamenti poteſt ut teſtis ſubſcribere. 2.*

1 Adhibuerat qvis 7. Teſtes, ſed inter eos adhibuit etiam ſcriptorem teſtamenti, qværitur, an Teſtamentum valeat? Affirmatur non ſine aſperitate; Unde in proverbium ivit Domitiana qvæſtio. Ergo ſcriptor teſtamenti poteſt ut teſtis ſubſcribere; & ideo etiam Notarius Publ. poteſt ut teſtis ſubſcribere, præſertim per conſtitutionem Imperii allegatam, §. und ſollen die Notarien ꝛc. *Dauth. hic num. 3. Barry d. t. 1. n. 30. Moll. lib. 4. Semeſtr. cap. 15.*

## ad L. Ex ea. 29.

### *SUMMARIUM.*

*Clauſula Codicillaris qvid operetur.*

Ad pr. Vid. notata ad *L. 25. h. t.*
*Ad §. 1.* Clauſula codicillaris efficit, ut teſtamentum, ſi ſit imperfectum ratione ſolennitatis, valeat ut Codicillus, vel Epiſtola, vel alia voluntas ultima; ſi modo eam ſolennitatem habeat, qvæ in Codicillo neceſſaria, v. gr. qvinqve teſtes, & per hanc hæredes ab inteſtato rogati videntur, hæreditatem ſcriptis hæredibus reſtituere & reliqva in Teſtamento diſpoſita præſtare. *hic & l. 41. §. 3. infr. de vulg. & pup. ſubſt. Dauth. hic & Donell. lib. 7. c. 18. h. t. C. & ibid. Hillig. & Dd. paſſim. Zepper. in tr. de Codicill. c. 4. num. 15. & ſeqq. & qvos ille refert.*

## ad L. Penult.

### *SUMMARIA.*

*Formula qvâ utuntur hodiè teſtes in ſubſcriptione. num. 1.*
*An ſolennitas ſit neceſſaria. 2.*
*Si deſit hæc ſolennitas, an valere poſſit teſtamentum ut nuncupativum. 3.*
*An teneatur teſtis præcisè ſuâ manu ſubſcribere. 4.*

Teſtes in ſubſcriptione mentionem facere debent teſtatoris & ejus teſtamenti. 1
*Dauth. ad h. l. & Reuſn. p. 3. c. 26. n. 7. & ſeq.* Ego hac meæ manus ſubſcriptione & ſubſignatione teſtor, in hoc inſtrumento contineri voluntatem ultimam Titii. Et ita hodie ſubſcriptiones fieri ſolent. *Cothman. conſ. 29. num. 99. Card. Tuſchus tomo. 8. concl. iii. n. 6. Speculator tit. de Inſtrum. §. Compendiosè. n. 41. Rol. à Valle conſ. 36. num. 2.* Sed qvia 2
hujus ſolennitatis nec in Codice fit mentio, nec in informatione Notariorum de anno 1512. §. Die Form &c. & hic non verbum mandati, ſed decentiæ legitur, merito dubitat *Manz. de Teſt. tit. 4. q. 1. n. 120.* an hæc ſolennitas adeo neceſſaria ſit. Et ſanè durum erit, ob defectum ſpecialis & ſcrupuloſæ ſubſcriptionis teſtamentum nullum pronunciare. Illud verò non adeo dubium, 3
ſi aliæ ſolennitates adſint, poſſe tale teſtamentum, ubi ſpecifica iſta ſubſcriptio deeſt, ut teſtamentum nuncupativum valere. *Gail. lib. 2. obſ. 112. num. 17. Menoch. lib. 4. præſ. 2. n. 16. & hos laudans Manzius d. l. n. 129.* qvod etiam de eo caſu intelligo (utut alii reclament) licet appareat, teſtatorem in ſcriptis voluiſſe teſtari: Nam præſumitur voluiſſe etiam nuncupativè teſtari, ſi ſciviſſet, qvod teſtamentum in ſcriptis non poſſit valere. *l. 3. ff. Milit. teſtam.* conf. *idem Manz. in Centuria qvæſtionum qvæſt. 32.* ubi *numer. 20.* ad

hunc

hunc textum reſpondet, JCtum non uti verbo neceſſitatis DEBET, ſed verbo CONVENIT, qvod non ſemper ſignificat neceſſitatem.
4 Licet autem ex verbis hujus legis colligi poſſit,
debere teſtem ſuâ manu ſubſcribere nomen ſuum, qvando dicitur PROPRIO CHIROGRAPHO, id tamen de ſciente literas intelligendum; ſecus in ignorantibus. *l. fin. C. de teſtam. Manz. de qv. 32. num. 21.* ubi ſic judicatum refert.

## TITULUS II.

# De Liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis.

### Ad L. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*QUid dicatur nominatim fieri. n. 1.*
*Liberis in dubio magis favendum eſt, qvam teſtamento. 2.*
*Indefinita locutio qvando æqvipolleat ſingulari, qvando univerſali. 3. & 4.*

1 ID dicitur fieri nominatim, qvod ita exprimitur, ut de eo dubitari neqveat. Si ergò qvis unicum habens filium, eum ſub nomine appellativo exhæredaverit, nominatim videtur facta exhæredatio; qvia appellatio filii non poteſt, niſi in eo, qvem ſolum habet, verificari. *Bart. Inc. Cephalus lib. 1. conſ. 23. num. 100.* ſecus ſi plures habet filios, tunc enim nullus videtur ex-
2 hæredatus. Ex qvo colligunt, I. Magis favendum eſſe liberis, qvam teſtamento, de qvo *Decius in L. Poſthumo. C. de Bo. or. poſſeſſ. contra*
3 *tabb. & Zuchard. in repet. ejuſd. l. num. 10.* II. Indefinitam locutionem, qvæ non niſi ad unum referri poteſt, æqvipollere ſingulari. *Dn. Manzius*
4 *de teſtam. tit. 10. l. 42. n. 3.* III. Indefinitum regulariter æqvipollere univerſali, niſi favor cauſæ aliud poſtulet. *Gomez. ad pr. Inſtitut. de Act. num. 4. Rimin. vol. 3. conſ. 235. num. 6. & Axiom. Barb. lib. 9. c. 37.*

### ad L. Etſi. 3. pr.

*SUMMARIA.*

*DEmonſtratio contumelioſa vitiat inſtitutionem heredis. n. 1.*
*Limitatur in teſtamento patris. 2.*
*Secus & in exheredatione. 3.*
*An rectè dicatur in* l. h. *non nocere exharedationem, ſi pater filium ex adulterio natum dicat. 4.*
*Exheredatio pure fieri debet. 5.*
*Ratio ſuppeditatur. 6.*
*Limitatur, ſi Pater filium ſub conditione inſtituat, & ſub conditione contrariâ exheredet. 7.*
*De quâ conditione contraria hoc hodiè intelligendum. 8.*
*An ultra cauſas exheredationis in Nov. 115. expreſſas alia admittendæ. 9.*
*Filius ab omni gradu ſingulatim exheredari poteſt, à qvo autem non exheredatur, non ſubſiſtit. 10.*
*Ab unâ perſonâ non rectè exheredatur. 11.*
*Conciliatio* l. 13. §. 1. de hered. inſtit. *12.*
*Non poſt aditam hereditatem. 13.*

DEſcriptio contumelioſa officit qvidem inſti- 1
tutioni hæredis. *L. 9. §. 8. infr. de Hæred. inſt.*
niſi pater hoc fecerit, cui licet maledicta filio 2
objicere. *l. his verbis. 48. §. 1. ff. de Hæred. inſtit.*
qvia valde odioſum eſt, ut per cauſam inſtitutione delati honoris teſtator hæredem ſcriptum contumelia afficiat. *Cujac. ad h. t. tomo 2.* Sed exhæ- 3
redationem demonſtratio contumelioſa non vitiat, qvia hæc nota eſt. *L. 18. h. t.* Et elogium addendum eſt exhæredationi, & non poteſt cauſa exhæredationis non eſſe contumelioſa. *Donell. lib. 6. c. 19. & qvos ibi allegat. Hillig. lit. B.* Et non eſt alienum viſum, ſi convitiis eum confectemur, qvem removemus ab hæreditate; ſed eum proſeqvi conviriis, qvem ſucceſſorem nobis eligimus, id abſurdum videtur. *Duarenus ad h. t. c. 3.*
*pr. & Manz. tit. 10. qv. 2. num. 6.* Sed qvomodo 4
hic dicitur, ſi pater dicat filium ex adulterio natum, non nocere exhæredationem, nam ſi ex adulterio natus eſt extraneus eſt, qvi non exhæredatur? *l. 132. in fine princ. de Verb. obl.* Reſp. *Hill. in Donell. d. c. 19. lit. C.* patrem contumeliæ cauſa tantum hoc dixiſſe.

*Ad §. 1.* Purè & non ſub conditione exhæreda- 5
tio fieri debet. *l. 3. §. 1. h. t.* & licet tacite inſit conditio, ſi hæres adierit hæreditatem. *l. 20. pr. ff. de Bon. poſſ. contra tabb.* Si tamen expreſſè hæc conditio addatur, vitiat inſtitutionem. *l. 68. in fin. infr. de hered. inſt.* Graſſus §. Teſtam. qv. 29. n. 4. & *Vaſq. de Succeſſ. Creat. §. 20. num. 77. ſeq.* Ratio 6
autem hæc aſſignatur à *Duareno h. t. cap. 3. §. 2. & ex hoc Manz. tit. 10. qv. 1. n. 11.* qvia exhæredatio liberorum eſt res dura, & fere contra pietatem naturalem, ergo merito certum reqviritur judicium, qvod non ſuſpendatur in futurum eventum. Unde ſeqvitur, ſub conditione exhæredatum pro præterito eſſe habendum. *l. 18. de*
*Bon. poſſ. cont. tabb.* Si tamen pater ſub conditio- 7
ne inſtituat filium, & ſub conditione contraria exhæredet, exhæredatio valida eſt. *L. 4. C. de Inſtit. & ſubſtit. Manz. d. l. n. 13. Cujac. hic L. 2.* Sed 8
hoc hodiè intelligendum de tali conditione

con-

contrariâ , qvæ juſtam exhæredationi cauſam præbeat, qvales deſcribuntur *in Novell. 115.* ultra qvas non videtur alia cauſa admittenda eſſe;
9 nam vix poteſt excogitari major & gravior ingratitudinis cauſa, qvæ ad has non poſſit referri. *Zæſ. hic n. 1. vid. Finckelth. obſ. 99.* ubi in ſpecie de filio, qvi noluit fidejubere pro patre, qvi propterea exhæredari neqvit, niſi in carcere fuerit pater. conf. *Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 366.* Et hinc apparet, multos in hoc titulo aliisqve textus hodie ceſſare , ut qvando agitur de exhæredatione poſthumi, vel infantis , vel de exhæredatione ex aliis, qvam in dicta Novella recenſitis cauſis.

10 *Ad §. 2.* Pater inſtituit hæredes duos, poſtea eis ſubſtituit tertium, & hic gradus dicitur ſecundus ; filium autem poteſt pater exhæredare, vel à primo tantum gradu, vel ſecundo gradu tantum, vel à totâ ſucceſſione, ſed ille gradus, à qvo non eſt exhæredatus, non ſubſiſtit, ab una verò
11 perſona non poteſt exhæredari , qvia ita à parte hæreditatis exhæredaretur , qvod fieri non poteſt. Et ſi ab una perſona exhæredatus eſſet, v. gr. à Titio , ab altera perſona videretur præteritus *hic & l. 8. §. 3. ff. de bon. poſſ. contra tabb.* Nec
12 obſtat *l. 13. §. 1. de hæred. inſt.* qvia loqvitur de inſtitutione, qvæ ut favorabilis adjuvanda. *Manzius*
13 *tit. 10. qv. 1. n. 18. & l. 2. ſeqq.* Deinde poſt aditam hæreditatem filius exhæredari neqvit. *Cujac. ad h. l. tom. 2. p. 688. Hillig. in Donell. lib. 7. c. 2. p. 454. Fr. Barry de ſucceſſ. lib. 10. tit. 2. n. 15.*

## ad L. Placet. 4. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*INſtitutio poſthumi trahitur ad omnem poſthumum, favore teſtamenti conſervandi. n. 1. & 3.*
*Ex hac ratione limitatur in aliis actibus. 2.*
*Ratio , cur maſculi tantum fiat mentio in* l. h. 4. 4.

1 INſtitutio poſthumi trahitur ad omnem poſthumum, etiam ex alia uxore natum, idqve favore teſtamenti conſervandi. *Dd. hic & Tiraq. in L. Si unqvam C. de Revoc. donat. in præf. num. 105. Menoch. conſil. 97. n. 84. & conſ. 106. n. 52. Paleotus de nothis. c. 29. num. 8. Berous vol. 2. conſil. 17. n. 20.*
2 Ideoqve aliud in exhæredatione. *Tiraq. n. 106.* vel in uſufructu uxori legato. *Tiraqv. d. l. num. 107.* Aliud etiam in poſthumo ex uxore non juſta naſcituro. *Mantica de conj. ult. vol. lib.*
3 *4. tit. 10. numer. 10. & ſeq.* Sed & ſi poſthumus inſtitutus , & plures naſcantur , omnes videntur inſtituti , qvia in re favorabili ſub ſingulari continetur plurale. *Manz. tit. 11. qv. 4. numer. 56.* Sed ſuperiora intelligenda, niſi ad certam uxorem ſe reſtrinxerit. *l. 28. §. 2. h. t. Me-*
4 *noch. conſ. 106. num. 51. Manz. d. l. n. 59.* Qvod autem *maſculi* faciat mentionem, ratio ea eſt, qvia agitur de ea inſtitutione, qvæ omiſſa vitiat teſtamentum, qvalis non eſt materna præteritio. *Hilliger in Donell. l. 6. c. 11. lit. C.* Sed hodie materna præteritio vitiat teſtamentum , de qvo alibi.

## ad L. Si filius. 7.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Diverſæ qvæſtiones ex hac lege formantur & deciduntur. 2. 3. & 4.*
*Præteritio filiifam. vel filiæfam. reddit teſtamentum ipſo jure nullum, licet decedant. 5.*

SPecies facti eſt hæc. Pater fecit teſtamentum, 1
& inſtituit in eo filium Petrum , vel exhæredavit, poſtea aliud facit teſtamentum , in qvo filiumfamilias Petrum præteriit , qvi vivo adhuc patre moritur. Hic qværitur 1. in genere, an va- 2
leat teſtamentum, in qvo filius præteritus eſt, ſi vivo patre moriatur filius, 2. An poſterius teſtamentum valeat, 3. An per id rumpatur teſtamentum prius. In prima & ſecunda qvæſtione vide- 3
tur dicendum , teſtamentum jure prætorio valere, *per L. Poſthumus. 12. tit. ſeq.* Sed negatur, qvia ab initio non conſtitit teſtamentum , & ſola remotio cauſæ , vitiantis actum, actum non redintegrat *l. 36. §. fin. ff. de milit. teſtam. Dn. Manzius de teſtam. tit. 8. n. 252. & conſ. Mantica de conject. ult. vol. l. 4. tit. 1. num. 29.* aliud eſt in poſthumo, aliud in filio nato : & ſic poſterior qvæſtio decidenda, qvod non rumpâtur. Qvomodo enim id, qvod ab initio invalidum , rumpere poteſt id, qvod validum eſt? Nec obſtat. *§. poſteriore. 2. Inſt. Ex qvib. cauſis teſtamenta infirmentur.* Nam 4
id teſtamentum ab initio erat validum , ex poſt facto tantum deſtituebatur , qvod hic non eſt. Præteritio igitur filiifam. vel filiæfam. reddit te- 5
ſtamentum ipſo jure nullum , adeo ut licet decedat filius , maneat tamen nullum. *hic & L. inter cætera. 30. h. t. Videatur Raphaël Cuman. in repet. h. l. vol. 3. & Stella in repet. L. Si duobus. §. ſi prius ff. contra tabb. n. 23.* Sed qvid ſi unum tantum te- 6
ſtamentum conditum eſſet, & filius in poteſtate exiſtens fuiſſet præteritus , isqve deceſſerit vivo patre, annon ii , qvi ab inteſtato aliàs ſuccedere poſſent, bonorum poſſeſſionem agnoſcere poſſunt ex illo teſtamento ? qvod affirmatur *per d. L. poſthumus. 12. Manzius t. 8. n. 254.*

## ad L. Si qvis poſthumus. 9. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*AN nepos excludendus ab hæreditate, ſi pater exhæredetur & nepos prætereatur , mortuo verò teſtatore, decedat pater ante aditam hæreditatem. n. 1.*
*An nepos poſſit ex ſuâ perſonâ teſtamentum dicere nullum , in qvo pater juſtè eſt exhæredatus, ipſe verò præteritus. 2. 3.*

1 SI qvis filium exhæredet, nepotem ex eo præ-
tereat, mortuo verò teſtatore moriatur filius,
ſi hæres adiit hæreditatem, qvia filius vixit tempo-
re mortis teſtatoris, qvod hic attenditur in cauſa
teſtati, nepos excluditur; qvia vivente filio nepo-
ti non debetur legitima, & non habet jus imme-
2 diatum ſuccedendi. Si autem hæres repudiave-
rit, nepos adire poteſt ab inteſtato, licet filius poſt
mortem patris, ante tempus tamen illud, qvo
deſtituitur teſtamentum, fuerit mortuus, nam hoc
tempus poſt deſtitutum teſtamentum in ſucceſſio-
ne ab inteſtato attenditur. Sed in cauſa teſtati
ſubveniri poteſt nepoti ex *l. 34. C. de Inoff. teſtam.*
ſi ſcilicet cauſa ingratitudinis non poſſit probari.
*Cujac. ad h. §. tom. 2. pag. 693. & Donell. lib. 6. c. 11.*
*poſt lit. D. & Hill. in Donell. lib. 7. c. 2. lit. C.* ubi ex
hac lege probare contendit, exhæredatum vivo
3 teſtatore non deſinere eſſe ſuum. Et ex hac lege
decidi poteſt qvæſtio, ſi filius juſtè eſt exhæreda-
tus, qvia ingratitudinis cauſa eſt probata, vel ex a-
lia cauſa à qverela arceatur, nepos autem ex eo ſit
præteritus, an hic ex ſua perſona teſtamentum poſ-
ſit dicere nullum? Qvam rectè negat, per hanc
legem & alias *Gomez. tom. 1. var. reſol. c. 11. num. 21.*
*Greſſ. §. teſtamentum. q. 56. n. 15. & Manz. de te-*
*ſtam. tit. 8. qv. 2. n. 421.* & alii, qvos citat & ſeqvi-
tur *Sande l. 4. t. 9. def. 7.* ubi & alia fundamenta
allegat, contrariisq; reſpondet, & juxta hanc in
Friſia eſſe reſponſum teſtatur, licet *Alex.* hic ſecu-
tus *Bart.* contrarium dicat.

## ad L. Commodiſſimè. 10.

### *SUMMARIA.*

*SEnſus legis inf. n. 1.*
*Regula, Caſus omiſſus à teſtatore habetur pro o-*
*miſſo, qvando locum habeat. 2. & ſeq.*
*An* h. l. 10. *ſit correcta* per l. fin. C. de poſth. hered.
inſt 6.
*Conciliatio harum legum foro non convenit. 7.*

1 SI qvis poſthumum ita inſtituerit, ſi me vivo
naſcetur, non intelligitur inſtitutus, ſi mor-
tuo teſtatore natus ſit, & è contrario. Unde col-
2 ligunt regulam, caſum omiſſum à teſtatore haberi
pro omiſſo, neqve extenſionem locum habere.
*Dec. conſ. 294. num. 7. Crayetta conſ. 136. n. 7.* Qvod
de eo caſu intelligit *Menoch. conſ. 106. n. 132. & ſeq.*
qvando perſona omnino incerta & incognita eſt
teſtatori, vel qvandò disertè ad unum caſum ſe
reſtringit, & eſt diverſitas perſonarum & ratio-
3 num. *Menoch. l. 4. præſ. 26. n. 13. & ſeqq.* Et legem
hanc tunc locum habere, qvando caſus omiſſus
inducerer diverſitatem perſonarum, vel inſtitu-
ti, vel ſubſtituti, ſecus verò, qvando facta exten-
ſione ad caſum omiſſum, eadem maneret perſo-
4 na vocata, tradit *Menoch. conſ. 432. n. 17.* Item
qvando caſus omiſſus eſt omninò diſſimilis ex-
preſſo, qvoad mentem, rationem, & effectum à
teſtatore conſideratum. *Menoch. d. conſ. 432. n. 18.*
Et non poteſt dici caſus omiſſus, qvando eſt ea-
dem ratio, & vero ſimilis mens teſtatoris. *Tiraq.*
*de Retr. conſang. §. 2. gl. 1. num. 19. & Menoch. conſ.*
*432. num. 21.* Aliud etiam eſſe putat *Berous vol. 2.* 5
*conſ. 17. num. 16. & conſ. 63. n. 39. & conſ. 102. n. 12.*
ſi teſtator mortem proxime inſtare putans, in id
tempus, ſi poſt mortem ſuam naſcatur, provide-
rit, qvia tunc locum habebit *l. fin. C. de poſthum.*
*hered. inſtit.* per qvam hanc legem correctam eſſe
putat *Zaſ. in l. Stichus. n. 7. de legat. 1. Cujac. hic,*
qvod tamen *Donell. in d. l. fin.* tantum ad caſum 6
dictæ legis fin. reſtringit. conf. *Bach. in Tr. vol. 2.*
*diſp. 11. th. 3. lit. D. p. 606. ut & Perez ad tit. Cod.*
*de poſthumis hæredibus inſtit.* Duaren. *in hoc tit.*
*ſub Rubr. de ratione inſt. poſthumos,* videtur illorum
ſententiam approbare, ſed *in d. l. ult.* tradi circum-
ſtantias, ex qvibus colligi poſſit, caſum omiſſum
eſſe, & an de caſu omiſſo non ſenſerit teſtator.
Qvam opinionem in ſcholis defendi poſſe, putem,
qvam etiam in d. l. ult. propoſui; Sed ſi ad praxin 7
ſtudia dirigamus, fatendum eſt, hanc concilia-
tionem viam pandere qvæſtionibus variis & con-
troverſiis. Nam ſi ex conjecturis elicienda vo-
luntas defuncti, res hæc eſt difficillima & conten-
tionis pleniſſima? Ideoqve an non foro conſule-
retur magis? ſi hanc legem per L. ult. abolitam
eſſe dicamus cum *Zaſio ad l. Stichum. de leg. 1. &*
*Cujac. hic. & Franc. Barry l. 10. t. 3. num. fin. & Ni-*
*col. de Paſſeribus in concil. legum pag. 453. num.*
*49. & Manz. tit. 11. qv. 4. numer. 10.* licet ea ſen-
tentia ab aliis refutetur. *vid. Theſaurus lib. 2. qv.*
*71. numer. 6.* Ideò ex regula etiam hac colligi-
tur, diſpoſitionem in unum caſum factam non va-
lere in alterum caſum. *vid. Clarus §. teſtamentum.*
*qv. 76. n. 10.*

## ad L. In ſuis. 11.

### *SUMMARIA.*

*FIlius fam. ſuccedens patri non dicitur novum do-*
*minium acqvirere. n. 1.*
*Statutum ſolutionem Gabellæ exigens ab herede, non*
*intelligendum de filio. 2.*
*Filius poſt mortem parentis non dicitur feudum ac-*
*qvirere. 3.*
*Areſtum juſtè decernitur liberis contra vitricum bo-*
*na liberorum detinentem. 4.*
*An Princeps omnia bona perduellis, liberos habentis,*
*bona conſcientia poſſit auferre. 5.*
*Liberi poſſunt bonorum poſſeſſionem defuncti paren-*
*tis, ſine vitio attentati, pendente lite apprehen-*
*dere. 7.*
*Per ſubſtitutionem vulgarem ſuitas exſtingvitur. 8.*

FIliusfam. ſuccedens patri, non dicitur novum 1
dominium acqvirere; ſed illud, qvod viven-
te patre habebat, continuare, & acqvirere tan-
tum dicitur, mortuo parente, adminiſtrationem,
qvam pater vivus habebat. Videatur plenior *h. l.*
reſolutio *apud Donell. lib. 7. c. 2. lit. P. ſeq. &*

*Vaſq.*

*Vaſq. de Succeſſ. progreſſ. §. 10. n. 2. ſeq. Tiraqv. de*
2 *Primogen. qv. 40. n. 97.* Unde inferunt, ſtatutum,
qvod ſolutionem gabellæ exigit ab hærede, non
eſſe intelligendum de filio. *Tiraq. in L. Si unqvam.*
3 *C. de revoc. donat. in præfat. n. 19.* Et qvod filius
poſt mortem parentis non dicatur acqvirere
feudum, ſed acqviſitum capere. *Tiraq. d. l. n. 20.*
4 Ita juſtè decernitur Areſtum liberis contra vitri-
cum, bona liberorum detinentem; qvo magis
enim vitrici in privignos creduntur malevoli, eo
magis, ut juſta reddant, coërcendi ſunt, ait *Dn.*
*Mev. p. 5. dec. 210. conf. Tiraqv. in L. Si unqvam in*
*præf. n. 19. & ſeq. C. de rev. donat. Vinc. Fuſarius*
5 *de ſubſtit. qv. 393. n. 15.* Cætera qvæ ad hanc legem
pertinent, paſſim habentur. Iſtud tantum ad-
do, an Princeps alicujus perduellis ſalva con-
ſcientia, etiam eo caſu, qvando liberi adſunt,
omnia ejus bona fiſco applicare, vel aliis conce-
dere poſſit? Nam illud qvidem non in dubium vo-
co, qvod poſſit eos ab honoribus arcere, vel ali-
qvid ex bonis iſtis confiſcare; putarem tamen, par-
tem notabilem, fortè legitimam, omninò liberis
relinqvendam eſſe. Nam qvia liberi in vivorum
parentum bonis jus qvæſitum habent jure Na-
turæ, Gentium, & Civili, perdurum fuerit, eo
jure liberos ob flagitium paternum privare, qvæ
6 ex Jure Gentium & Divino ita diſputo. Ex hac
lege infero, liberos ex priori matrimonio in ad-
miniſtratione ac poſſeſſione bonorum contra
vitricum omninò defendendos eſſe. *Dn. Mev. p.*
7 *4. dec. 392.* Et liberis licitum, poſſeſſionem bo-
norum defuncti absq; vitio attentati penden-
te lite apprehendere. *Lancellot. de Attent. p. 2. c.*
*4. lim. 1. n. 18. & ſeqq. & Menoch. d. l. num. ult.*
8 Ex hac lege infert *Fachin. lib. 4. qv. 71.* ſuitatem
per ſubſtitutionem vulgarem extingvi, qvia ſic
in arbitrio filii relinqvitur, an adire velit. *conf.*
*Vinc. Fuſarius de ſubſt. qv. 72.* ubi pro more pro-
lixè hoc declarat.

## ad L. Si ita. 13.

### *SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Deciſio. 2. & 3.*
*Similis fermè caſus contra deciditur. 4.*
*Mixtum continetur ſub ſimplici præſertim potenti-ori. 5.*

1 TEſtatus eſt aliqvis hoc modo: Si poſt mortem
meam uxor mea filium pepererit, filius ex
beſſe, uxor ex triente hæres eſto; ſi verò filiam
pepererit, filia ex triente, uxor ex beſſe hæres eſto;
& ex uxore nati ſimul filius & filia, qværitur,
annon hic ruptum ſit teſtamentum, qvia hic ca-
ſus, ſi filium & filiam peperit, in teſtamento non
2 expreſſus? Sed Julianus putavit, & hunc caſum
contineri, ex tacita defuncti voluntate, & ſic ean-
dem proportionem obſervandam, ut filius alte-
ro tanto plus habeat, qvàm mater, & hæc altero
tanto plus qvàm filia, ut ſcilicet partes ſeptem
fiant, & qvatuor partes dentur filio, duæ uxori,
una filiæ. *vid. Cujac. ad lib. 29. Digeſt. Salv. Ju-*
*liani tomo 1. p. 2001. & tomo 2. pag. 695. & ſeq.* Si
qvis ergò poſthumum & poſthumam alternativè 3
inſtituat hæredes, in diverſis partibus, ſi uterqve
naſcitur, non videtur ruptum teſtamentum; ſed
ex proportione partium, qvas teſtator expreſſit,
facienda eſt diſtributio; qvod prolixius explicat
*Fortunius Garcias in repet. L. Gallus. qvid ſi tantum*
*h. t. num. 123.* Sed qvid ſi filio morienti ſine 4
maſculis, relictis fœminis ſubſtituam Cajum;
autem maſculis Cajo relinqvam centum? & à
deciſione hujus legis, ſi maſculos & fœminas re-
linqvat filius, recedendum eſſe vult *Bart. quem*
*ſeqvitur Mant. lib. 11. de conject. ult. volunt. tit. 15.*
*n. 5.* qvia hæc L. procedit de æqvitate, favore
teſtamenti conſervandi. Aliud verò in fideicom- 5
miſſo, ubi eſt onus, & conditio videtur deficiſſe.
Collige, mixtum ſub ſimplici contineri. *Tiraqv.*
*de LL. Connub. gl. 5. num. 76.* præſertim qvod eſt
potentius. *l. 10. ff. de ſtat. hom. Tiraq. de Retract.*
*p. 1. §. 30. gl. 1. n. 15. Pruckman. vol. 1. conſ. 10. n. 137.*
Ex eo aliqvem, qvi ex paterna linea ad ſtipen-
dium admiſſibilis erat, ſed ex linea materna re-
pellebatur, admiſimus, 24. Octobr. anno 1645.
Magis verò in favorabilibus mixtum ad ſimplex
refertur, qvàm in odioſis. *Tiraqv. d. l. gl. 5. n. 71.*
*Dec. conſ. 213. n. 4.*

## ad L. Si filius. 16.

### *SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*De conciliatione* l. h. cum l. ventre 84. de ac-qvir. her. *agitur remiſſivè. 2.*

SPecies facti eſt hæc. Inſtituit qvis filium hæ- 1
redem, omiſſo poſthumo, filioqve ſubſtitutus
nepos, ſi interim moriatur filius, poſthumo
non nato, nepos tàm patri qvàm avo hæres erit.
Conciliationem hujus L. cum *l. ventre. 84. de* 2
*acqvir. hær.* vid. apud *Cujac. lib. 3. obſ. 21. & Ant.*
*Fab. lib. 1. conjectur. c. 10. Donell. & qvos allegat*
*Hill. lib. 7. c. 2. lit. I. Pac. cent. 5. q. 89. Wiſſ. ad h.*
*t. th. 10.*

## ad L. Multi. 18.

### *SUMMARIA.*

*Exheredatio in utilitatem liberorum ſine cauſa facta valet. n. 1.*
*Extenditur ad præteritionem.*
*Exempla, ubi bonâ mente cenſetur exheredatio facta. n. 3.*

MUlti non nota cauſa exhæredes ſcribunt libe-
ros, ſed ut liberis conſulant eaq; exhereda-
tio ſine cauſa valet. *Don. lib. 6. c. 12. lit. N. & ibi Hill.*

2 qvi idem putat in præteritione, *per l. 16. C. de bon.*
*poſſ. contr. tabb.* conf. *l. 12. & 25. C. de inoff. teſt. l.*
*46. ad Trebell. l. 47. de bonis libert. Graſſ. §. teſta-*
*mentum qv. 43. Manz. de Conject. ult. vol. lib. 4.*
*tit. 11. n. 17. Cucbus in tr. de Legitima. tit. Nullum*
*gravamen legitima admittit. n. 25.* qvi hanc legem
non eſſe correctam, putat cum *Simone de Pratis,*
qvem allegat *Hillig. d. l. & Garcias in repet. d. §.*
*& quid ſi tantum. n. 100.* Qvando autem bonâ
mente exhæredatio videatur facta, vid. *Menoch.*
*lib. 4. præſ. 28. & Maſcardus de Probat. concl. 715.*
3 Breviter hæc poſſunt adduci exempla: ſi pater,
videns filium non eſſe induſtrium, eum ad cer-
tum tempus exhæredet. *Menoch. d. l.* vel ſi pater
inſtituat extraneum, ut filio aliqvando reſtituat
hæreditatem. *Maſc. concl. 715.* vel ſi mater habens
maritum prodigum, inſtituat filium, ſi juris ſui
factus fuerit. conf. *Barry de Succeſſ. lib. 2. tit. 2.*
*n. 24. Dn. Richt. dec. 21. n. 48. & ſeq. Berlich. p. 3.*
*concl. 15. n. 54. & p. 1. dec. 110. Carpz. p. 3. conſt. 9.*
*def. 11.* vel ſi mater filium prodigum videns, ejus
liberos inſtituat, relicto tamen filio uſufructu:
qvale exemplum habet *Sande l. 4. tit. 2. defin. 3.*

## ad L. Cum qvidam, 19.

*SUMMARIA.*

*Inſtitutio fieri poteſt in re certâ. n. 1.*
*Non exheredatio. 2.*
*Teſtamentum, in qvo filius pro parte exhæredatur, eſt nullum. 3.*

1 POteſt inſtitutio fieri in re certâ, ubi tamen ille
hæres eſt, detracta rei certæ mentione. *l. 1. §.*
2 *4. infr. de Hered. inſtit.* Sed aliud in exhæreda-
tione, ubi filius à parte vel à fundo certo exhære-
dari neqvit, qvia illa favorabilis eſt, hæc odioſa;
ſed odia reſtringenda, favores verò ampliandi,
qvam regulam ex textu hic colligunt Dd. & qvos
allegat *Aug. Barb. lib. 13. c. 16. ax. 5. Menoch. conſ.*
*95. & conſ. 150. n. 57.* conf. *c. Odia. 15. de R. J. lib. 6.*
3 *Petr. Peck. ad d. c. Odia. num. 7.* Et ſic filius pro
parte certâ exhæredatus habetur pro præterito,
& teſtamentum eſt nullum. *Manz. de teſt. tit. 10.*
*q. 1. n. 16.*

## ad L. Filio. 23.

*SUMMARIA.*

*Filio à patre iterum arrogato poſt emancipationem an noceat exhæredatio ante ſcripta. n. 1.*
*Qvicqvid ad priſtinam naturam redit, idem eſſe dicitur, ac ſi nullo tempore naturam amiſiſſet. 2.*
*Exempla adducuntur ex hoc decidenda. 3.*

1 SI pater exhæredaverit filium, & domo expul-
ſum emancipaverit, ſi poſtea eundem iterum
arrogaverit, non videtur per hoc exhæredatio
ſublata; qvæ communis hujus legis ſententia
eſt, propter hanc rationem, qvia alias filius rum-
peret teſtamentum. *P. Gerhardi ſingular. 3. n. 24.*
*& qvos allegat Vaſq. de Succeſſ. Creat. §. 30. n. 195.*
qvamvis *n. ſeqventi & lib. 3. illuſtr. qv. 106. n. 23.*
propter præſumptam reconciliationem inoffi-
cioſi qverelam dari putet. Colligunt etiam ex
h. L. Qvicqvid ad priſtinam naturam redit, idem 2
eſſe ac ſi nullo tempore naturam amiſiſſet. *Rum.*
*vol. 5. conſ. 86. n. 5.* & facile aliqvid redire ad pri-
ſtinam naturam. *Klock. conſ. 50. n. 300. vol. 1. &*
*vol. 2. conſ. 19. num. 5.* Unde probat *Dn. Mev. p. 5.*
*dec. 182.* bona collectabilia, qvæ aliqvandiu pe- 3
nes exemptores fuere, ſi ad cives redeant, priſti-
nam ſuam naturam ſeu collectabilitatem conſe-
qvi. Item ſi veritas & fictio concurrant ad unum
effectum, veritatem eſſe præferendam, *A. Barb.*
*lib. 19. c. 11. ax. 6.* Item filium adoptivum eſſe
tantum imaginarium. *Petrus à Plac. in Epit. delict.*
*l. 1. c. 40. n. 6.*

## ad L. Titius. 25. §. Lucius. 1.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Reg. Qvod teſtator pro ſuâ voluntate interrogatus reſpondiſſet & declaratus fuiſſet, id pro expreſſo eſt habendum. 2.*
*Deſideria morientium colliguntur ex voluntate viventium. 3.*
*Affectio teſtatoris qvid operetur. 4. 5.*
*Lex hæc in inſtitutione obtinet, non in ſubſtitutione. 6.*

PAter inſtituit, qvem filia paritura eſt, ſed igno- 1
rante patre filia ruri jam enixa fuerat, qvær.
an valeat teſtamentum? Reſpondetur, ex pro-
prietate ſermonis non videri vocatum, ſed ex præ-
ſumpta voluntate teſtatoris, nam ſi deſuper in-
terrogatus fuiſſet; qvid ſi, Domine teſtator, jam
peperiſſet filia? procul dubio lætus & exultans
reſpondiſſet, Hæres eſto. Unde colligunt Dd.
regulam: Qvod teſtator pro ſuâ voluntate inter- 2
rogatus reſpondiſſet & declaraturus fuiſſet, id
pro expreſſo eſſe habendum. *hic & gl. in l. Tale*
*pactum in fin. de Pactis.* Et in hoc noſtro §. eam
regulam in ultimis voluntatibus utiliſſimam eſſe
notant hic *Bart. Alex. Jaſon.* qvi hic dicit, nul-
lam eſſe regulam utiliorem in ultimis volunta-
tibus *Curtius Sen. conſ. 44. num. 17. Pariſ. conſ.*
*77. num. 22. vol. 2. Cravetta conſ. 98. num. 2. num.*
*6. Klock. vol. 3. conſ. 110. num. 71. Hippol. de Marſil.*
*ſing. 343. Berlich. p. 2. dec. ult. Surdus vol. 1. conſ.*
*88. n. 15. & conſ. 112. n. 100. & conſ. 125. n. 15.* Et
deſideria morientium colliguntur ex voluntate 3
viventium. Et id videtur teſtator voluiſſe, qvod
alii viventes recti judicii in ſimili ſpecie facient.
*Cravetta conſ. 98. in fine & qvos refert. Barb. ad*
*l. 4. C. de Natur. lib.* Colligunt etiam ex hoc §. Si 4
teſtator me ſubſtituerit poſthumo nato, me hære-
dem fore poſthumo non nato, ob affectionem erga
me demonſtratam, per ea qvæ tradit *Vincent. Fuſ.*
*de*

*de Subſtit. qv. 64.* ubi *n. 1. & 2.* plures citat & variè declarat. Et caſum unum extendi ad alium caſum ſimilem. *Menoch. conſ. 243. n. 2. & per to-*
6 *tum conſilium.* Et hanc legem in inſtitutione, non verò in ſubſtitutione fideicommiſſaria locum habere, qvia hic ſubeſt ratio, ne teſtamentum corrueret, qvæ ratio in fideicommiſſaria ſubſtitutione ceſſat, hinc & mens conjecturata ceſſat. *Menoch. conſ. 106. n. 57.*

## ad L. Gallus. 29.

### *SUMMARIA.*

*SEntentia legis de inſtitutione poſthumi ex formula Aqviliana & leg. Velleja. n. 1.*

*Caſus inſtitutionis in caſum mortis filii directus, ad qvos extendatur. 2.*

*Diſpoſitio facta in uno caſu an porrigenda ad alium. 3.*

*Formula* Manzii ex h. l. §. 13. & 14. 4.

*Publicè intereſt, ut teſtamenta ſuo non deſtituantur effectu. 5.*

1 DIfficilioris hujus legis ſententia eſt hæc, qvod cum poſthumi nepotes inſtitui non potuerint, cum viderentur alieni. *§. 26. Inſt. de legat.* ruperint autem teſtamentum, patre ſuo præmortuo, Gall. Aqvilius formulam invenit, qva inſtituerentur poſthumi nepotes, qvæ *hic* refertur in *princ.* & cum formula Galli de poſthumis poſt mortem avi natis loqvatur, Lex Velleja poſtea id ad poſthumos nepotes avo vivente natos extendit, ſed poſt teſtamentum. *Donell. lib. 6. t. 11. Cujac. ad h. l. tom. 2. Barry de Succeſſ. lib. 10. tit. 3. n. 10. Vultej. in §. 1. num. 11. de inſt. hæred. conf. Zæſ. ad h. t. n. 35. & ſeqq.* ubi hanc legem prolixè tractat. *Struv. th. 28. & ſeqq. Wiſſenb. th. 3. 5. & ſeqq.*

2 *Ad §. 5.* Caſus autem inſtitutionis in caſum mortis filii directus, etiam ad caſum deportationis extenditur, vel ad caſum nepotis emancipati, *per hanc L. Et celebrem paragraphum & qvid, ſi tantum. 5. hujus legis, vid. Cujac. ad §. h. & Dd. qvi in vol. 3. repet. Jur. Civ. ad h. §. commentati*
3 *ſunt*; Unde colligunt, diſpoſitionem factam in uno caſu porrigendam eſſe ad alium. *Berous vol. 2. conſ. 63. n. 33.* qvamvis *Rimin. vol. 4. conſ. 412. n. 53.* extra caſum *h. §.* regulam illam non
4 admittat. Plura hac de re videantur præter citatos Dd. apud *Manz. de teſtam. tit. 11. qv. 4.* ubi *n. 41.* ex h. l. *§. 13. & 14.* hanc formulam tradit: Si qvis ex ſuis hæredibus ſuus eſſe deſierit, liberi ejus in locum ſuorum ſui hæredes ſucceduntο. Et hæc brevi compendio omnes caſus continet, qvibus nepos ſuus hæres futurus, rumpere poteſt teſtamentum. Cætera, qvæ à Repetitoribus hujus legis & aliis ſubtiliter diſputantur, ſine magno incommodo ignorantur, *Vid. Manzius d. l. num. 43.* Et ex *Gloſſa in §. 6.* in verbo *utilitate* 5
colligunt Dd. publicè intereſſe, ut teſtamenta ſuo non deſtituantur effectu. *Cephalus conſ. 624. num. 20.*

## ad L. Inter cætera. 30.

### *SUMMARIA.*

*TEſtamentum, in qvo filius præteritus, ipſo jure nullum eſt. n. 1.*

*An ſi legitimæ loco nonnihil relictum, filius inſtitutus videatur. 2. & 3.*

*An & filia inſtituta, ſi illi in teſtamento paterno dos data. 4.*

TEſtamentum, in qvo filius præteritus, i. e. 1
nec inſtitutus nec exhæredatus reperitur, eſt ipſo jure nullum, de qvo *Manteca de conject. ult. vol. l. 4. tit. 1. n. 18. & 29.* Sed hic qvær. qvid 2
ſi loco legitimæ nonnihil ſit relictum, an tunc videtur inſtitutus filius aut filia? Aff. qvia verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda, & inſtitutio benigna interpretatione adjuvanda. *Dauth. de teſtam. n. 349. Clarus §. teſtamentum. qv. 58. n. 1.* Qvod tamen limitatur 1. niſi per hæ- 3
redem exolvi juſſerit; hoc enim ſaperet naturam legati. *Carpz. p. 3. conſt. 9. def. 8.* 2. niſi pater filium prohibeat plus petere. *Dauth. d. l. n. 351.* qvia clauſula de non plus petendo repugnat inſtitutioni, cujus natura eſt recipere augmentum. *l. 1. §. 4. & l. 10. de hæred. inſt.* Qvid ſi verò in teſta- 4
mento paterno filiabus dos data, & nihil præterea? Reſp. ſi fratres inſtituti, & filiabus ſola dos conſtituta, licet aliàs dos locum legitimæ ſuſtinere poſſit, hic tamen non, cum etiam in teſtamento inter liberos imperfecto, ſolennitas & neceſſitas inſtituendi liberos non ſit ſublata: & ita deciſum refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 14.*

# TITULUS III.

# De injuſto, rupto, irrito facto teſtamento.

## Ad L. Teſtamentum. 1.

### *SUMMARIA.*

*TEſtamentum vel eſt ipſo jure nullum, vel infirmatur. n. 1.*

*Infirmationis cauſa triplex. 2.*

*Alia partitio reſolvendi teſtamentum. 3.*

TEſtamenta vel ab initio ſunt injuſta ſive 1
nulla ob defectum ſolennium, vel liberorum præteritionem; vel ſunt prius valida, & infirmantur ex poſtfacto ex triplici
cauſa: Aut enim 1. rumpuntur alio teſtamento 2
facto, aut agnatione ſui hæredis. 2. aut irrita fiunt

capitis deminutione, aut deſtitutione, nullo hærede ex teſtamento adeunte, aut 3. reſcinduntur per qverelam. *Waſenb. in π. hic n. 2. ſeq. Tr. vol. 2.*
3 *diſp. 10. th. pen.* Alii ita; teſtamentum reſolvitur vel facto teſtatoris ipſius, vel ſine ejus facto, à lege; Et hoc qvidem qvadrupliciter, 1. ex defectu ſolennitatum, 2. ob præteritionem, aut exhæredationem iniqvam vel nulliter factam, 3. qvod ſtatus teſtatoris in deterius mutetur, 4. qvod nullus ex teſtamento hæres. *Franc. de Barry de Succ. l. 10. tit. 1. n. 1.*

## ad L. Tunc autem. 2.

*SUMMARIA.*

*Poſterius teſtamentum imperfectum non rumpit prius. n. 1.*
*Ampliatur. 2.*
*Qvid ſi poſteriori clauſula Codicillaris adjecta. 3.*
*Duo caſus, qvibus imperfecto poſteriori rumpitur prius. 4.*
*Imperfectum prius revocatur per aliud æqve imperfectum. 5.*

1 POſteriori teſtamento rumpitur prius; ſed non aliter, niſi poſterius ſit perfectum. *Maſcardus*
2 *de probat. concl. 1289. n. 32.* Qvod ampliatur, licet poſterius habet clauſulam caſſatoriam reſpectu prioris. *Covarr. p. 2. rubr. de teſtamentis num. 79. Mantica de conject. l. 3. tit. 4. num. 9. & l. 12. tit. 1. num. 30. Barry d. lib. 10. tit. 1. num. 30.* adeò, ut ne qvidem legata in priori teſtamento relicta tollantur, licet alias hæc nuda voluntate per exceptionem ſcil. tollantur *Barry d. l.* de qvo tamen dubito, qvin potius revocatione coram duo-
3 bus teſtibus fieri poſſe puto, per tradita infra *ad l. 9. §. fin. ff. de Adim. leg.* Per clauſulam Codicillarem poſteriori teſtamento additam ſuſtinetur poſterius teſtamentum, modo habeat 5. teſtes, & ſic obliqve revocatur teſtamentum prius per
4 poſterius, clauſula Codicillari munitum. Duo tamen hic caſus referuntur, in qvibus teſtamentum poſterius, etiam imperfectum tollit prius; 1. ſi poſterius Jure militari factum. 2. ſi in poſteriori, (qvod nullum eſt ob defectum ſolennitatum, aut ob præteritionem filii) illi inſtituti, qvi ab inteſtato ſuccederent. *Hic & l. 21. §. 3. C. de Teſtam. Barry de Succeſſ. lib. 10 tit. 1. p. 31. Dn. Struv. hic. th. 41.* Neceſſe verò eſt hoc caſu, ut omnes ab inteſtato ſucceſſuri in poſteriori teſtamento inſtituantur. *Dd. ad d. §. 3. Riminal. vol. 1. conſ. 12. n. 45. & vol. 3. conſ. 269. n. 60. Facb. lib. 4. c. 6.* conſ.
5 *Cujac. ad h. l. tom. 2. pag. 709.* Imperfectum autem prius Teſtamentum revocatur per aliud imperfectum. *l. 34. §. 1. ff. de Milit. Teſt. Barry d. l.*

## ad L. Poſthumi. 3.

*SUMMARIA.*

*Intellectus l. h. n. 1.*
*Poſthumus an & qvando hodiè exheredari poſſit. 2.*

HÆc lex agit de ruptura Teſtamenti per agna- 1
tionem poſthumi, ſive poſt mortem, ſive poſt teſtamentum nati, non tantùm ſui; ſed etiam cujuscunq; filii aut filiæ. *Dn. Struv. h. t. th. 37.*
De exhæredatione poſthumi, qvod hic dicitur, 2
non magnam habet utilitatem, qvia ſine cauſa, qvæ in poſthumum non cadit, nulla hodie exhæredatio; ſed bonâ mente tamen, & in commodum poſthumi, exhæredari eum poſſe, dubitandum non eſt, ut tradit *Mantica de Conject. ult. vol. l. 43. tit. 13. n. 15.*

## ad L. Si qvis filio. 6.

*SUMMARIA.*

*Nepos præteritus an poſſit rumpere teſtamentum avi. n. 1.*
*An & qvando per legitimationem prolis rumpatur teſtamentum patris. 2.*
*Irritum fit teſtamentum per ſententiam capitalem. 3.*
*Limitatur variè. 4.*
*Qvid hodiè obtineat. 5.*
*Verbum CREDO de qvonam in §. 6.* h. l. *accipiatur & aliàs accipi ſoleat. 6.*
*Teſtamentum captivi valet, ſive redeat, ſive non. 7.*
*Damnati teſtamentum reconvaleſcit per reſtitutionem. 8.*
*Teſtamentum filiifam. de bonis caſtrenſibus emancipatio non reddit irritum. 9.*

AD pr. Caſus ſuperveniens non poteſt officere 1
teſtamento morte teſtatoris jam confirmato; & ſic nepos non poteſt rumpere teſtamentum avi, morte jam confirmatum: ſed ſi filius vivo patre deceſſiſſet, nepos reperiretur præteritus, & ſic rumperet teſtamentum. *Tiraq. de Primogen. qv. 40. n. 151. Donellus lib. 7. c. 2. lit. C. & K. & ibi Hill.* Ex eadem ratione, licet per 2
legitimationem prolis rumpatur teſtamentum prius à patre factum, ut eſt communis opinio, per tradita *Theſſauri dec. 84. n. 1. Val. Forſteri de Succ. ab int. l. 6. c. 37. n. 8.* Aliud tamen eſt, ſi legitimatio fiat à Principe poſt mortem patris.

*Ad §. 6. & ſeq.* Irritum fit teſtamentum in ſpe- 3
cie etiam per ſententiam capitalem, qvia per eam ſervus pœnæ efficiebatur; idem in eo, qvi conſcientia criminis ſibi mortem conſcivit, de qvo *Menoch. lib. 2. Arb. qv. caſ. 284. n. 14. Vaſq. de Succeſſ. reſol. §. 3. n. 31.* Limitatur verò 1. in milite ex 4
delicto militari damnato, militariter teſtato. *hic §. 6.* 2. in eo qvi appellaverat. *§. 7.* & 3. in eo, qvi illicitè damnatus. *§. 10.* Sed hæc cauſa irritatio- 5
nis moribus noſtris ceſſat, excepto crimine Majeſtatis. *Carpz. Jurispr. p. 3. conſt. 16. def. 1. & ſeq. Men. caſu 284. n. 16. Farin. qv. 128. p. 2. n. 77. Finckelth. obſ. 43. tit. 2. n. 36. & ſeqq.* ubi allegantur rationes, qvæ in effectu unica eſt, qvia bona & libertas damnatis non adimuntur, & ſine operæ pretio diſputant diſſentientes contra notoriam praxin & conſvetudinem. Circa verbum CREDO 6
hic

hic notant Dd. qvando credere ſe dicunt teſtes,
de affirmatione hoc eſſe intelligendum. *Bald. hic.*
Alias credo de factis alienis ſolet accipi. *Farin. q.*
*68. §. 2. lim. 14. n. 99.*

7 *Ad §. pen.* Si qvis ab hoſtibus capiatur, valet
teſtamentum ejus, ſive redeat ſive non; illud ju-
re poſtliminii, hoc per fictionem L. Corn. Sic et-
8 iam damnati ex perduellione teſtamentum recon-
valeſcit, per reſtitutionem ſpecialem factam à
Principe. *Donell. & ibi Hillig. lib. 6. c. 16.*
*lit. R.*

9 *Ad §. ult.* Filiusfamilias de caſtrenſibus bonis
teſtatus emancipatur, an fit irritum teſtamen-
tum? Neg. qvia mutatione ſtatus in melius, non
fit irritum teſtamentum. *Donell. & Hillig. d. l. lit.*
*M. Barry de Succeſſ. l. 10. tit. 14. n. 4.*

## ad L. Similes. 7.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*

1 MIles inſtituit deportatum, qvod ut miles fa-
cere poterat, eiq; ſubſtituit alium, qvi jure
communi capax eſt, poſt annum miſſionis mor-
tuus eſt teſtator, & ita privilegium teſtamenti
militaris expiravit, qværitur: an deportatus ſuc-
2 cedat, an ſubſtitutus? & poſterius affirmatur,
qvia illa inſtitutio deportati erat invalida jure
communi, licet ſpeciali jure eſſet valida, ſcilicet
militari. *Surdus dec. 144. n. 25.* conf. *Crotus conc.*
*236. n. 31.*

## ad L. Poſthumus, 12.

### *SUMMARIA.*

*QVibus caſibus teſtamentum ruptum reconva-*
*leſcat. n. 1. 4. & ſeq.*
*Intellectus legis. 2. 3.*

1 TEſtamentum, qvod agnatione ruptum, ſi
poſthumus vivo teſtatore moriatur, recon-
valeſcit de jure Prætorio, ſi ſolennitates habeat
alias debitas. *Donell. & Hillig. d. c. lit. P. & Q.*
*Cuman. in rep. l. ſi filius. tit. prac. n. 33. Clarus §.*
*teſtamentum. qv. 45. Vaſq. de Succeſſ. Creat. §.*
2 *15. n. 40. Gerbard. ſingul. 3. n. 21.* Loqvitur autem
hæc Lex de eo caſu, qvando rumpitur ex facto
alterius, aliud ſi ex facto voluntario teſtatoris
rumpatur, *per l. 11. §. ult. de bon. poſſ. ſec. tabb.*
3 Clauſula autem illa, ſi bonorum poſſeſſio data
fuerit ei, qvi rem ab inteſtato auferre potuit, ad
omnes caſus præcedentes relata eſt à *Donell. d. c.*
*16. lit. Q.* à qvo meritò diſſentit *Duaren. ab Hil-*
*lig. ibid. alleg. & Menoch. conſ. 130. Simon de Pra-*
*tis lib. 3. interpr. 1. dub. 6. ſol. 4. n. 14. Gomez. t. 1.*
*reſol. c. 11. num. 4.* qvia diſpar inter eos caſus eſt
4 ratio. Et ſic duplex eſt caſus, primus de teſta-
mento rupto, ubi non reqviritur, ut ab inteſtato
alias ſucceſſuri in primo teſtamento ſint inſtituti.
Secundus in teſtamento injuſto aut irrito per di- 5
minutionem capitis teſtatoris; & hoc caſu ſi te-
ſtator in priſtinum ſtatum redeat, convaleſcit
teſtamentum, ſi in illo teſtamento ſucceſſuri ab
inteſtato reperiantur inſtituti. Adeoqve primus
caſus hujus legis etiam locum habet, ſi extraneus
ſit inſtitutus. *Sim. de Pratis, Menoch. & Gomez*
*ſupra allegati, & hos ſeqvens Fr. Barry lib. 10. tit.*
*3. num. 25.* Sic conjungendus huic legi textus 6
*in l. 3. §. 14. ff. De bonis libertorum,* ubi petitur bo-
norum poſſeſſio, qvando libertus patronum in-
ſtituit hæredem, ſi filius hæres non erit, & hic
vivo patre moriatur. *Mant. de conject. ult. vol.*
*l. 4. tit. 1. n. 29.*

## ad L. Cum in ſecundo. 16.

### *SUMMARIA.*

*AN poſterius, cui adjecta conditio, rumpat prius*
*teſtamentum. n. 1. & 4.*
*An &, ſi hæres in poſteriori non adeat hæredita-*
*tem. n. 2.*
*Qvid ſi planè incapax in poſteriori inſtitutus. 3.*

PEr ſecundum teſtamentum prius rumpitur, 1
licet conditio, ſub qva in ſecundo inſtitutus
erat hæres, non extiterit, modo exiſtere, & ſic
hæreditas adiri potuerit. *Clar. §. teſtamentum. q.*
*96. Maſc. de Probat. concl. 1289. n. 21. Z. ſ. h. t. n.*
*18. Pantſchmannus p. 2. qv. 10. n. 15.* Idem, ſi in 2
poſteriori teſtamento inſtitutus hæres non adeat
hæreditatem, ſi adire potuit, aut ſi vivo teſtatori
præmortuus. *Franc. Barry lib. 10. de Succeſſ. tit.*
*1. n. 11. Mantica de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 1. 43.*
Si qvis autem in ſecundo teſtamento inſtituerit 3
planè incapacem, ſciens vel ignorans, aut in ſe-
cundo præterierit filium, prius non rumpetur per
poſterius, *Barry d. l.* Aliud verò in conditione
ſumpta non à futuro caſu, ſed præſente aut præ-
terito, licet ignorato. Nam ſi hæc conditio de-
fecerit, poſterius teſtamentum prius non rum-
pit, qvia talis conditio deficiens ſtatim annullat
actum. *§. 6. inſt. de V. O. Zaſ. d. l. Donell. lib. 6. cap.*
*19. in fine.*

## ad L. Filio præterito, 17.

### *SUMMARIA.*

*TEſtamentum, in qvo poſthumus præteritus, qvi-*
*bus caſibus ſuſtineatur à prætore. n. 1.*
*Approbatio teſtamenti à filio præterito an præjudi-*
*cet reliqvis fratribus in minore parte inſtitu-*
*tis. 2. & 3.*

TEſtamentum, in qvo poſthumus præteritus, 1
non tantum à Prætore ſuſtinetur eo caſu, qvo
ille parente vivo mortuus, ut *in l. 12.* ſed etiam
qvando filius præteritus ſe abſtinuit à paterna
hæreditate, *per h. l. Don. lib. 6. c. 13. & ibi Hill.*
*lit. C. Clar. §. teſtam. qv. 43. n. 2. Bach. in Tr. diſp.*

2 *tt. th. 1. lit. C.* Sed in præjudicium cæterorum
fratrum in minore parte inſtitutorum, non po-
teſt confirmare filius præteritus teſtamentum,
nec impedire, qvo minus bonorum poſſeſſionem
contra tabb. cæteri petant, *per l. 10. de bon. poſſ.*
*contra tabb. Clarus d. l. n. 4. Boër. dec. 96. n. 8. Cevallos q. 21. Dauth. de teſtam. n. 352. Graſſ. qv. 48.*
*num. 9. & qvos laudat Barry lib 10. tit. 3. num. 21.*
qvia jus dicendi teſtamentum nullum etiam fratri-
3 bus non præteritis eſt qvæſitum. Sic ergò approba-
tio teſtamenti ſoli filio præterito approbanti præ-
judicat. *conf. Reuſn. p. 3. c. 16. n. 13.* ubi hanc *L.* ex
clauſula *in l.* 12. poſita limitat, niſi extraneus hæres
inſtitutus, qvia tunc ceſſat favor teſtamenti. Sed
diſſentit *Clarus d. qv. 43. & Graſſ. q. 48. & Barry d. l. n. 22.*

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Subſtitutio potior eſt jure accreſcendi. 2.*
*Limitatur, ſi liberis extraneus ſubſtitutus. 3.*

EGo & Titius ſumus inſtituti, nobis alii ſubſti- 1
tuti, Titius deficiebat, vel qvod prius mor-
tuus ſit, vel qvod repudiavit ſuam partem, qvæ-
ritur hic, an Titii portio ad me perveniat jure ac-
creſcendi, an ad ſubſtitutum? Et poſterius affir- 2
matur, qvia ſubſtitutio potior jure adcreſcendi,
qvia magis enixa voluntate teſtatoris nititur,
*per l. 2. §. pen. de bon. poſſ. ſec. tab. Duarenus de jure adcreſc. lib. 2. c. 26. & qvos refert Hill. ad Donell. l. 7. c. 12. lit. E. & Mantic. conject. ult. vol. l. 4. tit.*
*12. num. 18.* Interdum tamen ex aliis conjecturis 3
Jus adcreſcendi ſubſtituto potius eſt *per l. 30. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* v. gr. ſi liberos qvis inſtituerit, & extraneos ſubſtituerit, nam uno ex deſcendentibus deficiente, ſubſtitutus excluditur, propter conjecturam voluntatis teſtatoris, qvi præſumitur magis dilexiſſe liberos, qvàm ſubſtitutos. *Mantica d. t. 12. n. 21.*

# Titulus IV.

# De his, qvæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

### Ad L. Qvæ in teſtamento. 1.

*SUMMARIA.*

*INductio vel cancellatio qvatenus vitiet teſtamentum, n. 1. & 2.*
*Teſtamentum non vitiant ea, qvæ in margine ſcripta, n. 3.*

1 QVæ in teſtamento conſummato legi poſ-
ſunt, ſi inconſultò deletio facta, diſpoſi-
tio omninò valet, ſcil effectu, nam ipſo
jure valet. Sed obſtat exceptio doli. *vid.*
*Cujac. Tom. 2. ad h. l.* Sed communiter Dd. volunt,
inductione & cancellatione revocari teſtamen-
tum ſcriptum. *Cravetta conſ. 228. n. 1. Clarus l. 3.*
*§. teſtam. q. 93. Zaſius l. 1. conſ. 2. n. 31. Vaſq. de Suc-*
2 *ceſſionis Creatione §. 21. lim. 7. n. 28.* An autem
conſulto vel inconſulto facta ſit, diſtingvunt com-
muniter Dd an teſtamentum reperiatur apud te-
ſtatorem, an apud alium; ut illo caſu conſulto,
hoc caſu præter voluntatem teſtatoris deletio fa-
cta præſumatur. *Gilken ad l. 12. C. de teſtam. n. 12.*
*Menoch. rem. 4. adipiſc. poſſeſſ. n. 709. Carpz. p. 3.*
*conſt. 3. def. 3. Dant. ad l. 21. §. ſi qvid poſt n. 18. C.*
3 *de teſtam. conf. Dn. Struv. hic th. 30. & ſeq. Wiſſ. hic*
*th. 18.* Multò minus vitiatur teſtamentum per
ea, qvæ in margine adſcripta, ſi non contradi-
cant iis, qvæ in teſtamento habentur, nam inde
dubia redderetur voluntas teſtatoris. *Carpzovius d. def. 5.*

### ad L. Cancellaverat. 2.

*SUMMARIA.*

*REvocatio teſtamenti pro parte. n. 1.*
*Qvid ſi omnia nomina heredum cancellata. 2. & 3.*
*Cancellatio præſumitur facta ex voluntate teſtatoris. 4.*

CAncellatio teſtamenti à teſtatore conſulto 1
facta, vel fit in parte teſtamenti, & cætera
ſalva erunt, aut omnia nomina hæredum cancel- 2
lata, & tunc ſubdiſtingvitur, ex qva cauſa id fe-
cerit, an ideò, ut vellet inteſtatus mori, & non
valet teſtamentum, qvia pœnituit teſtatorem;
an propterea, qvia ipſi inviſus fuit hæres unus, 3
& in dubio præſumitur illius ſolum nomen can-
cellare voluiſſe, & ita cæterorum cohæredum in-
ſtitutionem non eſſe infirmandam. *Carpz. d. l.*
*& 1 d. alii ad l. 1. citati. Dn. Struv. Exerc. 32. n. 49.*
Sed collige cancellationem præſumi factam ex 4
voluntate teſtatoris, & ideò diſpoſitio cancella-
ta non valet. *Alex. conſ. 104. n. 6. vol. 7. Mantica de conject. ult. vol. l. 12. t. 1. n. 29. & ſeq.* conferri
etiam poteſt *Vaſqvius de Succeſſ. creat. §. 15. n. 105. & ſeq.*

### ad L. Proxime. 3.

*SUMMARIA.*

*AN ex teſtamento, in qvo nomina heredum deleta, legata præſtanda. n. 1.*

In

*In dubio nomina heredum non cenſentur inducta in grattam fiſci, ſed ab inteſtato ſuccedentium. 2. & 4.*

*Qvando & qvomodo in gratiam Fiſci. 3. & 8.*

*Libertas legata non cenſetur revocata, ſi nomen ſervi deletum inveniatur. 5.*

*Nec legatum ad pias cauſas. 6. & 7.*

1 SPecies facti hæc eſt. Valerius Nepos fecerat
teſtamentum, in qvo tamen poſt conſumma-
tionem delevit nomina hæredum, qvær. 1. an
legata valeant? Videtur qvod non, qvia teſta-
mentum hærede deſtitutum, neqve qvoad lega-
ta valet; & videtur Nepos indignos judicaſſe
hæredes, & ſic fiſcus videtur ſuccedere. Sed de-
ciditur, qvod Legata valeant, 1. qvia hæc non
delevit. 2 Non delevit, non ademit cum elogio,
qvod eos indignos judicaret; nam hoc præſup-
2 ponendum non eſt: Ergò in dubio propterea
induxit nomina hæredum, ut ab inteſtato ſuc-
cederent legitimi: *Nam benigniorem ſententiam,
in re dubia ſeqvi non minus juſtius qvam tutius eſt,*
qvæ verba in hac lege formaliter reperiuntur be-
ne notanda, qvia ſacris literis conſona. Si er-
gò teſtator ideò cancellavit teſtamentum, ut
cum primo teſtamento vel inteſtatus decederet
cancellatum teſtamentum ope exceptionis qva-
tenus deletum, ſublatum. *l. 1. §. 3. h. t.* & inſti-
tuto in primo datur bonorum poſſeſſio ſecun-
dum tabb. *l. pen §. ult. ff. de bon. poſſ. ſec. tabb.*
3 Si verò teſtator ideo delevit nomina hæredum,
qvod hæredes indignos judicaverit, Fiſcus au-
fert hæreditatem, ſalvis legatis, per h. L. qvod ta-
4 men in dubio præſumendum non eſt. Sed potius
præſumendum eſt, teſtatorem deleviſſe favore
venientium ab inteſtato, qvam odio hæredum,
aut qvod indignos eos judicaverit, niſi hoc ex-
preſſe dixerit. *Mant. lib. 12. tit. 1. num. 31. Dd. ad L.
pen. C. de Teſtam. Dauth. d. §. ſi qvid poſt. num. 14.*
conf. *Jer. Reuſn. de Teſtam. vol. 2. cap. 25.* ubi
hunc titulum bene explicat. *Conferri etiam pot-
eſt Cujac. tom. 2. ad hunc tit. & ad hanc leg.* De- 5
mùm, licet teſtator deleverit nomen ſervi, cui li-
bertatem reliqverat, nihilominus pro libertate
hic reſpondet optimus Imperator Marc. Ant Phi-
loſophus. Unde ſi offeratur teſtamentum, in 6
qvo legatum ad pias cauſas deletum, intrepidè
reſponderem, legatum illud non videri revoca-
tum, qvia hic de animo dubii ſumus, & non præ-
ſumitur teſtator ſalutis ſuæ curam depoſuiſſe. Et 7
à libertate ad piam cauſam perpetuum fere argu-
mentum ducitur. Et ſic libertas legata, vel
pium legatum deletum, indiſtinctè, licet teſta-
mentum apud teſtatorem repertum, ſervatur; &
ita diſtinctio ſupra in L. 1. allegara hic non obti-
net. Sed ſi unum hæredem deleverit ob deme- 8
rita, & hoc expreſſum, Fiſcus ſuccedet. *l. 3. C. de
his qvæ ut indignis,* ſed cum onere legatorum ab
eo relictorum. Sed qvæ de fiſco hic dicuntur, mo-
ribus noſtris non obtinent.

## ad L. Fin.

### SUMMARIUM.

*AN teſtamentum pluribus tabulis inſcriptum irritum ſit, ſi unum exemplar deletum inveniatur.*

TEſtamentum unum in pluribus tabulis authenticis ſcribi poteſt, per *l. unum 24. ſupra de Teſtam.* ſed pone, teſtatorem unum exemplum authenticum depoſuiſſe in judicio vel æde ſacrâ, alterum apud ſe retinuiſſe, & hoc ipſum cancellaſſe, qværitur, an propterea irritum ſit teſtamentum? Qvod negatur, niſi omnia delevit exemplaria; ſed addit Paulus, aliud eſſe dicendum, ſi probetur, eum eo animo unas tabulas deleviſſe, ut inteſtatus moreretur, cujus rei probatio exigitur à legitimis hæredibus, qvam ſi expedierint, petent hæredes legitimi à ſcripto hærede hæreditatem. *Cujac. ad l. 6. Reſp. Papin. tomo 4. pag. 932.* Plura de hac materia habet *Ant. Fab. l. 18. Conjectur. cap. 17.*

# TITULUS V.
# De Hæredibus inſtituendis.

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*HEredis inſtitutio non vitiatur, ſi poſteriori loco ponitur. n. 1.*

*Inſtitutus in re certa eſt heres ex aſſe. 2.*

*An &, ſi teſtator plus capere vetuerit. 3.*

*Qvid ſi communia verba vel obliqva certæ rei adjuncta. 4.*

*An pro herede habendus hæres in certa re inſtitutus, ſi alii generaliter inſtituti. 5.*

*An in teſtamento ſcriptus, omiſſo hoc,* heres eſto, *pro herede habendus. 6.*

HÆredis inſtitutio eſt pars teſtamenti eſ- 1
ſentialis, ſed non eſt neceſſe, ut à princi-
pio ponatur, nam interdum legata præ-
poni, experientia docet, imo exhæreda-
tionem ſæpe primo loco poni, habetur in *princ.
hujus legis.* Et hæredem nuncupari poſſe, habe-
tur *in §. 1.* Et mutum ac ſurdum hæredem inſti-
tui poſſe, adſeritur in *§. 6.* Tribus verbis etiam
inſtitutionem fieri poſſe, dicitur in *§. 3.* Inſtitu- 2
tus in re certâ in omnibus bonis hæres eſt, de-
tracta rei certæ mentione, ne aliqvis ſimul teſta-
tus & inteſtatus moriatur, *per §. 4. h. legis. Men.
conſ. 224. num. 46.* idem, ſi plures ſcripti, ſinguli au-

 tem

tem in re certâ, i. e. ſpecie vel qvantitate. *l. 9. §. 13. h. t. Manz. de Teſtam. tit. 6. qv. 23. n. 4. & 7.*
3 Sed qvid ſi teſtator plus capere vetuerit? nam
videntur nihilominus cætera ei accreſcere, ne
pro parte teſtatus decedat. *conſ. Manz. d. l. n. 15. & ſeq.* qvi utramq; proponit ſententiam; ſed verior eſt ſententia, non debere eum totam capere hæreditatem, ob *l. 9. §. 13. h. t.* qvia teſtatoris voluntas manifeſtiſſimè refragatur. *Cephalus conſ.*
4 *436. n. 9.* Sed ſi communia verba, vel obliqva
certæ rei adjuncta, tunc ea non trahi ad univerſitatem, *per l. 16. §. & generaliter. ff. ad Trebell.* tradit *ibidem Bartolus, Graſſus in §. inſtitutio qv. 22. n. 9. Gomez. t. 1, reſ. cap. 10. n. 12. Manz. d. l.*
5 *num. 19.* Sed ſi unus hæres in re certâ inſtitutus,
alii autem generaliter, ille legatarii loco habetur *l. 13. C. h. t.* ſcil. ratione transmiſſionis & Falcidiæ *arg. l. 80. de Leg. 2. l. 10. C. famil. hercíſ.* Sed pro hærede habendus eſt ratione juris accreſcendi. *Dec. in l. fin. C. de Edict. Divi Hadriani tollend. n. 23. Ruin. vol. 2. conſil. 54. num. 6. & 18. Cagnol. in rubr. C. qvando non petent part. & c. n. 12. Gilken. ad l. 13. n. 8. & Tach. lib. 4. c. 15. Menoch. rem. 4. adip. poſſ. num. 116. & ſeqq. Struv. hic th. 6. Wiſſenb. th. 8.*
6 *In §. 5.* Talis proponitur ſpecies. Scripſerat
aliqvis, *Titius hæres*, vel *Titius*; nec adjecerat *hæres eſto*, qværitur, an hoc ſupplendum? Affirm. qvia hoc ex propoſito teſtandi, & ex præcedentibus, ex qvibus animus teſtandi eluceſcebat, colligitur. Ideoq; Marcellus hic notatur. *Cujac. ad h. §. tom. 2.* Plus nuncupatum, qvam ſcriptum. Et ideò nolo dicere cum *Manzio tit. 6. qv. 15. n. 30.* non ſufficere verbum Lucius in teſtamento. Si igitur deficiat aliqvid nomen, qvod ex præcedentibus verbis ſuppleri poteſt, habendum illud pro ſcripto. *Mant. lib. 4. tit. 3. n. 5. Barry de Succ. lib. 2. tit. 2. n. fin.*

## ad L. Circa eos. 2.

### SUMMARIA.

*Succedunt heredes æqvaliter, ſi teſtator partes aſſignaturus hoc non fecerit. n. 1.*
*Qvid ſi teſtator ſe ad tempus præteritum retulerit. 2.*
*Defectus conditionis dependentis à voluntate teſtatoris non vitiat inſtitutionem. 3.*

1 SI qvis ita inſtituit duos hæredes; ex partibus,
qvas adſcripſero; ſi nullæ partes adſcriptæ, ex æqvalibus partibus hæredes erunt. Nam videtur teſtator mutaſſe voluntatem, de diverſis partibus aſſignandis, ſed voluiſſe videtur, ut ex æqvis partibus ſuccederent; nam alias ſubjeciſſet par-
2 tes. Secus ſi ad tempus præteritum ſe referat, *qvas
adſcripſi*, vel, *ex qvibus me Sejus inſtituit*, in præterito, qvia verba ad præteritum ſe referentia ſunt inſtar conditionis à præterito ſumptæ, & ſic ſtatim deficiens conditio irritam reddit inſtitutionem. *Ant. Rubeus in rep. l. non ſolum §. morte n. 218. ff. de Novi operis nunt.* Collige, defectum 3
conditionis dependentis à voluntate teſtatoris, non vitiare inſtitutionem; ſecus ſi à caſu vel alterius voluntate. *Berous vol. 2. conſ. 64. num. 5.* Qvid in conditionibus, vid. *l. 8. C. de Inſtitut. & ſubſtit. & ibi Not. & Manz. tit. 7. qv. 12.*

## ad L. Suus qvoqve. 4.

### SUMMARIA.

*Filius ſub conditione poteſtativâ inſtitui poteſt. num. 1.*
*An hodie hoc obtineat. 2. & 3.*
L. 6. §. 1. h. t. *explicatur. 4.*

HIc & in *l ſeq.* dicitur, filiumfamilias ſub con- 1
ditione poteſtativa inſtitui poſſe, qvod hic explicatur, dum dicitur, qvod poteſtativa fieri
poſſit caſualis vel mixta ex eventu. Sed prius ex 2
parte mutatum eſt hodiè, cum legitima ab omni onere debeat eſſe libera, *per l. 32. C. de inoff. teſt. & in illius repetit. Svarez. ampliat. 1. Peregrin. de fideicom. art. 36. n. 63. Barry lib. 2. tit. 2. n. 3. Daur.
n. 285. & Mant. lib. 11. tit. 18. n. 14.* Ergò hodiè fi- 3
lius ſub omni conditione poteſt inſtitui, in eo qvod legitimam excedit Sed legitima ab omni gravamine debet eſſe libera, licet conditio faciliimè impleri poſſit, qvia impedit transmiſſionem. *Gomez. lib. 1. reſol. cap. 11. n. 29. Menoch. l. 4. præſumpt. 101. n. 27. & ſeq. Manz. de teſtam. tit. 12.
qv. 44. n. 19.* Qvod autem in *l. 6. §. 1.* dicitur, 4
videtur eſſe veſtigium juris antiqvati. *§. 5. inſt. de Exhær. liber. l. 4. C. de liber. præter. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 11. th. 3. lit. D.*

## ad L. Qvoties. 9.

### SUMMARIA.

*Error in perſonâ heredis an vitiet inſtitutionem. n. 1.*
*Error teſtatoris in ſuo nomine proprio vitiat teſtamentum. 2.*
*Error in nomine proprio heredis, ſi aliàs conſtat, non vitiat inſtitutionem. 3. & 8.*
*Qvid ſi error in nomine proprio rei. 4.*
*Error, ſcribentis in parte hereditatis non obeſt. 5.*
*Error, ubi heres ſub conditione inſtituendus purè inſtituitur, inſtitutionem vitiat. 6.*
*Conciliatio* l. pen. C. de inſt. & ſubſtit. *cum §. 5.* h. l. *7.*
*Heredes plures ſcripti ſine partibus æqvaliter ſuccedunt. 9.*
*Limitatio. 10.*
*Sublimitatio. 11.*
*Limitatio.* §. 13. h. l. *12.*

ERror, ſi in perſona hæredis commiſſus, & de 1
alio dixit, de alio ſenſit teſtator, neuter eſt hæres, qvia alter ſcriptus voluntate deſtituitur,
alter

alter ſcriptura; nam in actibus, in qvibus ſola
voluntas non ſufficit, ut hic, ſcribendus vel nun-
cupandus eſt hæres, & aliud eſt agere, aliud velle
agere. *Dauth. de teſtam. num. 323. Vaſq. de Succeſſ.
Creat. §. 20. n. 86. ſeq. Donell. lib. 6. c. 21. & ibi Hillig.*
2 *lit. D.* Sed ſi in proprio ſuo nomine erravit, judi-
cium hoc fatuitatis eſt, & vitiat teſtamentum. *l. fin.*
3 *C h. t. Barry l. 2. tit. 6. §. 1.* Sed ſi in nomine proprio
hæredis erret, non vitiatur inſtitutio. *L. ſi in nomi-
ne C. de teſtam. Mantica de conject. l. 4. tit. 5. num. 1.
Barry d. l. n. 3.*

4 *Ad §. 1.* Si qvis autem in nomine proprio rei
erravit, non nocet error, ut ſi pro Tuſculano Lu-
canum; ſecus ſi in nomine appellativo, ab uſu
communi dependente. *hoc §. 1. Gomez. l. 1. cap. 12. n.
9. Barry d. l. num. 4. conf. Manz. tit. 6. qv. 27. n. 6. &
notata infra ad l. 2. de leg. 1.*

5 *Ad §. 2.* Error ſcribentis in parte hæreditatis
non obeſt, qvia plus nuncupatum, minus ſcri-
ptum. *§. 2. h. Donell. d. c. 21. poſt lit. H.* Et ſi ſcri-
pſerit majorem teſtamentarius vel Notarius, &
contraria voluntas de minore probari poſſet, hæc
debetur. *§. 3. & 4. hujus legis*, ubi de notis agit
*Gothofr.*

6 *Ad §. 5.* Error in conditione, qvam teſtator
deſtinavit inſerere, inſtitutionem vitiat, *per §. hu-*
7 *jus legis.* Videtur huic . obſtare *l. pen. C. de inſt. &
ſubſt.* Sed reſpondendum videtur, hic non ſim-
pliciter approbari ſententiam Marcelli; ſed eo
tantum caſu, qvando apparet, teſtatorem noluiſſe
eum eſſe hæredem, detracta ea conditione, vel
qvando teſtator morte præventus non potuit
addere conditionem; nam tunc eſſet imperfe-
ctum teſtamentum ratione voluntatis. *Perez. ad
tit. C. de inſtit. & ſubſt. n. 8. Barry d. l. 2. tit. 6. n. 9.
Manz. tit. 7. qv. 12. conf. Fach. lib. 4. c. 4. Ant. Rubeus
in repet. L. Non ſolum §. morte ff. de Nov. op. nunciat.*
8 *n. 217. Donell. d. c. 21. lit. H. & ibi Hillig.* Hæredis
nomen proprium ſi non expreſſerit, ſed indubita-
bili ſigno eum deſcripſerit teſtator, hoc ſufficit,
modo non ſit deſcriptio contumelioſa *§. 8. h. l.* qvæ
9 vitiat; excepto patre. *l. 48. §. 1. h. t.* Si autem plu-
res hæredes ſcripti ſine partibus, omnes viden-
10 tur æqvaliter inſtituti, *per §. 12. h. l.* Qvod limita-
tur, niſi qvidam conjuncti, qvidam disjuncti, *ut*,
primus & fratris liberi hæredes ſunto, nam hi o-
11 mnes ſeu univerſi ſemiſſem habebunt. *l. 11. h. t. &*
12 *l. 13. pr. h. t.* ubi id ſublimitatur, niſi addita parti-
cula, æqvè. *vid. Donell. l. 6. c. 22.* Illud, qvod in *§. 13.*
habetur, ſcilicet qvod hæredes plures & omnes
qvidem in re certa inſtituti, univerſaliter hæredes
ſint, notabiliter in *ind. §. 13.* limitatur, niſi volun-
tas teſtatoris manifeſtè non repugnet, de qvo
ſupra.

## ad L. Interdum. 13. pr.

*SUMMARIA.*

Q*Vando plures uni per copulam junguntur, ad-
dita particula æqve, in partes viriles cenſen-
tur vocati, n. 1.
Exemplum. 2.
Si particula æqve non ſit adjecta, in ſtirpes vocan-
tur. 3.
Reſpondetur l. 88. §. 6. de leg. 2. 4. & 5. 6.
Limitatio. 7.
Hereditatis diviſio in uncias. 8.
Qvid ſi in plures uncias qvam 12. diviſa hæredi-
tas. 9.*

QVando ex diverſis familiis vel lineis non- 1
nulli inſtituuntur hæredes, unus qvidem
proprio, alii collectivo nomine, hac forma: *Pri-
mus & fratris mei liberi hæredes ſunto*, vel alii
ſunt disjuncti, alii conjuncti, & additur particu-
la *æqve*, in viriles portiones omnes inſtituti vi-
dentur, non in ſtirpes; qvia particula *æqve*, dis-
tribuit in capita. *Gomez. l. 1. reſol. c. 2. num. 4. Graſ-
ſus in voce inſtitutio qv. 20. n. 16. Sande lib. 4. tit. 5.
def. 19. cap. 3.* Idem, ſi utriusq; conjugis conſangvi- 2
nei vel proximiores in teſtamento reciproco æ-
qvè hæredes inſtituti, nam hi in capita ſuccedunt.
*Carpz. p. 3. conſt. 7. def. 20.* Sed ſi particula illa ab- 3
ſit, in ſtirpes videntur inſtituti, primus in ſe-
miſſe uno, in altero filii fratris, qvia omnes con-
juncti habentur loco unius perſonæ, disjunctus
alia perſona eſt, & collectivè vocati unam perſo-
nam repræſentant, *per l. 7. de uſufr. leg. l. 9. de
vulg. & pupill. ſubſt. Joh. Sande l. 4. tit. 4. def. 2.* 4
Nec obſtat *l. 88. §. 6. de leg. 2.* qvia par eſt erga
omnes de familia affectio; familiam autem in-
tuitus eſt. *Cujac. ibid. in d. §. 6. tom. 1. & Weſ.
conſ. 41. num. 149.* & qvos refert *Sande d. l.* Prius 5
limitatur, niſi particula æqve ad ſolos filios fra-
tris referatur. *Caſtr. hic num. 3. & Mant. lib. 4. tit.
11. n. 6. Menoch. l. 4. præſ. 18. Barry l. 2. tit. 7. n. 1.* Po- 6
ſterius fit etiam in aliis caſibus, ut in *l. 29. §. 2.
h. t.* v. gr. reliqvit dimidiam partem pauperibus,
& reliqvam partem Jolinæ ſorori ſuæ, & filiis fra-
tris ſui. *Wammeſ. in conſ. Can. 418. num. 6.* Limita- 7
tur autem poſterius membrum, niſi utar voca-
bulo diſtributivo, qvilibet. *l. fin. C. de impub. & a-
liis ſubſtit. Mant. d. l. numer. 9. Hill. lib. 6. c. 26. lit. E.
Manz. tit. 6. qv. 16. numer. 9. & ſeqq. Wiſſenb. d. 56.
num. 14.*

*Ad §. 1. & ſeq.* Legalis diſtributio hæreditatis 8
eſt in 12. uncias. *§. 1. hujus legis.* ſed teſtator poteſt
pro lubitu partes ponere, qvot lubet. Si autem
minus diſtribuat, reſiduæ partes jure accreſcendi
proportionaliter accreſcent. *§. 2. & 3. h. L.* Sed ſi ex- 9
ceſſerit, æqve ſingulis pro rata decreſcet. *Donell.
lib. 6. c. 22. & ibi Hillig. lit. B. Treutl. & Bach. d. diſp.
11. th. 4. Struv. Ex. 33. th. 7. Zaſ. h. t. n. 12.* conf. *Manz.
tit. 6. qv. 21.*

## ad L. Julianus. 15.

*SUMMARIA.*

C*Aſus legis proponitur. n. 1.
Deciſio. 2.*

INſtituit qvis Titium ex dimidiâ, & Sejum in al-
terâ dimidiâ; poſtea ita ſcribit: ex qvâ parte
Sejum

Sejum inſtitui, ex eâ parte etiam Sempronium inſtituo: qværitur, an verba hæc repetitivè, an verò adverſativè intelligenda, ſeu an Sejo adempta hæreditas, an verò Sempronius conjunctus
2 Sejo in dimidia? Et poſterius affirmatur, per *l. Mevio 41. pr. de Leg. 1.* & qvia ſecunda inſtitutio immediatè ſeqvitur. *Mantica de conject. ult. vol. l. 13. c. 4. num. 2. & 7.* & qvia Sejus & Sempronius conjuncti. *Coraſius in l. Teſtamento. C. de impub. & aliis ſubſtit. n. 9.* Videatur hac de re, inter hæreditatem & legatum differentiam conſtituens *Menoch. l. 4. præſ. 173. num. 21. & ſ. Alciatus lib. 7. parergon. cap. 8. & Mantica d. l.*

## ad L. Item qvod. 17. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Caſus §. r. h. l. n. 1.*
*Deciſio cum ratione dubitandi. 2. 3.*

1 EX hac lege §. 1. tantum explicandum ſumo, qvia aſſis diviſio in 12. uncias, de qvâ in cæteris agitur, apud nos non freqventatur. Species facti eſt plana. Inſtituit qvis A & B. in 11. unciis; C. verò & D in unica, qvæ ſupererat, D. reſpuit ſuam ſemunciam, qværitur, an hæc ſoli C ad-
2 creſcat, an verò etiam cæteris? Videtur illud dicendum, qvia D conjunctus eſt cum C. dupliciter, nam re & verbis conjunctus eſt cum eo, æqvum autem eſt, præferri utroqve modo conjunctum illis, qvi re tantum conjuncti ſunt. *Don. l. 7. c. 12. lit. N.* Sicut etiam in ſucceſſione ab inteſtato duplex vinculum præfertur. *Gomez. lib. 1.*
3 *reſol. c. 10. n. 31.* Sed contrarium hic dicitur, ſcilicet illam ſemunciam omnibus adcreſcere, qvia C. & D. ſine parte adſcripti, ergo cum omnibus conjuncti. *Duarenus de Jure accreſc. lib. 2. c. 12. Hilliger d. l. lit. N.*

## ad L. Ex facto. 19.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. num. 1.*
*An ex hac L. probari poſſit reg. Qvod verba enunciativa non inducant diſpoſitionem. 2.*

1 TEſtator inſtituit duos hæredes, unum in ſemiſſe, alterum in qvadrante, vacat ergo qvadrans; & ſubjicit, ſi Sejus hæres non erit, Sempronius hæres erit, An Sempronius illum vacan-
2 tem qvadrantem habet? Qvod negatur. Colligitur ex hoc textu, qvod verba enunciativa non inducant diſpoſitionem; in qvam ſententiam hæc lex ſolet allegari. vid. *Aug. Barb. locupletatus lib. 19. cap. 8. axiomate 13.* ubi limitat illam regulam. & *Klock. vol. 1. conſ. 29. n. 301.* Exceptionem habet *Hillig. in Donell. l. 6. c. 21. lit. F.* ubi tamen probat, regulam illam ex hac lege non probari: item, colligunt liberos in conditione poſitos non videri inſtitutos. vide notata ad *l. 16. de Vulg. & pupill. ſubſt.*

## ad L. Si qvis inſtituatur. 23.

*SUMMARIA.*

*Hæres ſub conditione inſtitutus pendente conditione, an poſſit petere bonorum poſſeſſionem & diſtrahere. n. 1.*
*Ad legatorum præſtationem pendente conditione non eſt obſtrictus. 2.*
*Qvid ſi conditio in ſuâ poteſtate, iſtam verò implere moratur. 3.*

EtIam in diem incertum, & ita ſub conditio- 1
ne inſtitutus poteſt petere poſſeſſionem bonorum, & diſtrahere veluti hæres; ſed ſecundum qvid hoc intelligendum; nam conditione pendente nondum eſt hæres, ſed poteſt adminiſtratorio nomine ut curator adminiſtrare, & inſtantibus creditoribus diſtrahere. *Menoch. rem. 4. adip. ſc. poſſ. numer. 509. & ſ. Hipp. Riminaldus conſ.*
*244. n. 144.* ubi aliud eſſe docet, in legatorum 2
ſolutione, ad qvam pendente conditione compelli non poteſt. Hæc ad *princ. hujus legis.* Sed 3
ex *§. 1.* notetur, ſi conditio adſcripta hæredi, qvam facile implere poſſit, præfigendum eſſe à judice terminum, intra qvem implere debeat, ſcilicet inſtantibus creditoribus, vel eo inſtante, in cujus perſonâ implenda eſt. *Donellus l. 7. c. 3. lit. B.* Nam aliàs ſufficeret, ſi ſupremo vitæ tempore impleat. *Donell. l. 8. c. 33. lit. N.* Ex qvo probaretur, ſi Titius inſtitutus, ſi Annam cognatam Teſtatoris duxerit uxorem, hanc petere poſſe, ut Titio præfigatur tempus, intra qvod ducat aut repudiet.

## ad L. Titius & Sejus. 24. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Directa ſubſtitutio conjecturis induci poteſt. 3.*

SI inſtituam duos hæredes hoc modo: *Uter eorum vivet*; & ambo vivant, ambo ſunt inſti- 1
tuti; ſed ſi alter tantum vivat, ille ſolus eſt inſtitutus in parte, mortui autem in parte cenſetur
ſubſtitutus. Additur ratio in *L. ſeq.* qvia tacita 2
ſubſtitutio ineſſe videtur inſtitutioni, & hoc ex-
tenditur *L. 26.* ut idem ſi in legato. Colligunt ex 3
*h. L.* directam ſubſtitutionem conjecturis induci poſſe. *Menoch. lib. 4. præſ. 61. num. 5. Mant. lib. 5. tit. 1. num. 16. Fuſar. in tr. de ſubſtit. qvæſt. 5. Fach. lib. 4. n. 79.* Et ſic hoc caſu hæreditas & legata æqviparari, notat ex hâc lege *Menoch. l. 4. præſ. 173. num. 26.*

## ad L. Si te ſolum. 27. & L. ſi qvis ita. 33.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*

*Inſti-*

*Inſtitutio prior pura per poſteriorem conditionalem non tollitur. 3.*
*Limitatur in legatis. 4.*
*Pure inſtitutus ex parte, an ex aſſe heres, pendente conditione, ſub qva alius ex parte inſtitutus. 5.*
*Qvid ſi qvis in conditionalem partem ſubſtitutus. 6.*

1 INſtituit teſtator me in dimidiâ pure, in altera
dimidia ſub conditione, & mihi ſubſtituit Ca-
jum, ego repudio hæreditatem, an Cajus pen-
dente vel deficiente conditione totam hæredi-
2 tatem habebit? Affirm. & qvidem adcreſcendi
jure, qvoad alteram dimidiam, ac ſi prius inſti-
tutus ſim purè, poſteà ſub conditione, prior per
3 poſteriorem non alteratur. Inſtitutio prior pura
per poſteriorem conditionalem non tollitur,
4 qvia prior ſatis perfecta eſt. Aliud in legatis. *l. 89.*
*de Condit. & demonſtr.* qvia facilius in iis admit-
titur mutatio. *Manz. tit. 7. qv. 13. num. 4. Harpr. ad*
*§. 8. inſt. h. t. num. 2. Menoch. conſ. 105. num. 64. Rimin.*
5 *lib. 5. conſil. 244. num. 81.* Sed ſi ita Titium ex dimi-
dia hæredem inſtituo, & Cajum ex altera dimi-
dia, ſi navis ex Aſia venerit; nam tunc, qvam
primum Titius adiit, non expectato eventu con-
ditionis, Titius ex aſſe erit hæres; qvia non po-
teſt altera vacare; & fruſtra expectatur conditio,
6 cujus eventus nihil operatur. Qvod limitatur
*in l. 52. in fin. de acqvir. hær.* niſi in conditiona-
lem partem qvis ſit ſubſtitutus, cum ſubſtitutio
ſit jure accreſcendi potior. *l. 2. §. pen. ff. de bon.*
*poſſ. ſec. tabb. Donell. lib. 7. c. 12. lit. E. Manz. d. qv.*
*13. & ſeq.*

## ad L. Illa inſtitutio. 32.

### SUMMARIA.

*Inſtitutio in arbitrium alterius non rectè confertur. n. 1.*
*Limitatur in relictis ad piam cauſam. 2.*

1 INſtitutio non debet conferri in arbitrium ter-
tii; qvia ultima voluntas non debet ex alieno
arbitrio pendere. *Ant. Fab. l. 6. Cod. tit. 5. def. 6.*
*Pantſchman. p. 2. qv. 21.* Scilicet expreſſe; ut limi-
tatur *in l. 68. h. t.* v. gr. non eſt inutilis condi-
tio, hæres eſto Titius, ſi Sempronius Romam pro-
ficiſcetur. *Manz. tit. 6. qv. 24. num. 4. & ſeqq.* Po-
teſt tamen electio hæredis incerti ex certis alteri
committi. *l. 46. §. fin. ff. fideicom. libert. l. 7. §. 1.*
*de rebus dubiis. Covarr. in cap. ſi tibi. 13. X. de teſtam.*
*num. 14. Vaſq. de Succeſſ. Creat. §. 17. n. 81. & ſeq.*
*Dauth. de teſtam. num. 29. Mantica lib. 4. tit. 3. n. 12.*
2 *& Marcus Mantua ſingul. 68.* Deinde qvod ad
piam cauſam relinqvitur, in arbitrium tertii con-
ferri poteſt, *per d. c. cum tibi. 13. & ibi Covarr. Clarus*
*§. teſtamentum. qv. 6. Ant. Gabriel in titulo de pia*
*cauſa. l. 6. concl. 3. Manz. d. l. n. 8. & 9.* Demum in
voluntatem hæredis conferri poteſt, ſi eſſe velit hæ-
res. *l. 69. & l. 86. h. t.*

## ad L. Hæreditas ex die. 34.

### SUMMARIUM.

*Hæreditas ex die vel ad diem non rectè datur.*

HÆreditas ex die vel ad diem non datur, ſed vitio temporis ſublato, manet inſtitutio pura. *Menoch. adip. poſſ. remed. 4. n. 150. Cagn. ad L. Jus noſtrum. de R. J. Dilectus de arte teſtandi. tit. 4. cautel. 5. Rimin. d. conſ. 244. num. 96.* Nam ſucceſſio hæredis debet eſſe continua, nec ullo temporis ſpatio interrupta. *l. 54. ff. de acqvir. hæred.* ut qvo momento dominium à moriente receſſit, eodem ad hæredem. *l. 9. §. 1. de Jure dot. Hillig. in Don. l. 6. c. 18. lit. C.*

## ad L. Ex facto. 35. pr.

### SUMMARIA.

*Res certæ hæredibus inſtitutis aſſignatæ habentur pro prælegato. n. 1.*
*Heredes non agnoſcunt æs alienum pro parte prælegatorum, ſed hæreditatis. 2.*
*Res Italicæ qvæ dicantur. 3.*
*An ſuccedatur in rebus mobilibus ſecundum ſtatuta loci, ubi ſita ſunt, vel deſtinata à teſtatore. 4.*

SI duo pariter ex rebus certis inſtituti hære- 1
des, adjectio rei certæ inutilis qvoad hæredi-
tatem, efficax verò ad diviſionem rerum ſingula-
rium; qvisqvis enim ex ſemiſſe hæres, res tamen
adjectæ habentur, ac ſi ſingulis prælegatæ eſſent,
unde qvilibet eas conſeqvitur, qvamvis longe
diſparis ſint æſtimationis, *hic & l. 78. pr. hujus tit.*
*Donell. lib. 6. c. 18. & ibi Hill. lit. L. Gilken. ad l. 13.*
*C. h. t. n. 4. Igneus in rep. Auth. Ex cauſa. C. de liber.*
*præter. numer. 288. & 290. & 296. Dn. Manz. de*
*teſtam. l. 6. qv. 23. n. 8. & ſeqq.* Hæredes autem il- 2
li agnoſcunt æs alienum pro parte hæreditaria,
non pro parte fundorum prælegatorum, *per h. l.*
*§. 1. vid. Sande l. 4. tit. 9. d. 3. & qvos allegat.* Sed
idem eſt, ſi alius Italicarum rerum hæres, alius
provincialium conſtituatur, per Paragraphum 2.
Res autem Italicæ dicuntur eæ, qvas teſtator deſti- 3
navit, ut ibi perpetuo eſſent, non verò, qvæ ad
tempus. Unde non malè ſubjiciuntur Jurisdictio-
ni & poteſtati ejus, in cujus Jurisdictionem trans-
tulit. *Carpz. l. 6. Reſp. 38. n. 12. Dn. Mev. p. 2. dec. 100.*
Sed id mihi dubium, an ſecundum ſtatuta loci, ubi 4
ſita ſunt mobilia, & à teſtatore eundem in locum
translata & deſtinata, in illis ſuccedatur? Sane do-
micilium attendendum eſſe, rectè vult *in eodem*
*Reſp. Carpz. & Mevius.* Ergo in ſucceſſione lo-
cum domicilii, & non deſtinationem loci à patre
factam attendendam eſſe; niſi de voluntate teſta-
toris conſtaret, qvod ideo tranſtulerit, ut juxta
ſtatuta loci ſuccederetur, in qvibus terminis etiam
loqvitur *Dn. Mevius.*

## ad L. Cum in teſtamento. 37. §. 1.

### SUMMARIUM.

*AN ex h. §. 1. probari poſſit, qvod ex ſubſtitutione colligatur tacitè facta inſtitutio.*

Caſus

CAſus hic ex lectione notus. Colligunt autem qvidam ex § hoc: Ex ſubſtitutione colligi, tacitè factam inſtitutionem hæredis, & ideò *Romanus in l. ex Teſtamento num.14. C. de Teſt. mil.* hunc textum ſingularem vocat, & poſt eum *Mantica de Conject. ult. vol. l.4. tit.1. n.12. & ſeqq.* ubi tractat hanc materiam, qvomodo ex ſubſtitutione colligatur inſtitutio. Sed fateor, me id non capere, ſed potius expreſſam hic deprehendo inſtitutionem, ſicut & *l. 82. de inſtitut. hæred.* incommodè allegari exiſtimo pro ſuperiori ſententiâ.

## ad L. Si paterfamilias. 40.

### *SUMMARIA.*

C*Aſus, qvo inſtitutus cum ſubſtituto admittitur. n.1.*

*Interpretatio verborum,* ſi heres non erit. *2.*

1 HUjus Legis caſus eſt hic. Titius ſervus à teſtatore, qvi eum pro libero habuit, ex aſſe ſcriptus hæres, & ei ſubſtitutus Sempronius, Titius juſſu Domini adiit hæreditatem, ſubſtitutus ſe amitti petit, dicitqve in ſtatu & conditione perſonæ teſtatorem erraſſe Et qvidem ſi apertè conſtaret, teſtatorem non aliter reliqviſſe hæreditatem Titio, niſi ſi liber eſſet, extaret conditio ſubſtitutionis. *l.3. C. h.t.* qvia autem hoc dubium, 2 ideo Sempronius in partes admittitur. Poſtea movetur objectio, verba, *ſi hæres non erit,* ſic eſſe interpretanda, ſi nec ipſe hæres erit, nec alium hæredem fecerit. Reſpondetur, hæc vera eſſe, qvando ſcit, eum ſervum eſſe, non qvando ignorat. In verbo autem *Qvæ adjectio* alius caſus proponitur, & ſic *Hillig. in Donell. l.6. c.24. lit.L.* Sic igitur in hac L. ſubſtitutus cum inſtituto admittitur. conf. *Vulgo. §. ult. Inſt. de vulgari & pupill. ſubſt. Cujac. tom.2. in interpret. h.l. & qvos citavi ad d.l.3.* Non vacat, in re ab uſu remota diu morari.

## ad L. Et hoc. 41.

### *SUMMARIUM.*

A*N ex* h.l. *colligatur, Principem ſuperioris neſcium in ſua cauſa judicem eſſe poſſe.*

EX eo, qvod hic Tiberius Cæſar inter ſervum ſuum Parthenium & ſubſtitutum conſtituit, ſcilicet, ut Cæſar cum ſubſtituto divideret hæreditatem eodem modo, ut in lege præcedenti dicitur, colligunt Dd. Principem ſuperioris neſcium in ſuâ cauſa judicem eſſe poſſe. *l.3. de his quæ in teſtam. delent. Gothofr. hic Menoch. rem.3. retin. poſſ. n.436. Schrad. de Feud. p.10. Sect.2. n.64. & Hillig. in Donell. l.17. c.2. lit. B.* ſed de honeſtate aliud Dd. qvos refert *Hilliger d.l.* & præſertim Princeps non poteſt eſſe judex, ſi ei controverſia cum non ſubdito. *Men. conſ.301. n.53.*

## ad L. Paterfamilias. 44.

### *SUMMARIA.*

C*Aſus legis. n.1.*

*Teſtator non poteſt ob alterius heredis negligentiam alterum hereditate privare. 2.*

*Limitatur. 3.*

SI teſtator dixerit, ſi qvis hæredum ſibi monumentum non faceret, omnes debere eſſe exhæredes, unus repudiat hæreditatem, alter verò exſtruit monumentum, & ita ob factum primi exhæres eſſe non poteſt, qvia nemo ex alterius facto exhæredandus aut gravandus, & videtur ille, qvi exſtruxit monumentum, ſolus inſtitutus hæres. *Menoch. conſ.78. n.16.* Colligunt etiam ex 2 *h.l.* teſtatorem non poſſe ob alterius negligentiam heredem unum privare hereditate *Covarr. in cap. Reinald. §.1. num.10. X. de Teſtam. Corſ. tus ſingular.374 Rom. ſingul.12. Ricc. collect.825.* qvi pro more varia exinde colligit. *Cephalus vol.1. conſ.52. n.9.* ubi dicit, jure qvæſito non poſſe privari hæredem ex facto alterius, aliud in jure qværendo. Aliud verò, ſi conditionaliter hæreditas 3 vel legatum relinqvatur, & conditio non ademptioni, ſed ipſi acqviſitioni hæreditatis & legati adjecta, v.gr. Titius hæres eſto, ſi Cajus Sejam duxerit. *l.13. ff. de manumiſſ. teſtam. Prætis l.4. int. 2. dub.4. Peregr. de Fideicom. tit.11. n.86. & ſeqq. Barry de Succeſſ. lib.9. tit.28. n.2. Klock. vol.2. conſ. 22. num.32.*

## ad L. Qvidam. 46.

### *SUMMARIA.*

Q*Væ detur actio, ſi teſtator rogatu alterius aliqvem inſtituit, reſtituendi ergo hereditatem roganti, omiſſa verò mentione fideicommiſſi. num.1.*

*Qvæ ex* h.l. *colligantur. 2.3.*

1 CUm qvis filium alterius vellet inſtituere hæredem, nec tamen hæreditatis commodum vellet acqviri parenti ejus, rogatu filii, parentis iram veriti, amicum illius inſtituit, ſed non rogavit eundem, ut reſtitueret, qvia de fideicommiſſo nihil in teſtamento dictum, non datur filio petitio fideicommiſſi de fideicommiſſo, ſed tamen datur actio mandati filio, ſi hic mandavit amico, ut adiret & reſtitueret, non ejus parenti; qvia contra bonam fidem eſſet, dare actionem parenti contra voluntatem teſtatoris. *Cujac. tom. 2. p.1878.* Colligunt ex *h.l.* ſolam mentem non 2 ſufficere, niſi aliqvo modo verbis prodita ſit. *Mant. lib.3. tit.4. num.6. Klock. vol.3. conſ.102. n.150. & qvos ibi allegat.* Collige deinde, ſi hæres te- 3 ſtatori promiſerit, ſe huic vel illi reſtituturum, tunc eſſe fideicommiſſum; ſecus, ſi filio promiſerit. *Cujac. hic.*

## ad L. His verbis. 48. pr.

*SUMMARIA.*

*Hæredis inſtitutio hodiè fit qvibuscunqve verbis. n. 1.*
*Filius duris verbis inſtitui poteſt. 2.*
*Conciliatio* l. 9. §. 8. h. t. cum h. l. §. 1.

1 Titius hæreditatis Dominus eſto; inſtitutio intelligitur facta, nam hodiè qvibuscunqve verbis fit hæredis inſtitutio, *per l. 15. C. de teſtam.* v. gr. hæreditatem meam Titio relinqvo, ut hic *Gl. & Bart. qvos laudat Hillig. ad Donell. l. 16. c. 17. lit. B.* Item: lego hæreditatem meam. *vid. Hillig. d. c. 17. lit. C. & qvos ibi allegat Cavallos in ſpec. opin. qv. 214.* Valet autem inſtitutio, ſi qvis fili-
2 um ita inſtituat: Filius meus impiiſſimus malè de me meritus hæres eſto, *per §. 1. hujus legis.* Non obſt. *l. 9. §. 8.* qvæ non de filio, ſed alio loqvitur.
3 Pater admonendi cauſa, non contumeliam inferendi animo durius locutus; nec hic certum criminis genus objectum. *vid. Bach. d. 11. th. 3. lit. A. Wiſſenb. d. 57. th. 7.*

## ad L. Si alienum. 49. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Habilitas heredis ex tribus temporibus judicatur.*

In extraneis hæredibus, qvando de eorum capacitate qværitur, tria tempora inſpicienda, 1. Teſtamenti facti, ut eo tempore capax ſit, qvia alias non conſtitiſſet inſtitutio. 2. Tempus mortis teſtatoris, qvia tempore eo confirmatur. 3. Tempus aditæ hæreditatis, qvod præcipuum eſt: medio tempore contingens incapacitas, & interim ceſſans non attenditur. *vid. Dn. Manzius de teſtam. tit. 6. q. 9.*

## ad L. Pater filio. 54.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*

1 Pater filium inſtituit hæredem, & ei ſubſtituit pupillariter ſervum cum libertate, filius hæres factus vendit ſervum Titio; hic antea fecerat teſtamentum, ſed poſtea aliud condit, in qvo ſervum eundem liberum & hæredem eſſe voluit, qværitur, an per hoc poſterius teſtamentum prius
2 ruptum? Videtur qvod non, qvia ſervus ex teſtamento patris libertatem habere debebat, ſed qvia poterat fieri, ut conditio ſubſtitutionis non exiſteret, ſed pupillus pubes fieret, ideo ſufficit, ſervum aliqvo caſu potuiſſe eſſe hæredem, ex ſecundo Titii teſtamento. *hic & §. poſteriore. Inſt. qvibus modis teſtam. infirm. & L. cum in ſecundo. 16. ſupra de injuſto & rupt. Rimnaldus vol. 6. conſ. 639. n. 97. & ſeqq.* ubi refert, ex actu poſſibili impediri transmiſſionem.

## ad L. In tempus. 62.

*SUMMARIA.*

*Incapax rectè inſtituitur ita: cum capere poterit: num. 1.*
*Limitatur. 2.*

Si hi, qvi purè inſtitui neqveunt, ſub conditio- 1
ne ſcribantur, qvando capere poterunt, benignè valet inſtitutio. *hic & l. pen. ff. de Reg. Caton. Donell. lib. 6. c. 17. poſt lit. S. Cep. cautel. 38.* Hinc paria videntur, tempore permiſſo aliqvid facere, vel in id tempus actum conferre. *Tiraq. de LL. Connub. gloſſ. 8. n. 291. Cagn. in L. fin. C. de pact. n. 13.* Adeoqve hoc caſu non eſt neceſſe, ut obſerventur tria illa tempora *in §. 4. Inſt. de hæred. qvalit. & diff. & l. 49. §. 1. h. t. Barry de Succeſ. lib. 1. tit. 8. n. 41.* Licet diſſentiat *Vaſq. de Succeſſ. Progreſſ. §. 3. n. 32.* Sed regula hujus textus, ſcil. qvod 2
incapax ita poſſit inſtitui, cum capere poterit, limitatur ab *Angelo in §. 9. Inſt. h. t. & Wiſſ. d. 56. th. 6.* niſi ſimul incapacitas ſit ex parte teſtatoris, ut in liberis naturalibus. Nec poteſt regula hac uti, qvi agit ante tempus, ut ſolutio ſuo tempore fiat, qvia ab initio malè agit. *Cacheranus dec. 130. num. 8.* Aliam exceptionem habet *Tiraq. d. l.*

## ad L. Si ita qvis. 66.

*SUMMARIUM.*

*Intellectus legis.*

Gloſſa hic Cajum & Mævium, pro conjunctis verbis tantum habet, ſed ita repugnaret *l. 89. de legat. 3.* Ideoqve verius ſentit *Donell. lib. 7. c. 13. & Hill. lit. R.* omnes pro disjunctis habens; nam Cajus & Mævius non tàm conjunctionis cauſa, ſed ut celerius diceret, conjuncti videntur, & mens fuiſſe teſtatoris videtur, ut omnes tres in æqvis partibus ſuccederent. *Fach. lib. 4. c. 98. Vaſq. de Succeſſ. progreſſu. §. 22. n. 5. & §. 21. n. 62. & Berlich. p. 2. dec. 285. n. 28.*

## ad L. Si qvis. 68.

*SUMMARIUM.*

*Qvomodo inſtitutio heredis in arbitrium tertii conferri poſſit.*

Inſtitutio hæredis in arbitrium alterius tertii conferri qvidem non poteſt. *l. 32 ſup. h. t.* tacitè tamen hoc fieri poteſt, ſi ſub conditione in tertii factum concepta, inſtituatur Sempronius, v gr. Si Titius capitolium aſcenderit: Qvædam enim in teſtamentis ſi exprimantur, effectum nullum habent. *L. expreſſa. 195. de R. J. Covarr. d. c. Si tibi.* Neqve ita leges verbis ſcriptæ, qvia, ſi velit Titius, non ſemper tamen implere poteſt conditionem, & implere poteſt ignorans. *Donell. & ibi Hill. lib. 8. c. 15. lit. D. Dauth. de teſtam. n. 31. Menoch. conſ. 699. n. 6.*

## ad L. Captatorias. 70.

*SUMMARIA.*

*Captiones inſtitutionem vitiant, non blanditiæ. num. 1.*
*Extenditur ad teſtamentum militis. 2.*
*Præſumptio captationis præmii ab amore conjugali excluditur. 3.*
*Limitatur. 4.*

1 Blanditiæ inſtitutionem non vitiant, ſed ſi qvis
referat ſeſe ad ſecretum alienæ voluntatis,
talis inſtitutio eſt prohibita, v. gr. ſi Titius me
inſtituit hæredem, inſtituo eundem: vel pro qva
parte me inſtituet, pro ea parte inſtituo Cajum;
ſecus, ſi in præteritum, non in futurum collata ſit
inſtitutio. v. gr. ex qva parte me antea inſtituit,
ex eadem illum inſtituo, qvia hic non eſt provo-
catio inſtitutionis alienæ, *per l. 71. Dauth. de teſt.
n. 25. Molin. tr. 2. diſp. 157. Donell. lib. 6. c. 19. lit. A.
Gail. lib. 2. obſ. 117. n. 5. Ricc. Dec. collect. 593. Men.*
2 *d. conſ. 619. per tot. Ruin. conſ. 20. n. 7. vol. 2.* qva-
lis inſtitutio etiam militi prohibita. *L. Captato-
rias. C. de teſtam. milit.* qvia ſimplicitati militum
ſuccurritur, non calliditati, qvæ auxilium non
meretur. *l. 2. §. 1. ff. Vellejan. Hill. l. 6. c. 28. lit. I.*
3 Ideò qvando Dd. dicunt, præſumptionem ca-
ptationis præmii ab amore conjugali excludi.
*Gail. lib. 2. obſ. 113. n. 4. Mev. in Jure Lubec. p. 2.*
4 *tit. art. 10. n. 6.* id facile concedo; ſed ſi mari-
tus expreſsè ea conditione inſtitueret, ſi ab uxo-
re inſtitueretur, hic non tantum eſſet mutua
provocatio affectionis conjugalis, ſed expreſſa
captatio pecuniæ conjugalis. Expreſſa ſæpè no-
cent, non expreſſa non nocent. Et ita deciſum
menſe Dec. Ao. 1653.

## ad L. Si qvis ſolidum. 72.

*SUMMARIA.*

*Inſtitutio filii naturalis ex aſſe, ſi hereditas non eſt ſolvendo, an ſubſiſtat. n. 1.*
*Rationes dubitandi & decidendi. 2. 3. & ſeqq.*

1 Filium naturalem qvis ex aſſe inſtituit hære-
dem, & hæreditas non eſt ſolvendo, qvær. an
2 hæc inſtitutio valeat? Videtur qvod non, qvia
extantibus liberis non niſi in uncia hæres eſſe
3 poteſt. Sed affirm. qvia illa conſtitutio pertinet
tantùm ad hæreditatem, qvæ ſolvendo ſit: nam
odioſa conſtitutio in ipſius favorem non eſt in-
terpretanda; & excluſus ab officiis publicis in-
telligitur excluſus ab utilibus & non oneroſis.
4 *Dd. hic & Franc. de Clapper. c. 3. qv. 2. num. 14.* &
amittens nobilitatem, non ſublevatur oneribus.
5 *Clapper. c. 3. q. 2. num. 16.* Sic licet hæres intra an-
num non implens, amittat hæreditatem. *Auth.
hoc amplius. C. de Fideicom.* ea inqvam non habet
locum, ſi hæreditas ſit damnoſa, qvæ remanet.
*Clapper. d. quæſt. 2. n. 18.*

## ad L. Sub conditione. 73.

*SUMMARIA.*

*Conditio inſtituto appoſita non cenſetur repetita in ſubſtituto. n. 1.*
*Secus in legato & fideicommiſſo. 2. 3.*
*Intellectus l.* cum pater §. ab inſtituto de Leg. *2. n. 3.*

Conditio caſualis vel mixta hæredi appoſita, 1
non videtur reperita in perſonâ ſubſtituti, &
ſic conditione deficiente, locus eſt ſubſtituto; ra-
tio eſt. qvia conditio addita eſt inſtituto, in favo-
rem ſubſtituti, ergo ei nocere non debet *Don. lib.
8. c. 29. lit. D. & c. 30. lit. G. & ibi Hill. Men. l. 4. præſ.
176. & ſeq. Mantica de conject. ult. vol. lib. 10. tit.
6. Peregr. de fideicom. art. 16. & Fuſarius de Subſt.
qv. 441. n. 3. Simon de Pratis. l. 2. int. 4. dubio 1.
ſol. 2. Gomez. t. 1. reſol. c. 12. n. 37. Barry de Succeſſ.
l. 17. tit. 4. n. 1.* Et hic differentiam inter hæredi- 2
tatem & Legatum cum *Decio* à ſe allegato agno-
ſcit *Cephalus conſ. 243. n. 40.* Et de Legato ac fidei- 3
commiſſo accipienda *l. cum pater. §. ab inſtituto
de leg. 2. Barry d. l. §. ſuperiori concluſioni.*

## ad L. Aſſe toto. 77.

*SUMMARIA.*

*Inſtitutio fit per relationem ad certam ſchedulam. num. 1.*
*Teſtamentum myſticum. 2.*
*Referens non meretur fidem, niſi conſtet de relato. 3.*

Si teſtator dicat: Inſtituo eum, cujus nomen 1
ſcribam in codicillis, valet inſtitutio, ſi nomen
hæredis ſcriptum reperiatur in Codicillis, nam
inſtitutio fieri poteſt per relationem ad aliam
ſcripturam, de cujus fide conſtat. Idq; in nuncu-
pativo teſtamento fieri poteſt, & vocatur myſti-
cum. *hic & l. 38. de Condit. & demonſt. Dd. hic
Dauth. de teſtam. n. 330. Gabr. lib. 4. tit. de teſtam.* 2
*concl. 11. Mant. lib. 4. tit. 3. num. 10. Wammeſ. conſ.
389. n. 44. vol. 1. Pingizer. qv. 49. Zæſ. ad tit. de
teſtam. n. 56. & ad h. t. n. 3. Struv. h. t. Ex. 33. th. 8.*
ubi ita *in Facult. Jurid. Jenenſi* pronunciatum re-
fert Probatur etiam, referens non mereri fidem, 3
niſi appareat relatum. *Auth. ſi qvis. C. de edendo.*
maximè ſi referens per ſe ſit avthenticum, & con-
tineat perfectam orationem. *Maſcard. concl. 924.
Boër. dec. 281. n. 92.*

## ad L. Lucius. 85.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*An in conditione poſiti cenſeantur vocati. 2.*
*Diſpoſitio de liberis* ex corpore ſuo natis *comprehendit etiam nepotes. 3.*

Inſtituo fratrem, & ſi frater nolit adire, aut ſi 1
mortuus fuerit, aut ſi liberos non habuerit,
ſubſtituo Stichum; ſi frater non adiit hæreditatem,
reliqvit tamen liberos, liberi videntur prælati ſub-
ſtitutis, & ſic liberi videntur poſiti in conditione
inſtitu-

inſtituti, proqva ſententia textum optimum
hunc eſſe, dicit *Menoch. conſ. 152. n. 13. ſeq. Idem
lib. 4. præſ. 76. Mant. lib. 11. c. 2. n. 12. Ricc. dec. coll.
360. & qvos allegat Hill. lib. 8. c. 13. in fin.* Sed re-
ſpondet *Zaſius h. t. n. 8.* liberos fratris videri præ-
latos ſubſtituto, non qvaſi ex teſtamento eos
vocaſſet, ſed qvod iis natis noluerit gravare fra-
trem. Sed qvicqvid ſit, non videtur ſententia
*Menochii* reprobanda, qvia aliqvam voluntatem
pro ſe habent liberi fratris, & ideò in conditione
poſiti, ut habeant bona illa. *Cephalus lib. 3. conſ.*
3 *306. n. 111. & ſ.* Probant etiam ex hoc textu in fi-
ne, qvando diſpoſitio loqvitur de liberis ex cor-
pore ſuo natis, qvod etiam de nepotibus hoc ſit
intelligendum; & qvod particula EX ſignificet
etiam cauſam remotam. *Bald. ad l. 1. C. de Condit.
inſert. n. 3. Idem ad tit. de Succeſſ. Feudi, in c. filia.
in fin. Caſtr. ad L. Gallus. §. Inſtituens. de Libb. præ-
ter. Alex. in l. ex facto. §. ult. num. 4. ff. ad Trebell.
Ruinus conſ. 115. n. 15. lib. 3. Bald. conſ. 13. n. 3. vol.
3. Rimin. conſ. 358. n. 70. Men. conſ. 1039. n. 8. &
conſ. 124. n. 99. Fuſar. de ſubſtit. qv. 32. n. 16. Card.
Mant. de Conject. ult. vol. lib. 11. tit. 8. n. 21. Graſ-
ſus §. Fideicommiſſum. qv. 36. Trentac. de Subſt. p. 4. c.
7. num. 58. Franc. Barry de Succ. lib. 17. tit. 12. n. 19.*

### ad L. Pactum ejus. ult.

*SUMMARIA.*

*Heres in primo teſtamento præfertur inſtituto in poſteriori ex falſa cauſa condito, & hic habetur pro ſubſtituto. n. 1. & 3.*

*Legata ex poſteriori debentur à primo herede. 2.*

*Limitatur. 4.*

SI ſecundum teſtamentum ſit factum ex falſa 1
cauſa, v. gr. Si teſtator in procemio ſecundi
teſtamenti hanc cauſam alleget, qvod audiverit,
hæredem in primo teſtamento ſcriptum deceſ-
ſiſſe, tunc poteſt hæres in primo teſtamento in-
ſtitutus, ſi vivat, petere hæreditatem; ſed tamen 2
legata ſolvere debebit in ſecundo teſtamento
relicta. *Gom. tom. 1. reſol. c. 5. n. 24. Mant. lib. 6.
conject. tit. 14. n. 12.* & in poſteriori teſtamento 3
inſtitutus habetur pro ſubſtituto. *Gomez. d. l.
Vasq. de Succeſſ. reſol. §. 20. n. 24. Barry lib. 10. tit.
1. n. 13. Rom. ſing. 255.* ubi limitat id, qvod de Le- 4
gatis dictum, niſi hæc ferè totam exhauriant hæ-
reditatem. Colligunt etiam ex *h. l.* procemium 5
denotare cauſam finalem loqventis. A. *Barb. lib.
14. c. 92. ax. 1. & Klock. vol. 2. conſ. 29. n. 801.*

# TITULUS VI.

# De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

### Ad L. Hæredes. 1.

*SUMMARIA.*

*Subſtitutio qvid & qvotuplex. n. 1. 2. & ſeqq.*

*Exheredatis liberis pupillariter ſubſtitui poteſt. 6.*

*De qvo caſu hoc intelligendum ſecundum* Trentacinq. *7.*

*Qvæ ſententia hic recepta. 8.*

1 HÆres primus inſtitui, ſubſtitutus ſubſti-
tui dicitur, licet ſubſtitutus generaliori
ſignificatu etiam inſtitutus vocetur. *Do-
nell. lib. 6. c. 23. lit. C. & ibi Hill.* Unde
ſubſtitutio definitur, qvod ſit inſtitutio hæredis
ſecundi in locum primi remoti. *Donell. d. c. 23.*
2 *Dauth. de Subſtit. n. 8.* Dividitur autem *in §. 1.* in
ſimplicem, qvæ in unum tantum caſum conce-
pta eſt, ſi inſtitutus hæres non erit, & dicitur vul-
garis: alia verò duplex, qvæ in duplicem caſum
concepta, 1. ſi hæres non erit. 2. aut ſi hæres erit,
ſed in pupillari ætate vel furore deceſſerit, qvæ
3 vel eſt pupillaris, vel exemplaris. Datur qvidem
aliqva breviloqva ſeu reciproca, de qva *in l. 4.*
4 *§. 1.* Alia compendioſa ſeu militaris, qvæ com-
plectitur multa tempora etiam poſt pubertatem,
v. g. qvandocunqve filius moritur, de qva *Men.
lib. 4. præſ. 52. & ſ. & Mant. lib. 5. tit. 3. & qvos
allegat Fuſarius de Subſtit. q. 228. & multis ſeqq.*
5 *usq; ad qvæſt. 253. Hill. lib. 6. c. 23. lit. M.* Et præ-
ter has datur etiam ſubſtitutio Fideicommiſſaria
ſeu obliqva, de qva *Donell. lib. 7. c. 17. Dauth. de
Subſt. num. 17. & ſeq. Fuſar. in tr. de ſubſt. qv. 2.* Sed
reciproca non eſt peculiaris ſpecies ſubſtitutionis.

*In §. 2.* dicitur, etiam exhæredatis libe- 6
ris ſubſtitui poſſe pupillariter, qvia illi per ſub-
ſtitutionem non gravantur, nec ab ipſis aliqvid
legatur, nec eis qvid detrahitur, ne obſtet *l. 6. §. 1.
de leg. 3.* ſed ipſis providetur, ne ſine hærede in
pupillari ætate moriantur. *Zaſ. hic tom. 2. pag. 39.
Don. lib. 6. c. 25. & ibi Hill. lit. I. Gail. lib. 2. obſ 137.
n. 15.* Sed hoc intelligendum de eo caſu, qvando 7
pupillus fuit proximus pubertati & doli capax:
nam alias ut exhæredatio, ita etiam ſubſtitutio
nulla; ſecundum tradita *Trentacinqv. in tr. de
ſubſt. p. 2. c. 14. n. 6. & Barry de Succeſſ. l. 4. t. 4. n. 9.*
Sed communius receptum eſt, teſtamento patris 8
ob præteritionem vel informem exhæredationem
exiſtente nullo, ſubſtitutionem tamen valere, ex
verbis Imperatoris generalibus *Nov. 115 c. 3. in fine.
Valaſc. tom. 1. conſult. 54. n. 7. Petr. Gregor. ſynt.
libro 22. c. 26. n. 9. Donell. & ibid. Hill. l. 6. c. 26. lit. U.*

### ad L. Moribus. 2. pr.

*SUMMARIA.*

*Pupillaris ſubſtitutio qvid. n. 1.*

*Qvibus ſubſtitui poſſit. 2. & 4.*

*Formula ſubſtitutionis hujus. 3.*

*Caſus, in qvibus ſubſtitutio pupillaris invalida eſt. 5. 7.*

*Exceptiones. 6. 8. 9.*
*Caſus, ubi heres compelli poteſt ad adeundam hereditatem. 10.*
*An Pater filio prius ſubſtituere poſſit, quàm ſibi teſtamentum faciat. 11.*
*Conciliationes* §§. 4. & 5. h. l. *12. 13.*

1 PUpillaris ſubſtitutio, qvæ moribus introdu-
ćta eſt, qvâ ſubſtitui poteſt liberis in poteſta-
2 te exiſtentibus, non tantùm primi gradus, ſed
etiam nepotibus, ſi ſcil. non ſint avo moriente
recaſuri in patris poteſtatem, etiam adoptivi.
*Vinc. Fuſar. de Subſtit. qv. 118. n. 5.* & legitimatis
3 ex voluntate patris. *Fuſar. d. l. n. 9.* Formula
ſubſtitutionis hic deſcribitur, ſcil. Inſtituo filium
meum hæredem, & ſi vivo me moriatur, vel fue-
rit emancipatus, inſtituo meum nepotem ex eo,
ne alias, ſi præteritus, rumpat teſtamentum.
4 Sed extraneo nepoti ſubſtituere non poteſt, niſi
prius arrogaverit. *Zaſ. hic lib. 2. ſing. intell. p. 55. Donell. lib. 6. c. 25. lit. N. Harpr. Inſt. de pupill. ſubſt. num. 19. Vaſqv. p. 1. lib. 3. illuſtr. qvæſt. 106. num. 6. Covarr. in c. Raynutius §. 5. num. 3. X. de teſt.im.*

5 In Paragrapho 2. hujus legis duo habentur
caſus, in qvibus ſubſtitutio pupillaris eſt invali-
da, 1. Si pater ſibi ipſi non fecerit teſtamentum;
nam tunc ſubſtitutio non valet, cum tantum ſit
feqvela teſtamenti paterni. *Vinc. Fuſar. de ſubſt.*
6 *qv. 118. n. 48.* Sed excipitur miles *hic & l. 47. §. 1. infr. de teſtam. mil.* licet teſtamentum pater-
num ſit imperfectum, ſeu inter liberos. *Barry de*
7 *Succeſſ. l. 4. t. 3. n. 2.* 2. Si nemo hæres ſit ex teſta-
8 mento; nam tunc expirat ſubſtitutio; excipien-
dus hic miles *per d. §. ult. Berous vol. 2. conſil.*
9 *12. 1. n. 12. ſeq. Wiſſenb. d. 56. n. 24.* Additur hic alia
exceptio, niſi hæres inſtitutus repudiato teſta-
mento ab inteſtato velit ſuccedere. *l. 1. ff. ſi qvis omiſſ. cauſ. teſt. Don. c. 25. in f.* & *qvos refert Fuſar. de ſubſt. qv. 155.*

10 Si qvis inſtituit Titium, eumq; exhæredato
filio ſubſtituit, & hæreditatem Cajo reſtituere
jubet, poteſt hæres compelli ad adeundam hære-
ditatem, *per §. 2. h. l. Cujac. hic & Zaſ. & Don. c. 25. in fine.*

11 *Ad §. 4. & ſeq.* Qværitur autem in §. 4 & hic:
An pater prius ſibi hæredem ſcribere debeat, an
12 verò poſſit filio prius ſubſtituere? Videtur pro-
babilis illorum ſententia, qvi diſtingvunt, utrum
exhæredato pupillo ſubſtituatur, an verò inſti-
tuto: de illo loqvitur hic §. 4. de hoc verò §. 5.
præſertim cum in præced. de ſubſtitutione facta
exhæredato locutus ſit JCtus. *Donell. c. 25. lit. R. & S. Cujac. ad h. l. Pac. cent. 5. q. 92.* Licet aliter
*Fimeus in tr. de ſubſtit. n. 47. & Zaſ. hic, & qvos*
13 *allegat Hill. d. lit. S.* Cui melior videtur conci-
liatio illorum duorum §§. ut §. 4. loqvatur de
teſtamento paterno, & filiali facto ex intervallo,
ut ſcilicet prius faciat teſtamentum pupillo fi-
lio, & poſt aliqva tempora ſibi; nam hæc præ-
poſteratio non valeret, per *d. §. 4.* ſecus ſi uno
contextu. Et ita etiam *Petr. Gregor. lib. 43. c. 20. n. 3. Graſſus inſert. commun. tit. ſubſtitutio. qvæſt. 24. ubi plures adducit, ut & Barry,* qvam explica-
tionē ſvadet. *l. 16. §. 1. h. t.* & ſic hæc illi præferenda.

## ad L. Jam hoc jure. 4. pr.

### *SUMMARIA.*

*Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem, & contra. n. 1.*
*Exemplum. 2.*
*Limitatur. 3. & 4.*
*Qvando duo ſub una determinatione comprehenſa, ea æqvaliter determinari debent. 5.*
*Limitationes variæ. 6. & ſeqq.*
*Subſtitutio vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſa, qvando exſpiret. 10.*
*Subſtitutio breviloqva qvid, & an diverſa ſpecies. 11.*
*Subſtitutio reciproca, qvando alter filiorum eſt pubes, vim vulgaris ſubſtit. habet. 12.*
*Non, ſi ſeparatim ſubſtitutio fiat. 13.*
*Una determinatio plura reſpiciens, æqvaliter determinat. 14.*
*Limitatur. 15. & 16.*

QVando pater impuberi filio ſubſtituit in 1
unum caſum; ſi hæres non erit; ſubſtitutio
etiam facta cenſetur in alterum caſum, ſi hæres
erit; & in ætate impuberi deceſſerit; & contra,
ſubſtitutio pupillaris expreſſa continet tacitam.
*Mant. lib. 5. tit. 3. n. 6. Vinc. Fuſar. de ſubſt. per tot. Cujac. p. 742.* Idq; non tàm ex diſpoſitione teſta- 2
toris qvàm legis. *Hill. d. c. 24. lit. C.* Ideò, ſi ſim
ſubſtitutus pupillariter filio, & pater cum filio ſi-
mul moriantur in naufragio, ſuccedo in pupilli
bonis per expreſſam pupillarem, in patris bonis,
per tacitam vulgarem. *Mant. l. 5. t. 5. n. 3.* Et ſic
vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem,
niſi mens teſtatoris reclamet, *l. 4. C. de Imp. &* 3
*alis ſubſt.* vel qvis matrem cohæredem habeat.
*l. 9. C. de Inſt. & ſubſt.* nam hæc tacitam pupillarem 4
excludit. Doctores etiam generalius formant 5
regulam: qvando duo ſub una determinatione
comprehenſa, qvod ea debeant æqvaliter deter-
minari. *Jaſon. in hac l. n. 18.* qvam *n. ſeq.* limitat,
Primò niſi eſſet diverſa ratio inter determinabi- 6
lia, ſi ex verbis & mente teſtatoris diverſa ratio
colligatur, nam tunc una determinatio non de-
terminat ambo determinabilia. *L. Inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. de V. Obl. Dd. refert Riminaldus vol. 6. conſ. 607. n. 18. & ſeqq. Mantica de conject. l. 5. t. 11. n. 11. & 12.* Secundo limita- 7
tio eſt *in L. Si ita ſcriptum. 16. ff. de manumiſſ. teſtam.* ubi Dominus liberto legavit libertatem &
fundum, cum ad trigeſimum annum pervenerit,
& hoc non eveniat: nam legatum qvidem non de-
betur, ſed libertas. Tertia limitatio, niſi æqvalis 8
determinatio induceret correctionem juris.
*Rimin. d. l. num. 25.* ubi in ſeqq. alias addit. Sic 9
regula fallit, qvando neceſſitas cogit in uno

& non

&non in alio, vel qvando non poteſt dari caſus, in qvo poſſit (nam partic. NON hic abundare puto) æqvaliter in omnibus determinare. *Mantica de conject. lib. 5. tit. 8. n. 7. & n. 10.* Colligi-
10 tur etiam ex hujus L 4. princ. qvod ſubſtitutio vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſâ, expiret adultâ ætate filii, non minus, qvàm ipſa pupillaris *Mant. de conject. ult. volunt. l. 5. tit. 6. n. 2. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. q. 67.*

11 *Ad §. 1.* Agit hic JCtus de reciproca ſeu breviloqva ſubſtitutione, qvâ pater duos filios impuberes hæredes inſtituit, & ſibi mutuo ſubſtituit, qvæ ſubſtitutio hic vocatur tertium genus ſubſtitutionis, non re, ſed formulâ. *Donell. lib. 6. c. 23. Baldum. in tr. de ſubſtit. tit. de ſubſtit. breviloqva. Schneidw. in rubr. de ſubſt. recip. Menoch. l. 4. præſ. 59. Barry lib. 7. tit. 1. & ſeq. de Succeſſ. Vinc. Fuſar. de Subſtit. def. 254. & ſeqq.*

12 *Ad §. 2.* Si pater duos habens filios, impuberem unum, alterum puberem, eosdem ſub vulgari clauſulâ reciprocè ſubſtituat, illa ſubſtitutio tantum habet vim vulgaris ſubſtitutionis, qvia ex verbis præſumi non poteſt, patrem inæqvaliter inter eos voluiſſe ſubſtituere, ſi autem hoc voluiſſet, debuiſſet ſingulis ſeparatim ſubſtituere, puberi in unum caſum, impuberi in utrumq; *Molin. tr. 2. diſp. 184. n. 18. Mant. lib. 5. tit 8. Wiſ-*
13 *ſenb. d. 56. th. ult.* Aliud autem, ſi duobus vel tribus imparibus non conjunctim, ſed ſeparatim ſubſtituit. *Menoch. lib. 4. præſ. 36. n. 31. & ſeq. Dauth. hic. n. 17. Fach. lib. 4. c. 68. Garcias in repetit. L. Gallus. §. qvidam. ff. de Liber. præter.*
14 Colligunt ex h. §. regulam: Una determinatio plura reſpiciens, æqvaliter determinat. *Jaſon. hic n. 10. Vult. conſ. Marp. 31. n. 36. vol. 1. Zaſ. hic n. 8. Menoch. l. 4. præſ. 89. Tuſchus concl. 53.* A. *Barb. lib. 13. c. 28. ax. 1. & lib. 17. c. 64. ax. 2.* qvam limitat *Menoch. conſ. 88. n. 22. & 741. n. 8. & d. præſ.*
15 *89. n. 142.* niſi ſit diverſa ratio. *Tuſch. d. l. n. 14. & 16. Cather. dec. 20. n. 5. Cephal. conſ. 485. num. 97.*
16 ubi id declarat exemplo legatæ dotis & alimentorum, qvorum hoc purum, illud conditionale, & *conſ. 573. n. 18.* ubi id declarat. Item qvando major eſſet favor in uno ex determinabilibus, qvàm in alio, nam tunc non determinat æqvaliter. *Simon de Pratis conſ. 61. n. 22.*

## ad L. In teſtamento. 5.

*SUMMARIUM.*

*In qvas partes ſuccedant ſubſtituti.*

PRo qvâ parte qvis hæres eſt in inſtitutione (i. e. in primo gradu) pro eâ parte, ſi cum aliis cohæredum ſit ſubſtitutus, participat in ſubſtitutione, & in eam partem computatur, qvicqvid etiam jure accreſcendi accepit; qvemadmodum enim aliqvis dilectus eſt in primo gradu, ita etiam dilectus præſumitur in ſecundo gradu. *hic & l. 9. & 24. h. t. & l. 9. C. h. t. Mant. lib. 5. tit. 1. n. 20. Menoch. lib. 4. præſ. 18. n. 9.* niſi ſubſtitutio facta ſit ſub nominibus propriis hæredum; nam tunc viriles portiones videntur relictæ in ſubſtitutione. *l. 28. ff. ad Trebel. l. 124. de Legat. 1. Don. lib. 6. c. 24. circa fin. & ibi Hillig. lit. R. & S. & lib. 7. c. 20. Zaſ. hic n. 49.* niſi ex diviſione onerum alind appareat. *l. 23. ff. ad Trebell. Ronchegall. ad l. 17. de duobus reis. n. 8. & ſeq.*

## ad L. Si is qvi. 6.

*SUMMARIA.*

*Filius naturalis pupillo ſubſtitutus qvomodo ſuccedat. n. 1.*

*Ex ſtatuto alicui ſuccedere prohibitus non poteſt capere bona à patre pupillo delata, licet ſubſtitutus pupillo ſit. 2.*

*Limitatur in bonis pupilli aliunde qvæſitis. 3.*

*An ex hac ſucceſſione filii naturalis pater videatur deceſſiſſe teſtatus & inteſtatus. 4.*

*Reſponſio illuſtratur ex ſtatuto qvodam Marchico. 5.*

PRohibitus ſuccedere patri filius naturalis, niſi 1
tantum in duabus unciis, ſi uxorem & ſobolem legitimam non habeat. *Nov. 89. c. 12. n. 4.* Talis ſi ſubſtituatur pupillo, in bonis, qvæ à parente accepit, in duabus tantum unciis ſuccedit in reliqvis autem pupilli bonis in ſolidum. *vid. hic Zaſ. p. 50. Bald. in l. eam qvam n. 50. & ſeq. Riminald. conſ. 44. n. 13. vol. 2.* ubi habet rationem, qvia, licet bona paterna facta ſint filii, conſeqvitur tamen ex judicio paterno. *Cephalus conſ. 60.*
*n. 13.* ubi *n. ſeq.* facit regulam, qvod is qvi ex ſta- 2
tuto alicui ſuccedere prohibetur, v. gr. uxor, non poſſit, licet pupillo ſubſtitutus ſit, capere bona à patre delata pupillo. Sed in bonis pupilli ali- 3
unde qvæſitis ceſſat hæc ratio. Nam qvod ſolidum capere non poſſit, id ad bona patris tantum pertinet, non ad bona pupillo acqvirenda ex aliis cauſis. *Menoch. lib. 4. præſ. 48. num. 9. & conſ. 1065. Vinc. Fuſar. de ſubſt. qv. 125. ubi plures refert.* Qvamvis autem pater ita videatur teſta- 4
tus & inteſtatus deceſſiſſe, qvod noſtræ leges pro abſurdo habuerunt, ita, ut voluntatem defuncti potius violare voluerint, qvàm hanc regulam, qvod aliqvis ſimul teſtatus & inteſtatus eſſe non poſſit, poteſt tamen reſponderi, qvod naturalis filius omnia qvidem bona etiam patris capiat, ſed ea ſuccedentibus ab inteſtato reſtituere debeat, ut reſpondet *Menoch. d. conſ. num. 11. & Fuſarius d. l. in fine.* Sic v. gr. ſi maritus donet 5
uxori omnia ſua bona in Electoratu, capiet uxor qvidem omnia bona, ſed qvæ ultra qvartum nummum ſunt, ex ſtatuto Marchico reſtituet hæredibus ab inteſtato, per ea, qvæ in ſimili tradit *Menoch. d. conſ. 1065. n. 13.*

## ad L. Verbis. 7. & L. Pupillari. 14.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*

*Deciſio. 2.*

*Subſtitutio facta à pagano ultra puberem ætatem verbis civilibus, exſpirat pubertate. 3.*

*An ex* h. l. *colligi poſſit, compendioſam factam ſubſtitutionem verbis directis, non valere ut fideicommiſſariam. 4. 5. & 6.*

1 QVidam paganus, i. e. non miles, inſtituerat
filium impuberem, & ſubſtituerat eidem
me, ita ſi filius intra 18. annos moriatur, ſed fi-
lius poſt annum 15. aut 16. moritur, an ei ſucce-
2 do? Reſp. qvòd non, ſi per verba directa facta
ſit ſubſtitutio, v. gr. inſtituo, do, hæres eſto &c.
ſecus eſſet, ſi verbis obliqvis uſus fuiſſet, nam
tunc fideicommiſſum foret, & filius rogatus in-
3 telligeretur mihi hæreditatem reſtituere. Colli-
gitur, qvod ſubſtitutio facta à pagano ultra pu-
berem ætatem verbis Civilibus, expiret puber-
tate, nec admittatur ſubſtitutus ut adjectus (*de
qvo Stracha de adjecto p. 1. n. 14. & ſeq.*) cum hæ-
4 rede, ne fiat contra voluntatem domini. Ex *h. l.*
colligunt, compendioſam ſubſtitutionem fa-
ctam verbis directis, non valere ut fideicommiſ-
ſariam, ſed pubertate expirare. Dd. allegat *Fuſar.*
5 *qv. 245. n. 2. de ſubſtit.* Sed alii æqviorem ſenten-
tiam amplexi hoc negant, & hanc legem de di-
recta ſubſtitutione accipiunt, ut & l. 14. *Don. lib.
7. c. 17. Menoch. lib. 4. præſ. 55. n. 2. & Mant. lib. 7.
tit. 3. n. 3. & ipſe Fuſar. d. l. n. 15. & ſeq.* Qvia te-
ſtator præſumitur voluiſſe, ut ſubſtitutio valeret
eo modo, qvo poteſt, nec rigor verborum vo-
luntati præferendus. *Fuſar. d. l. n. 16.* qvod uti-
nam ſæpius obſervaretur! Et hanc poſteriorem
ſententiam indubitatè veram ſtatuit hic *Zaſius
num. 16.*

## ad L. Qvi liberis. 8. §. 1.

### SUMMARIA.

*SUbſtitutio pupillaris, in qva mentio heredum teſtatoris, ad qvos heredes pertineat. n. 1.*

*Ratio deciſionis. 2.*

*Verbum* heredis *in teſtamento ſub affectionis conjectura prolatum, ſignificat tantum primum heredem. 3.*

*Idem in prohibitione alienationis heredi facta. 4.*

1 SI inſtituam hæredem filium impuberem, &
poſtea primum & ſecundum, & ita ſubſtituam
filio: *Qvisqvis mihi hæres erit, erit etiam filii hæres,*
non videtur eſſe ille, qvi à lege vocatur, ſcilicet
legitimus, neqꝫ dominus, aut pater ſecundi, neqꝫ
2 ſecundi præmortui hæres. Nam dum hæredem
voco, intelligo eum, qvi mihi ex teſtamento hæ-
res eſt, neqve qvando filiumfamil. alterius in-
ſtituo, patris vel domini gratia id facio, neqve,
dum hæredem meum ſubſtituo, de hærede hæ-
redis ſenſi, fortè mihi incognito. *Cephalus conſ.*
3 *392. n. 58.* Unde colligunt, verbum *hæredis* in
teſtamento, ſi ſub affectionis conjectura profe-
ratur, ſignificare tantum primum hæredem, de
qvo hic. *Zaſ. n. 4. & multis ſeqq. Menoch. conſ. 89.
num. 34.* qvia hæres alius teſtatori eſt incertus.
*Menoch. rem. 4. adipiſc. poſſ. n. 240. & num. 263. &
ſeq. Achill. Perſonalis in tr. de adipiſc. poſſ. n. 177.
Mant. lib. 8. tit. 18. n. 30. & conſ. 252. n. 33.* Infe- 4
runt etiam *Baldus conſ. 262. lib. 5.* & alii, qvod pro-
hibitio alienationis facta hæredi, de primo hære-
de ſit intelligenda, qvos refert *Tiraq. de Retr. con-
vent. §. 1. gl. 6. n. 19.* Sed *num. 22.* monet, hunc
aliosqꝫ textus ſpeciales ad conſeqventiam non
eſſe trahendos. Sed noſtris moribus raro talis
clauſula occurrit: *Qvisqvis mihi erit hæres, erit
etiam filii hæres.*

## ad L. Si pater. 9.

### SUMMARIA.

*CAſus legis. n. 1.*

*Adjunctus in ſubſtitutione pluribus heredibus inter ſe conjunctis, qvomodo cum iis ſuccedat. 2.*

INſtituerat qvis Titium, Sejum & Plavium ex 1
impari portione, & ſubſtituerat eosdem filio
impuberi, & adjunxit Paulum. Mortuo impube-
re, diſputabatur de portione Pauli; & reſpon-
detur Paulo deberi dimidiam, qvia à cæteris dis-
junctus, alteram dimidiam accepturos illos pri-
mo nominatos, qvam pro portionibus hæredi-
tariis inter ſe divident. Adjunctus ergo in ſubſti- 2
tutione pluribus hæredibus inter ſe conjunctis,
habet dimidiam, reliqvi alteram dimidiam. *hic
& l. 13. pr. de Hæred. inſt. l. 7. de Uſufr. accreſc.*
Nec obſtat *l. ult. C. h. t.* qvia utitur verbo diſtri-
butivo, qvisqvis. *Sebaſt. Sapia in reper. d. l. ſiu. n.
11. & ſeq. Hillig. lib. 6. c. 26. lit. E. Clarus §. teſta-
mentum. qv. 80. n. 7. Matth. de Afflict. dec. 393. n. 6.
conf. Zaſ. ad h. t. n. 74.*

## ad L. Sed ſi plures. 10. pr.

### SUMMARIA.

*CAſus legis. n. 1.*

*Spes vulgaris ſubſtitutionis non transmittitur ad heredes. 2.*

*Patris neceſſarii heredes etiam filii impuberis neceſſarii ſunt. 3.*

*Subſtitutus filio poſt aditam patris hereditatem denato, an poſſit hic junctas hereditates ſeparare. 4.*

*Qvid ſi ante aditam à filio hereditatem repudiat paternam, an mortuo filio poſſit ex ſubſtitutione ſuccedere. 5.*

*Per ſubſtitutionem pupillarem transferuntur ad ſubſtitutum & bona paterna & aliunde pupillo acqviſita. 6.*

*Limitationes. 7. 8.*

*Peculium profectitium qva bona contineat. 9.*

*An filiæ patris intuitu donata, mortua uxore redeant ad patrem. 10.*

USus teſtator hac formula: *Qvisqvis mihi ex* 1
*ſcriptis hæres erit, etiam filii hæres erit*, ſed li-
cet

cet omnes patri extiterint hæredes, qvidam tamen, anteqvam filius moreretur, mortui, horum hæredes ad bona filii ex ſubſtitutione non ve-
2 nient. Nam ſi ſubſtitutus ante inſtitutum, cui ſubſtitutus eſt, decedat, hæc ſpes ad hæredes ſubſtituti non tranſit, niſi etiam ſubſtitutus fuerit ex ſuis hæredibus. *Peregrin. de fideicom. art.31. num. 6. Vinc. Fuſarius de ſubſt. qvæſt. 164.* ubi va-
3 riè limitat & declarat. Qvos pater autem neceſſarios hæredes ſibi facere poteſt, illi etiam filii impuberis neceſſarii erunt hæredes, v. gr. ſervum qvis inſtituit hæredem, exhæredato filio, & eidem filio ſervum ſubſtituit; hic ſicut patris hæreditatem repudiare neqvit, ita nec filii. Ergò ſi pater impuberi filio ſubſtituat fratrem, hic, ut patris, ita & filii neceſſarius eſt hæres, & hæreditas impuberis transmittetur, etiam non adita à fratre ſubſtituto, *per §. 1. hujus legis & ibi Zaſius.*
4 Sed pone: Pater inſtituerat filium impuberem hæredem ex aſſe, & ipſi me ſubſtituit, filius etiam adiit hæreditatem, poſtea denatus eſt; ego volo ſeparare hæreditatem filii à paterna, & illam adire, hanc repudiare. Negatur hoc fieri poſſe, qvia paterna hæreditas juncta filii bonis, jam una eſt hæreditas, *per §. 2. hujus legis.* Unde *Zaſ. ad hunc §. tom. 2. pag. 58. num. 4.* infert, junctas hæreditates iterum ſeparari non poſſe. Et hæreditas adita non eſt amplius defuncti hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium. *Dec. conſ. 266. num. 1. & conſ. 433. n. 4. & qvos allegat. Carpz. deciſ.*
5 *25. num. 4.* Sed pone: pater me & filium ſuum impuberem hæredes inſtituit, me illi ſubſtituit, ego repudio hæreditatem paternam, & ſic mea pars accreſcit filio: poſtea filius impubes moritur, volo ei ex ſubſtitutione ſuccedere; qvod fieri poſſe negatur, qvia non poteſt ſemel juncta hæreditas ſeparari, *per §. 3. hujus legis.* Aliud ergò, ſi ego ex aſſe inſtitutus & filio exhæredato
6 ſubſtitutus. Semper autem qvando de impubere exhæredato aliqvid in Legibus legitur, tunc per ſubſtitutionem pupillarem non tantum transferuntur ad ſubſtitutum ea bona, qvæ à teſtatore ad pupillum pervenerunt, ſed etiam, qvæ pupillus aliunde acqviſivit. *§. 5. h. l.* ne pupillus pro parte teſtatus pro parte inteſtatus decedat, & idem eſt, licet pater ſubſtitutionem ad bona ſua reſtrinxit. *Menoch. lib. 4. præſ. 48. num. 11. Carpzov. part. 3. conſt. 8. def. 12. Vinc. Fuſar. de ſubſt. qv.*
7 *155. Hondedeus vol. 1. conſ. 75. num. 34.* Excipitur, ſi arrogato qvis ſit ſubſtitutus. *§. 6. h. l.* Aliud etiam in milite. *Menoch. l. 4. præſ. 48. in fin. Fuſar. d. l. num. 18.* Aliud in fideicommiſſariâ ſubſtitutione. *Peregr. de Fideicom. art. 6. n. 1. & ſeq.* Aliud etiam
8 eſt in vulgari. *Barry lib. 6. tit. 3.* Si arrogator arrogato ſubſtituit pupillariter, ea tantum bona ad ſubſtitutum perveniunt, qvæ ab arrogatore, i. e. ex ejus bonis, vel ejus intuitu ad arrogatum pervenerunt. *§. 6. hujus legis* ne ſubſtituendo ſe liberare poſſit ab obligatione ſuâ. *l. 18. ſupr. de Adopt.* nec ita arrogatus pro parte eſt inteſtatus, qvia bona agnatis reſtituuntur, non ut ab inteſtato, ſed ex obligatione. *Hillig. lib. 6. c. 15. lit. G.*
Collige obiter, ad peculium profectitium perti- 9
nere, qvæ non tantum ex Patris bonis profecta, ſed etiam intuitu parentis data. *Don. lib. 7. cap. 6. poſt lit. G. & l. 9. c. 5. poſt lit. C. Sed conſ. Zaſ. l. 2. ſing. int. p. 55. Zaſ. h. t. n. 20. & n. 39. Men. l. ſing. 3. præſ. 26. n. 13. P. Barb. in l. Qvæ dotis 34. num. 2. ff. ſol. matr.*
Qvod ſi autem qvid patri, & poſt ejus mortem fi- 10
lio relinqvatur, tunc non eſt contemplatione patris, ſed filii relictum filio. *Cephal. l. 5. conſ. 617. num. 172.* Ex h. §. 6. *Bartolus* etiam colligit, qvem alii ſeqvuntur, qvod ſi amici patris, intuitu patris, filiæ ejus qvid donent, mortuâ uxore, id ad patrem redire, ſed eam conſeqventiam refutat *Zaſ. in ſingul. intell. pag. 53. per l. 38. §. 1. ff. de Donat. inter vir. & ux.* & *Zaſium* ſeqvitur *Sande l. 2. tit. 5. def. 4.*

## ad L. Si filius. 12.

### *SUMMARIA.*

*Filius à patre inſtitutus & fratri pupillariter ſubſtitutus, an poſſit amplectendo pupillarem hereditatem, paternam repudiare. n. 1. & 2.*

*Intellectus* l. 10. §. 2. h. t. 3.

*Qvid ſi d. m. ſubſtitutio fiat pupillo exheredato. 4.*

*Non poteſt ſeparare hereditates extraneus ſubſtitutus pupillo ſoli inſtituto, hæreditatem paternam adeunti. 5.*

Filius major à patre & filio impubere inſtitu- 1
tus, & fratri pupillariter ſubſtitutus, poteſt paternam hæreditatem, nec à ſe nec à pupillo aditam, repupiare, & amplecti pupillarem. *Vinc. Fuſar. de Subſt. qv. 150.* ubi aliud eſſe dicit, ſi pupillus cum authoritate tutoris adierit; qvia licet 2
ambo ſint ſui hæredes, habent tamen beneficium abſtinendi, & licet paterna hæreditas non ſit adita. Unde videntur etiam ſecundæ tabulæ, i. e. Teſtamentum pupillare concidere. *l. 2. §. 1. h. t.* Suitas tamen facit, ut habeatur hæreditas pro adita, & ſi in Tabb. ſecundis ſint legata, habet ſubſtitutus Falcidiam. Nec obſtat *l. 10. §. 2.* 3
*ſupr. h. t.* qvia de extraneis loqvitur. *Zaſ. pag. 61. & ſeq. Vultej. in pr. inſt. tit. de Pupill. ſubſtit. n. 19. Dn. Struv. Exerc. 33. th. 28.* conſ. *Zaſ. h. t. num. 38. & num. 41. & plures accumulans Vinc. Fuſar. qv. 132.* Et ideo ſi extraneus cum pupillo inſtitutus, & pupillo ſubſtitutus, non poteſt acceptari hæreditas pupilli, & repudiari paterna. *Fr. Barry de Succeſſ. lib. 11. tit. 22. num. 6.* Eadem diſtinctio in 4
ſubſtituto pupillo exhæredato: nam ſi extraneus ſubſtitutus, non poteſt dictas hæreditates ſeparare, bene tamen frater pupilli, *per l. filius 41. ff. de acqvir. her.* Qvando verò ſolus pupillus inſtitutus, & extraneus ſubſtitutus, & pupillus ſe immiſcuit hæreditati paternæ, non poſ-

ſunt ſeparari hæreditates, licet ſubſtitutus ex perſona pupilli reſtitutionem petere poſſit. *Barry d. l. & Trentac. de Subſt. p. 2. c. 18.*

## ad L. Centurio, 15.

*SUMMARIA.*

*Privilegiata militis ſubſtitutio. n. 1. & 4.*
*Qvomodo hic ſuccedatur. 2.*
*Militibus togatis non competit. 3.*
*Subſtitutionis compendioſæ deſcriptio. 5.*
*Compendioſa pupillari innexa poſt pubertatem nullum habet effectum. 6.*
*Fideicommiſſaria ſubſtitutio ſub directa comprehenditur. 7.*

1 Miles poteſt impuberi filio etiam directo
ſubſtituere poſt puberem ætatem. *hic & L.*
*Precibus. C. h. t.* qvam cum *h. l.* conciliat *Cujac.*
*ad l. 7. ſupr. tit. pag. 764. & Menoch. lib. 4. præſ. 52.*
2 *n. 5. & ſeq.* ita tamen, ut intra pupillarem ætatem
ſuccedat ſubſtitutus in omnibus bonis, etiam
ipſius pupilli: poſt pubertatem in ſolis bonis,
qvæ à patre accepit pupillus. *Covarr. in cap.*
*Raynut. X. de teſtament. §. 9. n. 3. Barry de ſucceſſ.*
*lib. 6. tit. 2. n. 1. Conſ. in rep. d. l. precibus n. 55. &*
*ſeq. Zaſ. hic.* Et ita eo caſu non inſtituto, ſed teſtatori
ſuccedit, etiam in legitima, *Barry d. l. num. 2.*
& in fructibus repertis poſt mortem inſtituti.
*Trentac. de ſubſt. p. 4. c. 8. num. 5. Barry d. l. num. 3.*
3 *Vinc. Fuſar. de ſubſt. qv. 217.* qvam ſubſtitutionem
togatis militibus non competere, tradit
*Joh. Henricus Hagen in ſynopt. Commentatione de*
*ſubſtit. c. 5. §. 7.* Et hanc legem repetierunt *Lanfrancus
de Oriano & Lancellotus Galliaula vol. 3.*
4 *repet.* Et qvia miles poteſt in ſua ſubſtitutione
plura tempora, ſcilicet impuberis ætatis & puberis,
qvaſi per compendium, complecti, ideo novam
ſpeciem ſubſtitutionis fecerunt, qvam etiam
ad paganorum teſtamenta adaptarunt, ſi
qvis ita ſubſtituerit, qvandocunqve hæres inſtitutus
deceſſerit. *Zaſ. ad h. t. n. 88.* de qva multa
*Joh. Henricus Hagen. d. tr. cap. 6. & Fuſarius de*
5 *ſubſt. q. 228. & multis ſeqq.* Et ita definiunt, qvod
ſub verborum compendio plura tempora; ſeu
plures ſubſtitutiones complectatur. *Menoch. l. 4.*
6 *præſumpt. 57.* Compendioſam autem pupillari
innexam, poſt pubertatem nullum habere effe-
7 ctum tradunt *per l. 7. h. t.* Et neceſſe eſt, fideicommiſſariam
ſubſtitutionem ſimul comprehendi,
ſi poſt pubertatem vel in eum caſum, ſi
pubes hæres non erit, concepta per verba directa
vel communia. *vid. Barry de ſubſt. l. 7. t. ult. Fuſar. de ſubſt. q. 228. & multis ſeqq. Hartm. Piſt. p. 449. Oddus de Compend. ſubſtit. Joh. Henric. Hagen. de ſubſt. cap. 6.*

## ad L. Si qvis eum. 16. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Teſtator & ſibi & filio poteſt teſtamentum facere, diverſis horis & tabulis. n. 1.*
*Liberi in conditione poſiti non videntur inſtituti. 3.*
*Intellectus* l. 37. de Hæred. inſtit. 4.
*Qvando heres ſcriptus bona hæreditaria poſſit pro arbitrio alienare? 5.*

Qvamvis nemo cum duobus teſtamentis 1
decedere poſſit, poteſt tamen alio tempore
ſibi, alio impuberi filio teſtamentum condere,
qvia ſunt duo teſtamenta, duæ tabulæ. *Donellus*
*lib. 6. c. 25. poſt lit. F.* licet ratione ſolennitatum
habeatur pro uno teſtamento. *L. Patris. 20. h. t.*
*& ibi Zaſ.* Et ſi pater in ſecundo teſtamento ſi- 2
bi hæredem inſtituat, ſi vivo ſe filius deceſſerit,
prius non rumpitur, qvia ſecundum non valet
ob præteritionem filii. *Mant. lib. 4. tit. 1. num. 20.*
*Garcias in L. Gallus. n. 89. ff. de Liber. & poſth. &*
*Verius in rep. L. ex facto. h. t. n. 30.* Ex hoc igitur 3
probant, liberos in conditione poſitos non videri
inſtitutos, v. gr. filium meum hæredem inſtituo,
ac, ſi ſine liberis deceſſerit, volo, ut hæreditatem
Mevio reſtituat; vel ſi filius meus me
vivo decedat, Cajum inſtituo. Priori caſu liberi
ſeu nepotes, & poſteriori filius non videtur inſtitutus.
*hic & l. 1. §. 8. ad L. Falc. l. 8. ſi quis omiſſa
cauſa teſtam. & l. 29. §. 10. de libb. & poſth.
Dn. Struvius Exerc. 32. th. 3. Gail. l. 2. obſ. 136. num.*
*18. & plures alii.* Et ſic intelligenda *l. 37. de Hæred.* 4
*inſt.* ut filii inſtitutio nepotis inſtitutionem præceſſerit.
*Clarus §. teſtam. qv. 35. num. 2. Gomez lib. 1. Reſol. c. 3. n. 23. Covarr. in c. Raynutius. §. 3. n. 9. Sande lib. 4. tit. 2. def. 1. & l. 4. t. 5. n. 17. & l. 4. tit. 6. def. 5.* ubi conjecturas contrarias examinat. Cujus ſententiæ effectus eſt, qvod, cum filii poſiti in conditione, non verò in diſpoſitione, & ſic non vocati, hæres ſcriptus poterit bona hæreditaria pro arbitrio alienare & de iis diſponere pro arbitrio, qvod facere non poſſet, ſi liberi eſſent in diſpoſitione, ſi igitur pater inteſtatus decedat, excludunt liberi ſubſtitutum, qvia jus legitimæ ſucceſſionis ipſis per hanc conditionem reſervatum videtur. *Gail. d. l. n. 19. & ſeq.*

## ad L. Patris & filii. 20.

*SUMMARIUM.*

*Patris & filii teſtamentum qvatenus pro uno, & qvatenus pro duobus habeantur.*

Patris teſtamentum, in qvo filio pupillo ſubſtitutus datus eſt, & filii teſtamentum, pro uno teſtamento habentur, ſi uno contextu fiat, nam ſolennitas una ſufficit, licet pater ſibi hæredem filium ſcribat & ſubſtitutum nuncupet voce. Sed ſunt duo teſtamenta qvoad materiam, qvia diverſæ ſunt hæreditates. Unde ſicut teſtator ipſe bona ſua alienare non prohibetur, ita nec pupillus. *L. ſi ab inſtituto 45. de leg. 1. Gailus lib. 2. obſ. 137. num. 13. Fuſarius de ſubſtit. quæſt. 154.*

## ad L. Si ita qvis. 21.

*SUMMARIUM.*

*SUbſtitutus intra minus Ætatis pupillaris tempus, non admittitur, conditione exiſtente poſt hoc tempus.*

PUpillaris ſubſtitutio fieri poteſt ad minus tempus, qvàm pupillaris ætatis, v.gr. usqve ad 10. annum, & tunc non extenditur de tempore ad tempus. *Zaſ. hic & Mant. lib. 3. tit. 19. n. 12. Menoch. lib. 4. praeſ. 6. n. 9. & qvos citat Fuſar. de ſubſt. qv. 33.*

## ad L. Is qvi. 22.

*SUMMARIUM.*

*FIlius emancipatus à patre præteritus, fratri autem impuberi ſubſtitutus, an, ſi voluntatem patris impugnet, poſt mortem impuberis amittat ſubſtitutionem & legata in eo relicta.*

EMancipatus filius erat præteritus à patre, ſed idem tamen ſubſtitutus filio teſtatoris impuberi. Mortuo patre, petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, qværitur, an amittat ſubſtitutionem, ſi forte poſtea pupillus moriatur? Videtur qvod non, qvia aliud eſt teſtamentum patris, aliud filii impuberis, illud, non hoc impugnavit. Sed affirmatur, qvia judicium patris impugnavit. Ergò ſive obtineat, ſive non, amittit ſubſtitutionem & legata in eo ſibi relicta. Aliud autem eſt, ſi alius ſit hæres, qvam qvi impugnat. *l. 34. §. fin. h. t. Zaſius hic in fine Card. Mantica de conject. ult. vol. l. 5. tit. 12. n. 46.*

## ad L. Si pater. 25.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Conciliatio* l. pen. de injuſt. Teſt. & l. 78. ad Trebell. 3.

1 INſtituit qvis filios impuberes, & eos ſibi invicem ſubſtituit, & his ſubſtituit me, primo filio mortuo, qværitur, an non pluralitas reſolvatur in ſingularitates, & ego pro parte ſuccedam?
2 Qvod negatur, qvia extraneus in dubio poſt mortem omnium liberorum videtur eſſe inſti-
3 tutus. *hic & l. pen. C. h. t.* Nec obſtat *l. pen. ſupr. de injuſto teſtam.* qvia ibi duæ ſubſtitutiones, hic una. Nec *l. 78. ad Trebell.* qvia ibi duo fideicommiſſa.

## ad L. Si Titius. 27.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Deciſio ejusq; ratio. 2.*

1 MÆvius & Titius inſtituti hæredes, Mevius Titio ſubſtitutus, Mævio verò Sejus, ſed Mævius & Titius ambo repudiant, illo caſu Sejus non tantum ad Mævii, ſed etiam Titii portionem admittitur. *Donell. lib. 6. c. 24. & ibi Hillig. lit. F.*
Ratio eſt, qvia Sejus ſuccedit Mevio in omnibus 2
juribus Mevio competentibus, ergo etiam jure ſubſtitutionis, qvod Mevio competebat, qvia non in portione Mevii tantum ſubſtitutus. *Cephalus lib. 5. conſ. 649. n. 75.*

## ad L. Qvidam. 30.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Regula, ſubſtitutum præferri conjuncto, qvando fallat. 2.*

TEſtator inſtituerat hæredes, primum & ſe- 1
cundum, illum in tribus unciis, hunc in novem, primo ſubſtituit tertium vulgariter; ſi autem inſtituti primo & ſecundo gradu hæredes non ſint, Coloniam ſubſtituit in novem unciis, in tribus aliis unciis plures hæredes ſubſtituerat. Primus & tertius moriuntur, vivo teſtatore, ſecundus adiit hæreditatem, & ſic expirat ſubſtitutio facta tertio & Coloniæ, qværitur ergò de tribus unciis primo relictis vacantibus, an adcreſcant ſecundo, an verò ſubſtituti tertio gradu ſuccedant? Sed pro ſecundo reſpondetur. Unde
colligitur: licet regula ſit, ſubſtitutum præferri 2
conjuncto, *per l. 2. §. ſi duo. ff. de Bon. poſſeſſ. ſecund. tabb.* eam tamen fallere, ſi ſubſtitutio facta in defectum primi & ſecundi gradus; nam donec omnes ex primo & ſecundo gradu mortui, non habet locum ſubſtitutio, ſed conjunctus ſubſtitutum excludit, præſertim ſi teſtator ſenſit de tota hæreditate in tertium ſubſtitutum conferenda. *Cujac. & Zaſ. hic & Mant. lib. 11. tit. 5. numer. 25. Mattheſ. ſingul. 168. num. 3. Conſ. in repet. l. poſt aditam. C. h. n. 67. ſeq. usq; ad fin. Zaſ. h. t. num. 5.* conſ. *Menoch. l. 4. praeſ. 87. Gomez. tom. 1. reſol. c. 3. n. 26. & ſeq. Accorombonus in rep. l. Heredes mei 57. §. cui tamen ff. ad Trebell. vol. 4.*

## ad L. In ſubſtitutione. 31.

*SUMMARIA.*

*AN in ſubſtitutione hac:* Qvisqvis mihi hæres erit, etiam filio erit hæres, *ſufficiat, ſemel hæredem fuiſſe. n. 1.*
*Qvid, ſi ita:* ſi filius Gajus hæres non erit, TUNC Sejus hæres eſto. 2.

SI pater ita ſubſtituit filio: *Qvisqvis mihi hæres* 1
*erit, etiam filio erit hæres*, ſufficit, ſi ſemel fuit hæres, licet eſſe deſierit, qvia verbum (erit) non reſpicit tempus, qvo moritur pupillus, ſed medium tempus, ſcilicet, qvo Teſtator moritur, & ejus hæreditas adiri poteſt, ideo ſufficit, eum ſemel eſſe hæredem factum. *Men. conſ. 97. n. 108.* Hinc, ſi teſtamentum per qverelam pro parte reſciſſum, hæres tamen ſubſtituti loco veniet.

*vid.*

2 *vid. Zaſ. h. t. n. 44. Dn. Struv. th. 31.* Sed aliud ſi
ita: *ſi filius Gajus hæres non erit, TUNC Sejus hæres eſto.* Nam tunc conditio referri debet ad tempus mortis impuberis, & ſic, ut dicatur defecta, neceſſe eſt, ut dicto tempore Gajus filius ſit hæres, nec eſt ſatis, qvod prius fuerit hæres & eſſe deſierit. *§. 1. h. l.* & hoc virtute dictionis TUNC, qvæ extremitatem temporis denotat, qva non appoſita, ſi prius fuiſſet hæres & eſſe deſiiſſet, defeciſſet conditio ſubſtitutionis, ut in *princ. legis* dicitur. *Ruin. vol. 2. conſ. 200. 9. Riminald. lib. 4. conſ. 412. n. 43.*

## ad L. Si mater. 33.

### SUMMARIA.

*Mater ſubſtituit tantum vulgariter. n. 1.*
*In* h. l. *qvo ſenſu fiat mentio pupillarium tabb. 2.*
*Qvomodo mater in effectu poſſit pupillariter ſubſtituere, agitur remiſſivè. 3.*
*Caſus* §. *1.* h. l. *4.*
*Qvid ex eo colligatur. 5.*

1 MAter poteſt filium inſtituere ſub hâc con-
ditione, ſi pubes erit, & poteſt ei ſubſtitue-
re vulgariter: nam pupillariter non poteſt. Li-
2 cet enim pupillarium tabb. hic fiat mentio, abu-
ſive tamen ita dicuntur, ratione ſubjecti &
effectus, qvia hujus reſpectu ſimilis eſt pupilla-
ri, ſecundum *Hill. lib. 6. cap. 25. lit. C.* vel ratione
intentionis maternæ, qvæ de facto vulgariter &
pupillariter ſubſtituere voluit. *Coraſ. in repet. l.*
3 *Si teſtam. C. h. t. n. 26. vol. 8.* conſ. *Berlich. dec.*
*111.* ubi *num. 4.* egregiam cautelam proponit,
qvomodo ferè in effectu mater pupillariter ſub-
ſtituere poſſit, & *Dn. Struv. Ex. 33. n. 23. Zaſ. n 19.*
4 Sed pone *in §.* inſtitutum eſſe filium, & ſi filius
vivo Teſtatore moriatur, ſubſtituit nepotem ex
filio, & ſi hic non erit, hæres ſubſtituit me; mor-
tuo teſtatore, ſuccedit filius ut hæres, & poſtea
mortuus, nepos natus non erat, qværitur, qvia
ego in locum nepotis ſubſtitutus, ſi hæres non
ſit, an ego ſuccedam? Neg. qvia adita à filio hæ-
reditate, expiravit ſubſtitutio nepotis, & ſic et-
5 iam mea, *per §. 1. h. l.* Collige, qvando prima ſub-
ſtitutio evanuit vel exinanita eſt, tunc omnes ſe-
qventes ceſſant, qvæ ab illa dependent. *Zaſius*
*hic. Cephalus lib. 5. conſ. 620. num. 45. Alban. conſ.*
*344. num. 1.*

## ad L. Ex duobus. 34.

### SUMMARIA.

*AN ultimo decedenti ſubſtitutus, ſi duo ſimul decedant, ille utriq; ſuccedere poſſit. n. 1.*
*Deciſio 2. & 3.*
*Reſpondetur ad* l. 34. de SCt. Trebell. 4.
*Qvæ uno tempore expediri non poſſunt, ſi tamen de prioritate non conſtet, pro æqvalibus habentur. 5.*
*Subſtitutus vulgariter cohæredi, etiam ad ſubſtitutionem pupilli admittitur. 6.*
*Teſtamento per Bon. poſſeſſionem expugnato, tamen valet ſubſtitutio. 7.*

IMpuberibus duobus hæredibus ſcriptis, ei, qvi 1
ſupremus moritur, ſubſtituit me, ambo verò ſi-
mul moriuntur, an ad utriusqve hæreditatem
pervenio, qvia uterqve poſthumus eſt, dum ne-
mo eo poſterior: an verò ad neutrius, cum nul-
lus videatur noviſſimus? Sed reſpondetur, me 2
ad utriusqve partem vocari, qvia ambo erant
noviſſimi, poſt qvos nemo alius eſt, nam ſicut
primus dicitur, qvo nullus eſt prior, licet nullus
ſeqvatur, ita noviſſimus dicitur, qvem nemo ſe-
qvitur. Ergo collige, ſubſtitutum ultimo dece- 3
denti, utriqve ſimul morienti ſuccedere. Vide-
tur autem contrariari *l. 34. de SC. Trebell.* Sed ibi 4
ultimo decedenti ſubſtitutus erat in parte tan-
tum, qvam probare non poterat. *Wiſſenb. th. 25.*
Idem etiam alibi locum habere poteſt, ubi non 5
poteſt qvid uno tempore fieri, ſed tamen igno-
ratur, qvis prior, ut in duobus primogenitis. *Ti-*
*raq. de Primogen. qv. 17. opin. 4. n. 1.* Vide caſum
ſimilem in *l. 1. §. 6. de bon. poſſ. ſecund. tabb.* Sed 6
ex propoſita in *§. 1.* ſpecie facti, qvæ ſatis clarè in
textu proponitur, colligitur, qvod ſubſtitutus
vulgariter cohæredi, etiam ad ſubſtitutionem pu-
pilli admittatur, per illa verba, *qvisqvis mihi e-*
*rit hæres.*

*Ad §. ult.* Si teſtamentum per poſſeſſionem 7
bonorum contra tabulas expugnetur, ſubſtitutio tamen pupillaris manet, & à ſubſtituto relicta debentur, *per §. ult. h. l. Trentac. de ſubſtit. p. 2. c. 14. num. 2. Vinc. Fuſar. qv. 134.* qvia remedium Juris Prætorii non poteſt tollere ſubſtitutionem, qvæ eſt Juris Civilis. Aliud in qverela inofficioſi. *l. 8. ff. de inoff. teſtam.*

## ad L. Vel ſingulis. 37.

### SUMMARIA.

*SUbſtituti, conjunctim vel ſeparatim pluribus inſtitutis, qvomodo ſuccedant. n. 1. & 2.*
*Impubes dicitur inteſtatus. 3.*

QVando plures perſonæ inſtituuntur, & iis 1
ſubſtituitur, tunc vel ſingulis ſubſtituitur, &
ſic uno moriente, ſuccedit ſubſtitutus; vel ulti-
mo morienti, & ita dum unus moritur, expectan-
da eſt mors ultimi inſtituti. Seu diſtingvendum 2
eſt, an ſubſtitutio fiat pluribus ſeparatim, an verò
pluribus conjunctis: hoc caſu omnium mors ex-
pectanda; illo caſu unius morte contingente, ipſi
ſucceditur. *vid. Mantica de conject. ult. vol. l. 11.*
*tit. 5. Menoch. l. 4. præſumpt. 186.* & late decla-
rans *Vinc. Fuſar. qv. 162.* Obiter notetur, impu- 3
berem hic inteſtatum dici. *Berous vol. 2. conſ. 18.*
*n. 20. Car. Ruinus vol. 3. conſ. 125. n. fin.* cum alias
dicatur inteſtabilis.

ad

## ad L. Cauſa cognita. 40.

*SUMMARIA.*

*SUbſtitutio pupillaris an arrogatione pupilli pereat. n. 1.*
*Deciditur per diſtinctionem. 2.*
*Per ingreſſum Religionis an exſpiret ſubſtitutio. 3.*

1 SUbſtitutus ſum pupillo pupillariter, ſed pupillus cauſa cognita ſe arrogandum dedit, qværitur, an ſubſtitutio pereat? Affirm. *Fuſarius*
2 *qv. 141.* Sed hoc de mero jure intelligendum, cum in effectu non pereat. Nam aut pupillus moritur in arrogatione, & tunc beneficio cautionis ſubſtituto ſuccurritur; aut emancipatus eſt, & tunc Jure Prætorio ſuſtinetur ſubſtitutio. *Barry de ſucc. l. 4. tit. ult. num. 3. conf. Mantica de con-*
3 *ject. l. u. tit. 8. n. 9. Trentac. de ſubſt. l. 2 c. 12. n. 3.* Per ingreſſum Religionis Papa diſpenſante factum, an expiret ſubſtitutio, vide *Fuſar. q. 142. Hier. Verius in repet. legis ex facto. num. 443. & ſeq. h. t. vol. 3.*

## ad L. Cohæredi, 41.

*SUMMARIA.*

CAſus princ. h. l. *n. 1.*
*Deciſio ejusq; ratio cum ratione dubitandi. 2. 3.*
*Limitatur. 4.*
*Subſtituti reciprocè qvomodo ſuccedant. 5.*
*Ad ſubſtitutionem pupillarem qvid reqviratur. 6.*
*Idem reqviritur in ſubſtitutione vulgari tacita. 7.*
*Subſtitutus per fideicommiſſum, teſtatori, non heredi ſuccedit. 8.*
*Subſtitutio fideicommiſſ. an admittat detractionem qvartæ Trebellian. & qvando locum habeat. 9.*
*In qvæ bona ſuccedat ſubſtitutus fideicomm. 10.*
*Filio exhæredato pater per fideicommiſſum ſubſtituere non poteſt. 11.*
*In ſubſtitutione reciprocà prius vocantur in inſtitutione conjuncti, poſtea disjuncti. 12.*
*Exempla. 13. 14.*
*Qvid ſi ſpecialiter qvidam ſibi invicem ſubſtituti, poſt alii inſtituti, adjectâ ſubſtitutione reciprocâ omnium heredum. 16.*
*Caſus* §. 6. h. l. *17.*
*Deciſio. 18.*
*Subſtitutus in parte, qvando cenſeatur ſubſtitutus in totum. 19.*
*Qvod limitatur. 20.*
*De qvo caſu §. ult. loqvatur. 21.*

1 SPecies facti in princ. hæc. Teſtator inſtituit Mevium & Cajum, & hunc illi ſubſtituit, Cajo ſubſtituit Titium: ſed Cajus moritur ante aditam hæreditatem, vel anteqvam decederet Mevius, cui ſubſtitutus erat. Mevius poſtea repudiat hæreditatem, an Titius Cajo ſubſtitutus ſuccedit non tantum in ejus portione, ſed etiam
2 in tota hæreditate? Videtur qvod non, qvia portio Mevii Cajo nunqvam delata, ergo nec ad ejus
ſubſtitutum venire poteſt, qvia ſubſtitutus non poteſt habere plus juris, qvàm qvod habet is, cui
ſubſtitutus eſt Sed reſpondetur affirmative. qvia 3
intentio teſtatoris fuit, totam hæreditatem transferre, ſub conditione non exiſtentis Mevii, transferre in Cajum, & conſeqventer in Titi-
um. Eventus igitur non conſiderandus, ſed in- 4
tentio. *Donell. l. 6. c. 24. lit. G.* ubi *Hilliger* notat, aliud eſſe in pupillari ſubſtitutione, per *l. 47. h. t. Vult. in §. 2. Inſt. h. t. num. 2. & 3.* conferri pot-
eſt *Vasq. de ſucc. progreſſu §. 24. n. 17.* In recipro- 5
ca autem ſubſtitutione eædem ſunt partes ſubſtitutorum, qvas habent in inſtitutione, de qvo
ante actum. Ad ſubſtitutionem autem pupilla- 6
rem reqviritur, ut mortis qvoqve tempore in po-
teſtate teſtatoris ſit filius, *per §. 2. h. legis.* Nam 7
ſubſtitutio pupillaris expirat per filii emancipationem, qvod etiam de ſubſtitutione vulgari tacita, qvæ in expreſſa pupillari continetur, dicendum, ut tradit *Mant. de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 6. num. 13. & Vinc. Fuſar. pro more plures referens de*
*ſubſt. qv. 66.* Et ſi ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, 8
ſubſtitutus non hæredi, ſed teſtatori ſuccedit, ut ex *§. 3.* communiter probant Dd. *Rimin. conſ.*
*246. num. 6. & qvos allegat. Fuſar. qv. 274.* Et fidei- 9
commiſſaria ſubſtitutio admittit detractionem Trebellianicæ qvartæ, ac poſt puberem ætatem locum habet, modo teſtamentum patris valuit, ut teſtamentum vel ut Codicillus, ſi clauſula Codicillaris appoſita, nam alias ſi teſtari voluit, ſed nulliter teſtetur, neqvidem ut codicillus valebit,
utut 5. teſtes ſint adhibiti. Et fideicommiſſo non 10
tenentur bona filii propria ab eo qvæſita, vel à matre ad eum devoluta, ut ex *§. 3.* deciſum, anno
1667. menſe Sept. *conf. l. 17. §. 2. ff. ad Trebell.* Et 11
ideo nec militi hoc licet, per *l. 15. ff. de teſt. milit.* Et ideo exhæredato filio pater per fideicommiſſum ſubſtituere non poteſt, per regulam: qvem non honoro, nec poſſum gravare; ſubſtitutus talis nihil conſeqvetur ex bonis parentis, à qvibus ſeclusus is, cui ſubſtitutus, nihil ex bonis filii, qvæ pater onerare non potuit, qvæ omnia ex *d. §. 3.*
probantur, & alibi fuſius hæc declarantur. Sub- 12
ſtitutio reciproca vocat prius in inſtitutione conjunctos, poſtea disjunctos, *per §. 4.* v. gr. Si primum & ſecundum in qvadrante inſtitui, tertium & qvartum in dodrante, & hos omnes ſibi invicem ſubſtituam, ſi primus repudiat ſuam partem, reliqvi non ſuccedunt, ſed tantum ſecundus, qvi ipſi conjunctus. *De conſ. 186. numer. 12. vol. 2. & vol. 3. conſ. 152. num. 11. Crazetta conſ. 43. num. 2. Hippol. Rimin. vol. 3. conſ.*
*279. num. 201. & ſeqq.* Unde infertur, ſi pater in- 13
ſtituit liberos ex primo matrimonio in qvadrante, & liberos ex ſecundo matrimonio in dodrante, & eos invicem ſubſtituit, ſi unus ex poſterioribus deficiat, ejus portio ad conjunctos ſecundi matrimonii liberos tantum perti-
net. Sic, ſi qvis filios fratris Hieronymi in ſemiſ- 14
ſe,

ſe, & filios alterius fratris in alio ſemiſſe inſti-
tuat, & unus ac alter ex prioribus deficiat, ejus
vel eorum portiones non ad alterius fratris libe-
ros, ſed ad liberos Hieronymi pertinent. Ita
conſuluerunt *Ruinus lib. 2. conſ. 108. Menoch.*
*conſ. 198. num. 18. & ſ. Decius d. conſ. 186.* Porro
15 ex hoc §. probant: duo vincula plus reſtringe-
re, qvam unum *Zaſ. ad h. §. num 5. Riminal. de*
16 *conſ. 279. num. 103.* Qvando verò qvædam perſo-
næ ſibi invicem ſpecialiter ſunt ſubſtitutæ, poſt-
ea alii hæredes inſtituti, & ſubjecta clauſula,
qvod omnes hæredes ſibi invicem ſubſtituti,
tunc clauſula illa generalis ad eos, qvi inter ſe
ſpecialiter ſunt ſubſtituti, non præſumitur ex-
tendenda, *per §. 5.* Et ſic, ſi filius decedat, ejus
portio ſoli patri adqviretur, ſi ex cæteris hæredi-
bus qvis deficiat, pater & filius inter ſe ſpeciali-
ter ſubſtituti, deficientis portionem non acci-
17 pient. Sed pone, me inſtituiſſe filium impube-
rem & Cajum, qvem illi etiam ſubſtitui, & mul-
ta legata ab eo aliis relicta, mortuo pupillo Ca-
jus vult Falcidiam à Legatis detrahere, qværi-
18 tur, an poſſit? Reſp. qvod non, licet enim por-
tio, in qvà ſubſtitutus eſt, ſit gravata, illata ta-
men portio, qvam in inſtitutione habet, non
eſt gravata, & ſic portiones communicantur ac
contribuuntur *§. 6. h. l. vid. hic Zaſius mihi pag.*
19 *103.* Subſtitutus autem in parte, videtur ſubſti-
tutus in totum, ſi nullus alius reperitur cum eo
ſubſtitutus. *§. ult. hujus legis Zaſ. ad hunc §. n. 6.*
ubi hunc §. ſingularem vocat. *Men. lib. 4. præſ.*
*48. n. 4. & conſ. 224. n. 49. Galiaula in repet. l. cen-*
*turio. num. 31. Fuſar. de ſubſt. q. 71. plures citans.*
Idem in pupillari ſubſtitutione, qvod multis ex-
plicat *Fuſar. qv. 116. de ſubſt.* & qvos magno nu-
20 mero refert *Berlich. p. 2. de c. 262. n. 21.* Sed hoc
limitant Dd. qvos ſeqvitur hic *Zaſius*, ſi ſubſti-
tutio ſit facta per verba communia vel obliqva,
qvia ſubſtitutio fideicommiſſaria per verba ob-
liqva facta ei, qvi in re certà inſtitutus eſt, non
trahitur ad univerſum. *l. cogi 16. §. 2. ff. ad Tre-*
*bellianum. Cephalus conſ. 411. num. 17.* Dd. refert
21 *Berlich. p. 2. deciſ. 262.* Et hic ergo §. de directa,
non fideicommiſſaria ſubſtitutione intelligendus.
*Cephalus conſ. 231. n. 22.* ſicut & ad expreſſam pu-
pillarem hunc §. reſtringit *Hondedeus l. 1. conſ. 73.*
*num. 26.*

## ad L. Ex facto. 43.

*SUMMARIA.*

*Subſtitutio exemplaris qvando exſpiret. n. 1.*
*An iniqvum ſit, homini ſanæ mentis adimere te-ſtandi facultatem. 2. 4.*
*Qvid hic nonnulli colligant in foro Saxonico. 3.*
*An ex* h. l. *probari poſſit: teſtandi facultatem nec per ſtatutum nec per Principem adimi poſſe. 5.*
*Qvid ex* h. l. *colligatur de ſubſtitutione ſurdi & muti. 6.*
*Rumpitur ſubſtitutio pupillaris, ſi pupillus nanciſci-tur liberos. 7.*
*Probatur ex hac l. interpretatio Privilegiorum au-thentica. 8.*

Subſtitutio exemplaris, qvæ etiam à matre 1
fieri poteſt. *Barry lib. 5. tit. 4. n. 2.* expirat, im-
pedimento ceſſante, & liberis poſtea ſuſceptis.
Colligunt ex hâc lege, ejusqve principio, iniqvum 2
eſſe, homini ſanæ mentis adimere teſtandi fa-
cultatem. Unde etiam colligere volunt nonnul- 3
li in foro Saxonico, qvoniam eo jure maritus
mobiliaris hæres eſt uxoris, id intelligendum eſ-
ſe, niſi uxor teſtamentum fecerit: nam alias adi-
meretur uxori teſtandi facultas, ſi nulla alia ha-
beat bona, qvam mobilia, qvod plerumqve fit.
Sed alii diſſentiunt, & putant, per conſeqven- 4
tiam fieri poſſe, ut qvis non habeat teſtandi
facultatem de facto, ob defectum bono-
rum, ut in donatione omnium bonorum,
etiam futurorum, ingreſſu monaſterii, arroga-
tione & ſimilib. *Finckelth. obſ. 104. & qvos refert*
*n. 11.* Et qvamvis etiam nonnulli ex h. l. velint 5
probare, non poſſe per ſtatutum imò neqve per
Principem induci, ut qvis non poſſit teſtari, hoc
tamen refutat *Tiraq. de primog. q. 47. n. 6.* cum
non dicatur, qvod Princeps non poſſit, ſed qvod
facere non præſumatur. Ex hâc lege etiam colli- 6
gi poteſt, muto & ſurdo non poſſe ſubſtitui, niſi
impetrato beneficio Principis, ſi intellectum
habeat. *Donell. l. 6. c. 27. lit. D. & ibi Hill.* ſecus,
ſi natura mutus & ſurdus, & rationis uſum non
habeat, nec poſſit animi ſenſa certo explicare.
*Fuſar. qv. 185.* Colligunt etiam, ſi pupillus nan- 7
ciſcatur liberos, qvod qvidem rarum, non tamen
impoſſibile, qvod tunc rumpatur pupillaris ſub-
ſtitutio. *hic & l. cum avus. ff. de condit. & de-*
*monſtr. Mantica de Conject. lib. 5. tit. 12. num. 12.*
*Menoch. lib. 4. præſ. 89. n. 129. Fuſar. de ſubſtit. qv.*
*156. Franc. Barry de ſucceſſ. lib. 4. tit. ult. num. 11.*
Multa hic Dd. tradunt de exemplari ſubſtitutio-
ne, de qvâ ulterius vide *Fuſar. qv. 166 uſq. ad qv.*
*205.* Colligunt etiam ex *hac L.* de interpretatio- 8
ne privilegiorum ſolum Principem cognoſcere.
*Klock. conſ. 6. num. 97. & l. 2. def. 416. num. 10. vol. 1.*
*Card. Tuſchus concl. 737. lit. P. Carpzov. lib. 1. Ju-*
*riſpr. Eccl. def. 226. in fine.* ideoqve Tribunalia &
Dicaſteria, licet loco Principis cognoſcant cau-
ſas & dijudicent, & privilegia per mandata tueri
debeant, declarationem tamen & interpretatio-
nem non ad ea, ſed ad ipſum Principem pertinere.
*Dn. Mev. p. 5. dec. 306.*

## ad L. Lucius Titius. 45.

*SUMMARIA.*

*Subſtitutio facta filio legitimo & naturali, non eſt pupillaris. n. 1.*
*Hujus effectus ratione ſucceſſionis matris. 2.*

Subſtitutio facta pupillo filio ſuo & filio natu- 1
rali, non poteſt eſſe pupillaris, ſed eſt vulgaris:
Ideo-

Ideoqve ſi pupillus adiit hæreditatem paternam, hæreditas ejus ad matrem pertinet; ſed ſi fuiſſet 2 reciproca, mater excluderetur. Unde qvidam concludunt, matrem excludi à legitima *vid. Finckelth. obſ. 29. n. 27.* Sed de eo *ad tit. de inoff. teſtam. ad l. 8.* dictum eſſe memini.

## ad L. Qvi habebat. 47. pen.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Qvid ex h. l. colligatur. 3.*

1 PAter filium & filiam impuberes habens, illum inſtituit, hanc exhæredavit, & filio ſubſtituit filiam, huic uxorem & ſororem ſuam ſubſtituit; filia impubes moritur ante filium, poſteà filius etiam mortuus, filiæ bona pertinent ad ſubſtitutas fœminas; Sed qvid de bonis filii? Reſp. ea non pertinent ad ſubſtitutas, qvia filio 2 non ſunt ſubſtitutæ; Ergo ad heredes ab inteſtato pertinent. Collige, in ſubſtitutione pupillari 3 non fieri transmiſſionem ad ultimum ſubſtitutum, ſi caſus ultimæ ſubſtitutionis non evenit, nec aliud apparet de voluntate teſtatoris. *Pariſius vol. 3. conſ. 73. n. 40.* & ubi prima ſubſtitutio defecit, eæ, qvæ ab illa dependent, ſubſiſtere non poſſunt. *Cephal. conſ. 620. n. 23. & 29.* Et ſpes ſubſtitutionis non transmittitur. *Hier. Verius in rep. L. ex facto h. t. n. 426. Berous conſ. 128. n. 36. vol. 2.*

# TITULUS VII.

# De Conditionibus inſtitutionum.

## Ad L. Sub impoſſibili. 1.

*SUMMARIA.*

*IMpoſſibilis conditio vel naturâ vel lege talis, inſtitutionem vitiat. n. 1. 2.*
*An impoſſibilis conditio, ſi qvis ſolus ſub conditione negativâ inſtitutus. 3.*
*An impoſſibilis conditio, ſi qvis inſtitutus eâ conditione, ſi cognatam uxorem duxerit, qvi tamen gradus prohibitus diſpenſationem admittat, & inſtitutionem vitiet. 4. 5.*
*Impoſſibilis conditio, qva pro poſſibili habetur à teſtatore & alias in ſe poſſibilis eſt, diſpoſitionem vitiat. 6.*
*Excipitur pia cauſa. 7.*

1 PEr impoſſibilem conditionem inſtitutio non vitiatur. *hac l. 1. & 6. h. t.* ſecus in contractibus. *Barry l. 17. t. 10. num. 9. Moll.* 2 *lib. 1. ſemeſt. diff. 3.* Idem in conditione turpi. *Inſ. rius de ſ. b. . q. 454. n. 99. & ſeqq.* & in conditionibus in fraudem legis appoſitis *l. 7. h.* 3 *t. Fuſar. d. q. n. 103.* Conditio impoſſibilis etiam videtur, ſi ſub conditione negativa qvis inſtitutus ſit & ſolus, cum nemo ſit, cui caveri poſſit, per *l. 4. §. 1. h. t.* Dixerim, imò hæredibus legi- 4 timis caveri poſſe. Sed qværitur, ſi inſtitutus ſim ea conditione, ſi cognatam aut adfinem uxorem duxero, isqve gradus ſit, qvi diſpenſationem procul dubio admittat, licet jure municipali ſit prohibitum in tali gradu matrimonium, eo caſu putarem, debere me petere diſpenſationem. Sed ſi ſcrupulus ſit, an non jure Divino etiam ſit prohibitum matrimonium, tunc me auditum iri puto, ſi jurem, me conſcientiæ ſcrupulo retineri, ne ducam, nam hactenus pro 5 impoſſibili haberetur. Sed eo caſu dici poſſet, me non fore hæredem, qvia ſi teſtator habuit pro poſſibili, non rejicitur conditio, ſed vitiatur diſpoſitio. *l. 58. ſupr. de Condict. indeb. Mant. lib. 3. tit. 10. num. 7. Donell. lib. 8. c. 32. Gomez l. t. var. reſol. c. 12. num. 75. Fuſarius d. l. num. 98.* Sed excipitur pia cauſa, *Barry de Succeſſ. l. 17.* 6 *tit. 10. num. 3.* Idem, ſi conditio non ſit per ſe impoſſibilis & abſolutè talis, licet hæredi ſit impoſſibilis ob inopiam. *l. 4. §. 1. ff. de ſtatu lib. l.* 7 *137. §. 4. ff. de verb. obl. l. 72. §. pen. de condict. & dem. Graſſus in verbo, Inſtitutio q. 25. n. 3. Donell. d. c. 32. lit. E.*

## ad L. Si heredi. 5.

*SUMMARIA.*

*PLures conditiones adjectæ an omnes implendæ. n. 1. & 2.*
*Singulare qvoddam circa legata. 3.*
*Caſus proponitur. 4.*

SI ſub pluribus conditionibus qvid relictum, 1 omnibus ſatisfieri oportet; ſi disjunctim, alterutri. *Donell. lib. 8. c. 31. & ibi Hill. lit. C.* Si 2 autem in diverſis partibus proponatur alia atqve alia conditio, unam implere ſufficit, qvia tunc disjunctive intelligendæ ſunt conditiones. *l. 17 h. t. & l. 27. §. fin. ſupr. de hæred. inſtit.* Aliud in legatis, ubi conditio noviſſima im- 3 plenda *l. 87. de condit. & demonſtr.* qvia legata facilius adimuntur, qvam hæreditas. *Harpr. in §. 11. h. t. Wiſſenb. d. 57. th. 9.* Et ex hac lege de- 4 ciſus fuit caſus, ſi qvis ita ſubſtituat: Dafern der Sohn in ſeinen unmündigen Jahren todes verfahren/und keinen Erben hinter ſich verlaſſen werde. qvæ conditio poſterior licet non prior exſtitit, & ideo non eſt ſubſtitutioni locus. *Menoch. conſ. 679. num. 2. Vinc. Fuſar. de ſubſt. qv. 433. n. 2. & qv. 455. n. 1.* Licet diſſentiat *Trentac. de ſubſt. p. 4. c. 9. n. 23.* Si autem ita qvis inſtituerit

hæredes, ſi filius inteſtatus, vel ſine liberis, vel ſine teſtamento, vel ſine nuptiis deceſſerit, tunc eo caſu tantum locus ſubſtituto, ſi omnes conditiones impletæ, per *l. 6., C. de Inſtit. & ſubſt.* nam disjunctiva poſita inter plures conditiones, reſolvitur in conjunctivam, ſi inter eas etiam reperiatur hæc, ſi ſine liberis moriatur. *d. l. 6. & l. 85. h. t. de hæred. inſt.* qvod etiam in extraneis hæredibus obtinere, putat *Mantica de conject. ult. vol. l. 11. tit. 1. n. 6. Graſſus in verbo, Inſtitutio. q. 26.*

## ad L. Qvæ ſub. 8.

*SUMMARIUM.*

*Conditio jurisjurandi adjecta nonobligat inſtitutum, nec legatarium ad eam implendam.*

Conditio Jurisjurandi præſtandi tàm in inſtitutionibus, qvàm in legatis remittitur. *hic & l. 20. ff. de Cond. & demonſtr.* Conditio enim Jurisjurandi à Prætore reprobatur: nulla enim neceſſitas neqve utilitas ſvadet juramentum; nam teſtator ipſum factum voluit potius, qvàm juramentum *Manz. in cent. dec. qv. 40. num. 25.* Non verò remittitur id, qvod qvis facere juſſus eſt, juramentum tamen in præteritum poteſt injungi *Donell. & ibi Hill. lib. 8. c. 32. lit. M. & N. Vaq. de Succeſſ. Progreſſ. §. 30. n. fin.*

## ad L. Filius, 15.

*SUMMARIA.*

*Conditio turpis adjecta filio inſtituto reddit teſtamentum nullum. n. 1.*

*An conditio religionis mutandæ pro turpi habenda. 2. 3.*

*An ex* h. l. *colligi poſſit: Venditionem rerum hæreditariarum heredi in teſtamento ademptam, & executori attributam, de jure non ſubſiſtere. 4.*

1 Qvæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, & verecundiam noſtram, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt: & ideò ſi filius ſub tali conditione inſtitutus, annullatur teſtamentum. *Donell. lib. 6. c. 19. lit. D.*

2 Hic refert *Carpz. p. 1. dec. 89. Struv. th. 50.* conditionem mutandæ Religionis. Sed cum mutatio Religionis ex alia juſta cauſa fieri poſſit, non haberem eam ſimpliciter pro turpi conditione: niſi ob hanc qvis talem dicat, ſi uxorem duxerit hanc, qvod pretio ad amorem invitari videatur.

3 Sed ſi qvis per talem conditionem invitetur ad Religionem, qvam ſcit eſſe falſam, & verbo DEI contrariam, tunc omninò turpis erit conditio,

4 & ſpretâ conditione, validum legatum. Ex hac etiam *L. 15.* aliisqve rationibus colligit *Dn. Manz. in cent. dec. qv. 40.* venditionem rerum hæreditariarum hæredi in teſtamento ademptam, & executori attributam, de jure non ſubſiſtere; ſed, qvod pace tanti viri dixerim, ego nullam turpitudinem hic reperio, cum poſſit legem ſuis rebus dicere pro lubitu.

## ad L. Si Titius. 16.

*SUMMARIA*

*Conditio perplexa tollit diſpoſitionem. n. 1. Limitatur. 2. 3.*

Perplexa conditio, cujus exemplum in lege 1 propoſitum clarum eſt, vitiat inſtitutionem, qvia conditio non poteſt præcedere effectum diſpoſitionis. *Menoch. l. 4. præſ. 16. num. 33. Reuſn. de Teſtam. p. 6. c. 11. n. 4.* Et dubium, in utro prius debeat impleri conditio, & ideo non uterqve ſed neuter hæres eſt. *Donell. lib. 8. c. 32. & ibi Hillig. lit. G.* Qvod ſi autem perplexitas non veniat 2 ex verbis Teſtatoris, ſed præter ipſius voluntatem ex eventu inſperato, non vitiatur diſpoſitio. *arg. l. 88. ad L. Falc. Durand. de condit. p. 3. c. 10. n. 7. & ſ.* aut ſi per impropriam ſignificationem 3 tolli poſſit perplexitas, ut in *l. 4. h. t. Dunandus d. l. n. 10. & ſeqq.*

## ad L. Si plures. 17.

*SUMMARIUM.*

*Qvid ſi conditiones plures neq; conjunctim neq; disjunctim appoſitæ.*

Si plures conditiones neqve conjunctim neqve disjunctim in diverſis teſtamenti partibus ſunt præſcriptæ, conditio, qvæ prior extitit, occupabit inſtitutionem. *L. 5. ff. d. 57. ib. 9. vid. l. 87. infra de condit. & demonſt.*

## ad L. Mulier. 20.

*SUMMARIA.*

*Conditio de non exigenda dote marito adjecta qvomodo impleatur. n. 1.*

*Qvomodo conditio, qvæ appoſita heredi, anteqvam heres eſſet, implenda. 2.*

Conditio de non exigenda dote marito appoſita, impletur, ſi caveat cohæredibus, ſe 1 non exacturum. Eſt enim conditio negativa, qvæ per cautionem Mutianam impletur, ſed ſi 2 conditio obliqva appoſita hæredi, anteqvam hæres eſſet, implenda, qvæ ab ipſo de jure nondum impleri poſſit, tunc ſufficit de facto implere, qvæ impletio hæreditate adita convalidatur; nam in ſpecie facti, qvæ in §. 1 proponitur, & per ſe ſatis clara eſt, certum eſt, hæredem non poſſe manumittere, non poſſe ſervitutem alteri conſtituere, ſed ſufficit, ſi faciat, qvantum poteſt. *Ceph. conſ. 370. n. 6.*

## ad L. Uter ex fratribus. 23.

*SUMMARIUM.*

*Reg. Qvod conditio habeatur pro impleta, qvoties non ſtat per eum, qvi implere debet, ex* h. l. *fallit.*

Uter

UTer ex fratribus duxerit conſobrinam, habebit dodrantem; ſed illa neutri nubere vult, & ſinguli in æqvales partes ſuccedunt. Idem, ſi conſobrina vivo teſtatore deſuncta. Et ſic fallit hic regula, qvod conditio habeatur pro impletâ, qvoties non ſtat per eum, qvi implere debeat. Nam uterqve ducere non potuit, nec illa utriqve potuit nubere. Ergo Teſtatoris taci ta voluntas fuit, ſi non ſtet per fratres, utrumqve æqvaliter ſucceſſuros. *Men. conſ. 262. n. 16. ſeq.*

### ad L. Pen. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Codicillis hereditas non datur. n. 1.*
*Nec heredi in codicillis conditio adjici poteſt. 2.*
*Nec conditio in teſtamento appoſita, per codicillum removetur. 3.*

1 COdicillis ut dari hereditas non poteſt, ita
nec adimi. *hic & §. pen. Inſtit. de Codicill.*
2 Hinc nec conditio adjici poteſt in codicillis ei,
qvi in teſtamento purè erat inſtitutus, *per h. §.*
*Dilectus de arte teſtandi t. 10. cautel. 8. Vasq. de*
*Succeſſ. creat. §. 25. num. 13. Ant. Fab. lib. 18. con-*
3 *ject. c. 16. circa med.* Sic conditio appoſita in te-
ſtamento, non poteſt removeri in codicillis. *Bar-*
*ry de Succeſſ. lib. 11. tit. 6. num. 10. Donell. l. 7. c. 19.*
*in fin.*

### ad L. ult.

*SUMMARIA.*

*Conditio poteſtativa duplex. n. 1.*
*Harum effectus. 2. & ſq.*

FIlius ſub poteſtativa conditione inſtitui po- 1
terat, non verò caſuali. *Carpz. p. 3. c. 9. def. 18.*
Sed poteſtativa duplex eſt, 1. qvæ in ultimo vitæ
momento impleri poteſt per alium, ut condi-
tio dandæ pecuniæ; alia verò, qvæ non poteſt,
ut, ſi aſcenderit capitolium. Si illa, neqve ex te- 2
ſtamento, neqve ab inteſtato patri hæres erit:
non illud, qvia conditio non eſt impleta; non
hoc, qvia pependit cauſa teſtati, & non potuit
transmittere hæreditatem, qvi heres non fa-
ctus; ſed hoc caſu filius ab inteſtato eſt heres in
ipſo mortis puncto. Poſterius autem explica- 3
tur ſimili: Titius ſit hæres, ſi Capitolium aſcen-
derit, ſi non aſcenderit, habeat agrum. In ago-
ne conſtituto eo, prius defecit conditio, qvam
vita. Sed, ſi ſubſtituti nepotes, primo caſu poſt 4
mortem demum, poſteriori caſu in vita adhuc
ſuccedunt ſubſtituti. Qvis hujus Papinianææ
ſubtilitatis ſit effectus, vid. *Mann. de teſtam. tit.*
*7. qv. 6.* conf. *Cujac. tom. 4. p. 293. & ſeq. Man-*
*tua ſing. 195. Fab. lib. 10. conject. cap. 2. Struv. d.*
*Ex. 33. th. 48.*

# TITULUS VIII.

# De Jure deliberandi.

### Ad L. 1.

*SUMMARIUM.*

*Deficiente juris determinatione, an ad arbitrium judicis recurrendum.*

EX hac *l. 1. & §. 1.* obſervant Doctores, qvando aliqvid in jure non reperitur determinatum, ad arbitrium judicis recurrendum eſſe. *Decius ad l. & ita. n. 19. C. de edendo. Contardus ad L. diffamari. q. 99. n. 51.*

### ad L. 2. 3. & 4.

*SUMMARIA.*

*Tempus deliberandi qvamdiu competat, & an prorogari poſſit. n. 1.*
*An coarctari poſſit. 2.*

1 TEmpus deliberandi hæredi conceſſum eſt
centum dierum, qvod prorogari non debet,
niſi ex magnâ cauſa. Sed qværitur, annon coar-
2 ctari poſſit hoc tempus? Et videtur qvod non,
qvia in prorogatione extenditur Jus ſucceſſio-
nis, in coarctatione verò minuitur. Sed hæc ra-
tio concludit tantùm in eo, qvi ad ſucceden-
dum primus eſt in gradu, ſed non in eo, qvi
ipſum ſubſeqvitur, & lex tàm unam, qvàm alte-
ram perſonam attendit, cum ſtatuerit tempus
priori, ne diu cunctando ſeqventem fruſtretur,
& in incerto maneat ſucceſſio. Ita *Menoch. lib. 2.*
*Arb. quæſt. caſu 1. n. 11.*

### ad L. Ariſto. 5.

*SUMMARIA.*

*Tempus deliberandi qvibus utile. n. 1.*
*Heres adhuc deliberans habet facultatem alienandi res, qvæ temporè peritura ſint. 2. 3.*

IN princ. dicitur, qvod non tantum creditori- 1
bus conſulatur, qvod certum tempus delibe-
randi hæredi detur, ſed qvod etiam hæredi, &
ideò illi facultas danda inſpiciendi inſtrumenta
in hæreditate reperta; imò etiam facultas alie- 2
nandi hæredi adhuc deliberanti datur, in rebus
tempore perituris, in §. 1. Ideoqve hunc tex- 3
tum notabilem vocat *Pinell. de bonis mat. in l. 1.*
*part. 3. num. 26.* qvod ibi comparetur neceſſitas
alieni æris ad caſum illum, qvo res perituræ, vel
onerosæ hæreditati, vel damnoſæ, &c. qvod ad
Tutorem & patrem accommodat.

## ad L. Ait Prætor. 7. §. 2.

*SUMMARIA.*

*AN univerſaliter verum, qvod qvi alienare non poteſt, nec agere de illâ re qveat. n. 1. 2.*

*Sententia in feudis aliisq; rebus reſtitutioni ſubjectis non obſtat ſucceſſori. 3.*

1 COlligunt I. ex h. §. generalem regulam; Qvod,
qvi alienare non poteſt, non poſſit de re illa
2 agere. *Tiraq. de LL. connub. gl. 5. num. 107.* Qvod
tamen univerſale non videtur, nam pater bona
filii alienare non poteſt, & tamen agere poteſt.
Sed videtur optima reſponſio *Bartoli*, qvod poſterius
de eo intelligendum ſit, qvi proprio nomine agit *Pinellus in loco jam citando n. 47.* II.
3 Sententiam, in feudis aliisqve rebus reſtitutioni
ſubjectis, non obſtare ſucceſſori. *Dec. conſil. 445.
n. 29. conf. tamen Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3.
n. 48.* Sed de eo alibi.

## ad L. Si qvis. 8.

*SUMMARIA.*

*SUus heres an & intra qvod tempus repudiatam hæreditatem revocare poſſit. n. 1.*

*Limitatio. 2.*

1 SUus hæres abſtinuit à paternâ hæreditate, &
tamen poteſt petere ſpatium ad deliberandum, & ſic poſtea adire hæreditatem repudiatam, ſcil. intra triennium à tempore repudiationis computandum, ſi major, vel intra triennium
computandum, à tempore utilis anni lapſi,
2 ſi minor fuit juxta *l. fin. C. de repud. hæred.* Additur
hic limitatio, ſi res adhuc integra, nec bona ſint diſtracta; aliud in emancipato. *Cevallos qv. 627. Padill. ad l. 3. C. de Jur. & fact. ignor. num. 10. & ſeq.*

## ad L. Filius. 9.

*SUMMARIA.*

*HÆredi adhuc deliberanti qva jacente hæreditate conceſſa ſint. n. 1.*

*Loco deliberationis qvid hodiè obſervetur. 2.*

*Inventarii reqviſita. 3.*

*Heres circa unam rem peccando qvoad cæteras tamen inventarii fructum non amittit. 4.*

*Minorennis errore rem omiſiſſe præſumitur. 5.*

*Creditores hodiè non citantur. 6.*

*Intra tempora inventarii heres conveniri non poteſt. 7.*

*Jure Saxonico inventarium qvidem remiſſum, actiones tamen & eo jure confunduntur. 8.*

Dn. Mevii & Dn. Carpzovii *diſſenſio conciliatur, An ſcil. heres facto inventario periculum rerum hereditariarum ſuſtineat. 9. & ſeqq.*

*Heres ſi in mora ſit, non prodeſt ei inventarium. 12.*

*Heres confecto inventario, qvomodo primò venienti poſſit ſolvere. 13*

*An ultimo venientes Creditores contra tertium, cui prius ſolutum, ſtatim actionem intentare poſſint. 14. 15.*

*Heres, qvi ex alia cauſa conveniri poteſt, non gaudet beneficio inventarii. 16.*

*Inventarium non exhibitum, non prodeſt. 17.*

*Heredis heres an ad inventarium teneatur. 18.*

*Primo herede non conficiente inventarium, an ſecundus cum effectu offerre poſſit. 19. 20.*

*Pater ad inventarium non eſt obligatus. 21.*

*Qvod limitatur. 22.*

*Qvid de matre. 23.*

*An ſi inventarium à tutore confectum, pupillus aliud conficere teneatur. 24.*

HÆredi adhuc deliberanti nonnulla in hære- 1
ditate jacente conceſſa ſunt, I. ut liceat
ipſi inſpicere inſtrumenta eorumqve copias. *l. 5.
pr. h. t.* II. illarum rerum, qvæ moram non patiuntur, diſtrahendi poteſtas hæredi danda eſt.
*d. l. 5. & §. 1.* & III. filio hæredi interim debentur
alimenta, *per h. l. 9.* Sed ſpatium deliberandi 2
hodie rarius petitur, ſed illius loco confici ſolent
inventaria, de qvorum forma & effectibus agitur in *l. fin. C. h. t.* Qvod debeat intra 30. dies 3
poſt apertas tabulas inchoari, opera Notarii publici, citatis eis qvorum intereſt, adhibitis teſtibus tribus, & in eo ſpecificè exprimi omnes res
defuncti; Et ſi una vel altera ſtudio omiſſa, te- 4
neatur hæres in duplum, fructu tamen inventarii in cæteris fruatur. *Roland. a Valle in tr. de inventar. p. 4. §. quid ſi hæres poſint. Menoch. conſ. 471. Bach. diſp. 12. in Tr. vol. 2. th. 8. lit. F.* ut reſponſum etiam à noſtra Facultate memini, die
20. Sept. anno 1653. Qvamvis in minorenni in 5
dubio potius præſumatur error. *Surdus dec. 222. Franc. de Barry de Succeſſ. l. 11. tit. 8. num. 13.* Sanè
citatio creditorum per conſeqventiam colligitur
à Dd. ſed in uſu non eſt, nec æſtimatio uſpiam re- 6
qviritur. *Dn. Mev. p. 2. dec. 356.* Puto tamen,
omiſſionem citationis hoc operari, ut deferri
poſſit juramentum. Donec tempora Inventarii 7
lapſa, creditorum nulla eſt actio. *l. fin. §. donec. C. h. t. Mev. p. 5. dec. 354.* Si poſt tempora præfixa elapſa, vel poſtqvam hæres res hæreditarias
apprehendit, in ſuos uſus convertit, vel alienavit ac deminuit, nulla uſus proteſtatione, nullaqve alia juſta cauſa excuſatus, hæres beneficio
Inventarii, qvod ab ipſo abdicatum videtur,
non utitur, nec ſpes majorenni reſtitutionis,
per tradita *Dn. Mevii p. 5. dec. 146.* Et in foro Sa- 8
xonico, licet hæres, qvi ſimpliciter ſine Inventario adiit, non teneatur ultra vires hæreditatis,
confunduntur tamen actiones, qvas habuit
hæres contra defunctum. *Zang. de Except. p. 3. c. 9. n. 35. Berlich. p. 2. dec. 203.* ubi ita judicatum
teſtatur, & ita in Facultate noſtra reſponſum
memi-

9 memini. Et hoc loco non poſſum præterire in-
ſignem diſſenſionem duorum Luminum juris
noſtri, ſcil. *Dn. Carpzovium & Dn. Mevium*,
qvorum ille omnem caſum facto Inventario re-
movet ab hærede. *p. 2. dec. 160.* hic verò imputat
hæredi, ut Domino per aditionem facto. Sed pu-
tarem conciliari poſſe has ſententias, ſi diſtin-
gvamus, utrum hæres fuerit à Creditoribus in-
terpellatus, & in mora conſtitutus, & ſic obla-
tione bonorum potuiſſet ſe liberare, & hoc non
fecit, & tunc caſus ſuperveniens hæredi procul
dubio ferendus. Aut verò ignoravit ſaburram
æris alieni, creditores tacuerunt, &c. & hic de-
10 ciſio Carpzovii æqva videtur. Egeret hæc res de-
ciſione, ut omnes ſcirent debitores, qvam malè
rebus ſuis conſulant, dum in bonis hærent, ne-
mini ſolvunt, & creditores eludunt. Nam ſubſe-
qvens caſus in caput eorum recidit, qvod uti-
11 nam omnes ſcirent obærati. Sanè ſi ſententia
Dn. Carpzovii vera eſſet, qvod hæreditas cum
beneficio Inventarii adita repudiari poſſit, tunc
ſeqveretur etiam, caſu ſuperveniente hæredem
extra periculum fore; nam poſſet repudiare hæ-
reditatem, & eam creditoribus relinqvere, & ita
12 indemnitati ſuæ contra caſum conſulere. Unde
deducitur; qvicqvid ex mora hæredis damni hæ-
reditati accedit, v.gr. ob auctionem publicam,
vectigalia, tributa, &c. id ab hærede præſtan-
dum eſſe, nec ei opitulari in hoc paſſu benefi-
cium Inventarii. *Franc. de Clapperiis p. 2. dec. cau-*
13 *ſa 59.* Virtute autem inventarii hæres creditori
vel legatario primo venienti poteſt ſolvere, bo-
na tamen fide: Et, ſi creditores, qvibus nihil ſo-
lutum, ſuperveniant, non contra hæredem, qvi
exſolvit, ſed contra Legatarios experientur, *per l.*
14 *ult. §. 5. C. h. tit.* Sed hoc intelligendum eſt, diſ-
cuſſa prius hæreditate, qvamdiu ſolvendo eſt
hæreditas, contra hæredem, non verò contra ter-
tium vel legatarium actio datur, qvod innuunt
verba: poſt emenſum patrimonium. *Dn. Mev.*
15 *p. 5. dec. 143.* Et pendente hâc diſcuſſione, Lega-
tarius non tenetur reſtituere accepta, nec credi-
tor, ſi qvas res cepit, retinere poteſt, nec areſtum
conceditur, niſi legatarius dilapidator. *Mev. d. l.*
16 Non proficiet autem inventarium, ſit hæres ex
alia cauſa poſſit conveniri, v.gr. ſi ſimul ſit debi-
toris & fidejuſſoris hæres, ex illo ſecundum vires
inventarii, ex hoc ulterius obligabitur. *Dn. Mev.*
*p. 1. dec. 37.* Nec proficiet exceptio inventarii, 17
niſi exhibitum ſit. *Dn. Mev. p. 1. dec. 123.* Sed an 18
hæredis hæres tenetur Inventarium, aut juratam
ſpecificationem exhibere? Id qvidem à nonnul-
lis negatur, ſed in Facultate noſtra ſemper obſer-
vata contraria ſententia; ſcilicet, qvod hæredis
hæres, ſi non reperit inventarium ab hærede fa-
ctum, mediante juramento id aſſerere, & deſi-
gnare res primi defuncti teneatur, qvatenus
ejus rei notitiam habet, & ex documentis, vel
rerum ſignis colligere poteſt, ne cum aliorum
præjudicio locupletetur hæredis hæres. *Conf.* 19
*Berlich. dec. 160. n. 21.* Si tamen hæres primus non
facto inventario deceſſerit, non juvatur hæres ſe-
cundus beneficio inventarii, ſed omnia bona,
qvæ hæres primus reliqvit, ſive ex primi defuncti
hæreditate acceperit, ſive non, ſed aliunde, debet
creditoribus cedere, ſua tantum bona ſecundus
hæres ſalvabit, ſi de primi hæredis bonis relictis
inventarium intra legitima tempora faciat. *Dn.*
*Mev. p. 5. dec. 145.* Sed ubi jurata ſpecificatio in 20
locum inventarii ſuccedit, forte hoc admittit
temperamentum. Patri verò non incumbit ne- 21
ceſſitas faciendi inventarium, *per L. cum oportet*
*6. §. 2. & l. 8. §. 4. C. de bonis qvæ liberis. Mynſ. c.*
*2. obſ. 93.* ubi in camera ita judicatum refert, qvod 22
limitat *Berlich. p. 2. dec. 160. n. 32.* niſi pater non
habeat uſumfructum, ſed ut nudus tutor admi-
niſtret; aut ſi malæ adminiſtrationis, forte ex ſe-
cundis nuptiis. Matrem etiam exemptam, refert 23
*Berl. d. l.* Sed hac de re melius ex facti circumſtan-
tiis judicatur; ſemper tamen aliqvam ſpecifica-
tionem patri non minus ac matri injungendam,
dixi *ad d. l. 6. §. 2.* Qværitur, an iſte, qvi adhuc 24
impubes vel minor militiam ſeqvitur, vel ſtudia,
cujus bona à Curatoribus, præmiſſo Inventario
tutoris, adminiſtrata, teneatur Inventarium
edere, aut juratam ſpecificationem? qvamvis
autem aliud ſit teſtamentum hæredis, & aliud tu-
toris, de qvo in *tit. de Adminiſtratione tutorum*;
qvia tamen hic ex manu tutorum accipit hære-
ditatem, & ex Inventario tutorum, nec non ra-
tionibus redditis qvantitas patrimonii apparet,
non eſſe novo Inventario opus, reſponſum eſſe,
teſtatur *Berlich. p. 1. dec. 289.*

# LIBRI XXIX.

## TITULUS I.

## De Teſtamento militis.

### Ad Rubr.

*SUMMARIA.*

*Miles teſtatur abſq; ſolennitatibus J. Civ. n. 1.*
*Qvod & hodiè obtinet, 2.*

TEſtamentum militare eſt privilegiatum 1
nullasq; deſiderat ſolennitates, ſed valet
Jure Gentium, modo de voluntate con-
ſtet, idq; etiam in noſtris militibus lo-

2 cum habet. *Siebard. ad Rubr. C. h. t. num. 9. Weſenb. p. 1. conſ. 17. num. 32. Carpzov. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 249. n. 3.*

## ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*TEſtamentum militis & tempore peſtis conditum æqviparantur. n. 1.*

*In his teſtamentis heredis inſtitutio neceſſaria non eſt. 2.*

*Qvomodo hoc intelligendum. 3.*

*Miles pro parte teſtatus & inteſtatus decedere poteſt. 4.*

*Extenditur ad teſtamentum tempore peſtis. 5.*

*Miles in Chirographo debitum confeſſus, & in caſum ſi non redeat, Creditori ſoli omnia bona ſua pollicitus, teſtamentum militare condidiſſe cenſetur. 6.*

*Pro voluntate militis eruenda, conjecturis locus eſt. 7.*

1 LIcet nuda voluntas Pagani non habeat vim
ultimæ voluntatis, niſi ſit ſolennis, militis
tamen nuda voluntas ſufficit, qvomodocunqve
2 velit vel poſſit teſtari. Ex qvo probabiliter col-
ligi poteſt, qvia teſtamentum tempore peſtis
aſſimilatur teſtamento militari, qvia peſtis eſt
bellum DEI, cum ingrato & rebelli mundo ge-
ſtum, ideo teſtamentum tempore peſtis non vi-
detur opus habere inſtitutione hæredis, per ver-
ba *hujus legis in fin. princ. ad bonorum ſuorum di-*
3 *viſionem. Finckelth. obſ. 14. n. 4. & ſeqq.* Hoc ta-
men ita intelligo, ſi peſte laborans voluit de ſuis
univerſis bonis teſtari; pono caſum, illum tan-
tum diſpoſuiſſe de prædio avito, non verò de aliis
bonis. Si in pagani perſona caſus contingeret,
inſtitutus in re certa eſſet univerſalis hæres. *l. 1.*
4 *§. 4. ff. de hæred. inſt. & l. 13. C. eod.* ob rationem,
qvod nemo poſſit pro parte inteſtatus decedere,
hæc ratio ceſſat in milite, ergo etiam miles in re
certa poteſt inſtituere hæredem, ut cætera ma-
5 neant penes hæredes ab inteſtato. Hoc enim vi-
detur voluiſſe miles. Ergo idem dixerim de Te-
6 ſtamento tempore peſtis. Ex hac *L. 1.* probat *Dn.
Manzius in cent. deciſ. qv. 33. n. 10.* ſi miles dederit
chirographum, & fateatur ſe accepiſſe tot Joa-
chimicos, & ſi contingat, ſe non redire, vult, ut
bona ſua ad neminem alium, qvàm creditricem
ſuam perveniant, hoc pro teſtamento militari
7 habendum. Et cum militum rata debeat eſſe vo-
luntas, ideoqve etiam conjecturas, pro eruendâ
voluntate militis, admittendas eſſe, ex hác *l.* pro-
bat *Mantica de conject. ult. vol. l. 6. t. 1. n. 6.*

## ad L. Si miles. 3.

*SUMMARIA.*

*MIles in dubio jure militari teſtatus videtur. n. 1.*

*Qvid ſi qvis ſcripto minus ſolenni bona ſua piæ cauſæ relinqvit, deſuper illud ſolenne confirmaturus, ſed morte præventus non poteſt, an hæc ſcriptura valeat. 2. 3.*

*Mortis mentione in donatione facta, adhibitis verò duobus tantum teſtibus, an præſumatur donatio inter vivos. 4.*

*Is qvi actum gerit, potius ejus valorem vult, qvam interitum. 5.*

MIles deſtinavit jure communi condere te- 1
ſtamentum, ſed morte præventus, omnes
ſolennitates adhibere non potuit; unde præſu-
mitur, voluiſſe potius jure militari teſtari, qvam
communi: & ideò clauſula *omni meliore modo*,
in teſtamento militis ſemper ſubintelligitur.
*Maſcard. de Probat. concluſ. 1059. Menoch. lib. 6.
præſ. n. 37. & præſ. 6. & præſ. 31. n. 15. Carpz. p. 3.
c. 8. def. 20. Jac. de Nigris in rep. l. 1. §. ſi qvis ita
ff. de Verb. obl. n. 56. vol. 6.* Sic ſi aliqvis ſchedulam 2
ſcripſit, in qva de voluntate ſua ultima teſtatur,
qvod ad piam cauſam hoc vel illud deſtinarit, &
deſuper teſtamentum voluit conficere, ſed mor-
te præventus non potuit, omnino valebit illa
ſcriptura ob privilegium piæ cauſæ, ſi de manu
defuncti conſtet; qvia ſola ſcriptura defuncti
manu exarata, vel ab ipſo ſubſcripta in pia cau-
sâ ſufficit, per *l. ult. C. fam. hercisc. Tiraqv. de
privil. piæ cauſæ priv. 4.* & hoc *ex hac l. 3.* proba-
tur. Nam illa licet debeat eſſe inſtructio, ſi tamen 3
ſciviſſet præſentem mortem, potius jure privile-
giato diſponere voluiſſe præſumitur, licet contra-
dicat, male tamen, *Decius conſ. 159. & alii.* ſed
mecum ſentit *Wammeſ. vol. 1. conſ. Juris Can conſ.
380. num 5.* Sic ex hac *l. 3.* colligitur ſi qvis dona- 4
tor mortis mentionem injiciat, ſi tamen paucio-
res qvam tres teſtes adhibuerit præſumitur do-
natio inter vivos, qvia videtur eam viam elegiſſe,
qvâ actus ſubſiſtat. *Kechrer. dec. 22. n. 7. Carpzov.
p. 3. Juriſpr. for. c. 1. def. 41. Herg. p. 2. q. 17. num. 9.
Barry lib. 1. tit. 5. n. 10. Dn. Manz. in cent. dec. qv.
33. n. 17.* Inde colligunt etiam regulam genera- 5
lem, cum qvi actum gerit, potius velle, ut actus
valeat, qvàm pereat. *A Barb. lib. 1. c. 25. ax. 17. &
Honded. l. 1. conſ. 74. n. 38.*

## ad L. Jure militari. 4.

*SUMMARIA.*

*MIles mutus & ſurdus teſtari poteſt. n. 1.*

*An hic natura talis intelligatur. 2.*

MUtus & ſurdus miles teſtari poteſt, qvod de 1
naturâ muto ac ſurdo intelligit. *Donell.* re-
prehenſus ab *Hilligero lib. 16. c. 28. lit. B.* qvi de 2
tali vitio per caſum contingente intelligit, ratio-
nem autem dubitandi juxta verba legis conſti-
tuit in eo, qvod talis dimittendus ſit, & ſic pro
pagano habendus. Sed ratio decidendi eſt *in l.
pen. h. t.*

## ad L. Milites. 5. & L. Si miles. 6.

*SUMMARIA.*

*MIles in ſecundum caſum extranei ſi heres erit ſubſtituere poteſt. n. 1.*

*In te-*

*In teſtamento militari non locus eſt juri accreſcendi. 2.*

1 INter militaris teſtamenti privilegia recenſendum etiam hoc, 1. qvod in ſecundum caſum, ſi hæres erit, etiam extraneis hæredibus miles ſubſtituere poſſit. *l. 41. pr. h. tit. & l. Centurio. 15. ſupr. de Vulg. & pupill. ſubſt. Don. & Hill. lib. 6. c. 28. lit. G.* & 2. miles pro parte teſtatus, pro parte
2 inteſtatus decedere poteſt, *per l. 6. h. t. & l. 1. & 2. C. eod.* Nec locus eſt juri accreſcendi. *l. 37. h. t. Donell. d. c. 28. lit. F. Mant. lib. 6. tit. 1. num. 16. Menoch. lib. 4. præſ. 48. num. fin. Carpz. p. 3. c. 2. def. 5. num. 7.*

## ad L. Qvi jure, 7.

*SUMMARIA.*

*AGnatione non rumpitur teſtamentum militis. num. 1.*

*An ex* h. l. *rectè colligatur, qvod ſemper hic in genere cogitatum eſſe ſufficiat. 2.*

*An & juxta* h.l. *ex clauſula codicillari per verba futuri temporis formata præſumatur, teſtatorem de poſthumis cogitaſſe. 3. 4.*

1 IN militis teſtamento inſpicitur animus militis, ut non rumpatur agnatione, qvod in teſtamento pagani ſecus, ideoqve non poteſt regula
2 generalis ſatis ex *h. l.* probari, qvod ſemper in genere cogitatum eſſe ſufficiat, ut colligunt hic Dd. cum tamen de ſpeciali caſu ſermo ſit. *Tiraq. ad L. Si unqvam C. de Revoc. Donat. in præfat. n. 80. & ſeq. Rimin. conſ. 2. n. 199. n. 114.* Colligunt etiam, clauſulam Codicillarem formatam per verba futuri temporis hoc inferre, qvod teſtator de poſthumo cogitaſſe præſumatur. *Anton. Gabriel. com. concl. l. 6. tit. de Clauſulis concl. 8. num. 8. Cephal. lib. 4. conſ. 585. n. 65. Hondedæus lib. 1. conſ. 74. n. 37.* Sed ubi ſpecifica ſcientia reqviritur, generalis non ſufficit, ut hanc legem limitat *Simon de pratis conſ. 137. n. 134.*

## ad L. Ex militari. 11.

*SUMMARIA.*

*MIles de qvocunq; crimine militari damnatus an teſtari poſſit. n. 1.*

*Deportatus teſtatur. 2.*

1 MIles etiam damnatus de militari crimine, in qvo non de rupta fide ſacramenti agitur, teſtari poteſt. *hic & l. 6. ſupr. de injuſto, rupto &c.*
2 ſicut & deportatus miles relinqvere poteſt. *l. 13. §. 2. h. t.* qvia omnia hic exiguntur ad Jus Gent. *Don. lib. 8. c. 6. poſt lit. F.*

## ad L. Idem eſt. 13. §. fin. & L. Tractabatur. ſeq.

*SUMMARIA.*

*LIbertas à milite per fideicommiſſum relicta, an pereat morte inſtituti vel ſubſtituti, vivente adhuc teſtatore. n. 1.*

*Qvid ſi à pagano. 2.*

*Poſthumo nato, ſi pater teſtamentum non mutet, an clauſula codicillaris inducat fideicommiſſum. 3.*

INſtituit qvis hæredem, & ab eo reliqvit per fi- 1
deicommiſſum libertatem Pamphilo: Illi hæredi ſubſtituit alium, ab eodem etiam relicta libertate Pamphilo. Sed ſubſtitutus non minus ac inſtitutus ante teſtatorem denati, ideo perit libertas per fideicommiſſum relicta. Sed qvia teſtator miles fuit, & hæreditas Pamphilo relicta trahitur ad directam inſtitutionem hæredis, & fideicommiſſaria libertas trahitur ad directam libertatem. *Mantica de conject. ult. vol. l. 6. tit. 1. n. 9.*
Sed qvid in pagano? Reſp. ibi diſtingvendum, 2
an vivo teſtatore & eo ſciente mortui inſtitutus & ſubſtitutus, & tunc non competere libertatem, ſecus ſi deceſſiſſent, ignorante teſtatore, aut poſt ejus mortem, nam tunc libertati favendum. Ergò in priore ſpecie concurrit favor militiæ & libertatis, in poſteriore ſolius libertatis favor cum
diſtinctione attenditur. Exinde colligunt, qvia 3
teſtator potuit proſpicere, & non proſpexit, ſi nato poſthumo pater diu ſupervixiſſet, & teſtamentum antea factum non mutaſſet, cum mutare commode potuiſſet, qvod tunc videatur decedere voluiſſe cum tali teſtamento, & ideo virtute clauſulæ Codicillaris oneraſſe poſthumum fideicommiſſo univerſali. *Gail. lib. 2. obſ. 114. num. 13.* qvam tamen concluſionem ipſe in dubium vocat, ſecutus *Clar. §. teſtam. qvæſt. 46. numer. 2. Mantica. lib. 5. titul. 6. num. 12.*

## ad L. In fraudem. 15.

*SUMMARIA.*

*MIlitis teſtamentum nudâ voluntate aboleri poteſt. n. 1.*

*An ſubſiſtat teſtamentum militis cancellatum, ſi poſtea valere voluerit miles. 2.*

*An & ſi tabulas cancellatas iterum ſignaverit. 3.*

*Qvid ſi nihil inducens tantum reſignaverit & denuò ſignaverit. 4.*

*Qvatenus militis bina teſtamenta valeant. 5.*

*Pœna ſcriptoris teſtamenti heredem ſe ſcribentis. 6.*

*Tempus petendi bonorum poſſeſſionem non prorogatur militi. 7.*

*Lex generaliter diſponens comprehendit etiam perſonas privilegiatas. 8.*

*Exempla. 9. 10.*

MIles ut nuda vol[illegible]tare teſtari poteſt, ita nuda 1
voluntate abolere poteſt, ſi tantum voluntatẽ
declaraverit, qvod in paganis ſecus. Sed qvid ſi 2
miles cancellaverit ſeu induxerit tabulas, ſed poſtea dixerit, debere illas tabulas valere? Hanc

ultimam militis voluntatem valere , dicendum
3 eſt. Sed qvid ſi miles inductas ſeu cancellatas
tabulas iterum ſignaverit , an hoc ſit mutatæ vo-
luntatis indicium , ut miles præſumatur voluiſſe,
ut ex hoc cancellato teſtamento ei ſuccedatur?
Qvod affirmatur , per *§. 1. hujus legis*, niſi contra-
rium probetur, & ſcilicet, qvod voluntatem ſu-
am mutaverit, & ideo denuo ſignaverit, ut prius
4 valeret. Sed ſi tantum reſignavit & non induxit,
denuo tamen ſignavit, magis videtur aperuiſſe
animo videndi, ut memoriâ repeteret, qvæ in te-
ſtamento ſcripta ſunt. *Mantica de tac. & amb.*
5 *convent. lib. 6. tit. 1. num. 20.* Si qvis fecerit teſta-
mentum ante militiam jure communi , & in mi-
litia fecerit codicillum vel teſtamentum , qvia
miles cum duobus teſtamentis mori poteſt , pri-
us etiam valet teſtamentum , ſi non contraria ſit
voluntas poſterior, ſed poſterior voluntas con-
ſentiat priori teſtamento, *per l. 19. & 25. h. t.* &
ſic hic ſubjuncta fuit voluntas ultima priori con-
formis , illamqve confirmans. vid *Donell. lib.
6. c. 28. & ibi Hillig. lit. Q. Harpr. ad §. 4. Inſt. h. t.
in fin.*

6 In *§. 3.* dicitur , amanuenſem vel ſcripto-
rem teſtamenti, ſi ſe hæredem ſcribat , non effu-
gere pœnam qvaſi falſi, de qvo *in l. 14. de falſis.*
7 Et in *§. ult. hujus legis* dicitur , tempus præſcri-
ptum petentibus bonorum poſſeſſionem, ſcilicet
anni & centum dierum, militi non prorogari,
additâ ratione , qvia generalis eſt iſta determi-
8 natio. Unde colligunt , legem generaliter &
indiſtinctè diſponentem comprehendere etiam
perſonas privilegiatas, ut ex *§. ult.* probant *Ti-
raqvell. de Retr. conſang. §. 1. gl. 14. n. 96. Menoch.*
9 *remed. 93. adipiſc. poſſ. num. 79.* qvo pertinet et-
iam princ. *hujus legis*, nec militem plures qvàm u-
num hæredem inſtituere poſſe in fraudem credi-
10 torum. Et in *l. ſeq. 16.* qvod miles dotalem fun-
dum legare non poſſit, qvia lex Julia generaliter
loqvitur. Sed in aliis punctis, qvæ jure expreſſa
ſunt, gaudebit ſuis privilegiis, v. g. qvod ad tem-
pus hæredem ſcribere poſſit, & poſt tempus, & ſoli
filio, &c. *§. 4. & pen. hujus legis.*

## ad L. Si certarum. 17. §. 1. & fin.

### *SUMMARIA.*

*An in caſtrenſibus & paganicis bonis diverſi hæredes inſtituti promiſcuè obligentur ad ſolutionem æris alieni. n. 1.*

*Qvid ſi paganica non ſufficiant æri alieno contracto. 2.*

*Detractio Falcidiæ non locum habet ex militis teſtamento. 3.*

*Secus in codicillis poſt miſſionem factis. 4.*

1 Species facti hæc. Miles habuit duplicia bona,
caſtrenſia & paganica. In his me, in illis te
inſtituit hæredem , qværitur , an æs alienum
promiſcue à nobis ſolvendum , ubicunqve ſit
contractum? Qvod negatur, ſed mihi æs illud
alienum ſolvendum , qvod in cæteris bonis con-
tractum, tibi , qvod in caſtrenſibus: Et ſic ſpe-
ciale Jus ſeparationis in milite. Sed pone, paga- 2
nica bona æri alieno ibi contracto non ſufficere,
ideoqve repudio hæreditatem , qværitur , an tibi
totum æs alienum , & ejus ſolutio incumbat?
Qvod affirm. Ratio illius eſt, qvia milites dece-
dentes , diverſa patrimonia vel hæreditates poſt
ſe relinqvunt , ex qvo fit, ut & ad hæredes cujus-
libet hæreditatis debita perinde pertineant, ac ſi
duorum hominum hæreditates eſſent , qvæ ratio
ceſſat in paganis, ubi hæres rerum Italicarum
non ſolvit ſolus æs alienum in Italia contractum.
Et ſic ad utenſilia bona hóc applicat *Hartm. Piſt.
p. 1. qvæſt. 31. num. 16.* Ex *leg. fin.* notetur, qvod ex 3
militis teſtamento non detrahatur Falcidia *l. 12.
de teſtam. mil. l. 7. C. ad L. Falcid. Carpzov. p. 3. c.
9. def. 16.* Hinc cum in militia qvis teſtamen-
tum , poſt miſſionem codicillum feciſſet ; in
relictis in codicillis detractio locum habebat. *d.
§. ult.*

## ad L. Qværebatur. 19.

### *SUMMARIA.*

*Caſus* princ. h. l. *n. 1.*

*Verba obliqva ex voluntate teſtatoris ad directam hæredis inſtitutionem, & contra, trahi poſſunt. 2.*

*Caſus §. f. h. l. 3.*

*Legata ab inſtituto relicta non videntur repetita in ſubſtitutione militari. 4.*

Miles fecit teſtamentum , & in eo inſtituit 1
Sempronium , relictis aliis legatis & fidei-
commiſſis , poſtea fecit aliud teſtamentum , in
qvo me inſtituit hoc modo : ut prius etiam te-
ſtamentum valeret, qvod fidei meæ commiſit.
Ergò prius teſtamentum valebit per fideicom- 2
miſſum , & ſic verba directa ex voluntate militis
ad fideicommiſſum, & verba obliqva ad hæredis
inſtitutionem trahi poſſunt , cum miles etiam
cum duobus teſtamentis , & ex parte bonorum
teſtatus decedere poſſit. Unde notant, verba ob-
liqva ex voluntate teſtatoris, ad directam hæredis
inſtitutionem, & contra, trahi poſſe. *Mantica de
conject. ult. vol. l. 7. tit. 3. n. 11. Men. l. 4. pr. cſ. 58. n. 9.
Fuſarius de ſubſt. q. 7.*

In *§. fin. hujus legis* agitur de eo caſu, ubi mi- 3
les me hæredem inſtituit ad triennium, ex trien-
nio poſtea te , qværitur an tu tenearis ad legata à
me relicta? Videtur qvod ſic, qvia legata ab inſti- 4
tuto relicta videntur repetita in ſubſtituto , qvia
etiam in hujus locum ſuccedit. Sed negatur, qvia
hæc non eſt ſubſtitutio vulgaris, ſed militaris, tu
non in meum locum ſurrogaris , ſed tuo jure ex
privilegio militaris Teſtamenti poſt biennium
hæres es. *Jaſon ad Rubr. de vulg. & pupill. n. 8. & ſ.
Coraſius in Rubr. Cod. de impuberum & aliis ſubſt.
n. 6. & ſeqq. Socinus jun. in l. centurio. ff. de Vulg. n. 13.*

ad

## ad L. Divus. 24.

*SUMMARIA.*

*EX verbis jactatoriis non præſumitur miles teſtatus. n. 1.*

*An rogatio teſtium in militari teſtamento ex* h. l. *probetur neceſſaria. 2. 4.*

*In teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas non eſt neceſſaria. 3.*

1 TUnc teſtamentum militare valet, qvando
miles condere teſtamentum voluit; nam ex
verbis jactatoriis non ſtatim colligitur, qvod vo-
2 luit teſtari. Colligunt ex h. l. rogationem teſtium
in militari teſtamento eſſe neceſſariam. *Farin. de
Teſt. qv. 62. num. 149. Maſc. concl. 1361. n. 5. Barry
3 d. tr. lib. 1. tit. 5. n. 2.* Et cum in teſtamento pa-
tris inter liberos & ad pias cauſas, rogationem
non eſſe neceſſariam, ſtatuant communiter Dd.
*Clar. §. teſtamentum qv. 6. & 8. Maſc. d. concl.
1361. num. 2.* ideo Dd. rationem differentiæ inve-
ſtigant, ut apparet ex traditis *Natta in repet. l. 21.
§. ex imperf. C. de Teſt. num. 160. & ſeq.* Sed reſpon-
deri poteſt, hic non de rogatione, ſed convoca-
tione ſermonem eſſe, qvæ nec in teſtamento
communi neceſſaria. *l. 21. §. 2. ſupr. de teſtam.* Sed
hic convocationis facta mentio, qvia ex ea de
voluntate militis conſtabat, qvæ ſi aliunde con-
ſtet, nihil intereſt. vid. *Sande l. 4. tit. 1. def. 15.*
4 & non reqviri ſolennem rogationem, qvia roga-
tio teſtium eſt ſolennitas juris Civilis *l. 21. §. 1. de
teſtam.* ſtatuunt *Schultes. qv. pract. 22. p. 1. num. 10.
Cothman. vol. 3. conſ. 13. n. 72. Berlich. p. 3. concl. 5.
num. 29. & ſeq. Finckelth. obſ. 14. qv. 3.* vid. *Hill. in
Donell l. 6. c. ult. lit. U. Harpr. ad §. 1. Inſt. h. t. n. 6.
& ſeq. Wammeſ. conſ. Canon. 389. n. 29.*

## ad L. Teſtamenta. 26.

*SUMMARIA.*

*TEſtamenta militum valent intra annum poſt miſſionem. n. 1.*

*Limitatur. 2.*

*Infamis an teſtari poſſit. 3.*

1 TEſtamenta militum intra annum poſt miſſio-
nem valent jure militari, ſed poſtea non.
2 *Carpz. p. 3. conſt. 4. def. 5.* Illud hic limitatur, ſi
miſſio honeſta, ob ſtipendia emerita, vel cauſa-
ria ob morbum, non verò ignominioſa ob deli-
ctum, ubi ſtatim valere deſinit teſtamentum.
3 Unde *Dauth. num. 256.* probat, infamem teſtari
poſſe, qvia ignominioſè miſſus teſtari hic non pro-
hibetur.

## ad L. Cum Filiusfamilias. 28.

*SUMMARIA.*

*FIliusfam. miles filio in poteſtate avi exiſtenti tutorem dare non poteſt. n. 1.*

*In quibus bonis ſubſtituere poſſit in ſecundum caſum. 2.*

FIliusfam. miles, licet ſubſtituere poſſit filio 1
impuberi, non tamen ei in poteſtate avi exi-
ſtenti poteſt tutorem dare. *hic & l. 41. §. 2. h. t.*
Qvia non poteſt jus alterius minuere, & ideò 2
non poteſt ſubſtituere in ſecundum caſum, niſi in
his bonis, qvæ reliqvit. *d. l. 41. §. 4. Donell. lib. 6.
c. 28. poſt lit. K. Verius in repet. l. ex pacto. num. 116.
& ſeq. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Socinus in L. Cen-
turio ff. de Vulgari num. 10. & ſeq. Vasq. de ſucceſſ.
progreſſu. §. 17. n. 38.*

## ad L. Ejus militis. 34. §. 1.

*SUMMARIA.*

*TEſtamentum perfectum poſterius tollit prius. n. 1.*

*Limitatur. 7.*

*Teſtamentum imperfectum militis alio imperfecto rumpi poteſt. 2.*

*Ratio varia. 3. 4. 5.*

*Secus in teſtamento inter liberos. 6.*

PEr teſtamentum poſterius tollitur prius, ſi 1
poſterius perfectum. *§. pen. Inſt. quib. mod. in-
firm. teſtam.* Niſi prius etiam ſit imperfectum, 2
& jure militari tantum valuit. Unde colligunt re- 3
gulam, qvod facilius tollatur Jus ſpeciale, qvam
commune. *Tiraqv. in tr. Ceſſante cauſa. limit. 11.
n. fin. Afflictus dec. 257. num. 12.* Sed alii etiam ra- 4
tionem adducunt, & ideo diverſum colligunt, ſci-
licet, qvia prius teſtamentum majore ſolennita-
te confectum, & ita difficilius tollitur, qvod ma-
gna difficultate contrahitur. *L. ab emptione. ff. de
Pact. L. nolumus C. de teſtam. Alciatus de præ-
ſumpt. reg. 3. præſ. 36. Menoch. lib. 4. præſ. 4. n. 14.*
Et *Joh. Hannibal in repet. L. Nemo poteſt. de leg. 5
1. n. 490. ſeq.* reſpondet, hic ſpeciale Jus eſſe de-
bilitatum poſt miſſionem. Sane ſuperior regula 6
exceptionem habet in teſtamento inter liberos.
*Auth. Hoc inter. C. de teſtam. Don. lib. 6. cap. 16. poſt
lit. C.* Teſtamentum actu militantis, indiſtin- 7.
cte tollit teſtamentum prius. *hic & l. 2. ſupr. de in-
juſto, rupto &c.*

## ad L. Militis. 36. §. 3.

*SUMMARIA.*

*TEſtamentum jure communi factum non revocatur nuda aſſertione, ſi dicat teſtator, ſe revocare teſtamentum. n. 1. & 3.*

*An & legatum. 2.*

MIles fecit teſtamentum, jure communi, 1
poſtea honeſtè miſſus dixit, ſe annullare te-
ſtamentum, & velle inteſtatum decedere, inſtitu-
tio & ſubſtitio in eodem ſtatu qvidem permanent;
ſed in legatis aliud, ubi legatariis obſtat exceptio 2
doli, qvod contra voluntatem defuncti petant;
ſecus ſi poſſideant. Ratio eſt, qvia legata nuda vo-
luntate adimuntur. *l. 3. §. fin. infr. de adimend. le-
gatis. Joh. Hannibal in repet. d. l. Nemo poteſt. num.
465. & ſeq. Ruin. vol. 2. conſ. 31. num. 6.* Colligunt
etiam

3 etiam ex *hoc §.* Teſtamentum jure communi fa-
ctum, non revocari nudá aſſertione, ſi dicat te-
ſtator, ſe revocare prius Teſtamentum; ſed ne-
ceſſe eſſe, ut coram 7. teſtibus dicat, ſe velle in-
teſtatum decedere. *Cagnolus in l. nihil tam natura-
le. num. 2. de Reg. jur. Vaſqvius de Succeſſ. creat. §.
15. num. 62.*

## ad L. Si duobus. 37.

### *SUMMARIA.*

*CAſus deciditur, ubi jus accreſcendi non locum invenit in teſtamento militis. n. 1.*

*Ratio. 2. 3.*

1 MIles idemq́; libertus duos hæredes inſtituit,
alter repudiat hæreditatem, qværitur, an
ejus pars adcreſcat alteri hæredi, ut in pagano-
rum teſtamentis? Neg. ſed ejus pars cedit patro-
no ab inteſtato, qvia miles pro parte teſtatus &
pro parte inteſtatus mori poteſt, niſi contraria
2 militis voluntas appareat. Qvod tamen in ſpe-
cie in favorem patroni videtur conſtitutum,
nam ſi alius inſtitutus fuiſſet procul dubio jus
adcreſcendi locum habuiſſet. *Mantica de conject.
ult. vol. l. 6. tit. 1. n. 29.* Sed *Cagvolus in l. un. C.
qvando non petentium partes & c. num. 24.* hâc
examinata ratione aliam reddit, ſcilicet, qvæ in
textu continetur. *conf. Sebaſt. Sapia in rep. l. un.
C. qvando non petentium partes & c. num. 5. vol. 8.*
3 Puto, utramqve rationem hic conjungendam
eſſe, & ita dici poſſe, cognatum proximum ex-
cludi per tacitam voluntatem militis, non pa-
tronum.

## ad L. Lucius. 40.

### *SUMMARIA.*

*IN teſtamento hoc ſola militis voluntas, modo de ea conſtet, attenditur. n. 1.*

*An præciſe teſtes reqviruntur. 2.*

*Teſtis hic qvivis idoneus eſt. 3.*

1 IN teſtamento militis ſola voluntas locum ha-
bet. *l. 1. & 34. §. ult. & l. 35. h. t.* Ideoq́ve qvomo-
do poſſint & qvomodo volunt, teſtari poſſunt,
modo voluntas legitimis probationibus oſtenda-
2 tur; unde colligunt, præciſè teſtes non reqviri.
*Vaſq. de ſucceſſ. Creat. §. 24. n. 15. Barry lib. 1. tit. 5.
n. 1.* Licet diſſentiat *Mant. lib. 6. tit. 1. n. 18.* & ſi teſti-
bus qvis probare velit, qvaliſcunqve ſufficiet, et-
3 iam fœmina. *Hillig. d. c. 28. lit. U.* & in hoc omnes
conſentire, dicit *Barry d. l.*

## ad L. Miles. 41.

### *SUMMARIA.*

*MIles ad certum tempus vel ad certam conditionem rectè inſtituunt. n. 1.*

*Perſonam turpem inſtituere non poteſt. 2.*

MIles ad certum tempus, vel ad certam con- 1
ditionem inſtituere poteſt, ita, ut poſtea lo-
cus ſit ſubſtituto, vel hæredi legitimo. Et relictum 2
mulieri, in qvam turpis ſuſpicio cadit, nullum ha-
bet effectum, id eſt, ſtupro cognitæ. *§. 1. h. l. & l. 14.
ff. de his qvæ ut indignis.* licet in pagano ſecus. *l. 29.
ff. de Legat. 3. Don. d. c. 28. & ibi Hillig. lit. K.* Sic
ergo magis in milite caſtitas, qvam in pagano re-
qviritur.

## ad L. Penult.

### *SUMMARIA.*

*CIngi juſſus, qvi pro cincto habetur, militari jure teſtari valet. n. 1.*

*Qvid hinc colligatur. 2.*

CIngi juſſus poteſt militari jure teſtari; unde 1
colligunt, potentiam proximam actui haben-
dam eſſe pro actu, & cingendum habendum eſſe 2
pro cincto *Tiraqv. de LL. Connub. Gloſſ. 2. num. 2.
ſeq. Hipp. de Marſil. ſingular. 106.* Sed hanc legem
ad favorabilia reſtringit *Hipp. Rim. vol. 2. conſ. 115.
n. 59.* in qvâ materiâ favorabili etiam hic verſa-
mur.

## ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*PAgani in hoſtico deprehenſi jure militari teſtantur. num. 1.*

*An & ſtationarii milites aut in hybernis locati. 2.*

*Qvid hodiè obtineat per Conſtitut. Maximiliani. 3.*

NOn tantum milites, ſed etiam pagani, ſi in 1
hoſtico deprehenſi, & ibi decedant, jure
militari poſſunt teſtari, de qvo pluribus *Barry d.
t. 5. num. 4.* Tales ſunt Clerici in bello, Medici, &
Conſiliarii bellici, nec non mercatores bellici.
*Finckelthuſ. obſ. 46.* Ex qvo, ut diſcrimen inter pa- 2
ganos & milites relinqvatur, colligi poſſe vide-
tur, milites etiam ſtationarios, aut qvi in hyber-
nis ſunt, eſſe videri in expeditione, & jure mili-
tari teſtari poſſe; accedit *lib. 3. §. 5. de Re judicata.
Hillig. lib. 6. cap. ult. lit. R. Reuſn. part. 5. cap. 4. n. 16.*
Sed ita non video rationem, cur Juſtinianus hoc
privilegium ad eos, qvi in expeditione ſunt, vo-
luerit reſtringere. Et ſic omnes milites actu tales
eſſent in expeditione, niſi forte cum commeatu
abſint. Ideoq́ve non male diſſentit *Carpzov. lib.
6. Reſp. 14. & Finckelthaus obſ. 46.* Et per conſti- 3
tutionem Maximiliani I. *de Notariis*, diſtingvcn-
dum inter milites exiſtentes in acie, & in caſtris,
& in præſidiis: ut illi qvocunqve modo; illi co-
ram duobus teſtibus; hi jure communi teſtari
debeant. vid. *Carpzov. p. 3. c. 4. def. 26. & ſeq.* Et
manet adhuc diſcrimen, qvod paganorum te-
ſtamenta militaria ad hoſtilem terram reſtrin-
gantur.

# Titulus II.

# De acqvirenda vel omittenda hereditate.

## Ad L. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Hereditas aut tota adeunda, aut tota repudianda. n. 1.*
*Parte aditâ, acqviritur tota hereditas. 2.*
*Parte repudiata, non tota repudiatur. 3.*
*Filius non poteſt legitimam retinere, & repudiare hæreditatem. 4.*
*An filia ratione dotis. 5.*

1 Hereditas ſive ſimul tota ſit relicta ſive
diſcretis partibus, non poteſt pro parte
2 adiri, pro parte repudiari, ſed ſi una
pars hereditatis ſit adita tota, hæreditas
adita videtur, & ſic, ſi pro parte qvis repudiet, cum
3 repudiatio illa ſit inutilis, poteſt nihilominus totam
héreditatem adire, imò ſi pro parte adita, tota
videtur adita. *L. 10. & 80. h. t. Don. lib. 7. cap. 12.
lit. D. & ibi Hillig. Gomez. tom. 1. reſol. c. 10. num.*
4 *17. & ſeq. Barry de Succeſſ. lib. 11. tit. 22. n. 4.* Sic
etiam filius non poteſt paternam hæreditatem repudiare,
& legitimam retinere. *Covarr. in c. Rainutius
§. 11. in fine Menoch. l. 4. præſumpt. 101. num.
34. & qvos refert Barry dicto tit. 22. n. 5. Cævallos
q. 711.* qvamvis non videam, qvo fine filius
hoc facere velit, cum de legitimâ etiam æs alie-
5 num ſolvere teneatur. Filia tamen dotem à patre
promiſſam, aut ſolutam, retinere, & hæreditatem
repudiare poteſt, de qvo alibi.

## ad L. Mutum. 5.

*SUMMARIA.*

*Mutus & ſurdus naturâ talis hæreditatem adire poteſt. n. 1.*
*Qvid hinc colligatur. 2.*
*An & prodigus. 3.*

1 Mutus & ſurdus à natura etiam talis adire hæ-
reditatem, & ſic ſe adeundo obligare po-
2 teſt. Exinde colligi poteſt aditionem ſine verbis
fieri poſſe. *hic & l. 93. §. 1. h. t. Hilliger in Donell.
l. 7. c. 8. lit. C.* ubi tamen hoc declarat, ſi mutus
& ſurdus naturâ intellectus uſum habeat, qvod
3 ex ſignis colligi poteſt. Prodigum etiam adire
poſſe, in hac *l. 5.* dicitur, licet hæreditas ſit damnoſa,
qvia ſua natura non deminuit, ſed adqvirit;
qvod autem obligetur, id fit per conſeqventiam.
*Hillig. in Donellum lib. 7. cap. 9. lit. H. Coll.
Arg. hic th. 6. num 2.*

## ad L. Qvi in aliena. 6. pr. & §. 1.

*SUMMARIA.*

*Filius & ſervus conſenſu patris & domini hereditatem tenentur adire. n. 1.*
*Secus in petitione bonorum poſſeſſionis. 2.*
*Qvid de jure novo, ſi pater aditione filii conſentire nolit. 3.*
*Qvid ſi filius conſentire nolit. 4.*
*Utriusqve conſenſus effectus. 5.*
*An præſumatur aditio à filio facta ex diutinâ poſſeſſione patris. 6.*
*Errans, qvi credit ſe ut filium juſſu patris adire, adire hereditatem non poteſt. 7.*

*Qvid ſi qvis dubitans ſit. 8.*
*Singularia de ſuo herede notantur, ex §. 5.* h. l. *9. 10.*
*Metu coactus hereditatem adiens reſtitutionem habet. 11.*

*Qvid ſi ſimulatio concurrat. 12.*

Filius & ſervus non poſſunt invitis ũs, in qvo- 1
rum poteſtate ſunt, hereditatem adire, licet
poſſint bonorum poſſeſſionem petere, qvia hæc
in facto, illa in jure conſiſtit, & qvia in hac rati- 2
habitio ſufficit. *l. 3. §. 7. ff. de Bon. poſſ. Donell. lib. 7.
c. 6. lit. E. & ibi Hil. Pinel. l. 1. C. de bon. matern.
p. 1. n. 25. Vaſq. part. 1. Illuſtr. c. 64. n. 30. & c. 65.
num. 3. & de Succeſſ. Creat. §. 19. n. 77. Bach. in
Tr. vol. 2. def. 12. th. 6. lit. E.* Jure novo, ſi pater 3
aditioni conſentire nolit, filius adeundo ſibi ac-
qvirit plenum dominium. *l. ult. §. 1. C. de bon. qvæ
liber.* Si filius conſentire nolit, pater plenum do- 4
minium conſeqvitur. *d. l. ult. §. 3.* Sed ſi uterqve 5
conſentiat, patri uſusfr. filio proprietas adqviri-
tur *d. lib. ult. Struv. Ex. 34. th. 26.* vide *not. ad l.
ult.* Ex diutinâ tamen poſſeſſione, ſi pater diu 6
hæreditatem poſſederit, præſumitur aditio, *per
§. 3. hujus legis.* ſi ſcilicet filius ſciat. Imò jure no-
vo ne patientiam qvidem filii ei præjudicare, aſ-
ſerit *Surdus dec. 140. n. 12. & ſ.* Errans in facto, 7
cum crederet ſe filium, cum non eſſet, neqve pa-
trem putativum, neqve ſe facit hæredem; Aliud 8
dubitante, nam dubitans de ſua conditione, per
*l. 34. h. t. & l. 96. h. t.* non hic habetur pro er-
rante, ut *in l. 13. §. 1. h. t.* qvia hic utroqve caſu
habet jus ſuccedendi. *l. 33. h. t.* ubi aliud exem-
plum hoc in *§. 4.* Sed in *§. 5.* habetur, qvod nepos 9
ex filio exhæredato inſtitutus, ſi in poteſtate avi
teſtatoris ſit, & ipſe eſt hæres neceſſarius & patrem
ſuum hæredem neceſſarium facit, ſine aditione.
*Ang. de Gabell. in rep. l. ventre. h. t. num. 54.* & no- 10
tandus hic caſus, ubi qvis ſuus ſit, qvem tamen
alius præcedit, qvod hic pluribus explicat *Jaſon.
in Comm.* conf. *Vasqvius de Succ. progr. §. 10.
in fin.* Si metu coactus qvis adeat, heres effici- 11
tur, qvia coactus voluit. *§. fin. hujus legis* ſed poteſt

per

per prætorem reſtitui. *l. 85. h. t. & l. 21. §. 5. ff. qvod*
12 *metus cauſa.* Aliud eſt, ſi qvis ſimulet ſe ſponte face-
re, & fallat, per *h. §.* ubi non eſt coacta voluntas, ſed
fallax, ſimulata & nulla. *Cujac. lib. 16. obſ. ult. Pac.
Cent. 2. qv. 67. Hill. in Don. lib. 7. c. 8. lit. B. Zaſ. h. t.
num. 21.*

## ad L. More. 8.

### *SUMMARIA.*

*QVi ſe obligare neqveunt, non poſſunt adire hereditatem. n. 1.*
*Exempla. 2.*

1 PUpillus ſine tutoris authoritate adire neqvit,
qvia obligare ſe neqvit. Unde ex hoc textu
regula colligitur, qvod qvi ſe obligare non poſ-
2 ſunt, nec adire poſſint hæreditatem. Unde ſe-
qvitur, adultum habentem curatorem adire non
poſſe hæreditatem, ſi non habeat, eum poſſe adire.
*Don. l. 7. c. 6 & ibi Hill. lit. B.* conf. *Coll. Arg. hic th.
6. membro 6.*

## ad L. Is qvi hæres. 13.

### *SUMMARIA.*

*HEreditas niſi delata repudiari non poteſt. n. 1.*
*Exempla. 2. & ſeqq.*
*Creditoribus defuncti, dum pendet conditio, ſub qva heres inſtitutus, qvomodo conſulatur. 7.*

1
ADid, ut repudiari poſſet hæreditas, eam de-
2 latam eſſe oportet, ideoq; ſi ſub conditione
relicta hæreditas, pendente conditione non po-
3 teſt repudiari, imò nec ea impleta, ſi ignoravit.
*Barry tit. 11. tit. 24. n. 2 & ſeq.* Et ideò dubitans,
an teſtator vivat, non poteſt rectè adire. *hic §. 1.
& l. 32. h. t.* qvia qvæ animi deſtinatione ſunt a-
4 genda, non niſi vera & certa ſcientia perfici poſ-
ſunt. *l. 76. d. R. J.* Item non valet aditio, ſi hæres
5 dubitet, an teſtari potuerit defunctus. *d. l. 32. §.
ult.* an poſthumus præteritus. *l. 30. §. 1. & 3. h.
tit.* an teſtamentum verum; aliud ſi ipſe hæres
6 accuſetur de falſo. *l. 46. h. t. Don. lib. 7. c. 5. Hillig.
ibid. lit. A.* Et ſi ſubſtitutus ſim tibi te adhuc de-
7 liberante, fruſtra ego repudio hæreditatem mihi
nondum delatam. Qvod autem de pendente
conditione jam dictum, habet hanc notabilem
declarationem, qvod ad inſtantiam creditorum
judex etiam pendente conditione poſſit præfige-
re terminum, ad ſuſcipiendam interim admini-
ſtrationem, qvo creditoribus interim ſatisfieri
poſſit, ex qvo tamen ipſe hæres non obligatur, per
*l. 23. pr ſupra de hæred. inſt.* Benè *Berous vol. 2. conſ.
128. n. 37.*

8 *Ad §. ult.* Pater etiam ſine filio repudiare hære-
ditatem neqvit, nec filius ſine patre. *Vaſqv. de ſuc-
ceſſ. reſol. § 18 num. 62 & ſeq Barry lib. 11. tit. 23. n. 1.
Mant. lib 8 tit. 16. in fin. Graſſus §. bonorum poſſeſ-
ſio. qv. 15.* Sed repetantur ea, qvæ ſupra dicta ſunt
*ad l. 6.*

## ad L. Is qvi putat. 15. & L. Nec is. 17.

### *SUMMARIA.*

*HEreditatem repudiare non poteſt, qvi errat in qvalitate ſucceſſionis. n. 1. & 2.*
*Cur hic plus in opinione, qvàm in rei veritate. 3.*
*Qvando plus in veritate & qvando plus in opinione. 4.*
*Repudians cauſam teſtati non cenſetur repudiaſſe inteſtatum. 5.*
*Qvid è diverſo. 6.*

CErtum eſſe oportet repudiantem etiam de 1
qvalitate delatæ ſibi hæreditatis, nam ſi pu-
tem, me eſſe neceſſarium, cum tamen ſim vo-
luntarius, nihil ago repudiando. *l. 15.* Nam de 2
ſua conditione dubitans, qvæ ſcilicet delatio-
nem concernit, non adit, neqve repudiat hære-
ditatem. *Donell. l. 7. cap. 6. in fin. & l 8. cap. 11. in fin.*
ubi ita: plus eſſe in opinione, qvàm in rei veri- 3
tate, qvia opinio impedit, qvo minus adire vel
repudiare poſſim hæreditatem Sed in Legato ſe-
cus, per *§. 11. inſ. h t.* Qvoties ergo falſa opi- 4
nio gerenti non obſtat, qvo minus velit & poſſit
id, in qvo errat, plus eſt in veritate. Contra qvo-
ties impedit, qvo minus fiat, qvod fieri poterat,
ſi qvis ſciret, qvod in re eſt, plus eſt in opinione.
*Donell. d. l. conſ. Barboſ. locupletat. lib. 1. cap. 11.
axiom. 20.* Et hæres inſtiturus ſi repudiet ut inſti- 5
tutus, ut legitimus non amittit hæreditatem. E
contrario ſi ut legitimus repudiavit, ſciens ſe inſti-
tutum eſſe, utriq; repudiavit, ſin ignorans, non no- 6
cet neq; teſtamentariæ ſucceſſioni, qvam ignora-
vit, nec legitimæ, qvæ ſtante teſtamentaria non-
dum delata. *Zaſ. h. t. n. 55. Struv. d. Ex. 34. th. 34.*

## ad L. Is qvi poteſt. 18.

### *SUMMARIA.*

*LEx hæc qvatenus procedat. n. 1.*
*Qvid ex h. l. colligatur 2.*

IS poteſt repudiare, qvi & accipere poteſt, qvæ 1
regula procedit in eo, qvi ſuo jure agit, ſed aliud
in eo, qvi ratione officii adire debet, ut tutor,
qvi repudiare neqvit. *Matthes. ſing. l. 181. num. 3.*
Colligunt ex *h. l.* regulam, qvod renunciare ei 2
non poſſimus, qvod nondum delatum eſt. *Barboſa locupl. l. 16. c. 31. axiom. 4.* Qvoniam hæres
debet ſcire, teſtatorem eſſe mortuum. juxta *Gloſſam.* Ideò *Bart. n. 17.* & alii agunt de abſentia & ſci-
entia, an præſumenda ſit? Qvod affirmatur, ſi ibi
non habeat domicilium, ſed ſi habeat, abſentia
probanda. *Menoch. l. 6. pr. ſ. 19. Maſcard. concl. 1134.
n. 18. Cravetta conſ. 240. n. 3.* Similiter ſcientia præſu-
mitur ex præſentia, &c.

## ad L. Pro herede. 20.

### *SUMMARIA.*

*QVis ſe pro herede gerat, ex factis heredis cognoſcendum eſt, cujus rei exempla. n. 1. & 11.*

*Non*

*Non ex dubiis, exempla. 2. 9. 10.*
*Filius, qvomodo præſumptionem, qvaſi pro herede geſſiſſet, adimere poſſit. 3.*
*Limitatur. 4. 7. 8.*
*Cautela pro gerente, præſumptionem verò hereditatis vitare volente. 5.*
*Proteſtatio quid operetur. 6.*

1 NOminatione heredis aliqvis non fit hæres.
*Dn. Mev. p. 5. d. 16.* Factis qvis pro hærede
ſe gerit, qvando talia facit, qvæ aditionem certò
inferunt, ut poſſeſſio bonorum paternorum
diuturna, inhabitatio domus paternæ. *Dn. Mev.*
*p. 4. dec. 173. num. 20.* ſucceſſio in feudis paternis,
qvod evidens ſignum eſt aditionis, qvia ſeuda
paterna ab hæreditate filius ſeparare neqvit. *Dn.*
*Mev. d. l. n. 4.* ſicut ita à Facultate noſtra ſæpe
reſponſum; ſic venditio rerum hæreditariarum,
locatio, *Dn. Mev. d. l. n. 6.* exactio nominum.
*Mev. n. 7.* diviſio &c. *Men. lib. 4. præſ. 101. Maſc.*
2 *concl. 44. ſeq. Mant. lib. 12. tit. 12.* Secus, ſi facta
ſint dubia, qvæ alio titulo fieri poſſunt, ut inha-
bitatio ædium hæreditariarum non diuturna, de-
tentio hæreditatis, perceptio fructuum & ſim. ſi
habuit aliam prætenſionem, ob qvam hoc face-
re potuit. *Men. de præſ. 101. n. 27. ſeq. Barry lib. 11.*
3 *tit. 3. n. 1.* Nam eo usqve etiam filius pro herede
habetur, niſi aliam cauſam gerendi probaverit.
4 Ergo vel proteſtatio ob abſtentionem, ſi non ſit
illa contraria facto, aut cauſa alia probanda. *Dn.*
*Mev. p. 3. dec. 10. Carpz. p. 3. conſt. 14. def. 21. conf.*
*Mev. p. 2. dec. 142.* & tunc ſtandum juratæ decla-
rationi hæredis. *Mant. d. tit. 12. num. 24. Tuſch.*
*concl. 168. n. 18. lit. A.* Niſi ut jacenti hæreditati
datus ſit curator, ubi nemo præſumitur hæres.
*Mev. p. 2. dec. 166.* Qvæcunqve autem ſine no-
mine hæredis fieri non poſſunt, ex illis præſumi-
tur aditio hæreditatis, per *h. l. Maſc. de probat.*
5 *concl. 47. Men. d. l. num. 40.* Habetur autem in §.
cautio, ut ſi qvis nolit adire hæreditatem, actum
autem aliqvem gerere vellet, ex qvo præſumptio
aditæ hæreditatis ſumi poſſet, ut proteſtetur, ſe
hoc non agere animo hæredis, ſed pietatis, aut
6 cuſtodiæ cauſa. Unde probatur, in iis actibus,
qvæ à ſola voluntate proteſtantis dependent,
conſervari Jus proteſtantis, & eum liberari à ſi-
niſtra interpretatione. *Carpzov. p. 1. dec. 75. num.*
*9. conf. Dd. qvi referuntur in Barboſa locupl. lib. 14.*
*c. 103. num. 3. & in axiom. ult. limit. 1.* & præter
7 eos *Klock. vol. 1. conſ. 37. n. 97.* Notetur etiam ex
§. 1. licet ex diſtractione rerum hæreditariarum
colligatur aditio hæreditatis, ſecus tamen eſſe, ſi
ſint res tempore perituræ. *Hippol. de Marſil. in*
8 *pract. crim. §. Conſtanter num. 7.* ubi idem eſſe
dicit in litigioſis rebus venditis. Sed qvid ſi ope-
ras exegit hæres à liberto? Reſp. etiam citra ani-
9 mum hæredis à creditoribus eas peti poſſe. Ergo
eſt caſus dubius, per §. 2. qvalis eſt etiam illatio
cadaveris in ſepulchrum hæreditarium. §. 3. *h. l.*
qvia exhæredatis etiam id licet. *l. 6. pr. de Relig.*
vide *Men. l. 4. præſ. 101. n. 70. Coll. Arg. h. t. th. 13. n. 2.*
Qvod autem dictum, ſi qvis aliqvid agere, non 10
poteſt citra nomen hæredis, ex iis præſumi ani-
mum adeundi, hoc hic exemplo accipientis ali-
qvid à ſtatu libero, declaratur, qvia id nullo alio
jure exigere poteſt, de qvo *Don. lib. 7. c. 8. lit. M.*
*& ibi Hill. Racc. dec. 5. collect. 556. & Mant. lib. 12.*
*tit. 12. Men. lib. 5. præſ. 21.* Et qvoties facit actum 11
repudiationi contrarium, de qvo tamen vide
*Car. Ruin. vol. 3. conſ. 157. n. 4. conf. Maſcard. de*
*prob. concl. 47. per totam*, ubi materia hæc fuſius
tractatur, qvales actus ſint, qvi ſine nomine hæ-
redis fieri non poſſunt.

## ad L. Fuit qvæſtionis. 24.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Heres omittendæ hereditatis cauſa pretium accipiens, non cenſetur pro hærede gerere. 2.*
*An hic teneatur legatarius. 3.*
*Deciditur ex* h. l. *caſus ſimilis feudalis. 4.*

INſtitutus ſum hæres, & legata à me relicta, ſub- 1
ſtitutus autem mihi eſt Cajus, hic mecum
agit, ut dimittam hæreditatem, data aliqva certa
pecuniæ ſumma, qværitur, an pro hærede me
geſſerim? Videtur qvod ſic, qvia licet dimiſerim 2
hæreditatem, pecuniam tamen illam occaſione
mortis accepi. Sed reſpondetur, ita eſſe mortis
cauſa capionem, cum occaſione mortis teſtatoris
acceperim. *hic & L. qvi pretio 8. ff. de Donat. mor-*
*tis cauſa*; ſed hæreditatem propterea non adii.
Sed nonne teneor legatariis? Reſp. qvod ſic, ex 3
Edicto: *Si qvis omiſſa cauſa teſtamenti.* Ex hoc vi-
detur mihi dependere deciſio hujus caſus: Sere- 4
niſſimus Elector dat mihi expectantiam in feu-
do Peruſino, ſi familia Peruſina maſcula mortua
ſit. Ultimus de illa familia, accepta à me pecu-
nia, in meas manus refutat feudum. Ego nolo
ſolvere æs alienum ſine conſenſu Domini con-
tractum, qvia Dominus, cui principaliter refuta-
tio facta, ad id exſolvendum non tenetur, puto
me creditoribus ad intereſſe obligatum.

## ad L. Si qvis. 25.

### *SUMMARIA.*

*DIfferentia inter juſſum parentis & autoritatem tutoris. n. 1.*
*Qvid hodiè circa juſſum parentis obtineat. 2.*
*An ad reaſſumptionem proceſſus juxta* h. l. *§. 5. reqviratur ſpeciale mandatum. 3.*

IN *princ. & tribus §§. ſubſeqq.* agitur de ſervo 1
inſtituto hærede, ſed hac materia relicta, in §.
4. traditur differentia inter juſſum parentis & au-
toritatem tutoris, qvod hæc in ipſo negotio vel in
continenti perfecto negotio interponi ſoleat,
nam hic §. ex *l. 9. §. 5. ff. de Authorit. tut.* ſupplen-
dus, juſſus autem actum præcedere debeat, poſſitq;

per epiſtolam vel nuncium explicari. *Donell. lib. 7. c. 6. lit. C. & D. Tiraq. de LL. connub. Gl. 6. n.*
2 *1. & ſeq.* Qvamvis hodiè juſſus parentis per ratihabitionem ſeqvi poſſit, ut in materia adeundæ hæreditatis non tantùm, per tradita *Zuchardi in repet. Rubr. C qvi admitti, ad bonorum.* ſed & in materia ſponſalium, ubi ratihabitio parentum nuptias jam antea contractas reddit ab initio validas, licet diſſentiat *Carpz. l. 2. Jurisprud. Eccl. def. 41.* cui praxis repugnat.

3 *In §. 5.* dicitur, qvod mandatum de adeunda hæreditate ſpeciale mandatum eſſe debeat; ex qvo inferunt, readſumptionem proceſſus ſine ſpeciali mandato fieri non poſſe. *Finckelth. obſ. 110.* Sed non video conſeqventiam; ſi hæres in mandato generali ſe expreſsè illius hæredem dicat, cur non procurator poſſit readſumere cauſam, cum de adita hæreditate conſtet, & inſtantia ipſo jure tranſeat in hæredem. *vid. not. ad l. 15. de procur.* Cætera, qvæ in ſeqventib. §§. proponuntur de mandato adeundi hæreditatem, ſunt plana.

## ad L. Ariſto. 28. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Non videtur adire hæreditatem, qvi petit inſtrumenta defuncti edi. n. 1.*
*Reſponſum Facultatis. 2.*

1 SI qvis inſtrumenta & rationes ſibi exhiberi petat, ex eo non eſt adita hæreditas, qvia eſt tantùm actus præparatorius, ut deliberet, an adeunda hæreditas ſit. *Menoch. l. 4. præſ. 101. num. 6.*
2 Unde, cum cognata peteret ſibi exhiberi inventarium, qvod hoſpes defunctæ confici curaverat, deciſum in Facultate, hoc pro actu aditionis non eſſe habendum.

## ad L. Cum qvidam, 30.

*SUMMARIA.*

*Hæreditatis adeundæ commodo excluſu ob abſentiam Reipubl. reſtituitur. n. 1.*
*Vidua dum prægnans eſt, aut creditur, hæreditatem adire non poteſt. 2.*
*Qvid hinc colligendum de ambitu muneris Eccleſiaſtici, mortem defuncti Paſtoris qvaſi comitante. 3.*
*Scientia alicujus rei certa, alterius contrariâ adſertione non ſtatim redditur dubia. 4.*

1 IN *princ.* dicitur, parentem Reip. cauſâ abſentem, ſi non potuit jubere filium, ut adiret hæreditatem, reſtituendum eſſe ex cauſa abſen-
2 tiæ neceſſariæ, qvod per ſe planum. Sed in *§. 1. & ſeqq.* in ſumma hoc multis tractatur, qvod exiſtente viduâ prægnante vel in rei veritate, vel in opinione obſtetricum, vel aliorum, non poſſit adiri interim hæreditas, qvod hic perſpicue
3 tractatur, & eſt lectionis. Ex qvo aliqvando putavi, præpoſteram eorum petitionem eſſe, qvi mortuo Paſtore animarum, ſe ingerunt & officium ſibi conferri petunt, cum incertum ſit, annon vidua imploratura ſit prope finem anni luctus, ut beneficio apud nos ſolito fruatur, & ſucceſſori in officio elocetur. In §. fin hoc obſervan- 4
dum, ſi qvis certò ſciat, falſum teſtamentum eſſe, eum tamen non reddi dubium, ſi aliqvis contendat eſſe falſum. Conſcientia recta bene ſibi conſcia, non frangitur, mille contrarium dicentibus. Conſcientia in facto proprio non fallitur, ſed ſæpius in jure.

## ad L. Hæres inſtitutus. 32. & ſeqq.

*SUMMARIUM.*

*Hæres ignorans & dubitans, qvomodo in aditione ſe gerere debeat.*

AGitur in his de hærede 1. ignorante mortem teſtatoris, aut impletam eſſe conditionem, qvod adire neqveat, qvia certa ſcientia reqviritur. 2. de dubitante hærede, de ſtatu defuncti, an ſui juris ſit, nam de eo idem dicendum, per *l. hanc 32. §. ult.* 3. de dubitante hærede circa locum mortis, an apud hoſtes degens, an libertati reſtitutus, nam dubitatio hæc non eſt contraria aditioni, cum utroqve caſu poſſit adire, per *l. 33.* 4. de dubitante de ſua conditione, an ſui juris ſit, qvæ dubitatio etiam non impedit aditionem, qvia non dubitat de validitate teſtamenti *l. 34.* & poterit adire, ſive ſui juris ſit, ſive alieni, ſi ratihabitio ſeqvatur. 5. de hærede erroneè putante, ſe ſub conditione eſſe inſtitutum, cum purè ſit inſtitutus, qvi error non obeſt. *l. 34. §. 1.*

## ad L. Neminem. 37.

*SUMMARIA.*

*In hæredem tranſit omne jus defuncti. n. 1.*
*Non poſſeſſio, nec pœna. 2.*

HÆres ſuccedit in omne jus defuncti, & ſic 1
dominium rerum corporalium & incorporalium, ſed poſſeſſio non tranſit in hæredem. *l. 23. de acqvir. poſſ.* nec pœna. *Don. lib. 15. c. 51.* Ex ſta- 2
tuto tamen poſſeſſio tranſire poteſt, ut in Gallia, de qvo integrum tractatum edidit *Tiraqu.* ſcilicet *Le mort. &c.* *Zæſius h. t. num. 11. Wiſſenbach th. 7.*

## ad L. Si duo. 38.

*SUMMARIA.*

*Hæres pro parte ſuâ ſe immiſcens, altero abſtinente, ad omnia onera hæreditaria tenetur. num. 1.*
*Vincibilis ignorantia juris nocet in damnis. 2.*
*Qvid hic colligat Baldus. 3. 4.*

SI duo ſint hæredes neceſſarii, & unus ab- 1
ſtineat, alter ſe immiſceat, hic ad onera ex aſſe

Digitized by Google

ex aſſe ſolvenda ſe obligat; nam ſcit, alteram
partem ſibi neceſſariò obventuram, aut certè
ſcire debuit, peritiores conſulendo, partem alte-
2 ram vacantem etiam invito adcreſcere. Sic ergo
vincibilis ignorantia juris nocet in damnis, qvia
3 hæc adqviſitio lucrum habet à lucro. Colligit hic
*Baldus*, qvod ille, qvi facit actum aliqvem, videa-
tur ſe adſtringere legi loqventi de illo actu, &
qvod talis ſit fictio, qvæ non videtur recipere
probationem in contrarium, ſi modo lex, ad
4 qvam cenſetur facta relatio, eſt talis, ut illi non
poſſit renunciari, ut in hoc caſu, cum non ali-
qvis poſſit pro parte hæres eſſe; ſecus, ſi illi legi
renunciari poſſit, qvia tunc erit præſumptio &
non fictio, & admittet probationem in contra-
rium. *Alciatus de præſumpt. Reg. 3 præſ. 32.* Et qvi
adqvirit Jus Civitatis, ſubjicit ſe omnibus one-
ribus civitatis illius, qvia ea ſcivit aut ſcire de-
buit. *Cagnol. ad L. qvi cum alio. 19. num. 8. de Reg. Jur.* Et qvomodo paria ſint ſcire, & facilè ſcire
poſſe, declarat *Lud. Burgeſius in repet. L. ſi ſe ſubjiciant. n. 150. ff. de judiciis.*

## ad L. Qvamdiu. 39.

*SUMMARIA.*

*Cauſa teſtati præfertur cauſæ inteſtati. n. 1.*
*De læſionibus antequam conſtet de teſtamento, non cognoſcitur. 2.*
*Extenſio. 3.*
*Limitationes Gloſſa rejiciuntur. 4.*

1 QVamdiu ex teſtamento poteſt adiri hæredi-
tas, ſi teſtamentum ritè factum, non ſucce-
ditur ab inteſtato, qvia proviſio hominis tollit
proviſionem legis. *Forſt. de ſucceſſ. l. 1. c. 13. Mar-*
2 *purg. vol. 1. conſil. 21. n. 27.* Ideò non poteſt de læ-
ſione, qvam prætendit filia, cognoſci, anteqvam
producatur teſtamentum, vel certi ſimus, nul-
lum adeſſe. Ergo cum filia ſe læſam diceret, fratri
teſtamenti paterni productio injuncta, ut refert
3 *Dn. Mevius p. 3. d. 352.* Extenditur hæc regula, li-
cet hæres ſimpliciter non ſit capax totius hære-
ditatis. *arg. L. anteqvam. 8. C. Communia de ſucc.*
4 Limitationes ex *L. ſi qvis hæres ita inſtitutus ff. de
hæred. h. inſt. & L. hac conſultiſſima §. ſi qvis au-
tem. C. de teſtamentis.* qvas hic *Gloſſa* addit, & *De-
cius ad L. qvamdiu. 89. de Reg. Jur.* rectè ad ean-
dem rejicit *Cagnolus.*

## ad L. Qvæſitum. 40.

*SUMMARIA.*

*Subſtitutus pupillo cohæredem habenti agnoſcendo hæreditatem pupillarem, non tenetur ſimul agnoſcere paternam. 1.*
*Qvid ſi pupillus ſolus inſtitutus. 2. & 3.*

1 QVi repudiat paternam hæreditatem, poteſt
adire hæreditatem pupilli, cui ſubſtitutus
2 eſt, ſi habeat cohæredem, alias ſecus. Nam ſi
pupillus ſolus inſtitutus, & ei ſubſtitutus extra-
neus, & pupillus ſe immiſcuerit, non poteſt poſtea
ſubſtitutus adire pupilli hæreditatem, ſpreta pa-
terna, ex perſona tamen pupilli poterit reſtitu-
tionem petere. Sed ſi pupillus ſe abſtinuerit, 3
poteſt ſubſtitutus agnoſcere pupilli hæreditatem,
eamqve ſeparare, qvando autem ſubſtituto alius
junctus, tunc poterit per cohæredem confirmari
teſtamentum. *Trentac. in tr. de ſubſt. part. 2. c. 18. Barry de ſucceſſ. lib. 11. cit. 22. n. 6.*

## ad L. Filius. 41.

*SUMMARIA.*

*Inſtitutus & fratri exhæredato ſubſtitutus, an ſpretà paterna, pupillarem hæreditatem adire poſſit. n. 1. & 2.*
*Qvid ſi velit paternam, ſpretâ pupillari. 3.*

SI filius hæres inſtitutus ex aſſe, & fratri impu- 1
beri exhæredato ſubſtitutus ſit, poteſt pupil-
lo ſuccedere, repudiata patris hæreditate, qvia
per exiſtentiam ſui heredis confirmatæ ſunt Tabb.
pupillares. *Cujac. tom. 1. ad l. h. p. 2048. Don. lib.
6. c. 25. & ibi Hillig. Trentac. & Barry d. l.* Cui ad-
verſari creditur *l. 11. §. 1. ff. de SCto Trebell.* cui re- 2
ſpondet *Wiſſenbach. d. 56. th. 4.* conſ. *notata ad l.
12. ſupra de vulg. & pupill. ſubſt.* Sed ſi velit ſub- 3
ſtitutus paternam hæreditatem, ſpretâ pupillari,
non poteſt. *L. qvidam elogio 20. de jure delib. Fuſarius de ſubſtit. q. 151.*

## ad L. Qvoties. 44.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Geſta à filiofam. h. f. non reſcinduntur, abſtinentia ſecuta. 3.*

PUpillus tutoris authoritate adivit hæredita- 1
tem, & qvaſdam res vendidit cum conſenſu
tutoris mihi, ad ſatisfaciendum creditoribus,
poſtea videns tutor, onerofam & damniferam
iſtam eſſe hæreditatem, abſtinendi beneficio uti-
tur, qværitur, an venditio interim facta nulla,
vel reſcindenda? qvod negatur, qvia filius fuit 2
ipſo jure hæres ſuus patris. Et ſic etiam liberatio
debitorum hæreditariorum manet rata. Colligi- 3
tur, qvod exiſtentiæ ſui hæredis etiam hic ſit effe-
ctus, ut, licet abſtineat qvis hæreditate paternâ,
ea, qvæ interim geſta, rata habeantur. *Don. lib. 7.
c. 2. poſt lit.* T. conſ. *notata ad l. Ex contractu 44. ff. de Re judic.*

## ad L. Aditio hæreditatis. 45. §. ult.

*SUMMARIA.*

*Hæreditas intuitu domini ſervo h. f. ſervienti relicta, domino acqviritur. n. 1.*

*Qvid ſi conditionis liberæ gnarus adierit hæreditatem. 2.*

1 BOna fide ſervis mihi, mei reſpectu tibi relicta
eſt hæreditas, qværitur, an mihi adqviratur?
2 Et reſpondetur qvod ſic; ſed ſi conditionis liberæ
tuæ gnarus adieris, tibi adqviris hæreditatem,
licet mei intuitu ſis inſtitutus, qvia cum velis
ipſe hæres eſſe, ac poſſis ſtatu integro, voluntare
tua efficeris hæres, niſi apertè contraria teſtatoris
voluntas. *Donellus lib. 9. cap. 6. circa finem.*

## ad L. Cum falſum. 46.

*SUMMARIA.*

*AN pendente qvæſtione ſuper falſitate teſtamenti adiri poſſit hæreditas. n. 1.*
*Conſcientia in jure habenda ratio. 2.*
*Conſcientia qvid & qvotuplex. 3.*

1 IN teſtamento Titii heres ſcriptus ſum, volo
igitur adire, ſed intercedit Cajus, dicens, id teſtamentum
eſſe falſum, qværitur, an non attenta
iſta qvæſtione ſuper falſo, poſſim adire? Diſtingvitur
hic, an à me falſatum dicat, an ab alio, v.
gr. Sejo. Illo caſu, ſi bonam conſcientiam habeam,
poſſum adire, qvia conſcientia mea me tutum
reddit, mea mihi conſcientia pluris eſt, qvam
omnium hominum ſermones, ait *Cicero Ep. 246.
& Menoch. conſ. 285. n. 32.* Sed poſteriori caſu non
poſſum, qvia poſſum dubitare de facto alterius,
2 annon falſum commiſerit Sejus. Collige ex
textu, qvod conſcientiæ ſemper habenda in jure
ratio, & ſemper eligendam eſſe eam ſententiam,
qva magis conſcientiis partium conſultum, præſertim
in materia juramentorum. *Dn. Mev. p. 1.
dec. 146. n. 7. conf. Decianus lib. 2. crim. pract. c. 12.*
3 Conſcientia autem ſenſus animi eſt, cognoſcens
bonum & malum; & eſt vel bona vel mala. Iſta
eſt, qvæ cum mentis puritate conjunctam habet
rationem. *Menoch d. l.* Eaq; eſt vel propria, vel
communis. *Menoch. d. l. n. 33.* Et in eo conſilio
agit *Menoch.* de teſtamento, qvo qvis ſuum filium
illegitimum ex aſſe hæredem inſtituat ex conſcientia,
& negat hanc conſcientiam eſſe bonam,
ſed errantem, contrariam legibus, &c.

## ad L. Si qvis. 48.

*SUMMARIUM.*

*AN mandatum tacitè revocetur per furorem mandantis ſupervenientem.*

MAndatum revocatione vel morte tollitur; ſed qvid ſi mandans in furorem incidat? Reſp. qvod non revocentur ea, qvæ vigore mandati perfecta, ſed qvæ adhuc perficienda ſunt, qvia ſic velle qvis deſinit. *Duarenus de adqvir. hæreditat. cap. 4. Hilligerus ad Donellus l. 16. c. 23. lit. B.*

## ad L. Pupillum. 49.

*SUMMARIA.*

*PUpillus tutore honorario autore hereditatem adire poteſt. n. 1.*
*Conciliatio* l. 4. ff. de Autor. tut. 2.

TUtor honorarius poteſt authoritatem ſuam 1
interponere pro adeunda hæreditate. Videtur
autem contraria *l. 4. ſupra de author. tut.* Va- 2
riæ hîc ſunt conciliationes. Putarim aliud eſſe, ſi
agatur principaliter de deminuendo patrimonio
pupilli, aut eô pupillo obligando, an verò principaliter
de adqvirendo, & per conſeqventiam
tantùm de pupillo obligando, ſicut circa prodigum
ſupra diſtinximus: de illo *d. l. 4.* de hoc
hæc lex loqvitur. Vide varias conciliationes adducentem
*Hilligerum in Donell. l. 7. c. 9. lit. C.*

## ad L. Eum qvi. 51. §. fin.

*SUMMARIA.*

*ADitio ſub conditione nulla eſt. n. 1.*
*Reſpondetur ad* l. 23. ff. qvæ in fraud. credit. 2.

NOn poſſum hereditatem adire hâc conditione, 1
ſi ſolvendo ſit, qvia ſub conditione
aditio fieri neqvit, cum in aditione reqviratur
certa voluntas. *Don. lib. 7. c. 8. lit. C.* Nec obſtat 2
*l. 23. ff. Quæ in fraudem creditorum*; qvia conditio
ibi pactum ſignificat. *Hotom. qv. Illuſtr. 32.
Hillig. d. l.*

## ad L. Cum hæres. 52. §. fin.

*SUMMARIA.*

*INſtitutus partim purè, partim ſub conditione, adeundo ſit in univerſum hæres. n. 1.*
*Limitatur. 2.*

SI ex parte ſim hæres purè ſcriptus, ex parte 1
verò ſub conditione, ſi navis ex Aſia venerit,
& ego purè adierim ex parte, reliqvum ſtatim
mihi accreſcit, & id qvidem jure accreſcendi, licet
conditio deficiat, niſi in eventum conditionis
deficientis alius ſit ſubſtitutus. *hic & l. 33. de
hæred. inſtit. Hill. in Don. l. 7. c. 12. lit. E.* Qvia 2
potior eſt ratio ſubſtituti, qvam juris accreſcendi,
cum ſubſtitutus magis enixa & expreſſa voluntate
defuncti nitatur. *Duaren. lib. 2. de jur. accreſcendi. c. 16. & qvos citat Hill. d. lit. E. Zæſ. h. t. n. 18.*

## ad L. Qvi ex duobus. 53.

*SUMMARIA.*

*AN heredi heredis acqviritur pro parte portio in conditionis eventum. n. 1. & 2.*
*Jus accreſcendi defertur & invito. 3.*
*Limitatur. 4. & 5.*

QVidam ex duabus partibus inſtitutus erat 1
heres, in una purè, in altera ſub conditione,
illam

illam partem adiit, hanc non adiit, ſed præmor-
tuus eſt, anteqvam conditio impleretur, qværi-
tur, ſi ejus heres poſtea, impletâ conditione, ve-
2 lit adire âlteram partem, an poſſit? Videtur, qvod
non, qvia conditio non transmittitur; ſed aff.
qvia hic juncta eſt juri accreſcendi, & ſic trans-
mittitur. *Bart. hic Cephalus lib. 4. conſ. 455. n. 64.*
3 Qvi autem ſemel aliqvâ ex parte heres exiſtit,
deficientium portiones etiam invitus excipit,
i. e. tacite ei deficientium portiones etiam invi-
to accreſcunt, ergo etiam ignoranti. *l. 31. h. tit.*
& ſine nova aditione. *l. 80. pr. & in fin. h. tit.* ſi-
ve ille, cujus portio accreſcit, priusqvam hic
4 adiret, defecerit, ſive poſtea. Sed in ſuo herede
aliud, nam ſi is, cui accreſcit, prius agnovit
qvàm coheres abſtineat, volenti tantùm accre-
ſcit. *l. 55. h. t.* aliàs ſecus. *l. 37. h. Donellus lib. 7.*
5 *c. 12. lit. P.* Sic etiam ſi minor reſtitutus, invito
non accreſcit. *l. 61. h. t. Hillig. d. c. 12. lit. P.*

## ad L. Hæres. 54.

*SUMMARIA.*

*Hereditatis aditio, qvandocunq; fiat, fingit heredem, ſtatim à morte teſtatoris adiiſſe. n. 1.*

*Ubi ſupervenit jus, qvod retrotrahitur, vel declaratio, qvæ ab initio videtur ineſſe, indiſtinctè confirmatur judicium. n. 2.*

*Exempl. n. 3. 4.*

*Limitatur. 5.*

1 HÆres qvandocunqve adeundo heredita-
tem, jam tunc à morte teſtatoris ſucceſſiſſe
defuncto intelligitur, & ſic aditio retrotrahitur,
ad tempus mortis. *Weſemb. in n. h. t. n. 7. in fin.*
*Wiſſenb. h. t. n. 12.* Et ex hoc textu colligunt re-
2 gulam generalem: Ubi ſupervenit jus qvod re-
trotrahitur, vel etiam declaratio, qvæ à principio
videtur ineſſe, ut in *l. heredes palam §. 1. ff. de*
*teſtam.* indiſtinctè confirmatur judicium, v. gr.
3 Si qvis habens mandatum generale, conveniat
debitorem hæreditarium nomine heredis inſti-
tuti, & reus excipiat, nondum eſſe aditam here-
ditatem ab herede, ſi poſtea heres adierit, con-
firmatur judicium, qvia retrotrahitur ad tempus
4 mortis defuncti. Et idem, ſi ſuperveniat manda-
tum, poſtqvam egerat ſine mandato. *L. 11. ff. qui*
*ſatisdare cog. Barboſa ad l. 23. de judic. n. 85. & ſeqq.*
5 Qvod limitat, niſi ſuperveniat id, poſtqvam in
causâ concluſum. *Barboſa d. l. n. 88.*

## ad L. Cum hereditate. 55.

*SUMMARIUM.*

*Caſus ſingularis, ubi jus accreſcendi ponitur in electione.*

INſtituto filium & Cajum, ſive hic ſit filius, ſive extraneus, Cajus adit hereditatem pro ſua parte, filius abſtinet, hîc electio datur Cajo, ut vel totam hereditatem adeat, aut à totâ recedat, & ſic partem agnitam repudiet, ſed ſi creditores dicant, ſe contentos fore portione Caji, is tantùm pro ſuâ portione debet reſpondere creditoribus. *Coraſius in repet. l. Teſtamenti C. de impub. ſubſtit. n. 32. Marc. Mantua ſing. 59. Vasq. de Succeſſ. progreſſ. §. 23. n. 49.* ubi examinat illam communem ſententiam, qvod qvi nolit jure accreſcendi uti, ſuam & agnitam partem poſſit omittere. Sed tutius in communi ſententia ſubſiſtitur, qvicqvid dicat *Vasqvius d. l.* Et ideò hæc lex ſingularis vocatur, dum ei, qvi adiit hæreditatis partem, ſi ei obærata vel oneroſa altera pars adcreſcat, tribuit electionem, ut aut totam repudiet, aut totam acceptet, ut pluribus tradit, & cautelam proponit pro evitandis oneribus hereditariis *Caſtr. conſ. 323. n. 5. lib. 1. & Don. lib. 7. cap. 12. lit. Q.*

## ad L. Neceſſariis heredibus. 57.

*SUMMARIA.*

*Suis, heredibus impuberibus indiſtinctè competit beneficium abſtinendi. n. 1.*

*Qvando puberibus competat. 2.*

*Qvatenus illis poſt immiſſionem detur reſtitutio in integrum. 3.*

SUi & neceſſarii heredes habent beneficium 1
abſtinendi indiſtinctè, ſi impuberes, ſed ſi 2
puberes, tunc hoc jure fruentur, ſi ſe non im-
miſcuerint adulti minorennes, habent reſtitu-
tionem in integrum. Sed hoc beneficium tum 3
demum datur, cùm ſibi adqvirerent aliàs hære-
ditatem, per *l. 6. §. 5. h. t. Vasq. de ſucc. progreſ-*
*ſu §. 10. n. 40.* De hoc jure conſ. *Chriſtinæus vol.*
*4. dec. 27. & 29. Donell. l. 7. c. 2. Coll. Arg. h. t. th.*
*39. & ſeqq.*

## Ad L. Qvi patre. 59.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis. n. 1.*

*Subſtitutio unita juri accreſcendi efficitur transmiſſibilis. 2.*

*Ampliatur. 3.*

*Limitatur. 4.*

SI qvis inſtituit filium & Titium, & hunc pu- 1
pillariter filio ſubſtituat, & hereditas ab utro-
qve adita, poſtea verò moriatur Titius, relictô
herede extraneo Cajo, & demum filius pupillus
moritur, hujus hereditatem & bona, licet aliunde
obtigerint, Cajus repudiare non poteſt; ſed jure 2
accreſcendi & ſubſtitutionis habebit, qvia hic
concurrit jus ſubſtitutionis & accreſcendi; & ſic
duplex eſt vinculum. *Berous vol. 2. conſ. 94. n. 21.*
*& ſeq. Riminald. vol. 3. conſ. 244. num. 221. & ſeq.*
Et ſic ſubſtitutio unita jure accreſcendi effici-
tur transmiſſibilis. *Berous vol. 2. conſ. 107. num. 6.*
*Mantica de conject. lib. 11. tit. 20. n. 14. Riminald.*
*vol. 6. conſ. 628. num. 2. & ſeq. Cravet. conſ. 367. n. 5.*

3 Qvod etiam de ſubſtitutione fideicommiſſaria
aſſerunt Dd. qvos refert & ſeqvitur *Cephalus lib.*
4 *4. conſ. 455. n.63.* Aliud ſi de ſuperveniente ſub-
ſtituto loqvamur. *Rimnald. conſ.617.n.31.vol.6.*

## ad L. Filium. 60.

### *SUMMARIA.*

*INſtitutus adeundo ab inteſtato, repudiare cenſe-tur teſtamentariam hereditatem.n.1.*

*Qvibus modis aliàs repudiata cenſeatur, agitur re-miſſivè.2.*

1 INſtitutus, qvi adit ab inteſtato, videtur repu-
diare hereditatem teſtamentariam, & locus fit
ſubſtituto, qvia legitimæ hereditati locus eſſe
neqvit, niſi remota teſtamentaria. *l.39. h.t.* Qvi
igitur vult conſeqvens, velle etiam videtur an-
tecedens. *l.17.§.1.h.t. & l.77. infr.h.t. Donell.*
*lib.7. cap.8. poſt. lit. C. Barb. locupl. lib.3.cap.55.*
*axiom. 3. Bulgarius in rep. l.1.C.qvi admitti. n.75.*
*ſeu fin.vol.8.conſ. Hier. Gratus vol.2.conſ.156.num.*
2 *19.* Qvibus autem modis aliàs repudiata cenſea-
tur hereditas re & verbis, de eo vid. *Maſc. concl.*
*854. & ſeq. Menoch. lib.4.præſ.102. Mantica lib.12.*
*tit.14. Barry lib.11.tit.21.*

## ad L. Antiſtius. 62.

### *SUMMARIA.*

*HEres inſtitutus:* ſi juraverit, *qvatenus, ſi jura-verit, ſe pro herede geſſiſſe videatur.n.1.*

*Qvid in dubio hic putandum.2.*

1 HEres qvis inſtitutus, *ſi juraverit*, ſcilicet de
præterito; nam talis conditio juramenti de
præterito non reſpuitur in teſtamento. *Donell. l.*
*8.cap.32.lit.N.* Si igitur heres juraverit, non
videtur pro hærede ſe geſſiſſe, niſi ut heres jura-
verit. *Mantic. lib.12. tit.9. num. 7. Menoch. lib.*
2 *4. præſ.101.num.3. Barry l.11. tit.3. num.11.* Pu-
taverim tamen, in dubio pro aditione hoc ha-
bendum eſſe in hoc exemplo; qvis enim de præ-
terito juraverit, niſi faciat ob commodum ſpera-
tum? v.g. ſi maritus leget uxori dotem, ſi jura-
verit, verè amiſſam eſſe dotem, cui fini juraret vi-
dua, niſi animo lucri captandi?

## ad L. Furioſus. 63.

### *SUMMARIA.*

*FUrioſus qvatenus adqvirat & tranſmittat here-ditatem.n.1.*

*Qvomodo furioſo ex Conſtitutione Imperat. Juſti-niani ſuccedatur ratione delata hæreditatis.2.*

1 FUrioſus non adqvirit hæreditatem, nec
tranſmittit, niſi ipſo jure ſit heres, ut fi-
liusfamil. aut habeat aliqvem in poteſtate fili-
umfamil: vel ſervum, per qvem ei adqviratur
hereditas. *Pinellus ad l.1. C. de bon. mat. p.1. num.*
*62.* Sed Juſtinianus conſtituit in *l. ult. C. de Cu-* 2
*rat. furioſ.* ut ſi alia deferatur furioſo hereditas
materna, & ille moriatur in furore, & habeat
curatorem, per hunc non adiri hereditatem, ſed
mortuo furioſo eos ſuccedere, qvi ab inteſtato
matri ſucceſſiſſent, ac ſi furioſus non intervenif-
ſet, vid. *notata ad d. l.13. & Sande l.4. tit.8.def.*
*9. Berlich. p.1. dec.147.* ubi integrum habet con-
ſilium pro eâ ſententiâ, qvod furioſus ipſo jure
ſit heres patris, & paternam tranſmittat heredi-
tatem.

## ad L. Qvamdiu. 69.

### *SUMMARIA*

*SUbſtitutus non admittitur, qvamdiu inſtitutus admitti poteſt. n.1.*

*Qvid ſi inſtitutus ſubſtitutum diu in ſuſpenſo deti-neat.2.*

*Cenſetur hic repudiata hereditas, lapſo tempore ad deliberandum præfixo. 3.*

*Tempus ad deliberandum & ad inſtantiam credito-rum conſtitui poteſt. 4.*

*Cenſetur hic adita, lapſo tempore præfixo.5.*

QVamdiu inſtitutus admitti poteſt, non eſt 1
locus ſubſtituto, ne autem inſtitutus ſub-
ſtitutum diu detinere in ſuſpenſo poſſit, poteſt
à Prætore ipſi inſtituto præfigi terminus, ut in eo 2
declaret voluntatem ſuam, an adire, an verò re- 3
pudiare velit hæreditatem, & terminô lapsô ha-
betur pro repudiante. *Mant. lib.1: . tit.14. num.*
*19. Barry d. lib.11. tit.21. num.1.* Et multò magis,
ſi lapſo termino dicat, ſe nolle adire, nam tunc
repudiaſſe cenſebitur. *Menoch. l.4. præſ.102. num.*
*6. Maſcard. de probat. concluſ.854. num. 9.* qvod 4
tempus etiam ad inſtantiam creditorum conſti-
tui poteſt. *Tiraq. de retract. conſangv. §.1. gloſſ.*
*10.num.61.* Sed hoc intereſt, qvod, qvando ad
inſtantiam ſubſtituti ſpatium datur inſtituto,
termino lapſo, ſi nihil dixit, habetur pro repudi-
ante, per *h.l.* ſed qvando ad inſtantiam credito- 5
rum datum eſt ſpatium, tunc habetur pro eo, qvi
adiit. *l.ult.§.14.C.de jure delib. Zæſius h.t.n.7.*

## ad L. Si ſervum. 71. §.5. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*ABſtinendi beneficium amittit amovens qvid ex hereditate. n.1.*

*Limitatur. 2.*

SUus heres, ſi aliqvid amoverit ex hæreditate, 1
& poſtea velit abſtinere, amittit privilegium
abſtinendi, non qvaſi ſe immiſcuerit, ſed qvia be-
neficium hâc conditione datum, niſi aliqvid a-
moverit, per *§.3.h.l. Hillig. in Don. lib.7. c.8. lit. O.*
licet heres impubes ſit. *l.9. §.1. qvod met. cauſa*, ni-
ſi ſine dolo amovit. *§.8.h.l.* vel ſi poſt abſtentio- 2
nem amovit. *§.fin. Coll. Arg. h.t.th.41.n.2.*

ad

## ad L. Si qvis heres. 72.

*SUMMARIA.*

S*Ubſtitutus, ſi intra certum tempus non adierit inſtitutus, hic verò ante aditionem decedat, non tenetur exſpectare lapſum temporis hujus. n. 1.*

*Qvid ex* h. l. *colligatur. 2.*

1 ALiqvis heredem inſtituit, & ſi intra tres menſes non adierit, ſubſtituit alium, ſed heres, anteqvam adiret, mortuus eſt, qværitur, an ſubſtitutus debeat exſpectare, dum tempus præteriret trium menſium? Neg. Qvando enim certum eſt, primum heredem adire non poſſe, tunc
2 ſubſtitutus agere poteſt. Et ex *hac l.* colligit *Caſtr.* & cum eo *Joh. à Sande lib. 4. tit. 6. def. 1.* poſſe teſtatorem, non obſtante, qvod jure communi habeat annum, &c. tamen brevius tempus aſſignare, vel expreſsè, ut *hic*, vel tacitè, ut in *l. 6. pr. de hered. inſtit.*

## ad L. Illud dubitari. 77.

*SUMMARIUM.*

R*Epudians ab inteſtato, videtur ſimul ex teſtamento repudiare.*

INſtitutus ſum heres ab eo, cujus heres ab inteſtato futurus eram. Repudiavi hereditatem legitimam, re & facto videor etiam repudiaſſe teſtamentariam ſucceſſionem, qvia legitimæ prius locus eſſe neqvit, niſi remotâ teſtamentariâ. *l. 39. h. t.* qvi vult conſeqvens, vult etiam antecedens. *Donell. l. 7. cap. 7. poſt lit. C. Barboſa d. lib. 3. cap. 55. ax. 3.* & qvicqvid factum, eo ordine factum præſumitur, qvo fieri debebat.

## ad L. Duo fratres. 78.

*SUMMARIUM.*

U*Sus rei communis an præſumptivam hereditatis aditionem inducat?*

USus rerum communium aditionem hereditatis ſocii non inducit, niſi qvi ultra faciat, qvàm ex neceſſitate communionis opus eſt, v. gr. ſi res communes in ſolidum diſtrahat, & fructus bonorum integrè percipiat. *Franc. de Clapperiis cauſa. 34. qvæſt. un.*

## ad L. Placet. 79.

*SUMMARIA.*

A*Dqviſitiones per ſervum & filiumfam. immediatè tranſeunt in dominum vel patrem. n. 1.*

*An ex* h. t. *probari poſſit, omnia jure ff. adqviri parentibus. 2. 3.*

1 QVæ nobis adqviruntur per eos, qvi ſunt in poteſtate noſtra, nec momento reſident
2 penes eos. Unde nonnulli volunt, omnia jure Digeſtorum parentibus adqviri, & hodiè hanc *L.* eſſe correctam per *l. 6. de Bonis, qvæ liberis. Cephalus lib. 1. conſ. 69. n. 13. & lib. 5. conſ. 775. n. 12. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. n. 286.* Sed vid. *Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. part. 1. n. 10.* ubi
ait, non probari ex *hâc* lege omnia adqviri patri, 3
ſed qvod ne momento qvidem maneant apud filium, qvæ patri adqvirantur. *Caccialupus in rep. l. frater a fratre. ff. de condict. indeb. n. 51. & Coraſ. in d. l. part. 2. num. 36. Alciatus lib. 4. parადox. c. 3.* Sed ea lis parum in praxi prodeſt, modo conſtet, qvod filius patri adqvirat, ſcilicet profectitia patri, qvoad proprietatem, & adventitia qvoad uſumfructum.

## ad L. Si ſolus. 80. pr.

*SUMMARIUM.*

*An hæres ex aſſe hæreditatem poſſit dividere?*

TItius inſtituit me hæredem purè in tota hæreditate, ſed ex diverſis partibus. In qvibusdam tamen te ſubſtituit me, an poſſum dividere hæreditatem, ut eas partes adqviram, in qvibus nemo mihi ſubſtitutus, & cæteras, in qvibus ſubſtitutum habeo, repudio, qværitur an poſſim? Videtur qvòd ſic, qvia ita non fit Teſtator pro parte teſtatus pro parte inteſtatus. Sed negatur, qvia ſum hæres ex aſſe & partium enumeratio non videtur hæreditatem dividere, ſed potius videtur facta animo demonſtrandi. *Guttierez. in repet. legis un. C. qvando potentium partes. n. 10. & Gomez lib. 1. reſol. c. 10. n. 20. Donell. & Hillig. lib. 7. c. 12. lit. D. & F.*

## ad L. Toties. 81.

*SUMMARIA.*

J*Us ſubſtitutionis non tranſmittitur in heredem. num. 1.*

*Limitatur. 2.*

JUs ſubſtitutionis non tranſmittitur in here- 1
dem. *l. un. §. in noviſſimo C. de Caduc. to end.* de
qvo *Noalis in tr. de tranſmiſſ. caſ. 8.* Aliud in ſuis, 2
per *d. §.* Aliud in eo, qvi adhuc deliberat. *l. 19. C. de jur. deliber. Fachin. lib. 6. c. 62. Gomez lib. 1. reſol. c. 9. n. 50.* Sic interdum ſubſtitutô primô præmortuô, inſtituto ſuccedit ſubſtitutus ſecundus. *Caſtrenſ. l. 1. conſ. 152. n. 1.*

## ad L. Si totam. 83.

*SUMMARIA.*

A*N ex hâc l. probari poſſit, jus accreſcendi tranſire in heredem fideicommiſſarium. n. 1.*

*An etiam tranſeat in emptorem hereditatis. 2.*

1 COlligunt, 1. ex *h. l. Donell. lib. 7. c. 12. lit. L.* &
alii, qvod fiduciarius hæres non habeat jus
accreſcendi, ſed qvod portio deficiens acqvira-
tur fideicommiſſario. Sed rectius *Cujac. l. 12. obſ.
13. & Hill. d. l.* ſecundum ſonum verborum etiam
*h. l.* intelligunt de eo, qvi tacitam fidem accom-
modat teſtatori, de parte ſuâ incapaci reſtituendâ,
cui, ut indigno hæreditas, ita & jus accreſcendi
2 merito eripitur. 2. Alii ex *h. l.* colligunt, potiſſi-
mum ex ratione, venditorem hereditatis non ha-
bere jus accreſcendi, ſed nec hoc colligi poteſt,
qvia rem videtur habere, qvi pretium habet, &
de emptore teſtator procul dubio non cogitavit,
qvæ ſententia eſt receptior. *Hillig. d. c. 2. lit. L.*
& qvos ibi allegat, ut eſt *Cavallos qv. 69. Guttier.
in l. un. quando non petentium partes &c. n. 60. &
ſeqq. conſ. Romin. ad d. l. un. n. 112.*

## ad L. Si metus. 85.

*SUMMARIA.*

R*Eſtitutionem habet metu compulſus ad aditio-
nem. n. 1.*

*Et minor læſum ſe probans. 2.*

1 QVi metu compulſus adiit hereditatem, po-
teſt reſtitui in integrum. *hic & l. 2. §. 5. ſupr.
2 quod met. cauſa Hillig. l. 7. c. 8. lit. E.* Sicut & mi-
nor, qvi adiit, ſi ſe læſum probet, reſtituitur. *l. 57.
§. 1. h. t. & l. 7. §. 5. ſupra de Minoribus.*

## ad L. Pannonius. 86.

*SUMMARIA.*

H*Eredes defuncti, impediti adire hereditatem
ob abſentiam Reip. cauſa acqvirunt jus peten-
di hereditatem per reſtitutionem. n. 1.*

*Ratio decidendi an in minorenni ætate. 2.*

*An & ratione alius abſentis vel ignorantis, hîc re-
ſtitutio locum habeat. 3. 4.*

1 IMpeditus adire hereditatem propter juſtam ab-
ſentiam, ſi decedat interim, anteqvam adeat
jus petendi hereditatem, per viam reſtitutionis
in integrum, ſuo heredi relinqvit, qvamvis enim
mors non ſit cauſa reſtitutionis. *arg. l. 11. §. 5.
ſupr. de Minorib.*; ex benignitate tamen hoc re-
ceptum, qvia ſi abſens non fuiſſet veriſimiliter
ante mortem adiiſſet hereditatem, & aditam he-
redi reliqviſſet. *P. Barb. in l. quia tale 14. n. 56. ſeq.
Maurit. de Reſtit. c. 288 n. fin. Odd. de reſtit. qvi
2 65. art. 6.* Videntur qvidam rationem decidendi
ſtatuere in minorenni ætate, vid. *Surdus dec. 138.
num. 10.* Sed de minori ætate nulla hîc fit mentio,
3 ſed de abſentia Reip cauſa. conf. *Gomez l. 1. c. 9.
num. 56. Zoeſ. ad tit. Ex quibus cauſ. major. num. 9.*
Sed negandum non eſt minorem morientem re-
linqvere hæredi reſtitutionem in integrum ſal-
tem. *arg. hujus legis.* Nam ſi majorennis fuiſſet,
procul dubio hæreditatem adiiſſet; idq; hic nota-
bile eſſe ait Baldus & allegatis pluribus Dd. con-
firmat *Cephal. conſ. 56. n. 6. & 7.* Sed qværitur, an
etiam in alio abſente vel ignorante hoc locum ha-
beat? videtur qvod non, qvia hic ſermo eſt de
abſente Reip. cauſa. Ideoq; *Cujac. ad hanc legem*
dictam qvæſtionem negat; communiter tamen
contrarium affirmari, patet ex traditis *Cancerii
p. 3. reſol. cap. 21. num. 19. & Joh. a Sande l. 4. tit.
9. def. 1. Joh. a Sande l. 4. tit. 9. def. 1.* Jacob Schul-
tes *ad Modeſt. Piſt. p. 4. q. 131. n. 250.* ex *h. l.* colli- 4
git, qvod, ſi qvis ignorans delatæ ſibi hereditatis
deceſſerit, ipſius heres reſtitutionem in integrum
petere poſſit, ob beneficium. *l. cum in antiquiori-
bus. C. de jur. delib.*

## ad L. Cum bonis. 87.

*SUMMARIA.*

E*Rror in qualitate poſſeſſionis non tollit jus abſti-
nendi, & majorennis hic reſtituitur. n. 1 3.*

*Reſtitutio in integrum confuſas actiones in integrum
ſtatum reſtituit. 2.*

ERror aliqvid poſſidentis, qvaſi à matre ſit pro- 1
fectum, non tollit jus abſtinendi. *Don. lib. 7.
c. 8. lit. O.* Et qvando pupillus impetrat jus abſti- 2
nendi, reſtituuntur confuſæ actiones. *Don. lib. 7.
c. 2. poſt lit. X.* Imò & majorennis, ſi ex errore 3
manſerit in bonis ob dotem illatam maternam,
qvæ nunqvam ſoluta fuit, rêſtitutionem petere
poteſt, ex clauſula generali, *ſi qua juſta cauſa. l. 1.
ff. Ex quib. cauſ. major. Dn. Mevius p. 2. dec. 143.
num. 7.*

## ad L. Per procuratorem. 90.

*SUMMARIA.*

P*Er procuratorem hereditas acquiri non poteſt.
num. 1.*

*Nec per curatorem. 2.*

PEr procuratorem acqviri hereditas neqvit, 1
qvia heres mandando aditionem eo ipſo adi-
re videtur, cum ſolus animus ſufficiat. *l. 88. h. t.*
nec expectandum aliqvod factum procuratoris;
imò nec per curatorem. vid. *Hillig. in Donell.* 2
*lib. 7. c. 9. lit. F. Menoch. remed. 1. recuperand. poſſ.
n. 274. & ſeq.*

## ad L. Si is. 91.

*SUMMARIUM.*

A*N filius abſtinens à paterna hæreditate bonis ex
illa per interpoſitam perſonam emptis, Cre-
ditoribus teneatur?*

FIlius abſtinet ab hæreditate paterna ob mo-
lem æris alieni, venduntur ergo bona à credi-
toribus, & emit ipſe filius, ſed per interpoſitam
perſonam; qværitur, an filius creditoribus tenea-
tur in ſolidum. Videtur qvod non, qvia ut emptor
jam poſſidet; ſed affirmatur, qvia ſi palam ipſe
emiſſet ut qvilibet extraneus, non convenire-
tur ut heres, ſed ut qvilibet alius, jam verò ſem-
per poſſediſſe ſaltem animo videtur, *de quo
Cujac. ad lib. 15. Reſp. Julii Pauli & l. 26. obſ. cap. 15.*

Sed

Sed nimis dura hæc pœna videtur, niſi ſimulatio facta fuerit dolo & in præjudicium ac damnum creditorum. Nam malam fidem reqvirit in hoc caſu *Maſcardus de probat. concl. 45. num. 24. & ſeq.*

### ad L. Recuſari. 95.

*SUMMARIA.*

*ET verbis & factis hæreditas repudiatur. n. 1.*
*An & per negligentiam, agitur remiſſivè. 2.*
*Filius negans ſe heredem eſſe, an hoc ipſo cenſeatur repudiaſſe hereditatem. 3. 5.*
*Qvid ſi his verbis utatur:* Nolo heres eſſe, abſtineo, *& ſim. 4.*
*Qvid ſi verba ſe ad præſens vel præteritum referant. 6.*
*Reſponſum Facultatis. 7.*

1 NOn tantum verbis, ſed & factis recuſari hereditas poteſt. *Maſcard. de probat. concl. 854. & ſeq. Menoch. lib. 4. præſ. 102. Barry lib. 11. tit. 21.*
*n. 4.* An autem per non factum vel negligenti- 2
am, ſi v. gr. patiatur res hereditarias perire, probetur repudiatio, vid. *Mantica de conject. l. 12. tit.*
*13. n. 2. & ſeq.* Sed qværitur hic, an, ſi filius vel 3
filia neget, ſe heredem eſſe, hoc ipſo videatur repudiaſſe hereditatem? R. Qvando qvis his ver- 4
bis utitur, nolo heres eſſe, vel abſtineo ab hereditate, vel non ero heres, tunc videtur recuſari hereditas; ſed ſi tantùm negaverit, ſe heredem
eſſe, non videtur recuſata hereditas. Sed ubi alia 5
verba ſunt, qvæ ſe ad præteritum vel præſens re- 6
ferunt, v. gr. non ſum heres, non videtur repudiata hereditas, qvia repudiatio non præſumitur, per tradita *Maſcardi concl. 1273.* maximè ſi errore, v. gr. imaginatione magnæ ſaburræ æris alie-
ni facta. *Mev. p. 3. dec. 306.* Qvo tamen caſu me- 7
mini, reſtitutionem etiam repudianti filio datam eſſe in Facultate noſtrâ.

## TITULUS III.

# Teſtamenta qvemadmodum aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur.

### Ad Rubr.

*SUMMARIUM.*

*PUblicatio teſtamenti an neceſſaria, ſi apud acta vel per Notarium publicum factum ſit teſtamentum.*

REqviritur ad effectum teſtamentorum, ut publicentur, maximè ſi non apud acta vel per Notarium publicum facta, nam in his volunt ceſſare neceſſitatem publicationis. *Dauth. de Teſtam. n. 454.* licet contrarietur *Gilken ad l. 2. C. de Teſtam.*

### ad L. Omnibus. 1.

*SUMMARIA.*

*QVibus, & qvando tabulæ exhibendæ. n. 1. 2.*
*Tranſactio non cognitis verbis teſtamenti non valet. 3.*
*Non & judicium. 4.*
*Teſtis teſtamento contradicens, ejus apertionem non impedit, vacillare tamen facit. 5.*

1 OMnibus, qvicunqve deſiderant exhibitionem teſtamenti, Prætor jubet Tabb. exhiberi, qvia 1. ſine inſpectione Tabb. tranſigi neqvit. *l. de his 6. ſupra de Transact.* 2. qvia teſtamentum non tantùm eſt heredis, ſed etiam eorum omnium, qvibus in teſtamento qvid adſcriptum. *l. 2. pr. h. t.* ut tamen petens prius tenea-
2 tur jurare de calumniâ. *l. 3. C. h. tit.* Hoc fieri debet, cum jam apertæ ſunt tabulæ ſolenniter.
*Zaſ. h. t. num. 2.* Sicut autem de his, qvæ in teſta- 3
mento relicta ſunt, non licet tranſigere, non viſis teſtamenti verbis, ita nec judicare de iis oportet, & ſicut tranſactio productô teſtamentô reſcinditur; ita etiam res judicata retractatur, 4
productô teſtamentô *§. 1. h. t.* ideoqve hunc textum ſingularem dicit, & miratur, qvod à Dd. non ſit allegatus in hanc ſententiam, *Jaſon. in l. de his num. 5. ff. de Transact. Socinus reg. 361. n. 13. Lud. Romanus ſing. 198. per totum. Surdus vol. 2. conſ. 286. n. 36. & ſeq.*

*In §. ult.* autem dicitur, ſi unus ſigillum & ma-
num ſuam neget, aperiendum qvidem eſſe teſta- 5
mentum, ſed fidem teſtamenti vacillare. *Dn. Recht. dec. 32. n. 21.* maximè ſi ſe interfuiſſe neget. *Riminaldus conſ. 552. n. 46. & ſeq.*

### ad L. Tabularum. 2. §. ſi dubitetur. 4.

*SUMMARIA.*

*MOrte teſtatoris non probata, tabulæ non ſunt aperiendæ. n. 1.*
*An unus teſtis probet mortem teſtatoris. 2. 3.*
*Regulariter duo teſtes reqviruntur. 4.*
*Limitatur in morte occultâ. 5.*
*Apertura teſtamenti vivo teſtatore non eſt permittenda. 6.*

TAbulæ non ſunt aperiendæ, niſi prius docea- 1
tur mors, nam hæc non præſumitur, ſed potius vita, vid. *Men. l. 6. pr. 49. n. 17. Carpz. l. 2. juriſpr.*

*Eccleſ.*

2 *Eccl. def. 166.* ubi *def. ſeq.* putat, unius teſtis de-
poſitionem ſufficere, ut & de morte occultâ idem
tradunt *Maſcard. concl. 1076. num. 5. Anton. Ga-
briel lib. 1. tit. de teſtibus concl. 1. n. 33. Trentacinq.
l. 2. reſol. tit. de probat. reſ. 10. n. 4.* modò de viſu
3 deponat. *Finckelthaus obſ. 85. n. 6.* Sed hîc arbi-
trium & accuratam diſqviſitionem judicis reqvi-
ro, & conſideranda qvalitas teſtis Nam Imp. in
*Nov. 117. c. 11.* de Tribuno loqvitur, ſed fortè nec
alii notæ bonæ teſtes repellentur ſingulares. conf.
4 *Carpz. p. 1. dec. 24.* Regulariter tamen duo teſtes
5 neceſſarii. *Carpzov. p. 1. c. 16. d. 37.* ſed in morte
occultâ aliud. *Carpz. dec. 38.* Notetur igitur ex
6 ipſis verbis *hujus §.* Prætorem non permittere
debere aperturam teſtamenti vivo teſtatore, ut-
cunqꝫ aliqvis intereſſe ſuum alleget; cui regulæ
ſtandum, donec exceptio probetur, ut ait *Men.
remed. adip. poſſ. 4. n. 662.*

## ad L. Cum ab initio. 4.

*SUMMARIA.*

*QVæ obſervanda in aperiendo teſtamento. n. 1. 2. 3.*

*Uno teſtium ante apertionem mortuô, an intercidat teſtamentum. 4. 5.*

*Cautela, qvomodo huic diſputationi occurri poſſit. 6.*

1 CUm tabulæ aperiendæ ſunt, debet Prætor
vel magiſtratus competens. *l. 23. C. de Te-
ſtam. Dauth. ad l. 2. C. de Teſtam. n. 3.* convocare
teſtes, ut ſigilla ſua recognoſcant, & hi debent
juratò deponere, qvando teſtamentum eſt nun-
cupativum; vel ſine juramento manus ſuas ac
ſigilla recognoſcere, ſi teſtamentum eſt in ſcri-
ptis. *Weſemb. in ll. h. tit. n. 4. Barry lib. 11. tit. 1.*
2 *num. 1. Speckhan. Cent. 1. q. 78.* Citandi qvoqve
cognati ab inteſtato aliàs ſucceſſuri, qvi, ſi certi,
ſpecialiter citandi. *Speckhan. cent. 1. qv. 78. n. 3.
Dauth. ad l. 2. C. de Teſtam.* & ſic intelligo *Carpz.
p. 3. c. 5. d. 24.* conf. *Rol. à Valle lib. 1. conſ. 96.* ubi
omnia reqviſita hujus publicationis recenſet,
3 ſcilicet 1. aditionem judicis. 2. citationem eo-
rum, qvorum intereſt. 3. citationem teſtium.
4. ut teſtes rogentur de ſubſcriptione conte-
ſtium. 5. ut judex ad Acta referat ea, qvæ geſta
4 ſunt. Si autem aliqvis teſtium mortuus, vulgò
ſtatuunt, teſtamentum intercidere. *Dauth. de
Teſtam. n. 453. Graſſus §. Teſtamentum q. 81. V. ulq.*
5 *de ſucceſſ. reſol. §. 9. n. 108.* Sed contraria opinio
melior eſt, per *l. 1. §. ult. h. t.* ubi dicitur, majore
parte ſignatorum interveniente, publicari poſſe
teſtamentum, & nunqvam habetur in jure hic
modus irritum reddendi teſtamentum, ſi teſtis
mortuus. vid. Authores qvos citat *Hillig. lib. 7. c.
5. lit. C.* conf. *& Barry d. t. n. 2. Zaſius h. t. n. 3.
Dn. Struvius th. 42. Wiſſenb. d. 58. th. 20.* ubi ad
*c. 2. X. de fid. inſtrum.* reſpondet. Cæterum cau- 6
telam proponit *Rol. à Valle lib. 1. conſ. 36. in fin.*
qvâ ejusmodi diſputationibus occurri poſſit, ſi
ſcil. teſtator vivus per Notarium unum aut duos
teſtes ſuas manus recognoſcere faciat, & deſuper
inſtrumentum fieri.

## ad L. Vel negare. 5.

NOtetur hîc regula, qvod publicè expediat, ſuprema hominum judicia habere exitum. *Cephalus lib. 5. conſ. 748. n. 10.*

## ad L. Sed ſi. 7.

*SUMMARIA.*

*TEſtis abſentis juramentum coram qvo deponatur. n. 1.*

*Cur teſtes præciſè comparere non compellendi. 2.*

*An, & qvomodo, heredibus ignotis, judex teſtamentum aperire poſſit. 3.*

SI teſti incommodum, venire ad judicem, ju- 1
ramentum ejus recipit judex per Notarium
miſſum ad domum, ab iis, qvi in alieno ſunt ter-
ritorio, per dominum territorii, à qvô poſtea te-
ſtimonia remittuntur. Cauſa, cur teſtes præciſè 2
comparere non compellendi, eſt in textu, qvia
poſſet aliqvis cum magnâ captione ſive jactura
à rebus ſuis revocari, & officium ſignandi non
debet eſſe damnoſum. Colligitur etiam ex hoc 3
textu, *verſ. nec ad rem pertinet*, ſi magiſtratus,
apud qvem depoſitum teſtamentum, neqꝫ ſcri-
ptos, neqꝫ heredes ab inteſtato norit, qvod tum
judex, adhibitis optimæ notæ teſtibus, teſtamen-
tum aperire & legere nomina heredum poſſit.

## ad L. Pupillares tab. 8.

*SUMMARIUM.*

*TAbulæ pupillares ſeparatim clauſæ, ante mortem pupilli non ſunt aperiendæ.*

TAbulæ pupillares ſi ſint ſeparatim clauſæ, earum apertura non eſt facienda ante mortem pupilli, licet de eo nihil caverit teſtator. *Barry d. t. 1. n. 1.* conf. *Duar. h. t. cap. 4.*

# TITULUS IV.

# Si qvis omiſſâ causâ teſtamenti ab inteſtato vel alio modo poſſideat hereditatem.

## Ad L. Prætor. 1. & Si qvis. 8.

*SUMMARIA.*

*IN fraudem legatariorum omiſſâ causâ teſtamenti ab inteſtato ſuccedens, nihilominus tenetur ad legata præſtanda. n. 1.*

*Tenetur & inſtitutus ſub conditione poteſtativa, illam adimplere nolens. 2.*

An

*An ex l. 8. probari poſſit: qvod, qvæ ſunt in conditione, non ſint in diſpoſitione. 3. 4.*
*Heredis heres qvatenus teneatur. 5.*
*Non tenetur ſuccedens ab inteſtato ex juſta cauſa. 6.*
*Inſtituto repudiante in favorem ſubſtituti, an teneatur ſubſtitutus. 7.*
*Relicta conſervantur cum ſuâ causâ. 8.*

1 QVoniam qvidam, ne legata ſolvere te-
nerentur, ſolebant repudiato teſta-
mento ab inteſtato adire hereditatem,
ideò dat Prætor actionem legatariis, ut
heres æqvè teneatur ad legata præſtanda, ac ſi ex
teſtamento adiiſſent hereditatem; & hæc actio
2 datur contra illum etiam heredem, qvi conditio-
nem poteſtativam, ſub qvâ inſtitutus, non vult
adimplere. *l. 1. §. 8. h. t.* licet conditionem dandi
non in legatarium collatam, implere non tenea-
tur heres, per hanc actionem, qvia legatariis tan-
3 tùm conſulitur. *l. 8. h. t.* Ex qvâ nonnulli volunt
probare, qvæ ſunt in conditione, non eſſe in dis-
poſitione *Mantica de conject. l. 11. tit. 2. n. 3. & ſeq.*
Nam ſpecies facti in *d. l. 8.* eſt hæc: Qvi ſub con-
ditione dandorum Titio decem, heres inſtitutus
erat, omiſsô teſtamentô, ab inteſtatô heredita-
tem adiit, qværitur, an Titius illa decem petere
poſſit? negat JCtus, qvia legatarius non eſt, ſed
tantùm poſitus in conditione. *Wiſſenb. d. 57. th. 11.*
4 Sed illam regulam, qvæ ſcilicet ſunt in conditio-
ne, non ſunt in diſpoſitione, ad hanc ſpeciem
facti reſtringit *Vaſqv. de Succeſſ. creat. §. 1. n. 358.*
nam, ſi is, cui qvid dandum, agat contra heredem
habentem tantùm jus ex teſtamento, non ex le-
5 ge, omninò audiendus eſt. Et tenetur qvoqve he-
redis heres. *l. 12. §. 1. h. t.* qvantum ſcil. pervenit,
& ita etiam pupillus. *l. 24.* non verò qvi ex juſtâ
causâ adire recuſat, ut in *l. 6. §. 1. & 2. & l. 77. §.*
*31. de legat. 2.* Idem ſi uxori minus dimidiâ reli- 6
ctum in Marchiâ Brand. *Kobl ad conſt. March. q.*
*11. n. 12.* qvia, qvi gravatus eſt in legitima, juſtam
habet cauſam omittendi. *l. 5. h. t.* Et datur actio 7
contra ſubſtitutum, ſi in ejus favorem heres re-
cuſavit hereditatem, pecuniâ acceptâ ad id indu-
ctus. *l. 4. pr. l. 27. §. 2. h. t. Wiſſenb. d. 59. th. 1.*
Relicta autem conſervantur cum ſuâ causâ, v. g. 8
conditionalia legata non aliter debentur, qvàm
conditione exiſtente. *l. 6. §. fin.* Nec competit
actio coheredi, ſi inſtitutus ſub conditione, *Si*
*Titius heres ſit*; Titius autem omittat, qvia lega-
tariis tantum conſulitur. *l. 22. h. t.*

## ad L. Licet. 2.

*SUMMARIA.*

*AN hac actione teneatur, qvi acceptâ pecuniâ ſucceſſionem hereditatis omittit. n. 1.*
*An ſoror, qvæ acceptâ pecuniâ abſtinuit, poſſit petere inventarium. 2.*

TEnetur etiam hac actione, qvi acceptâ pe- 1
cuniâ ſucceſſionem hereditatis omittit, licet
aliàs hic ſe pro herede gerere non videatur; ex
qvo probant, non eſſe heredem, qvi acceptô ali-
qvô abſtinet. Inde tamen colligit *Dn. Mev. p. 2.* 2
*dec. 292.* non poſſe ſororem, qvæ acceptâ pecuniâ
abſtinuerat, petere inventarium; qvod tamen
declarandum puto, niſi immodicam læſionem
velit probare, maximè, ſi aliqvô modô oſtende-
re poſſit, ſe ultra dimidiam eſſe læſam in legitimâ,
ſi pater teſtatus; aut in portione legitimâ, ſi pa-
ter inteſtatus. *Anton. Faber. l. 2. C. tit. 3. def. 8.*
*Mev. p. 5. deciſ. 284.* ſcilicet ſi patre vivo renun-
ciavit, ſecus, ſi patre mortuo, ut diſtingvit *Dn.*
*Mevius p. 5. dec. 285.*

# TITULUS V.

# De SCto Syllaniano & Claudiano, qvorum teſtamenta ne aperiantur.

## Ad L. Cum aliter. 1.

*SUMMARIA.*

*TAbulæ non ſunt aperiendæ, ante habitam qvæſtionem de ſervis ſuſpectis de morte occiſi de familiâ. n. 1.*
*Ratio SCti. 2.*
*Hodiè hujus Tit. vix aliqvis uſus eſt. 3.*
*Heres necem defuncti qvatenus teneatur vindicare. 4.*
*Qvid ſi deſiſtat ab accuſatione. 5.*
*Tortura locum non habet, niſi conſtet de corpore occiſi. 6.*
*Nec condemnatio dictanda ad ſolam confeſſionem delinqventis. 7.*
*Limitatur in latrocinio. 8.*
*Impuberes pubertati proximi an torqveri poſſint. 9. 10. 11.*
*Dicis causa aliqvid facere qvid ſit. 12.*
*Dicis causa hodiè multa geruntur in omni ſtatu. 13.*

CUm à familiâ qvis occiſus eſſe dicitur, 1
heres Tabulas teſtamenti aperire non
debet, anteqvam de ſervis, qvi fuerunt
ſub eodem tecto vel in comitatu, ex
qvo domino periclitanti auxilium ferre poterant,
habita fuerit qvæſtio; Ratio *hic in pr.* cum aliter 2
nulla domus tuta eſſe poſſit, niſi periculô capitis
ſui cuſtodiam domini, tàm à domeſticis, qvàm
extraneis præſtare ſervi cogantur. Sed hodiè vix
hujus

hujus Tituli uſus eſt *Clar. §. fin. q. 79. n. 8. Peregr.*
*de jure Fiſci lib. 2. tit. 5. in fin. Carpz. in pract. crim.*
4 *qv. 34. n. 36.* qvi argumentis *Heigii* ſatisfacit. Hoc
tamen ad hæredem pertinet, ut necem defuncti
judici denunciet. *Ord. Crim. art. 214.* & ſi opima
hereditas expenſas Fiſco ſuppeditet. *Carpz. d. l.*
5 *n. 90. Dn. Struv. hic th. 80. Wiſſenb. th. 8.* Nam li-
cet vidua & liberi cœperint accuſare, ſed deſi-
ſtant, fortè qvod ſumptibus ſint impares, vel
qvòd vindictam Deo commiſerint, aut hujus Vi-
cario in terris, aut qvod tranſegerint; Magiſtra-
tui tamen ex officio incumbit, inqviſitionis
viâ litem continuare. *Dn. Mev. p. 5. dec. 301.*

6 *Ad §. 24.* Anteqvam tortura locum habeat,
de corpore delicti conſtare debet, idq; etiam ad
ſpecialem inqviſitionem in genere reqvirunt
Dd. rectiſſimè. *Farin. qvæſt. 1. num. 61. & qv. 38. n.*
*2. Carpz. pract. crim. qv. 108. n. 5. Scacc. de Judic.*
7 *lib. 1. c. 83. n. 9.* imò etiam ad ſolam confeſſionem
delinqventis condemnatio dictari neqvit, niſi de
corpore delicti conſtet. Nam hoc eſt fundamen-
tum totius judicii criminalis. *Carpz. p. 1. dec. 90.*
*num. 8. & p. 2. dec. 196. Gomez l. 3. reſol. c. 9. n. 1.*
Conferantur à me not. in *proceſſ. crim. c. 7. n. 3.*
*& ſeqq.* & qvæ tradit *Manzius in cent. dec. qv. 81.*
8 Sanè in latrocinio non adeò de corpore delicti
conſtare debere, ut in homicidio ſimplici, modò
teſtes de actu deponant, per tradita *Carpzov. p. 2.*
*dec. 197.*

9 *Ad §. Impubes. 32.* Si impuberes pubertati
ſunt proximi, & doli capaces, torqveri qvidem
non debent; ſed terreri poſſunt habenâ vel ferulâ.
*Farin. q. 41. num. 17. Zang. de qv. c. 1. n. 35. Carpz.*
*q. 118. n. 14.* qvod *Cujac. lib. 6. obſ. 22.* limitat, niſi
de ſuo crimine torqvendus ſit *arg. l. 3. §. 1. de ſe-*
10 *pulchr. viol.* qvod tamen *Zangero* diſplicet *num. 36.*
Sed ſi atrox crimen ſit, & ſemiplenè, vel magis
11 qvàm ſemiplenè probatum ſit, aſſentior *Cujacio*,
cum malitia ſuperet ætatem.

12 *Ad §. Excuſantur. 34.* Idem eſt aliqvid non fa-
cere, vel tantùm perfunctoriè ac dicis cauſâ face-
re, ut ſi ſervus in ſpeciem ſtringat gladium, ſed in
effectu nihil faciat. *Menoch. lib. 5. præſ. 28. num. 4.*
qvi etiam *n. 8.* ad vaſallos hoc extendit, dicis cau-
13 ſa ſe repræſentantes ad defenſionem Domini. Ho-
diè in omni ſtatu dicis cauſa multa geruntur: in
ſtatu Eccleſiaſtico multa dicuntur dicis cauſa &
perfunctoriè, non ad ſolidam pietatem fundan-
dam; multa in judiciis & Facultatibus dicis cau-
ſa reſolvuntur & perfunctoriè, daß man nur da-
von komme. Ideò etiam perfunctoriè ſolvuntur
ſalaria.

## ad L. Divus Marcus, 2.

### SUMMARIA.

*Dominus ſi ipſe excuſet ſervos, inqviſitio ceſſat. num. 1.*
*An quæ hinc colligit* Gomez, *probanda. 2. 3.*

1 SI Dominus vulneratus ipſe excuſaverit ſer-
vos, qvod opem ferre non potuerint, &c. con-
tra ſervos inqviſitio ceſſat. Exinde poſſit colligi,
ſi teſtator hæredem, à qvo vulneratus erat lethali-
ter, non notaverit, aut teſtamentum revocaverit,
qvaſi videatur is purgatus, de qvo qveſtus non
eſt, cuiq; mutatâ voluntate hereditatem non
ademit, & ſic pœna gratia videtur facta, nec he-
reditas fiſco adqviretur. Sicut ita ſentit *Gomez* 2
*tit. 3. reſol. c. 3. n. 51. & Farinac. qv. 120. n. 56.* Sed
aliud eſt non accuſari, & aliud exonerari & excu- 3
ſari, purgatio verbis, non ſilentio fit, & ut maxi-
mè verbis expreſſa ſit, non tamen obeſt, qvo mi-
nus ad pœnam vocetur homicida, & hæc lex non
hoc vult, crimen purgari poſſe per defunctum,
ſed officium ſervorum purgari poſſe, ut ne ad pœ-
nam vocentur, qvod opem non tulerint. *Anton.*
*Matth. ad L. 48. Pand. tit. 5. cap. 4. n. 5.*

## ad L. Si qvis. 3. §. 1.

### SUMMARIA.

*Morientis effato credendum non eſt. n. 1.*
*An & Chriſtiani effato. 2.*
*Qvoad effatum vulnerati, quæſtio arbitraria judi-catur. 3.*
*Qvæ hic attendenda. 4.*
*Servus ex pluribus dominis periclitantibus uni auxi-liari, ſi omnibus non poſſit, eligens, excuſa-tur. 5.*
*In re pari gratificationi locus eſt. 6.*
*Exempla. 7.*
*Excuſantur ætate defecti. 8.*
*An Senes à torturâ immunes. 9.*
*Extenditur ad valetudinarios. 10.*
*Qvæ hic obſervanda à judicibus in petendis Reſpon-ſis. 11.*
*In favorabilibus publicis verba generalia non ſunt reſtringenda ad habiles. 12.*
*Ruſticitas & imperitia qvatenus excuſet. 13.*
*In qvibus caſibus non. 14.*

MOrientis effato credendum non eſſe, hîc di- 1
citur; hinc ſi moriens dicat, ſe eſſe vulnera-
tum ab aliqvo, hæc accuſatio nominato non no-
cet. *Menoch. l. 5. præſ. num. 19. & l. 2. Arb. qv. caſu*
*99. n. 30. Cravett. conſ. 6. n. 64. Peckius ad c. in pœnis.*
*49. d. R. J. l. 6. n. 6.* Sed hoc fortè apud gentiles
habuit rationem, qvia exigua penes eos erat ſpes
immortalitatis; non apud Chriſtianos, qvi ob 2
ſpem immortalitatis in ultimo vitæ ſpatio non
præſumuntur mentiri. vid. *Natta l. 3. conſ. 537. n. 20.*
Sic moriens confeſſus ſe pecuniam accepiſſe,
non videtur confeſſus eſſe ſpe futuræ numeratio-
nis. *Hipp. de Marſ. ad Rubr. de Fidejuſſ. num. 44. &*
*ſeqq.* Conf. *Diſſertatio Dn. Strykii de Effatis ago-*
*nizantium.* Putaverim tamen, qvod denuncia- 3
tionem vulnerati concernit, hanc qvæſtionem
arbitrariam eſſe; Et ſic attendendam eſſe perſo- 4
nam vulnerati, an proba ſit ac fide digna, an mi-
nus: conſiderandam qvoq; perſonam denuncia-
tam, an talis ſit, ut ſuſpicio in eam cadere poſſit:
conſi-

conſiderandas & circumſtantias locorum, temporum, &c. Major enim pars hominum in ultimo vitæ termino videtur animæ ſuæ rationem habere, ſaltem ex metu gehennæ, ſi non ex amore Dei. *Farin. q. 46. n. 5. Dn. Tabor. in tr. de Torturis ad art. 25. §. 37.* videatur *allegata Diſſert. Dn. Strikii de Effatis agonizantium*, ubi pluribus hanc materiam tractat.

5 Ad §. 4. Servus plurium Dominorum, qvi-
bus ſimul periclitantibus, ſi non omnibus ſuc-
currere poſſit, excuſatur à pœnâ, ſi uni elegit
6 auxilio eſſe; unde regula colligitur: Gratifica-
tioni locus eſt, cum utriqve beneficium non
7 poteſt conferri. Sic cum haberes duas res æqva-
lis pretii commodatas; eligere potes, qvam ex
periculo incendii eripias. Sic duobus idem pre-
tium licitantibus, locus eſt gratificationi. *Tiraq.
de Primogen. q. 17. opin. 2. n. 2.*

8 Ad §. 7. Ignoſcitur etiam his, qvi ætate defe-
9 cti ſunt. Unde *Gothofredus ex Claro §. fin. q. 64.*
notat, ſenibus remitti torturam; ubi tamen non
tam de ætate, qvàm de infirmitate ſenum inqvi-
rendum eſſe, notat ex *Zangero de quæſt. c. 1. n. 39.*
10 *Thabor de quæſt. c. 5. th. 29.* conſ. *Carpz. q. 18. n.
34. Farin. q. 41. n. 29.* Dn. Thabor *d. l.* ad valetu-
11 dinarios extendit; Ideoqve Judices & Notarii,
ubi putant de qvæſtione habendâ poſſe reſpon-
deri, ſuper his circumſtantiis, cujus ſit ætatis, an
fatuus, an robuſtus, an valetudinarius, inqvi-
rere, & ſi qvid tale reperiatur, in Actis notare
debebunt. *Menoch. caſu 59. n. 3.* Et juxta illam
diſtinctionem in Facultate territionem vel tor-
turam dictatam memini.

12 Ad §. 15. Ubi agitur de favore publico, verba
generalia non reſtringenda ad habiles, & ſic ob
publicam utilitatem etiam inhabiles teſtes ad-
mittuntur. *Bart. & Dd. hic. Jaſon in l. 1. C. de SS.
Eccl. n. 13. P. Gerhard. ſingular. 13. n. 4.*

13 Ad §. 22. Ruſticitas & imperitia in hoc, ſimi-
libusqve delictis excuſat à pœnâ. Idem in *l. 2.
§. 1. ff. ſi qvis in jus vocat, non ierit.* Sed illud in
caſibus jure expreſſis tantùm locum habet. *Tira-
quel. de pœn. tempor. cauſ. 11. Menoch. A. Q. lib. 2.
14 caſ. 194. n. 82. Barboſ. lib. 16. c. 66. ax. 1.* Ruſtici-
tas ſanè non excuſat verſutos, nec in rebus, qvæ
juris naturalis ſunt, vel juris gentium, vel juris
civilis notorii, nec, ſi aliqvid clam faciant, vel
qvando peritiores conſulere potuerunt. *Tira-
quel. d. l. n. 7. Menoch. d. l.*

## ad L. Neceſſarios, 5. §. 2.

*SUMMARIA.*

*IN criminalibus, antequam de corpore delicti conſtat, an condemnatio fieri, aut inqviſitio ſpecialis inſtitui poſſit.*

NUlla debet in criminalibus fieri condemnatio, niſi de corpore delicti conſtet, licet fateatur reus delictum. *l. 1. §. fin. de quæſtion. Farin. q. 2. num. 7.* imò neqve ad inqviſitionem ſpecialem venire poterit judex, niſi inqviſitione generali prius de corpore delicti, & aliqvatenus de autore conſtet. *Clarus §. fin. q. 4. Carpz. p. 2. c. 2. q. 108.* Sed ſi corpus delicti notum, & conſtet de autore, tum generali inqviſitione non eſt opus. *Mevius p. 5. dec. 302.*

## ad L. Qvia autem. 6.

*SUMMARIUM.*

*SI teſtator liberam relinqvit ſucceſſionem ex teſtamento vel ab inteſtato, non peccat heres unum eligendo.*

EDictum hoc coërcet eos, qvi, ut defraudarent Legatarios ac fideicommiſſarios, renuunt adire ex teſtamento hæreditatem. Ergo fluit exinde illud, non agi contra hoc Edictum, ſi citra fraudem omittatur teſtamentaria ſucceſſio, v. g. ſi teſtator ſpeciatim hoc conceſſerit, ut poſſit pro lubitu vel ex teſtamento vel ab inteſtato adire hereditatem, de qvo *Cujac. ad lib. 31. Digeſt. Salvii Juliani.* Sic etiam ſi omiſſio in nullius præjudicium tendat, non habet locum Edictum *§. 8. & in l. 77. §. 31. de leg. 2.* Sic mulier in portione ſtatutaria læſa, ſpretô teſtamentô portionem petere poteſt ſtatutariam. *Kobl. ad Conſt. March. q. 11. n. 12.*

## ad L. Excipiuntur. 14.

*SUMMARIA.*

*PRoximus pubertati delinqvens non eſt immunis à gravi pœna. n. 1.*

*Pœna gladii affici poteſt de magia crimine condemnatus. 2.*

*Puer contra naturam peccans extraordinariè punitur. 3.*

*Reſponſum Facultatis, ubi puellæ annum ætatis 13. agenti ob incendium doloſum pœna gladii cum combuſtione dictata. 4.*

*Concurrente hic veneficio & ſodomiâ, pœna gladii locum habet. 5.*

*Pubes ob delictum in impubertate commiſſum qvomodò puniendus. 6.*

*Reſponſum Facultatis. 7.*

QVando qvis proximus eſt pubertati, etiam 1
de impubere poteſt ſumi ſudplicium,
qvando adſunt circumſtantiæ delictum aggra-
vantes. *Carpz. in pr. crim. q. 143. n. 48. & ſeqq.* 2
Et in magiæ crimine puerum proximum puber-
tati pœna gladii afficiendum, putat *Beſoldus in
theſ. pract. verbo* Hexen/ & ex eo *Manz. in cent.* 3
*dec. q. 82. num. 27. & ſeq. & num. 35.* In qvæſtio-
ne verò 83. loqvens de puero contra natu-
ram peccante, eum pœnâ extraordinariâ puni- 4
endum, cum id anno nono perpetraverit. Sic
puellæ agenti annum ætatis 13. qvæ aliqvoties in-
cendium doloſum fecerat, & qvidem adeò
occultè, ut nemo id de illâ præſumere potuerit;

ignem enim 1. ſtabulis, 2. molendino, 3. ædi-
bus, qvas inhabitabat molitor, ſuppoſuerat, di-
ctata eſt pœna gladii cum combuſtione cadave-
5 ris, menſe April. Anno 1660. Concurrente ve-
neficio & ſodomiâ, gladii ſupplicium locum ha-
6 bere, tradit *Manz. d. l. q. 84.* Et licet inqviſitio
inſtituatur contra puberem ob delictum in im-
pubertate commiſſum, ſi 4. vel 5. annis abſit à
pubertate, tutius tamen indicitur, pœna extra-
ordinaria fuſtigationis vel alia; Nam impubes
pubes factus gravius puniri non debet, qvam eô
tempore, qvo deliqvit. *Clarus §. fin. q. 60. n. 5.*
7 *Farin. q. 92. num. 162. Manz. d. l.* Unde inqviſi-
to 20. annorum, convicto & confeſſo de ſodo-
miâ, in nono ætatis anno patrata, pœna extraor-
dinaria in Facultate dictata.

## ad L. Si ſeqvens. 15.

*SUMMARIUM.*

H*Ereditate inſtituto ut indigno ablata, num Fiſcus an verò ſubſtitutus potior.*

QVando hereditas alicui aufertur, ut indigno, Fiſcus potior eſt ſubſtituto, qvia pœna illius, hujus præmium eſſe non debet. Sed hoc intelligunt Dd. qvando inſtitutus jam adiit hereditatem, & ita ſubſtitutum excluſit *Duaren. de ſubſt. c. 10. Hillig. in Don. l. 6. c. 24. lit. M.* Secus ſi non adiit is, qvi indignus eſt, conditio enim, ſub qva vulgariter ſubſtitutus eſt vocatus, exiſtit, nec videtur renunciaſſe in fraudem fiſci. *l. 26. de jure Fiſci. Duaren. ad tit. de vulg. ſubſt. c. 10. Trentacinq. de ſubſt. p. 1. c. 8. qvos refert Hilliger. in Donellum d. l.* Et ſic conciliandæ ſunt diverſæ ſeu contrariæ opiniones Doctorum, qvos refert *Vinc. Fuſarius de ſubſtitut. quæſt. 50.* Sed ſi incapax inſtitutus, Fiſco non eſt locus, ſed ſubſtituto. *Fuſarius q. 51.*

## ad L. Cajus. 22.

*SUMMARIA.*

A*Ctio ex hoc Edicto ad heredes tranſit. n. 1.*
*Ad criminalem pœnam ex h. l. refertur & pecuniaria. 2.*

1 HÆc actio licet criminalis ſit, qvia tamen pe-
cuniaria eſt, ad heredem tranſit. vid. *Mat-
theſil. ſingul. 70. n. 9. Gom. in §. ſupereſt. n. 19. Inſt.
de Act. Men. lib. 2. A. Q. caſ. 265. n. 7. Delrio in*
2 *repet. l. tranſigere n. 19. C. de Tranſact.* ubi con-
cludit, ut & *num. ſeq.* criminalem pœnam etiam
pecuniariam eſſe poſſe.

## ad L. Si anteqvam. 23.

*SUMMARIA.*

H*Ereditas fideicommiſſaria non acqviritur Fiſco, ob multam ab herede necem defuncti. n. 1.*
*Reſtituenda ſtatim fideicommiſſario. 2.*
*An huic incumbat neceſſitas vindicandæ necis. 3.*

HEres fideicommiſſo univerſali oneratus, an- 1
teqvam ſciret defunctum occiſum eſſe, ape-
ruit tabulas, & qværitur, an Fiſco adqviratur
hereditas? Qvod negatur, qvia ignorans fecit. Sed
annon cogitur ſtatim reſtituere hereditatem, ſi 2
ſuſpectam dicat? Et affirm. Sed annon vindican-
dæ necis neceſſitas fideicommiſſario incumbit?
Hoc negat *Gloſſa hic*, ſed melius aff. qvi Trebel- 3
lianicam habet ut heres, qvia hic coactus adiit
*vid. Petr. Barboſa ad L. Si ab hoſtibus. 11. §. fin. n.
19. ff. ſol. matrim.*

## ad L. Si dolo tutoris. 24.

*SUMMARIUM.*

P*Upillus dolo tutoris ſucceſſionem ex Teſtamento omittens qvatenus teneatur.*

SI dolo tutoris non adiit hereditatem pupillus, in hunc datur actio, qvatenus tamen hereditatem poſſidet: Nec pupillus cedere poteſt actionem invitis creditoribus, ſi modò tutor ſolvendo ſit. *Burſatus lib. 139. n. 18. & 2. ſeqq.*

## ad L. Lege Corneliâ. 25.

*SUMMARIA.*

P*Ræmium reqvirentis & convincentis cædis ſervum fugientem. n. 1.*
*Qvid hic colligatur. 2. 3.*
*Contra ſervum ex fuga receptum qvomodo procedatur. 4.*
*Violans areſtum qvomodo coërceatur. 5.*
*In hac actione pœna inter fiſcum & actorem dividitur. 6.*
*An in populari actione regulariter pœna ſic dividatur. 7. 8. & 9.*

QVi ſervum fugientem cædis convincit, pro 1
præmio habet ex bonis occiſi decem aure-
os, aut, ſi tot ibi non inveniantur, ex Fiſco. Unde 2
notetur, expedire Reipublicæ, delatores ad de-
nuncianda crimina per præmia allicere, ut cri- 3
mina puniantur, & non adeò eſſe iniqvum, ut ſi
hereditas occiſi locuples, expenſæ ex hereditate
ſuppeditentur. Si qvis ex ſervis fugerit metu 4
torturæ, licet libertatem ex teſtamento habeat,
in carcere tamen detinendus, & ex lege Corne-
liâ contra eum procedendum, qvia ſemel ſu-
ceptâ fugâ eum magis de fugâ ſuſpectum red-
dit, per §. 1. Unde notandum, qvod ſemel 5
violans areſtum, non modò iterum areſtari,
ſed etiam carcerari poſſit; & licet offerat cau-
tionem, non habet tamen hoc locum, ubi qvis
areſtum ſemel violavit. *Gloſſa ad verbum* EX
VINCULIS *hic Colerus de proc. execut. p. 3.
c. 11. num. 50. Boër. dec. 315. num. 22. & hos refe-
rens Dn. Mevius p. 3. dec. 275. n. 3. Hippol. de
Marſil. poſt Angelum & Baldum à ſe allegatos in re-
pet. tit. de Fidejuſſ. n. 200.* Popularis hæc actio eſt, 6
& pœ-

& pœna inter actorem & Fiſcum dividenda, per
7 *§. ult.* Unde nonnulli probant, in populari
actione hoc eſſe regulare. *Weſemb. in ff. de Ju-
risd. n. 13. & de ſepulchro viol. n. 2. Cujac. lib. 10.
obſ. 10.* Sed vid. *Hillig. in Donell. lib. 19. c. 1. lit. L.*
8 Veriùs enim eſt, regulariter pœnam, qvam actio-
ne populari perſeqvimur, pertinere ad actorem.
*l. 3. §. 1. ff. de popul. act. l. 3. pr. ff. de ſepulchr. viol. l.
9 12. de V. S. l. 7. pr. ff. de jurisd.* Sed dantur caſus
ſpeciales, in qvibus pœna vel ad Fiſcum tota
pertinet, ut *l. 3. pr. de termino modò*; vel inter
actorem & fiſcum dividitur, ut hîc. *Wiſſenb. dec.
59. th. 7.*

### ad L. Julianus. 26.

*SUMMARIA.*

*SI pater inſtitutus, & filius ſubſtitutus, hic legata tam à patre qvàm ſe relicta ſolvere debet. n. 1.*

*Hodiè aliud remedium datur. 2.*

*An Vaſallus ſucceſſore deſtitutus, feudum à Creditoribus poſſeſſum refutare poſſit. 3.*

1 SUm inſtitutus à Cajo cognato proximo heres,
filius meus mihi ſubſtitutus, ab utroq; reli-
cta ſunt legata. Ego nolui adire ex inſtitutione,
juſſi filium adire ex ſubſtitutione, qvi præſtabit
legata non tantum à ſe ceu ſubſtituto, ſed etiam
à me inſtituto relicta; qvia filius mihi ſubſtitu-
tus, non ideò, ut eligendi arbitrium mihi relin-
qvatur, an velim ipſe per me, an per filium adi-
re; ſed qvia in caſum ſubſtitutus eſt. *vid. Cujac.
ad lib. 16. qv. Papin.* Colligunt aliàs hîc Dd. ho-
norem commodo eſſe præferendum, ſed vide
*Pinell. de Bonis mat. ad l. 1. p. 1. n. 7.* Plures leges 2
in hoc titulo excutere non libet, qvia materia ab
uſu remotior, cum hodie commodius remedium
habeamus ex *Nov. 1. c. 1. & 2.* ex qva legata in te-
ſtamento relicta ab inteſtato etiam debentur,
qvâ ratione non qvidem abolitum hoc Edictum,
ſed tamen qvodammodo obumbratum eſt. Illud 3
conſideratione opus habet, annon Edictum hoc
utile allegari poſſit in eo caſu, qvando ultimus
Vaſallus, liberis & ſimultaneè inveſtitis deſtitu-
tus, cujus bona à creditoribus poſſeſſa, poſſit
Domino vel expectantiam habenti, refutare
feudum, cum hæc refutatio in eorum Credito-
rum, qvi nec conſenſum nec aliud jus in feudo
habeant reale, certò ſit reditura. De qvô ego ſu-
pra aliqvid dixi, & porrò cogitandum.

# Titulus VI.

# Si qvis aliqvem teſtari prohibuerit vel coëgerit.

### ad L. Qvi dum capta. 1.

*SUMMARIA.*

*IMpediens aliqvem teſtari, reddit ſe indignum recto. n. 1.*

*Qvæ ad hoc reqvirantur. 2.*

*Extenditur. 3.*

*Ad qvod teneatur prohibens iis qvorum intereſt. 4. 5.*

1 QVando qvis ſperans hereditatem pro-
hibet aliqvem, qvo minus teſtamen-
tum faciat vel mutet, indignum ſe
reddit ſucceſſione, & hæreditas appli-
2 canda fiſco. Duo ergo reqviruntur, 1. ut pro-
hibuerit vel impedierit. 2. ut captaverit heredi-
tatem, & ſic ſi alius impediit, hoc heredi inſtitu-
to non noceret. *Menoch. lib. 2. A. Q. c. ſ. 395. n. 20.*
3 Idem, ſi teſtator poſtea condere vel mutare po-
4 tuit teſtamentum. *Menoch. d. l. n. 25.* Teneri ta-
men volunt prohibentem illi, cui teſtator ali-
qvid relicturus erat, ad duplum, ex *Nov. 134. c.
3. Peregrinus de Jure Fiſci lib. 2. tit. 6. n. 8. Conf.
5 Fachin. lib. 9. c. 4.* vel certè ad intereſſe conveniri
poteſt, qvi doloſis perſvaſionibus vel importu-
nis ſollicitationibus teſtamenti factionem im-
pediit. *Hartm. Piſt. p. 1. qv. 29. n. 2.* & qvos refert
*Carpz. p. 3. c. 5. def. 10.*

### ad L. Si qvis. 2. §. 1.

*SUMMARIA.*

*PRohibitio hic coheredis coheredi non præjudicet. n. 1.*

*Qvid hinc colligatur. 2.*

FRatris vel coheredis aliqvem teſtari prohi- 1
bentis factum, fratri vel coheredi non præju-
dicat. *Meonch. d. l. n. 14. & 22.* Unde regulam
colligunt generalem: Qvandocunq; fiſcus aufert 2
hereditatem indignis, id tantùm de portione in-
digni, non verò coheredis eſſe intelligendum.
*Ant. Gom. lib. 3. c. n. 51. in fin. Boër. dec. 25. n. 9.
P. Barb. in l. Si ab hoſtibus. §. fin. num. 31. & ſeq.
ff. ſol. matr.*

### ad L. Verum. fin.

*SUMMARIA.*

*BLanditiis teſtatorem in ſuum commodum inducere licet. n. 1.*

*An hoc extendendum ad Eccleſias. 2.*

*Qvid ſi heres aliqvis Blanditiis Prælati ingreſſus fuerit monaſterium, an hoc ſuccedat. 3.*

*A licitis blanditiis abſint metus violentia & importunæ ſollicitationes. 4.*

*Qvomodo horum concurſus probetur. 5.*

*Unde qvis prohibere cognoſcatur. 6. 7.*
*Dolo non carere præſumitur, qvi mendaciis & calumniis utitur. 8.*
*Importuna ſollicitationes qvæ ſint. 9.*
*An indignum ſe reddat, qvi coëgerit aliqvem ad ſe inſtituendum. 10.*
*An hoc caſu præjudicetur legitimis heredibus, ubi Reſponſum Facultatis. 11.*
*An ſuper ipſis importunis ſollicitationibus juramentum heredi deferri poſſit. 12. 13.*
*Legata ex teſtamento dictis illicitis modis extorto an præſtanda. 14.*

1 LIcet non debeat qvis prohibere teſtari vo-
lentem, licitum tamen eſt blandô ſermone
iratum placare teſtatorem. *Hartm. Piſt. p. 1. qv.*
2 *29. n. 2. Peregr. d. t. 6. n. 6.* Qvod ad legata Eccle-
ſiæ per blanditias procurata extendit *Carpz. loco
mox allegando*; modo abſit mendacium etiam
officioſum. Nam DEO non ſervitur per men-
dacia, etiam, ut vocant officioſa, & pia fraus
DEO diſplicet. Si bona opera diligentius urge-
rentur, nec mendaciis nec blanditiis opus fo-
3 ret. Sed ſi qvis heres Prælati blanditiis ingreſſus
fuerit monaſterium, hoc non ſuccedit, ſed ſub-
ſtitutus. *Peregrinus de fideicom. art. 25. num. 95.*
& alii, qvos refert *Vinc. Fuſar. de ſubſt. q. 429. n.*
4 *72. Carpzov. p. 3. c. 5. def. 7. & 10. n. 6.* Jam dictæ
blanditiæ approbantur, modò cum blanditiis
non concurrat 1. metus violentiæ. *Peck. de te-
ſtam. conjug. l. 1. c. 9. n. 1. Manz. in tent. dec. qv.*
5 *31. n. 31.* vel importunæ ſollicitationes, qvæ per
confeſſionem ipſius teſtatoris, vel ex aliis præ-
ſumptionibus probantur. *Menoch. l. 4. præſ.
11. & ſeq. Carpzov. p. 3. conſt. 5. def. 12. & ſeq. Ber-*
6 *lich. p. 3. concl. 7.* Prohibere autem videtur, qvi
impedit, ne teſtes convenirent, ut in facto fieri
ſolet. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 395. n. 36.* ſi fiat do-
loſè. *Peregrin. de jure fiſci l. 2. tit. 6. n. 28.* cujus
7 exemplum habetur in *Baldo vol. 3. conſ. 285.* Vel
ſi qvis aliud reqviſitum impediat per dolum,
8 de cujus probatione *Berlich. p. 3. concl. 7.* Qvi
mendaciis utitur & calumniis, in eo præſumitur
dolus. *Hartm. Piſt. d. l. n. 4. Pantſchman. lib. 2. q.
21. n. 59. Rec. collect. dec. 481. Gail. lib. 2. obſ. 117.
n. 4. Pruckm. vol. 1. conſ. 12. n. 26. Carpz. l. 2. Ju-
riſpr. Eccl. d. 322. n. 6. Surdus conſ. 373. n. 2. Klock.
conſ. 107. n. 48. Petr. Peck. de teſtam. conjug. l. 1.
cap. 5 & l. 4. c. 3. Menoch. lib. 2. Arb. Qv. caſ. 395.
n. 41. Carpz. p. 3. c. 5. def. 8. & ſeq. Wiſſenb. d. 59.
th. 11. Sande l. 4. tit. 1. def. 11.* ubi de reverentiali
metu etiam agit. De duris ac importunis ſoli- 9
citationibus tractat *Carpz. p. 3. c. 5. def. 9.* v. gr.
ſi amorem conjugalem deneget, niſi ſe inſtitu-
at, vel ſi nimius metus reverentialis. *Petr. Peck.
l. 1. c. 9. n. 7. Cothman. lib. 1. Reſp. 29. n. 148. Mo-
lina de juſt. & jure tr. 2. d. 135. n. 7.* Ex hoc textu
probare vult *Clarus §. fin. q. 79. in fin. Menoch. d.
c. 395. n. 5.* illum reddere ſe indignum, qvi coë- 10
gerit aliqvem ad ſe inſtituendum, qvi error
multis communis eſt, & *Menochio* familiaris in
*caſ. 1. 2. 3. & 4. &c.* ubi ex hâc erroneâ opinio-
ne multa inducit; licet non præjudicet proxi-
miori aut pari in gradu conſtituto; ſed indi-
gnus propriè non eſt, inſtitutio verò eſt nulla.
*l. 1. C. h. t. & l. 20. §. fin. de Teſtam.* Et hoc non 11
præjudicat legitimis, aliter enim jus naturale
læderetur, nec applicat hæreditatem Fiſco. *Ja-
ſon. in d. l. 1. n. 3. Vasq. de ſucceſſ. creat. §. 17. n. 5.
& ſeq. Carpz. p. 3. c. 5. def. 16. Bachov. ad Weſemb.
h.* Et ferè in effectu conſentit etiam *Clarus §. Te-
ſtamentum q. 79. in fin. Pantſchman. l. 2. q. 24. n.
32.* Et ita pronunciatum in Facultate 9. Apγil.
Ao. 1653. Teſtamentum enim plenam & libe-
ram facultatem, liberum ſtylum exigit. *Vasq. de
l. Peregr. de jure fiſci lib. 2. tit. 3. n. 13. & 5.* conf.
*not. ad d. l. 1. C. h. tit.* Sed an ſuper ipſis impor- 12
tunis ſollicitationibus juramentum heredi de-
ferri poteſt? Reſp. ſi criminaliter agatur, non
poſſe deferri, tradit *Carpz. p. 3. c. 5. def. 14. num. 3.
& ſeq.* qvamvis ab eo allegati Dd. nonnulli, ſi
non omnes, de juramento neceſſariô loqvan-
tur, ut *Fachinæus, Setſerus.* Si tamen civiliter aga- 13
tur ad hereditatem, heredi ab inteſtato appli-
candam, non video, cur non deferri poſſit jura-
mentum, & ratio, qvâ fortè aliqvis moveri poſſit
in contrarium, apprimè falſa & inepta. Nam
ideò juramenta judicialia inventa, ut ſuper fa-
ctis illius, cui juramentum defertur, veritas ex-
plorari poſſit, qvam deferens non enunciabit
facti ignarus. Licet autem ipſum metu, vel im- 14
portunis ſollicitationibus, aut dolo extortum,
legata tamen in eo relicta, niſi in his vitium
probetur, valida ſunt. *Carpz. p. 3. c. 5. def. 17.*

# TITULUS VII.

# De Jure Codicillorum.

## Ad Rubr.

*SUMMARIA.*

*Codicilli in quibus à teſtamento differant. n. 1.*
*Mulier in Codicillo teſtis eſſe poteſt. 2. 3.*
*Teſtes non rogati in codicillo ſufficiunt. 4.*
*An legatarius hic poſſit eſſe teſtis. 5.*
*Teſtes in Codicillo eodem tem[illegible] adeſſe debent. 6.*
*Codicillus alius ſcriptus, a[illegible] patrizus. 7.*
*Subſcriptio & ſubſignati[illegible] dicill. neceſſaria. 8.*
*Comparationes quæd[illegible] um & teſtamentorum. 9. 10. 11*

Codi-

1 CODicilli differunt à teſtamento 1. forma
interna. Nam in hoc neceſſaria hære-
dis inſtitutio, non in illis, nec ibi eſſe
poteſt. 2. Forma externa. Nam in hoc,
ut notum, ſeptem, in illis qvinqve tantum re-
2 qviruntur teſtes; Et in illis etiam mulieres ad-
mittuntur. Sicut multos allegat. *Farin. qv. 59.
num. 64. & ſeq. Maſcardus de probat. concl. 308.
num. 6. & concl. 467. num. 7. Barry de Succeſſ. lib. 1.*
3 *tit. 1. n. 10.* Et ſic in teſtamento, qvod vigore
clauſulæ codicillaris ſuſtinetur, ſufficiet mulier,
4 *Farin. d. l. num. 66.* Nec rogatos in codicillis te-
ſtes eſſe oportet. *Carpz. p. 2. dec. 152. num. 24.* qvia
non ad ſolennitatem, ſed ad probationem teſtes
reqviruntur, non tamen ſine omni ſolennitate,
qvia regulariter 5. reqviruntur. *l. ult. §. ult. C.*
5 *h. tit.* In codicillis legatarii teſtes eſſe non poſ-
ſunt. *Farin. q. 60. num. 308. & Maſc. concl. 308.
num 7.* licet diſſent. *Carpz. p. 2. dec. 152.* Sed in
6 teſtamento ſecus. Sed in eo tamen Codicilli
cum teſtamento conveniunt, qvod teſtes eo-
dem tempore adhibendi. *l. fin. §. fin. h. t. Carpz.*
7 *d. l. in fin.* Et qvod exemplo teſtamenti alius ſit
ſcriptus Codicillus, alius nuncupativus, ut com-
muniter ſentiunt Dd. *Petr. Greg. l. 43. Syntagm.
c. 1. num. 4. Donell. l. 7. c. 18. lit. G. & ibi Hilliger.*
8 *Bach. v. 2. d. 10. th. 8. lit. C. & D.* Et ut in teſta-
mento ſubſcriptio neceſſaria, ita & in Codicil-
lo, licet non ſubſignatio. *Barry lib. 1. tit. 6. num.
6. Graſſus §. Codicillus. n. 10. & ſeqq. Molina d.
131. num. 6.* licet repugnet *Vasq. de Succ. creat.*
9 *§. 25. num. 25.* Et ſi codicillans literas neſciat,
ſupernumerario teſte opus eſſet. *conſ. Carpz. dec.*
10 *147.* Et ut teſtes in teſtamento adhibitos in con-
ſpectu teſtatorem habere oportet, ita etiam in
Codicillis, ob timorem falſitatis. *Reuſnerus de
Teſtam. p. 3. c. 13. num. 16. Menoch. l. 2. A. Q. caſu*
11 *475. num. 24. Barry d. tit. 6. num. 4.* Et qvando
in teſtamento qvibusdam in caſibus duo teſtes
ſufficiunt, in iisdem caſibus magis ſufficient in
Codicillis. *Covarruv. part. 3. de Teſtam. num. 21.
Barry d. t. 6. n. 2.*

## ad L. Sæpiſſimè. 1.

### *SUMMARIA.*

*QVi teſtari vult, non præſumitur codicillari. n. 1.*
*Clauſula Codicillaris an in teſtamento præſu-
matur. 2.*
*Si à Notario appoſita, voluntate teſtatoris hoc fa-
ctum præſumitur. 3.*
*Effectus Clauſulæ Codicillaris. 4. 5.*
*Clauſula Codicillari æqvipollens. 6.*
*Qvid operetur Clauſula Codicillaris, ſi turpis per-
ſona inſtituta.* [illegible]

1 QVi teſtari vult [illegible] s facere non præ-
ſumitur. *Hic* [illegible] *de teſtam. l. 41. §.
3. ſupr. de vulg. &* [illegible] ia ſunt ſpecies di-
verſæ. *l. 7. C. h. t.* [illegible] *odicil. c. 2. num. 16.*
niſi expreſsè addatur clauſula Codicillaris. *l.
ult. §. 1. h. t. Don. lib. 7. c. 18. lit. B.* ubi *Hill.* no- 2
tat, clauſulam codicillarem in teſtamento non
præſumi, niſi in teſtamento ad pias cauſas, in-
ter liberos, aut militari. *Mantica de conject. lib.
1. tit. 9. Menoch. l. 4. præſ. 31. n. 9. H. Piſt. p. 4. q. 9.
n. 19. Clarus §. Teſtamentum q. 8. n. 7. Carpz. p. 3.
c. 4. def. 58. & dec. 15.* Nec præſumitur hæc clau- 3
ſula pro conſvetudine à Notario adhibita, ſed
potius voluntate Teſtatoris, ſi non ſpeciali, ta-
men generali. *Dauth. de Teſtam. n. 165. Menoch.
l. 4. præſ. 31. n. 1. Carpzov. lib. 6. Reſp. 7. n. 21. & ſ.*
Hujus clauſulæ effectus eſt, ut ſi jure teſtamen- 4
ti non valeat diſpoſitio, valeat tamen jure co-
dicilli, vel donationis mortis cauſa, vel legati,
aut fideicommiſſi, aut cujuscunqve tandem ul-
timæ voluntatis. *l. 29. §. ult. de teſtam.* v. g. Si 5
qvis directò ſit inſtitutus nulliter, ob clauſulam
illam habetur pro fideicommiſſario. *l. 76. ad Tre-
bell.* ſic ſi ſcienter pater præteriit liberos, habe-
tur hoc pro fideicomm. ob clauſulam illam, vel
expreſſam, vel præſumptam, ac ſi filius præter-
itus rogatus eſſet, reſtituere hæreditatem hære-
di ſcripto. conſ. *Mantica l. 6. tit. 4. n. 14. Donell.
l. 7. c. 17. lit. D. & c. 19. Menoch. l. 4. præſ. 60. n.
71. Barry l. 1. tit. 6. n. 8. Molina tr. 2. d. 132. Vivius
dec. 422. num. 1. Gail. l. 2. obſ. 114. & qvos refert
Carpz. dec. 155. p. 2. num. 3.* Cui clauſulæ æqvi- 6
pollet alia clauſula: *omni meliori modo &c.*
item: **der zu rechte beſtändigſten Form/ Art und
Weiſe.** *Marta de Clauſulis clauſ. 88. n. 6. Mantica
lib. 1. tit. 9. num. 11. & l. 3. tit. 14. num. 9. Cothm.
vol. 5. conſ. 4. num. 223. Hill. l. 7. cap. 18. lit. E.
Carpz. d. l.* Sed qværit ibi *Carpzov.* Si qvis præ- 7
terito fratre turpem perſonam inſtituit, cum
clauſula codicillari, an hæredi ſcripto, detracta
Trebellianica, debeatur hæreditas? qvod negat,
ne legi fraus fiat.

## ad L. Si qvis. 3. juncta L. Ab in-
teſtato. 16.

### *SUMMARIA.*

*SI is, qvisqvis mihi heres erit, gravatus, hic non
tantum ad heredem ab inteſtato, ſed & ad
poſthumum extenditur. n. 1.*
*Agnatione poſthumi codicillus non* [illegible]
*Niſi teſtamento confirmatus. 3.*
*Teſtamento rupto, an rumpantur* [illegible]
*Ut valeant codicilli, reqviritur* [illegible]
*ab inteſtato. 7.*

SI teſtator dixerit in codicillo, qvisqvis mihi [illegible]
erit hæres, ejus fidei [illegible]
an hæredes ab inteſtato [illegible]
qvid de poſthumo [illegible]
verbis generalibus [illegible]
non in ſpecie. [illegible]
& ſeq. [illegible]
tum qvidem [illegible]
nam [illegible]

præſtare tenetur, qvia per codicillos non adimi-
tur hæreditas, ut per teſtamentum. *Donell. lib. 7. c. 19. lit. K. & ibi Hillig. Vasq. de Succeſſ. progreſſ.*
3 *§. 30. num. 54.* Secus autem, ſi ſit confirmatus co-
dicillus teſtamento. *Cujac. tom. 1. p. 772. & ſeq. Ant. Fab. lib. 15. Conject. c. 14. p. 502. Balduinus in repet. Auth. Ex cauſa. n. 90. vol. 8. Socinus l. 4. conſ.*
4 *95. n. 34.* Ex teſtamento ſive priùs ſive poſteriùs
facto, codicilli confirmantur. *§. ult. h. t.* & ita cor-
ruente teſtamento, corruit codicillus in eo con-
firmatus, ut Teſtamenti pars. *Donell. d. c. 19. poſt*
5 *lit. G.* Secus, ſi jam rupto feciſſet pater codicillos.
*l. 1. C. h. t. Donell. d. c. 19. lit. D.* Tunc enim per ſe
valent, nec ad teſtamentum ruptum referuntur.
6 *Zepp. de Codicill. c. ult. n. 48.* Sic ſi teſtamentum
ab initio nullum ob præteritos liberos, vel defe-
ctum ſolennitatis, per ſe ſtant codicilli. *Zepperus*
7 *d. l. plures citans.* Colligunt etiam ex *h. §.* & ex *§. 1. & 2. Inſt. de eo, cui libert. cauſ. bon. add.* ad vali-
ditatem codicillorum, etiam non confirmatorum
teſtamento, reqviri, ut ab inteſtato adita ſit hæ-
reditas.

## ad L. Divi. 6.

*SUMMARIA.*

*IN Codicillis conditio heredi adſcribi neqvit. n. 1.*
*Cum pluribus Codicillis aliqvis decedere poteſt. 2.*
*Qvid ſi aliqvis proteſtatus, ſe nolle valere Codicil-los, niſi à ſe ſcriptos. 3.*
*An Clauſula derogatoria in poſterioribus Codicillis ſit neceſſaria. 4. 5.*
*Teſtari non valens, nec codicillari poteſt. 6.*

1 IN codicillis conditio hæredi antea in Teſta-
mento pure inſtituto adjici non debet, qvia ita
adimeretur hæreditas, qvæ tamen directo, nec da-
ri nec adimi poteſt in codicillis: hæc in *princ.* le-
gis. *confer. Don. lib. 7. c. 19. in fine.* Cum pluribus
autem codicillis invicem non contrariis qvis de-
2 cedere poteſt; ſed non cum pluribus teſtamen-
tis. Rationem collocat *Hilliger in Donell. d. c. 19. lit. H.* in natura ſucceſſionis univerſalis, qvæ apud
3 plures in ſolidum eſſe neqvit. Qvid ſi autem Pater
vel alius expreſsè proteſtetur, ſe nolle valere co-
dicillos, niſi à ſe ſcripti ac ſubſignati eſſent, poſtea
verò fieri curet codicillum, à ſe neqꝫ ſcriptum,
nec ſigillatum, qværitur, an valeat? Reſp. qvod
ſic, qvia proteſtatio præcedens per factum con-
4 trarium ſecutum tollitur; ſed hoc ad clauſulam
derogatoriam, qvæ in primo teſtamento propoſi-
ta in ſecundo Teſtamento non expreſsè abroga-
tur, extendendum non eſt, uti in ſua ſpecie facti
declarat *Hipp. Rim. n. vol. 3. conſ. 235. n. 76. & ſeq. Ant. Rubeus in repet. l. non ſolum §. morte n. 221. ff. de Operis novi nunt. vol. 5.* Non diffiteor tamen
*Covarr. de Teſtam. p. 2. Rubr. n. 75.* ſupplere hunc §.
ita ut ex aliis textibus ſubaudiatur, ſi in ſecundo
5 Codicillo prioris clauſulæ fiat mentio. Sed malo
ſubſiſtere in codicilli natura, nam plures codi-
cilli relinqvi poſſunt, & poſterior ſemper derogat
priori, qvando contrarius & qvatenus talis eſt.
*l. 3. C. h. t. Vasq. de ſucc. creat. §. 30. n. 52.* Etiamſi
prior habeat clauſulam derogatoriam, ut hic *Menoch. l. 4. præſumpt. 136. num. 30.*

In §. pen. habetur regula, qvod qvi teſtari 6
non poteſt, ne qvidem codicillari poſſit; qvod
nonnulli ſolent extendere ad caſum ſtatuti, ſi ſta-
tuto qvis prohibeatur teſtari, qvòd etiam codicil-
lari non poſſit. Sed univerſale id eſſe non exiſti-
mo: Sed attendendam putarem cauſam ſtatuti.
Sane illam ſententiam 11. rationibus refutare ni-
titur *Vasqvius de ſucc. progreſſu §. 30. num. 32.*

## ad L. Conficiuntur. 8.

*SUMMARIA.*

*FIdeicommiſſum codicillo ab herede legitimo relinqvi poteſt. n. 1.*
*Heres legitimus an habeat remedium* l. fin. C. de Edict. D. Adrian. 2.
*Gravatus univerſali fideicommiſſo, excepta certa qvantitate; ſi de hac non teſtetur, ea perinde ad fideicommiſſarium tranſit. 3.*
*Cui non competit facultas teſtandi, illi nec codicillandi. 4.*
*Qvod limitatur. 5.*
*Codicilli per arrogationem rupti, per emancipationem reconvaleſcunt. 6.*
*De re aliena non poteſt condi teſtamentum. 7.*
*Si qvis ſuper rebus propriis & alienis teſtetur, pro parte valet teſtamentum. 8.*

FIdeicommiſſa relinqvi poſſunt per codicil- 1
lum, etiam à ſuccedentibus ab inteſt[illegible]o,
qvia, dum non adimit iis hæreditatem, dediſſe
videtur. *Don. lib. 7. c. 16. lit. E.* Unde nonnulli 2
inferunt, etiam remedium *Legis fin. C. de Edict. D. Adriani tollend.* ad ſucceſſores legitimos perti-
nere, qvos refutat *Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſ. n. 73.* Et licet hic dicatur, venientes ab inteſtato 3
tacitè ex voluntate defuncti venire; tamen im-
propriè hoc accipiendum eſſe, cum ex diſpoſitio-
ne legis propriè veniant, monet *Menoch. vol. 2. conſ. 156. n. 15.* Melius ex hoc textu probatur, qvod,
qvi oneravit hæredem univerſali fideicommiſſo,
ut tamen de mille thaleris liberè diſponere poſſit,
ſi de iis hæres non teſtetur, velit, ut ad legitimos
hæredes illa 1000. perveniant. *Mant. lib. 7. tit. 7. n. 14. Roſenthal. de feudis c. 9. memb. 1. concl. 40. num. 20.*

*Ad §. 2.* Codicillos is qvidem tantum facere 4
poteſt, qvi teſtari poteſt. *l. 6. §. pen. h. t.* ita qvia
mutus & ſurdus natura teſtari non poteſt, ita nec
codicillari, *per l. Diſcretus 10. C. qvi teſtam. fac. poſ. Zepp. de Codicill. c. 5. n. 39.* Ita nec filiusfami- 5
lias codicillari poteſt, nec teſtamento ejus ſuc-
currit clauſula codicillaris, *Zepper[illegible] d. l. num. 21.*
Sed hoc explicatur in h. §. 2. ſi teſtari impedia-
tur impedimento juris, non facti. *Hilliger. d. c. 10. lit. A. P. Gregor. lib. 43. Syntagm. c. 1. num. 5. Conſ.*
Roland.

Digitized by Google

*Roland. à Valle conſ. 81. n. 7. 27. & 51.* Nam ſi de facto ob impedimentum aliqvod non poſſit teſtari, poteſt tamen codicillari. *Zepp. d. c. 5. n. 20.*
6 *Ad §. 3.* Fecit qvis teſtamentum, & in eo confirmavit Codicillos, poſtea ſe arrogandum dedit, & jam fecit codicillos, poſtea verò emancipatus eſt, qværitur, an legata in codicillis relicta valeant? Videtur qvod non, qvia tum de re aliena diſpoſuit; ſed affirm. qvia dum ſui juris mortuus, jure Prætorio reconvaleſcit teſtamentum, & ſic etiam codicilli in eo confirmati. *Dauth. de teſtam. tit. qvi teſtam. fac. poſſ. num. 202.*
7 *Zepp. de Codicill. c. 5. n. 72.* Notes hic, de re aliena teſtamentum fieri non poſſe. *Gomez lib. 1. reſol. c. 10. num. 16. Manz. Tr. de teſtam. tit. 6. qvæſt.*
8 *12. n. 9.* Qvod autem de muto hic dicitur, videtur abrogatum *per l. 10. C. qvi teſtam. Zepp. de Co-*
9 *dicill. c. 5. n. 44.* Hinc qværitur, ſi qvis teſtamentum fecerit partim ſuper rebus alienis, partim ſuper propriis, an teſtamentum pro parte valeat? Qvod affirmaverim, qvod teſtamentum ſuper rebus Feudalibus & Allodialibus factum, pro parte valeat. *Berlich. p. 1. dec. 49.* qvia propter diverſitatem patrimonii fieri poteſt, ut qvis partim teſtatus, partim inteſtatus decedat. Et ſic limitat *l. 7. de R. J. Gail. l. 2. obſ. 124. n. 13. & ſeq.*

## ad L. Qvod per manus. 10.

*SUMMARIA.*

*QVæ in teſtamento invalido ſcripta, in codicillo confirmari poſſunt. n. 1.*

*Indignus hereditate aliqvis in codicillis declarari poteſt. 2.*

*Heres obſcurè ſcriptus, codicillo confirmari poteſt. 3.*

1 NOn poteſt confirmari teſtamentum per codicillos, nec hæreditas dari poteſt in codicillis. Sed illud accipiendum de teſtamento valido, & de iis, qvæ in ipſo continentur. Qvando autem teſtamentum eſt nullum & inutile, tunc id qvod diſpoſitum eſt in teſtamento, poteſt in Codicillo confirmari, non qvidem eo modo, qvo in teſtamento diſpoſitum eſt, ſcilicet ut valeat jure directo, qvia in codicillis non datur nec adimitur hereditas; ſed ut ea relicta debeantur jure fideicommiſſi. *Aug. Berous vol. 2. conſ. 2. num. 29.*
2 Indignus tamen hæreditate in Codicillis declarari poteſt. *l. 4. C. de his qvibus ut indignis. Manti-*
3 *ca de Conject. l. 6. tit. 4. num. 7.* Sic in Codicillis poteſt declarari hæres in teſtamento obſcurè ſcriptus. *l. 77. ſupra de hæred. inſt. Gruſſius §. Codicillus num. 18. Mantica d. c. 4. num. 3. Barry de ſucc. l. 1. tit. 6. num. 9.*

## ad L. Qvi gravi. 11.

*SUMMARIA.*

*AN libertas fideicommiſſaria debeatur, ſi defunctus graviditatem uxoris ignoraverit, & poſtea filium ſuſceperit. n. 1.*

*Legata ex rupto teſtamento non debentur. 2.*

PAter, qvi prægnantem uxorem ignorabat, per 1
codicillum relinqvit fideicommiſſariam libertatem; à filio nihil qvidem debetur merò jure, *per L. pen.* ſed ex æqvitate debetur libertas, ita tamen ut ſolus filius gravetur fideicommiſſo. *Cujac. tom. 4. p. 446. conf. Fach. lib. 4. qvæſt. 14.*
ubi ex *h. l.* probat, legata in teſtamento per 2
agnationem ignorante teſtatore rupto, relicta non deberi.

## ad L. Illud. 13.

*SUMMARIA.*

*EX legatis & ſubſtitutione præſumitur voluntas teſtandi. n. 1.*

*An ſola ſubſtitutio voluntatem teſtandi inducat. 2.*

*An ſi de voluntate teſtandi conſtet, aliqvid operetur clauſula codicillaris. 3.*

EX relictis legatis & ſubſtitutione facta præſu- 1
mitur teſtator voluiſſe teſtari, non codicillari. *Mant. lib. 5. tit. 2. n. 4. Socin. in l. 1. n. 121. de Le-*
*gat. 1.* An autem ſubſtitutio ſola ſufficiet, qvod 2
teſtari voluiſſe præſumatur? Negat hoc *Mantica d. l.* qvia jure veteri non poterant valere legata, niſi ex teſtamento. Sed irruta hæc opinio, qvia ex inſtitutione hæredis, vel ſubſtitutione, vel exhæreditatione præſumitur voluntas teſtandi. *Menoch. l. 4. præſ. 3.* licet appellaverit codicillum *Menoch. d. l. n. 2.* Et præſupponendum eſſe, monet *Mantica d. l.* adhibitos fuiſſe 7. teſtes, nam ſi qvinqve tantum adhibiti, fruſtranea foret hæc qvæſtiò, an voluerit teſtari, nam cum de aliqva circumſtantia qværitur, in cæteris habilitas præ-
ſupponitur. Sed qværitur, ſi conſtet teſtatorem 3
voluiſſe teſtari, an clauſula codicillaris nihil operetur? Qvod ita tradunt *Beſoldus conſ. 303. n. 48. Carpz. p. 3. c. 1. d. ult.* Sed putarim, ex hac ipſa clauſula apparere voluntatem eventualem Teſtatoris, qvod in eventu codicillari voluèrit. *Barry d. l. tit. 6. num. 8. Pantſchman. l. 2. qvæſt. 14. num. 13.*

## ad L. Ab inteſtato. 16.

*SUMMARIA.*

*COdicillus qvando agnatione poſthumi rumpatur. n. 1.*

*Heres ab inteſtato fideicommiſſo gravari poteſt. 2.*

*An poſthumus vi clauſulæ codicillaris, hæreditatem reſtituere rogatus cenſeatur. 3.*

COdicilli facti ab inteſtato agnatione poſt- 1
humi non tolluntur, ſi modo habeat poſthumus, qvod ipſi per leges debetur; ſed ſi codicillus ſit factus cum teſtamento, ille hoc ſeqvitur, & teſtamento rupto, etiam ille rumpitur, qvia per codicillum hæreditas poſthumo non adimitur; ſed is potius ab inteſtato hæres ſtatuitur, cum ab eo legata relinqvantur. *Donell. l. 7. c. 19. lit. K.*
Collige, per fideicommiſſum hæredem ab in- 2



Digitized by Google

teſtato rogari poſſe, ut hæreditatem reſtituat, qvem teſtator in Codicillis nominaverit. *Carpz. p. 3. c. 4. def. 35. conferatur Cujac. ad l. 21. qvæſtio-*
3 *num Pauli.* Cæterum nonnulli ex hac lege probare volunt, qvod qvando nativitate poſthumi rumpitur Teſtamentum, tunc vi clauſulæ codicillaris in Teſtamento contentæ poſthumus rogatus cenſeatur hæreditatem reſtituere hæredi ſcripto in Teſtamento poſtea rupto. Sed negat hoc *Menoch. conſ. 499. & conſ. 1230. num. 26.* ubi reſpondet huic legi, qvod ea loqvatur de fideicommiſſis particularibus.

### ad L. Is qvi, pen.

*SUMMARIA.*

*CAſus Legis proponitur. n. 1.*
*Deciſio ſubjicitur. 2.*
*Exceptio in libertate. 3.*

PAter ignorans uxorem ſuam eſſe gravidam 1
codicillos ſcripſit ad filium abſentem, & eum qvibusdam fideicommiſſis oneravit, poſtea moritur, & vidua parit poſthumam, qværitur, 1. an filius teneatur ad omnia fideicommiſſa præſtanda in ſolidum? 2. an etiam poſthuma obligetur?
3 & qvid in individuis fideicommiſſis? Reſp. ad 2
primum negativè, ſed tantum ex dimidia parte tenetur: ad 2. iterum negando, nam de poſthuma nihil ſcivit, nihil cogitavit; ergo eam gravare voluiſſe non præſumitur: ad 3. hæc non debentur,
qvæ pro parte præſtari non poſſunt. Excipitur ta- 3
men libertas, qvæ in ſolidum obligat fratrem, ut partem ſervi æſtimationis ſolvat ſorori poſthumæ, & poſtea libertatem ex aſſe det per fideicommiſſum relictam. *Vid. Cujacius tomo 4. ad l. qvi gravi 11. h. t. ad lib. 19. qv. Papin.* Declarat hanc legem *Cephal. lib. 4. conſ. 585. n. 76. & pen. conſ. Ant. Faber lib. 3. conject. cap. 11. Benedictus de capra Reg. 111. n. 23.*

# LIBRI XXX.

## TITULUS I.

## De Legatis & Fideicommiſſis. 1.

### ad L. Per omnia. 1.

*SUMMARIA.*

*COmparatio Legatorum & fideicommiſſorum qvousq; procedat. n. 1. & 2.*
*Diſcrimen aliqvod reſiduum. 3.*
*Comparatio hæc an originem debeat Juſtiniano. 4.*

1 LEgata fideicommiſſis æqviparata, ut qvod in uno amplius favoris habetur, id ad alterum qvoq; ſit accommodandum. *hic & l. 2.*
2 *C. Commun. de Leg.* Sed hoc de ſingularibus fideicommiſſis non univerſalibus eſt intelligendum. *Zaſ. hic n. 13. Menoch. conſ. 272. n. 67.* ſcilicet, non debet legatum ſingulare cum fideicommiſſo univerſali conferri; ſed Legatum ſingulare cum fideicommiſſo ſingulari. *Menoch. d. l. Covarr.*
3 *in cap. Rainutius §. 30. n. 4.* Deinde adhuc in ſingularibus fideicommiſſis diſcrimen eſt in electione, an verba ad hæredem, an verò ad Legatarium dirigantur. *per l. 45. §. 1. h. t. l. 19. de legat. 2. Bachov. in Treutl. vol. 2. diſp. 13. th. 5. lit. A. Ant. Gomez lib. 2. reſol. c. 11. n. 43. Hartm. Piſt. p. 3. qv. 4. n.*
4 *3. Donell. lib. 8. c. 19. lit. R.* Cur autem exæqvationem ſibi tribuat Juſtinianus, cum tamen ab Ulp. notata. *Menoch. rem. 2. ret. poſſ. n. 6.* ejus ratio forte fuit, qvod hoc ſparſim & dubitativè à JCtis traditum. *Coraſ. l. 5. Miſc. c. 17.* qvanqvam *Wiſſenbach.* hanc legem à Triboniano interpolatam eſſe velit.

### ad L. Hæc verba. 3.

*SUMMARIA.*

*COnditio, qvæ tacitè ineſt, non facit legatum conditionale. n. 1.*
*Expreſſio eorum, qvæ tacitè inſunt, nihil operatur. 2.*

COnditio adjecta Legatis, qvæ ex neceſſitate 1
vel tacitè ineſt, v. g. Si hæres erit, vel ſi adierit hæreditatem, non facit legatum conditionale, & ideo legatum transmitti poterit. *Hic & l. 22. §. 1. Qvando dies Legati cedat. & l. 99. de condit. & dem.* Exceptio eſt in *l. 22. §. fin. & l. 65. §. 1.*
*h. t. Zaſ. hic n. 5.* Unde colligunt regulam: Ex- 2
preſſio eorum, qvæ tacitè inſunt, nihil operatur. *A. Barboſ. in repet. c. 2. X. de Reſcript. n. 99. Barb. lib. 5. c. 63. ax. 21. vid. Not. ad l. 6. §. 1. de Tutel.*

### ad L. Si qvis. 4.

*SUMMARIA.*

*ERror in nomine qvando noceat. n. 1.*
*Nomina appellativa ſunt immutabilia. 2.*
*Idem in nominibus rei arte facta. 3.*
*Qvid ſi error in colore commiſſus. 4.*

ERror in corpore nocet legato; ſed ſi in nomi- 1
ne erratum, diſtingvitur hic inter nomina propria, & appellativa, ut, ſi in illo erratum, error non noceat, ſecus in hoc: qvia rerum nomi-
na appellativa, qvæ plerumq; à ſubſtantia rei ſu- 2
muntur

muntur, immutabilia ſunt. *Hic & l. 7. in fin. de Suppell. legat.* ſecus in propriis. *Donell. lib. 8. c. 4.*
3 *in pr.* Qvod etiam de arte factis intelligendum. *Zaſ. hic n. 20.* conf. *Barry lib. 2. de Succeſſ. tit. 6. n. 4.*
4 Sed qvid ſi in colore erravit? v. gr. cum legat eqvum ſuum album, cum tamen non habeat, niſi flavi coloris eqvos: Nonnulli Doctores hic volunt valere legatum, ut illi, qvos recenſet *Menoch. conſ. 337. n. 31.* ſed ea ſententia non videtur legi convenire. Ideoqve hæc traditio merito negatur à *Menochio d. conſ. 337. n. 37.*

## ad L. Servi electione. 5.

*SUMMARIA.*

*Legatarius, qvi ſemel elegit, variare non poteſt. num. 1.*

*Vidua eligendo dotem poſtea portionem ſtatutariam petere non poteſt. 2.*

*Limitationes Regulæ. 3.*

*Vidua petendo dotalitium, amittit dotem. 4.*

*Re communi legata, tantùm portionem teſtatoris capit Legatarius. 5.*

*Aliud, ſi rem cum herede communem legaverit. 6.*

1 Qvando electio legata legatario, & hic ſemel
elegerit, non poteſt poſtea variare, ſi modo
omnes res ejusdem ſpeciei ipſi fuerint repræſentatæ, & eligens fuerit major & ſui juris. *Hic & l. apud Aufidium 20. ff. de Opt. leg. Zaſ. hic & Rimin. conſ. 112. n. 30. vol. 2. Tiraq. in L. Boves. §. hoc ſer-*
2 *mone. de V. S.* Et qvia electio illa ſecum trahit executionem de jure & facto, ideò non admittitur variatio; Et per hanc legem & ſimiles probat *Car. Molinæus in Conſvet. Pariſ. tit. 1. §. 16. in verb. del qvil. &c. n. 10.* viduam, qvæ habet jus eligendi, vel illata, vel portionem ſtatutariam, alteru-
3 tum eligendo variare non poſſe. Limitatur autem regula, qvod electione ſemel facta, jus eligendi conſumatur, niſi 1. cohæredes electionem impugnent. 2. niſi electio ſit inefficax. *arg. l. 11.*
4 *§. pen. de Inſt. act.* Sic vidua petendo & eligendo dotalitium, amittit dotem, *per hunc text. & arg. l. fin. pr. C. de Codicill. Hartm. l. 1. q. 4. n. 20. Berl. p. 2. concl. 52. n. 4.* niſi dolo hæredum læſa graviter ſit. *Petr. Peck. de Teſt. Conjug. lib. 1. c. 32. n. 7. Berlich. d. l. n. 6.*

5 *Ad §. fin.* Re teſtatori cum alio communi legata, videtur portio teſtatoris legata. *Zaſ. hic & Barb. lib. 3. c. 32. ax. 5.* cujus duæ rationes, 1. qvia non præſumitur gravare voluiſſe hæredem onere redimendi partem alterius ſocii, nec gravare ſocium, eum compellendo ad venditionem.
6 2. qvia legatum ſtrictè intelligendum. Sed qvid ſi teſtator legavit rem cum hærede communem? Reſp. diſpoſitionem legis hic locum non habere, qvia ceſſant illæ rationes, *poſt Dd. hic Menoch. conſ. 349. n. 16.* ubi etiam regulam textus limitat, ſi in contrarium extent conjecturæ & præſumptiones, v. gr. ab inæqvalitate evitanda, ab obſervantia ſubſecuta, vel ſi in aliis fundis communibus dimidiam partem expreſſit,

## ad L. Stichum. 6.

*SUMMARIA.*

*Qvid ſi ſervus legatus, qvi meus eſt cum moriar. n. 1. 2.*

*Demonſtratio ex futuro facit conditionem. 3.*

Legat aliqvis mihi Stichum his verbis: qvi 1
meus erit, cum moriar: ſed tempore mortis non fuit teſtatoris, qvær. ergo, an mihi debeatur? Deciſio ex alia qvæſtione pendet: an hæc verba conditionem, an verò demonſtrationem importent? ſi illud, tunc non debetur legatum, conditione deficiente; ſin hoc, debetur; qvia falſa demonſtratio legatum non vitiat. Et approba- 2
tur hic prius, qvod ſit conditio: ideo ſi totus alienatus Stichus, extingvitur legatum; ſin pro parte ſine neceſſitate alienavit, pro parte ea tantum extinctum eſt legatum. Demonſtratio ex futuro ſumpta facit conditionem. *Hic & l. Nu-*
*per 85. de legat. 3. & l. 34. pr. de leg. 2.* Nam res de- 3
ſignandæ notis præſentibus, ut certæ fiant non ex futuro tempore, qvo qvales res ſint futuræ, nunc ignorantur. *Donell. lib. 8. c. 31. lit. E. & ibi Hill. Berous vol. 1. conſ. 53. n. 21.* Exceptiones hujus regulæ aliqvas recenſet *Zaſ. ad h. l. num. 5. & ſeqq.*

## ad L. Si ex toto. 8.

*SUMMARIA.*

*Legatum diminui & augeri poteſt. n. 1.*

*Modo id fiat voluntariè. 2.*

*Alternativa inter duos gravatos poſita in ſolidum obligat. 3.*

*In teſtamento duo rei conſtitui poſſunt. 4.*

*Qvi ab uno correo partem accepit, an & qvoad reſiduum contra eum agere poſſit. 5.*

*Electio in alternativis eſt Legatarii. 6.*

*An hoc caſu partem ex uno, partem ex altero eligere poſſit. 7. & 8.*

*Nobilis electionem habens, an operas, an pretium à ruſticis exigere velit, an partim operas, partim pretium petere poſſit. 9.*

*Alternativa pro parte acceptilari poteſt. 10.*

Si teſtator aliqvid deminuat de re legata, lega- 1
tum etiam minuitur; idem, ſi auxerit, qvia oppoſitorum eadem eſt ratio. *hic & l. 18. infr. de*
*adim. leg.* Sed hoc de diminutione & alienatione 2
voluntaria, non neceſſaria accipiendum eſt, *per l. 11. §. 12. de legat. 3. Zaſ. hic & Don. lib. 8. c. 17.*
*lit. L. & ibi Hill.* Alternativa poſita inter grava- 3
tos, in ſolidum obligat. *§. 1. h. l. 8. Zaſ. hic n. 3. Caball. in tr. de Divid. & indiv. p. 3. n. 153. & ſeqq.* ubi ex textu notat, eſſe qvaſi correos, & hoc facit particula Alternativa. Unde ſeqvitur, qvando duo alternativè ſe obligant, qvod tunc ſint qvaſi

cor-

Digitized by Google

correi debendi, & ſic in ſolidum ſint obligati;
ut ex hoc textu citatis aliis notat *Cravett. conſ.*
*548. Doring. in Biblioth. voce Altern. n. 176. & ſeq.*
4 *n. 9. vol. 3.* Et ſic in teſtamento etiam conſtituun-
tur duo Rei debendi. *Cujac. hic t. 2. p. 802.* Sed
5 ſi ab uno partem acceperit, poterit vel alte-
rum, vel eundem, qvi partem ſolvit, convenire
de reliqvo. *Doring. d. l.* Cui videtur obſtare *L. ſi*
*creditores C. de pact.* qvæ tamen accipienda de eo
caſu. ſi creditor admiſerit unum reum debendi
pro ſua parte ſolventem, i. e. eâ conditione ac-
ceperit, ne ab eo amplius peteretur. *Cujac. hic.*
Et habet hic §. etiam locum in contractibus.
6 *Hart. Piſt. qv. 9. n. 2.* In *§. ult.* hujus legis propo-
nitur hæc ſpecies. Octo ſervos legavit teſtator,
aut pro ſingulis decem thaleros. Electio in lega-
7 tis alternativis eſt legatarii, de qvo alibi. Hic
qværitur, an legatarius qvatuor ſervos, & pro re-
liqvis pecuniam petere qveat? Qvod hic nega-
tur, qvia unum eſt legatum, & alternativæ obli-
gationes diviſionem non recipiunt. *Donell. ad l.*
*2. §. 1. de V. O. n. 17. Doring. in Bibliotheca Juridi-*
*ca in voce Alternativum, n. 182.* ubi ait, legata-
rium non poſſe eligere partem in uno, partem in
8 altero. *Cludius de condict. indeb. n. 58. & ſeqq.* Col-
lige etiam, alternativum eſſe unum, qvoad præ-
ſtationem *Doring. d. l. n. 192. Dd. hic.* Incidit
9 mihi qvæſtio: Domino alicujus pagi electio
competit, utrum ſervitia à ruſticis exigere, an ve-
rò eorum æſtimationem pecuniariam petere ve-
lit, an audiendus ſit, ſi velit partim ſervitia, par-
tim æſtimationem pecuniariam petere? Qvod
non licere puto. *arg. hujus leg.* maximè ſi operas
majores exigat, pro levioribus verò pretium;
niſi ruſtici nullum intereſſe allegare qveant. *vid.*
10 *hic Jaſon. n. 6.* In acceptilatione alternativa ſe-
cus, qvia pro parte fieri poteſt. *Cludius d. l. n. 63.*

## ad L. Id qvod. 9.

*SUMMARIA.*

*Res noſtra, qvæ apud hoſtes eſt, legari poteſt. n. 1.*
*An hoc caſu heres redimere teneatur. 2.*

Res qvæ fuit noſtra, poteſt legari, ſi apud ho-
ſtes reperiatur, ob ſpem poſtliminii. *hic &*
*l. 98. h. t.* Et inde hic *Br.* probat, Terram ſanctam
Carolo Regi à Pontifice dari potuiſſe. Sed ſpes
hic legata tantum videtur, & ideò hæres hanc
rem redimere, vel æſtimationem præſtare non
tenetur. Videtur enim legaſſe jus, qvod habet,
ut ſi qvacunq; ratione redeat, ſi legatarii. *Duar.*
*ad h. l. 9. & ex eo Hillig. ad Donell. l. 8. cap 11. lit. E.*

## ad L. Cum filiofamilias. 11.

*SUMMARIA.*

*Pater ſi filio fideicommiſſum reſtituere teneatur,*
*an Trebellianicam deducere poſſit. n. 1.*
*Argumentum legis proponitur. 2.*

Inſtitui filium Titii, & hunc Titium rogo, ut 1
reſtituat hæreditatem filio ſui juris facto; valet
fideicommiſſum, & non deducet pater Trebel-
lianicam, qvia non ut hæres, ſed ut pater reſti-
tuit hæreditatem: aliud verò in extraneo. Unde 2
argumentum legis hoc eſt, qvi capit commo-
dum per mediam perſonam ex alterius ultima
voluntate, poteſt onere fideicommiſſi gravari,
& ſi extraneo reſtituere debet, tunc Trebelliani-
cam detrahet; Si ei per qvem adqviritur, non
gravatus ut hæres, nec qvartam detrahet, & fidei-
commiſſario mortuo ante diem cedentem, fidei-
commiſſum remanet apud gravatum. *Bart. &*
*Zaſ. hic p. 141. & Don. lib. 8. cap. 10. per tot.* ubi
hanc legem & omnes ejus periodos excutit. Et
extant etiam 4. ſolennes repetitiones juris in
hanc legem, qvibus adde *Cujac. ad L. 9. Qvæſtio-*
*num Papinian. vol. 2. pag. 805.*

## ad L. Si mihi. 12. §. ult.

*SUMMARIA.*

*In legatis voluntas noviſſima ſpectanda. n. 1.*
*Qvod limitatur & ſublimitatur. 2.*
*Aliud etiam in libertatibus. 3.*

In legatis ſpectatur voluntas noviſſima. *Hic &* 1
*l. 87. de Condit. & dem.* v. gr. ſi legatum qvid
ſit ſub diverſis conditionibus, ſpectatur novis-
ſima conditio. Sic ſi prius datur legatum, poſtea
adimatur, hoc ſeqvemur. Si idem legatur purè,
poſtea ſub conditione, hoc legatum erit condi-
tionale, & contra. *Cujac. ad h. l. & hanc legem.*
*tomo 2. p. 811.* Niſi per priorem poſteriori dero- 2
getur voluntati, *per h. §.* qvod ſublimitatur: niſi
in poſteriori expreſsè dicat, ſe pœnitere prioris
diſpoſitionis. *l. 22. pr. de legat. 3.* cum nemo ſibi
hanc conditionem poſſit dicere, ne poſſit ean-
dem mutare. Idem in libertatibus fideicom- 3
miſſariis non directis. *l. 5. ff. de manumiß. teſtam.*
*d. l. 87. Donell. lib. 8. c. 4. & ibi Hill. lit. D. vide*
*not. infr. ad l. 22. de leg. 3.* Sanè in libertate ſub
diverſis conditionibus data, leviſſimum ſeqvi-
mur. *l. 1. ff. de Manumiß. Teſtam.*

## Ad L. Si ita. 14. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Legatum exiguius in dubio præſtandum.*

In dubio id, qvod exiguius, præſtandum eſt.
*hic & l. apud §. Sejo. h. t. & l. qvi concubinam*
*§. 2. & l. nummis de leg. 2. l. ſemper in obſcuris. de*
*Reg. Juris. vid. Finckelth. obſ. 20. num. 16. & qvos*
*ibi allegat.*

## ad L. Si duobus. 16.

*SUMMARIA.*

*Si mihi & illi, qvi in rerum natura non eſt, lega-*
*tus fundus, an ego integrum capiam. n. 1.*

Colli-

*Collegatarius ſi non in rerum natura, ceſſat jus accreſcendi.* 2.
*Reſpondetur ad* §. ult. *h. Leg.* 3.
*Si duo hæredes gravati, & unus adeat, legata integra ſolvere debet.* 4.
*Si mihi & poſthumo rês legetur, an hoc non nato, ego integrum capiam.* 5. 6.
*In verbis conjunctis locum habet jus accreſcendi.* 7.
*Qvod caſu aliqvo declaratur.* 8.

1 QVidam legavit fundum mihi & filiæ Titii,
qvæ in rerum natura non eſt, qværitur, an
totum fundum habeam? Reſp. id videri ob jus
adcreſcendi; ſed negatur, qvia legata pars Titiæ
pro non ſcripta habetur. *l. pen. Inſtit. de his qvæ
pro non ſcriptis habentur*, & ideo non adcreſcit,
qvia pro non ſcripta habetur, & hinc ceſſat jus
adcreſcendi. *vid. Cujac. tomo 2do ad hanc l. p. 818.*
2 Qvando ergo collegatarius in rerum natura non
eſt, vel ab initio non conſtitit in ejus perſona,
alter legatarius partem tantum habet. *Hic & l.*
3 *23.* §. *9. & l. 84.* §. *8. h. t.* Sed videtur repugnare
§. *ult. h. l.* ſed principium loqvitur de legato,
qvod nunqvam conſtitit in perſona legatarii, i. e.
qvi tempore teſtamenti non erat in rerum natura.
Sed §. *fin.* de poſthumo, in qvo conſtitit
legatum. *Zaſ. hic.* Sed *Donellus lib. 8. c. 20. & ibi*
4 *Hill.* huic textui per *L. un.* §. *3. & 11. C. de Caduc.
tollend.* derogatum eſſe putant. Sed ſi duo hæredes
gravati de legato exſolvendo, & unus non
adiit, tunc per jus adcreſcendi, ut pars hæreditatis;
ita etiam onus ad eum, qvi adiit, devolvi-
5 tur, per §. *1.* Sed in §. *2.* agitur de conjunctis verbis
& re ſimul, & de conjunctis verbis tantum,
v. gr. legavit qvis Titio & poſthumis naſcituris
fundum, hi ſunt conjuncti re & verbis, non nato
poſthumo, totum habebit Titius, jure adcreſcendi;
Nam licet poſthumus non ſit in rerum
6 natura, eſſe tamen ſperatur. Sed & ſi ita Titio dimidium
ſundum, & poſthumo alteram dimidiam
fundi partem legavit, hi ſunt verbis tantum
conjuncti, & tamen inter eos datur jus ad-
7 creſcendi. Unde colligunt Dd. verbis tantum
conjunctos habere jus accreſcendi: nam qvia
viriles partes ſingulis aſſignatæ, ideo ſunt verbis
tantum conjuncti, & tamen datur jus accreſcendi.
*Bart. in l. Re conjuncti. 89. de leg. 3. Gomez lib.
1. reſolut. cap. 10. n. 32. Gœddæus in l. 142. d. V. S.*
8 *n. 10. Carpz. p. 3. conſt. 2. def. 14.* Unde cum aliqvis
Titio 1000. & Gajo totidem, & Berthæ totidem
légaſſet, & ſubjeciſſet hanc clauſulam: **geſtalt ich denn ihnen ingeſamt ſolche 3000. Thaler
hiemit** legire / præmortua Bertha, illius partem
collegatariis accreſcere, reſpondimus die 4. Maji
Anno 1646.

## ad L. Qui filiabus. 17. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*INſtitutio filiæ ad poſthumam extenditur. n. 1.*
*Qvod filiæ legatum, an poſthumæ debeatur.* 2.
*Pars una teſtamenti per aliam declaranda.* 3.
*Poſthumæ legatum, ſi duæ natæ, an ſingulis debeatur.* 4.
*Qvid ſi legatum heredi relictum.* 5.
*Prælegatum heredi relictum valet.* 6.
*Hereditas retento legato repudiari poteſt.* 7.

SI qvis filias inſtituit hæredes, videtur etiam 1
poſthumas inſtituiſſe *Pacius cent. 6. q. 5.* Sed 2
ſi filiabus leget, non ſtatim poſthumæ legaſſe videtur,
niſi in aliqva parte Teſtamenti poſthumæ
etiam mentionem faciat, qvod qvidem ex jure
antiqvo fluxiſſe, ad hanc *l. in tomo 2do* dicit *Cujac.
& Alciatus lib. 8. parergon. cap. 13.* Colligunt 3
tamen ex hoc, qvod una pars teſtamenti declaretur
per aliam. *Clarus* §. *teſtam. qu. 76. num. 5.
& ſeq. Dec. conſ. 15. n. 3. Socin. jun. conſ. 6. n. 16.
vol. 1. & conſ. 128. n. 211. Cephalus d. conſ. 53. n. fin.
& idem Cephalus l. 5. conſ. 656. n. 63.* ubi plurimos
refert, & hanc regulam declarat. Si qvis 4
autem poſthumæ legaverit 100. duabus poſthumis
natis, ſingulæ habebunt centum, & ita multiplicanda
illa ſumma, per §. 1. hujus legis; Cui
videtur obſtare *l. 7. ff. de rebus dubiis*, ſed ibi
alia ſpecies facti, ut infra patebit. *vid. Cujac. d. l.*
Qvando autem legatum alicui hæredi, ſi hæredi- 5
tatem adeat, pro ea parte qva hæres eſt, inutile
legatum; non ut ipſi, cui legatur, decedat legatum,
ſed qvia ejus à ſe ipſo nulla petitio eſt, &
qvod jam habet ut hæres, denuo capere non poteſt
ut legatarius. Ideoqve ratione ejus portionis
habet judicium familiæ herciſcundæ, ſcil. contra
cohæredes, nam qvoad partem cohæredum
valet legatum. Prælegatum verò indiſtinctè va- 6
let & deducitur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 9.* ſi repudiet
hæreditatem, totum legatum ipſi debetur; ſed
aliud eſſe putat *Hill. in Donell. lib. 8. c. 7. lit. C.*
ſi non ſit ſimplex legatum, ſed prælegatum, qvod
repudianti hæredi non debetur totum, ſed pro
parte cohæredum. *l. 75.* §. *fin. de leg. 2.* Colligitur 7
ex h. textu, poſſe hæreditatem repudiari & legatum
retineri. *Alex. lib. 3. conſ. 20. n. 12. Barry de
Succeſſ. lib. 11. tit. 22. n. 7.*

## ad L. Qvi duos. 20.

*SUMMARIA.*

*EX pluribus rebus ſi res legata, electio Legatarii. num. 1.*
*Ratio ſubjicitur.* 2.
*Exceptio proponitur.* 3.
*Alia Exceptio.* 4.

EX pluribus nominatis, ſi una res legata v. gr. 1
ex duobus fundis meis unum lego, electio eſt
legatarii, qvod etiam regulariter verum eſt in alternativis
teſtamento relictis. §. *22. Inſt. h. t. &
l. 34.* §. *pen. h. t. & L. Lucio Titio. 23. de leg. 2.*
Qvæ eſt vulgatiſſima Exceptio regulæ, qvod in 2
Alternativis ſit electio debitoris. Exceptionis ratio
in eo, qvod alias Legatarius rem vindicare
non poſſet certam, ſi non haberet Jus eligendi.
*Gomez lib. 2. reſol. c. 11. n. 34.* Aliud eſt, ſi duos 3
Stichos habens, Stichum ſimpliciter legaverit.
*l. 32.*

ignem enim 1. ſtabulis, 2. molendino, 3. ædi-
bus, qvas inhabitabat molitor, ſuppoſuerat, di-
ctata eſt pœna gladii cum combuſtione cadave-
5 ris, menſe April. Anno 1660. Concurrente ve-
neficio & ſodomiâ, gladii ſupplicium locum ha-
6 bere, tradit *Manz. d. l. q. 84.* Et licet inqviſitio
inſtituatur contra puberem ob delictum in im-
pubertate commiſſum, ſi 4. vel 5. annis abſit à
pubertate, tutius tamen indicitur, pœna extra-
ordinaria fuſtigationis vel alia; Nam impubes
pubes factus gravius puniri non debet, qvàm eô
tempore, qvo deliqvit. *Clarus §. fin. q. 60. n. 5.*
7 *Farin. q. 92. num. 162. Manz. d. l.* Unde inqviſi-
to 20. annorum, convicto & confeſſo de ſodo-
miâ, in nono ætatis anno patrata, pœna extraor-
dinaria in Facultate dictata.

## ad L. Si ſeqvens. 15.

*SUMMARIUM.*

H*Ereditate inſtituto ut indigno ablata, num Fiſcus an verò ſubſtitutus potior.*

QVando hereditas alicui aufertur, ut indigno, Fiſcus potior eſt ſubſtituto, qvia pœna illius, hujus præmium eſſe non debet. Sed hoc intelligunt Dd. qvando inſtitutus jam adiit hereditatem, & ita ſubſtitutum excluſit *Duaren. de ſubſt. c. 10. Hillig. in Don. l. 6. c. 24. lit. M.* Secus ſi non adiit is, qvi indignus eſt, conditio enim, ſub qva vulgariter ſubſtitutus eſt vocatus, exiſtit, nec videtur renunciaſſe in fraudem fiſci. *l. 26. de jure Fiſci. Duaren. ad tit. de vulg. ſubſt. c. 10. Trentacinq. de ſubſt. p. 1. c. 8. qvos refert Hilliger. in Donellum d. l.* Et ſic conciliandæ ſunt diverſæ ſeu contrariæ opiniones Doctorum, qvos refert *Vinc. Infarius de ſubſtitut. quæſt. 50.* Sed ſi incapax inſtitutus, Fiſco non eſt locus, ſed ſubſtituto. *Infarius q. 51.*

## ad L. Cajus. 22.

*SUMMARIA.*

A*Ctio ex hoc Edicto ad heredes tranſit. n. 1.*
*Ad criminalem pœnam ex h. l. refertur & pecuniaria. 2.*

1 HÆc actio licet criminalis ſit, qvia tamen pe-
cuniaria eſt, ad heredem tranſit. vid. *Mat-
thæſil. ſingul. 70. n. 9. Gom. in §. ſupereſt. n. 19. Inſt.
de Act. Men. lib. 2. A. Q. caſ. 265. n. 7. Delrio in
2 repet. l. tranſigere n. 19. C. de Tranſact.* ubi con-
cludit, ut & *num. ſeq.* criminalem pœnam etiam
pecuniariam eſſe poſſe.

## ad L. Si anteqvam. 23.

*SUMMARIA.*

H*Ereditas fideicommiſſaria non acqviritur Fiſco, ob inultam ab herede necem defuncti. n. 1.*
*Reſtituenda ſtatim fideicommiſſario. 2.*
*An huic incumbat neceſſitas vindicandæ necis. 3.*

HEres fideicommiſſo univerſali oneratus, an- 1
teqvam ſciret defunctum occiſum eſſe, ape-
ruit tabulas, & qværitur, an Fiſco adqviratur
hereditas? Qvod negatur, qvia ignorans fecit. Sed
annon cogitur ſtatim reſtituere hereditatem, ſi 2
ſuſpectam dicat? Et affirm. Sed annon vindican-
dæ necis neceſſitas fideicommiſſario incumbit?
Hoc negat *Gloſſa hic*, ſed melius aff. qvi Trebel- 3
lianicam habet ut heres, qvia hic coactus adiit
*vid. Petr. Barboſa ad L. Si ab hoſtibus. 11. §. fin. n.
19. ff. ſol. matrim.*

## ad L. Si dolo tutoris. 24.

*SUMMARIUM.*

P*Upillus dolo tutoris ſucceſſionem ex Teſtamento omittens qvatenus teneatur.*

SI dolo tutoris non adiit hereditatem pupillus, in hunc datur actio, qvatenus tamen hereditatem poſſidet: Nec pupillus cedere poteſt actionem invitis creditoribus, ſi modò tutor ſolvendo ſit. *Burſatus lib. 139. n. 18. & 2. ſeqq.*

## ad L. Lege Corneliâ. 25.

*SUMMARIA.*

P*Ræmium reqvirentis & convincentis cædis ſervum fugientem. n. 1.*
*Qvid hic colligatur. 2. 3.*
*Contra ſervum ex fuga receptum qvomodo procedatur. 4.*
*Violans areſtum qvomodo coërceatur. 5.*
*In hac actione pœna inter fiſcum & actorem dividitur. 6.*
*An in populari actione regulariter pœna ſic dividatur. 7. 8. & 9.*

QVi ſervum fugientem cædis convincit, pro 1
præmio habet ex bonis occiſi decem aure-
os, aut, ſi tot ibi non inveniantur, ex Fiſco. Unde 2
notetur, expedire Reipublicæ, delatores ad de-
nuncianda crimina per præmia allicere, ut cri- 3
mina puniantur, & non adeò eſſe iniqvum, ut ſi
hereditas occiſi locuples, expenſæ ex hereditate
ſuppeditentur. Si qvis ex ſervis fugerit metu 4
torturæ, licet libertatem ex teſtamento habeat,
in carcere tamen detinendus, & ex lege Corne-
liâ contra eum procedendum, qvia ſemel ſuſ-
ceptâ fugâ eum magis de fugâ ſuſpectum red-
dit, per *§. 1.* Unde notandum, qvod ſemel 5
violans areſtum, non modò iterum areſtari,
ſed etiam carcerari poſſit; & licet offerat cau-
tionem, non habet tamen hoc locum, ubi qvis
areſtum ſemel violavit. *Gloſſa ad verbum* EX
VINCULIS *hic Colerus de proc. execut. p. 3.
c. 11. num. 50. Boër. dec. 315. num. 22. & hos refe-
rens Dn. Mevius p. 3. dec. 275. n. 3. Hippol. de
Marſil. poſt Angelum & Baldum à ſe allegatos in re-
pet. tit. de Fidejuſſ. n. 200.* Popularis hæc actio eſt, 6
& pœ-

& pœna inter actorem & Fiſcum dividenda, per
7 §. *ult.* Unde nonnulli probant, in populari
actione hoc eſſe regulare. *Weſemb. in tt. de Ju-
riſd. n. 13. & de ſepulchro viol. n. 2. Cujac. lib. 10.
obſ. 10.* Sed vid. *Hillig. in Donell. lib. 19. c. 1. lit. L.*
8 Veriùs enim eſt, regulariter pœnam, qvam actio-
ne populari perſeqvimur, pertinere ad actorem.
*l. 3. §. 1. ff. de popul. act. l. 3. pr. ff. de ſepulchr. viol. l.*
9 *12. de V. S. l. 7. pr. ff. de jurid.* Sed dantur caſus
ſpeciales, in qvibus pœna vel ad Fiſcum tota
pertinet, ut *l. 3. pr. de termino modò*; vel inter
actorem & fiſcum dividitur, ut hîc. *Wiſſenb. dec.
59. th. 7.*

### ad L. Julianus. 26.

*SUMMARIA.*

*SI pater inſtitutus, & filius ſubſtitutus, hic legata tam a patre qvàm ſe relicta ſolvere debet. n. 1.*

*Hodiè aliud remedium datur. 2.*

*An Vaſallus ſucceſſore deſtitutus, feudum à Creditoribus poſſeſſum refutare poſſit. 3.*

1 SUm inſtitutus à Cajo cognato proximo heres,
filius meus mihi ſubſtitutus, ab utroqꝫ reli-
cta ſunt legata. Ego nolui adire ex inſtitutione,
juſſi filium adire ex ſubſtitutione, qvi præſtabit
legata non tantum à ſe ceu ſubſtituto, ſed etiam
à me inſtituto relicta; qvia filius mihi ſubſtitu-
tus, non ideò, ut eligendi arbitrium mihi relin-
qvatur, an velim ipſe per me, an per filium adi-
re; ſed qvia in caſum ſubſtitutus eſt. *vid. Cujac.
ad lib. 16. qv. Papin.* Colligunt aliàs hîc Dd. ho-
norem commodo eſſe præferendum, ſed vide
*Pinell. de Bonis mat. ad l. 1. p. 1. n. 7.* Plures leges 2
in hoc titulo excutere non libet, qvia materia ab
uſu remotior, cum hodiè commodius remedium
habeamus ex *Nov. 1. c. 1. & 2.* ex qvâ legata in te-
ſtamento relicta ab inteſtato etiam debentur,
qvâ ratione non qvidem abolitum hoc Edictum,
ſed tamen qvodammodo obumbratum eſt. Illud 3
conſideratione opus habet, annon Edictum hoc
utile allegari poſſit in eo caſu, qvando ultimus
Vaſallus, liberis & ſimultaneè inveſtitis deſtitu-
tus, cujus bona à creditoribus poſſeſſa, poſſit
Domino vel expectantiam habenti, refutare
feudum, cum hæc refutatio in eorum Credito-
rum, qvi nec conſenſum nec aliud jus in feudo
habeant reale, certò ſit reditura. De qvô ego ſu-
pra aliqvid dixi, & porrò cogitandum.

# Titulus VI.

# Si qvis aliqvem teſtari prohibuerit vel coëgerit.

### ad L. Qvi dum capta. 1.

*SUMMARIA.*

*IMpediens aliqvem teſtari, reddit ſe indignum relicto. n. 1.*

*Qvæ ad hoc reqvirantur. 2.*

*Extenditur. 3.*

*Ad qvod teneatur prohibens iis qvorum intereſt. 4. 5.*

1 QVando qvis ſperans hereditatem pro-
hibet aliqvem, qvo minus teſtamen-
tum faciat vel mutet, indignum ſe
reddit ſucceſſione, & hæreditas appli-
2 canda fiſco. Duo ergo reqviruntur, 1. ut pro-
hibuerit vel impedierit. 2. ut captaverit heredi-
tatem, & ſic ſi alius impediit, hoc heredi inſtitu-
to non noceret. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 395. n. 20.*
3 Idem, ſi teſtator poſtea condere vel mutare po-
4 tuit teſtamentum. *Menoch. d. l. n. 25.* Teneri ta-
men volunt prohibentem illi, cui teſtator ali-
qvid relicturus erat, ad duplum, ex *Nov. 134. c.
3. Peregrinus de Jure Fiſci lib. 2. tit. 6. n. 8. Conſ.*
5 *Fachin. lib. 9. c. 4.* vel certè ad intereſſe conveniri
poteſt, qvi doloſis perſvaſionibus vel importu-
nis ſollicitationibus teſtamenti factionem im-
pediit. *Hartm. Piſt. p. 1. qv. 29. n. 2.* & qvos refert
*Carpz. p. 3. c. 5. def. 10.*

### ad L. Si qvis. 2. §. 1.

*SUMMARIA.*

*PRohibitio hic coheredis coheredi non præjudicat. n. 1.*

*Qvid hinc colligatur. 2.*

FRatris vel coheredis aliqvem teſtari prohi- 1
bentis factum, fratri vel coheredi non præju-
dicat. *Meonch. d. l. n. 14. & 22.* Unde regulam
colligunt generalem: Qvandocunqꝫ fiſcus aufert 2
hereditatem indignis, id tantùm de portione in-
digni, non verò coheredis eſſe intelligendum.
*Ant. Gom. lib. 3. c. n. 51. in fin. Boër. dec. 25. n. 9.
P. Barb. in l. Si ab hoſtibus. §. fin. num. 31. & ſeq.
ff. ſol. matr.*

### ad L. Verum. fin.

*SUMMARIA.*

*BLanditiis teſtatorem in ſuum commodum inducere licet. n. 1.*

*An hoc extendendum ad Eccleſias. 2.*

*Qvid ſi heres aliqvis Blanditiis Prælati ingreſſus fuerit monaſterium, an hoc ſuccedat. 3.*

*A licitis blanditiis abſint metus violentiæ & importunæ ſollicitationes. 4.*

*Qvomodo horum concurſus probetur. 5.*

*Unde qvis prohibere cognoſcatur. 6. 7.*
*Dolo non carere præſumitur, qvi mendaciis & calumniis utitur. 8.*
*Importunæ ſollicitationes qvæ ſint. 9.*
*An indignum ſe reddat, qvi coëgerit aliqvem ad ſe inſtituendum. 10.*
*An hoc caſu præjudicetur legitimis heredibus, ubi Reſponſum Facultatis. 11.*
*An ſuper ipſis importunis ſollicitationibus juramentum heredi deferri poſſit. 12. 13.*
*Legata ex teſtamento dictis illicitis modis extorto an præſtanda. 14.*

1 Licet non debeat qvis prohibere teſtari volentem, licitum tamen eſt blandô ſermone
iratum placare teſtatorem. *Hartm. Piſt. p. 1. qv.*
2 *29. n. 2. Peregr. d. t. 6. n. 6.* Qvod ad legata Eccleſiæ per blanditias procurata extendit *Carpz. loco
mox allegando*; modo abſit mendacium etiam officioſum. Nam DEO non ſervitur per mendacia, etiam, ut vocant officioſa, & pia fraus
DEO diſplicet. Si bona opera diligentius urgerentur, nec mendaciis nec blanditiis opus fo-
3 rět. Sed ſi qvis heres Prælati blanditiis ingreſſus fuerit monaſterium, hoc non ſuccedit, ſed ſubſtitutus. *Peregrinus de fideicom. art. 28. num. 95.*
& alii, qvos refert *Vinc. Fuſar. de ſubſt. q. 429. n.*
4 *72. Carpzov. p. 3. c. 5. def. 7. & 10. n. 6.* Jam dictæ blanditiæ approbantur, modò cum blanditiis
non concurrat 1. metus violentiæ. *Peck. de teſtam. conjug. l. 1. c. 9. n. 1. Manz. in cent. dec. qv.*
5 *31. n. 31.* vel importunæ ſollicitationes, qvæ per confeſſionem ipſius teſtatoris, vel ex aliis præſumptionibus probantur. *Menoch. l. 4. præſ.
11. & ſeq. Carpzov. p. 3. conſt. 5. def. 12. & ſeq. Ber-*
6 *lich. p. 3. concl. 7.* Prohibere autem videtur, qvi impedit, ne teſtes convenirent, ut in facto fieri
ſolet. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 395. n. 36.* ſi fiat doloſè. *Peregrin. de jure fiſci l. 2. tit. 6. n. 28.* cujus
7 exemplum habetur in *Baldo vol. 3. conſ. 285.* Vel ſi qvis aliud reqviſitum impediat per dolum,
8 de cujus probatione *Berlich. p. 3. concl. 7.* Qvi mendaciis utitur & calumniis, in eo præſumitur
dolus. *Hartm. Piſt. d. l. n. 4. Pantſchman. lib. 2. q. 21. n. 59. Rice. collect. dec. 481. Gail. lib. 2. obſ. 117. n. 4. Pruckm. vol. 1. conſ. 12. n. 26. Carpz. l. 2. Juriſpr. Eccl. d. 322. n. 6. Surdus conſ. 373. n. 2. Klock. conſ. 107. n. 48. Petr. Peck. de teſtam. conjug. l. 1. cap. 3 & l. 4. c. 3. Menoch. lib. 2. Arb. Qv. caſ. 395. n. 41. Carpz. p. 3. c. 5. def. 8. & ſeq. Wiſſenb. d. 59. th. 11. Sande l. 4. tit. 1. def. 11.* ubi de reverentiali
metu etiam agit. De duris ac importunis ſoli- 9
citationibus tractat *Carpz. p. 3. c. 5. def. 9.* v. gr. ſi amorem conjugalem deneget, niſi ſe inſtituat, vel ſi nimius metus reverentialis. *Petr. Peck. l. 1. c. 9. n. 7. Cothman. lib. 1. Reſp. 29. n. 148. Molina de juſt. & jure tr. 2. d. 135. n. 7.* Ex hoc textu probare vult *Clarus §. fin. q. 79. in fin. Menoch. d.
c. 395. n. 5.* illum reddere ſe indignum, qvi coë- 10
gerit aliqvem ad ſe inſtituendum, qvi error multis communis eſt, & *Menochio* familiaris in *caſ. 1. 2. 3. & 4. &c.* ubi ex hâc erroneâ opinione multa inducit; licet non præjudicet proximiori aut pari in gradu conſtituto; ſed indignus propriè non eſt, inſtitutio verò eſt nulla.
*l. 1. C. h. t. & l. 20. §. fin. de Teſtam.* Et hoc non 11
præjudicat legitimis, aliter enim jus naturale læderetur, nec applicat hæreditatem Fiſco. *Jaſon. in d. l. 1. n. 3. Vasq. de ſucceſſ. creat. §. 17. n. 5. & ſeq. Carpz. p. 3. c. 5. def. 16. Bachov. ad Weſemb. h.* Et ferè in effectu conſentit etiam *Clarus §. Teſtamentum q. 79. in fin. Pantſchman. l. 2. q. 24. n. 38.* Et ita pronunciatum in Facultate 9. April. Ao. 1653. Teſtamentum enim plenam & liberam facultatem, liberum ſtylum exigit. *Vasq. de l. Peregr. de jure fiſci lib. 2. tit. 3. n. 13. & 5. conſ.
not. ad d. l. 1. C. h. tit.* Sed an ſuper ipſis impor- 12
tunis ſollicitationibus juramentum heredi deferri poteſt? Reſp. ſi criminaliter agatur, non poſſe deferri, tradit *Carpz. p. 3. c. 5. def. 14. num. 3. & ſeq.* qvamvis ab eo allegati Dd. nonnulli, ſi non omnes, de juramento neceſſariô loqvan-
tur, ut *Fachinens, Seſſerus.* Si tamen civiliter aga- 13
tur ad hereditatem, heredi ab inteſtato applicandam, non video, cur non deferri poſſit juramentum, & ratio, qvâ fortè aliqvis moveri poſſit in contrarium, apprimè falſa & inepta. Nam ideò juramenta judicialia inventa, ut ſuper factis illius, cui juramentum defertur, veritas explorari poſſit, qvam deferens non enunciabit
facti ignarus. Licet autem ipſum metu, vel im- 14
portunis ſollicitationibus, aut dolo extortum, legata tamen in eo relicta, niſi in his vitium probetur, valida ſunt. *Carpz. p. 3. c. 5. def. 17.*

## Titulus VII.

# De Jure Codicillorum.

### Ad Rubr.

*SUMMARIA.*

*Codicilli in quibus à teſtamento differant. n. 1.*
*Mulier in Codicillo teſtis eſſe poteſt. 2. 3.*
*Teſtes non rogati in codicillo ſufficiunt. 4.*
*An legatarius hic poſſit eſſe teſtis. 5.*
*Teſtes in Codicillo eodem tempore adeſſe debent. 6.*
*Codicillus alius ſcriptus, alius nuncupativus. 7.*
*Subſcriptio & ſubſignatio an in Codicill. neceſſaria. 8.*
*Comparationes quædam Codicillorum & teſtamentorum. 9. 10. 11.*

Codi-

1 Codicilli differunt à teſtamento 1. forma
interna. Nam in hoc neceſſaria hære-
dis inſtitutio, non in illis, nec ibi eſſe
poteſt. 2. Forma externa. Nam in hoc,
ut notum, ſeptem, in illis qvinqve tantum re-
2 qviruntur teſtes; Et in illis etiam mulieres ad-
mittuntur. Sicut multos allegat. *Farin. qv. 59.
num. 64. & ſeq. Maſcardus de probat. concl. 308.
num. 6. & concl. 467. num. 7. Barry de Succeſſ. lib. 1.*
3 *tit. 1. n. 10.* Et ſic in teſtamento, qvod vigore
clauſulæ codicillaris ſuſtinetur, ſufficiet mulier,
4 *Farin. d. l. num. 66.* Nec rogatos in codicillis te-
ſtes eſſe oportet. *Carpz. p. 2. dec. 152. num. 24.* qvia
non ad ſolennitatem, ſed ad probationem teſtes
reqviruntur, non tamen ſine omni ſolennitate,
qvia regulariter 5. reqviruntur. *l. ult. §. ult. C.*
5 *h. tit.* In codicillis legatarii teſtes eſſe non poſ-
ſunt. *Farin. q. 60. num. 308. & Maſc. concl. 308.
num 7.* licet diſſent. *Carpz. p. 2. dec. 152.* Sed in
6 teſtamento ſecus. Sed in eo tamen Codicilli
cum teſtamento conveniunt, qvod teſtes eo-
dem tempore adhibendi. *l. fin. §. fin. h. t. Carpz.*
7 *d. l. in fin.* Et qvod exemplo teſtamenti alius ſit
ſcriptus Codicillus, alius nuncupativus, ut com-
muniter ſentiunt Dd. *Petr. Greg. l. 43. Syntagm.
c. 1. num. 4. Donell. l. 7. c. 18. lit. G. & ibi Hilliger.*
8 *Bach. v. 2. d. 10. th. 8. lit. C. & D.* Et ut in teſta-
mento ſubſcriptio neceſſaria, ita & in Codicil-
lo, licet non ſubſignatio. *Barry lib. 1. tit. 6. num.
6. Graſſus §. Codicillus. n. 10. & ſeqq. Molina d.
131. num. 6.* licet repugnet *Vasq. de Succ. creat.*
9 *§. 25. num. 25.* Et ſi codicillans literas neſciat,
ſupernumerario teſte opus eſſet. *conſ. Carpz. dec.*
10 *147.* Et ut teſtes in teſtamento adhibitos in con-
ſpectu teſtatorem habere oportet, ita etiam in
Codicillis, ob timorem falſitatis. *Reuſnerus de
Teſtam. p. 3. c. 13. num. 16. Menoch. l. 2. A. Q. caſu*
11 *475. num. 24. Barry d. tit. 6. num. 4.* Et qvando
in teſtamento qvibusdam in caſibus duo teſtes
ſufficiunt, in iisdem caſibus magis ſufficient in
Codicillis. *Covarruv. part. 3. de Teſtam. num. 21.
Barry d. t. 6. n. 2.*

## ad L. Sæpiſſimè. 1.

*SUMMARIA.*

*Qui teſtari vult, non præſumitur codicillari. n. 1.*
*Clauſula Codicillaris an in teſtamento præſu-
matur. 2.*
*Si à Notario appoſita, voluntate teſtatoris hoc fa-
ctum præſumitur. 3.*
*Effectus Clauſulæ Codicillaris. 4. 5.*
*Clauſula Codicillari æqvipollens. 6.*
*Quid operetur Clauſula Codicillaris, ſi turpis per-
ſona inſtituta. 7.*

1 Qvi teſtari vult, codicillos facere non præ-
ſumitur. *Hic & l. 29. ſupr. de teſtam. l. 41. §.
3. ſupr. de vulg. & pup. ſubſt.* qvia ſunt ſpecies di-
verſæ. *l. 7. C. h. t. Zepper. de Codicil. c. 2. num. 16.*
niſi expreſsè addatur clauſula Codicillaris. *l.
ult. §. 1. h. t. Don. lib. 7. c. 18. lit. B.* ubi *Hill.* no- 2
tat, clauſulam codicillarem in teſtamento non
præſumi, niſi in teſtamento ad pias cauſas, in-
ter liberos, aut militari. *Mantica de conject. lib.
1. tit. 9. Menoch. l. 4. præſ. 31. n. 9. H. Piſt. p. 4. q. 9.
n. 19. Clarus §. Teſtamentum q. 8. n. 7. Carpz. p. 3.
c. 4. def. 38. & dec. 15.* Nec præſumitur hæc clau- 3
ſula pro conſvetudine à Notario adhibita, ſed
potius voluntate Teſtatoris, ſi non ſpeciali, ta-
men generali. *Danth. de Teſtam. n. 165. Menoch.
l. 4. præſ. 31. n. 1. Carpzov. lib. 6. Reſp. 7. n. 21. & ſ.*
Hujus clauſulæ effectus eſt, ut ſi jure teſtamen- 4
ti non valeat diſpoſitio, valeat tamen jure co-
dicilli, vel donationis mortis cauſa, vel legati,
aut fideicommiſſi, aut cujuscunqve tandem ul-
timæ voluntatis. *l. 29. §. ult. de teſtam.* v. g. Si 5
qvis directò ſit inſtitutus nulliter, ob clauſulam
illam habetur pro fideicommiſſario. *l. 76. ad Tre-
bell.* ſic ſi ſcienter pater præteriit liberos, habe-
tur hoc pro fideicomm. ob clauſulam illam, vel
expreſſam, vel præſumptam, ac ſi filius præter-
itus rogatus eſſet, reſtituere hæreditatem hære-
di ſcripto. conſ. *Mantica l. 6. tit. 4. n. 14. Donell.
l. 7. c. 17. lit. D. & c. 19. Menoch. l. 4. præſ. 60. n.
71. Barry l. 1. tit. 6. n. 8. Molina tr. 2. d. 132. Vivius
dec. 422. num. 1. Gail. l. 2. obſ. 114. & quos refert
Carpz. dec. 155. p. 2. num. 3.* Cui clauſulæ æqvi- 6
pollet alia clauſula : *omni meliori modo &c.*
item: der zu rechte beſtändigſten Form/ Art und
Weiſe. *Marta de Clauſulis clauſ. 88. n. 6. Mantica
lib. 1. tit. 9. num. 11. & l. 3. tit. 14. num. 9. Cothm.
vol. 5. conſ. 4. num. 223. Hill. l. 7. cap. 18. lit. E.
Carpz. d. l.* Sed qværit ibi *Carpzov.* Si qvis præ- 7
terito fratre turpem perſonam inſtituit, cum
clauſula codicillari, an hæredi ſcripto, detracta
Trebellianica, debeatur hæreditas? qvod negat,
ne legi fraus fiat.

## ad L. Si qvis. 3. juncta L. Ab inteſtato. 16.

*SUMMARIA.*

*Si is, qvisqvis mihi heres erit, gravatus, hoc non
tantum ad heredem ab inteſtato, ſed & ad
poſthumum extenditur. n. 1.*
*Agnatione poſthumi codicillus non rumpitur. 2.*
*Niſi teſtamento confirmatus. 3.*
*Teſtamento rupto, an rumpantur codicilli. 4. 5. 6.*
*Ut valeant codicilli, reqviritur aditio hereditatis
ab inteſtato. 7.*

Si teſtator dixerit in codicillo; qvisqvis mihi 1
erit hæres, ejus fidei committo &c. qværitur,
an hæredes ab inteſtato gravaverit? & aff. Sed
qvid de poſthumo? Affirmatur & hoc, nam ſub
verbis generalibus videtur gravatus, licet
non in ſpecie. *Cephalus lib. 4. conſ. 58. num. 56.
& ſeq.* Agnatione autem poſthumi teſtamen- 2
tum qvidem rumpitur, ſed non codicillus;
nam & poſthumus relicta in codicillis

præſtare tenetur, qvia per codicillos non adimitur hæreditas, ut per teſtamentum. *Donell. lib. 7. c. 19. lit. K. & ibi Hillig. Vasq. de Succeſſ. progreſſ.*
3 *§. 30. num. 54.* Secus autem, ſi ſit confirmatus codicillus teſtamento. *Cujac. tom. 1. p. 772. & ſeq. Ant. Fab. lib. 15. Conject. c. 14. p. 502. Balduinus in repet. Auth. Ex cauſa. n. 90. vol. 8. Socinus l. 4. conſ.*
4 *95. n. 34.* Ex teſtamento ſive priùs ſive poſteriùs facto, codicilli confirmantur. *§. ult. h. t.* & ita corruente teſtamento, corruit codicillus in eo confirmatus, ut Teſtamenti pars. *Donell. d. c. 19. poſt*
5 *lit. G.* Secus, ſi jam rupto feciſſet pater codicillos. *l. 1. C. h. t. Donell. d. c. 19. lit. D.* Tunc enim per ſe valent, nec ad teſtamentum ruptum referuntur.
6 *Zepp. de Codicill. c. ult. n. 48.* Sic ſi teſtamentum ab initio nullum ob præteritos liberos, vel defectum ſolennitatis, per ſe ſtant codicilli. *Zepperus*
7 *d. l. plures citans.* Colligunt etiam ex *h. §.* & ex *§. 1. & 2. Inſt. de eo, cui libert. cauſ. bon. add.* ad validitatem codicillorum, etiam non confirmatorum teſtamento, reqviri, ut ab inteſtato adita ſit hereditas.

## ad L. Divi. 6.

*SUMMARIA.*

*IN Codicillis conditio heredi adſcribi neqvit. n. 1.*
*Cum pluribus Codicillis aliqvis decedere poteſt. 2.*
*Qvid ſi aliqvis proteſtatus, ſe nolle valere Codicillos, niſi à ſe ſcriptos. 3.*
*An Clauſula derogatoria in poſterioribus Codicillis ſit neceſſaria. 4. 5.*
*Teſtari non valens, nec codicillari poteſt. 6.*

1 IN codicillis conditio hæredi antea in Teſtamento pure inſtituto adjici non debet, qvia ita adimeretur hæreditas, qvæ tamen directo, nec dari nec adimi poteſt in codicillis: hæc in *princ.* legis. *confer. Don. lib. 7. c. 19. in fine.* Cum pluribus autem codicillis invicem non contrariis qvis de-
2 cedere poteſt; ſed non cum pluribus teſtamentis. Rationem collocat *Hilliger in Donell. d. c. 19. lit. H.* in natura ſucceſſionis univerſalis, qvæ apud
3 plures in ſolidum eſſe neqvit. Qvid ſi autem Pater vel alius expreſsè proteſtetur, ſe nolle valere codicillos, niſi à ſe ſcripti ac ſubſignati eſſent, poſtea verò fieri curet codicillum, à ſe neq; ſcriptum, nec ſigillatum, qværitur, an valeat? Reſp. qvod ſic, qvia proteſtatio præcedens per factum con-
4 trarium ſecutum tollitur; ſed hoc ad clauſulam derogatoriam, qvæ in primo teſtamento propoſita in ſecundo Teſtamento non expreſsè abrogatur, extendendum non eſt, uti in ſua ſpecie facti declarat *Hipp. Rimin. vol. 3. conſ. 235. n. 76. & ſeq. Ant. Rubeus in repet. l. non ſolum §. morte n. 221. ff. de Operis novi nunt. vol. 5.* Non diffiteor tamen *Covarr. de Teſtam. p. 2. Rubr. n. 75.* ſupplere hunc §. ita ut ex aliis textibus ſubaudiatur, ſi in ſecundo
5 Codicillo prioris clauſulæ fiat mentio. Sed malo ſubſiſtere in codicilli natura, nam plures codicilli relinqvi poſſunt, & poſterior ſemper derogat priori, qvando contrarius & qvatenus talis eſt. *l. 3. C. h. t. Vasq. de ſucc. creat. §. 30. n. 52.* Etiamſi prior habeat clauſulam derogatoriam, ut hic *Menoch. l. 4. præſumpt. 136. num. 30.*

In §. pen. habetur regula, qvod qvi teſtari 6
non poteſt, ne qvidem codicillari poſſit; qvod nonnulli ſolent extendere ad caſum ſtatuti, ſi ſtatuto qvis prohibeatur teſtari, qvòd etiam codicillari non poſſit. Sed univerſale id eſſe non exiſtimo: Sed attendendam putarem cauſam ſtatuti. Sane illam ſententiam 11. rationibus refutare nititur *Vasqvius de ſucc. progreſſu §. 30. num. 32.*

## ad L. Conficiuntur. 8.

*SUMMARIA.*

*FIdeicommiſſum codicillo ab herede legitimo relinqvi poteſt. n. 1.*
*Heres legitimus an habeat remedium* L. fin. C. de Edict. D. Adrian. 2.
*Gravatus univerſali fideicommiſſo, excepta certa qvantitate; ſi de hac non teſtetur, ea perinde ad fideicommiſſarium tranſit. 3.*
*Cui non competit facultas teſtandi, illi nec codicillandi. 4.*
*Qvod limitatur. 5.*
*Codicilli per arrogationem rupti, per emancipationem reconvaleſcunt. 6.*
*De re aliena non poteſt condi teſtamentum. 7.*
*Si qvis ſuper rebus propriis & alienis teſtetur, pro parte valet teſtamentum. 8.*

FIdeicommiſſa relinqvi poſſunt per codicil- 1
lum, etiam à ſuccedentibus ab inteſt[illegible]o, qvia, dum non adimit iis hæreditatem, dediſſe
videtur. *Don. lib. 7. c. 16. lit. E.* Unde nonnulli 2
inferunt, etiam remedium *Legis fin. C. de Edict. D. Adriani tollend.* ad ſucceſſores legitimos pertinere, qvos refutat *Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſ.*
*n. 73.* Et licet hic dicatur, venientes ab inteſtato 3
tacitè ex voluntate defuncti venire; tamen impropriè hoc accipiendum eſſe, cum ex diſpoſitione legis propriè veniant, monet *Menoch. vol. 2. conſ. 156. n. 15.* Melius ex hoc textu probatur, qvod, qvi oneravit hæredem univerſali fideicommiſſo, ut tamen de mille thaleris liberè diſponere poſſit, ſi de iis hæres non teſtetur, velit, ut ad legitimos hæredes illa 1000. perveniant. *Mant. lib. 7. tit. 7. n. 14. Roſenthal. de feudis c. 9. memb. 1. concl. 40. num. 20.*

*Ad* §. 2. Codicillos is qvidem tantum facere 4
poteſt, qvi teſtari poteſt. *l. 6. §. pen. h. t.* ita qvia mutus & ſurdus natura teſtari non poteſt, ita nec codicillari, *per l. Diſcretus 10. C. qui teſtam. fac.*
*poſ. Zepp. de Codicill. c. 5. n. 39.* Ita nec filiusfami- 5
lias codicillari poteſt, nec teſtamento ejus ſuccurrit clauſula codicillaris, *Zepperus d. l. num. 21.* Sed hoc explicatur in h. §. 2. ſi teſtari impediatur impedimento juris, non facti. *Hilliger. d. c. 10. lit. A. P. Gregor. lib. 43. Syntagm. c. 1. num. 5. Conf.*

Roland.

*Roland. à Valle conſ. 81. n. 7. 27. & 51.* Nam ſi de
facto ob impedimentum aliqvod non poſſit te-
ſtari, poteſt tamen codicillari. *Zepp. d. c. 5. n. 20.*
6 *Ad §. 3.* Fecit qvis teſtamentum, & in eo
confirmavit Codicillos, poſtea, ſe arrogandum
dedit, & jam fecit codicillos, poſtea verò eman-
cipatus eſt, qværitur, an legata in codicillis reli-
cta valeant? Videtur qvod non, qvia tum de re
aliena diſpoſuit; ſed affirm. qvia dum ſui juris
mortuus, jure Prætorio reconvaleſcit teſtamen-
tum, & ſic etiam codicilli in eo confirmati.
*Dauth. de teſt. im. tit. qvi teſtam. fac. poſ. num. 202.*
7 *Zepp. de Codicill. c. 5. n. 72.* Notes hic, de re alie-
na teſtamentum fieri non poſſe. *Gomez lib. 1. re-
ſol. c. 10. num. 16. Manz. Tr. de teſtam. tit. 6. qvæſt.*
8 *12. n. 9.* Qvod autem de muto hic dicitur, vide-
tur abrogatum *per l. 10. C. qvi teſtam. Zepp. de Co-*
9 *dicill. c. 5. n. 44.* Hinc qværitur, ſi qvis teſtamen-
tum fecerit partim ſuper rebus alienis, partim
ſuper propriis, an teſtamentum pro parte vale-
at? Qvod affirmaverim, qvod teſtamentum ſu-
per rebus Feudalibus & Allodialibus factum, pro
parte valeat. *Berlich. p. 1. dec. 49.* qvia propter
diverſitatem patrimonii fieri poteſt, ut qvis par-
tim teſtatus, partim inteſtatus decedat. Et ſic li-
mitat *l. 7. de R. J. Gail. l. 2. obſ. 124. n. 13. & ſeq.*

## ad L. Qvod per manus. 10.

*SUMMARIA.*

Q*Væ in teſtamento invalido ſcripta, in codicillo confirmari poſſunt. n. 1.*

*Indignus hereditate aliqvis in codicillis declarari poteſt. 2.*

*Heres obſcurè ſcriptus, codicillo confirmari poteſt. 3.*

1 NOn poteſt confirmari teſtamentum per co-
dicillos, nec hæreditas dari poteſt in codi-
cillis. Sed illud accipiendum de teſtamento va-
lido, & de iis, qvæ in ipſo continentur. Qvando
autem teſtamentum eſt nullum & inutile, tunc
id qvod diſpoſitum eſt in teſtamento, poteſt in
Codicillo confirmari, non qvidem eo modo, qvo
in teſtamento diſpoſitum eſt, ſcilicet ut valeat
jure directo, qvia in codicillis non datur nec adi-
mitur hereditas; ſed ut ea relicta debeantur jure
fideicommiſſi. *Aug. Berous vol. 2. conſ. 2. num. 29.*
2 Indignus tamen hæreditate in Codicillis decla-
rari poteſt. *l. 4. C. de his qvibus ut indignis. Manti-*
3 *ca de Conject. l. 6. tit. 4. num. 7.* Sic in Codicillis
poteſt declarari hæres in teſtamento obſcurè
ſcriptus. *l. 77. ſupra de hered. inſt. Gniſſius §. Codi-
cillus num. 18. Mantica d. c. 4. num. 3. Barry de ſucc.
l. 1. tit. 6. num. 9.*

## ad L. Qvi gravi. 11.

*SUMMARIA.*

A*N libertas fideicommiſſaria debeatur, ſi defunctus gravıditatem uxoris ignoraverit, & poſtea filium ſuſceperit. n. 1.*

*Legata ex rupto teſtamento non debentur. 2.*

PAter, qvi prægnantem uxorem ignorabat, per 1
codicillum relinqvit fideicommiſſariam li-
bertatem; à filio nihil qvidem debetur mero ju-
re, *per L. pen.* ſed ex æqvitate debetur libertas,
ita tamen ut ſolus filius gravetur fideicommiſſo.
*Cujac. tom. 4. p. 446. conſ. Fach. lib. 4. qvæſt. 14.*
ubi ex *h. l.* probat, legata in teſtamento per 2
agnationem ignorante teſtatore rupto, relicta
non deberi.

## ad L. Illud. 13.

*SUMMARIA.*

E*X legatis & ſubſtitutione præſumitur voluntas teſtandi. n. 1.*

*An ſola ſubſtitutio voluntatem teſtandi inducat. 2.*

*An ſi de voluntate teſtandi conſtet, aliqvid operetur clauſula codicillaris. 3.*

EX relictis legatis & ſubſtitutione facta præſu- 1
mitur teſtator voluiſſe teſtari, non codicillari.
*Mant. lib. 5. tit. 2. n. 4. Socin. in l. 1. n. 121. de Le-*
*gat. 1.* An autem ſubſtitutio ſola ſufficiet, qvod 2
teſtari voluiſſe præſumatur? Negat hoc *Mantica*
d. l. qvia jure veteri non poterant valere legata,
niſi ex teſtamento. Sed inuta hæc opinio, qvia
ex inſtitutione hæredis, vel ſubſtitutione, vel
exhæreditatione præſumitur voluntas teſtandi.
*Menoch. l. 4. præſ. 3.* licet appellaverit codicillum
*Menoch. d. l. n. 2.* Et præſupponendum eſſe, mo-
net *Mantica d. l.* adhibitos fuiſſe 7. teſtes, nam ſi
qvinqve tantum adhibiti, fruſtranea foret hæc
qvæſtiò, an voluerit teſtari, nam cum de aliqva
circumſtantia qværitur, in cæteris habilitas præ-
ſupponitur. Sed qværitur, ſi conſtet teſtatorem 3
voluiſſe teſtari, an clauſula codicillaris nihil ope-
retur? Qvod ita tradunt *Beſoldus conſ. 303. n. 48.
Carpz. p. 3. c. 1. d. ult.* Sed putarim, ex hac ipſa
clauſula apparere voluntatem eventualem Te-
ſtatoris, qvod in eventu codicillari voluerit.
*Barry d. l. t. 1. 6. num. 8. Pantſchman. l. 2. qvæſt.
14. num. 13.*

## ad L. Ab inteſtato. 16.

*SUMMARIA.*

C*Odicillus qvando agnatione poſthumi rumpatur. n. 1.*

*Heres ab inteſtato fideicommiſſo gravari poteſt. 2.*

*An poſthumus vi clauſulæ codicillaris, hæreditatem reſtituere rogatus cenſeatur. 3.*

COdicilli facti ab inteſtato agnatione poſt- 1
humi non tolluntur, ſi modo habeat poſt-
humus, qvod ipſi per leges debetur; ſed ſi codi-
cillus ſit factus cum teſtamento, ille hoc ſeqvitur,
& teſtamento rupto, etiam ille rumpitur, qvia per
codicillum hæreditas poſthumo non adimitur;
ſed is potius ab inteſtato hæres ſtatuitur, cum ab
eo legata relinqvantur. *Donell. l. 7. c. 19. lit. K.*
Collige, per fideicommiſſum hæredem ab in- 2



by Google

teſtato rogari poſſe, ut hæreditatem reſtituat, qvem teſtator in Codicillis nominaverit. *Carpz. p.3.c.4. def.35. conferatur Cujac. ad l.21. qvæſtionum Paul.*
3 Cæterum nonnulli ex hac lege probare volunt, qvod qvando nativitate poſthumi rumpitur Teſtamentum, tunc vi clauſulæ codicillaris in Teſtamento contentæ poſthumus rogatus cenſeatur hæreditatem reſtituere hæredi ſcripto in Teſtamento poſtea rupto. Sed negat hoc *Menoch. conſ. 499. & conſ. 1230. num. 26.* ubi reſpondet huic legi, qvod ea loqvatur de fideicommiſſis particularibus.

### ad L. Is qvi. pen.

*SUMMARIA.*

*CAſus Legis proponitur. n. 1.*
*Deciſio ſubjicitur. 2.*
*Exceptio in libertate. 3.*

PAter ignorans uxorem ſuam eſſe gravidam 1
codicillos ſcripſit ad filium abſentem, & cum qvibusdam fideicommiſſis oneravit, poſtea moritur, & vidua parit poſthumam, qværitur, 1. an filius teneatur ad omnia fideicommiſſa præſtanda in ſolidum? 2. an etiam poſthuma obligetur?
3. & qvid in individuis fideicommiſſis? Reſp. ad 2
primum negativè, ſed tantum ex dimidia parte tenetur: ad 2. iterum negando, nam de poſthuma nihil ſcivit, nihil cogitavit; ergo eam gravare voluiſſe non præſumitur: ad 3. hæc non debentur,
qvæ pro parte præſtari non poſſunt. Excipitur ta- 3
men libertas, qvæ in ſolidum obligat fratrem, ut partem ſervi æſtimationis ſolvat ſorori poſthumæ, & poſtea libertatem ex aſſe det per fideicommiſſum relictam. *Vid. Cujacius tomo 4. ad l. qui gravi n. h. t. ad lib. 19. qv. Papin.* Declarat hanc legem *Cephal. lib. 4. conſ. 585. n. 76. & pen. conſ. Ant. Faber lib. 3. conject. cap. 11. Benedictus de capra Reg. 111. n. 23.*

# LIBRI XXX.

## TITULUS I.

## De Legatis & Fideicommisſis. I.

### ad L. Per omnia. 1.

*SUMMARIA.*

*COmparatio Legatorum & fideicommiſſorum qvousq; procedat. n. 1. & 2.*
*Diſcrimen aliqvod reſiduum. 3.*
*Comparatio hæc an originem debeat Juſtiniano. 4.*

1 LEgata fideicommiſſis æqviparata, ut qvod in uno amplius favoris habetur, id ad alterum qvoq; ſit accommodandum. *hic & l. 2. C. Commun. de Leg.*
2 Sed hoc de ſingularibus fideicommiſſis non univerſalibus eſt intelligendum. *Zaſ. hic n. 13. Menoch. conſ. 272. n. 67.* ſcilicet, non debet legatum ſingulare cum fideicommiſſo univerſali conferri; ſed Legatum ſingulare cum fideicommiſſo ſingulari. *Menoch. d. l. Covarr.*
3 *in cap. Rainutius §. 30. n. 4.* Deinde adhuc in ſingularibus fideicommiſſis diſcrimen eſt in electione, an verba ad hæredem, an verò ad Legatarium dirigantur. *per l. 45. §. 1. h. t. l. 19. de legat. 2. Bachov. in Treutl. vol. 2. diſp. 13. th. 5. lit. A. Ant. Gomez lib. 2. reſol. c. 11. n. 43. Hartm. Piſt. p. 3. qv. 4. n.*
4 *3. Donell. lib. 8. c. 19. lit. R.* Cur autem exæqvationem ſibi tribuat Juſtinianus, cum tamen ab Ulp. notata. *Menoch. rem. 2. ret. poſſ. n. 6.* ejus ratio forte fuit, qvod hoc ſparſim & dubitativè à JCtis traditum. *Coraſ. l. 5. Miſc. c. 17.* qvanqvam *Wiſſenbach.* hanc legem à Triboniano interpolatam eſſe velit.

### ad L. Hæc verba. 3.

*SUMMARIA.*

*COnditio, qvæ tacitè ineſt, non facit legatum conditionale. n. 1.*
*Expreſſio eorum, qvæ tacitè inſunt, nihil operatur. 2.*

COnditio adjecta Legaris, qvæ ex neceſſitate 1
vel tacitè ineſt, v. g. Si hæres erit, vel ſi adierit hæreditatem, non facit legatum conditionale, & ideo legatum transmitti poterit. *Hic & l. 22. §. 1. Qvando dies Legati cedat. & l. 99. de cond. & dem.* Exceptio eſt in *l. 22. §. fin. & l. 65. §. 1.*
*h. t. Zaſ. hic n. 5.* Unde colligunt regulam: Ex- 2
preſſio eorum, qvæ tacitè inſunt, nihil operatur. *A. Barboſ. in repet. c. 2. X. de Reſcript. n. 99. Barb. lib. 5. c. 63. ax. 21. vid. Not. ad l. 6. §. 1. de Tutel.*

### ad L. Si qvis. 4.

*SUMMARIA.*

*ERror in nomine qvando noceat. n. 1.*
*Nomina appellativa ſunt immutabilia. 2.*
*Idem in nominibus rei arte factæ. 3.*
*Qvid ſi error in colore commiſſus. 4.*

ERror in corpore nocet legato; ſed ſi in nomi- 1
ne erratum, diſtingvitur hic inter nomina propria, & appellativa, ut, ſi in illo erratum, error non noceat, ſecus in hoc: qvia rerum nomi-
na appellativa, qvæ plerumqve à ſubſtantia rei ſu- 2
muntur

muntur, immutabilia ſunt. *His & l. 7. in fin. de*
*Suppell. legat.* ſecus in propriis. *Donell. lib. 8. c. 4.*
3 *in pr.* Qvod etiam de arte factis intelligendum.
*Zaſ. hic n. 20.* conf. *Barry lib. 2. de Succeſſ. tit. 6. n. 4.*
4 Sed qvid ſi in colore erravit? v. gr. cum legat
eqvum ſuum album, cum tamen non habeat, ni-
ſi flavi coloris eqvos: Nonnulli Doctores hic vo-
lunt valere legatum, ut illi, qvos recenſet *Me-
noch. conſ. 337. n. 31.* ſed ea ſententia non videtur
legi convenire. Ideoqve hæc traditio merito ne-
gatur à *Menochio d. conſ. 337. n. 37.*

## ad L. Servi electione. 5.

*SUMMARIA.*

*Legatarius, qvi ſemel elegit, variare non poteſt. num. 1.*
*Vidua eligendo dotem poſtea portionem ſtatutariam petere non poteſt. 2.*
*Limitationes Regulæ. 3.*
*Vidua petendo dotalitium, amittit dotem. 4.*
*Re communi legata, tantùm portionem teſtatoris capit Legatarius. 5.*
*Aliud, ſi rem cum herede communem legaverit. 6.*

1 QVando electio legata legatario, & hic ſemel
elegerit, non poteſt poſtea variare, ſi modo
omnes res ejusdem ſpeciei ipſi fuerint repræſen-
tatæ, & eligens fuerit major & ſui juris. *Hic & l.
apud Auſidium 20. ff. de Opt. leg. Zaſ. hic & Rimin.
conſ. 112. n. 30. vol. 2. Tiraq. in L. Boves. §. hoc ſer-*
2 *mone. de V. S.* Et qvia electio illa ſecum trahit
executionem de jure & facto, ideò non admitti-
tur variatio; Et per hanc legem & ſimiles probat
*Car. Molinæus in Conſvet. Pariſ. tit. 1. §. 16. in verb.
del qvil. &c. n. 10.* viduam, qvæ habet jus eligen-
di, vel illata, vel portionem ſtatutariam, alteru-
3 tum eligendo variare non poſſe. Limitatur au-
tem regula, qvod electione ſemel facta, jus eli-
gendi conſumatur, niſi 1. cohæredes electionem
impugnent. 2. niſi electio ſit inefficax. *arg. l. 11.*
4 *§. pen. de Inſt. act.* Sic vidua petendo & eligendo
dotalitium, amittit dotem, *per hunc text. & arg.
l. fin. pr. C. de Codicill. Hartm. l. 1. q. 4. n. 20. Berl.
p. 2. concl. 52. n. 4.* niſi dolo hæredum læſa gravi-
ter ſit. *Petr. Peck. de Teſt. Conjug. lib. 1. c. 32. n. 7.
Berlich. d. l. n. 6.*
5 *Ad §. fin.* Re teſtatori cum alio communi le-
gata, videtur portio teſtatoris legata. *Zaſ. hic &
Barb. lib. 3. c. 32. ax. 5.* cujus duæ rationes, 1. qvia
non præſumitur gravare voluiſſe hæredem one-
re redimendi partem alterius ſocii, nec gravare
ſocium, eum compellendo ad venditionem.
6 2. qvia legatum ſtrictè intelligendum. Sed qvid
ſi teſtator legavit rem cum hærede communem?
Reſp. diſpoſitionem legis hic locum non habe-
re, qvia ceſſant illæ rationes, *poſt Dd. hic Menoch.
conſ. 349. n. 16.* ubi etiam regulam textus limitat,
ſi in contrarium extent conjecturæ & præſum-
ptiones, v. gr. ab inæqvalitate evitanda, ab ob-
ſervantia ſubſecuta, vel ſi in aliis fundis commu-
nibus dimidiam partem expreſſit,

## ad L. Stichum. 6.

*SUMMARIA.*

*QVid ſi ſervus legatus, qvi meus eſt cum moriar. n. 1. 2.*
*Demonſtratio ex futuro facit conditionem. 3.*

LEgat aliqvis mihi Stichum his verbis: qvi 1
meus erit, cum moriar: ſed tempore mortis
non ſui teſtatoris, qvær. ergo, an mihi debeatur?
Deciſio ex alia qvæſtione pendet: an hæc verba
conditionem, an verò demonſtrationem impor-
tent? ſi illud, tunc non debetur legatum, con-
ditione deficiente; ſin hoc, debetur; qvia falſa
demonſtratio legatum non vitiat. Et approba- 2
tur hic prius, qvod ſit conditio: ideo ſi totus
alienatus Stichus, extingvitur legatum; ſin pro
parte ſine neceſſitate alienavit, pro parte ea tan-
tum extinctum eſt legatum. Demonſtratio ex
futuro ſumpta facit conditionem. *Hic & l. Nu-
per 85. de legat. 3. & l. 34. pr. de leg. 2.* Nam res de- 3
ſignandæ notis præſentibus, ut certæ fiant non
ex futuro tempore, qvo qvales res ſint futuræ,
nunc ignorantur. *Donell. lib. 8. c. 31. lit. E. & ibi
Hill. Berous vol. 1. conſ. 53. n. 21.* Exceptiones hu-
jus regulæ aliqvas recenſet *Zaſ. ad h. l. num. 5.
& ſeqq.*

## ad L. Si ex toto. 8.

*SUMMARIA.*

*Legatum diminui & augeri poteſt. n. 1.*
*Modo id fiat voluntariè. 2.*
*Alternativa inter duos gravatos poſita in ſolidum obligat. 3.*
*In teſtamento duo rei conſtitui poſſunt. 4.*
*Qvi ab uno correo partem accepit, an & qvoad reſiduum contra eum agere poſſit. 5.*
*Electio in alternativis eſt Legatarii. 6.*
*An hoc caſu partem ex uno, partem ex altero eligere poſſit. 7. & 8.*
*Nobilis electionem habens, an operas, an pretium à ruſticis exigere velit, an partim operas, partim pretium petere poſſit. 9.*
*Alternativa pro parte acceptilari poteſt. 10.*

SI teſtator aliqvid deminuat de re legata, lega- 1
tum etiam minuitur; idem, ſi auxerit, qvia
oppoſitorum eadem eſt ratio. *hic & l. 18. infr. de
adim. leg.* Sed hoc de diminutione & alienatione 2
voluntaria, non neceſſaria accipiendum eſt, *per
l. 11. §. 12. de legat. 3. Zaſ. hic & Don. lib. 8. c. 17.
lit. L. & ibi Hill.* Alternativa poſita inter grava- 3
tos, in ſolidum obligat. *§. 1. h. l. 8. Zaſ. hic n. 3.
Caball. in tr. de Divid. & indiv. p. 3. n. 153. & ſeqq.*
ubi ex textu notat, eſſe qvaſi correos, & hoc facit
particula Alternativa. Unde ſeqvitur, qvando
duo alternativè ſe obligant, qvod tunc ſint qvaſi
cor-

correi debendi, & ſic in ſolidum ſint obligati;
ut ex hoc textu citatis aliis notat *Carvett. conſ.*
*545. Doring. in Biblioth. voce Altern. n. 176. & ſeq.*
4 *n. 9. vol. 3.* Et ſic in teſtamento etiam conſtituun-
tur duo Rei debendi. *Cujac. hic t. 2. p. 802.* Sed
5 ſi ab uno partem acceperit, poterit vel alte-
rum, vel eundem, qvi partem ſolvit, convenire
de reliqvo. *Doring. d. l.* Cui videtur obſtare *L. ſi*
*creditores C. de pact.* qvæ tamen accipienda de eo
caſu, ſi creditor admiſerit unum reum debendi
pro ſua parte ſolventem, i. e. eâ conditione ac-
ceperit, ne ab eo amplius peteretur. *Cujac. hic.*
Et habet hic §. etiam locum in contractibus.
6 *Hart. Piſt. qv. 9. n. 2.* In *§. ult.* hujus legis propo-
nitur hæc ſpecies. Octo ſervos legavit teſtator,
aut pro ſingulis decem thaleros. Electio in lega-
7 tis alternativis eſt legatarii, de qvo alibi. Hic
qværitur, an legatarius qvatuor ſervos, & pro re-
liqvis pecuniam petere qveat? Qvod hic nega-
tur, qvia unum eſt legatum, & alternativæ obli-
gationes diviſionem non recipiunt. *Donell. ad l.*
*2. §. 1. de V. O. n. 17. Doring. in Bibliotheca Juridi-*
*ca in voce Alternativum, n. 182.* ubi ait, legata-
rium non poſſe eligere partem in uno, partem in
8 altero. *Cludius de condict. indeb. n. 58. & ſeqq.* Col-
lige etiam, alternativum eſſe unum, qvoad præ-
ſtationem *Doring. d. l. n. 192. Dd. hic.* Incidit
9 mihi qvæſtio: Domino alicujus pagi electio
competit, utrum ſervitia à ruſticis exigere, an ve-
rò eorum æſtimationem pecuniariam petere ve-
lit, an audiendus ſit, ſi velit partim ſervitia, par-
tim æſtimationem pecuniariam petere? Qvod
non licere puto. *arg. hujus leg.* maximè ſi operas
majores exigat, pro levioribus verò pretium;
niſi ruſtici nullum intereſſe allegare qveant. *vid.*
10 *hic Jaſon. n. 6.* In acceptilatione alternativa ſe-
cus, qvia pro parte fieri poteſt. *Cludius d. l. n. 63.*

## ad L. Id qvod. 9.

*SUMMARIA.*

R*Es noſtra, qvæ apud hoſtes eſt, legari poteſt. n. 1.*
*An hoc caſu heres redimere teneatur. 2.*

RES qvæ fuit noſtra, poteſt legari, ſi apud ho-
ſtes reperiatur, ob ſpem poſtliminii. *hic &*
*l. 98. h. t.* Et inde hic *Br.* probat, Terram ſanctam
Carolo Regi à Pontifice dari potuiſſe. Sed ſpes
hic legata tantum videtur, & ideò hæres hanc
rem redimere, vel æſtimationem præſtare non
tenetur. Videtur enim legaſſe jus, qvod habet,
ut ſi qvacunq; ratione redeat, ſi legatarii. *Duar.*
*ad h. l. 9. & ex eo Hillig. ad Donell. l. 8. cap 11. lit. E.*

## ad L. Cum filiofamilias. 11.

*SUMMARIA.*

P*Ater ſi filio fideicommiſſum reſtituere teneatur,*
*an Trebellianicam deducere poſſit. n. 1.*
*Argumentum legis proponitur. 2.*

INſtitui filium Titii, & hunc Titium rogo, ut 1
reſtituat hæreditatem filio ſui juris facto; valet
fideicommiſſum, & non deducet pater Trebel-
lianicam, qvia non ut hæres, ſed ut pater reſti-
tuit hæreditatem: aliud verò in extraneo. Unde 2
argumentum legis hoc eſt, qvi capit commo-
dum per mediam perſonam ex alterius ultima
voluntate, poteſt onere fideicommiſſi gravari,
& ſi extraneo reſtituere debet, tunc Trebelliani-
cam detrahet; Si ei per qvem adqviritur, non
gravatus ut hæres, nec qvartam detrahet, & fidei-
commiſſario mortuo ante diem cedentem, fidei-
commiſſum remanet apud gravatum. *Bart. &*
*Zaſ. hic p. 141. & Don. lib. 8. cap. 10. per tot.* ubi
hanc legem & omnes ejus periodos excutit. Et
extant etiam 4. ſolennes repetitiones juris in
hanc legem, qvibus adde *Cujac. ad L. 9. Qvæſtio-*
*num Papinian. vol. 2. pag. 805.*

## ad L. Si mihi. 12. §. ult.

*SUMMARIA.*

I*N legatis voluntas noviſſima ſpectanda. n. 1.*
*Qvod limitatur & ſublimitatur. 2.*
*Aliud etiam in libertatibus. 3.*

IN legatis ſpectatur voluntas noviſſima. *Hic &* 1
*l. 87. de Condit. & dem.* v. gr. ſi legatum qvid
ſit ſub diverſis conditionibus, ſpectatur novis-
ſima conditio. Sic ſi prius datur legatum, poſtea
adimatur, hoc ſeqvemur. Si idem legatur purè,
poſtea ſub conditione, hoc legatum erit condi-
tionale, & contra. *Cujac. ad h. l. & hanc legem.*
*tomo 2. p. 811.* Niſi per priorem poſteriori dero- 2
getur voluntati, *per h. §.* qvod ſublimitatur: niſi
in poſteriori expreſsè dicat, ſe pœnitere prioris
diſpoſitionis. *l. 22. pr. de legat. 3.* cum nemo ſibi
hanc conditionem poſſit dicere, ne poſſit ean-
dem mutare. Idem in libertatibus fideicom- 3
miſſariis non directis. *l. 5. ff. de manumiſſ. teſtam.*
*d. l. 87. Donell. lib. 8. c. 4. & ibi Hill. lit. D. vide*
*not. infr. ad l. 22. de leg. 3.* Sanè in libertate ſub
diverſis conditionibus data, leviſſimum ſeqvi-
mur. *l. 1. ff. de Manumiſſ. Teſtam.*

## Ad L. Si ita. 14. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Legatum exiguius in dubio præſtandum.*

IN dubio id, qvod exiguius, præſtandum eſt. *hic & l. apud §. Sejo. h. t. & l. qvi concubinam §. 2. & l. nummis de leg. 2. l. ſemper in obſcuris. de Reg. Juris. vid. Finckelth. obſ. 20. num. 16. & qvos ibi allegat.*

## ad L. Si duobus. 16.

*SUMMARIA.*

S*I mihi & illi, qui in rerum natura non eſt, lega-*
*tus fundus, an ego integrum capiam. n. 1.*

*Colli-*

Google

*Collegatariꝰ ſi non in rerum natura, ceſſat jus accreſcendi. 2.*
*Reſpondetur ad* §. ult. *h. Leg.* 3.
*Si duo heredes gravati, & unus adeat, legata integra ſolvere debet.* 4.
*Si mihi & poſthumo rès legetur, an hoc non nato, ego integrum capiam.* 5. 6.
*In verbis conjunctis locum habet jus accreſcendi.* 7.
*Qvod caſu aliqvo declaratur.* 8.

1 QVidam legavit fundum mihi & filiæ Titii,
qvæ in rerum natura non eſt, qværitur, an
totum fundum habeam? Reſp. id videri ob jus
adcreſcendi; ſed negatur, qvia legata pars Titiæ
pro non ſcripta habetur. *l. pen. Inſtit. de his qvæ
pro non ſcriptis habentur*, & ideo non adcreſcit,
qvia pro non ſcripta habetur, & hinc ceſſat jus
adcreſcendi. *vid. Cujac. tomo 2do ad hanc l. p. 318.*
2 Qvando ergo collegatarius in rerum natura non
eſt, vel ab initio non conſtitit in ejus perſona,
alter legatarius partem tantum habet. *Hic & l.*
3 *23. §. 9. & l. 84. §. 8. h. t.* Sed videtur repugnare
*§. ult. h. l.* ſed principium loqvitur de legato,
qvod nunqvam conſtitit in perſona legatarii, i. e.
qvi tempore teſtamenti non erat in rerum natura.
Sed *§. fin.* de poſthumo, in qvo conſtitit
legatum. *Zaſ. hic.* Sed *Donellus lib. 8. c. 20. & ibi*
4 *Hill.* huic textui per *L. un. §. 3. & 11. C. de Caduc.
tollend.* derogatum eſſe putant. Sed ſi duo hæredes
gravati de legato exſolvendo, & unus non
adiit, tunc per jus adcreſcendi, ut pars hæreditatis;
ita etiam onus ad eum, qvi adiit, devolvi-
5 tur, per *§. 1.* Sed in *§. 2.* agitur de conjunctis verbis
& re ſimul, & de conjunctis verbis tantum,
v. gr. legavit qvis Titio & poſthumis naſcituris
fundum, hi ſunt conjuncti re & verbis, non nato
poſthumo, totum habebit Titius, jure adcreſcendi;
Nam licet poſthumus non ſit in rerum
6 natura, eſſe tamen ſperatur. Sed & ſi ita Titio dimidium
fundum, & poſthumo alteram dimidiam
fundi partem legavit, hi ſunt verbis tantum
conjuncti, & tamen inter eos datur jus ad-
7 creſcendi. Unde colligunt Dd. verbis tantum
conjunctos habere jus accreſcendi: nam qvia
viriles partes ſingulis aſſignatæ, ideo ſunt verbis
tantum conjuncti, & tamen datur jus accreſcendi.
*Bart. in l. Re conjuncti. 89. de leg. 3. Gomez lib.
1. reſolut. cap. 10. n. 32. Gœddæus in l. 142. d. V. S.*
8 *n. 10. Carpz. p. 3. conſt. 2. def. 14.* Unde cum aliqvis
Titio 1000. & Gajo totidem, & Berthæ totidem
légaſſet, & ſubjeciſſet hanc clauſulam: geſtalt
ich denn ihnen ingeſamt ſolche 3000. Thaler
hiemit legire/ præmortua Bertha, illius partem
collegatariis accreſcere, reſpondimus die 4. Maji
Anno 1646.

## ad L. Qui filiabus. 17. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*INſtitutio filiæ ad poſthumam extenditur. n. 1.*
*Qvod filiæ legatum, an poſthumæ debeatur.* 2.
*Pars una teſtamenti per aliam declaranda.* 3.
*Poſthumæ legatum, ſi duæ natæ, an ſingulis debeatur.* 4.
*Qvid ſi legatum heredi relictum.* 5.
*Prælegatum heredi relictum valet.* 6.
*Hereditas retento legato repudiari poteſt.* 7.

SI qvis filias inſtituit hæredes, videtur etiam 1
poſthumas inſtituiſſe *Pacius cent. 6. q. 5.* Sed 2
ſi filiabus leget, non ſtatim poſthumæ legaſſe videtur,
niſi in aliqva parte Teſtamenti poſthumæ
etiam mentionem faciat, qvod qvidem ex jure
antiqvo fluxiſſe, ad hanc *l. in tomo 2do* dicit *Cujac.
& Alciatus lib. 8. parergon. cap. 13.* Colligunt 3
tamen ex hoc, qvod una pars teſtamenti declaretur
per aliam. *Clarus §. teſtam. qv. 76. num. 5.
& ſeq. Dec. conſ. 15. n. 3. Socin. jun. conſ. 6. n. 16.
vol. 1. & conſ. 128. n. 211. Cephalus d. conſ. 53. n. fin.
& idem Cephalus l. 5. conſ. 656. n. 63.* ubi plurimos
refert, & hanc regulam declarat. Si qvis 4
autem poſthumæ legaverit 100. duabus poſthumis
natis, ſingulæ habebunt centum, & ita multiplicanda
illa ſumma, per *§. 1.* hujus legis; Cui
videtur obſtare *l. 7. ff. de rebus dubiis*, ſed ibi
alia ſpecies facti, ut infra patebit. *vid. Cujac. d. l.*
Qvando autem legatum alicui hæredi, ſi hæredi- 5
tatem adeat, pro ea parte qva hæres eſt, inutile
legatum; non ut ipſi, cui legatur, decedat legatum,
ſed qvia ejus à ſe ipſo nulla petitio eſt, &
qvod jam habet ut hæres, denuo capere non poteſt
ut legatarius. Ideoqve ratione ejus portionis
habet judicium familiæ herciſcundæ, ſcil. contra
cohæredes, nam qvoad partem cohæredum
valet legatum. Prælegatum verò indiſtinctè va- 6
let & deducitur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 9.* ſi repudiet
hæreditatem, totum legatum ipſi debetur; ſed
aliud eſſe putat *Hill. in Donell. lib. 8. c. 7. lit. C.*
ſi non ſit ſimplex legatum, ſed prælegatum, qvod
repudianti hæredi non debetur totum, ſed pro
parte cohæredum. *l. 75. §. fin. de leg. 2.* Colligitur 7
ex h. textu, poſſe hæreditatem repudiari & legatum
retineri. *Alex. lib. 3. conſ. 20. n. 12. Barry de
Succeſſ. lib. 11. tit. 22. n. 7.*

## ad L. Qvi duos. 20.

*SUMMARIA.*

*EX pluribus rebus ſi res legata, electio Legatarii. num. 1.*
*Ratio ſubjicitur.* 2.
*Exceptio proponitur.* 3.
*Alia Exceptio.* 4.

EX pluribus nominatis, ſi una res legata v. gr. 1
ex duobus fundis meis unum lego, electio eſt
legatarii, qvod etiam regulariter verum eſt in alternativis
teſtamento relictis. *§. 22. Inſt. h. t. &
l. 34. §. pen. h. t. & L. Lucio Titio. 23. de leg. 2.*
Qvæ eſt vulgatiſſima Exceptio regulæ, qvod in 2
Alternativis ſit electio debitoris. Exceptionis ratio
in eo, qvod alias Legatarius rem vindicare
non poſſet certam, ſi non haberet Jus eligendi.
*Gomez lib. 2. reſol. c. 11. n. 34.* Aliud eſt, ſi duos 3
Stichos habens, Stichum ſimpliciter legaverit.
*l. 32.*

*l. 32. §. pen. & l. 39. §. 6. h. t. Don. lib. 8. c. 19. poſt.*
4 *lit. N. Bach. d. 13. th. 5. lit. A.* Aliud etiam eſt,
ſi verba executiva ad hæredem directa, ubi ele-
ctio hæredis. *l. 19. ff. de leg. 2. Gomez d. l. n. 43.*
aut niſi teſtator neutrum ex alternativis habue-
rit. *l. 3. ff. de Tritico legato*, qvia in rebus ſuis le-
gandis, qvam in alienis comparandis faciliores
ſunt teſtatores *l. 67. §. 8. de leg. 2.* conf. etiam no-
tata *ad l. 1. de rebus dub.*

## ad L. Grege. 21. & ſeq.

*SUMMARIA.*

U*Niverſitati legatæ accedunt poſtea nata. n. 1.*
*Univerſitas ſi decreverit, qvod ſupereſt, debe-
tur. 2.*

1 UNiverſitati legatæ accedunt poſtea nata, ſive
vivo teſtatore ſive mortuo; ſecus ſi condi-
tionale legatum. *l. 22. §. 2. ad Trebell. Mant. lib.
7. tit. 10. n. 40. Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 5. n. 4. Si-
mon de prætis de interpr. ult. vol. lib. 4. int. 1. dub. 7.*
qvia fructus talium rerum pro augmento, & par-
te corporis legati habentur. *hic & l. 8. de pecul.*
2 *leg. Rauchbar. p. 1. q. 28. n. 22.* In L. ſeqventi verò
dicitur, univerſitate legata qvod ſupereſt deberi,
licet ad unicum tantum pervenerit; qvamvis
aliud in uſufructu. *l. ult. ff. qvib. mod. uſusfr. petat.*
qvia hic utilitatem ſeqvimur; in uſufructu, ne
plane abſit uſusfructus, ſubtilitatem. *Don. lib. 10.
c. 18. lit. B.*

## ad L. Si qvis bonorum, 23.

*SUMMARIA.*

B*Onorum parte legata, an fructus qvoq; ab hære-
de præſtandi. n. 1.*
*Deciditur. 2.*
*Limitatur. 3.*

1 LEgavit mihi qvis bonorum partem, v. g.
qvartam legavit, poſt mortem teſtatoris non
interpellavi hæredem, interim fructus collecti
ex bonis, qværitur, an fructus ego petere poſ-
ſim? videtur qvod ſic, qvia fundo legato fructus
tempore mortis pendentes debentur legatario,
qvia cum fundo ſunt unum corpus. *l. fin. §. pen.
quæ in fraud. cred. Carpz. p. 3. c. 13. def. 1. Mantica*
2 *de Conject. ult. vol. l. 7. c. 10. n. 24.* Sed contra-
rium hic deciditur, qvod fructus non debeantur,
qvia hic legata qvota bonorum, ubi non æqve
tranſiit dominium *Hill. in Donell. lib. 8. cap. ult. l.
C.* vel qvia non tam ipſa res, ex qva percipiun-
tur fructus, qvam æſtimatio venire in legatum
3 videtur. *l. 26. §. ult. h. t. Donell. l. 8. cap. 19. poſt lit. B.*
Sed à tempore moræ venient fructus, per *hanc l.
Copus de fructibus l. 2. tit. 3. Rauchbarus p. 1. q. 28. n. 21.*

## ad L. Qvod in rerum natura. 24. §. 2.

*SUMMARIA.*

A*Uſta re legata, etiam augmentum debetur. n. 1.*
*Poſſeſſio pertinentiarum ſeqvitur poſſeſſionem
rei principalis. 2.*

SI res legata augeatur per res additas, tunc et- 1
iam augmenta legata videntur. Hoc textu 2
utitur *Tiraqv. de Retr. Conſangv. §. 36. gl. 3. n. 4.*
qvando principale prædium vel caſtrum eſt ſub
hac Juriſdictione, pertinentiæ verò ſub alia,
tunc ſufficere, ſi apud principalis prædii ſuperio-
rem poſſeſſionem agnoſcam. Nam principale
ad ſe trahit minus principale. *c. acceſſorium. 42.
de R. J. in 6. Barboſa auctus lib. 14. c. 79. ax. 3. conf.
not. l. 91. §. pen. de leg. 3. & notata ad l. 10. d. leg. 2.*

## ad L. Non amplius. 26.

*SUMMARIA.*

Q*Uod conditionis implendæ cauſa datum, legato
detrahitur. n. 1.*
*Legatum perit legatario. 2.*
*Certa parte bonorum legata, qvid præſtare tenea-
tur heres. 3.*
*Filius an loco legitimæ certam partem petere poſſit.
num. 4. & 5.*

PRincipii ſpecies hæc eſt. Legatus mihi fun- 1
dus, ſi centum hæredi dederim, & per fidei-
commiſſum fundus ille relictus poſt meam mor-
tem tibi, an integrum fundum tibi tradere de-
beo, an verò detractis illis centum, pone fun-
dum emi poſſe 200. thal.? Reſp. hic detrahen-
dum eſſe, qvod conditionis implendæ cauſa de-
di *in pr.* qvod ad Falcidiam extendi negat *Cujac.
ad h. l. tomo 2. p. 833.* Pone mihi legata eſſe cen-
tum, ſi 10. dedero, an illa decem detrahenda?
N. In §. 1. dicitur, qvod legata res ex cepta mora 2
pereat Legatario, de qvo alibi. In *§. fin.* qvando 3
certa pars bonorum legatur, tunc in electione
hæredis eſt, ſolvere hanc partem in rebus ſingu-
lis vel in æſtimatione. *Gomez tom. 1. c. 12. num. 21.
Mant. lib. 9. tit. 8. n. 3. Barry lib. 9. tit. 6. n. 1. Si-
mon de Prætis. l. 5. interpr. 3. p. 1. concl. 136.* Sed ſi
diviſionem non admittant, præciſè æſtimatio
præſtanda. *Don. lib. 8. c. 19. poſt lit. B.* licet *Go-
mez & Barry*, locis citatis paulo aliter hoc expli-
cent. Qvod hic dicitur de legato, id ad legiti- 4
mam accommodat *Berlich. p. 2. dec. p. 280.* ut non
poſſit præciſè filius eligere hanc vel illam rem,
ſed ſufficiat, ſi rem offerat hæreditariam. Ego ſic 5
puto, filio deberi æſtimationem, ſed non poſſe
petere præciſè rem aliqvam hæreditariam pre-
tioſam, ſed ſufficere, ſi hæres arbitrio boni viri
vel judicis rem mediocrem offerat. Sed ad æſti-
mationem legitimæ aget, ſi pecunia parata ſit in
hæreditate, alias poterit res vendi, ubi hæredi
electio competit, modò qvantitas conficiatur.
*Conf. Qvetta conſ. 90. & Enkelius Baro de privil. pa-
rentum. priv. 14. c. 7. p. 1. Decianus v. 2. conſ. 79. n. 34.*

## ad L. Si creditori. 28. & ſeq.

*SUMMARIA.*

D*Ebitum creditori legatum non valet. n. 1.*
*Niſi in legato qvid amplius. 2.*
*An legato debito exceptio cenſeatur remiſſa. 3.*

1 RES mihi alias debita, ſi nihil amplius ſit in
legato, mihi legari neqvit. *hic & §. 14. Inſt.*
2 *h. tit.* Amplius autem eſt, ſi nova actio efficacior
priori ob remiſſam exceptionem, aut tempore ple-
nior, ſi forte vetus Prætoria, aut plenior rebus, ut
ſi in nova actione uſuræ, vel dominium ſtatim
3 tranſeat. *Don. lib. 8. c. 11. lit. P. & Q. & ibi Hillig.*
Idem obtinet, ſi debitor exceptione tutus, ubi le-
gando debitum, exceptionem remiſiſſe videtur,
ſive exprimat qvantitatem, ſive non. *Zaſius hic.*
Sed ſi creditor debitori leget rem debitam, tunc
exceptio, ſi qvam debitor habet, non videtur re-
miſſa, *per l. 13. de Liber. leg.*

## ad L. Talis ſcriptura, 30.

*SUMMARIA.*

*TEmpus legato adjectum, ad qvænam legata refe-
rendum. n. 1.*
*Clauſula, ad præcedentia & ſeqventia ſe extendit.
2. & 3.*

1 RELiqverat qvis varia legata, addita hac clau-
ſula: *qvas pecunias legavi, qvibus dies appoſitus
non eſt, tertio anno ſolvi volo:* hæc clauſula non ad
corpora vel ſpecies, nec ad legata præſentia, vel
ſingulis annis relicta, nec ad conditionalia, nec
ad res fungibiles, qvando ut ſpecies conſideran-
tur, ſed ad pecunias, ſeu res fungibiles, ut tales,
pertinet. *vid. Zaſius d. l.* Dicitur deniqve *in §. final.*
qvod hæc clauſula in terminis habilibus non tan-
tum ad præcedentia, ſed etiam ad ſeqventia le-
gata pertineat: unde duplex regula colligi ſolet,
2 1. Clauſulam in principio poſitam ad omnia ſe-
qventia eſſe referendam. *Mynſ. decad. 1. Reſp. 6.
n. 40. ſeq.* & qvi allegantur apud *Auguſt. Barboſ.*
3 *lib. 3. c. 25. axiom. 1.* 2. Clauſulam in fine poſi-
tam ad præcedentia eſſe referendam, qvando
non apparet ratio diverſitatis. *Marta de clauſ.
p. 4. clauſ. 23. & Barb. d. c. ax. 5. Men. conſ. 201.
n. 56.*

## ad L. Si pluribus. 33.

*SUMMARIUM.*

*Pluribus re una legata, qvantum qvisq; capiat.*

SI pluribus eadem res ſeparatim legetur, vo-
luntas teſtatoris ante omnia indaganda, an
priori legatum ademptum voluerit, an voluerit,
ut uterqve ſolidum caperet, & tunc uni præſtan-
da res, alteri æſtimatio; ſi neutrum horum li-
qveat, legatarii concurſu partes faciunt. *l. 80. de
leg. 3. l. 3. de uſufr. accreſc.* & qvidem viriles, ſi nul-
læ aſſignatæ. *Hic & l. 19. §. ult. & l. 67. §. 1. h. t.
Gom. tomo 1. Reſol. tit. 10. n. 24. Don. lib. 8. c. 20. &
ibi Hill. lit. K. & L.*

## ad L. Plane. 34.

*SUMMARIA.*

*SI legatum ademptum, incapaci relinqvatur, an
prior legatarius potior. n. 1.*
*Si duo conjuncti disjunctis adjecti, illi pro una per-
ſona cenſentur. 2.*
*Niſi alia voluntas teſtatoris. 3.*
*Eadem ſpecies bis legata, an bis debeatur. 4.*
*Qvid ſi in duobus teſtamentis legata. 5.*
*Qvid in qvantitate bis legata. 6.*

QVid ſi autem fundum adimendi animo re- 1
liqverit judæorum Collegio, aut peregri-
no incapaci, anne prior legatarius retinet? qvod
negatur in pr. *h. l.* qvia legata nuda voluntate 2
adimuntur. Eſt & alia qvæſtio deciſa in *princ. h. l.*
Legat fundum certum mihi, poſtea eundem le-
gat tibi, & demum Titio & Cajo. Sunt priores
duo re conjuncti inter ſe & cum ultimis partes
concurſu facient. Sed qvas? R. in tres partes erit
dividendus, mihi una, tibi altera, tertia Titio &
Cajo, qvia hic verbis & re conjuncti inter ſe uni-
us perſonæ poteſtate funguntur, & ita à cæteris
disjuncti, id eſt re tantum cum iis conjuncti
ſunt, de qvo pluribus *Hilliger in Donell. l. 7. c. 37.
lit. E.* ubi tamen hanc regulam, ſcil. conjunctos 3
verbis & re, vel verbis tantum unam perſonam
repræſentare, limitat *lit. L.* niſi Teſtatorem aliud
voluiſſe liqveat. *l. 31. de hæred. inſt.* conf. *Vaſq.
l. 3. de ſucc. pag. 322. n. n. 14. & 20. & Donell. l. 6. c. 22.*
ubi in princ. id generaliter in Teſtamento lo-
cum habere dicit, & *l. 8. c. 20. lit. L.* Sed qvid ſi 4
eadem ſpecies, mihi legata in eodem Teſtamen-
to ſæpius, an mihi bis ſolvenda res, ſemel in
ſubſtantia, & poſtea æſtimatio? Negatur in *§. 1.* 5
Sed qvid ſi in duorum Teſtamentis res eadem
ſæpius legata, hic poſſum ex uno rem, ex altero
æſtimationem petere, per §. 2. Sed aliud in 6
qvantitate, ſi de animo multiplicandi legatum
appareat, nam ſpecies multiplicari neqvit, ſed
bene qvantitas, idqve in §. 3. qvod declaratur
*§. ſeq.*

*Ad §. 12. h. L. 34. vid. Hilliger l. 8. c. 7. lit. B.
Colleg. Argentor. h. l. th. 18.*

## ad L. Legato generaliter. 37.

*SUMMARIA.*

*GEnere legato, electio legatarii. n. 1.*
*Ne tamen res optima eligatur. 2.*
*An hoc in animatis & inanimatis æqve procedat.
3. & 4.*

RE aliqva in genere infimo, vel Logicis ſpe- 1
cie ſpecialiſſima, v. gr. homine, eqvo, &c.
legata, electio qvidem eſt legatarii, *per l. 28 §. 2.
h. t.* ſed ita ut non optimus eligatur, nec peſſi- 2
mus; aliud in optione expreſſe legata. *l. 110. §. 1.
h. t. vid. Don. lib. 8. c. 9. & ibi Hill. lit. M. Simon.
de Pratis lib. 1. int. 1. dubit. 3. ſolut. 3. n. 8.* Qvam 3
deciſionem hujus legis procedere volunt in re-
bus animatis, ubi aliqvam rem non habere ex-
pedit legatario. *Covarr. in c. 4. num. 5. de Teſtam.
Mant. lib. 7. tit. 1. n. 32.* Aliud in inanimatis, ubi
minimum debetur *l. 59. §. 6. h. t. L. Nummis. 75.* 4
*de Leg. 3. Barry. lib. 9. tit. 8. n. 6. Molin. diſp. 198.*



Digitized by Google

*n.2.6.& ſeqq.* Sed diſſentit hic *Jaſon num.13.& Zaſ.n 12.* ideo melius forte dicendum, LL. contrarias loqvi de eo caſu qvando inter duo eſt electio. Sed qvando inter plures qvam duos electio eſt, tunc habet locum hæc Lex.

## ad L. Legatarius. 38.

### SUMMARIA.

*Legatarius partem legati acceptare, & partem repudiare neqvit. n.1.*
*Aliud ſi diverſi ſint legata. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*
*Heres legatarii partem acceptare vel repudiare poteſt. 4.*

1 Legatarius non poteſt unam legati partem
acceptare, alteram repudiare. *Petr. Greg. lib.*
2 *46.c.11.tit.7. Barry lib.11.tit.22.num.9.* Sin duo
vel plura legata, unum agnoſcere nihil vetat.
3 *l.5.de legat.2.* Niſi unum ex duobus onus habens repellatur, altero agnito. *d.l.5. §.1.* qvia
teſtator videtur unius onus cum alterius commodo penſare voluiſſe. *Hill.& Don. lib.8.c.18.lit.*
4 *C. Barry d.tit.22.num.8.* Sed & in prima ſpecie,
ſi Legatarius deceſſerit ante agnitionem legati, unus hæredum ſuam partem, qvam in legato habet, acceptare poteſt, alter verò ſuam repudiare, *per h.l. Gomez. tom.1. reſol. c.10.n.39. Barry & Don. locis cit.*

## ad L. Cum ſervus. 39.

### SUMMARIA.

*Poſt moram heres omnes fructus præſtat, qvos legatarius percipere potuit. n.1.*
*Ante moram qvando heres ad fructus teneatur. 2.*
*Qvid ſi fundus venditus & non traditus mihi iterum legetur. 3. 4.*
*Facultas alicui legata, ad heredes non tranſit. 5.*
*Legatum ſucceſſivum ſeu annuum regulariter perſonale 6.*
*Onera & tributa rei legatæ qvis ſolvere teneatur. 7.*
*Si rei certa legetur, ſed duo corpora adſint diverſæ æſtimationis, electio eſt heredis. 8.*
*Qvæ à ſolo Principe impetranda, an pro impoſſibilibus habenda. 9.*
*Exemplo id declaratur. 10.*
*Res extra commercium ſi legata, non debetur æſtimatio. 11.*
*Qvid ſi feudum legatum. 12.*

1 Fructus tum naturales, tum civiles, ut penſiones domus, aliaqve emolumenta rei legatæ præſtari debent poſt moram heredis, & qvidem fructus qvos non hæres, ſed legatarius percipere potuit. *in §.1. hujus legis*. licet aliud in alio malæ fid. poſſeſſore. *L. demum. C. de R.V. de qvo hic Zaſ. num.6. & ſeqq. Menoch. rem.1. recup.*
2 *poſſ. n.414. Barry lib.9. tit.27.n.5.* Sed ante moram etiam fructus debentur percepti ab hærede
in iis legatis, qvorum dominium rectà tranſit
ad legatarium, ut qvando legata eſt ſpecies, &
qvæ fuit teſtatoris. *Peregr. de fideicom. art.49.n.
103. Mant. lib.7. tit.10.n.34. Barry d.t.n.4.* Poſt
moram periculum etiam eſt hæredis. Sed pone 3
hunc caſum. Vendo fundum meum Titio, & anteqvam traderem, Titius iſtum fundum mihi legat, poſtea ex vendito fundum tibi trado recepto pretio, qværitur, an Legatum valeat? Videtur qvod non, qvia fuit res mea, qvæ mihi legari neqvit. Sed affirmatur, qvia non tradidi fundum, animo renunciandi legato in futurum debito, ſed ſi pretium nondum ſolverit Titius, actione empti pretium, actione ex teſtamento fundum conſeqvor: Sed ſi fundum nondum tradidi, ex teſtamento ad liberationem ago; Hæc
in §.2. ubi *Zaſius & cæteri Dd.* Sed ſi Titius mihi 4
leget fundum à te emptum, ſed nondum teſtatori traditum, tunc hæres tenetur mihi cedere actionem empti contra te movendam, ut fundum tradas hac ſumma. § 3. Sed pone mihi, le- 5
gatam eſſe licentiam vel facultatem cædendi lapidis, an hæc etiam hæredis hæredi competet? qvod hic negatur. *§.4 h.l.* niſi expreſſe dicatur, Jus cædendi lapidis; unde colligunt, ſi verba legati referantur ad factum, ſeu facultatem qvid faciendi, vel non faciendi, conceſſio intelligitur eſſe perſonalis. *vid. hic Zaſ & Cepolla de ſerv. urb.
prad.c.2.n.10. & rotata in l.pen.ff.de ſervit.legat.* Et 6
ex hoc §. colligit *Caballinus de Div. & Indiv. parte certia n.426.* qvod in teſtamento legatum ſucceſſivum, ſive annuum, ſive menſtruum regulariter temporale ſit, & ultra perſonam legatarii
non extendatur. Onera autem & tributa rei le- 7
gatæ inhærentia præterita ſolvit hæres, & ea libera tenetur præſtare legatario, *per §.5.h.l.* Licet enim fiſcus ob præterita etiam tributa legatarium convenire poſſit, habet tamen hic regreſſum contra hæredem. *l.5.ff.de cenſ. Bart. Zaſ. Cujac. ad h.§.* Diſſentire videtur *Barry lib.9.tit.4.
n.11.in fin. conſ. Garcias de Expenſ.c.17.num.3.* Si 8
porro res certa legetur, ſed duo corpora reperiantur ejusdem nominis, ſed diverſæ æſtimationis, tunc hæredi competet electio. *§. 6. h. l.* ex ſpeciali ratione, ne legatum ut incertum plane intercidat. *Donellus lib.8.c.19. poſt lit. N.* Et an de majori ſenſerit incertum, de minori certius eſt. Aliud autem, ſi incertitudo ſit in perſona Legatarii. *Donell. ad l.10.
ff.de Rebus dub.* Ex *§. conſtat. 7.* ſolent Dd. pro- 9
bare, qvæ à ſolo Principe poſſunt impetrari, pro impoſſibilibus habenda; qvod *Roland à Valle lib.2. conſ.11.num.9. & 15.* limitat, ſi cum magna difficultate impetrandum ſit, ex verbis textus. Exinde qvæſtio eſt, ſi qvis cogna- 10
tæ proximæ matrimonium promiſerit, & id ſine diſpenſatione ſuperioris impetrare non poſſit, an teneatur diſpenſationem petere, ſcilicet ſi ſine magna difficultate id impetrare poſſit, ſecus

Digitized by Google

ſecus ſi cum magna difficultate id foret conjunctum, v. gr. ſi dubium, annon conjunctio jure Di-
11 vino improbata. Si res legata ſit, qvæ plane extra commercium eſt, ne qvidem æſtimatio ejus debetur. *§. 4. Inſt. h. t. Don. lib. 8. c. 11. lit. D. & §.*
12 *8. & ſeqq. hujus legis.* & ideo ſi feudum legatum ſit, æſtimatio non debebitur. *Clar. §. feudum. qv. 40. n. 4. Gail. lib. 2. obſ. 154. n. 13. Dn. Richter dec. 25. & qvos citat Hilliger d. lit. D. & Schultz de feudis. c. 8. n. 25. Fachin. l. 5. c. 37.* Sed in contrarium facit, qvod feudum non ſit extra commercium, niſi etiam prædia minorum extra commercium eſſe dicamus. Nam & hæc ſine ſolennitate alienari non poſſunt. *vid. Mantica l. 9. de Conject. tit. 12. n. 8. Sonbec. de Feud. c. 10. n. 87. Bach. in Tr. d. 13. th. 5. lit. G.* Sed ſuperior ſententia obtinuit in foro. *Sande l. 4. tit. 4. d. 4.* Sed ſi æſtimatio feudi legata, hæc debetur. *Schraderus de feudis. p. 7. c. 2. n. 9. Dn. Richter d. l. n. 7.*

## ad. L. Si res aliena. 40.

*SUMMARIA.*

*SI res à legatario incapaci per fideicommiſſum alteri qvidem capaci, ſed poſſidere non valenti relinqvatur, debetur æſtimatio. n. 1.*

*An ſi res immobilis contra ſtatutum legata, debeatur æſtimatio, 2.*

1 SI res legata ei, qvi ejus commercium non habet, ut mancipium Chriſtianum Judæo, ſed ab eo relictum iterum fideicommiſſario, qvi qvidem commercium ejus rei habet, ſed qvia ita fortè venierat, ut exportaretur, Jus poſſidendi non habet, tunc æſtimatio debetur. *hic & l. 114. h. t. Donell. lib. 8. c. 11. lit. H. & I. Harpr. §. 4.*
2 *Inſt. h. t. n. 22. Zaſ. p. 190.* Unde Dd. qvidam volunt, ſi diſpoſitio ultimæ voluntatis fiat de re immobili contra ſtatutum, ut de Omlandia refert *Sande lib. 4. tit. d. 4.* æſtimationem tamen deberi, ubi recenſet Dd. ſed qvia ita eluditur ſtatutum, & poſſeſſores immobilium depauperantur, ſi dent æſtimationem, ab æſtimatione fundi abſolvit hæredes Senatus Friſicus. *Sande d. l.*

## ad L. Cætera. 41.

*SUMMARIA.*

*JUncta ædibus legari non poſſunt. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*An dicto caſu æſtimatio debeatur. 3.*

*Juncta ædibus ſi legata, an diruto ædificio debeatur. 4.*

1 QVæ ædibus juncta ſunt, prohibentur legari. Ratio in *l. 2. C. ædif. priv.* Aliud in deſtinatis nondum conjunctis. *§. 14. hujus legis.* Aliud etiam in iis, qvæ conjuncta ſunt iis ædibus, qvæ illicitè exſtructa. *l. 11. §. 14. de leg. 3.*
2 Aliud etiam, ſi legetur ad opus publicum, qvia tunc incommodum majori commodo penſatur. *Donell. & ibi Hillig. lib. 8. c. 11. lit. L.* Æſtimationem autem tignorum vel marmorum indiſtinctè legatario ſolvendam, *per §. 4.* cum *Accurſio* vult 3
*Mant. lib. 9. tit. 9. n. 7.* Sed ſi poſtea ſeparata 4
ſint marmora, qvia legatum ab initio non valuit, ex poſt facto non convaleſcit, niſi ſub conditione ſint legata, *per §. 2.* hujus legis, & regulam Catonianam, de qvo *Vasqv. de Succeſſ. progreſſ. §. 27. n. 36.* & qvodammodo *Barry lib. 9. de ſucceſſ. tit. 3. n. 16.* Cætera, qvæ in hac lege haben- 5
tur, ſunt lectionis. In §. 11. qvæ de avtomatariis & cantharis habentur, explicat *Alciatus lib. 1. parerg. 20.*

## ad L. Senatus 43. §. penult.

*SUMMARIA.*

*LEgatum non in heredis ſed alterius voluntatem conferri poteſt. n. 1.*

*Reſpondetur variè ad* l. 52. ff. de condit. & demonſtrat. 2. 3.

LEgatum in heredis voluntatem conferri non 1
debet, ſed in alterius voluntatem bene; cui tamen videtur obſtare *L. 52. de condit. & demonſtr.* qvod communiter ita conciliant, ut hic de voluntate Legatarii, L. verò 52. de voluntate extra- 2
nei ſermo ſit; ſed aliter *Donell. lib. 8. tit. 15. lit. I. & K.* qvi hunc textum de voluntate extranei, ſed tecta, v. gr. Si in capitolium aſcenderit, in hære- 3
dis verò nullo modo. Vel qvod Legatum in hæredis voluntatem conferri non poſſit, bene tamen in extranei, etiam ipſius Legatarii. *Covarr. in cap. cum Tibi 13. n. 11. ſeq. X. de Teſtam.*

## ad L. Servum. 44. §. 2. & duos ſeqq.

*SUMMARIA.*

*AN mutatione legati rei mobilis & in aliam ſpeciem transformatione facta à teſtatore legatum infirmetur. n. 1. & 2.*

*Qvid in re immobili. 3.*

*Caſus* §. ult. h. l. *proponitur & deciditur. 4.*

MUtatione legati, & in aliam ſpeciem trans- 1
formatione facta ab teſtatore infirmatur Legatum. *l. 88. pr. & §. 1. de Leg. 3.* ſi ſcilicet in priorem ſpeciem reduci neqveat, ut ſi ex lana veſtis, ex tabulis navis facta; qvod ſi reduci poſſit, ſpecies debetur ſi v. g. poculum. *d. l. 88. §. ult.* Ratio in *l. 78. §. 4. de Leg. 3.* Sed hic de veſte di- 3
citur, qvod conſiſtat legatum & tamen non poteſt reduci materia. Reſp. *Don. l. 18. c. 17. lit. H.* ubi verba. *Si modo non mutaverit*, ita interpretatur ſi duraverit voluntas poſt mutatam ſpeciem, ita, ut contrarium præſumatur, ac probatio voluntatis durantis legatario incumbat. *Don. d. l. & ibi Hill. d. l. H.* qvi citat *Cujac. lib. 5. ad Africanum ad l. 36. de Uſufr. & l. 23. obſ. 22.* & pro diſſentiente refert

Legatarii contra fiſcum agent, qvia non ex ſua perſonâ, ſed indigni heredis, qvi hæres eſſe non deſinit. *l. 43. §. ult. de vulg. & pupill.* fruitur hæreditate, ergo & oneribus. *Donellus l. 8. c. 29. &*
6 *ibi Hill. lit. H.* Porrò legatum obſcurum declaratur ex conjecturis, v. gr. ex conſvetudine teſtatoris vel regionis, dignitate legatarii, vel neceſſitudine, vel ex præcedentibus & conſeqventibus. *hic §. ult. Mant. lib. 3. tit. 9. Menoch. de præſ. lib. 4. q. 28. n. 1. ſeq. Ric. collect. dec. 605.* Sed aliud in in aliis qvantitatibus. *l. cum certum 4. ff. de Tri-*
7 *tico leg. ita. Rom. ſing. 209.* Hinc cum aliqvis inſtituiſſet eos, qvi ſibi ab inteſtato ſucceſſuri erant, illi videntur vocati, qvi ex jure ſtatutario ſui domicilii ſibi ſucceſſuri erant, licet bona diverſis in locis ſita. *Sande. l. 4. t. 8. def. 7.* Cephal. *lib. 1. conſ. 14. n. 21.* diſtingvit, utrum unum legatum conjunctò legatum, an plura.

## ad L. Nemo. 55.

*SUMMARIA.*

*Jura teſtamentorum voluntate teſtatoris mutari non poſſunt. n. 1.*

*Teſtator Clauſulâ* non obſtante *uti non poteſt. 2.*

*Pœna adjectâ nemini jus adimit. 3.*

*Textus hic de qva forma accipiendus. 4.*

1 Nemo in teſtamento ſuo cavere poteſt, ne leges in eo locum habeant. vid. *Gutier. in prolix. Comment. h. L. Schurf. cent. 2. conſ. 17. n. 9. Cathman. vol. 1. conſ. 3. num. 42. & ſeq. Socinus*
2 *jun. conſ. 84. n. 13. lib. 4.* Nec enim Teſtator ad modum Principis clauſulâ, non obſtante, rectè utitur. *Pruckman. vol. 2. conſ. 1. n. 284. Finckelth.*
3 *obſ. 7. num. 20.* Nec adjectio pœnæ locum habet, ubi aliqvis habet contradicendi cauſam probabilem, & de jure diſputat. *l. 24. ff. de his qvæ indignis*, & ibi notata ad *l. 8. §. 14. ff. de Inoff. Teſtam. Finckelth. obſ. 109. Peregrinus de fideicomm. d. art.*
4 *36. num. 72. Berlich. p. 1. dec. 28.* Et ſic prohibitio patris aut fratris non impedit qvæſtionem hanc juris. *Carpz. p. 3. c. 9. def. 13.* Sed reſtringenda hæc lex ad eas leges, qvæ dant formam ſubſtantialem negotio, ita ut aliter fieri nolit lex publica. *Burſatus lib. 2. conſ. 180. n. 60.*

## ad L. Si res obligata. 57.

*SUMMARIA.*

*Rem oppignoratam, qvam teſtator ſciens per fideicommiſſum alteri reliqvit, heres luere tenetur, ſecus ſi ignorans. n. 1.*

*Binæ exceptiones adjiciuntur. 2. 3.*

1 Si res, qvæ pignori obligata ſit, per fideicommiſſum alteri relicta, tenetur heres eam luere. *hic & §. 5. Inſt. h. t.* ſi ſcil. ſcivit, rem eſſe obli-
2 gatam, ſecus ſi ignoravit. Exceptio prima, niſi æqvè, ſi ſciviſſet, legaſſet, qvod ex præſum-
3 ptione ſangvinis colligi poteſt. *l. 10. C. h. t.* Exceptio ſecunda, niſi aliqvid ſuperfluum futurum, ære alieno ſoluto. *vid. Don. lib. 8. c. 19. poſt lit. P.* ubi pro noluerit, legit voluerit; ſed conſulatur *Hill. d. l. lit. Q. & Gomez lib. 1. reſol. c. 12. n. 39. Garc. de Expenſ. cap. 17. num. 23. ſeq.* qvi reſpondet ad *l. 16. de dote præleg. vid. Cujac. ad h. l. tomo 2do.*

## ad L. Domus. 58. cum 3. ſeq.

*SUMMARIA.*

*Fideicommiſſum poſt mortem heredis relictum, ſi ab herede reparatum, qvis expenſas reſtituat. n. 1.*

*Qvid ſi Legatarius in rem legatam pendente conditione expenſas faciat. 2.*

*Qvid in expenſis factis ab illo, qvi dominium revocabile habet. 3.*

Si res per fideicommiſſum poſt mortem here- 1
dis relicta, & citra culpam heredis deſtructa, heredis autem ſumptibus reparata, debet fideicommiſſarius reſtituere expenſas, conſiderato præſenti pretio & ætatibus ædificiorum, & datur incerti conditio etiam re reſtitutâ. *L. 60. h. t.*
Et ſi Legatarius pendente conditione refecerit, 2
hæres reſtituens non poteſt eas expenſas qvaſi donatas repetere. *l. 61. h. t. vid. Menoch. lib. 3. præſ. 32. Surd. de alim. tit. 6. qvæſt. 6. Peregr. de fideicommiſſ. art. 30. Fuſar. de Subſtit. qv. 669. Barry*
*lib. 8. tit. 14.* Colligitur etiam ex *h. L. 58.* ſi is, qvi 3
poſſedit rem ſuam, vel dominium habet revocabile, expenſas fecit, attendendum eſſe tempus reſtitutionis, ita ut non tam qvid expenderit, ſed in qvantum tempore reſtitutionis res valuit, conſiderandum. vid. *Bart. hic. Menoch. remed. 15. recup. poſſ. n. 556. Berlich. p. 2. deciſ. 251. n. 5. & ſeqq.* v. gr. expendi 50. ſed res refecta valet tantum tempore reſtitutionis 20. qvia uſu detrita & corrupta. Sed aliud dixi in locatione. ad *l. 55. §. 1. Locati.* Hanc legem ſingularem eſſe, dicunt omnes, ut ait *Menoch. d. rem. 15. n. 558.* Et hanc ad Emphyteutica prædia extendit *Vinc. de Franchis dec. 191. n. 8. P. Barb. in l. 8. §. fin. part. 1. n. 92. & 95. Garcias de expenſis. c. 24. n. 3.* conf. *de hac l. etiam Hippolyt. Rimin. part. 4. conſ. 411.* n. 63. & *ſeqq.*

## ad L. 69. vid. notata ad l. 33. de condict. indeb.

## ad L. Captatoria. 64.

*SUMMARIUM.*

*An omnis inſtitutio, qvæ in voluntatem alterius collata, captatoria. n. 1.*

*Captatoria voluntas in legatis improbatur. 2.*

Captatoria inſtitutio eſt collata in voluntatem alterius. *l. 70. ff. de Hered. inſt.* qvâ aliena hæreditas captatur. *Don. l. 6. c. 19. l. C. & ibi notata.* ubi rectè notat, nõ omnes inſtitutiones eſſe captatorias, qvæ in alterius voluntate collatæ.

2 Sed Captatoria voluntas etiam in Legatis improbatur. *Don. lib. 8. c. 14. in fine.* conf. *not. ad l. Captatorias .70. ſupr. de hered. inſt.*

## ad L. Si ita. 65.

*SUMMARIA.*

*Legatum in voluntatem legatarii conferri poteſt. n. 1.*
*Ac qvo tempore hoc caſu nanciſcatur dominium. 2.*
*An & qvâ mutatione rei legatæ à teſtatore factâ pereat legatum. 3.*

1 AD princ. vide notata ad *l. 4. fin. de penu legatæ*; Sed in *§. 1.* proponitur, qvod legatum in voluntatem legatarii conferri poſſit. v. gr. ſi velit, & reddatur legatum conditionale, & ſic non transmittatur, & qvod ab eo tempore, qvo conſtituit, ſe velle, nanciſcatur demum dominium, cum alias à tempore mortis conſeqvatur
2 legatarius dominium, ut adeo magni effectus ſint iſtius clauſulæ, ſi velit. *hic & l. 69. de Condit. & demonſtr. Donell. lib. 8. c. 15. in pr. lit. B. & ibi Hilliger & cap. 32. & ibi Hill. lit. B.* conf. *not. ad l. 3. h. tit.* Si teſtator ipſe rem legatam mutaverit
3 ejusqve formam, perit Legatum, ut ſi domum diruerit, qvamvis eodem loco iterum aliam exſtruxerit, ſecus ſi refecerit, licet nihil ex priſtinâ materiâ ſuperſit, ratio *in l. 76. ſupr. de Judic. Donell. lib. 8. c. 17. & ibi Hill. lit. F. Barry de ſucceſſ. lib. 9. c. ult. n. 7.*

## ad L. Etſi æqvo. 66.

*SUMMARIUM.*

*Facta qvatenus legari poſſint.*

FActa etiam poſſunt legari, ut ſi juſſus heres emere, vel vendere, ſi modo utilitatem adferat Legatario, qvod exemplis in textu perſpicuis declaratur. *Colleg. Argent. hic th. 29.*

## ad L. Servo legato. 69. §. 2.

*SUMMARIUM.*

*Caſus, ubi actionem pro legato non habet ille, cui teſtator vult dare, ſed is, cujus intereſt.*

INterdum non ille habet actionem pro legato, cui dare vult teſtator, ſed is, cujus intereſt, v. gr. Si uni heredum injunxit, ut creditori ſuo ſolveret, non Creditor, ſed coheredes contra illum habent actionem. Idem, ſi juſſit, ut unus heredem filiæ nomine genero dotem daret, non hic, ſed filia habet actionem. *Surd. deciſ. 90. num. 9. Caballinus de div. & indiv. p. 2. n. 230.* ubi oſtendit, hanc legem non pugnare cum *lege 53. de leg. 2.*

## ad L. Si Domus. 71. pr.

*SUMMARIA.*

*Domo indefinitè, legatâ, electio eſt legatarii. num. 1.*
*Qvid ſi legans nullam domum habuerit. 2.*
*An utile legatum, ſi res aliqva in genere legata, qvæ ſub ſe plures habet ſpecies, formâ diſtantes. 3.*
*Limitatur. 4. 5. & 6.*
*Legati præſtiti & evicti præſtatur evictio. 7.*
*Qvid ſi lis moveatur legatario. 8.*
*Qvando pecunia legata ſolvenda, ſi legans non conſtituit tempus ſolutionis. 9.*
*Legans fundi utile dominium qvod tantum habet, ſed poſt mortem duraturum non videtur rem ipſam, ſed Jus ſuum legaſſe. 10.*
*Exempla. 11. & 12.*
*Legatarius ſine conſenſu domini fundum emphyteuticum apprehendere non poteſt. 13.*

SI domus legata, & teſtator plures domos ha- 1
beat, validum eſt legatum, & electio eſt legatarii, qvia hic habet rei vindicationem, ſecus in
contractibus. Sed ſi nullam habuerit domum, 2
tunc qvia res incertiſſima eſt, & maxima diverſitas inter ædes & domos, deriſorium eſt Legatum.
Unde ſeqvitur, ſi aliqva res in genere legata, 3
qvæ ſub ſe plures habet ſpecies, formâ diſtantes, ut animal, domus, fundus, inutile legatum eſt, propter ſummam incertitudinem, imò & deriſorium, niſi teſtator ipſe habeat fundos vel ædes, ubi utile eſt legatum, & Electio datur legatario cum moderamine tamen ſupra dicto. *Donell. lib. 8. c. 19. lit. H.* Sed illud prius, ſi habeat ædes plures teſtator, qvod tunc detur electio legatario, limitatur 1. ſi legetur qvantitas certa olei, vini, fru-
menti, tunc enim electio hæredis. *l. 4. de Tritico* 4
*legato. Carpz. p. 3. dec. 300.* 2. Si teſtator aliud dis- 5
poſuerit. *§. 22. Inſt. de leg.* Et 3. ut Legatario, ſi 6
plures qvàm duæ ſint res legatæ, ita competat electio, ne optimum eligat, ſed modicæ bonitatis. *l. 37. de leg. 1. Carpzov. d. l.* Re autem legatâ
præſtita & evictâ, agetur ad præſtandam evictio- 7
nem, ſed ſi lis moveatur legatario de re legata, 8
agetur ad cautionem. *§. 1.* Si autem pecunia 9
legata, & non additum eſt tempus, qvando ſolvi debeat, intelligendum eſt, arbitrium judici datum eſſe, intra qvod ſolutio fieri poſſit, per *§. 2.* ita concludit *Menoch. lib. 2. arb. qv. caſu 30. in*
*fine.* Sed ſi teſtator leget fundum, cujus pro- 10
prietas ad eum non ſpectat, ſed habet tantum
Jus in re duraturum poſt mortem ſuam, v. gr. Em- 11
phyteuticum, tunc videtur non rem ipſam, ſed Jus ſuum legaſſe *§. pen. & ult h. l. Peregr. de fideicomm. art. 33. n. 21. Mant. lib. 9. tit. 1. n. 11. Barry*
*lib. 9. tit. 3. n. 4.* Idem in ſuperficie. *l. 86. §. ult.* 12
*h. t. Don. l. 8. cap. 11. poſt lit. N.* Nec tamen
ex hoc colligendum, qvod legatarius ſine conſen- 13
ſu Domini fundum emphyteuticum apprehendere poſſit. Nam lex hæc ex *l. fin. C. de jure Emphyt.* ſupplenda. *Donell. l. 9. c. 14. lit. H. & ibi Hill.*

## ad L. Licet Imperator. 74.

*SUMMARIA.*

*Relicta ab inſtituto à ſubſtituto repetita videntur. n. 1.*

*Reſpon-*

*Reſpondetur ad* l. 73. de hæred. inſtit. 2.
*Limitatur. 3. & 4.*
*An & limitatio hac, niſi legatum nominatim ab inſtituto relictum, admittenda. 5. 6.*
*Qvomodo hic diverſa Dd. ſententia conciliari poſſint. 7.*
*Qvid ex* h. l. *colligat* Jaſon. 8.

1 RElicta ab inſtituto, à ſubſtituto repetita vi-
lentur, qvia nulla ratio eſt, cur à ſubſtituto
non voluerit relinqvere, qvem minus dilexit,
2 qvam inſtitutum. Nec obſtat *l. 73. de Hered. inſt.*
N.m alio ratio eſt conditionis adjectæ ſolius in-
ſtituti cauſa, imo ut conſulatur ſubſtituto. Pro-
deſſe igitut ei, non nocere debet. Alia ratio lega-
ti, ſolius legatarii gratia relicti; nec affectus te-
ſtatoris minuitur in perſona ſubſtituti. Verba
3 hæc *Donelli enucleati.* Sed limitatur hæc regula I.
Si non ſit evidens voluntas diverſa, qvod ex
conjecturis colligitur, ut ſi aliam rem ab inſtitu-
to, aliam à ſubſtituto reliqvit; vel ſi certa & ſpe-
cialis cauſa fuerit, cur ab inſtituto reliqverit, nó
verò à ſubſtituto; vel ſi ſubſtituat ex parte fidei-
commiſſarium, cui ab inſtituto reliqverat fidei-
commiſſum. *Menoch. lib. 4. praeſ. 108. num. 24. &
ſeqq. Mant. lib. 8. tit. 2. num. 15. Fuſar. de ſubſt. qu.
70. Fach. lib. 5. c. 39. Don. lib. 8. c. 29. & qvos ibi ci-*
4 *tat Hill. lit. D. Barry lib. 8. c. 6. n. 7.* II. limitatur, ſi
modo legatum in perſona inſtituti conſtiterit.
5 *l. 14. ff. de Codicill. Donell. d. l.* III. limitant Dd.
niſi legatum nominatim ab inſtituto relictum,
v. gr. Titio. *Menoch. citat Autores l. 4. praeſ. 108. n.
24.* ubi *in ſeqq.* prolixè in utramqꝫ partem diſpu-
tat. *Mantica de conject. ult. vol. l. 8. t. 2. num. 15.*
6 Sed negat hanc exceptionem *Donellus d. l.* ubi ad
*l. 98. de leg. 3.* reſpondet, cum *Alciato, Fachin. lib.
5. controv. cap. 39.* Poterunt hæ ſententiæ ita con-
ciliari, ut prima ſententia vera ſit, non ſi proptio
7 nomine gravatus hæres; ſed ſi ita nominatim
damnet defunctus hæredem primi gradus, & in-
de appareat, eum nolle ſeqventem gradum one-
rate *Hillig. in Donell. d. l. lit. E. conf. Socinus vol.
2. conſ. 157. n. 2. Hieron. Gratus conſ. 18. n. 26. vol.*
8 *2. Ceph. l. 5. conſ. 744. n. 4.* Colligit etiam ex *hac
L. Jaſon. n. 13.* præſumptiones contra reum alla-
tas, & ab ejus impugnatione liberatas, jam vali-
das reddi & haberi pro probatione. *Covarr. l. 2.
var. reſol. c. 6. n. 2. Menoch. l. 1. praeſ. 36. & qvos
citat Dn. Thabor in tr. de torturis ad art. 27. th. 3.*

## ad L. Si ſic legatum. 75. §. 1.

*SUMMARIA.*

*LEgatum, ubi legatur debitum alicujus, qvi tamen non debet inutile eſt. n. 1.*
*Utile eſt, ſi legetur certa qvantitas, quam ſe, ſed falſo, debere dicit teſtator. 2.*
*An & ſi in legato alterius debiti, qvi non debet, certa qvantitas adjecta. 3.*
*Qvid ſi creditori leget centum, qvi plane non eſt creditor. 4.*

SI mihi legetur, qvod Titius debet, ſi hic nihil 1
debeat, ob incertitudinem nullum eſt lega-
tum; ſed ſi legentur decem, qvæ teſtator ſe debe- 2
re dicit, ſi non debeat, validum tamen eſt lega-
tum, qvia demonſtratio tantum falſa eſt: Aliud, 3
ſi dicat, *decem qva Titius debet, lego*; nam ſi Titius
nihil debeat, licet certa qvantitas ſit adjecta, ni-
hil tamen debebitut. *§. 2. h. l. Don. lib. 8. c. 14.
Heig. in §. 14. Inſt. h. t. n. 5. & ibid. Harpr. in fin.*
Si autem teſtator leget centum creditori, qvæ ei 4
debebat; ſi nihil debeat, tamen illa centum de-
bentur. *Carpz. p. 3. c. 9. def. 22.*

## ad L. Qvod ſi qvis. 76.

*QVomodo ſatisfaciendum ab herede legatariis, qvibus duo ſervi legati, qvi debebantur defuncto alternativo.*

SI mihi debeatur Stichus aut Pamphilus, & Stichum Titio, Pamphilum Sempronio legem, tunc tenetur hæres uni actionem cedere contra debitotem, alteri æſtimationem. Sed videtur obſtare *l. 50. de leg. 1. §. 2.* cujus autor Marcellus, perpetuus Juliani adverſarius, cujus opinio æqvior. *De qvo vid. Cujac. tom. 2. p. 877.*

## ad L. Qvod fideicommiſſum. 78.

FIlius poteſt repudiare hæreditatem paternam, & legatum accipere. *vid. 17. §. fin. h. tit.*

## ad L. Hujusmodi. 84. §. 7.

*SUMMARIA.*

*TEſtator heredi redditionem chirographi injungens an eô liberationem legaſſe cenſeatur. num. 1.*
*Qvid ſi chirographum amiſſum. 2.*
*Forma qvietantiæ, qva hic reqviratur. 3.*
*An qvietantia ſufficiant, qvando creditor fidejuſſori debet cedere actionem contra principalem debitorem. 4.*
*Qvid conſilii, ſi hoc caſu inſtrumenta amiſſa. 5.*
*Prædio legato cum rebus mobilibus, non includuntur nomina nec pecuniæ exactæ fænori elocanda. 6.*
*Qvid ex* §. 10. h. l. *colligat* Carpzov. *7.*
*Caſus* §. 11. h. l. *proponitur. 8.*
*Conjuncti non ſunt, qvibus diverſa res legata. 9.*
*Exemplum. 10.*

QVando teſtator hæredi injungit, ut debitori 1
tibi reddat chirographum, tunc liberatio
videtur legata; & ſic non ſufficit chirographum 2
reddere, ſed etiam qvietantiam, & ſi chirogra-
phum amiſſum, qvod juramento firmandum,
ſufficit liberare te. Forma qvietantiæ hæc poteſt 3

eſſe; ſe chirographum debitoris non habere, aut reperire non poſſe, & ſi illud in rerum natura extet, aut ex intervallo in lucem veniat, pro inducto, rupto & cancellato habendum eſſe. *Berlich.*
4 *p. 1. dec. 9. ju. 11.* Sed qvietantiam non ſufficere volunt, qvando creditor fidejuſſori debet cedere actionem contra principalem debitorem; nam hæc ceſſio fieri non poteſt, niſi ceſſis etiam documentis. Alias tantum verbalis eſſet ceſſio, nihil creditori profutura. Et ideò, qvia redditio inſtrumenti non ad liberationem tantum, ſed alium finem facienda, ideo documenta reqviri,
5 putat *Berlich. p. 1. dec. 10.* ubi præjudicia allegat. Sed qvomodo amiſſis documentis creditor ad impoſſibilia obligabitur? Conſilium darem hoc, ut creditor citari curet debitorem qvoqve, & ſic contra confeſſum, verbalis ceſſio ſufficeret. *Berlich.* etiam aliud conſilium ſuggerit *dec. 11.* ut creditor præſtet indemnitatem fidejuſſori, ſi modo non neget debitum principalis debitor, & convinci non poſſit; ideò optimum, ſimul citare debitorem.

6 *Ad §. 10.* Qvando prædium legatum cum rebus mobilibus ad prædium deſtinatis, mobilia hæc ſeqvuntur, licet in fuga ſit mancipium, *per h. §.* non tamen nomina. *l. 86. de leg. 2.* nec pecuniæ exactæ fœnori elocandæ. *l. 86. de leg. 3.*
7 Colligit ex hoc & allegatis §§. *Carpz. p. 3. cap. 12. def. 15.* in mobilibus ad certum locum deſtinatis, ſuccedi ſecundum ſtatuta loci, ubi ſitum eſt prædium.

8 *Ad §. 11.* Si teſtator mihi leget Titium aut Sejum, & hunc vivus mihi donet, Titius poſt mortem teſtatoris manebit in obligatione.

9 *Ad §. 12.* Qvibus diverſæ res legatæ, non ſunt conjuncti. *Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 114.*
10 *Hillig. in Don. l. 7. c. 13. lit. E.* Exemplum habet *Sande l. 4. tit. 4. dec. 7.* ubi ſingulis erant legati 4000. Fl. ſubjectis his verbis, zuſammen 8000. Fl.

## ad L. Filio 87. cum tribus. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*ABſtentio filii ab hereditate paterna, vel repudiatio emancipati non reddit indignum filium legato. n. 1.*

*Reſpondetur ad* l. fin. §. f. de Except. dol. 2.

*Ad* l. 55. §. 3. ff. ad Trebell. 3.

*Ad* l 105, §. 1. ff. ſi qvis omiſſ. cauſ. 4.

1 NUlla culpa eſt filii ſui abſtinentis, aut emancipati repudiantis paternam hæreditatem: Ideoq; ſi pater prælegavit filio, hic legatum non amittit; niſi aliud ſenſiſſe parentem liqveat.
2 Nec obſt. *l. fin. §. fin. de Exc. dol.* Reſp. Filia erat ſub conditione inſtituta, ſi tutelæ actionem repeteret; hæc conditio in legato repetita videtur. *l. 77. & l. 101. de Cond. & dem.* Et *l. 55. §. 3. ff.*
3 *ad Trebell.* de aliis terminis loqvitur, qvia ibi hæres coactus adiit periculo fideicommiſſarii. Et *l. 105. §. 1. ff. ſi qvis omiſſa cauſa &c.* loqvitur de eo, qvi doloſè recuſavit adire in fraudem legatariorum; & juxta regulam hujus legis pronunciatum refert *Sande l. 4. tit. 4. deſ. 7. Donell. l. 8. c. 17. in fin.*

## ad L. Qvid ergo. 90. §. 1.

*SUMMARIA.*

*PRælegatum in diviſione bonorum inter liberos repudiari non poteſt. n. 1. & 2.*

*Ratio ſuppeditatur 3.*

PAter qvando dividit omnia bona inter libe- 1
ros, & prælegavit, videtur defuncti voluntas, qvod prælegata ſuccedant in locum portionis hæreditariæ, & ſic prælegata hoc caſu repudiari non poſſunt, & contra. *Bart. hic & Caſtr. in l. 10.*
*C. fam. herc. n. 2.* Seu licet filius poſſit hæredita- 2
tem repudiare, & prælegata acceptare, hoc tamen in eo caſu non obtinet, qvando Pater pluribus filiis inſtitutis, bona in modum prælegatorum inter eos diviſit, tunc filio, qvi non agno-
vit hæreditatem, legati petitio denegatur; qvia 3
diviſio & aſſignatio bonorum facta à patre, videtur in executionem commodiorem præcedentis inſtitutionis facta; & ut obviam eatur diſcordiis fratrum. *Conſius in repet. L. cum virum. C. fideicomm. num. 53. conf. etiam Cephalus l. 2. conſ. 259. n. 58.*

## ad L. Qvæſitum eſt. 91.

*SUMMARIA.*

*PAtri aut fratri à filio inſtituto an poſſit legari. num. 1.*

*Augmentum ſervo legato accedens ante mortem teſtatoris, pertinet ad heredem, non legatarium. 2.*

*Cui acqviratur augmentum rei legatæ factitium, qvod ab extraneo factum. 3.*

LEx hæc in principio diſponit, qvod à filio in- 1
ſtituto poſſit legari patri, aut fratri ejus, qvod dubio ferè caret, idq; ſive filius tempore legati cedente ſit in patris poteſtate, atq; ejus juſſu adeat, ſive non ſit. *l. 25. §. 1. d. t. Donell. l. 8. c. 7. poſt lit. C.* Et hoc caſu patri uſumfructum non competere, tradit *Surdus conſ. 116. n. 43.* contra *Gloſſam hujus legis*, per *Nov. 118. c. 2.* In reliqvis §§.
habetur materia de ſervis. Id autem obſervan- 2
dum puto, qvod in *§. pen.* habetur; ſcilicet qvod ſi ſervo mihi legato, adhuc vivente teſtatore, aliqvid ab alio legetur, illud poſt mortē teſtatoris, qvi mihi legavit, ad ſuum hæredem pertinet, non autem mihi debetur, & ſic augmentum ſervo accedens, ante mortem teſtatoris, ad Legatarium non pertinet. Unde probatur, ſi augmentum
rei legatæ ſit factitium, & non factum à Teſtatore 3
legante, ſed ab alio, qvod tunc adqviratur ei, qvi fuit dominus. *Menoch. 772. n. 8.*

ad

## ad L. Si fundum. 92. in pr.

*SUMMARIA.*

F*ideicommiſſarius conſentiens alienationi rei per fideicommiſſum relictæ, ſibi non præjudicat in petendo pretio. n.1.*

*Limitatur. 2 & 3.*

*Æſtimatio fundi colligitur ex reditibus ejusdem. 4.*

*Qvid ſi fructus ſint incerti. 5.*

*Qvid ſi fructus ſint incertæ æſtimationis. 6.*

*Qvid hac in re in* Pomeraniâ *obſervetur. 7.*

*Legatarius fideicommiſſo gravatus, ſi fideicommiſſi præſtatio ab alio impeditur, non amittit legatum. 8.*

*Pater heredibus filii impuberis in poteſtate ſuâ exiſtentis legitimis rectè ſubſtituit per fideicommiſſum. 9.*

*Fideicommiſſum hoc exſpirat, ſi filius pubes moriatur. 10.*

1 SI fideicommiſſarius conſentiat alienationi
per fideicommiſſum relictæ rei, poteſt tamen pretium rei petere, qvia non eo animo
conſenſit, ut fidei commiſſum perderet. *Berous
lib. 1. conſ. 64. n. 21. P. Barb. in l. Qvæ dotis. 24. n.
144. & ſeqq. ff. ſolut. matr.* Et fideicommiſſarius
ſibi præjudicat in re, ſed non in pretio, qvod
2 tum fieri notat *Mandellus conſ. 105. n. 3.* qvando
alienatio fit ex causâ neceſſaria, & ob utilitatem
concernentem perſonam ipſius fideicommiſſarii,
3 ob diſſolvendum æs alienum. Aliud, qvando alienatio vel conſenſus alienationi præſtitus
dependet à mera voluntate, & nullam continet
vel neceſſitatem vel utilitatem ipſius conſentientis: Tunc enim cenſetur abſolutè donatum
4 & remiſſum fideicommiſſum. *Jaſon hic.* Collige,
ex reditibus fundi colligi veram æſtimationem.
hic & *l. pen. ff. de reb. eor. Maſc. concl. 652.* eumqve
modum taxandi legitimum & ordinarium vocat
*Mev. p. 4. dec. 174. n. 1.* & qvos reditus commu-
5 niter præſtiterit. *Maſc. concl. 817.* Sed qvid ſi fructus incerti? tunc vel pro fructibus uſuræ qvincunces computandæ. *Ant. Faber l. 7. Cod. tit. 18.
d. 20.* vel penſio, pro qva fundus locari ſolitus.
6 *Dn. Mev. p. 3. dec. 375.* Sed qvid ſi fructus ſint incertæ æſtimationis? id verò commiſſariorum
arbitrio relinqvendum; nam variat frumenti
7 aliarumqve rerum pretium. *Mev. d. 174.* In Pomeraniâ, ut ex Actis vidi, ſolet æſtimari prædium
ex fructibus naturalibus vel civilibus 18. annorum, v. gr. Ex fundo percipi poſſunt ſingulis an-
8 nis 34. thaleri, ergo æſtimari poteſt 612. thal. Si
mihi legata pecunia & fidei meæ commiſſum,
ut alienum ſervum manumitterem, ſi dominus nolit vendere, vel ſervus mortuus, nihilominus conſeqvor legatum, qvia 1. per me non
ſtetit. 2. non eſt conditio, ſed modus, *per §. 1. h.
l. Donell. lib. 8. c. 34. circa lit. E. Cujac. hic.* Qvando pater in poteſtate habet filium impuberem,
heredibus filii legitimis ſubſtituere poteſt per
fidei commiſſum, qvia non adimendo iis hereditatem dare videtur, hoc tamen fideicommiſſum
non ultra impuberem ætatem filii porrigitur, ſed
ſi filius pubes moriatur, exſpirat fideicommiſ- 10
ſum. *Mant. lib. 7. tit. 8. n. 12. Peregr. de Fideicommiſſ. art. 8. n. 26. Fuſarius de ſubſtit. qv. 696. n. 118.*
unde hoc fideicommiſſum vocant pupillare. *P.
Greg. lib. 42. Syntagm. c. 28. n. 8. Hill. in Don. lib.
7. c. 17. lit. D.*

## ad L. Planè ſi. 94. §. f.

*SUMMARIA.*

S*Ervus ob libertatem legatam fideicommiſſo non poteſt gravari. n. 1.*

*Legatarius ſupra accepta onerari non poteſt. Ubi exempla. 2. 3.*

SErvus cui libertas legata, an poteſt fideicom- 1
miſſo gravari? Videtur qvod ſic, qvia accepit rem inæſtimabilem; ſed neg. qvia non accepit lucrum pecuniarium. Hæres poteſt gravari
usqve ad dodrantem. Legatarius ex aſſe, ſed ſu- 2
pra accepta onerari non poteſt Ideo, ſi ſervus le- 3
gatus deceſſerit, fideicommiſſum à legatorio relictum eſt inutile. *l. 96. §. 2. h. t.* vel ſi nihil amplius ſit in legato, qvàm in onere, per *l. 122. §. f.
h. t. Cujac. ad h. l. tom. 2.*

## ad L. Qvidam teſtamento. 96.

*SUMMARIA.*

A*N, ſi teſtator pecuniam legatam, qvam unde accipi deberet demonſtraverat, in alios uſus converterit, eo ipſo legatum revocatum cenſeatur. n. 1.*

*Bona vacantia cum onere legatorum perveniunt ad fiſcum. 2.*

*Is, qvi tenetur ad qvantitatem reſpectu certæ ſpeciei, hac perempta, liberatur. 3.*

*Exemplum. 4.*

SI Teſtator legavit certam pecuniæ qvantita- 1
tem, & poſtea demonſtret, unde ea ſumma
accipi debeat, v. gr. ex arcâ, vel ex illo fundo,
vel ab alio debitore, licet pecuniam ſic demonſtratam in alios uſus converterit, non præſumitur tamen teſtator revocaſſe legatum. Eſt enim
tantum demonſtratio, unde ſolvi debeat, non
conditio. *Menoch. lib. 4. præſ. 167. num. 48. & conſ.
254. num. 10. Mant. lib. 12. tit. 6. n. 24. Rom. ſing. 435.
Pacianus conſ. 22. num. 22. Barry lib. 9. tit. 30. in fin.
Salgado in Labyr. p. 1. c. 10. num. 9.* Bona vacantia 2
cum onere legatorum veniunt ad fiſcum. *§. 1. h. l.*
& cui legatus v. gr. grex, cum onere ſolvendæ 3
qvantitatis certæ, uſqve ad pretium gregis, grege perempto, liberatur. Unde colligunt, eum, 4
qvi tenetur ad qvantitatem reſpectu certæ ſpeciei, hâc peremptâ, liberari, *per §. 1. h. l.* qvam- 5
vis non abſurdum ſit, verba *uſq. ad pretium ſervi,*
non Teſtatori, ſed Juliano adſcribere cum *Cujacio,*

ſtua. *Dd. alleg. apud Barb. lib. 19. c. 8. ax. 13.* Qvod declarat *Portius conſ. 175. n. 5.* ſi diſpoſitio dubia, & *Marcus Mantua ſing. 332. n. 2.* ſi alias nullum haberet effectum, ſecus, ſi aliqvem effectum habeat licet non plenum.

## Ad L. Servo alieno. 113. §. pen.

*SUMMARIUM.*

AN *ineptas hominum voluntates teneatur heres implere.*

INeptas hominum voluntates circa ſepulturam non tenetur implere heres. Sed videtur pugnare *l. 55. ff. de Condit. & Demonſtr.* Ad qvam reſpondet *Don. lib. 8. c. 32. lit. P.* ſed melius ibid. *Hillig.* qvi verba, qvid enim intereſt, ita intelligit, qvantum intereſt?

## ad L. Filiusfam. 114.

*SUMMARIA.*

PRo *legato, qvod legatario uſui eſſe non poteſt, æſtimatio ſolvenda eſt. n. 1.*
*Exempla. 2.*
*Ut qvis heres inſtituatur, rogari non poteſt. 3.*
*An tamen valeat qvoad hæreditatis reſtitutionem. 4.*
*Ratio decidendi in qvo ab aliqvibus collocetur. 5.*
*Extenditur. 6.*
*Fideicommiſſum univerſale conditionale, ante conditionem fideicommiſſario in poteſtate patris exiſtenti etiam volenti reſtitui non poteſt. 7.*
*Qvomodo conſulatur liberis ratione hæreditatis maternæ, qvæ illis hic ante diem cedentem reſtitui non poteſt. 8.*
*Fideicommiſſum ſub conditione:* Si ſine liberis deceſſeris; *an defeciſſe judicetur conditio, ſi liberi qvidem ſupervixerint heredi, ſed non fuerint heredes ejus. 9.*
*Ex §. 13. h. l. probari ſolet, qvod liberi in conditione poſiti, non etiam ſint in diſpoſitione. 10.*
*Prohibitio teſtatoris, ne alienetur fideicommiſſum, non ligat heredem. 11.*
*Qvid ſi cauſa prohibitionis adjecta. 12.*
*Prohibitio alienationis de rebus, qvæ majorum fuiſſe probantur, ligat heredem heredis. 14.*
*Prohibitio hæc valet tantùm ratione extraneorum. 15.*
*Prohibitio hæc nec creditoribus nec fiſco præjudicat. 16.*
*Minui hoc caſu poteſt hæreditas fideicommiſſaria. 17.*
*Heredis alienatio fundi, qvem in familia retinere juſſit defunctus, impugnari poteſt à filio exheredato. 18.*
*Qvid hinc colligat* Pinellus. *19.*
*An heres extra familiam alienare prohibitus, agat contra diſpoſitionem, ſi inæqvaliter inter liberos diſtribuat rem alienari prohibitam. 20.*

QVando legatum legatario eſt inutile, tunc 1
æſtimatio ſolvenda eſt. Exempla habet hic
*Gothofr.* Alia autem *Hillig. in Donell. lib. 8. c. 11.*
*lit. Q.* v. g. Si cœco perſpicilla, indocto Bibliothe- 2
ca legetur. vid. *Gothofr. de ſtipulat. c. 6. concl. 10.*
*n. 115. Bronchorſt. cent. 3. aſſert. 46.*

In *§. 6.* Qværitur, ſi qvis hæredem roget, ut 3
me hæredem faciat, an hoc valeat? Reſp. qvod
non, *per l. 32. de Hæred. inſt.* qvia adimitur libera
teſtandi facultas, valet tamen perinde, ac ſi ro-
gaſſet hæreditatem reſtitui, qvi enim voluit, ut 4
hæredi ſuccederem, procul dubio voluit, ut ſua
hereditas ad me perveniret *Donell. l. 7. c. 17. poſt lit.*
*F. Gravetta p. 5. conſ. 944. n. 12.* Mattheſilanus vero
*ſing. 139.* circa finem rationem decidendi in eo 5
collocat, qvod hic adhibeatur verbum obli-
qvum *hæredem facias.* Et ita etiam *Jac. de Nigris*
*ad l. 1. §. ſi qvis ita, n. 62. de Verb. obl. tomo 6. repet.*
Idem eſt, ſi hæres rogatus ſit, qvartam partem ſuæ 6
hæreditatis reſtituere, nam & hoc fideicommiſ-
ſum erit. *§. 7.* ſed non poteſt rogari, ut filium e-
mancipet. *§. 8.* ubi ratio expreſſa.

*Ad §. 11.* Fideicommiſſum univerſale condi- 7
tionale non poteſt ante conditionem reſtitui fi-
deicommiſſario, in poteſtate conſtituto, etiam
volenti. *Cujac. tom. 2. pag. 897.* Sicut nec hæredi- 8
tas materna liberis reſtituenda ante diem ce-
dentem, ſed debet pater præſtare cautionem, aut
ſi non poſſit, decernenda eſt liberis miſſio in bo-
na, cuſtodiæ cauſa, qvi fructus patri præſtabunt.
Hæc in *§ 12.* Sed qvid ſi ſub conditione fiat fi- 9
deicommiſſum, ſi ſine liberis deceſſerit, & liberi
qvidem ſupervixerint hæredi, ſed non fuerint
hæredes ejus? Reſp. omnino defeciſſe conditio-
nem, non enim reqviritur, ut hæredes ſint. *§. 13.*
Hoc §. utuntur Dd. in eâ vexatâ qvæſtione, an 10
liberi in conditione poſiti, etiam ſint in diſpoſi-
tione? qvi negant, etiam hoc §. utuntur, de qvo
vid. *Mant. de conject. l. 11. tit. 2. n. 9. & l. 11. tit. 6. n.*
*11. Berous vol. 2. conſ. 110. n. 43.*

*Ad §. 14.* Si Teſtator ſimpliciter vetuit, ne alie- 11
naretur fideicommiſſum, nudum præceptum eſt.
& non valet prohibitio. *hic & l. 38. §. 4. & l. 93.*
*ff. de Legat. 3.* ſi addidit, qvorum cauſa caviſſet, 12
utile iis fideicommiſſum, v. gr. ut in familia ma-
neret, vel qvia majorum fuerit. *Tiraq. de re-*
*tract. conſang. in præfat. n. 39.* Ubi idem eſſe di- 13
cit, ſi probetur res fuiſſe majorum, nam tunc
hanc rationem præſumi, multorum authoritati-
bus confirmat. Et licet alias prohibitio aliena- 14
tionis non liget hæredem hæredis, ſecus tamen
eſt, ſi ob hanc cauſam, qvia majorum fuit, fiat
prohibitio. *Tiraqv. d. l. num 49.* Et prohibitio ta- 15
lis intelligenda, ne alienatio fiat in extraneos,
ſecus in conjunctis. *Tiraq. d. præf. num. 54.* conf.
*Pariſius vol. 2. conſ. 37. num. 24. & ſeqq.* vid. de
hac materia plura apud *Cujac. ad h. §. d. tom. 3.*
*Peregr. de Fideicommiſſ. art. 14. Barry lib. 8. tit. 3.*
*per tot. Ricc. Collect. dec. 885. Fuſar. qv. 685. & ſeq.*
*& qvos*

Digitized by Google

16 *& qvot alleg. Hill. lib. 8. c. 28. lit. A.* confer. *l. ult.*
*C. communia de leg.* Sed prohibitio nec credito-
17 ribus nec fiſco præjudicat, per *h.* §. Unde ſeqvi-
tur, minui hæreditatem fideicommiſſario reſti-
tuendam, per exolutionem æris alieni a defun-
cto contracti. *Peregr. de fideicom. art. 4. n. 1. &*
*ſeqq. & Carpz. dec. 21.*

18 *Ad* §. *15. & ſeq.* Si juſſus heres fundum in fa-
miliâ retinere, heres verò alios ſuos liberos in-
ſtituerit, unum exheredaverit, & fundum extra-
neo reliqverit, non qvidem inſtituti, exhereda-
tus tamen poteſt impugnare alienationem à pa-
19 tre factam, & per id locum faciet reliqvis. *Cujac.*
*hic.* Unde probat *Pin. ad l. 1. C. de bon. matern.*
*part. 3. n. 81.* in rebus etiam familiæ relictis, alie-
narić prohibitis heredem alienantis non poſ-
ſe venire contra factum defuncti patris, qvam-
vis ſucceſſio ipſi deferatur ex diſpoſitione primi
inſtituentis. *Cephalus lib. 3. conſ. 392. n. 28. Men.*
*conſ. 197. n. 11.*

20 *Ad* §. *17.* Si heres prohibitus alienare extra
familiam, inæqvaliter inter liberos diſtribuat
fundum, vel uni tantum relinqvat, non fecit
contra diſpoſitionem Teſtatoris. *Menoch. conſ.*
*197. n. 11. & conſ. 327. n. 97.* niſi omnes in familiâ
æqvaliter vocati à Teſtatore. *Menoch. conſ. 277.*
*num. 37.*

## Ad L. Etiam. 115.

*SUMMARIA.*

*Fideicommiſſi verba. n. 1.*
*Verba nudum deſiderium denotantia fideicommiſſum benè deſignant. 2.*

1 *Opto, cupio, des, credo te daturum* ſunt verba
ad fideicommiſſum apta: Unde notetur
2 regula, verba nudum deſiderium denotantia
eſſe apta ad fideicommiſſum deſignandum.
*Mantica de Conject. ult. vol. lib. 8. tit. 1. n. 11. Peregr. de fideicom. art. 1. n. 48. Simon de Pratis de interpr. ult. vol. lib. 3. ſolut. 12. n. 10. Surd. lib. 3. conſ. 443. n. 41. Pruckman. p. 1. conſ. 34. n. 21.*

## ad L. Legatum. 116.

*SUMMARIA.*

*Heredi à ſe ipſo legatum dari neqvit, qvod à cohærede fieri poteſt. n. 1.*
*Caſus adhæc declaranda & §. 1. h. l. adducitur. 2.*
*Res certa legata talis dari debet, qvalis relicta. 3.*

1 Notetur hic in *princ.* tantum definitio Lega-
ti, de qvâ *Donell. lib. 8. c. 1.* Sed in §. *1.* ha-
betur regula: Qvod hæredi à ſe ipſo legari ne-
qveat, à cohærede poſſit, ita tamen, ut qvod jure
2 ſuo i. e. hæreditario capit, inutile ſit. Pone ergò,
duos eſſe inſtitutos ex ſemiſſibus, uni ex illis, &
duobus aliis non inſtitutis legatur fundus. Hi
duo capiunt primò ſemiſſem totum, duas ejus
partes ex perſonâ ſuâ; tertiam Jure adcreſcendi,
qvia ex perſona hæredis ejusdemq; collegatarii
non conſiſtit. Reliqvus deinde ſemis aqvaliter
dividitur, itaqve fit, ut hæres in legato ſextam
tantum partem retineat. Ita *Donell.* obſcuriorem 3
§. primum *hujus leg.* explicat. In §. *ult.* notan-
dum, qvod, ubi Teſtator rem certam legavit, talis
præſtanda ſit qvalis eſt, v. g. Servitute affectus
fundus. *hic & l. 69. §. pen. h. t. Don. lib. 8. c. 19. poſt lit. N.*

## ad L. Nihil proponi. 120. §. fin.

Legatarius non tenetur ſtare locationi, qvæ
facta à defuncto, qvia eſt ſucceſſor ſingula-
ris, ſed vide not. *ad l. 32. ff. Locati.*

## ad L. Lucius. 123.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 2.*

Teſtator duos hæredes inſtituit hac ratione, 1
ut ſecundus moriens primo beſſem ſuæ hæ-
reditatis reſtituat, ſecundus autem in dodrante
primum, & me in qvadrante hæredem inſtituit;
qværitur, an primus contra me habeat actionem
ex fideicommiſſo? Videtur qvod non, qvia plus
habet beſſe; Sed affirmatur, qvia non videtur
ſecundus primum inſtituiſſe hæredem animo 2
compenſandi. Ergo contra me habet actionem,
niſi animus compenſandi probetur. Sic ſi debi-
tor creditorem inſtituat ex aſſe confunditur ha-
ctenus creditum, ſed integra actio ratione qva-
drantis manet contra cohæredem. Hunc textum 3
notabilem vocat *Romanus ſing. 546. & Men. conſ.*
*125. n. 5.* Sed an id inferat, ad qvod illi textum
adducunt, dubium eſt.

## ad L. Si heredes. 124.

*SUMMARIA.*

*Pro portionibus virilibus tenentur ad legata hæredes nomine proprio nominati. n. 1.*
*Qoomodo appellativo nominati. n. 2.*

Heredes nominati nomine proprio, tenen- 1
tur ad legata ſolvenda proportionibus vi-
rilibus; ſecus ſi appellativo, ubi tenentur ſecun- 2
dum proportionem hereditariam. *Mant. lib. 8. tit. 2. n. 5. Don. lib. 8. c. 29. & ibi Hill. lit. E.*

## ad L. Si tutor. fin.

*SUMMARIUM.*

*Foemina matrimonium contra leges contrahens, ex teſtamento mariti capere poteſt, n. 1.*
*Non maritus ex teſtamento fœminæ. 2.*

Si Matrimonium contra leges contractum, &
fœminæ qvid à marito relictum, legatum ei
non

ſ eripitur; contra ſi à fœminâ qvid marito relictû, nam hoc eripit fiſcus. hic & *l. 2. ff. de his qvæ ut indignis*. qvia fœmina decepta, decipiens maritus. *Barry lib. 1. tit. 9. n. 21. P. Barb. in l. ſi cum dotem. 23. §. fin. n. 27. ff. ſoluto Matrimonio*. Licet *Cujac.* de fœmina minorenni hanc legem intelligat.

# LIBRI XXXI.

## TITULUS I.

## De Legatis & Fideicommiſſis. 2.

### Ad L. In arbitrium. 1. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Legatum in arbitrium alterius per modum conditionis conferri poteſt. n. 1.*
*Confertur citra conditionem qvantitas legati. 2.*
*Qvid ſi tertius exprimere qvantitatem nolit. 3.*
*Qvantitas dotis in arbitrium tertii conferri poteſt. 4.*

1 IN meram tertii voluntatem conferri legatum neqvit, ſecus autem, ſi arbitrii verbo temperetur, nam in arbitrium alienum, v. gr. Tutoris, conferri poteſt legatum in formam condi-
2 tionis. Imo citra conditionem qvantitas legati, non ipſa ſubſtantia in arbitrium tertii conferri poteſt, qvo caſu legatum eſt purum, & non confertur validitas legati in arbitrium tertii, ſed tan-
3 tum qvantitas, qvam ſi tertius exprimere nolit, aut neqveat, recurritur ad arbitrium judicis. Et in priori caſu qvantitas definita, in ſecundo indefinita. Vid. hanc legem pluribus explicans *Don. lib. 8. c. 15. & ibi Hill. lit. F. Ant. Padill. hic. Dauth. de teſtam. n. 33. Covarr. in cap. cum tibi X.*
4 *de teſtam. n. 10.* Hanc legem ad promiſſionem dotis applicat *P. Barboſa parte 3. legis 1. ſoluto matrim. n. 42.* qvod qvantitas dotis in arbitrium tertii conferri poſſit, qvalis promiſſio non foret
5 conditionalis. Sed qvando certa qvantitas expreſſa, & ea arbitrio tertii commiſſa, tunc non qvantitas, ſed ipſa ſubſtantia legati arbitrio tertii commiſſa. *Barb. d. l.*

### ad L. Qvoties. 2. 4. 5. & 6.

*SUMMARIA.*

*Qvando plures res legatæ pro uno, & qvando pro pluribus legatis habenda. n. 1.*
*Diverſum adducitur in donationibus. 2.*
*Unum legatum pro parte acceptari & pro parte repudiari non poteſt. 3.*
*Secus in pluribus legatis. 4.*
*Qvod limitatur. 5.*
*Heredibus legatarii qvid hic conceſſum. 6.*

1 SI plures res legentur particulari nomine, non unum legatum eſt, ſed plura, ſi verò nomine univerſali vel collectivo plura legentur, unum eſt legatum, & ita dividi neqvit. *l. 45. h. t. & l. 47. lib. praeced. Donell. l. 8. c. 16.* Sed plures res uno tempore donatas pro una donatione habendas eſſe, *per L. Sancimus. 34. §. 3. C. de Donat.* tradit *Gomez lib. 2. reſol. c. 4. n. 7. & Padilla hic in fin.* Sed qvæ hujus rei utilitas eſt, ut ſciam, an unum vel plura legata ſint, forte hæc eſt mera ſubtilitas? Reſp. negando, nam ſi unum eſt legatum, pro parte acceptari, pro alia repudiari neqvit; ſi grege legato, non poſſum partem repudiare, partem acceptare, *per l. 6.* Sed ſi plura legata ſint, tunc hoc acceptare, illud repudiare poſſum, *per l. 5. princ.* modo non unum habeat onus fideicommiſſi, alterum non, & legatarius hoc acceptare, illud repudiare vellet, *per l. 5. §. 1. h. t.* qvia præſumitur teſtator unius commodum cum alterius onere compenſare voluiſſe. *Donell. l. 8. c. 17. lit. C.* Hæredes autem Legatarii legatum unum ſcindere poſſunt, ut alter ſuam partem acceptet, alter repudiet. *l. 38. de Leg. 1. Donell. d. l.* 2 3 4 5 6

### ad L. Si Titio. 7.

*SUMMARIUM.*

*Pars incapacis de qvantitate legatâ an adcreſcat capaci.*

SI qvantitas legata mihi & tibi incapaci, ego ſaltem dimidiam legati partem capio, altera mihi non adcreſcit, ſed ad hæredem redit. *vid. Vaſq. de ſucc. creat. §. 10. n. 135.*

### ad L. Si qvis Servum. 8.

*SUMMARIA.*

*Alternativè legata qvatenus unum legatum num. 1.*
*Qvantitas legata ut corpus, præſtatur in qvantum in corpore reperitur. 2.*
*Legatum ubi de legatario vero ob identitatem nominis inter duos planè dubitatur, non valet. 3.*
*Qvid ſi ambo cavere velint, an gratificationi locus 4.*
*Qvid ſi concurrant legatarius & ſubſtitutus in petendo legato 5.*
*Legatarius ſubjicitur oneribus certa partis hereditatis. 6.*
*Non bonorum. 7.*

1 SI duo alternativè legentur, unum eſt legatum
qvoad præſtationem, nam cogitur uno con-
2 tentus eſſe legatarius. Hoc in §.1. Sed ſi v. gr. le-
gentur centum amphoræ ex illo dolio, ſi decem
non reperiantur, contentus eſſe debet Legata-
rius ea qvantitate, qvæ in dolio reperitur; nam ſi
legetur qvantitas ut corpus, illud debetur tan-
tum, qvod in corpore reperitur. *§. 2. h. l. vid.*
3 *not. ad l. 108. §. 10. lib. præced.* Sed qvid ſi Titio
legetur, & duo ſint Titii, & non poſſit ex præ-
ſumptionibus & conjecturis apparere, de qvo
ſenſerit, invalidum qvidem legatum, *per l. 30. de*
4 *teſtam. tutela. & l. 10. de Rebus dubiis*; Si tamen
ambo Titii caveant, electio penes hæredem eſt,
cui ſolvere velit, accepta cautione, & ſic hic gra-
tificationi locus eſſet. *conf. Fortunius Garcias in
repet. l. 1. de juſt. & jure n. 10. & ſeq. vol. 1. Socinus
in L. falſa demonſtratio. n. 2. ff. de Condit. & dem.*
5 Idem ſi Legatarius & is, qvi illi ſubſtitutus, pe-
tant ſimul legatum, & res ſit dubia, electio qvi-
dem hæredi competit, cui, accepta cautione, ve-
lit ſolvere, ſed in dubio præferetur Legatarius
ſubſtituto, ut magis dilectus. *§. 4. conf. Soc. Jun.
in L. Gallus. §. ille caſus ff. de lib. & poſth. n. 241.*
6 Si cui certam partem hæreditatis legavero, nec
pretia manumiſſorum, nec impenſa funebris
deducitur, & ita onus curandi funeris pro ea
parte eſt legatarii, idq; ex ſignificatione verbi he-
reditatis. Et ideo in legato univerſali dividun-
7 tur onera. Sed qvando pars bonorum legata, dos
& manumiſſorum pretia deducenda ſunt. *Don.
lib. 8. c. 19. circa princ. conf. Dilctus de arte teſtandi
tit. 6. cautel. 42. Barry lib. 9. tit. 7. n. 18. conf. l. 23.
lib. præced.*

## ad L. Cum fundus. 10.

*SUMMARIA.*

*ACcedens fundo nominatim legato qvatenus le-
gato cedat. n. 1.*
*Qvid ex* h. l. *colligat* Covarruv. 2.

1 QVando fundo nominatim legato aliqvid
adjicitur, id qvoq; legato cedit, modo teſta-
tor eam partem non ſeparatim poſſideat, & ita
loqvitur textus de augmento annexo, non ſepa-
rato. *Barry lib. 9. tit. 5. n. 3.* & ita non de fundo
2 certis limitibus circumſcripto. *Covarr. Pract. qo.
2. n. 4.* ubi ex *h. l. n. 5.* colligit, ſi Princeps civita-
ti donet Juriſdictionem, hoc ad acceſſiones et-
iam eſſe extendendum.

## ad L. Statu liberum. 11. §. un.

*SUMMARIA.*

*HEres electionem ad diem coarctatam habens,
poſt diem eligere non poteſt. n. 1.*
*Qvid ſi elegerit, & res altera legata perierit, altera
non. 2.*
*Electione ſemel factâ, heres variare non poteſt. 3.*

DUo alternativè mihi legata, ſed electio hæ- 1
redi conceſſa coarctata ad diem, qvo publi-
catum teſtamentum. Hæres eo die non elegit,
ergo poſtea mihi competit electio, qvia permiſſa
ad tempus, poſt illud tempus videntur prohibi-
ta; qvæ regula multis textibus & authoritatibus
confirmatur *à Barboſa lib. 14. c. 25. axiom. 3. Ni-
col. Moronus de Treuga & pace. p. 2. q. 12. num. 10.*
Et ſic purgatio moræ hic locum non habet. *Joh.
Crotus in rep. L. ſi inſulam. ff. de verb. obl. n. 76.* Si
autem ſemel elegerit, & res electa perierit, libe- 2
ratur hæres, qvia res electa jam tantum debetur.
Si autem res una perierit ante diem legati ce-
dentem, altera res ſuperſtes tantum debetur.
Sed electione ſemel facta, variare hæres neqvit, 3
qvia hærede ſemel eligente dominium qvæſi-
tum eſt Legatario. *l. 13. de leg. 1. juncta l. 64. de
furtis. Don. l. 15. cap. 2. lit. F.*

## ad L. Si Titio. 16.

*SUMMARIUM.*

*SI duobus alternativè ex voluntate heredis res le-
gata, herede non eligente, uterqve admittitur
ad petitionem.*

SI leget mihi aut Titio, utri hæres volet, ſi hæ-
res non eligat, uterqve admittitur ad petitio-
nem, qvaſi duo credendi rei facti ſunt. Utriqve
enim dari voluit teſtator, ſi alteri non dederit,
qvæ conditio exiſtit, ſi neutri dederit. Aliud, ſi
uni ex libertis ſolvere juſſus hæres. *l. 67. §. 7. hoc
titulo. Don. l. 8. c. 28. poſt lit. F.*

## ad L. Si qvis Titio. 17.

*SUMMARIA.*

*SUbſtitutus legatario ſi ante diem cedentem mo-
riatur, legatarius ratione ſublegati prafertur
heredi. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

SI legatario ſit Titius ſubſtitutus, hic autem 1
ante diem cedentem mortuus, ſublegatum
penes legatarium manet, non ad hæredem redit.
Idem in conjuncto. *l. un. §. 3. & 7. C. de Caduc.
toll. Donell. l. 8. c. 18. circa finem.* Qvod hic limi- 2
tatur, niſi legatarius ut nudus miniſter gravatus,
v. gr. Executor legatorum priorum.

## ad L. Si is. 19.

*SUMMARIA.*

*POſt vindicationem unius ex rebus alternativè
legatis Jus eligendi non admittitur. n. 1.*
*An* h. L. 19. l. pen. C. Condict. indeb. *correcta. 2.*

POſt petitionem vel ſolutionem unius ex re- 1
bus alternativè legatis, jus eligendi conſumi-
tur,

tur, licet eam rem ſolam legatam legatarius pu-
taverit. In qvo tamen videtur obſtare *L. cum u.*
2 *in fine ff. de Condict. indeb.* Ideoqve *Gloſſa* hanc
legem 9. per *l. pen. C. de Condict. indebiti* corre-
ctam tradit, qvam probat *Caballinus in tr. de Di-
vid. & Indiv. p. 2. n. 136. conf. Jac. de Nigris in rep.
l. ſi inſulam. ff. de verb. obl. num. 256. & Joh. Han-
nibal in rep. ejusdem legis n. 155. vol. 6. & Joh. Cro-
tius in d. l. n. 62.*

## ad L. Lucius. 22.

*SUMMARIA.*

A*N legatarius rei legatæ, qvam tradidit vivens teſtator, æſtimationem poſt mortem teſtatoris petere poſſit. n. 1.*

*Teſtator per conſtitutum poſſeſſorium poſſeſſionem in vita ſua in legatarium transferre poteſt. 2.*

*An hoc legatum revocabile. 3.*

*Extenſio* Cephali. 4.

1 TEſtator poteſt tradendo legatam rem mor-
tem prævenire, ſic poſſeſſionem in vita
ſua, vel pretium ejus in legatarium transferre.
Sed poſtea legatarius æſtimationem petere ne-
qvit, qvia ex donatione legatum finitur ex pro-
babili mente teſtatoris, niſi aliud fortior conje-
2 ctura doceat. *Hill. lib. 8. c. 1. lit. H.* Et ſic teſtator
per conſtitutum poſſeſſorium poſſeſſionem in
vita ſua in legatarium transferre poteſt. *Tinqv.*
3 *de Conſt. poſſ. p. 2. ampliat. 24. n. 2.* ubi dicit, le-
gatum hoc adipiſci naturam donationis mortis
cauſa, & ſic hæc donatio revocabilis. *vid. Tinqv.
n. 7. & qvos allegat.* Qvamvis autem *Cephal. l. 5.
conſ. 766. n. 10. & 13.* latius hoc videatur exten-
dere, ut omnis fructus medio tempore perceptus
legatario ſolvendus ſit, ob verba *cum commodis*;
id tamen non capio.

## ad L. Cum qvidam. 24.

*SUMMARIA.*

H*Eres ex certo hominum genere qvibusdam pro arbitrio ſuo legatum præſtare juſſus, negligendo hoc omnes petere poſſunt n. 1.*

*Exemplum. 2.*

*An & qvando ingratum eligere poſſit. 3.*

1 QVamvis ſubſtantia diſpoſitionis non poſſit
conferri in alterius voluntatem, attamen
poteſt heredi committi arbitrium, ut è certo ho-
minum genere eligat aliqvos, & ſi eligere diffe-
rat, omnes vocantur, & ad heredes ſuos trans-
mittunt legatum legatarii. *Ant. de Padilla ad h. l.*
2 v. gr. Si legetur pauperibus, qvos heres vel Epi-
ſcopus elegerit, ſed ſi unum ex multis eligere
debuit, & neminem elegit, nonniſi defuncto
mortuo, omnes petent. *l. 68. §. 7. h. t. Don. lib. 8.
c. 28. poſt. lit. F. Cov. in cap. cum tibi. n. 14. X. de*
3 *Teſtam.* Si autem poteſtas eligendi abſolutè da-
ta, poteſt etiam ingratum teſtatori eligere, cau-
ſa hujus eſt in poteſtate eligendi indefinitè da-
ta; nec igitur obſtat. *l. 88. §. 11. h. t.* Colligunt
etiam ex verſu, qvod eligens indignum, ſtatim
privetur poteſtate eligendi, qvod clarius habe-
tur in *cap. perpetuo. 7. de Elect. lib. 6. Men. conſ.
783. in fin.*

## ad L. Si tamen. 25.

*SUMMARIUM.*

S*I res incerto ex certis eligendo legetur, & eligens mortuus, qvid juris.*

SI res legata incerto ex certis eligendo, tum poſt mortem illius, qvi eligere debuit, omnes concurrunt ad legatum æqvaliter, nec præſentes abſentibus præjudicant, niſi hi negligentes in petendo fuerint; ſed ſi duo rei credendi, unus petendo alteri præjudicat, per *l. 16. de duobus reis. vid. hic Padill. n. & ſeqq.*

## ad L. Pater meus. 29.

*SUMMARIA.*

C*Aſus, ubi legatario vivo teſtatore decedente, legatum cum onere apud heredem manet. num. 1.*

*Regulariter hoc non procedit. 2.*

*An hoc mutatum videatur per* l. un. §. 10. C. de Caduc. toll. 3.

INſtituit qvis filiam ex aſſe. ſed liberto legat 1
ducenta, ut eam concubinæ ſuæ ſolvat. Liber-
tus vivo teſtatore deceſſit, manet illud legatum
cum onere apud filiam, ut exolvat concubinæ,
& ſi nominatim gravatus eſt hæres unus, id
cum hac tacitâ conditione intelligendum eſt, ſi
ille hæres extiterit. Sed ſi ille, à qvo nominatim 2
fideicommiſſum relictum eſt, deficiat, onus illud
non pertinet ad cohæredem. Sed hoc mutatum
eſſe videtur *l. un. §. 10. C. de Caduc. toll.* Sed
qvia noſtræ leges etiam in Pandectis contradici 3
videntur in *l. 61. §. 1. h. t. & l. 122. §. 1. de leg. 1.* ideo
poſſet melius dici, exceptionem hic haberi, ſi no-
minatim ab uno legatum, ut appareat, ab eo
tantum præſtari debere legatum. *Hill. inn. Don. l.
8. c. 29. lit. F.*

## ad L. Qvidam. 30.

*SUMMARIA.*

L*Egatum ad viam publicam reficiendam indefinitè conceptum an valeat. n. 1.*

*Rationes pro affirmat. adducuntur. 2.*

*Caſus varii, ubi incertitudo non vitiat legatum. 3.*

QVidam indefinite ad reficiendam viam pu- 1
blicam usqve ad illum terminum legavit,
qværitur, an valeat? R. qvod ſic, 1. qvia concur- 2
rit favor teſtamenti, ſed hic ſolus non ſufficeret;
nam incertitudo vitiat legata. 2. favor publicæ
viæ, reficiendæ & utilitas publica. 3. qvia propter

adjunctum, ſcilicet refectionem viæ, illa incertitudo facile tolli & declarari poteſt, qvantâ pecuniâ opus ſit. *Petr. Barboſa p. 3. legis primæ ff. ſol. matr. n. 52.* Unde *Jaſon. in l. ita ſtipulatus. 115. n. 10. & ſeq.* aliqvot caſus enumerat, ubi incertitudo non vitiat, ut in cauſa reficiendæ viæ publicæ, qvæ eſt ipſi prima, in dote, in alimentis, in cauſa Eccleſiæ, in cauſa ſtudii, &c. qvod maxime verum, ſi facile arbitrio boni viri certum reddi poſſit. conſ. *Guido Papæ dec. 457.*

## ad L. Omnia qvæ teſtamentis. 32.

### *SUMMARIA.*

*Purè legata ſtatim debentur poſt aditam hereditatem. n. 1.*

*Agnitio legati ante aditam hereditatem nec prodeſt nec obeſt. 2.*

*Legatum ante diem occupatum vindicatur ab herede cum fructibus. 3.*

*Legato ſic concepto:* Qvicqvid in eo fundo erit *non includuntur illata à Legatario legati ampliandi cauſa. 4.*

*Plures de familiâ ad fideicommiſſum vocati, qvo ordine vocati cenſeantur. 5.*

*An proximitas hic reſpectu teſtatoris, an verò ultimi defuncti attendenda. 6.*

*An excludantur naſcituri poſt primò vocatos à ſucceſſione. 7.*

*Plures ex diverſis gradibus vocati qvo ordine ſuccedant. 8.*

*An filii fratris matri ſuccedant in locum patris. 9. 10.*

*In dubio præſumitur ſubſtitutio vulgaris. 11.*

*In dubio non præſumitur teſtator heredem gravare voluiſſe. 12.*

1 QVæcunqve ſimpliciter legantur ſine die vel
conditione, ſtatim poſt aditam hæreditatem
debentur. *in princ. h. l.* aliud, ſi dies addita. Si
agnitio ante aditam hæreditatem fiat, nec prode-
rit, nec oberit. *Donell. l. 8. c. 18. poſt lit. B. & cap.*
3 *30. in princ.* Et ſi ante diem non ex voluntate
teſtatoris vel hæredis poſſideat rem legatam, re-
4 ſtitui debent fructus. *§. 1.* & qvando teſtator le-
gat: *Qvicqvid in eo fundo erit:* excipitur merito
illud, qvod ampliandi legati cauſa ipſe legatarius
intulit *§. 3.* Qvod autem nobilem illum *§. in fi-*
5 *deicommiſſo &c.* attinet, in eo proponitur, qvod ad
fideicommiſſum, qvando plures vocati ſunt de
familia, tunc illi, qvi primo nominati ſunt, &
poſt hos alii, qvi proximi ſunt, vocentur. Et ita
prius nominati, ſunt prius vocati; ordo verbo-
rum ſignificat ordinem dilectionis, ex qvo multa
infert *Mantica de Conject. ult. vol. l. 6. tit. 13. n. 11.*
conſ. *Chaſſaneus de Conſvet. Burg. tit de ſucc. §.*
*10. n. 40. Ceph. conſ. 353. n. 51. & ſeq. Carpz. p. 3.*
*c. 8. d. 7.* licet varie diſtingvat *Men. l. 4. præſ. 70.*
qvi tamen *n. 21. & ſeq.* propius ad hanc deciſio-
nem accedit. Deinde circa hunc textum diſpu-
tari ſolet de qvæſtione, ſi familiæ ſucceſſive ſit
relictum fideicommiſſum, an proximitas reſpe-
ctu teſtatoris, an verò ultimò defuncti ſit atten-
denda? Et ni fallor ſimpliciſſima æqvitati conſo- 6
na ſententia eſt, proximum ſemper videri, qvi ſit
reſpectu ultimò defuncti, ex ea ratione, qvia ta-
lia fideicommiſſa imitantur naturam ſucceſſio-
nis ab inteſtato. Et in feudis etiam ita ſuccedi-
tur. Et hæc videtur eſſe communis ſententia, ut
teſtatur *Vinc. Fuſar. de ſubſtit. qv. 379. n. 69.* ubi
plurimos allegat de communi ſententia atteſtan-
tes, & *q. 484. n. 10.* ubi plures allegat, & hunc
*§.* pro hac opinione inducit *n. 11. conf. Sande. l.*
*4. dec. Friſic. tit. 5. def. 3. Caſtillo p. 4. contr. c. 19. n.*
*140. Dn. Struv. ad tit. de SC. Trebell. th. 19.* Ter-
tio nota, non excludi naſcituros poſt primò vo- 7
catos à ſucceſſione, licet tempore mortis non
ſint in rerum naturâ. *Ceph. l. 3. conſ. 318. num. 73.*
*Men. d. n. 21. & ſeq.* Qvarto in pluribus ex diver- 8
ſis gradibus vocatis ſuccedìtur ſecundum ordi-
nem inteſtati. *Pariſius lib. 2. conſ. 30. n. 64. Hart-*
*man. Piſt. obſ. 163. n. 2. Carpz. p. 3. c. 8. d. 25.* Ut ta- 9
men filii fratris matri non ſuccedant in locum
parentis, licet hoc ab inteſtato fiat. *Pariſ. l. 2.*
*conſ. 57. n. 74. Chaſſanæus d. l.* Sed alii rectius hic 10
jus repræſentationis agnoſcunt, ſicut in ſucceſ-
ſione ab inteſtato locum habet. *Ant. Faber l. 6.*
*Cod. tit. 20. def. 10. p. 3. c. 8. def. 26.* Qvando ergo 11
plures ex diverſis gradibus vocantur, unus poſt
alium, poteſt hæc eſſe vulgaris vel fideicommiſ-
ſaria ſubſtitutio, qvarum illa præſumitur. *Carpz.*
*p. 3. c. 8. def. 8.* Deniqve colligitur ex verbis fina- 12
libus, teſtatorem non præſumi gravare voluiſſe
deſcendentes. *Carpz. p. 3. c. 8. def. 24.* niſi alia mens
probetur. *conf. de hoc §. prolixe diſſerens Cov. qv.*
*pract. 38. n. 3.*

## ad L. Titia. 34. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*INterpretatio verborum à ſe ipſo in §. 1. h. l. & qvomodo heres legatum à ſe ipſo accipere dicatur. n. 1.*

*Legatarius qvatenus propriâ autoritate rem legatam occupare poſſit. 2.*

*Teſtes aut Notarii ſubſcribentes inſtrumento abeui, an ſibi & ſuis juribus præjudicent. 3.*

*An filia exheredata, relictum fideicommiſſum cum dote, qvam pater, ſe non conſentiente, poſt ſolutum matrimonium repetiit, ſimul petere poſſit. 4.*

*Ratio pro negativâ ſuppeditatur. 5.*

*Caſus, ubi deficientibus verbis fideicommiſſum inferentibus, ex mente teſtatoris fidei commiſſum reputatur. 6.*

*Qvid hinc tribuendum verbis enunciativis. 7. & 8.*

1 DEfunctus ſcripſerat ad filiam: *volo eam à ſe*
*ipſa accipere villam;* & filio, *volo te præci-*
*puam habere à te ipſo ſynthesin villarum:* qværitur,
qvid ſignificent verba *à ſe ipſo*, nam hæredi à ſe
ipſo legari neqvit? Reſp. ita interpretanda hic
phra-

phraſis, ut fideicommiſſum valeat, non reddatur irritum. Ergo ita poteſt intelligi, non ut petat ab hærede alio, ſed propriâ autoritate: & ſic ex hoc textu probant, poſſe teſtatorem permittere legatario, ut propriâ autoritate occupet rem legatam & legatarius non poſſit conveniri ex interdicto,
2 *Qvod legatorum.* Et ſic etiam tacita hæc facultas dari poteſt, v. gr. vim fieri veto, legatario non fiat moleſtia. *Roman. ſing. 80.* qvi tamen malè gloriatur, ſe propter groſſitiem judicis Florentini hoc obtinuiſſe. *Corſetus ſing. 120. Dec. conſ. 476. in fin. Idem conſ. 418. num. 4. & conſ. 124. n. 17. Lud. Alvarus in repet. Rubr. de leg. 1. n. 91. vol. 4. & 104. & n. 108. Menoch. rem. 2. adip. poſſ. qv. 12.*

*Ad § Lucia. 4.* Lucia meo filio legat domum in codicillo; hæredes ejus me utentes ſive teſte ſive Notario, dividunt hæreditatem ab inteſtato, & domum qvoqve dividunt me præſente, & non contradicente, qværitur, an mihi vel filio præjudicaverim? Qvod negatur, qvia teſtis, licet agatur aliqvid, non ſtatim id approbat. *Gajus l. 39. de Pign. act.* Hinc colligitur, teſtes aut Notarios ſubſcribentes inſtrumento alicui, ſibi & ſuis juribus non præjudicare. *Tiraq. de Retr. conſ. §. 1. gl. 9. n. 1. conf. not. ad d. l. 39. ſupr. de Pign. act.*

*Ad §. 5.* Pater filia elocata poſt ſolutum ma-
4 trimonium repetit à generi hæredibus dotem, non conſentiente filia; poſtea facto teſtamento filium inſtituit hæredem, filiam exhæredavit, ipſi tamẽ à fratre fideicommiſſum reliqvit; qværitur, an dotem ac ſimul fideicommiſſum petere poſſit? qvod negatur; nam, ſi minus ſit in legato, qvam in dote, compenſatio fiet ad concurrentem ſum-
5 mam. Idem ſi plus ſit in legato. Ratio in textu, qvia non videtur duplici onere gravare velle filium: & habet hæc locum in debito neceſſario. *Afflict. dec. 44. n. 18. Menoch. conſ. 195. n. 19.* qvamvis etiam in debito neceſſario poſſit eſſe animus compenſandi, ſi pro eo aliæ accedant conjecturæ. *Afflict. d. l. & Menoch. conſ. Joh. de Amicis conſ. 124. n. 14.*

*Ad §. ult.* Titia ſua prædia in dotem dederat marito, poſtea ſcribit ad filiam, forte ex alio marito conceptam, *ita fine, ut maritus fruatur iſto complexu bonorum, donec vivit, poſt ejus mortem omnia erunt tua:* an per hæc verba maritus videatur rogatus, filiæ reſtituere omnia bona dotalia poſt mortem ſuam? Videtur qvod non, qvia deſunt verba fideicommiſſum inferentia;
7 ſed mens tamen eſt Titiæ. Unde colligunt ex *hoc §.* verba enunciativa interdum in ultimis voluntatibus inducere diſpoſitionem, licet verba dirigantur ad honoratum. *Mant. lib. 3. tit. 12. n. 2. & 3. Vid. Paul. de Montepico in repet. hujus §. n. 10. & ſeq. vol. 4.* qvi deciſionis rationem collocat in verbo Vitæ. *conſ. Alciatus lib. 4. diſpunct.*
8 *c. 19.* Qvod etiam ex enunciativis verbis interdum colligatur fideicommiſſum, apparet ex *L. unum 67. §. ult. h. t. Vinc. Fuſar. de ſubſt. qv. 678. num. 13. conferatur ad h. §. Cephalus conſ. 158. per totum.*

## ad L. Si areæ. 39.

### *SUMMARIA.*

*AREA legata, cui domus impoſita, debetur cum ſuperficie. n. 1.*

*Probatio contraria voluntatis hic incumbit heredi. 2.*

*Intellectus* l. 76. §. pen. de Leg. 3. 3.

AREA legata, ſi ei domus impoſita, debetur 1
cum ſuperficie. *Hic & l. 44. §. 4. de Leg. 1.* qvia area eadem manet. *l. 98. §. 8. de ſolut.* & ſic 2
probatio contrariæ voluntatis incumbit hæredi.
Et lex *79. §. pen. de Legat. 3.* loqvitur de eo caſu, 3
qvando apertè contraria eſt voluntas teſtatoris, & deſtructo licet ædificio, deberi tamen aream, licet ædificarit animo mutandi legati, qvia mutatio voluntatis eò tantum pertinet, ne domus deberetur. Ita *Donell. l. 8. c. 17. & ibi Hill. lit. I.*

## ad L. Mævio. 41.

### *SUMMARIA.*

C*Aſus* princ. h. l. *proponitur. n. 1.*

*Ratio dubitandi & decidendi. 2. 3.*

*Qvid ab aliqvibus ex* h. l. *pr. colligatur. 4.*

*Si leget aliqvis uxori, qvicqvid dotis titulo ad maritum pervenit, an legatum deductis impenſis utilibus præſtari poſſit. 5. 6.*

QVidam ita diſponit: Mevio partem fundi 1
dimidiam lego, Sejo partem dimidiam le-
go: Titio eundem fundum lego. Si Sejus dece- 2
dat, an ejus pars utriqve accedit? Videtur qvod non, qvia Mevius & Sejus verbis tantum conjuncti; ſed affirmatur, qvia licet partes Mevio & Sejo aſſignentur, id tamen fit non in eadem oratio-
ne; ergo ſic pro verbis tantum conjunctis haben- 3
di non ſunt priores. *vid. Cujac. l. 24. obſ. 35. Hillig.*
*in Donell. l. 7. c. 13. lit. M.* Licet alii aliter: nam alii 4
colligunt, ſi in fundo conjuncti, alius verbis tantum, alius re tantum, qvod tunc portio unius conjuncti, verbis tantum, accreſcat utriqve pro re nata. *vid. Vaſq. de Succeſſ. Progreſſ. §. 22. num. 23. & ſ. Ripa ad l. Re conjuncti. de legat. 3. num. 123. Duaren. de jure accreſc. lib. 2. c. 13. Ant. Fab. lib. 1. Conject. c. 3. Menoch. l. 4. præſ. 173. n. 21.*

*Ad §. 1.* In hoc §. habetur hæc ſpecies. Le- 5
gat aliqvis à me hærede, ut meæ uxori, qvicqvid dotis titulo ad me pervenit, ſolvam; qværitur, an impenſas utiles, (de qvibus hunc textum recte intelligit *Cujac.*) poſſim deducere? Et re-
ſpondetur, aut maritus legat uxori dotem qvi- 6
buscunqve verbis, & hæres poteſt facere deductionem expenſarum, per *l. 6. de Dote præleg.* aut extraneus, & tunc nulla deductio facienda, qvæ eſt verior interpretatio, qvam illa communiter recepta ex formâ verborum diſtributivâ & indefinitâ. *Vid. Barboſa ad Rubr. ſol. matr. p. 3. num. 29.*

## ad L. Cum ei, 42.

*SUMMARIUM.*

*Legari incapaci poteſt ad reſtituendum legatum capaci.*

SI ei, qvi ſolidum capere non poteſt, ſed tantum partem, v. gr. naturali filio, cui exiſtentibus legitimis liberis, tantum uncia legari poteſt, plus legetut, jubeatur tamen illud reſtituere alii, validum eſt legatum. *hic & l. 28. de leg. 3.* qvia non verè capitur, qvod non retinetur. *l. 71. de V. S. l. 51. de Reg. jur.* cum effectum ſpectemus & perſonam, cui acqviſitum, non à qvo præſtitum velit: ſed aliud, ſi plane incapax ſit, & nihil capere poſſit. *Donellus l. 8. c. 6. in fin. & ibi Hill. lit. H.*

## ad L. Si ita, 43. §. Pegaſus. 2.

*SUMMARIA.*

*Gravamen heredis indefinitè conceptum ad omnes pertinet. n. 1.*

*Qvid ſi ad nnum reſtrictum. 2.*

*Legatnm relictum in dien. qvatenus debeatur ſine fructibus medio tempore perceptis. 3.*

*Ex pluribus ſummis diſtinctim legatis, aut diverſo tempore ſolvendis, una tantum ſumma, qva ratione qvantitatis vel temporis minor eſt, debetur. 4.*

1 IN *princ. & §. 2.* tantum hoc habetur, qvod ſi
indefinite hæres gtavatur, id de omnibus eſſe
intelligendum, qvia indefinita æqvipollet uni-
2 verſali; ſed ſi de uno hæredum dicat, in dubio
de eo, cui minimum relictum, eſt intelligendum;
3 qvod ultimum bene notandum. Relictum autem in diem, debetur ſine fructibus medio tempore perceptis, ſi in gratiam hæredis dies fuit appoſitus; ſecus, ſi legatarii vel fideicommiſſarii gratia. *Peregr. de fideicom. art. 49. p. 2. n. 25. Mant. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 10. n. 10. Men. lib. 2. A. qv. caſu 256. n. 18. & Fuſarius q. 626. n. 41.*
4 Sed ſi plures ſummæ diſtinctim legentur, aut decem aut qvindecim, aut una ſumma ſolvenda intra annum aut biennium, hoc ſemper ita accipiendum eſt, qvaſi una tantum ſumma, qvæ ratione qvantitatis vel temporis minor eſt, legata ſit. *Donell. lib. 8. c. 19. poſt lit. N.*

## ad L. Si ita. 45.

*SUMMARIA.*

*In legatis filiorum nomine continentur filiæ, non contra. n. 1.*

*Legatum ſub conditione vel die ante exiſtentem conditionem vel diem repudiari non poteſt. 2.*

*An & tacitè hoc fieri poſſit. 3.*

*Renunciatio filii ante mortem patris demortui an præjudicet nepotibus. 4.*

*Legatum filiæ relictum ſub hâc conditione, ubi nupſiſſet, ſi verò jam tum nupta eſt, qvatenus præſtandum. 5.*

*Qvid ex §. ult. h. l. colligat* Donellus. 6.

SI filiis do vel lego, omnino filiæ etiam intel- 1
ligendæ, non verò vice verſa. Ergo maſculinum continet fœmininum, non ex propria ſignificatione, ſed per extenſionem. *Cephal. lib. 3. conſ. 306. n. 114. & ſeq.* ſed fœmininum nón continet maſculimum, cum hoc exemplo peſſimum futurum ſit. *Ric. collect. dec. 432. A. Barb. lib. 1. c. 13. ax. 1.* nam veteres mollem virum fœminino vocabulo nominarunt. *Alciat. l. 3. parerg. c. 48.*
Qvod ſub conditione vel die legatum, ante con- 2
ditionem impletam, repudiari non poteſt; ergo
nec tacitè, ſi rem fideicommiſſo relictam ſub 3
conditione pendente conditione ſciens emam. *Fach. lib. 10. c. 25. & Sande lib. 4. t. 4. def. 12.* Cui ſcientiæ in eo, ſi ſciens emam, à contrario ſenſu refragari videtur *L. cui res 29. de Act. Empti. & l. 84. §. 5. de Leg. 1.* ſed juxta illam *Sande d. l.* reſpon-
ſum refert. Collige, ſi filius ante patris mortem 4
moriatur, qvod hæc renunciatio nepotibus ex filio ſuo jure venientibus non præjudicet, qvia renunciatio filii intelligitur facta ſub conditione, ſi delata fuerit hæreditas, atqvi filio præmor-
tuo non fuit delata. *Carpz. p. 3. conſt. 10. def. 4.* De- 5
mum hæc ſpecies notanda ex *§. ult.* Si pater leget filiæ 100. ubi ea nupſiſſet; ſed ea jam erat nupta, idqve aut ſciente patre, & ſic de futuris ſecundis nuptiis videtur ſenſiſſe; aut ignorante,
& tunc ſtatim debetur legatum. Colligit ex h. §. 6
*Donellus* ad tempus incertum, & ita conditionem exprimendam facere verba ubi, cum, poſtqvam, qvandocunqve, &c. *hic & l. 25. ff. de Condit. &*
*demonſtr. Donellus lib. 8. c. 31. poſt lit. C.* Unde 7
videtur decidi poſſe caſus; ſi teſtator virgini ad nubendum leget mille, & illa jam ſit nupta ignorante teſtatote, de qvo *Mandellus l. 1. conſ. 52.*

## ad L. Si ſcripſiſſet. 46.

*SUMMARIA.*

*Legatum ſic conceptum* qvicqvid Titius debet, *an comprehendat debita conditionalia. n. 1.*

*Extenſio legis ad contractus. 2.*

*Renuncians fideicommiſſo, præſenti tantùm renunciaſſe cenſetur. 3.*

SI legatum, qvicqvid Titius debet, de debito 1
præſente & puro, non qvod ſub conditione vel in diem debet, ſenſiſſe videtur teſtator. *Boer. qv. 30. num. 8.* niſi aliud actum, *per l. 7. ff. de Auro leg. Mantica de conject. lib. 9. tit. 4. num. 3. Graſſus qv. 40. Gomez. tit. 1. c. 12. n. 82. Fr. Barry de Succ. lib. 9. tit. 23. n. 6. Cephal. l. 1. conſ. 14. n. 15.*
Et hanc legem ad contractus etiam cum aliis à ſe 2
allegatis extendit *Cephal. conſ. 595. n. 13. & ſeqq.*
Et infertur ex hâc regula, eum, qvi renunciat fi- 3
deicommiſſo, præſenti, non verò conditionali

renun-

renunciaſſe. *Ceph. l. 5. conſ. 773. n. 61.* ubi in præcedentibus & ſeqventibus plura inde deducit. conſ. *Crotus l. 1. conſ. 14. n. 24.*

## ad L. Sempronius. 47.

*SUMMARIA*

*IN uno teſtamento diverſis tabulis ſcripto, ſi diverſa qvoad qvantitatem legata, minor ſumma legata intelligitur. n. 1.*

*Ratio ſuppeditatur. 2.*

*Ex duobus mandatis procuratoriis diſcrepantibus, valet illud, qvod minorem confert poteſtatem. 3.*

1 CUm teſtator unum teſtamentum duabus ta-
bulis ſcripſiſſet, & in alteris centum, in alte-
ris 50. legaſſet, tantum 50. debentur, qvia in du-
bio minor ſumma debetur, *per l. 14. in f. de leg. 1.*
*Harpr. in §. 6. Inſt. de legat. n. 13. Menoch. lib. 2.*
*Arb. qv. caſ. 213. n. 15. Surd. conſ. 141. n. 19. Decian.*
*vol. 1. Reſp. 41. n. 56. Dn. Manz. in cent. dec. qv. 55.*
2 *n. 16.* Ratio, qvia dum debent eſſe diverſa tan-
tum exemplaria, ubiqve debet eſſe unum lega-
tum, ſed error ſcribentis intervenit. In dubio
minus gravare voluiſſe præſumitur hæredem.
Ex hâc lege colligit *Boër. dec. 311. num. 1.* & cum eo
3 *Manz. d. l. n. 18.* ſi diſcrepant duo mandata pro-
curatoria, tunc illud valet, qvod confert mino-
rem poteſtatem.

## ad L. Mortuo bove. 49.

*SUMMARIA.*

*REſiduum rei legatæ ante moram peremptæ non debetur. n. 1.*

*Æſtimatio teſſeræ frumentariæ legatæ Provinciali, debetur etiam heredi ejus. 2.*

*Legatum de re, quæ commercio legatarii exemta, qvatenus valeat. 3. & 4.*

*Deficiens portio hæredis unius accreſcit cæteris pro rata portionum, qvibus accreſcit. 5.*

1 QVod ſupereſt ex re legata (v. gr. corium,)
ante moram perempta, non debetur, ſcili-
cet anteqvam factus bos legatarii. Hoc in princ.
2 Sed in §. 1. qværitur de teſſerâ frumentariâ legatâ
homini provinciali, qvi ea frui non poteſt; ideo-
qve æſtimatio debetur etiam hæredi ejus, per §. 1.
3 Sed in §. 2. habetur de perſonis, qvæ commer-
cium alicujus rei non habent, ſicut Judæi non
poſſunt habere mancipium Chriſtianum, ſi hoc
ergo Judæo legetur, ut mihi id præſtet, validum
4 eſt legatum. Ratio in *l. 42. h. t.* & qvia interdictio
nocere debet, non prodeſſe; ſed ſi ſimpliciter le-
getur Judæo ſine onere reſtitutionis, invalidum
5 legatum. *Donell. l. 9. cap. 9. lit. F.* In §. ult. dicitur,
qvod deficiens portio hæredis unius accreſcat
cæteris pro rata portionum, qvibus accreſcit, &
ſic hic non negari, hæredes legatariis in ſolidum
obligari. *Caball. de Divid. & Ind. p. 2. n. 371.* Aliter reſpondet *Hormanoctius Detus* in *rep. l. 4. §. Cato. de verb. obl. n. 172.*

## ad L. Ut heredibus. 50.

*SUMMARIA.*

*QVaſi ſubſtitutio locum habet in legatis, donationibus mortis cauſa, & inter vivos. n. 1.*

*Qvaſi fideicommiſſum in donationibus. 2.*

*Una re legata ex duabus alternativè debitis, qvatenus valeat. 3.*

*Caſus, ubi aliqvis cedendo actionem ſuam, ſe liberare poteſt. 4.*

SUbſtitutio propriè eſt ſecunda inſtitutio hæ- 1
redis, ſed qvaſi ſubſtitutio ſeu ſurrogatio in
legatis, imo etiam in donationibus mortis cauſa
locū habet. *Carpz. p. 3. c. 8. def. 2.* Imo etiam in do- 2
nationibus inter vivos, & ita qvaſi fideicommiſ-
ſum locum habet, ſi ſcilicet donaverim prædium, 3
hac tamen lege, ut poſt mortem tuam habeat
Titius, de qvo *Carpz. d. c. 8. d. 22.* Et ſi legatur 4
una res ex duabus alternativè debitis, eventus
ſolutionis declarabit, an legatum valeat. Hoc
in §. 1. Sed ſi legetur mihi, *qvantum à Titio debitore meo exiges*, ſi non in formâ conditionis lege-
tur, ſtatim peti poteſt; ut tamen tenearis cedere
mihi actionem: & notetur hic caſus, ubi aliqvis
cedendo actionem ſuam ſe liberare poteſt.

## ad L. Si ita qvis. 51.

*SUMMARIA.*

*INcapaci qvatenus relinqvi poſſit. n. 1.*

*Qvid ſi ſub conditione qvid relictum incapaci. 2.*

*Legatum ad tempus liberorum, non acqviritur adoptando. 3.*

INcapaci etiam relinqvi poteſt, qvando in id 1
tempus, qvo capere poteſt, confertur. Et ſic et- 2
iam, qvando ſub conditione alicui legatur, de
capacitate perſonæ qværendum non eſt, non-
dum exiſtente conditione. *l. 52. h. t. & 104. de*
*Condit. & dem.* Et in hac conditione, ſi liberos 3
reliqverit, non intelliguntur liberi adoptivi. *hic*
*& l. 76. de Condict. & dem.*

## ad L. Cum ab uno. 53.

*SUMMARIA.*

*MUlier in repetitione dotis, rejecto legato compenſandi animo à marito relicto, an heredem ex pluribus iſthoc gravatum ultra qvantitatem legati convenire poſſit. n. 1. & 2.*

*Qvid hinc colligatur. 3.*

MAritus debitor uxoris ſuæ eidem compen- 1
ſandi animo legavit qvantitatem præſtan-
dā ab uno ex hæredibus, & juſſit eam eſſe conten-

tam legato ſuo, mulier repudians legatum poteſt de dote movere actionem, pro legati qvantitate adverſus illum hæredem, à qvo relictum eſt, pro reſiduo verò adverſus omnes hæredes.
2 Seu licet mulier repudiet legatum, & malit dotem ſuam petere, poteſt tamen illam electionem & deputationem unius hæredis acceptare, & contra aſſignatum hæredem agere actione de dote, eo uſqve, qvo ſe qvantitas legati extendit, & ſic mulier repudiat legatum, qvatenus tale; ſed aſſignationem hæredis acceptat, ut tamen hæres ultra qvantitatem legati non teneatur, ſed reliqvum à cæteris hæredibus petere poteſt. *vid. Caballinus in tr. de Divid. & ind. p. 2. n. 227.*
3 *& ſeqq. Menoch. conſ. 206. n. 99.* Colligunt & junctâ *L. ſi compenſandi. 6. C. de hæred. inſt.* ſi qvid compenſandi animo legatum, alterutro contentum eſſe debere legatarium. *Berl. p. 2. concl. 50. n. 79. Hartm. Piſt. p. 1. qv. 4. n. 21.*

## ad L. Qvod Principi. 56. ſeq.

*SUMMARIA.*

*LEgatum Principi relictum morte ipſius non perit. n. 1.*

*Extenditur. 2.*

*Limitatur in Auguſta. 3.*

1 QVod Principi legatum, eo ante diem cedentem defuncto, ſuceſſori debetur; hoc enim magis dignitati, qvam perſonæ relictum
2 cenſetur. Idem ſi privato qvid legatum ſub no-
3 mine dignitatis *l. 10. §. 1. de Annuis legatis.* Aliud in Auguſta, qvia illa non præeſt, nec alia in ejus locum eligitur. *Donell. lib. 8. c. 28. & ibi Hill. lit. H. Covarr. in c. 17. num. 6. X. de teſtam. Dec. in Pract. crim. lib. 7. c. 5. n. 1.*

## ad L. Julianus. 60.

SI legatarius fideicommiſſo gravatus, & fideicommiſſarius præmoriatur, fideicommiſſum penes legatarium, nec ad hæredem redit; potior enim gravati conditio. *conſ. Donell. l. 8. c. 18. poſt lit. S.*

## ad L. Si Titio. 61. §. Julianus.

*SUMMARIA.*

*PArs deficiens accreſcit cohæredi cum ſuo onere. n. 1.*

*Jus accreſcendi ſubſtitutioni æqviparatur. 2.*

1 QVidam in codicillo ſuum hæredem alterum legitimum gravavit fideicommiſſo: ille igitur non vult ſuam partem adire, ideoqve pars ejus redit ad cohæredem cum ſuo onere,
2 qvia Jus accreſcendi ſubſtitutioni æqviparatur, qvod ex hoc textu ſolent probare. *Mantica l. 4. tit. 12. num. 3.* ubi citat *Baldum*, hunc textum qvaſi unicum allegantem. *Vasq. l. 3. de Succeſſ. Progreſſu in præfat. n. 1. 2. 5. & 12. Hill. in Donell. lib. 7. c. 12. lit. B.*

## ad L. Cum proponebatur. 64.

*SUMMARIUM.*

*REciproca ſubſtitutio, omiſſa in teſtamento, in codicillo verò expreſſa, non eſt impugnanda.*

REciproca ſubſtitutio, licet omiſſa fuerit in teſtamento, ſi tamen in codicillis expreſſa, de voluntate teſtatoris dubitandum non eſt, cum ex conjecturis colligi poſſit, ubi non de inducendo, ſed declarando fideicommiſſo agitur. *Donell. lib. 8. c. 3. & ibi Hill. lit. E. Menoch. conſ. 85. n. 87. Rimin. lib. 6. conſ. 602. n. 30. & conſ. 604. n. 55. Fuſar. de ſubſt. qv. 276.*

## ad L. Mævius 66.

*SUMMARIA.*

*CAſus, ubi unius rei, uni in duobus teſtamentis legata, debetur & ipſum corpus, & ejus æſtimatio. n. 1.*

*Regulariter hoc modo ſolutum ex uno teſtamento, non poteſt peti ex alio. 2.*

*Legatum, ubi res mea, alteri oppignorata vel cujus uſumfructum alius habet, mihi legatur, an ſubſiſtat. 3. 4.*

*An & ratione ſervitutis prædialis. 5.*

MEvius legat mihi & Titio fundum ſub 1
conditione, qvo caſu ſingulis nobis partes debentur. Pendente autem conditione heres Mevii ſub eadem mihi legavit, ut non ſit amplius in legato ab hærede, qvam à Mevio relicto. Exiſtente conditione, ea pars, qvæ mihi à Mevio relicta, debetur, nam duplicare legatum voluit. Ergo præſumitur hæres mihi alterius partis, qvæ Titio debetur, æſtimationem voluiſſe legare. Unde colligitur, eam debere interpretationem in dubio ſumi, per qvam non inutile reddatur legatum. *Cujac. tomo 4.*
*ad lib. 17. quæſt. Papin.* Si una res duobus 2
teſtamentis relicta, ſoluta illa res ex teſtamento, non poteſt peti ex alio, qvia duæ lucrativæ cauſæ poſſunt concurrere in unam perſonam. conſ. *§. 6. Inſt. de Legat. Bart. hic & Cujac. ad hanc l. tom. 4. p. 383. & ſeq.* De interpretatione obſcurioris §. 3. vid. *Caballinus de Div. & Ind. p. 2. num. 102.* qvod hominis legatum ſive promiſſio in ſingulis hominibus impleri poſſit. *Conf. Alciat. lib. 1. diſpunct. c. 24. Ant. Fab. lib. 2. cap. 15.*

*In §. pen.* hæc proponitur ſpecies: Res qvæ- 3
dam eſt mea, ſed tibi oppignorata, vel tibi in ea uſusfructus competit: hanc rem meã mihi legat Titius, qværitur, an ſubſiſtat legatum? Videtur qvod non, qvia res propria legatarii ei legari neqvit, ſed affirmatur, qvia regula habet exceptionẽ; niſi in ea re ſit jus aliqvod alienum, propter

qvod nobis abeſt uſus rei, ut ſi vectigalis. *l. 71. §.*
4 *pen. de leg. 1.* ſi ſuperficies alterius. *l. 86. §. ult. de*
*leg. 1.* ſi pignus alteri ſit. *d. l. 86. pr.* vel uſusfru-
ctus alterius ſit, ob eandem & majorem ratio-
nem, qvia multo plus abeſt Domino, qvam in
pignore. Hæc *Don. l. 8. c. 11. lit. O.* ubi poſt *Cujac.*
qvem hic refert *Gothofredus*, notat pro *Propter*
5 legendum eſſe *Præter*, Sed ſi alii ſervitus prædia-
lis competit, exceptio illa locum non habet,
qvia tunc res non minus perfecte mea eſt. *Don.*
*d. l.*

## ad L. Unum ex familia. 67.

### *SUMMARIA.*

*Rogatus uni ex familiâ teſtatoris dare fundum, mentione mortis factâ, an & qvamdiu electionem habeat. n. 1.*

*Qvid ſi ſine mentione mortis qvis rogatus. 2.*

*Qvid hinc colligatur 3.*

*Fideicommiſſum ab hærede eligente præſtitum, non hæredis liberalitati, ſed teſtatoris tribuendum eſt. 4.*

*Eligi poteſt in familiâ remotior gradu. 5.*

*Res, qvæ in familiâ manere debuit, extraneo legata, vindicari poteſt & ab eo ex familia, qvi legantis hæres non eſt. 6.*

*Qvid ſi pars tantum alienata. 7.*

*An & qvatenus valeat legatum, ubi uni ex familiâ fundo legato, fidei ejus commiſſum, ut extero reſtitueret. 8.*

*Electione ab hærede omiſſâ, omnes, qvi eligi poterant, petere poſſunt. 9.*

*Qvid hinc colligat* Surdus. *10.*

*Legatum, ubi rem hæredis legat teſtator, qvam putat eſſe ſuam, an valeat. 11.*

*Legans rem communem, ſuam tantùm partem cenſetur legaſſe. 12.*

*Limitatur. 13.*

*Limitatur. 14.*

*Si de fideicommiſſo conſtat mens teſtatoris, valet, licet deficiant verba. 15.*

*Fideicommiſſi verba propria, & qvæ huc referantur. 16.*

*Qvæ verba ex §. f. h. l. benè notanda. 17.*

*Vidua teſtamentum mariti defendens, ſolutione expenſarum non eſt gravanda, licet ſuccumbat. 18.*

1 HÆres rogatus, uni ex familia teſtatoris dare
fundum, cum morietur, eligere poteſt, cui
reſtituat. *Menoch. conſ. 276. n. 18. & n. 38.* & tam-
diu eligendi & variandi habet facultatem, do-
2 nec vivit; ſecus, ſi relictum ſimpliciter, ſi cui
vellet dare ſine mentione mortis, ubi ſemel ele-
ctio facta non poteſt mutari. *Hic & l. 24. ſupr. h.*
*t. & l. cum pater. 77. §. 10. infr. h. t. Ant. de Padill.*
3 *ad hanc L. in pr. n. 11.* Collige, qvando dicitur,
*cum volueris & qvandocunqve volueris*, contineri
tractum temporis. *Cujac. tom. 4. p. 450.*
4 Ex §. 1. autem notetur, fideicommiſſarium
electum ab hærede, non habere id lucrum ex te-
ſtamento hæredis, ſed primi teſtatoris. *Bart. ibid.*
*& Car. Ruinus vol. 2. conſ. 115. n. 7. & conſ. 116. n.*
*15.* De reliqvis §§. *vid. Cujac. ad l. 19. qvæſt. Pa-*
*pin. tomo 4. pag. 450. & ſeqq. Padilla ad hanc Leg.*
Et in ſpecie ex §. 2. notetur, diſpari gradu ſi ſint 5
de familia, poſſe eligi remotiorem. *Menoch. conſ.*
*327. n. 97.* ubi eum §. ad ſuum ſcopum accom-
modat. Et ex §. 3. idem *Men. conſ. 89. n. 35.* pro- 6
bat, qvod fundus, qvi in familiâ manere debuit,
ſi à teſtatore extraneo fuit legatus, vindicari ab eo
ex familia poſſit, qvi non eſt hæres teſtatoris
legantis, hæres autem, qvi alias potuiſſet vindi-
care, exceptione repellatur. Et ſi partem aliena- 7
vit, ad illam partem admittuntur, qvi ſunt de
familiâ. *Donell. l. 8. c. 28. lit. D.* Qvod ſi autem 8
uni ex familiâ fundo legato, ejus fidei commiſit,
ut extero reſtitueret, non valet, niſi ei aliunde
reliqverit, qvod fundi pretium efficeret; nam
tunc valet fideicommiſſum, ut tamen cæteri de
familia habeant petitionem ex primo teſtamento,
vel ſtatim, ſi hæres rogatus, cui vellet ex fami-
lia relinqvere, vel poſt mortem legatarii, ſi ita
relictum, ne de familia exeat. Qvamdiu enim
legatarius vivit, videtur rem habere, qvi pretio
fruitur. *l. 39. ff. de uſufr.* qvæ ſententia eſt §. *Don.*
*d. l. 8. c. 28.* cujus enucleati verba ipſiſſima ad-
duxi. In §. 7. dicitur, ſi hæredi electio data cum 9
morietur, omnes poſſe petere, ſi electio nulla fa-
cta, vel etiam unum, ſi ſolus ex iis, qvi eligi po-
terant, tempore mortis ſuperſit. *hic & L. Pater. 38.*
*§. Filia. 2. d. leg. 3. Don. lib. 8. c. 28. poſt lit. E.* qvi §.
huic non obſtat *Cujac. ad lib. 19. q. Pap. ad h. textum.*
Unde ex hoc §. probat *Surd. vol. 3. conſ. n. 31.* qvan- 10
do Epiſcopus unum ex pluribus eligere debuit,
& non elegit, illos tamen ſolos ad electionem
venire, qvi tempore mortis Epiſcopi ſuperſunt.
In §. 8. hæc habetur ſpecies: Legavit mihi qvis 11
fundum, qvem ſuum eſſe putavit, ſed fuit hæredis,
qværitur, an valeat legatum? Videtur qvod
non, ex duplici ratione, I. non valet legatum rei
alienæ, ſi ſuam eſſe putavit. *§. 4. Inſt. de legat. 1.*
II. qvia voluntates teſtatorum in ſuis rebus le-
gandis, qvam in comparandis alienis, & oneran-
dis hæredibus faciliores, qvæ regula ex *hoc §.*
ſemper allegari ſolet; Sed affirm. qvia hæres hic
non cogitur redimere, qvia poſſidet. Hinc infe- 12
runt, licet teſtator leget rem cum alio commu-
nem, partem tamen ſuam videatur legaſſe. *l. 5. §.*
*ult. de leg. 1.* Secus tamen eſt, ſi cum hærede ſit 13
communis, ubi tota res videtur legata. *Mant. de*
*conject. l. 9. tit. 1. n. 12. Rum. vol. 2. conſ. 25. n. 18. Ri-*
*min. vol. 6. conſ. 672. n. 95. & ſeqq.* Sed textum 14
hunc limitant, ut locum tantum habeat in hære-
de ex aſſe; nam qvi cohæredem habet, ejus res
tota non eſt, & ut locum non habeat, ubi cum be-
neficio Inventarii adita eſt hæreditas. *Caballin. de*
*Divid. & Indiv. p. 2. n. 353. conſ. Purpuratus conſ.*
*595. n. 7. & ſeq.*
In §. *pen.* habetur hæc regula, ſi verba teſta- 15
menti ſint defectiva; ſi tamen ex contextu conſtet

de

de mente teſtatoris, qvod fideicommiſſum relin-
qvere voluerit, omnino id ſubſiſtit. *Ricc. dec.*
*collect. 565.* modo fideicommiſſum ſit expreſ-
ſum, & in verbis tantum defectus ſit, ut decla-
16 rat *Rimirald vol. 6. conſ. 604. num. 52.* Fideicom-
miſſorum verba propria ſunt, rogo, peto, volo,
mando, & ſim. Sed & huc pertinent verba alia,
non precativa, ſed denotantia deſiderium &
ſpem teſtatoris, v. g. ſcio vel credo te facturum,
non dubito, qvi facturus ſis, er habe das Ver-
trauen zu ihm/ er wäre des tröſtlichen Verhoff-
ſens ꝛc. qvia fideicommiſſum ſola voluntate con-
ſtat. Talia verba futuri temporis ad hæredem
directa fideicommiſſum inducunt. *Hic & l. 118.*
*de Leg. 3. Cujac. hic. tom. 4. pag. 468. Maſc. concl.*
*576. in fin. Don. lib. 8. c. 3. lit. D. Barry lib. 8. tit. 1. Fu-*
*ſar. qv. 275. Carpz. p. 3. c. 8. def. 27. Peregrin.*
17 *de fideicom. art. 1. n. 48.* Notanda autem ex *§.*
*fin.* verba, qvod jura benè de uxore præſumant,
& honor benè tranſacti matrimonii, fides etiam
communium liberorum, non decipere debeat
18 patrem; ideoqve dum vidua teſtamentum de-
fendit, licet ſuccumbat, ſolutione tamen expen-
ſarum non gravanda, ut ex hoc textu probat
*Cephal. lib. 3. conſ. 329. n. 44. & ſeqq.*

## ad L. Seqvens qvæſtio. 68.

*SUMMARIA.*

*Res inter vivos, in genere heredi, uxori, donata non includuntur fideicommiſſo. n. 1.*

*Aliud, ſi nominatim gravatæ. 2.*

*Qvod procedit in omni hærede. 3.*

1 TEſtator ſi uxore hærede inſtitutâ, fidei ejus
commiſerit, ut qvæcunqve ex bonis ejus
cepiſſet, liberis communibus reſtitueret, res in-
ter vivos à teſtatore uxori donatæ, qvarum do-
natio morte tantum confirmatur, in reſtitutio-
nem non veniunt, qvia ſunt extra cauſam hæ-
reditatis, ut æs alienum detrahendum, & eas
habitura eſſet uxor, licet hæres non ſit inſtitu-
2 ta; nominatim tamen eæ etiam gravari poſſunt
fideicommiſſo. *Pariſius lib. 3. conſ. 2. n. 48. Cujac.*
*tom. 1. pag. 729. Vinc. à Sala in rep. l. filium. C.*
*fam. herc. n. 45. Cravet. vol. 3. conſ. 357. n. 35.*
*Conſius in rep. l. c. [illegible] oirum. n. 59. C. de Fideicom.*
3 *Carpz. p. 2. dec. 154. n. 18.* Aliàs etiam, ſi qvis fi-
deicommiſſo gravaverit hæredem, qvantum ad
eum pervenerit, in tali fideicommiſſo non ve-
niunt, qvæ inter vivos donata. *Clarus §. Teſta-*
*mentum. qv. 71. in fin.*

## ad L. Peto. 69.

*SUMMARIA.*

*Legatum relictum cenſetur, ſi verba referuntur ad eum, cui relinqvere voluit teſtator. n. 1.*

*Fideicommiſſum extra familiam alienari prohibitũ, ſi ex causâ voluntariâ alienetur, repeti à fideicommiſſariis ſtatim poteſt. 2.*

*Qvod ſi ex causâ neceſſariâ alienetur. 3.*

*Prohibitio alienationis in caſu neceſſitatis non valet 4.*

*Limitatio* Tiraqvelli *non probatur. 5.*

*Relicta à tutore etiam inutiliter dato, ab impubere ipſo relicta cenſentur. 6.*

*Extenditur. 7.*

*Res contra prohibitionem extra familiam alienata, qvatenus ordine ſucceſſivo ab omnibus ex familiâ revocari poſſit. 8.*

*Cenſetur & is de familia eſſe, qvi poſt mortem teſtatoris conceptus eſt. 9.*

*Ratione rei alienari prohibitæ omnis inſtitutio heredis extranei prohibita eſt. 10.*

*Inſtitutione vel ſubſtitutione nominibus collectivis concepta, heredes non ſimul, ſed ordine ſucceſſivo vocati videntur. 11.*

LEgatum relictum eſſe inter alia etiam exin- 1
de conſtat, qvando verba referuntur ad eum,
cui relinqvere voluit v. g. contentus eſto hoc
fundo: ſufficiant tibi vineæ. *Hic in princ. & l.*
*11. §. 4. de leg. 3.* Non enim poteſt re eſſe conten-
tus, niſi eam acceperit. *Donell. l. 9. l. 8. c. 3. lit. E.*
Si autem alienatio fideicommiſſi extra famili- 2
am prohibita & tamen ab hærede facta eſt ex
causâ voluntariâ, ſtatim fideicommiſſarii poſ-
ſunt petere fideicommiſſum; ſed ſi ex cauſa ne- 3
ceſſaria, & qvidem ob æs alienum hæredis, re-
vocari non poteſt, niſi alienatore mortuo, & ita
alienatio durat ad vitam hæredis. *§. 1. h. l. Krinus*
*conſ. 109. n. 1. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 40.*
*Fuſarius qv. 542. Hill. in Don. lib. 8. c. 28. lit. F. Carpz.*
*p. 3. c. 8. d. 35.* Notant ex *h. L.* qvod prohibitio 4
alenationis non valeat in caſu neceſſitatis,
*per allegata Tiraq. de Retr. Conſang. §. 1. gl. 14.*
*num. 11.* qvamvis autem id limitet *num. 16.* ſi 5
cauſa neceſſitatis præcedat prohibitionem, non
tamen placet hæc limitatio, præſertim cum idem
*Tiraq. d. LL. Connub. gloſſa 8. n. 282.* ſtatu-
at, non obſtante prohibitione, alienari rem poſ-
ſe ob captivitatem, qvæ omninò cauſa potior 6
eſt prohibitione. Relicta verò à tutore, et-
iam inutiliter dato, videntur relicta ab impu-
bere ipſo, v. g. Mater dat tutorem teſtamento,
ſed ut notum eſt inutiliter, ac tutorem hunc
gravat, ut huic vel illi qvid reſtituat, hic ipſum
pupillum gravare voluit. *Mant. lib. 8. tit. 2. num.* 7
*2. Barry lib. 8. tit. 5. num. 5.* Idem in executione 8
teſtamenti. *Barry d. l.* Sed res contra prohibitio-
nem alienata extra familiam revocatur per o-
mnes de familia, ordine tamen ſucceſſivo, ita
ut primus caveat de reſtituendo ſeqventibus, li-
cet etiam ſine cautione res poſſit vindicari.
*Dec. conſ. 378. Craveta conſ. 180. num. 2.* ubi re-
qvirit, ut fiat vocatio nomine collectivo. *Ce-*
*phal. lib. 3. conſ. 353. n. 53. & l. 4. conſ. 473. n. 22. Mo-*
*linæus conſ. 26. n. 39. Menoch. conſ. 277. n. 39. Rimin.*
*conſ. 482. n. 56. Don. lib. 8. c. 28.* Colligunt ex *h.* 9
*§.* etiam eum de familia eſſe videri, qvi poſt mor-
tem teſtatoris conceptus eſt, qvia agitur de fidei-
com-

commiſſo conditionali. *Tiraq. de Retr. conſang. §. 1. gl. 9. n. 88. Men. lib. 4. praeſ. 93. n. 1. & ſ. Per-*
10 *egr. art. 32. n. 5.* Colligunt etiam ex *h. §.* qvan-
do res alienari prohibita, omnem inſtitutionem
hæredis extranei eſſe prohibitam. *Fuſar. qv. 712.
n. 14. & ſeq. Manz. de teſt. tit. 13. qv. 1. n. 10. ubi*
11 *multos allegat.* Et qvod inſtitutione vel ſubſti-
tutione collectivis nominibus concepta, hære-
des non ſimul, ſed ordine ſucceſſivo videantur
12 vocari. *Carpz. p. 3. c. 10. d. 5. in fin.* Et qvod hic
de iis, qvi in familia ſunt, dicitur, *in §. ult.* ad
filios emancipatos extenditur.

## ad L. Imperator. 70. & ſeq.

### *SUMMARIA.*

*Legatarius ultra ea, qva accepit, nihil tenetur reſtituere. n. 1.*
*Limitatur. 2. 3.*
*Filia acceptans legatum patris, pro omni jure ſibi in hereditate competente, ſupplementum legitima petere non poteſt. 4.*
*Bona comparata ex pretio fideicommiſſi venditi in ejus locum ſuccedunt. 5.*
*Extenditur. 8.*
*In univerſalibus pretium ſuccedit loco rei. 6.*
*Diſtinctio hic* Cephali *non probatur. 7.*

1 NUnqvam amplius à legatario relinqvi po-
teſt, qvam qvod ipſi relictum eſt, & qvod
ſupereſt, inutile eſt; niſi ſub conditione vel die
2 relictum, ubi habetur ratio interuſurii. Sed id in
qvantitate verum, nam ſi legavero 100. & ro-
gem, ut domum, ſi plus valeat, reſtituat, indi-
ſtinctè legatarius, qvi legatum acceptavit, ad
domum præſtandam tenetur, nec poteſt petere
reſiduum valoris, *Donell. lib. 8. c. 9. lit. C. Menoch.
conſ. 206. num. 95.* Idem in hærede gravato in §.
3 ſeq. de qvo *Menoch. conſ. 183. n. 47.* Sic etiam, ſi
qvis, acceptis 100. thal. ſervum amanumittere
juſſus, acceptaverit legatum, ſervum manumit-
tere tenetur, licet pretioſior ſit ſervus, qvia tanti
4 æſtimavit ſervum. *l. 36. princ. ad L. Falc.* Sic et-
iam, ſi pater filiæ leget 100. pro omni jure ei
competente in hæreditate, & filia acceptet le-
gatum, ſupplementum legitimæ petere neqvit.
5 *Menoch. conſ. 206. n. 95.* Si hæres aliqva bona fi-
deicommiſſi onere gravata alienaverit, & ex
pretio alia comparaverit, hæc debent reſtitui
fideicommiſſario; tanqvam ſubrogata in eo-
rum bonorum locum. *§. ult. l. 70. & l. ſeq. Mant.
lib. 7. tit. 8. n. 16. Peregr. art. 44. n. 30. Barry lib.*
6 *8. tit. 12. num. 30.* Ergo hic pretium ſuccedit loco
rei, qvia res debebatur, & verſamur hic in uni-
verſalibus, in qvibus illa regula: Pretium ſuc-
cedit loco rei, valet. *Pariſius lib. 3. conſ. 55. n. 67.*
7 Qvamvis autem *Cephalus l. 5. conſ. 645. n. 49. &
ſeqq.* diſtingvat, utrum nomine hæreditatis, an
ſuo nomine vendat, & de illo caſu legem 71. in-
telligat, diſtinctio tamen illa fundamento de-
ſtitui videtur, cum textus loqvatur generaliter.

Idem dicitur in *l. 72.* ſi proprios creditores ex 8
ea pecunia dimiſerit. Nam fictione juris non
videtur alienatum, qvod ei ſubſtituitur ex em-
ptione, vel liberatio à debito.

## ad L. Miles. 75.

### *SUMMARIUM.*

*In ſubſtitutione vulgari ſubſtitutus hæreditatem ejus, cui ſubſtitutus eſt, capiens, an & prælegata, pro eâ parte, qva à coherede erant relicta, capere poſſit.*

NIhil refert ad qvemcunqve dirigantur verba fideicommiſſi, an ad gravatum, an verò ad honoratum. In ſubſtitutione vulgari ſubſtitutus qvidem capit hæreditatem ejus, cui ſubſtitutus eſt, ſed non capit prælegata pro ea parte, qva legata erant à cohærede relicta, v. g. mihi tanqvam hæredi tertio trecenta prælegavit, ſed antequam adeam hæreditatem, morior. Ergo portio hæreditatis defertur ei, qvi mihi ſubſtitutus eſt, ſed hæredes mei pro duabus tertiis cohæredum retinent duas tertias prælegati; Nam pro mea portione non valuit legatum: ergo hæredes mei accipient 200. qvod enim ab hæredibus legatum, ut ab initio conſtitit, ita transmittitur, qvia ejus dies ceſſit, non autem, qvod à me legatum mihi, qvia pro ea parte dies non ceſſit.

## ad L. Cum Filius. 76.

### *SUMMARIA.*

*Caſus* pr. legis *proponitur. n. 1.*
*Deciſio 2.*
*Jure novo debentur legata ex invalido teſtamento. 3.*
*Legatarius legati univerſalis ſuſtinet onera ipſius. 4.*
*Teſtator ſimpliciter legans, jus ſuum & heredis legaſſe cenſetur. 5. 8. 9.*
*Limitatur. 6.*

INſtituit teſtator duos hæredes, & reliqvit pri- 1
mo legata pecuniaria, deinde libertates ſer-
vis, tertiò etiam ſervitutem prædialem mihi. Fi-
lius exhæredatus contra primum hæredem agit
Romæ, contra ſecundum Bononiæ; illic ſuc-
cumbit, hic expugnat teſtamentum. Ergo 2
legata dividua pro parte præſtanda, libertas
verò tota, ſed & ſervitus prædialis tota, ve-
rum dimidia æſtimatio reſtituetur. Sed jure 3
novo etiam expugnato teſtamento, deben-
tur tamen legata, etiam everſo teſtamen-
to. Si cui autem teſtator hæreditatem alterius 4
ſibi delatam legaverit, tunc legatarius onera
illius hæreditatis ſuſtinebit. Sed notandus ma- 5
xime §. 2. cujus hæc ſpecies: Teſtator fundum, in
qvo proprietatem habebat, ſed hæres uſumfru-
ctum, legavit mihi ſub conditione, qværitur, an
ſolam proprietatem videatur legaſſe? Vide-
tur qvod ſic, ob l. 5. §. 1. & 2. de leg. 1. Sed negatur
hic.

hic, & pleno jure mihi videtur legaſſe, qvia
uſusfructus portionis inſtar eſt, ſeu uſusfru-
ctus per confuſionem confunditur, ergo totus
6 fundus mihi debetur. Aliud dicitur eſſe in
ſervitute prædiali, v. gr. Teſtator vicinum, qvi
viam habet per ipſius agrum, inſtituit hære-
dem, & mihi agrum ſub conditione legat, hic
qvidem etiam confunditur ſervitus prædialis,
ſed conſervatur per exceptionem doli, *per l. 18.*
7 *ff. de ſervit. Cujac. ad h. l.* Ex hac *L. Dd.* colli-
gunt exceptionem regulæ, qvæ habetur in *l. 5.*
*de leg. 1.* ſcilicet qvod teſtator legans rem com-
munem, ſuam tantum partem videatur legaſſe.
8 Scilicet ex hoc §. limitant, niſi rès legata ſit te-
ſtatori communis cum hærede. *Lud. Rom. ſing.*
*740. in fin.* hancqve ſententiam ab aliis com-
muniter recipi, tradit *Menoch. conſ. 349. n. 4. &*
9 *n. 16.* Sed ſi rationem *Cujacii* attendamus, du-
bia videtur hæc limitatio, præſertim extra ter-
minos uſusfructus; ſicut & *Socinum* & *Ruinum*
contra diſputare, refert *Menoch. d. l. num. 4.* Et
videtur contra communem concluſionem eſſe
10 *l. 66. §. pen. h. t. Donell. lib. 1. c. 19. lit. P.* Sed
communis præſumitur in foro recepta. Colli-
gitur etiam ex hoc §. uſumfructum partem do-
minii eſſe. *Donell. lib. 9. c. 9. lit. C. & ibi Hill.*

## ad L. Cum Pater. 77.

### *SUMMARIA.*

*Caſus* pr. h. l. *proponitur. 1.*
*Deciſio. 2.*
*Donatio mortis cauſa fideicommiſſo gravari poteſt. 3.*
*Legatum muto & ſurdo relictum, fideicommiſſo recte oneratur in tempus mortis. 4.*
*Deportatione non privatur heres electione, in addicendo legato ſibi competente. 5.*
*Caſus* §. 5. h. l. *proponitur. 6.*
*Diviſione hereditatis à teſtatore facta, evictio inter heredes non habet locum. 7.*
*An &, ſi legitima non ſit ſalva. 8.*
*Qvid ſi filius, qva poſt mortem patris facere debebat, faciat in vita? 9.*
*Fideicommiſſarius ob onéroſum fideicommiſſum, præſtitam à ſe cautionem indemnitatis contra creditores revocare non poteſt, ſi fortè plus æris alieni reperiatur. 10.*
*In univerſali legato onera à legatario ſolvenda ſunt. 11.*
*Per diviſionem non remittitur fideicommiſſum reciprocum. 12.*
*Juramentum in teſtamento adhibitum efficit, ut teſtamentum aliàs invalidum valeat omni meliori modo. 14.*
*Juramenti in ultimis voluntatibus ſpeciales effectus. 15. & ſqq.*
*Nihil* §. 23. h. l. *probat pro iis, qvi abſente herede factam diſpoſitionem invalidam ex* l. f. C. de Fideicomm. *validam fieri poſſe aſſerunt. 19.*
*Diſpoſitio generalis juncta habet vim ſpecialis. 20.*
*Conſilium non obligat eum, cui conſilium teſtamento datum. 21.*
*Caſus* §. 25. h. l. *proponitur. 22.*
*Arbitrium à teſtatore heredi commiſſum, heredis morte finitur 23.*
*Hereditas per fideicommiſſum ingratis adimi poteſt. 24.*
*De iis, qva proponuntur in* §. 26 *agitur remiſſivè 25.*
*Caſus* §. 27. *proponitur. 26. 27.*
*Vendens contra voluntatem defuncti, fideicommiſſum petere non poteſt. 28. 31.*
*Qvid ſi qvis contra voluntatem legis tacitam vel expreſſam alienet. 29. 30.*
*Fideicommiſſum familiare filiis & filia relictum, an ad nepotem ex filia tranſire poſſit. 32.*
*Mulier an familiam habere dicatur. 33.*
*Tutor, æſtimatione patrimonii à patre factâ, non excuſatur à redditione rationum earum rerum, qvæ hanc æſtimationem ſuperant. 34.*
*Qvi ſolus heres putatur, & fideicommiſſo gravatur, non ſolus ſuſtinet onus, ſi poſt alius etiam heres admittatur. 35.*
*Fructus ab herede fiduciario medio tempore percepti, imputantur in qvartam. 36.*
*Cautela pro gravato, privationem Trebellianicæ metuente 37.*
*Dolus bonus eſt fraudem excludere. 38. 39.*
*Alternativa poſita inter heredes, reſolvitur in copulativam 40.*
*Limitatur. 41.*
*Valet Legatum, ubi qvalitatem in Codicillo ſe adjecturum dixerit teſtator, idqve non fecerit. 42.*

PRolixa hæc lex, ſed pauca exinde extrahe- 1
mus. In *princ.* hæc ſpecies habetur: Pater fili-
um, filiam, & uxorem hæredes inſtituit, & filiam
rogavit, ut acceptis 100. & aliqvo fundo, reli-
qvum matri reſtituat; fundum illum filia partim
accepit jure hæreditario à ſe ipſa, partim jure le-
gati a cohæredibus, qværitur, an idem in pecu-
nia? Reſp. Non, ſed totam capit jure hæredita-
rio de ſuo. vid. *Cujac. ad l. 8. Reſp. Papin. tom. 4.* 2
*pag. mihi 1019. & ſ.* Qvod à donatariis mortis 3
cauſa qvid legari, & fideicommiſſo gravari poſ-
ſint, habetur in §. 1. qvi clarus eſt, ut & in *ſecun-*
*do.* Et qvod legatario muto & ſurdo mandari
poſſit, ut rem legatam, cum morietur, mihi reſti- 4
tuat, habetur in §. 3. Electionem autem ſi ha-
beat hæres, cui ex nepotibus præſtet fideicom- 5
miſſum, non admittit hæres, ſi deportatus ſit, ſed
retinebit uſqve ad mortem naturalem, & ſi ſine
electione moriatur, omnes venient, qvod expri-
mitur in §. 4.

In §. 5. verò hæc eſt ſpecies: Teſtator, qvi alie- 6
navit fundum dotalem, duplex legatum relin-
qvit uxori, 1. certam rem. 2. pretium fundi dota-
lis venditi ab emptore ſolvendum. Si uxor ac-
ceptat primum legatum, propter hoc tenebitur

etiam acceptare ſecundum legatum, nec poteſt
ſundum oblato pretio revocare, ſed per exce-
ptionem doli repellitur. *Petr. Barboſ. in l. ſi cum
dotem. 23. §. ſi pater. ff. ſol. matr. n. 20.* Seqventes
§§. declarari videantur apud *Cujac. ad d. l. §.*
7 Sed videamus *§. evictis. 8.* ſatis celebrem, cujus
hæc ſumma: Qvando teſtator diviſit bona inter
hæredes, non habet alter contra alterum actio-
nem de evictione, bene tamen exceptionem.
*Peregr. art. 52. n. 72. Menoch. conſ. 87. n. 98. . u-*
8 *ſar. qv. 619. Caball. de Evict. §. 4. n. 23.* Prius in-
telligitur, ſi omnibus ſalva ſit legitima. *Gail. lib.
2. obſ. 116. Molina de J. & Jure diſp. 245. n. 10. Petr.
Sanz. de Diviſ. Bonor. lib. 1. c. 8. n. 15. Caldas de
Empt. c. 31. n. 12.* licet contra ſentiat *Sande lib. 4.
tit. 3. d. 2.*

9 In *§. 10.* proponitur caſus, in qvo pater filiam
gravaverat, ut cui vellet, ex liberis præſtaret fun-
dum poſt mortem ſuam. Hæc in vita ſua uni ſol-
vit & præſtitit, an rectè? Videtur qvod ſic *ob l.
poſt mortem. 12. C. de fideicom.* Sed negatur, qvia
incertum eſt, an ille matri ſuperfuturus ſit, & ita
prænatura reliqvis vel ſaltem uni ſuperſtiti non
præjudicaret, vide *l. 4. 1. §. 12. de Leg. 3. Salgado*
10 *in Labirintho p. 2. c. 15. n. 69.* Tranſeo ad *§. 16.* cu-
jus hæc ſpecies: Emit qvis menſam argentariam
à fiſco, qvam mihi legat per fideicommiſſum,
hæres præſtat mihi, ſed præſtitá à me cautione
indemnitatis contra creditores. Sed forte plus
æris alieni reperio, an poſſum revocare cautio-
nem? Neg. qvia eſt ſimilis emptioni, qvæ non
poteſt ob qvamlibet læſionem reſcindi, ſed
11 enormem tantum. Collige, in univerſali legato
onera à legatario ſolvenda. *Carpz. dec. 20. conſ. l.*
12 *15. inf. de dote legata.* Qvando hæredes reciproce
ſibi invicem per fideicommiſſum ſubſtituti ſunt,
tunc per diviſionem fideicommiſſum tacitè re-
miſſum & ſublatum non videtur, ut communi-
ter ex hoc *§. 18.* probant Dd. *Gail. lib. 2. obſ. 139.
Maſc. concl. 777. Menoch. lib. 4. præſ. 115. Peregr.
art. 52. n. 18. Zaſ. in l. qvi Romæ. 122. §. ult. de V. O.*

13 Ex *§. dulciſſimis 20.* ſolet allegari regula minus
dulcis, qvod communio ſoleat diſcordiis mate-
riam præbere, qvæ tractatur à *Barboſa Locupl. l. 3.
c. 32. ax. 4.*

14 In *§. 23.* agitur de fideicommiſſo ſub juramen-
to relicto. Nam juramentum à teſtatore vel hæ-
rede, de obſervanda ultima voluntate præſti-
tum, ut actus valeat omni meliori modo, licet
teſtamentum ipſum ſit invalidum, ob defectum
ſeptem teſtium, modo ut alia voluntas ultima
15 valere poſſit. Et ſic juramentum teſtatoris eni-
xam innuit non tantum ejus voluntatem, ſed
vim habet clauſulæ codicillaris. *Peregrinus de fi-
deic. art. 34. n. 75.* ſive *§. hic* de juramento teſta-
toris præſtito, ſive ab hærede præſtando agatur.
*Covar. in cap. Riminaldus §. 3. n. 16. X. de Teſtam.*
16 & juramentum omnem defectum formæ ſupplet.
*Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. p. 2.
lib. 28. tit. 1. n. 33. & tit. 2. n. 29. Berlich. dec. 8.
n. 14.* & facit actum valere omni meliori modo, 17
*per tradita Berlich. d. l. n. 15.* & ideo juramentum 18
vel adhibita obteſtatio facit, ut debeatur lega-
tum, licet nulla ſolennitas acceſſerit. *Cujac. hic.
Coll. Arg. l. 30. n. 30.* Et ideò ex hoc caſu ſpeciali 19
non ſeqvitur, qvod abſente hærede facta diſpo-
ſitio invalida, ex *l. fin. C. de fideicom.* valida fiat.
*Finckelth. obſ. 51.* Ideò inferunt ex *h. §.* diſpoſi- 20
tionem generalem juratam habere vim caſus
ſpecialis & expreſſi. *Tiraq. de LL. Connub. gl. 7.
num. 152. & ſeq. Boër. dec. 3. n. 8. Alph. Collect. 317.*
Aliter *Hannib. in rep. l. nemo de leg. 1. n. 100.*

In *§. 24.* monetur, conſilium, v. g. de non fa- 21
ciendo teſtamento, non importare neceſſitatem,
nec fideicommiſſum, qvaſi rogatus eſſet, hæredi-
tatem legitimis hæredibus relinqvere. *vid. Dd.
allegatis a Barb. Locupl. l. 3. c. 57. ax. 21.*

In *§. 25.* pater filiæ mandat, ut hæreditatem 22
diſtribuat inter ſuos liberos, prout qvisq; de ma-
tre ſeu hærede meruerit. Si mater non inæqva-
lem diſtributionem fecerit, & non probentur
alicujus filii demerita, omnes æqvaliter matri
ſuccedent, qvia videtur arbitrium matris ele-
ctum, qva mortua, ceſſat arbitrium; ſed qvorum
demerita atq; inobedientia probantur, illi ab eo
fideicommiſſo excluduntur. Notandum, qvod 23
arbitrium à teſtatore hæredi commiſſum, hære-
dis morte finiatur, & qvod per fideicommiſſum 24
hæreditas ingratis adimi poſſit.

In *§. Donationis. 26.* proponitur exemplum, 25
ubi qvis codicillum fecerat, & apud æditum
per epiſtolam depoſuerat; & additur, non qværi
cum qvo de ultima voluntate ſua loqvatur, ſed
in qvem intentio dirigatur. *Ant. Fab. l. 3. conject.
c. 12.* & qvod donatio hic ſecundum verba appel-
lata, in vim fideicommiſſi valet, juxta *Bach. in
Treutl. v. 2. diſp. 19. th. 9. lit. A. in fin.*

In *§. 27.* ponitur hæc ſpecies: Libertos qvinq; 26
qvis reliqvit hæredes, & qvemlibet accepta alie-
nare prohibuit. Qvatuor priores ſua alienarunt,
ſolus qvintus habebit petitionem fideicommiſſi,
qvia ille non venit contra voluntatem defuncti;
qvi enim prohibitionem defuncti neglexit, non
poteſt aliqvid ex teſtamẽto petere. Sed pone pri- 27
mum alienaſſe ſuum, & poſtea etiam ſecundũ &
tertium; hic, ſi primus ſine liberis moriatur, pe-
tent ſecundus & tertius Sed pone, ſecundũ mori,
qvi poſt primum vendiderat ſuam partẽ, primus
non petet fideicommiſſum, qvia primus fuit, qvi
voluntatẽ defuncti violavit. Collige, qvi venit 28
contra voluntatẽ defuncti, non poteſt fideicom-
miſſum ex teſtamento petere, ſed bene, qvi venit
cõtra voluntatẽ legis tacitã, v. g. Fideicommiſſũ, 29
cujus alienatio non eſt expreſſe à teſtatore prohi-
bita, licet alienẽ, tamen fideicommiſſum ex teſta-
mento petere poſſum, alio cohærede ſine liberis
mortuo. *Surd. conſ. 70. n. 11. Rimin. conſ. 20. n. 12.
Sande lib. 4. tit. 5. def. 16.* Sed ſi expreſſè prohibita 30
eſſet alienatio, tunc ſecus *per h. §. Sande d. l.* Ratio
prioris in *l. 66. de Rei Vind. Berl. p. 2. dec. 267. n. 16.*

31 Et ex hoc §. probant, qvando qvis prohibet alie-
nationem, ut in familia retineatur, qvod tunc
per contraventionem inducatur fideicómmiſ-
ſum. *Cephal. l. 5. conſ. 729. n. 29. & ſeq.*

32 In §. 28. proponitur, qvod qvis habens tres li-
bertos, & unam libertam & his prædium legave-
rit, ne de nomine familiæ exiret, an liberta ſuam
partem ad filium ſuum transmittere poſſit? Vid.
qvod non, qvia filius libertus non eſt ex illa fami-
lia libertorum, vel non de eodem nomine; ſed
affirm. Unde probant, filiam libertæ computari
33 in familia libertorum. Collige, qvod mulier, licet
proprie familiam non habeat, largo tamen mo-
do habeat eam. *Dec. conſ. 23. n. 5. & conſ. 481. n.*
34 *10. & ſeq.* Æſtimatio autem patrimonii facta à
patre, non abſolvit tutorem, qvo minus de eo
etiam reddere rationem teneatur, qvod dictam
35 æſtimationem ſuperat. §. 30. Si qvis autem pu-
tans, per errorem me ſolum eſſe hæredem, à me
relinqvat fideicommiſſa varia in codicillo, poſt-
ea verò & alius mecum ab inteſtato ſuccedat in
gradu par, tunc parte dimidia ſum ſublevandus,
ut tantum pro parte dimidia tenear præſtare fi-
deicommiſſa, per *§. 29. h. l. Donell. l. 8. c. 29. poſt
lit. B.*

36 Ex §. 31. notandum, licet fructus in reſtitutio-
ne fideicommiſſi non veniant. *l. 18. ad Trebell.*
imputantur tamen in eam qvantitatem, qvam
fiduciarius hæres de fideicommiſſo retinere po-
teſt. *d. l. 18. §. 1. & l. 15. §. 3. ad L. Falc. Donell. lib. 7.
c. 25. poſt lit. E. Dn. Struv. Exerc. 36. th. 31.* Verum
hic videtur reſtitutio fructuum tacitè mandari.
37 *vid. Menoch. conſ. 183. n. 45.* Sed qvia hac ratione
gravatus privaretur Trebellianica vel legitima
ſua, ideo datur conſilium gravato, ut ſi alias ab
inteſtato ſuccederet, ſpreta ſucceſſione teſtata,
ſuccedat ab inteſtato, neqꝫ id fieret in præjudi-
cium fideicommiſſarii, & ſic non impingeret
in Edictum: *Si qvis omiſſa cauſa &c.* ſed fraudem
à teſtatore ſibi ſtructam excluderet. *Riminald.*
38 *vol. 5. conſ. 510. n. 46.* Nota hic, qvod dolo malo
facere non videatur, qvi dolum tantum excludit.
*Hill. in Donell. l. 18. c. 3. lit. III.* cujus tamen tra-
dita de mendacio officioſo non probo, nec San-
ctorum exempla ex aſſe probanda. *conf. Alciat.*
39 *de præſ. reg. 3. præſ. 18.* Sed hoc tamen certum mi-
hi eſt, cautelas ſine mendacio admittendas, qvi-
bus fraus nulli fit, ſed fraus excluditur, de qvo
alibi.

40 Ad §. *penult.* Summa eſt: Licet alternativa po-
ſita inter honoratos i. e. hæredes, reſolvatur in
41 copulativam, *per. l. pen. C. de V. R. S.* ſecus tamen
eſt, qvando cadit inter perſonas, inter qvas eſt
affectio ordinata: nam eo caſu ſervat naturam
disjunctæ; & ſecundum ordinem ſcripturæ vi-
dentur vocati, licet ordo videatur inverſus. *Ja-
ſon in d. l. pen. n. 2. in tertia limitat. Peregr. de fi-
deicom. art. 18. n. 24. Menoch. conſ. 187. n. 10. Fu-
ſar. q. 476. n. 80. P. Barb. in L. Cujus 46. n. 21. ff. ſo-
lut. matrim.* Idem videtur dicendum in contra-
ctibus. *Stracha de Adjecto p. 1. n. 21.*

In §. *ult.* cujus ſpecies in textu plana, notan- 24
dum: Legatum valere, licet qvalitatem in codi-
cillo ſe adjecturum dixerit, idq; non fecerit. *Petr.
Criſp. in rep. Rubr. de leg. n. 74. vol. 4.*

## ad L. Qvi ſolidum. 78.

### *SUMMARIA.*

*SI pars fideicommiſſi liqvida, pars illiqvida, illa
interim præſtanda. n. 1. 2.*
*Prædium legatum ſi per reſtitutionem in integrum
mihi adimatur, pretium tamen mihi debe-*
*Cauſa juſta litis liberat ab expenſis. 4.* *(tur. 3.*
*Rem extra familiam liberorum alienari prohibitam,
ultimus de familia in extraneum heredem
transferre poteſt. 5.*
*Creditor prædium alienari prohibitum, an poſſit
diſtrahere. 6.*
*Alienatio in favorem familiæ prohibita, extraneis
non prodeſt. 7.*

FIdeicommiſſarius petebat fideicommiſſum 1
ſolidum ſine detractione, ſed cum eſſet illi-
qvidum, annon Falcidia detrahenda, interim
ille tres ſaltem partes petit, qværitur, an ſi heres
nec tres partes ſolvere velit, ob moram tenea-
tur? qvod affirmatur *h. L.* Unde colligunt, qvod
propter pendentiam litis ſuper illiqvidis non
differatur executio, qvoad liqvida. *Lancellot. de
attentat. p. 2. c. 4. lim. 28. n. 1. & ſeq.* & ſic qvi to- 2
tum petit, objecta exceptione Falcidiæ vel ſimili,
poteſt interim partem petere, alias ei mora fiet.
*Vid. Not. ad L. Qvidam exiſtimaverint. 21. ff. de
Reb. cred. & not. ab Hier. Bucigella in repet. l. 1. §. ſi
ſtipulantr. n. 18. de V. O. vol. 6.* Paragraphi primi 3
hæc eſt ſpecies: Titius à Curatoribus Reip. ali-
qva prædia cum ſolennitatibus bonâ fide emit,
poſtea unum ex illis prædiis mihi legat, & mori-
tur: poſtea Respubl. reſtitutionem petiit in in-
tegrum ob læſionem, qvam obtinet, ideoqꝫ Ti-
tii hærédes prædia omnia, etiam id qvod mihi
legatum reſtituere, Reſpublica verò pretia eo-
rum reddere tenetur, ex qvibus etiam æſtima-
tionem prædii mihi legati conſeqvor. *conf. Al-
drobànd. conſ. 18. n. 15.*

Ex §. 2. id colligendum, qvando qvis juſtā cau- 4
ſā litigandi habet, qvod compēſentur expēſæ litis,
*Carpz. part. 1. c. 31. def. 26. Hill. in Don. lib. 26. c. 3 lit. H.*

In §. 3. proponitur hic caſus: Teſtator 5
prohibuerat alienationem extra familiam libe-
rorum, nec ultra proceſſerat alios vocando, &
tunc ultimus de familia ſine liberis decedens,
poteſt heredem extraneum inſtituere, & actio-
nem transmittere, ad revocandum alienata
per alios de familia, ſicut ipſe potuiſſet facere,
qvia nullus alius eſt, qvi petere poſſit. *Rimin.
vol. 5. conſ. 482. n. 55.* Contra prohibitionem aliena- 6
tū prædium poteſt revocari; ſed aliud, ſi teſtatoris
creditor, ut creditor, oppignoratū prædiū vendat.

Nam

Nam hæc alienatio eſt neceſſaria, & habet cau-
2 ſam prohibitione antiqviorem. Qvando alienatio in certæ familiæ favorem prohibita, non alii, niſi i li, qvi ſunt de familia, habent petitionem fideicommiſſi. *Sande l. 4. t. 5. def. 5.* & cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat etiam prohibitio. *Tiraqv. in tr. ceſſante cauſa. n. 222.*

## ad L. Qvæ fideicommiſſa. 79.

*SUMMARIA.*

*CAſus Legis proponitur. n. 1.*
*Per errorem juris ſibi qvis præjudicare poteſt in fideicommiſſo petendo. 3.*

1 UXor hæres inſtituta à marito rogata erat, ut moriens libertis mariti qvædam prædia reſtitueret, moriens autem uxor tam ſuis qvàm mariti libertis uſumfructum per fideicommiſſum reliqvit, qvod amplexi liberi mariti, qværitur, an ex primo teſtamento fideicommiſſum petere poſſint, ſcil. illa prædia, qvorum ex parte tantum uſumfructum ex ſecundo, i. e. hæredis
2 teſtamento, amplexi ſunt? Qvod negatur, qvia videbantur in jure errare, qvaſi liceret hæredi mutare voluntatem defuncti in fideicommiſſis. Error autem juris in damnis rei ſuæ amittendæ
3 non nocet. *l. 7. & 8. de jur. & facti ignor. Cujac. ad l. 11. Reſp. Papin. Conſ. Rimin. in L. juris ignorantia n. 15. C. Qvi admitti.*

## ad L. Legatum. 80.

*SUMMARIA.*

*DOminium rei legatæ qvomodo tranſeat in legatarium. n. 1.*
*Heres circa rem legatam nihil diſponere poteſt. 2.*
*Acceſſiones Legati ad Legatarium ſpectant. 3.*
*Ut dominium legati tranſeat, qvales termini præſupponendi. 4.*

1 DOminium rei legatæ recta tranſit in Legatarium; ubi duo ſingularia 1. qvod tranſeat ſine traditione, 2. Retro verſus, à die mortis.
2 Cujus duplex effectus, qvod 1. neq; ab hærede de re legata aliqvid ſtatui poſſit, & qvicqvid ſtatuit, in irritum recidat. *L. ult. §. 3. C. Comm. de*
3 *leg.* II Ut omnes acceſſiones ad legatarium ſpectent. *l. 86. §. 2. de leg. 1. Donell. lib. 8. c. 18.* ubi
4 id *Hillig. lit. D.* declarat, ſi rerum conditio id patiatur: nam termini habiles præſupponendi; dominium enim non tranſit, ſi res aliena legata, aut genus, aut qvantitas, aut duæ res diſtinctæ. *conf. Socinus in l. 1. h. t. n. 411.*

## ad L. Si qvis. 81.

*SUMMARIA.*

*TEſtamentum irritum factum, reddit legata in eo inutilia. n. 1.*
*Secus de jure novo. 2.*

FIdeicommiſſa relicta ab hærede, ſi teſtamentum irritum fiat, & ad legitimos redeat hæreditas, licet iidem ſcripti eſſent, intercidunt 1
tamen legata; Sed id de jure novo mutatum. 2
*Auth. ex cauſa. C. de liber. præteritis.*

## ad L. Debitor. 82.

*SUMMARIA.*

*DEbitum in diem purè legatum utile eſt. n. 1.*
*An &, ſi vivo teſtatore dies cedat. 2.*

DEbitor cum creditori debitum in diem purè 1
legat, utile eſt legatum, niſi vivo teſtatore
dies cedat, qvæ ſententia tamen à Papin. *in l. 5.* 2
*ad Falc.* & à Juſtin. *in §. 14. Inſt. de leg.* rejecta videtur. *Donell. l. 8. c. 11. lit. R.* qvamvis hanc legem *d. l. Hillig.* ſecutus *Pacium cent. 6. qv. 18.* intelligat de legato, qvod vindicari non poteſt, v. gr. qvantitate.

## ad L. Latinus. 83.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Deciditur. 2.*
*Conditio adjecta fideicommiſſo univerſali, videtur repetita ſubſtitutione fideicommiſſaria. 3.*

LIbertus inſtituit patronum ex ſemiſſe, filiam 1
autem ex alio ſemiſſe, & ab ea petiit, ut ſemiſſem ancillæ patroni reſtitueret, cum manumiſſa eſſet, poſtea filiæ ancillam directè ſubſtituit; ſed cum filia repudiaret hæreditatem, patroni juſſu ancilla adiit hæreditatem, qværitur, annon conditio manumiſſionis, qvæ fideicommiſſariæ ſubſtitutioni addita, in ſubſtitutione directa videatur repetita, & ita ancilla, qvamdiu
talis, non potuerit adire hæreditatem? Qvod 2
affirmatur, ſcilicet tacitè repetitam videri conditionem, ſi manumiſſa erit, qvia in favorem fideicommiſſariæ addita. *Cujac. ad l. 11. qvæſt. Paul.*
Ergo conditio addita fideicommiſſo univerſali, 3
videtur repetita, ſi fideicommiſſarius hæredi ſubſtitutus. *Bart. hic & Caſtr. in L. Avia ff. de Cond. & dem. pr. n. 2. Ruinus conſ. 176. n. 13. vol. 2. Men. lib. 4. præſ. 179. in fin.* qvod de conditione in favorem fideicommiſſarii adjecta, intelligit *Peregr. art. 16. n. 7. vid. Soc. Jun. conſ. 157. num. 13. vol. 2.*

## ad L. Creditorum. 85.

*SUMMARIA.*

*DEbitor legans creditori rem pignori obligatam, non cenſetur id facere in compenſationem debiti. n. 1.*
*Ex h. l. probatur* Berlich. *deciſ.* p. 2. *cujus ſpecies proponitur. 2.*

QVando debitor legat rem pignori obliga- 1
tam creditori, nò videtur id animo compēſandi facere, qvia l. debitum eſt voluntarium, i. e.

habet principium voluntarium, ubi non præſu-
mitur animus compenſandi. *Mant. lib. 10. tit. 2.
n. 2. Men. lib. 4. præſ. 109. Carpz. p. 3. c. 13. def. 29.*
II. qvia qvantitas debetur, ſpecies autem lega-
tur. *Nevizanus conſ. 62. n. 29. Menoch. conſ. 236.*
2 *n. 27.* Et ex hac lege poteſt probari opinio *Berli-
chii p. 2. dec. 23.* in hac ſpecie: Maritus domum
pro ſe & uxore emit, & uxorem ex ſtatuto inve-
ſtiri fecit, qvod habere videtur vim donationis
mortis cauſa, ut actus valeat, qui non videtur
compenſare velle dotem, ſed præter dotem uxor
ſuperſtes dimidiam dotem habet, niſi de animo
compenſandi appareat, ubi tamen, ſi in dimidiâ
parte domus qvid minus eſt, qvam in portione
ſtatutaria, hoc qvod deeſt, ab illius hæredibus
petere poteſt. conf. *l. 53. h. t.* Namq; debitum ma-
riti eſt voluntarium. *Berlich. d. l.* conf. *l. 53. h. t.*

## ad L. Cajus. 86.

*SUMMARIA.*

*AN legato omnium, exceptâ domo cum iis, quæ in eâ reperiuntur, ſimul excipienda nomina ibi reperta. n. 1.*

*Domo cum omnibus, quæ ibi ſunt, legatâ, legato non continentur pecuniæ ad fœnerandum depoſita. 2.*

*Extenditur. 3.*

*Quæ hoc modo contineantur. 4.*

*Appellatione bonorum relata ad certum locum, non veniunt nomina. 5.*

*Limitatur 6.*

1 SI qvis legato omnium, excipiat domum &
omnia, qvæ in eâ ſunt, argentum, ſupellex, ſi
in ea domo reperiantur, ſunt excepta. Nomina
tamen non videtur excepiſſe, licet ibi extiterint,
qvia nomina non habentur eò fine, ut perpetuo
maneant in domo, ſed ut aliqvando exigantur.
2 Sic qvæ ad tempus tantum ſunt, ut pecuniæ ad
fœnerandum depoſitæ, non continentur, ſi do-
mus cum omnibus, qvæ ibi ſunt, legetur. *l. 84.*
3 *de Leg. 3.* Idem de iis, qvæ mercis cauſa compa-
4 rata ſunt. *l. 32. §. 2. de Uſufr. leg.* Alias autem
qvæ ad perpetuum domus uſum, vel patrisfam.
deſtinata, continentur legato. *Carpz. p. 3. c. 13.*
5 *def. 28.* Unde colligunt Dd. qvod appellatione
bonorum relata ad certum locum, non veniant
nomina. *Tiraq. ad l. ſi unqvam C. de Revoc. don.
verſ. bona. n. 13. Pinell. ad Rubr. C. de bon. matern.
p. 1. n. 10. & ſeq.* Confer. tamen *Berous vol. 2. conſ.*
6 *44. n. 31. & ſeq.* Sed ſi deſcribantur à loco provin-
ciæ v. gr. omnia nomina Luſatica, Sleſitica, tunc
videntur nomina intelligi, qvæ in Luſatiâ excuti
poſſunt. *Pinell. d. l. n. 12.* ubi citat *Alex. lib. 1. conſ.
16. Socinum conſ. 101. n. 2. lib. 1.*

## ad L. Titia. 87.

*SUMMARIA.*

*CAſus, ubi ex cauſa lucrativa idem bis ſolvitur. num. 1.*

*Ratione fideicommiſſi minori relicti, currunt uſuræ ſolo tempore tardæ ſolutionis. 2.*

*Quid ſi major factus. 3.*

*Quid ex* h. l. *colligatur. 4.*

*Exemplum ſubſtitutionis reciprocæ tacitæ, quæ ex* h. l. *probatur. 5.*

*Quæ hic requirantur. 6.*

*Donatio inofficioſa facta uni filiorum, per alias usq; ad legitimam revocatur. 7.*

*Legitimæ hujus quantitas. 8.*

*Donatio inofficioſa inter vivos à patre in filium facta, quomodo emendari poſſit. 9.*

LEgavit mihi aliqvis teſſeram frumentariam, 1
ſeu certam aliqvam qvantitatem frumenti ex
publico percipiendam: ſed ego eandem inter
vivos donatam percepi, an poſtea ex teſtamento
conſeqvi poſſim æſtimationem? Videtur qvod
non, qvia ex cauſa lucrativa idem bis ſolvi ne-
qvit: ſed reſpondetur hic, qvod in legata qvan-
titate non habeat locum regula de duabus cauſis
lucrativis. Hæc deciſio habetur in pr. In §. 1. di- 2
citur, qvod, qvando fideicommiſſum relinqvi-
tur minori, ex ſolo tempore tardæ ſolutionis cur- 3
rant uſuræ; ſed eo facto majore, deſinunt curre-
re, ſed ibi opus eſt interpellatione. Ideoq; hunc 4
textum ſingularem vocat *Caſpar Rodericus de ju-
re Cenſuum p. 2. qv. 15. n. 40.* Colligunt ex hac le-
ge regulam: ceſſante causâ privilegii, ceſſat pri-
vilegium. *Tiraqv. in tr. Ceſſante cauſa p. 1. n. 203.*
Qvando autem teſtator pluribus hæredibus ex- 5
preſſe vocatis, ultimo eorum morienti in tota
hæreditate ſubſtituat, eo caſu teſtator inſtitutos
videtur invicem & reciprocè ſubſtituiſſe. §. 2.
*h. l.* & hæc vocatur ſubſtitutio reciproca tacita,
qvam ex *h. §.* communiter probant. *Men. lib. 4.
præſ. 62. num. 1. Covar. ad C. Rainutius §. 8. X. de
Teſtam. Dd. ad l. hæredes mei. 7. §. cum ita 1. ad
Trebell. Peregr. art. 13. n. 14. Mant. lib. 7. tit. 5. n. 3.
& 10. Maſc. concl. 774. Fuſar. de Subſt. qv. 472. n.
106. ſ.* qvia ultimus moriens non poſſet totam hæ-
reditatem reſtituere, niſi cæterorum portiones
ad eum perveniſſent. *Pariſius lib. 3. conſ. 72. n. 39.*
Ideoq; duo hic neceſſaria 1. ut ſubſtitutio ſit fa- 6
cta in tota hæreditate. 2. ut ultimo fiat ſubſtitu-
tio. *Pariſ. l. 2. conſ. 43. n. 36.* qvæ duo pluribus re-
latis Dd. etiam reqvirit *Cephal. l. 3. conſ. 430. n. 36.*
Licet videatur contra diſputare *Vaſqv. de Succ.
progr. §. 25. n. 24.* Sed reqvirit *Riminaldus vol. 4.
conſ. 358. n. 110. & ſeqq.* ut omnes ſint honorati.
Et qvod de toto fundo loqvatur §. ex indefinito
ſermone probat *Rim. conſ. 412. n. 10. & ſeq.* Dona- 7
tio inofficioſa facta in filium vel nepotem usqve
ad legitimam, à cæteris liberis revocari poteſt.
*§. 3. h. l.* Qvæ legitima in facti ſpecie eſt dimidia 8
donatæ ſummæ. conf. *Bronch. cent. 3. aſſert. 75.
& Finckelth. obſ. 60.* De inofficioſa donatione in-
ter vivos facta à patre in filium agitur *§. ult.* qvæ- 9
qve poteſt à patre ipſo emendari, ſi filium dona-
tarium fideicommiſſis gravet. Speciem facti pro-
lixius refert *Cujac. ad l. 14. Reſp. Julii Pauli tom. 1.
p. 1666.*

ad

## ad L. Lucius. 88.

### *SUMMARIA.*

*CAſus* pr. hujus l. *proponitur. n. 1.*

*Executori minus expendenti, qvam deſtinatum fuit, reſiduum non proficit. 2.*

*Impugnans heredem de dolo ratione teſtamenti, an amittat, qvod ipſi in teſtamento relictum, ſi ſuccumbat. 4.*

*Heres, qvod plus ſolvit uni ex legatariis, aliis detrahere non poteſt. 5.*

*Legatum ſic conceptum: Sejæ & reliqvis libertis prædium lego, an hic vocatio cenſeatur facta in viriles portiones. 6.*

*Teſtator legata in duplum præſtari volens, an inter hæc numerata domus & dos æqvè in duplum præſtanda. 7.*

*Legato nomine heres ad ſolam ceſſionem nominis faciendam tenetur. 8.*

*Relicta in defectum teſtamenti videntur relicta ab inteſtato. 9.*

*Debitum legatum, qvod non debetur, peti poteſt ut fideicommiſſum. 10.*

*Legatum, ubi teſtator aliqvid vult fieri à legatario, qvod ipſe facere non potuit, inutile eſt. 11.*

*Inſtituto filio cum nepotibus, pater videtur vocaſſe Filium cum nepotibus ordine ſucceſſivo. 12.*

*Prohibitio alienationis, ut res in familiâ maneat, inducit fideicommiſſum perpetuum. 13.*

*Inteſtata ſucceſſio, qvando à teſtatore prohibita cenſeatur. 14.*

*Modus teſtandi in* §. ult. h. l. *qvatenus habere poſſit effectum clauſulæ codicillaris. 15.*

1 PAter filiis prælegat, qvicqvid eis inter vivos
donaverat, pater verò etiam unius filii nomine exercuit calendarium, i. e. pecuniam peculiarem filii unius fœnori expoſuit nomine filii, & uſuras accepit, teſte Calendario, qværitur, an hæc accepta cedant legato? qvod hic affirm.
2 qvæ deciſio in *princ.* habetur. Et in §. 1. notatur, executorem teſtamenti, ſi ei certa pecunia data, ad hoc vel illud faciendum, nullum exinde commodum reportare debere, ſi non omnem pecuniam ei negotio impendit. Qvando etiam onera præterita & futura alicui exſolvenda, de præteritis adhuc pendentibus & nondum ſolutis
3 accipiendum, per §. 2. De materia §. 3. qvod modus pro præſtito habeatur, ſi per legatarium non ſtetit, alibi tractatur fuſius.

4 Ad §. 4. Species hæc: Subſtituit me Cajus hæredi, vel mihi legat aliqvid: Mortuo Cajo ago contra hæredem de dolo, qvod teſtator voluerit me hæredem inſtituere, & ita voluntatem ſuam mutare, ſed impeditus fuerit ab hærede ſcripto, in priori teſtamento, ſi ſuccumbam, an ex ſubſtitutione vel ex legato agere poſſim? Videtur, qvod non, ob *l. 8. §. memiſſe ff. de inoff. teſt.* Sed aff. qvia non egi de teſtamento, ſed de hæredis
5 dolo. Si hæres plus tempore vel re uni legatario ſolverit, id reliqvis detrahi non debet, *per §. 5. h. l.*
Si qvis reliqverit Sejæ & omnibus libertis aliis 6
prædium, qværitur, an Seja habeat dimidiam? Vid. qvod ſic, *per L. interdum 13. pr. ff. de hæred. inſt.* Sed hic dicitur, qvod in virilibus ſuccedat portionibus, qvod par videatur affectus teſtatoris erga omnes, & ideò magis valet paritas rationis, qvam verborum contextus, & res prohibita extra familiam alienari. *Weſenb. vol. 1. conſ. 41. n. 148. & ſeq. & Berlich. p. 2. dec. 314. n. 51. & ſeqq. Crotus in rep. L. Re conjuncti. n. 33. de leg. 3.*
Porrò, ſi filium hæredem inſtituit, & ab eo pater 7
legata reliqvit, v. gr. dotem uxori, centum Cajo, domum Titio, &c. poſtea me pupillariter filio ſubſtituit, addito hoc, qvod ego legata in duplum præſtare debeam, qværitur, an etiam dotem in duplum præſtare debeam, & domum? Qvod negatur, qvia dos potius æris alieni inſtar eſt, qvam legatum; & qvantitas duplari poteſt non
ſpecies. Id habetur in §. 7. Par. 8. eſt perſpicuus, 8
qvod legato nomine heres non debitum præſtare idoneum, ſed actionem cedere teneatur. In 9
defectum hæredum inſtitutorum ſi qvid relinqvatur, videtur relictum ab hæredibus ab inte-
ſtato. *§. 9. h. t. Sande lib. 4. tit. 4. def. 10.* Con- 10
feſſio etiam debiti à teſtatore, ubi nullum tamen debitum ſubeſt, inducit fideicommiſſum in §. 10. Pergo

Ad §. 13. Si teſtator juſſit, ut qvid fiat à legata- 11
rio, qvod ipſe teſtator facere non potuit, ut ſi legatarium roget, ut relictum ancillæ ſuæ, teſtatoris ſcilicet, cui ipſe teſtator legare non potuit, reſtituat, nec fideicommiſſum, nec legatum valet, ob improbabilem ejus finem, ut fraus legi fieret. Ita *Donell. l. 8. c. 16. & ibi Hill. lit. C.*

Ex §. 15. ſolent probare, qvando qvis vocavit 12
filium ſuum & nepotes, qvia inter vocatos cadit ordo neceſſitatis, qvod hic locum habeat ordo ſucceſſionis, & qvod filius non ſit ſimul vocatus cum nepotibus, ſicut hic contra filium nepotes nondum vocati, agere non poſſunt; ſecus, ſi illi vocati haberent tantum inter ſe ordinem affectionis, non neceſſitatis. *Covar. in cap. Rainut. X. de teſtam. §. 2. n. 6. Horded. lib. 2. Conſult. 65. n. 7.*
*Carpz. p. 3. c. 8. def. 7. & Fuſar. qv. 476.* Collige 13
etiam, qvando teſtator prohibuit alienationem, ut in familia maneret, perpetuo eſſe fideicommiſſum. *Rominald. conſ. 371. n. 184.* licet diſſentire videatur ex parte *Ceph. conſ. 401. n. 47.*

Ex §. 16. notetur, qvod teſtator poſſit impe- 14
dire inteſtatam ſucceſſionem de aliqva certa perſona, qvia legem rei ſuæ dicere poteſt, qvam vult. & tunc videtur prohibita inteſtata ſucceſſio, cum teſtator prohibuit nominatim, ne relinqvat certæ perſonæ. *Peregr. art. 14. n. 30. & ſin.* & ſic prohibitio alienationis facta odio certæ perſonæ valet. *Fuſar. qv. 686. per tot.*

In §. ult. dixerat pater, ſe non velle teſtari juxta 15
leges, ſeu adhibitis ſolennitatibus, & ſi qvid minus peritè aut non legitimè diſpoſuerit, volunta-

tem tamen hominis ſani obſervandam eſſe. Hæc videtur clauſula, omni meliori modo, de qva alibi. *Vaſq. de Succeſſ. creat. §. 25. in princ.* ſi modo adſit ſolennitas ad codicillum, vel aliam voluntatem ultimam neceſſaria. *Joh. Hannibal in rep. L. Nemo poteſt. de leg. 1. n. 128. vol. 4.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Caſus pr. legis proponitur. n. 1.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 2.*
*Fideicommiſſum per nudam epiſtolam relinqui poteſt. 3.*
*Qvid hodiè obtineat. 4.*
*Caſus §. 1. h. l. proponitur. 5.*
*Deciditur. 6.*
*Conditio ad perſonam unius adjecta, an in perſonâ alterius perſonæ conjuncta repetita videatur. 7.*
*Dos gravari poteſt. 8.*
*Conciliatio legis obſtantis. 9.*
*Alienatio rei ſubjectæ reſtitutioni an valeat, ſi facta ſit ab herede ignorante. 10.*
*Extenditur hujus deciſio. 11.*
*Qvæ valet in fideicommiſſo particulari. 12.*
*Qvibus caſibus fallat. 13.*

1 TEſtamentum condidit Titius, & in eo his vel ſimilibus verbis uſus; ſi qvid ſcriptum obſignatum reperiſſet, id vice codicillorum valiturum. Sed filius reperit epiſtolam fideicommiſſariam, non obſignatam, qværitur, an hæc
2 epiſtola vicē codicilli valeat? Videtur qvod non, qvia dixit de ſcriptura obſignatâ, hæc verò non fuit ſcriptura obſignata, ergo hæc non valebit vice codicilli, argumento à contrario ſenſu. Sed affirm. qvæſtio, qvia de hac epiſtola non videtur excluſa, vel forte ab ipſo teſtatore videtur reſerata epiſtola. *vid. Mant. de conject. ult. vol. lib. 9.*
3 *tit. 11. n. 4.* Collige, qvod Fideicommiſſum per
4 epiſtolam nudam relinqvi poſſit; ſed cum hodie qvinqve teſtes reqvirantur, videtur huic textui derogatum, per *l. 22. C. de Fideicom. Carpz. p. 3. c. 4. def. 35.* Sed in hac ſpecie etiam hodie valeret epiſtola, qvando in teſtamento relativè fit mentio epiſtolæ.

5 Porro in §. 1. hæc ſpecies proponitur: Pater filias inſtituit hæredes, easqve rogavit, ut hæreditatis avitæ, qvam cum fratre ſuo communem pro indiviſâ habuerat, qvam etiam bis mille thaleris æſtimavit, ſuam patris ſcilicet in ea portionem fratri reſtitueret, acceptis mille thaleris. Sed poſtea aucta ſunt illa bona avita in duplum, ut jam tempore mortis teſtatoris 4000. thal. æſtimari poſſint, qværitur, an teſtatoris frater idemqve patruus filiarum dimidiam partem petere
poſſit? qvod negatur; ſed patruus tantum offer- 6
re tenetur, qvantum valuit tempore mortis teſtatoris: nam æſtimatio teſtatoris reſpicit tempus teſtamenti: teſtator enim ſe reſtrinxerat ad pretium, & juſto pretio volebat hæreditatem dari patruo. *conf. Cujac. tom. 1. & Ceph. vol. 5. conſ. 773. n. 104. pluribus hunc explicans.*

Ex §. 2. ſolent notare, qvod conditio ad per- 7
ſonam unius adjecta, in perſona alterius perſonæ conjuncta non videatur repetita. *Conf. Berous vol. 2. conſ. 120. n. 67.*

*Ad §. filiæ. 5.* Dos poteſt gravari fideicommiſ- 8
ſo, ita ut jubeatur filia revocare pacta dotalia & facere, ut frater ſtipuletur dotem ſibi ſolvi, mortua ſorore ſine liberis, qvod Bart. rectè limitat, ſi dos excedat legitimam, nam hæc gravari non
poteſt. *vid. Theſaurus l. 1. qv. 65.* Sed cum hoc 9
textu videtur pugnare *l. 22. §. pen. ff. Ad Trebell.* varias *d. l. adfert. Theſ.* conciliationes. Mihi videtur diſtingvendum eſſe, an dotem in ſpecie gravet, an verò hæreditatem ſuam relictam filiæ; de illo agitur hic, ſed in *d. §. pen.* de hoc agitur: nam præſumitur voluiſſe pater, ut decederet de fideicommiſſo dos. *Conf. Donell. l. 7. c. 25. poſt lit. E.*

In *§. ult.* Juſta hæredis ignorantia facit, ut 10
alienatio rei per fideicommiſſum relictæ valeat, & hæres tantum ad pretium obligetur, ſi ſcil. ex facto defuncti procedat ignorantia, ut ſi defunctus fideicommiſſum in codicillis conſtituat, & eos aperire vetet. *Gail. lib. 2. obſ. 137. n. 10.* Sed
reperiuntur, qvia etiam in omni probabili igno- 11
rantia hanc deciſionem admittunt, v. gr. ſi ſint ſui hæredes, qvi ignorant forte teſtamentum. *Vid. Franzk. ad tit. ff. de Contr. empt. n. 195. Peregrin. de Fideicom. art. 40. n. 38. & art. 45. n. 23. Fachin. lib. 4. c. 28. & qvos allegat. Fr. Barry de Succeſſ. lib. 8. tit. 3. num. 64. Conf. & Berlich. p. 2. deciſ. 267. num. 5. & ſeq. Tiraqvell. ad LL. Connub. gl. 7. num. 50. Ricc. collect. deciſ. 170. Cravett. conſ. 697. vol. 5. Menoch. conſ. 44. num. 19. Rimin. vol. 3. conſ. 324. num. 3. & ſeq. Roll. à Valle conſ. 81. num. 2. lib. 2. & qvos allegavi in l. fin. §. 3. C. Comm. de legat.* Hæc deciſio valet in fideicom- 12
miſſo particulari. *Berlich. d. l. num. 16.* Et licet alienatio facta titulo lucrativo. *Berlich. num. 17.*
Fallit tamen, ſi res reſtitutioni ſubjecta ſ pure, 13
vel ad diem, vel expreſsè alienari prohibita. *l. 77. §. 27. de leg. 2.* vel venditor non ſit ſolvendo. *Berlich. d. l. n. 18. & ſeq.*

# LIBRI XXXII.

## TITULUS I.

## De Legatis & Fideicommiſsis. 3.

### Ad L. Si incertus. 1.

*SUMMARIA.*

*DE ſtatu ſuo dubitans legare non poteſt. n. 1.*
*Teſtamentum conditum à prohibito, non convaleſcit prohibitione ceſſante. 2.*
*Limitatur in codicillis. 3.*
*In codicillis attenditur habilitas tempore mortis. 4.*
*Qvod etiam attenditur in fideicommiſſis codicillo relictis, ſecus in teſtamento. 5.*
*Minori teſtari prohibito per ſtatutum, non cenſetur adempta facultas codicillandi. 6.*
*Deportati an teſtari vel codicillari poſſint. 7.*
*Qvid ſi reſtituti poſt codicillos in inſula factos, an, non mutatâ voluntate, fideicommiſſum præſtandum. 8.*
*Teſtamentum ante condemnationem conditum cum reſtitutione teſtantis an convaleſcat. 9.*
*Qvid ſi deportatus ad piam cauſam teſtetur. 10.*
*Banniti hic æqviparantur deportatis. 11.*
*Fideicommiſſo qvi gravari poſſint. 13.*
*Heres heredis an tantum fideicommiſſo onerari poſſit ſub nomine appellativo. 14.*
*An legatum à ſuccedente ab inteſtato relictum, ſi hic repudiet à ſeqvente ſucceſſore præſtandum. n. 15. qvod explicatur. 17.*
*Heres ſcriptus ſi repudiet, an legitimus præſtare teneatur legatum. 16.*

1 DE ſtatu ſuo dubitans in jure vel facto,
v. gr. an ſervus ſit, an filiusfamilias, an
verè captivus ſit, an pater ab hoſtibus
rediturus ſit, ut teſtari, ita & legare ne-
qvit, qvia certus eſſe neqvit de voluntate ſuâ, an
valitura ſit, per *princ. h. l. Donell. & ibi Hill. l. 6.*
2 *c. 5. lit. Q.* Sed qvando is, qvi defectu laborat, ut
filius familias, facit teſtamentum, tunc hoc non
convaleſcit, qvando impedimentum ceſſat, ut ſi
3 ſui juris factus; aliud verò in codicillis. *Enenck.*
*Baro de privil. par. & liber. lib. 5. priv. 16. c. 1. n. 6.*
*qvem refert Dn. Zepperus de Codicill. c. 5. num. 27.*
*& ſeq.* Et ideo in Codicillis tantum tempus mor-
4 tis attenditur, an eô tempore poteſtatem codi-
cillandi habuerit, licet tempore facti codicilli
5 non habuerit. *Zepper. d. c. 5. n. 72.* Sic etiam inter
fideicommiſſa in teſtamento & codicillo relicta,
diſtingvitur; nam in his habilitas tempore mor-
tis ſufficit, non in illis. *Peregr. de fideicom. art. 1.*
*num. 8.* Ex qva aliisqve rationibus probat. *Vaſq.*
6 *l. 3. de Succ. progr. §. 30. n. 32.* minorem, licet te-
ſtari prohibeatur ſtatuto, non tamen propterea
à codicillando arceri.

In *§. 2. 3. & ſeqventibus* agitur de deportatis, 7
qvi non poſſunt teſtari, nec codicillari, niſi à
præſidibus condemnati, qvorum condemnatio
ab imperatore confirmanda; nam interim te-
ſtari poteſt condemnatus. Aliud ſi à Principe
condemnatus, aut Præfecto Prætorio, &c. Sed id
in §. 5. temperatur, qvod deportatus ſi codicillos 8
in inſula fecerit, poſteaqve reſtitutus, volunta-
tem non mutaverit, valeat fideicommiſſum, ob
favorem fideicommiſſorum. Qvod ſi teſtamen- 9
tum ante condemnationem factum, & reſtitu-
tus fuerit, teſtamentum jure Prætorio reconvale-
ſcit. *Vaſq. de Succ. reſol. lib. 1. §. 6. n. 18.* Deporta- 10
tum tamen ad piam cauſam non qvidem indi-
ſtinctè, ſed tantum pro exonerandâ conſcientia,
& male qvæſitis reſtituendis, teſtari poſſe, ratio-
nis eſt. *Reuſn. de teſtam. lib. 2. c. 56. conf. Barry de*
*Succeſſ. lib. 1. c. 17. n. 28.* Idem judicium, qvod de 11
deportatis hactenus dictum, etiam de bannitis
intelligendum. Sed alia ratio damnatorum ad 12
mortem, & ad perpetuos carceres, de qvo alibi,
ut & de condemnatis ad remiges. In *§. 6. & duo-* 13
*bus ſeqq.* qværitur, qvis fideicommiſſo onerari
poſſit? Reſp. cui aliqvid in teſtamento relinqvi-
tur; nam ultra, ut ſupra dictum, gravari qvis non
poteſt, aut ſi ei nihil relinqvatur, ſed tantum ni-
hil adimatur, Jus ſuccedendi ab inteſtato haben-
ti. Qvi ergo caſu fortuito, non judicio teſtatoris
conſeqvitur hæreditatem, fideicommiſſo gravari
neqvit, nec enim recipiendum eſt, ut cui nihil
dederis, eum rogando obliges. *hic & l. 9. C. de fi-*
*deicomm. Vaſq. de Succ. reſol. §. 11. n. 51. Petr. An-*
*ton. de Petra de fideicomm. qv. 5. n. 71. & ſeqq.*
à qvo allatas limitationes ſub regula contineri,
ait *Hill. in Don. lib. 8. c. 7.* Colligunt ex *§. 8. h. l.* 14
hæredem hæredis poſſe gravari onere fideicom-
miſſi ſub nomine appellativo, non ſub nomine
propriò. *Peregr. art. 1. n. 18. Graſſ. §. Legatum.*
*qv. 13. n. 3. Barry lib. 8. tit. 5. n. 2. Alph. collect. 559.*
*Zaſ. tom. 5. p. 57.* Conferatur tamen *Zaſius l. 2.*
*ſing. intell. p. 57. tomo 5. & 6. Donell. lib. 8. c. 7. & 8.*
& præſertim ibi *Hill. c. 7. lit. F.* Si qvid autem no- 15
minatim relictum ab eo; qvi in primo gradu jus
ſuccedendi habet ab inteſtato, eo repudian-
te, non debetur ab eo, qvi eſt in ſecundo gradu,
ſi ad eum perveniat hæreditas, qvia non judicio
defuncti ad eum pervenit, per *§. pen. h. l.* Idem
ſi Teſtamento irrito facto ad legitimum veniat 16
hæreditas, licet iidem eſſent ſcripti, niſi genera-
liter eſſent rogati, ſed jure noviſſ. ſecus, ut ſæpe
dictum. conf. *Mantica l. 8. tit. 2. n. 10. Don. lib. 8.*
*c. 29.*



Digitized by Google

*c. 29. lit. G. Ant. Faber l. 4. conject. c. 15.* Sed id qvod de fideicommiſſo dictum, ita intelligendum, ſi nominatim & ſpecialiter à primo relictum. *Mantica d. l.*

## ad L. Si Mulier. 3.

*SUMMARIA.*

*Donatio mortis cauſa fideicommiſſo gravari poteſt. n. 1.*

*Legatum, ex qvo legatarius nullam utilitatem capere poteſt, alio fideicommiſſo non eſt onerandum. 2.*

*Exempla. 3. 4. 7.*

*Actio ex legato pingvior eſt, qvam ex ſtipulatu. 5.*

1 HAec lex ulterius proſeqvitur materiam, qvi fideicommiſſo gravari poſſint, vel non, nam gravari etiam poteſt is, qvi donationem mortis cauſa accepit, nam eatenus gravari poteſt
2 in *pr. legis*, cujus ſpecies plana. Et ſi mihi qvidem legatum ſit, ex qvo nullam utilitatem habeo, gravari alio fideicommiſſo non poſſum, v.g.
3 Si ſervus mihi legatus, ut manumitteretur ſtatum, ſecus ſi ex die, per *§. 1.* Si etiam debitor
4 meus ex ſtipulatione mihi obligatus, ad dandas ædes, has ædes mihi leget, qværitur, an fideicommiſſo gravari poſſim? Vid. qvod ſic, qvia expeditius ago ex teſtamento. Sed negatur, qvia hoc lucrum facit qvidem valere legatum, ſed qvia per accidens accedit, non eſt conſiderabile, & qvia nullum commodum per ſe percipio, per
5 *§. 3. Pariſ. lib. 3. conſ. 2. num. 73.* Interim notes obiter, actionem ex legato eſſe uberiorem, qvam ex ſtipulatu, qvod illa petam uſuras & fructus ex mora, & dominium ſtatim tranſeat *Donell. l. 8.*
6 *c. 11. lit. Q. & ibi Hilliger.* Sed qvid ſi proprietario uſusfructus mortis cauſa datus eſt, poteſtne gravari? qvod affirmatur. *§. 2.* ubi ratio. Sed ſi
7 pignus animo donandi mortis cauſâ debitori, propterea hic gravari neqvit, qvia pignoris remiſſio propriè donatio non eſt. *l. 18. ff. qvæ in fraudem creditor.*

## ad L. Sed & ſi. 6.

*SUMMARIUM.*

*Heredis heres qvatenus legato onerari poſſit.*

HÆredis etiam hæres gravari poteſt, ſi certum ſit, hæreditatem ad eum perventuram, confetti poteſt *Zaſius l. 2. ſing. intell. pag. mihi 57.* Sed qvi fortuito, nôn judicio Teſtatoris conſeqvitur hæreditatem, gravari non poteſt, ideò ſi Stichum ſervum inſtituas, ſi meus factus fuerit, ego gravari neqveo, qvia emi forte ob ſperatam hæreditatem eo carius, & majori pretio. *Vaſq. de Succ. reſol. §. 11. n. 52. vid. Donellus & ibi Hillig. l. 8. cap. 7. lit. B.*

## ad L. Si deportati. 7.

*SUMMARIA.*

*Fideicommiſſum ſervo Domini deportati relictum, acqviritur fiſco. n. 1.*

*Qvid ſi eo tempore, qvo legatum cedit, ſervus ſit alterius, vel ſui juris. 2.*

SI fideicommiſſum factum eſt ſervo deportati 1
domini, nihil prodeſt hoc deportato, & adqviritur fiſco. de qvo vid. *Hillig. in Donell. lib. 5.*
*c. 17. lit. N.* Sed ſi eo tempore, qvo cedit legatum, 2
meus ſit ſervus, vel ſui juris, tunc hoc caſu illi, illo caſu mihi qværitur fideicommiſſum. Videri poteſt *Ant. Faber l. 12. conject. c. ult. circa finem & Petrus Faber l. 2. ſemeſtr. c. 13.*

## ad L. Si Legatarius. 8.

*SUMMARIUM.*

*Legatarius qvatenus fideicommiſſo gravari poſſit.*

LEgatarius fideicommiſſo gravari poteſt eatenus, qvatenus legatum accepit, & qvatenus ad eum pervenit, vel per ipſum factum eſt, quo minus perveniret, & poteſt ſe liberare cedendo actionem.

## ad L. Si Fideicommiſſa. 11.

*SUMMARIA.*

*Fideicommiſſum qvâcunq; lingva relinqvi poteſt. num. 1.*

*Scriptura tenorem teſtamenti faciendi continens, an valeat jure teſtamenti vel Codicilli. 2.*

*Qvid ſi teſtator iſtam à Notario in inſtrumentum redigi peteret, voluntatem ſuam probandi ergò. 3.*

*Ultima voluntas inter liberos & in legatis piis, ſine illis ſolennitatibus propria diſponentis manu ſcripta valet. 4. 5.*

*Verbum commendandi non inducit fideicommiſſum. 6.*

*Abſoluti ablativi & conditionem & diſpoſitionem qvando inducant. 7.*

*Verba fideicommiſſi ſunt etiam hæc:* Contentus eſto. 8.

*Differentia inter legatum conceptum, cum volueris heres, & ſi voluerit. 9.*

*Fideicommiſſum, fideicommiſſario ante diem cedentem mortuo, non transmittitur ad heredes. 10.*

*Legatum ſic formatum, ſi putaverit heres, utile eſt. 11.*

*Hæc verba:* Cures, ut prædia ad liberos tuos perveniant, *inducunt fideicommiſſum. 12.*

*Qvid nonnulli hinc colligant. 13.*

*Verbum* Volo *eſt verbum fideicommiſſi. 14.*

*Fideicommiſſum ſibo relictum, patri acqviritur. 15.*

*Limitatur. 16. 17.*

*Alienatione rei legatæ neceſſariò à teſtatore factâ an præſumatur ademptum legatum. 18. 21.*

*Neceſſi-*

*Neceſſitas hac præſumitur in contractu oneroſo.* 19.
*Dotis datio refertur ad contractum oneroſum.* 20.
*An teſtator exigendo nomen legatum, ademerit idem.* 22.
*Qvod variè limitatur.* 23.
*Legatum, ubi heres rogatus alicui certam ſummam ſub uſuris dare, an valeat.* 24.
*An hoc caſu legatarius cogi poſſit, ad ſufficientem cautionem præſtandam.* 25.
*Fideicommiſſum relictum perſonæ cui præſtari non poteſt, qvatenus valeat.* 26.
*Legatum, ubi heres rem legatam à legatario amiſſam reſtituere jubetur, primam tantum amiſſionem comprehendit.* 27.
*Legatum compenſandi animo relictum, petitionem prioris debiti ceſſare facit.* 28.
*Unus ex pluribus, qvibus res una legata in ſolidum agere intendens, tenetur cavere de herede contra cæteros defendendo.* 29.
*Petitio legati cui competat.* 30.
*Ex* §. 22. h. l. *deciditur caſus apud* Carpzovium. 31.
*In individuis qvilibet heredum tenetur in ſolidum.* 32.

1 IN *princ. h. l.* dicitur, qvàcunqȝ lingva fideicom-
miſſum relinqvi poſſe; qvod dubium habet
2 nullum. Sed ex §. 1. notandum, qvod ſcriptura,
qvæ continet tenorem teſtamenti faciendi, non
valeat Jure Teſtamenti, nec Codicilli. *Sande lib.*
*4. tit. 1. def. 5. Paulus Caſtr. l. 1. conſ. 308. n. 3.* ſed
declararet tamen voluntatem Teſtatoris, & ſig[illegible]-
ficetet inter liberos, & in legato facto Eccleſiæ.
3 *Bart. hic & Hotom. conſ. 55. n. 13.* Sic etiam ſatis
perfecta eſſet voluntas, ſi Teſtator ideò redigi
peteret à Notario in inſtrumentum, ut probatio
eſſet expeditior, qvod in dubio præſumitur. *Car.*
4 *Ruinus l. 2. conſ. 1. n. 21.* præſertim verò ultima
voluntas propria diſponentis manuſcripta, qvo-
ad liberos obſervanda eſt, licet non ſit coram
5 teſtibus aut Notario nuncupata. Et idem erit in
legatis piis. *Covarr. in c. relatum. 11. n. 21. Zaſius*
*l. 1. conſ. 6. n. 25. Alex. vol. 7. conſ. 4. n. 13. vid. not.*
*ad l. 29. ff. d. Teſtam.* Nam lex hæc non loqvitur
de teſtamento inter liberos. *Dn. Manzius in Cent.*
*dec. qv. 34. n. 38.* ubi plura de Schedula paterna
6 ac materna habet. Verbum commendandi non
inducit fideicommiſſum, qvia aliud eſt, perſo-
nam commendare, & aliud voluntatem ſuam
7 hæredibus inſinuare. §. 2. Abſoluti ablativi non
tantum conditionem, ſed etiam diſpoſitionem
inducunt, qvando referuntur ad eos, qvos Te-
ſtatot potuit gravare, v. gr. Rogo hæredem Ti-
tium, ut acceptis 300. Flor. ſuam portionem
cohæredi Titio reſtituat, duplex eſt fideicom-
miſſum, (1.) de teſtitutione portionis conditio-
nale, (2.) de ſolvendis 100, fl. purum. *P. Barb.*
*part. 1. rubr. ſolut. Matrim. num. 38.* qvi tamen
*num. 7.* de eâ reſolutione dubitat. *Hannibal.*
*in repet. ejusdem rubr. num. 13. Raudenſis lib. 2.*
*reſp. 24. n. 77. Alex. vol. 2. conſ. 185. n. 19. & conſ. 199.*
*num. 14.*

In §. 4. dicitur, verba fideicommiſſo apta 8
eſſe etiam hæc: *Contentus eſto prædio tuo*, qvia
contentus aliter eſſe non poteſt, niſi acceperit.
*Don. lib. 8. c. 3. lit. E.* Id verò ſubtilius, qvod in 9
§. 6. & 7. diſtingvitur inter fideicommiſſum reli-
ctum, *cum voluerit hæres, & ſi voluerit;* Nam
hoc fideicommiſſum non valebit, qvia in meram
voluntatem hæredis conferri neqvit: Sed bene
ita, cum voluerit ubi tempus commodiſſimum
in voluntatem hæredis confertur, licet *cum* etiam
conditionem faciat. Et ſic hoc caſu hæres hæ-
redis præſtabit, qvia hæres primus jam delibe-
randi ſpatium de commoditate temporis eligen-
da non habet. vid. *Donell. l. 8. c. 15. lit. N. & O.*
Hoc tamen mirum, qvod fideicommiſſarius præ- 10
moriens hæredi non transmittat fideicommiſ-
ſum, qvia dies non ceſſit. Si etiam Teſtator di- 11
cat, *ſi putaveris, ſi arbitratus fueris*, utile eſt fidei-
commiſſum, per §. 7. Hæc verba: *cures, ut præ-* 12
*dia ad liberos tuos perveniant*, licet conſilium
continere tantum videantur; inferunt tamen fi-
deicommiſſum. *§. 9. h. l. Garc. in repet. l. Gallus*
*de lib. & poſth. n. 62. tom. 3.* Unde inferunt qvi- 13
dam, liberos in conditione poſitos, videri eſſe
honoratos. *Men. conſ. 394. n. 1. & ſeq.* ſed vide *no-*
*tata ſupra ad l. Lucius 81. de hæred. inſtit.* Hic & 14
verbum VOLO eſt verbum fideicommiſſarium,
per *§. ſeq. Lud. Alvarus ad rubr. d. Legat. 1.*
*n. 109.* Fideicommiſſum relictum filio meo, mihi 15
adqviritur; niſi ex verbis aliud appareat, v. gr.
volo Titium habere ipſum & ſimilia, nam eo ca- 16
ſu videtur relictum, ut ipſe filius retineat hære-
ditatem, cum ſui juris effectus fuerit *hic & l. 8.*
*§. fin. ſupra h. t. Marianus Socinus in rep. l. cum fi-*
*lio de Leg. 1. tit. 9. vol. 4.* Sic ſi legatum filio tuo, 17
ſi morte patris ſui juris effectus fuerit, & filius
non morte patris, ſed emancipatione ſui juris
fiat, omnino debetur legatum, qvia Teſtator ef-
fectum reſpexit, ut ſui juris factus adqvirat, &
nihil intereſt, qvid ex æqvipollentibus fiat, *§. 11.*
*h. legû §. 13. Barb. locuplet. l. 1. c. 38. ax. 4.* Si Te- 18
ſtator rem ſuam alii legatam alienaverit ex ne-
ceſſitate, non præſumitur voluiſſe adimere lega-
tum, niſi hæres probet. *§. 12. h. l.* In contractu 19
autem oneroſo præſumitur neceſſitas, niſi libe-
ram voluntatem probaverit heres. *Maſc. concl.*
*128. n. 2. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſ. 167. n. 8. &*
*ſeq. Barry lib. 9. t. 30. n. 1.* Non poteſt oneroſus
contractus ſponte fieri. *Mant. l. 12. t. 6. n. 12.* Et 20
ad oneroſum contractum etiam dotis datio per-
tinet. *Menoch. præſ. 169. n. 35.* Et hunc §. etiam 21
de eo caſu intelligit *Cephalus l. l. 1. conſ. 84. n. 6.* ſi in
ipſum Legatarium fiat alienatio. Si Teſtator no- 22
men legatum exigat, videtur ademiſſe legatum,
qvia extinctô debitô, nullum eſt legatum. *§. 13.*
*Carpzov. deciſ. 68. Idem part. 3. Jurispr. conſt. 13.*
*def. 19.* Niſi de contrariâ voluntate appareat, v. g. 23
ſi debitor ultrò obtulit ſolutionem, ubi non po-
tuit non accipere, vel ſi acceptam in depoſito

habuit

habuit. *Danell. libr. 8. c. 17. lit. N. Barry de ſucceſſ.*
*libr. 9. tit. 30. n. 17. Mev. libr. 4. praſ. 165. Maſc. q.*
*1287. n. 122.* Vel ſi condemnari fecerit debitorem,
ſed debitum pecuniam non exegerit, vel ſi bona
in ſolutum Teſtatori data, ab eo verò non alie-
24 nata. *Mantica d. conject. ult. vol. libr. 12. tit. 2. n. 19.*
*& ſeqq. Carpz. d. def. 19. in f.* Sed qvid ſi hæredem
rogaverit Teſtator, ut mihi daret mutuo ſub uſu-
ris mille, an utile legatum? Qvod affirmatur,
25 qvia utilitas pecuniæ præſentis poteſt major eſſe
qvam uſuræ. Sed poſſumne compelli ad cautio-
nem ſufficientem præſtandam fidejuſſoriam?
Eqvidem id in Teſtamento non dictum: ſed
non iniqvum qvis dixerit. Verum, qvia ita in-
tercidere poſſet fideicommiſſum, ſi fidejuſſorem
non reperero, melius hoc negatur. *§. 15.* hujus
26 legis. Cum verò fideicommiſſum perſonæ præ-
ſtari non poteſt, & hoc impedimentum ſcivit te-
ſtator, tunc valet fideicommiſſum qvidem, ſed
æſtimatio tantum præſtanda. *§. 16. & 17. h. l.*
ſcilicet Domino, ſed ſi ignoravit impedimentum,
Domino non debetur, qvia ipſi noluit adqviri.
*Donell. l. 8. c. 11. lit. G. Harpr. in §. 4. Inſt. de Leg.*
27 *num. 19.* Si qvid ita legatum, ut ſi legatarius per-
deret, qvod ei legatum, hæres rurſum præſtare
teneatur, non niſi de primâ amiſſione hoc eſt in-
telligendum. *§. 18. h. l.* non enim onerandus eſt
hæres, ut in infinitum qvoties perdiderit, ei re-
ſtituere teneatur, cum Natura & Jus noſtrum
abhorreant ab infinito. *Wammeſ. conſ. 7. n. 2. cent.*
*4. A. Barboſa lib. 9. axiomatum c. 53. Klock. vol. 2.*
*conſ. 41. n. 257.* Limitationem vide *in l. 55. de fide-*
28 *juſſ.* Si compenſandi animo legetur, petitio de-
biti prioris impeditur. *§. 19. h. l.* cum in fidei-
commiſſis ſola voluntas ſpectetur, qvæ regula
ex hoc *§. 19.* ſæpe allegari ſolet, qvamvis de Lega-
tis hoc idem dicendum. *Donell. l. 8. c. 3. lit. B.* Si
29 pluribus unum ſit legatum, & unus agat in ſoli-
dum, qvia erant rei ſtipulandi, tunc is cavere
debet de hærede, contra cæteros defendendo
*§. 20. & ſeq. h. l.* qvod intelligi poteſt, ſi alii agere-
vellent de facto, nam ſolutione uni factâ, alias
ſatisfactum legato, ut intelligit *Roncheg. illus in l.*
30 *reos. 11. pr. de duobus reis n. 74.* Cui teſtator pro-
ſpectum voluit, ei petitio legati vel fideicom-
miſſi competit, non illi, cui dare juſſit, v. gr. pu-
blicano pro alio. *§. 22. Don. l. 8. c. 3. lit. C. Carpz.*
31 *part. 3. Juriſpr. c. 13. def. 32.* ubi applicat hunc §.
ad hanc facti ſpeciem: Dixerat Teſtator, cur
bibliothecæ partem dimidiam & non totam re-
linqvam hæredi, in cauſa eſt cognati mei qvere-
la, qvod ſe in curſu ſtudiorum à me impeditum
dicat. Hic videtur alteram dimidiam relinqvere
cognato, licet hoc expreſſis verbis non dicat.

32 Ex *§. 23. d. l.* notetur, qvod in individuis qvi-
libet hæredum teneatur in ſolidum, ut ſi opus
publicum facere juſſi fuerint hæredes, ubi tamen
temporis ſpatium ad præſtandum cohæredi dan-
dum eſt. *Don. lib. 7. c. 11. in f. & lic. 8. c. 33. lit. M.*

## ad L. Stichus. 12.

*SUMMARIUM.*

*Incertitudo qvatenus non vitiet legatum.*

INcertitudo non vitiat legatum, qvando illa ex conſideratione perſonæ, ætatis, & qvalitatis à bono viro tolli poteſt, ut ſi de juvene artificio in genere imbuendo dictum.

## ad L. Si jure. 18.

*SUMMARIA.*

*Legata in priori teſtamento ſolenni relicta, an per poſterius minus ſolenne revocata videantur. num. 1.*

*Qvod de poſteriore ſolenni affirmatur. 2.*

Legata in priori teſtamento relicta per poſte- 1
rius teſtamentum minus ſolenne revocata
qvidem videntur, cum legata nuda voluntate
revocentur; ſed contrarium hic aſſeritur, qvia
præſumitur teſtator revocare voluiſſe legata, ſi
teſtamentum poſterius eſſet firmum. *Vaſq. de*
*Succeſſ. creat. 15. n. 68.* A contrariô ſenſu colligi- 2
tur, ſi poſterius teſtamentum ſit perfectum, re-
vocari omnia relicta in priori teſtamento, niſi
expreſsè fuerint repetita. *Mantica de conject. ult.*
*vol. lib. 12. tit. 1. n. 37. Carpz. part. 3. c. 3. def. 40.*
*Rom. de teſtam. p. 6. c. 20. n. 21.*

## ad L. Nutu. 21.

*SUMMARIA.*

*Legata & fideicommiſſa nutu relinqvi poſſunt. num. 1.*

*Qvod limitatur in his, qvi naturâ fari neqveunt. 2.*

*Legata pia indiſtinctè nutu relinqvuntur. 3.*

NUtu etiam fideicommiſſa, & ita etiam Le- 1
gata, qvæ hodie fideicommiſſis ſunt exæ-
qvata, relinqvi poſſunt, dummodo teſtator fari
poſſit, vel in morbo facultatem loqvendi amiſe-
rit, nam aliàs non poteſt teſtari. *Gom. tom. 1. re-*
*ſol. c. 12. n. 2. Mant. lib. 6. tit. 4. num. 1. 2. Dauth.*
*d. teſtam. §. 195. Barry de ſucceſſ. lib. 8. c. 2. num. 9.*
*Manzius de teſtam. tit. 2. n. 291.* Aut licet fari non 2
poſſit, ſi modò naturâ talis non ſit. *Fr. Mantica*
*de Conject. ult. vol. lib. 6. c. 4. n. 1. & 2. & qvos refert*
*Zepperus de Codic. c. 5. n. 43.* Sed legata pia nutu
& ſignis indiſtinctè relinqvi poſſunt. *Tiraqv. de*
*priv. piæ cauſæ. privileg. 8. Vaſq. de Succ. progreſſu.*
*lib. 2. §. 1. n. 177.*

## ad L. Si qvis. 22. in princ.

*SUMMARIA.*

*Derogationi per priorem voluntatem factæ poſteriori, derogari poteſt expreſsè in teſtamento poſteriori. n. 1.*

*Qvid ex clauſulâ derogatoriâ præſumatur. 2.*

Super-

*Superſtes conjux an reciprocum teſtamentum mutare poſſit. 3.*
*Qvid in Facultate reſponſum. 4.*
*An mulier conſentiens marito teſtanti de utrinsqve bonis, poſt mortem mariti de ſuis bonis teſtari poſſit. 5.*
*Revocatio clauſulæ derogatoriæ in priori teſtamento contentæ tribus modis contingere poteſt. 6.*
*Generalis revocatio non ſufficit, ſi unum tantum ſecutum teſtamentum. 7.*
*Qvod limitatur. 8.*
*Qvod nemo ſibi hanc legem dicere valeat, qvin poſſit à ſuâ voluntate recedere, limitatur. 9.*

1 IN legatis ſpectatur qvidem voluntas ultima, niſi per priorem voluntatem poſteriori derogetur, huic ipſi tamen derogationi in teſtamento poſteriori derogari poteſt expreſse, cum nemo ſibi hanc legem poſſit dicere, ut à priori ei recedere non liceat. *vid. not. ad l. 12. §. fin. d. leg. 1.* Hinc Dd. hic agunt de clauſula derogatoria. *vid. Hi[illegible]g. in Don. lib. 8. c. 4. & ibi citatos Doctores, & Mant. lib. 12. tit. 8. Covarr. tom. 1. p. 9. num. 57. Carpz. p. 3. c. 5. def. 19. Ricc. collect. deciſ. 395. Fa-*
2 *chin. lib. 4. c. 8. & 9.* Expreſſam autem derogationem reqviro; Nam ex clauſula derogatoria præſumitur, ſi poſtea aliud diſponat, qvod id potius ex importuna ſuggeſtione alterius, qvam propriâ voluntate teſtatoris factum ſit, & ideò ut ſc. ab importunis precibus & minis liberatio fiat. *Sande l. 4. tit. 1. def. 10. & qvos ibi refert*, & ſic judica-
3 tum dicit. Qværitur autem, an, ſi teſtamentum reciprocum factum, ſuperſtes Conjux id mutare poſſit? Aff. id communiter. *Gail. l. 2. obſ. 147. n. 2. Mynſ. cent. 1. obſ. 8. Carpz. part. 3. c. 2. d. 12. Fin-*
4 *ckelth. obſ. 90.* ubi pluribus hanc defendit. Qvod tamen in Facultate noſtra intelleximus pro ſua ſc. parte, nam pro parte mariti, v. gr. defuncti, teſtamentum eſt ejus morte confirmatum, ita deciſum menſe Dec. anno 1653. *conf. Richter dec. 22. num. 16.* ubi dicit, reciprocationem ita faciendam, ne defuncti hæredibus qvicqvam decedat.
5 *conf. & Dauth. d. teſtam. num. 269.* Ex hac lege confutatur etiam ſententia *Carpz. deciſ. c. 2. def. 13.* qvod ſi ſolus Maritus teſtetur de bonis ſuis & uxoris, & uxor de ſuis bonis marito conſentiat & ſubſcribat, qvod mortuo maritò non poſſit
6 vidua voluntatem ſuam mutare. Hoc verò contra regulam eſt, & nulla ratione nititur. Notandum autem, revocationem clauſulæ derogatoriæ in priori teſtamento contentæ, poſſe fieri tribus modis, (1.) generaliter (2.) ſpecialiter (3.) ſingulariter. Illud, ſi dicat in poſteriori voluntate ultima, hoc teſtamentum valere volo, non obſtante ullo teſtamento contrario; iſtud ita, ſi dixerit, non obſtante ulla clauſula derogatoria; hoc verò, qvando præcisè vel qvoad verba clauſula derogatoria ex priori teſtamento repetitur. Et ſpe-
7 cialem reqviri, generalem non ſufficere; ſingularem autem non neceſſario reqviri, rectè tradit per *h. textum Mantica d. l. num. 6. & 7.* Nec generalis revocatio ſufficit, ſi unum tantum ſecutum teſtamentum. *Mantica d. l. num. 8.* Limitari verò
poteſt hæc ſententia; (1.) ſi ex verbis vel conje- 8
cturis appareat, teſtatorem in poſteriore ultimâ voluntate ſenſiſſe de revocanda clauſula derogatoriâ, vel ſi generalis revocatio cum inſigni mutatione affectionis teſtatoris concurrat, vel ſi clauſula omni meliori modo addita poſteriori, vel ſi cum juramento facta, vel ſi poſterius coram Judice factum, de qvo licet dubitare, vel ſi maximè dilecta perſona in poſteriori inſtituta, vel pia cauſa, ut plurimis hanc materiam expli-
cat *Cardinalis Mantica d. l.* Limitat autem regu- 9
lam in textu; qvod nemo ſibi hanc legem dicere valeat, qvin poſſit ab eâ voluntate recedere, qvod ſcilicet loqvatur de habili ad teſtandum, non verò de inhabili ad teſtandum diſpenſato. *Romin. vol. 5. conſ. 525. n. 60.* Aliud etiam eſſe, ſi promittat teſtator per modum contractus, & ſi revocaverit, donare eſſe, dicit *Hondedæus vol. 2. conſ. 44. n. 84.*

## ad L. Ex imperfecto. 23.

*SUMMARIUM.*

*EX imperfecto teſtamento an Princeps aliqvid capere poſſit.*

EX imperfecto teſtamento, neqvidem Princeps poteſt capere fideicommiſſum vel legatum, nam decet tantæ Majeſtati eas ſervare leges, qvibus ipſe ſolutus eſſe videtur. *vid. Daut. in l. 3. C. de teſtam. & Vaſq. de Succeſſ. progreſſ. in præf. n. 87.*

## ad L. Paula. 27.

*SUMMARIA.*

*LEgatum in teſtamento filiæ non revocatur per legatum poſteà patri in codicillis relictum. num. 1.*
*Ubi pluralitas perſonarum, temporum, ſummarum vel rerum, ibi pluralitas legatorum præſumitur. 2.*
*Si in Codicillis dictum, Legatarium hoc legato fundo debere eſſe contentum, pro omnibus rebus in teſtamento legatis, an omnia legata ſimpliciter adempta præſumantur. 3.*
*Si debitum demonſtretur unde ſolvatur legatum, qvis, an debitor vel heres videatur gravatus. 4. 5.*

SPecies *h. l. in princ.* plana eſt, & deciſio fere 1
indubia, qvod legatum filiæ, per legatum poſtea in codicillis relictum patri, non tollatur; qvod eo certius eſt jure novo, qvo bona adven-
titia manent liberis qvoad proprietatem. Et ubi 2
pluralitas perſonarum, temporum, ſummarum vel rerum, ibi pluralitas legatorum præſumitur, uti ex hoc textu poſt *Socinum & Jaſonem* probat *Menoch. l. 2. Δ. q. caſu 213. num. 24.* In §. 1. nota, ſi teſta-

teſtator in Codicillis dixerit, Legatarium hoc legato fundo debere eſſe contentum, pro omnibus rebus in teſtamento legatis, non omnia legata ſimpliciter, ſed ea tantum, qvæ ſunt ejusdem generis ſcilicet pura, adimere voluiſſe præſumitur, & ideò legata poſt mortem, vel ſub conditione relicta, non videntur adempta. *Mant. lib. 12. tit. 2. n. 26. Maſc. de probat. concl. 1287. n. 41. ſeq. Barry lib. 9. tit. 29. n. 3. Rom. ſingul. 585.*

In *§. ult.* legatum mihi qvid eſt, qvod à colo-
4 no ex prædio ſuburbano ſolvi vult teſtator, cui
colono aliqvid etiam legavit, qværitur, an hoc le-
gatum ex his bonis colono ſolvendum? Vide-
tur qvod ſic, qvia illi præſtatio injuncta, & qvæ-
5 dam etiam legata. Sed qvia teſtator ſaltem de-
monſtrare voluit, unde legata pecunia ſumere-
tur, ideò ab hærede præſtandum. *Donell. l. 8. c. 29.
in princ.* Nam hæredi in dubio onus legatorum
& fideicommiſſorum ſolvendorum incumbit
*Peregr. de fideicomm. art. 12. n. 6.*

## ad L. Si fidei. 28.

DE materia hujus L. 28. actum eſt ſuperius *ad L. 42. de legat. 2.*

## ad L. Qvi Concubinam. 29.

*SUMMARIA.*

*AN à pagano concubinæ legari poſſit. n. 1.*
*Si uxori tantum relictum, qvantum unus heredum accipit, de qvo herede hoc intelligendum. 2.*
*Caſus, ubi heres tenetur ad rei legatæ evictionem præſtandam. 3.*

1 QVod de concubina hic dictum, relinqvo,
licet ex hac lege colligi poſſit, à pagano
concubinæ legari poſſe, qvod noſtris moribus
adverſatur, qvibus concubinatus prohibitus.
2 Si autem uxori qvid relictum, qvantum unus
hæredum accipit, de eo id accipiendum, qvi mi-
nimam partem habet. Sed pergo ad *§. pen.* no-
3 tabilem. Qvando res legata in genere, & præ-
ſtatur individuum, qvod poſtea ab alio evinci-
tur, legatarius ad evictionem præſtandam con-
tra hæredem agere poteſt, ſi modò denunciatio
juſto tempore, & ante litem conteſtatam, (qvod
hic ſpeciale) facta, nam non videtur hæres de-
diſſe, qvod ita dederat, ut habere non poſſit.
Ideoqve rationem ſpecialitatis in titulo lucrati-
vo collocat *Matheſ. ad L. libera. 8. C. de ſent. &
interl. num. 4. Caball. d. Evict. §. 4. n. 9. ſeqq. Don.
lib. 18. c. 19. lit. N. Franzk. ad tit. de evict. n. 703.
conf. Bachov. ad Tr. vol. 2. d. 2. th. 7. lit. A. Wiſſenb.
vol. 2. d. 41. th. 20.*

## ad L. Qvi qvatuor. 30.

*SUMMARIA.*

*PRædii conducti legati mercedem an heres ſolvere teneatur. n. 1.*
*Legatis fructibus, an impenſæ deducendæ. 2.*
*Uſufructuarius an teneatur ad collectas, ſi harum ſolutio exæqvet perceptionem fructuum. 3.*
*Legato fundo, cujus pars obligata eſt legatario actione perſonali, an totus fundus legatus videatur. 4.*
*Caſus, ubi legatum ſub conditione relictum, cujus adimpletio non ſtetit penes legatarium, debetur. 5.*

QVando fructus ſunt legati ex prædio con- 1
ducto, penſio ab hærede ſolvenda, qvia
non intelligerentur fructus legati, ſi mercedem
ſolvere cogeretur, *per h. l. §. 1. Pinell. ad l. 1. C. de
bon. matern. part. 2. n. 72. p. 228. ſeq. Barry lib. 9.
tit. 4. n. 16. Prat. lib. 4. interpr. 3. dubit. 3. num. 14.*
Nam ſi mercedem ego legatarius ſolvere tene-
rer, nullum fructum ex legato conſeqverer, & ſi
qva commoda percipiam, omne id induſtriæ
meæ tribueretur. *Klock. de Contrib. cap. 11. n. 124.*
Generalius ex *h. §.* inſert *Tiraq. de retr. conſang.
§. 5. n. 26. gl. 1.* legatis fructibus, impenſas non 2
eſſe deducendas; qvod tamen non placet. *Vid.
Barry d. l. 9. tit. 24. num. 38.* & qvos hic allegat.
Colligunt etiam, uſufructuarium non teneri ad 3
collectas, ſi his ſolutis ſibi nihil eſſe reliqvum
cognoſcatur. Sed id rectè refutat *Pin. d. l. lim. 7.
& Garc. de expenſis c. 11. n. 61.* In §. 4. notandum 4
eſſe dicit *Bart.* qvod qvando teſtator mihi obli-
gatus eſt actione perſonali, ob partem fundi,
qvod totum fundum non videatur legaſſe, ſed
partem, ne hæredem liti mecum implicaſſe vi-
deatur. Pergo

Ad §. *pen.* Si legatum uxori relictum annu- 5
um, dum Capuæ moraretur cum filio, debetur
legatum, etiamſi non commoretur cum filio,
forte qvando filius diſceſſit, ſi modò in eâdem
urbe permanſerit, qvia tunc per mulierem non
ſtat, ſecus ſi ſteterit. *Joh. Igneus in repet. auth. ex
cauſa. num. 184. C. d. lib. præter. Surdus in Tr. d.
alim. tit. 5. qvæſt. 5. num. 8. ſeqq. Donell. lib. 8. c.
34. lit. G.*

## ad L. Sextiam. 32.

*SUMMARIA.*

*PRælegata inſtituto ante aditionem decedente, non veniunt ad ſubſtitutum, ſed inſtituti heredes. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

PRælegata inſtituto, ſi inſtitutus, anteqvam 1
adeat, moritur, non veniunt ad ſubſtitutum,
ſed ad inſtituti hæredes. *hic & l. 75. §. 1. d. leg. 2.*
qvia ſubſtitutio fit reſpectu portionis hæredita-
riæ. *Menoch. libr. 4. præſumpt. 195. n. 2. ubi plures
citat & Vinc. Fuſar. de ſubſt. qv. 69.* ubi limitat, niſi 2
vivo teſtatore inſtitutus decedat, ex *d. §. 1.* & alias
addit ibi limitationes.

## ad L. Uxori. 33. §. 1.

### SUMMARIA.

*LEgans uxori, qvicqvid ei dedit, an intelligatur & id legare, qvod poſt teſtamentum ei dederit. n. 1.*

*Maritus luendo ornamenta uxoris, aliis obligata, an donare voluiſſe præſumatur. 2.*

*Qvid ex §. 2. colligatur. 3.*

1 SI maritus legavit uxori, qvæ cauſa ejus para-
vit vel dedit, aut donavit in præterito, tunc
ea, qvæ poſtea poſt teſtamentum paravit, non
veniunt. *Barry lib. 9. c. 4. n. 21.* qvia Teſtator uſus
eſt verbo præteriti temporis (qvicqvid uxori do-
navi vel dedi) & ita ſe reſtrinxit ad ea, qvæ ante
Teſtamentum uxori dedit, ideoq; ad verbum
futuri temporis, & qvæ poſt teſtamentum dona-
ta ſunt, extendi non poteſt. *Cephalus l. 5. conſ. 773. n. 117. & ſ. per l. Aurelius. §. Teſtamento. de liber. leg. Berlich. p. 2. dec. 298. n. 48.* præſertim cum
hic verſemur in re à jure communi exorbitante.
2 *Bart. hic.* Maritus luendo ornamenta uxoris aliis
oppignorata, donare voluiſſe præſumitur. *§. fin. h. t.* qvod non tam ex verbo, conceſſit, qvam ex
legato tàm amplo uxori relicto colligit *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 88. n. 32. P. Barb. in L. Qvæ dotis.*
3 *34. n. 37. ſeq. ff. ſolut. matrim.* Colligunt etiam ex
*h. §.* qvod in Nobili & divite præſumatur dona-
tio. Dd. citat *Barboſ. in d. l. n. 80.* ſed vid. *Men. d. caſ. n. 50.*

## ad L. Nomen. 34.

### SUMMARIA.

*NOmine legato, comprehenduntur uſuræ, qvæ vivo teſtatore cucurrerunt. n. 1.*

*Caſus §. 1. h. l. proponitur & deciditur. 2.*

*Legatarius æs alienum rei legatæ de ſuo ſolvere non tenetur. 3.*

*Caſus §. 8. h. l. proponitur. 4.*

*Ratio dubitandi & decidendi. 5.*

*Declarandi cauſa adjecta legata non minuunt. 6.*

1 NOmine legato, etiam uſuræ, qvæ vivô teſta-
tore cucurrerunt, debentur. *hic & l. ult. §. pen. de lib. legat. Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 10. Simon de pratis. de interpr. ult. vol. lib. 4. interpr. 7. dubit. 4. n. 12. Barry lib. 9. tit. 5. n. 6.*

2 In §. 1. autem habetur hæc ſpecies: Pater fili-
um hæredem inſtituit, cum aliis duobus heredi-
bus; Filio autem prælegavit 20. nomina, qvæ
ipſe elegerit ex Calendario ſeu libro rationum,
poſtea cum diu vixiſſet Pater, filio conceſſit ad-
miniſtrationem Calendarii. Filius multas &
amplas pecunias mutuo dedit, adeo, ut ſi 20. no-
mina majora eligeret, majorem partem hæredi-
tatis procul dubio haberet. Et ſic filius contra
conſvetudinem patris tam ampla credita cõtra-
hens, videtur in fraude eſſe. Ideoq; electio 20. no-
minum ad tempus teſtamenti reſtringenda. *conſ. Joh. Hannibal. in rep. L. Poſt contractum ff. de Donat. n. 95. vol. 5.* qvi tamen putat, fraudem hic non
conſiderari, ſed in fraude rationem decidendi
collocandam eſſe, exiſtimo.

In §. 2. Legatarius certæ hæreditatis teſtatori 3
qvæ obvenerat, jubetur æs alienum illi hæredita-
ti inhærens, ex reditibus illorum bonorum exſol-
vere, ſi illi reditus ad æs alienum exſolvendum
non ſufficiant, ex proprio legatarius ſolvere non
tenetur.

In. §. 3 & ultimo proponitur caſus. Pater, qvi 4
inſtituerat filium & filiam, ſolutionem alieni
æris ex mutuo contracti, injungit ſoli filio, addi-
ta hac ratione, ut pars ſua integra ſorori obveni-
at, qværitur, an etiam alterius debiti ſolutio filio 5
incumbat, qvod ex mutuo non erat contractum?
qvod videtur negandum, qvi mutui tantum men-
tionem fecit, ſed cauſa finalis arguit, teſtatorem
omne æs alienum intellexiſſe, & de mutuo ex-
empli gratia tantum locutum. Unde colligunt, 6
declarationem additam non minuere legatum.
*hic & L. Qvæſitum 12. §. pen. ff. de inſtructo leg.*

## ad L. Patronus. 35.

### SUMMARIA.

*CAſus proponitur. n. 1.*

*Re certa legata, ſi heres moram fecerit, non liberatur præſtando uſuras, ſuo intereſſe rei. 2.*

*Declaratur exemplo Canonicatus. 3.*

*Error finium in prædio legato, an vitiet. 4.*

*Particula* usqve *explicatur. 5.*

*Error in loco commiſſus non nocet Legato. 6.*

HÆres juſſus erat comparare tribum liberto 1
alicui, ſed hæres moram fecit, donec more-
retur libertus, qvi inſtituerat hæredem in clariſ-
ſima dignitate conſtitutum, cui tribus compa-
randa parum conveniebat, ideoqve hæres debet
præſtare æſtimationem tribus, etiam cum omni
utilitate, qvam libertus ex re comparata habere
potuiſſet. Nec cogitur legatarius contentus eſ- 2
ſe uſuris pecuniæ illius, qvâ æſtimata tribus,
qvia hæres non in exolvenda pecunia moram
fecit, ſed in non præſtita tribu. Hoc in *princ.* Qvod 3
allegari poſſet, qvando hæres juſſus Canonica- 4
tum mihi emere, vel præbendam, &c. In §. 1.
dicitur, ſi prædia mihi legentur usqve ad prædi-
um Gaas in finibus Galatiæ, qvod eſt ſub curâ
villici primi, ſed reperitur aliud prædium ſub
cura villici primi conſtitutum, qvod tamen non
eſt in finibus Galatiæ: Reſp. & hoc deberi, nec
obſtare falſam demonſtrationem finium. Et hic 5
notat *Bart.* prolixius materiam particulæ *usqve,*
qvod ea includat, non excludat *l. fin. de ſenatoribus l. 1. ff. an per alium cauſa appell. Calvinus in Lexico ad hanc vocem. Hill. lib. 18. ad Don. cap. 10. lit. E. p. 347. mihi.*

In §. 2. ſpecies ſatis clara, in textu & deciſionis 6

ratio clara: Unde colligunt, errorem teſtatoris in loco commiſſum, non nocere legato, ſi de corpore conſtet; ſed error doceri debet. *Pariſius vol. 3. conſ. 58. n. 26.* & reqviritur certa probatio erroris. *Menoch. conſ. 357. n. 34.*

## ad L. Nec fideicommiſſa. 36.

*SUMMARIA.*

*EX teſtamento inofficioſo nec legata debentur. n. 1.*
*Qvid hodie obtineat. 2.*

1 EX teſtamento inofficioſo vel injuſto, neqvidem Legata debentur, qvia qvaſi Furioſus
2 teſtamentum condidiſſe videtur. Sed huic textui derogatur per *auth. ex cauſa C. de liber. præt.*

## ad L. Cum qvis. 37.

*SUMMARIA.*

*SI non valet legatum, nec onus fideicommiſſi adjectum. n. 1.*
*Qvod limitatur, 2. & 3.*
*Qvid ſi promiſſio facta contemplatione alicujus emolumenti. 4.*
*Verba directa in Codicillo prolata, trahi poſſunt ad fideicommiſſum. 5.*
*Filius, patris hæres non exiſtens, an ex fideicommiſſo per modum contractus impoſito, conveniri poſſit. 6.*
*Jurata confeſſio teſtatoris an probationem inducat. 7.*
*Qvid ſi perſonæ dilectæ incapaci debere fateatur. 8.*

1 IN *princ.* proponitur regula: Si Legatum non valet, v. gr. ſi legatario rem ſuam legem, nec va-
2 let fideicommiſſum legatario injunctum. Aliud eſt ſi legatum valuit, ſed à teſtatore revocatum, tunc enim fideicommiſſum a Legatario relictum, ab hærede præſtandum, ſi non ademptum. *l. 19. ff. de adim. leg. Cephal. lib. 5. conſ. 744. n. 19.*
3 Diſputant hic Dd. etiam de pacto in calore judicii inito, ſed præter rem, ut *Hier. Verius ad rubr. de V. O. n. 187. Jac. de Nigris ad l. 1. de V. O.*
4 *n. 95. vol. 6.* Sed promiſſio facta contemplatione alicujus emolumenti, ipſo revocato non debetur. *Jac. de Nigris in repet. rubr. de V. O. n. 176. l.*
5 *hac §. 1.* Et in §. 2. dicitur, verba directa in Codicillo prolata, poſſe trahi ad fideicommiſſum.
6 In §. 3. autem filius, licet patris hæres non ſit, ex fideicommiſſo tamen per modum contractus impoſito, poteſt conveniri. *conſ. Wammeſ. conſ.*
7 *365. n. 10.* In §. 5. habetur, qvod confeſſio debiti, facta in teſtamento, ſi teſtator juravit vel juraſſe dicat, probationem inducat. *Ant. Faber l. 19.*
8 *Conject. c. 18. circa finem.* Si teſtator perſonæ dilectæ, incapaci tamen, ſe debere fateatur, hæc confeſſio eſt ſuſpecta. Hinc confeſſio mariti de recepta dote ſuſpecta eſt. *Carpz. p. 1. c. 28. d. 62. & Dn. Mevius p. 3. dec. 14.*

## ad L. Pater filium. 38.

*SUMMARIA.*

*ALienatio prohibita, non complectitur eam, qvæ ex cauſa neceſſaria. n. 1.*
*Explicatio §. 1. & ſeqq. remiſſivè. 2.*
*Verba enunciativa, ita fiet, ut fundus de familia veſtra non tranſeat, an inducant fideicommiſſum perpetuum. 3.*
*Alienatio inter vivos prohibita, ad teſtamentariam ſucceſſionem non extenditur. 4.*
*Species facti ſubjicitur. 5.*
*Prohibitus alienare partem ſuam, non prohibetur alienare partem, qvam ab aliis acqviſivit. 6.*
*Prohibitio alienationis eſt perſonalis. 7.*
*Res prohibita alienari, ſi ſemel alienata, perpetuo ſit alienabilis. 8.*
*Limitatur 9.*
*Alienatio ſi inter extraneos prohibita in familia bericita eſt. 10.*
*Fideicommiſſum à Legatario relictum ſi corruat, manet apud Legatarium. 11.*
*An in §. pen. contineatur fideicommiſſum. 12.*
*Caſus §. fin. proponitur. 13.*

IN *princ.* dicitur, alienatione prohibita, non eſſe 1
prohibitam eam, qvæ ex cauſa neceſſaria fit. *vid. not. ad l. 114. §. 14. de leg. 1.*
In §. 1. habetur ſpecies, qvam poſitam apud 2
*Zæſium ad Trebell. n. 83.* leges, qvi Autor cum ſit in manibus Doctorum virorum, nolo tranſcribere ea: Apud qvem Autorem etiam *n. 84.* ſpecies §. 2. de qvo §. videri poteſt *Men. conſ. 197. n. 30.* ubi tradit, fundum vernæ deberi, non ob alienationem ab hærede factam, ſed ob hæredis mortem. Idem *Menoch. conſ. 211. n. 136.* confer *Alciatum ad l. virilis 145. de V. S. Grotius l. 1. conſ. 48. n. 29.* conf. *Cephal. conſ. 318. n. 71. & n. 85.* ſpe-
ciem §. 3. reperiet Lector. Pater filium inſtitu- 3
it hæredem, & prohibuit, ne filius vivus alienaret fundum, aliàs fundum fiſci fore, & addit rationem, ita enim futurum, ut fundus nunqvam de familia veſtra exeat, qværitur primò, an hoc fideicommiſſum ſit perpetuum? vid. qvod ſic, ob illa verba, *ita enim fiet*; ſed neg. nam verba enunciativa, ut in hâc ſpecie, (ita enim fiet, ut fundus Titianus de nomine veſtro nunqvam exeat) non inducunt diſpoſitionem, præſertim qvod non pro ratione, ſed pro enunciatione ſperati futuri eventus hæc verba ponantur. *Men. conſ. 775. n. 4.* Ideoqve fideicommiſſum hic ad vitam filii reſtrictum eſt. *Men. conſ. 197. n. 12.* & cum actus inter
vivos tantum ſint prohibiti, Teſtamentaria ſuc- 4
ceſſio non videtur prohibita, qvæ erat ſecunda qvæſtio *Molin. conſ. 7. Cephalus lib. 5. conſ. 729. n. 18.* licet *n. 41.* nutare videatur, ſed §. manifeſtus nimis, nam verba *ita fiet* non per modum rationis ſed enunciati futuri eventus, addita. *Men. conſ. 775. n. 4. Ceph. d. n. 18.* Hic colligunt etiam, prohibitum ad tempus, poſtea eſſe promiſſum.

*Menoch.*

5 *Menoch. conſ. 274. num. 13.* Hinc qvæſitum, ſi qvis
filiam inſtituat hæredem, ita, ut portio mutuo
detur, & uſuras perciperet, & pagus, qvi filiæ ob-
venerat, ſemper in poteſtate filiæ maneret, & hoc
filiam ejusqve hærede, providere debere, qvære-
batur, an ſit perpetuum fideicommiſſum? Vid.
qvod non, ob hunc §. ſed affirmabatur in Facul-
tate noſtra die 10. Dec. 1653. qvia hæc verba non
ſunt enuntiativa, ut in hoc §. ſed diſpoſitiva De
nuda prohibitione alienationis agitur in §. 4.
6 Sed de ea actum ad *l. 114. §. 14. de Leg. 1.* conſ. *Ti-
raq. de Retr. in præfat. n. 50. Cæpolla caut. 32.* Sed
qvi prohibetur alienare partem ſuam, non vide-
tur prohibitus alienare partem eam, qvam à cohæ-
redibus, vel compoſſeſſoribus redemit, qvia
hanc habet ex propria, non ex Teſtatoris provi-
ſione. § 5. *hujus legis Carol. Ruin. conſ. 120. n. 10.*
7 *vol. 2.* Et exinde probant, aliqvam prohibitio-
nem alienationis eſſe perſonalem non realem.
8 *Men. conſ. 85. n. 109. Barry lib. 8. tit. 3. n. 19. Freſir.
qv. 673. n. 17.* Ex hoc §. probant etiam, illam rem,
qvæ prohibita alienari, ſi ſemel alienetur, ſemper
manere alienabilem. *Simon Cellus tr. de Decretis
l. 1. tit. 4. n. 21. Bologninus conſ. 43. n. 10. Roſen-
9 thal. de feudis. c. 9. concl. 57. n. 3.* ubi limitat, ſi
illa prohibitio ſit concepta in perſonam, non
in rem, & exinde probat, ſi feudum Regale
ſemel diviſum, non poſſe tamen poſtea dividi,
citra conſenſum Domini novum. conſ. *Crotus
conſ. 48. n. 18. lib. 1. Menoch. l. 1. A. q. quæſt. 54.
10 n. 25.* Colligunt etiam ex hoc §. qvando prohi-
bita alienatio in extraneos, inter ipſos de fami-
lia licitam eſſe alienationem. *Menoch. conſ. 277.
n. 21. & 41.*

11 In §. 6. habetur, qvod fideicommiſſum à Legatario relictum, ſi ab initio conſtitit, v. g. ſi Collegio licito relictum, Collegio diſſoluto, maneat apud Legatarium, & non redeat ad hæredem, ſi modo non à Legatario ut nudo executore relictum. *l. 17. de Leg. 2.*

12 In ſpecie *§. pen.* negatur eſſe fideicommiſſum, ſed affirmari dicunt, qvoad ſenſum, qvia mens verbis prævalet. *Decius conſ. 425. n. 6. Cephalus conſ. 473. n. 21. & ſ. Johan. Ant. Rubeus ad l. Gallus §. qvidam rectè. n. 69. ff. de Lib. & poſth. vol. 3. rep. juris.* Vel dicendum, verba illa poſita pro conſilio potius, qvam pro præcepto. *Men. conſ. 197. n. 13.* Sed aliter *Hillig. in Donell. l. 8. c. 3. lit. B.* ubi nec qvoad mentem fideicommiſſum hic haberi, tradit, ob verba, *deq; ea re ſibi invicem caverent*, qvæ verba notiſſimos fideicommiſſi terminos excedere, ait; qvæ ſententia melior.

13 In §. *ult.* Teſtator prælegavit illum fundum uni hæredi, deinde juſſit hæredem recipere cohæredem, in dicto prælegato fundo; hoc caſu venit cohæres non ut cohæres, ſed ut Legatarius vel fideicommiſſarius. Effectus hujus eſt in Lege Falcidia. *Romanus ſing. 155.*

## ad L. Pamphilo. 37.

*SUMMARIA.*

*Verba enunciativa ad gravatum directa fideicommiſſum inferunt. n. 1.*
*Verbum* volo *qvatenus inducat diſpoſitionem. 2.*
*Revocato prælegato, onus prælegati ſimul revocatum cenſetur. 3.*

Ex his verbis enunciativis: *ſcio omnia, qvæ tibi* 1
*Pamphile relinqvo, ad filios perventura*, colligi
fideicommiſſum, qvia ad gravatum directa. Ex
hoc §. colligunt, qvomodo hoc Marco Imp. ad-
ſcribatur *Hillig. l. 8. c. 3. lit. D.*
Ex §. 1. notant, verbum VOLO inducere diſ- 2
poſitionem, qvando concurrunt hæc, qvæ refe-
rūtur, ſcilicet qvando verbum hoc profertur ab ho-
mine non habente liberos, neqve cognatos, & in
diſcrimine vitæ conſtituto, vocatisq; amicis. *Natt.
in rep. l. hac Conſultiſſima. §. ex imperfecto C. d. Te-
ſtam. n. 161. Crotus in repet. l. 1. §. ſi qvis ita. n. 24.
ff. d. V. O. Alciat. ibid. n. 17. Ruin. conſ. 9. n. 8. vol. 3.
Ceph. conſ. 437. n. 78. Socin. Jun. conſ. 79. n. 6.
vol. 2. Jaſon in l. 1. n. 14. C. de Summa Trinita-
te.*
In *§. fin.* dicitur, qvando unum eſt cohæredi 3
prælegatum, & illud revocatur, etiam onus ei
hæredi ob rem prælegatam impoſitum revocatum
cenſeri. *Cephal. 1. conſ. 68. num. 1. & l. 4. conſ. 612.
n. 20.*

## ad L. Poſt emancipationem. 40.

*SUMMARIA.*

*Caſus* pr. h. l. *proponitur & deciditur. n. 1. 2.*
*An ex* princ. h. l. *probari poſſit, qvod defuncto ex duplici cauſâ junctus, duas hæreditatis partes capiat. 3.*
*Caſus §. 1. h l. proponitur. 4.*
*Deciditur. 5.*

Titius à Parente emancipatus, genuit filiam Ma- 1
riam, & habuit fratrem non à Patre emanci-
patum. Maria poſt Patrem mortua, credens au-
tem fratrem ſui patris ut agnatum ſibi ſolum ſuc-
ceſſurum, ideò, facto Codicillô rogavit 1. par-
tem hæreditatis reſtitueret avunculô ſuo, & 2. ipſi
avunculo petit reſtitui duos agros, & 3 qvosdam
agros aliis. Ipſum fideicommiſſum partis hæ- 2
reditatis non valuit, qvia uterqve ſc. patruus, qvi
erat hoc caſu extraneus & cognatus tantum, non
agnatus (ob Titii emancipationem) & Avuncu-
lus petere poterat bonorum poſſeſſionem, *unde
Cognati*, fideicommiſſum verò agrorum valet, &
unum agrum habet avunculus ſuo Jure, ut he-
res percioit alterum ex Codicillo. Alia v. fidei-
commiſſa ſolvit ſolus patruus. Ex *h. pr.* colligit 3
*Carpz. p. 3. c. 18. d. 26.* qvod una perſona defun-
cto ex duplici cauſâ conjuncta, duas partes hæredi-
tatis capiat, qvod putat & *Dn. Richter ad auth.
poſt fratres. 2. C. d. Legit. hered. num. 10. Struv.
exerc. 38. th. 35.* ſed id ex hoc textu non probatur.

Nam hic duæ portiones non ex duplici vinculo ſangvinis, ſed una ex vinculo ſangvinis, altera ex codicillo defertur, nec puto illam ſententiam Jure Civili probari poſſe, & ita Reſponſum contra *Carpz.* Anno 1646. menſe Junio.

4 In *§. 1. & unico h. l. 40.* habetur hæc ſpecies: Hæredes ſcripſit Titius Sejam ex dodrante & Mevium ex qvadrante. Seja rogata, ut qvicqvid ex hæreditate ad eam perveniret, filio ſuo reſtitueret, hortis tantum retentis: tum teſtator in genere dixit; qvisqvis ſibi hæres, præſtaret omnia legata, qværitur, an hortos ex aſſe vindicare poſſit? qvia dodrantem tantum etiam in hortis habuit, reliqvus qvadrans ad Mevium pertinet, poteſt enim illud, qvod de retinendis hortis dictum, ad dodrantem referri. Sed reſpondet Scævola, tacitè videri rogatum Mevium, ut ſuum qvadrantem Sejæ redderet. *vid. Ant. Fab. lib. conject. c. 14.*

## ad L. Uxorem. 41. §. 4.

*SUMMARIA.*

*Diſpoſitio teſtatoris verificanda eſt juxta qvalitatem perſonæ vel rei, prout reperitur tempore teſtamenti. n. 1.*

*Qvod tempus attenditur in determinando valore pecuniæ legatæ. 2.*

*Pater debitor filiæ naturalis, dotando eam, qvatenus magis animum compenſandi qvàm donandi habere videatur. 3.*

*Pater naturalis non tenetur dotare filiam. 5.*

*Pater naturalis in dubio potius filiam ex bonis ejus, qvàm ex ſuis dotare præſumitur. 5.*

*Secus in patre legitimo. 6.*

*Præmatura reſtitutio fideicommiſſi non præjudicat tertio. 7.*

1 Ubi diſpoſitio teſtatoris verificari poteſt in perſonâ vel re, qvæ reperitur tempore conditi teſtamenti, ſufficit, qvod in eâ verificetur, & aliæ perſonæ vel res futuræ excluduntur, idem in veſte legata. *L. Si ita. ff. d. arg. legato.* ubi dicitur, tempus præſens ſemper intelligi *l. 28. §. 1. d. liber. leg.* ſi aliud comprehenſum non ſit. *Men. conſ. 97. n. 63. & conſ. 166. num. 61. & n. 78. Ricc.*
2 *Dec. collect. 546. Barry lib. 9. tit. 4. n. 21.* Idem *Menoch. conſ. 138. Ceph. l. 5. conſ. 775. n. 105.* Colligitur etiam ex hoc textu, ſi teſtator centum coronatos leget, conſiderandum eſſe valorem, qvi fuit tempore conditi teſtamenti, non autem tempore mortis. *Gail. lib. 2. obſ. 73. num. 4. Ant. Gabriel. lib. 3. concl. tit. ſolut. concl. 4. Pruckman v. 2. conſ. 12. n. 4. Tiraq. de Retr. conſang. §. 3. gl. 18. n. 26. Ant. Faber. l. 8. Cod. tit. de ſolut. def. 44. Berlich. p. 2. dec. 200. n. 7. & ſeq. & qvos refert Finck. obſ. 27.*

3 *Ad §. 11.* Pater erat debitor filiæ naturalis, i. e. qvæ extra matrimonium nata erat, ex cauſa fideicommiſſi, & eam poſtea ſimpliciter dotavit, præſupponit hic textus, ſi volente filia donatio facta, fideicommiſſum cum dote promiſſa compenſari, & qvia hoc dici non deberet, ſi paternum officium hoc eſſet, dotare filias naturales, & ad
hoc poſſet cogi, *per l. fin. de dot. promiſſ.* Ideò ex- 4
inde colligunt, patrem naturalem, non teneri
dotare filiam. *P. Barb. ad l. 1. part. 4. n. 49. ff. ſolut.*
*matrim. Alph. Collect. 282.* Colligitur etiam, pa- 5
trem naturalem potius in dubio dotare filiam ex
bonis ejus, qvàm ex ſuis; licet in patre legitimo 6
aliud *Bard. d. l. p. 5. §. & retenta. Surdus in Tr.*
*de alim. tit. 1. q. 9. n. 8.* Sic ſi teſtator jubeat hære- 7
ditatem reſtituere Cajo poſt mortem hæredis, & Cajo ſubſtituat Mevium, hæres autem ante mortem reſtituat hæreditatem Cajo, hic autem ante mortem hæredis præmoriatur, hæres non liberatur à præſtanda hæreditate Mevio ſubſtituto, qvia præmatura reſtitutio fideicommiſſi non præjudicat tertio. *per §. 12. h. t. Peregrinus de fideicom. art. 4. n. 3. Salgado in Labyrintho p. 2. cap. 15. n. 69.*

## ad L. Si filiæ. 43.

Qvantam velit teſtator dotem filiæ conſtitui, ex dignitate, facultatibus, & numero liberorum eſt æſtimandum, de qvo alibi.

## ad L. Hoc Legatum. 45.

*SUMMARIA.*

*Qvid uxoris cauſa paratum cenſeatur. n. 1.*

*Uxoris cauſa parata, uxori non ſunt qvæſita. 2.*

*Limitatio* Barboſ. *non probatur. 3.*

*Qvid ex* hac l. *colligatur. 4.*

Ea videntur uxoris cauſa parata, qvæ ad ejus 1
uſum proprium ſunt deſignata, ſecus ſi ad uſum
communem illius & alterius, Unde infertur, ea 2
qvæ uxoris cauſa parata, non eſſe uxori qvæſita;
nam alias non opus eſſe, ut denuo legentur. *Barb.*
*in l. qvæ dotis 34. ff. ſol. matr. n. 74.* ubi teſtatur, 3
hanc eſſe communem opinionem, licet *n. ſeq.* dicat, aliud eſſe, ſi tradantur veſtes precioſæ, qvo caſu putat eſſe donationem; ſed in eo ipſi non conſentio. *vid. nos. ad l. 5. § 10. ſupr. de commodat. Bar-*
*ry lib. 9. tit. 4. n. 23.* Colligunt etiam ex hac *l.* ubi 4
vox aliqva ſimpliciter prolata capi poteſt vel generaliter, vel ſpecialiter, poſteriori modo videtur intelligenda eſſe, *Roland. à Valle lib. 2. conſ. 41. in fin. conſ. Criſpus in rept. de legat. 1. n. 17.*

## ad L. Ea tamen. 46.

*SUMMARIA.*

*Relativum* Qvis vel Qvi *ſine copulâ poſitum, præcedentia nominatim expreſſa reſtringit. n. 1.*

*Cum copulâ, ampliat. 2.*

Relativum *Qvis* vel *Qvi* poſitum ſine copulâ, præcedentium ſignificationem reſtringit; ſed cum copula, v. gr. *ejusqve cauſa parata ſunt,* ampliat, ut ea etiam, qvæ præter recen-

recenſita uxoris cauſa parata ſunt, intelligantur. *Molin. conſ. 60. n. 17. Berninck in §. omnium. Inſt. de Act. n. 121. Klock. vol. 1. conſ. 29. n. 944. Franc. de Clapper. in dec. cauſa 15. q. 2. n. 2.* ubi dicit cum *Caſtrenſi*, relativum reſtringere antecedens ad id ſolum, cui convenire poteſt qvalitas adjecta relativo.

## ad L. Si qvid earum. 47.

*SUMMARIA.*

*Emta ante nuptias, & poſt uxori tradita cenſentur uxoris cauſa parata. n. 1.*

*Idem in iis, qvæ priori uxori comparata, ſecundæ nuptæ traduntur.*

*Legata uxori relicta ſub nomine appellativo, non videntur uxori ſecundæ parata, niſi tradita. 3.*

*Qvod limitatur. 4.*

*Maritus per contractum, vel per ultimam voluntatem in favorem jam viventis uxoris aliqvid diſponens, an & eo ſecundæ uxori proſpexiſſe videatur. 5.*

*Conſenſus Domini & agnatorum in proviſionem uxoris ex feudo faciendam, an ad ſecundam uxorem extendendus. 6.*

1 SI maritus ante nuptias qvid emerit, & poſtea
uxori tradat, videtur id uxoris cauſa paraſſe.
2 Idem ſi priori uxori comparaverit, ſed ſecundæ
nuptæ tradiderit, videtur ornatus hic uxoris ſe-
cundæ cauſa paratus eſſe, & ſic legato contineri;
3 qvia autem textus traditionis meminit, ideo
concluditur, qvicqvid uxoris ſub nomine appella-
4 tivo legatum, non videri uxori ſecundæ para-
tum, neqve ei aſſignatum eſſe, niſi ei tradiderit.
*Covarr. in cap. Reqviſiviſti. 15. n. 5. X. de teſtam. Peregr. de fideic. art. 22. n. 15.* Sed id cum diſtin-
ctione capiendum. Nam primò, ſi cælebs leget
qvid uxori futuræ, id non tantum de prima, ſed
etiam de ſecunda uxore intelligendum. *Covarr.
d. l. Tiraqv. in L. boves. §. hoc ſermone. lim. 3. n. 13.
de V. S. Mantica de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 15.
5 n. 1. & Berlich. p. 2. dec. 298. n. 2.* Sed ſi uxorem
habeat, an tunc, ſive per contractum, ſive per
ultimam voluntatem in favorem uxoris jam vi-
ventis qvid diſponat, id etiam ſecundæ uxori de-
beatur, dubitarem, qvicqvid *d. l.* diſputet *Berl-
6 chius:* Nam de ſecunda uxore tunc non cogi-
tavit, neqve cum ea contraxit. Sed in hypotheſi,
qvam tractat *d. l. Berlich.* ea videtur qvæſtio. Si Dominus & agnati in proviſionem uxoris ex feudo faciendam conſenſerint, & maritus ſecundæ uxori in teſtamento idem confirmet, annon conſenſus Domini & agnatorum, etiam ad ſecundam uxorem extendendus? Qvod omnino ſtatuo: nam conceſſerunt hoc in in favorem vaſalli, non ejus uxoris; niſi forte agnati ob cognationem, qvæ ipſis forte cum vaſalli uxore intercedit, conſenſerint: & ſic non invitus *Berlichio* in hac hypotheſi conſentio. Obiter ex hac *L.* probatur, dubiam eſſe limitationem *Barboſæ*, ſupra ad *l. 45.* allegatam.

## ad L. Cum filio familias. 50. §. fin.

*SUMMARIA.*

*Legatum ſic conceptum, qvantum heres meus à filio exegerit, tantum Mevio dato, an purum, an verò conditionale. n. 1.*

*In dubio purè qvid geſtum præſumitur. 2.*

*Alleganti contrarium probatio incumbit. 3.*

LEgavit qvis Mevio ita: *Qvantum hæres meus à Titio exegerit, tantum Mevio dato;* qværitur, 1
an purum, an verò conditionale ſit legatum?
Reſp. licet videatur conditionale ex ſono verbo-
rum, eſt tamen purum, ita ut hæres præſtare tenea-
tur actionem contra Titium. Inde probant Dd 2
qvos refert *Menoch. l. 4. præſ. 175.* legatum potius
videri purum, qvàm conditionale, & generaliter ex
hoc textu colligunt, præſumi potius contractum
purum, qvam conditionalem; Et ſic ſi reus fateatur 3
contractum, ſed ſub conditione eſſe contractum,
ipſi incumbere probationem. *Menoch. d. l. & Dn. Thabor ad Barboſ. l. 3. c. 43. axiom. 12.*

## ad. L. Liberorum. 52. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*Legato lecto, an & lecti ornamenta legata videantur.*

EX hoc §. probat *Bart.* legato lecto, intelligi etiam coopertoria ſerica, & alia lecti ornamenta legata eſſe; qvod *Mant. lib. 6. tit. 11. n. 17.* intelligit, ſi lectum ſuum leget maritus, non ſi lectum in genere. *Vid. Surd. dec. 150. Barry lib. 9. tit. 13. in fin.*

## ad L. Si purè. 54.

*SUMMARIUM.*

*Dictione* hoc amplius, *præcedentia repetuntur.*

DIctio (*hoc amplius*) præcedentium repetitionem continet, adeò, ut qvod prius purè relictum, ſi poſtea addatur conditio, præcedentia ſub conditione videantur relicta. *l. 63. h. t. & l. 108. ff. de Cond. & dem. Don. lib. 8. c. 31. lit. H.*

## ad L. Qvi chirographum, 59.

*SUMMARIUM.*

*Legato chirographo, jus omne, qvod in eo continetur, legatum eſt.*

CUm appellatione chirographi Jus omne, qvod in chirographo continetur, comprehenditur, ideoqve, legato chirographo, debitum ipſum legatum eſſe videtur. *Mant. lib. 9. tit. 9. Barry lib. 1. n. 9. tit. 22. n. 2. Men. lib. 3. præſ. 140. n. 3.*

## ad L. Qvi duos mulos. 62.

*SUMMARIA.*

*Sexus maſculinus ſemper comprehendit fæmininum. n. 1.*

*In feudis fœmineis verbis maſculinis includantur fœminæ. 2.*

1 SExus maſculinus continet ſemper fœmininũ.
*vid. Dd. allegati lib. 11. c. 13. axiom. 1. Barb.* Un-
2 de probatur ſententia Doctorum aſſerentium,
qvod in fœmineis feudis, qvæ in defectu maſcu-
lorum fœminis deferuntur, per verba maſculina
fœminas non excludi. *Roſenthal de feud. cap. 10.
concl. 5. n. 47. & concl. 27. n. 39. Schrad. de feud. p.
9. p. 2. ſect. ult. n. 57. Menoch. remed. 9. recup.
poſſ. n. 9.*

## ad L. In repetendis. 63.

*SUMMARIUM.*

D*ictio*, Item, *inducit repetitionem præcedentis qvalitatis & conditionis.*

QVando qvis legata varia reliqvit, partim purè, partim in diem, partim ſub conditione, eadem autem legata ab aliis etiam relinqvit, v. gr. à ſubſtituto: addiditq́ particulam ITEM, videntur tacitè repetitæ omnes qvalitates, & conditiones prius expreſſæ; qvam materiam latè tractat *Menoch. l. 4. præſ. 180. per tot. Mantic. l. 10. tit. 111. 6. n. 12.* De particula Repetitiva ITEM videatur etiam *Dn. Richter de Adverbiis lit. I. n. 41.* Conferri etiam poteſt *Raudenſis l. 2. conſ. 22. n. 28.*

## ad L. Qvi Filium. 64.

*SUMMARIUM.*

C*Alendario legato, nomina debitoris & pecuniæ deſtinata elocandi ergo, legata intelliguntur.*

SI qvis leget Calendarium ſeu librum negotiationis ſuæ, Handelbücher / cenſebitur legaſſe qvodcunqve nomen debitoris ſui, qvod in eo calendario ſeu libro continetur, item pecunias ex nominibus redactas, & rurſus aliis collocatas, vel ſaltem deſtinatas aliis; non verò, ſi pecuniæ ex nominibus redactæ reperiantur, ſed non deſtinatæ ad hunc finem, ut elocentur. *Corſ. l. 57. infr. de uſufr. leg. Mant. lib. 9. tit. 1. n. 9. Barry lib. 9. tit. 4. n. 37. & tit. 22. n. 3. Men. lib. 4. præſ. 143. n. 9.*

## ad L. Legatis ſervis. pr.

*SUMMARIA.*

N*Egotiatores ſervi qvi dicantur. n. 1.*
*Legatum ſervo ſub qvalitate alicujus artificii relictum, eo deſerto exſtingvitur. 2.*
*Mercator à qvâ negotiatione præſumatur denominatus. 3.*
*Appellatione ancillarum ornatricum qvæ veniant. 4.*
*Appellatio artificum an etiam referatur ad diſcipulos. 5.*
*Qvid ſingulariter ex §. 3 h. l. notandum. 6.*
*Ove legatâ, non videntur legati agnelli antea nati. 7.*
*Vendens vaccam, an etiam vitulum lactentem vendidiſſe videatur. 8.*

LEgavit qvis ſervos, exceptis negotiatoribus, 1
qværitur, qvi per negotiatores intelligendi?
Certè non illi, qvi familiæ inſerviunt emendis
obſoniis, &c. ſed qvi negotiationem cum aliis
exercent juſſu Domini. *vid. Stracha de Mercat.
p. 1. n. 39. & 46.* Qvod autem ſervo ſub qvalita- 2
te alicujus artificii legatur, eo deſerto, legatum
etiam amittitur. *Wammeſ. inter corſ. juris Canon.
conſ. 419. n. 4.* Ex §. *ſi unus.* 2. notetur, qvod mer- 3
cator denominatus præſumatur ab illâ negotia-
tione, in qvâ plerumq́ verſatur. *Stracha d. p. 1. de
mercat. n. 56.* Et ex §. *ornatricibus.* notetur, 4
qvod ſub vocabulo ancillarum ornatricum con-
tineantur omnes, qvi per duos menſes hâc arte
inſtructæ fuerunt. Unde *Bartolus* movet contro-
verſiam: An appellatione artificum etiam ve- 5
niant diſcipuli? & diſtingvit inter beneficia &
privilegia; in illis venire, in his non. Et qvam-
vis multi hac de re diſputent, fatetur tamen
*Stracha d. l.* à *Bartoli* ſententia non facilè eſſe re-
cedendum. Illud hic notandum, omnes nos 6
diſcere poſſe, & omne artificium incrementum
capere. Diſcendum nobis eſt, dum vivimus, tum
qvæ ad animæ culturam, tum qvæ ad publicam
utilitatem pertinent.

In §. *ult.* dicitur, ove legata, non videri agnel- 7
los antea natos legatos eſſe; id qvod applicant
ad venditorem, qvi vaccam vendidit, qvod vi-
tulum etiam adhuc lactantem vendidiſſe non 8
videatur. *Franzk. ad tit. de Act. empti n. 201. Dn. Lauterbach ad eund. tit. th. 13.* Sed communius affirmant. *vid Gomez. tamo reſol. c. 2. n. 24. per l. 10. de precario*, ad qvam nititur reſpondere *Franzk. d. l. n. 202.*

## ad L. Juliano. 68. §. 1.

*SUMMARIUM.*

R*Atio, cur per verba textus non inducatur fideicommiſſum.*

PEr verba, *Curate agros veſtros attentè vendere aut colere, & ita fiet, ut filius meus filias veſtras vobis condonet*, non inducitur fideicommiſſum: Nam hæc verba conſilium inferunt, non mandatum, & hic nulla res certa aut qvantitas, qvia non exprimitur, qva in re donatio vel liberalitas exerceri debeat erga filias libertorum. *vid. Hillig. l. 8. c. 3. lit. B.*

## ad L. Non aliter. 69.

*SUMMARIUM.*

A *Significatione verborum qvando in interpretatione recedere liceat.*

NOn aliter à ſignificatione verborum recedi oportet, qvàm cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. *Dou. lib. 8. c. 31. lit. B. Clar. §. teſtam. q. 76.* Regula hæc vulgatiſſima eſt, & qvotidie allegari ſolita.

ad

## ad L. Si Cui lana. 70.

*SUMMARIUM.*

*Lana legata, non continetur lana tincta. n. 1.*
*Reſpondetur* ad l. 32. §. 6. de auro & arg. l. 2.
*Explicatio nominis telæ in §. 3.* h. l. *remiſſivè 3.*
*Verſicoloribus legatis, lana non tincta non venit. 4.*
*Purpura legato, an lana purpuræ deſtinata contineatur. 5.*

1 HÆc lex loqvitur de lana legata; & in *princ.*
dicitur, qvod lana legata, non veniat lana
2 tincta. Cui obſtaret videtur *l. 32. §. 6. de auro &*
*arg. leg.* Sed reſp. ibi omnem lanam legatam.
*Pac. cent. 6. qv. 25. vid. Hill. ad Donell. l. 8. c. 19.*
3 *lit. C.* ubi explicat, qvid per telam in § 3. intelli-
4 gendum. Verſicoloribus legatis, lanam non
5 tinctam non contineri, habetur in §. 12. Lana
autem purpuræ deſtinata, purpuræ legato non continetur. Cui non obſtat *l. 26. §. ult. de Acqv. domin.* qvia hic uſum communem ſeqvimur.

## ad L. Cum ſuæ. 71. & duas ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Qui ſervi qvi dicantur n. 1.*
*Uſufructu omnium bonorum relicto, non continentur res venales. 2.*

1 QUi dicuntur ſervi, qvi ad aliqvem pertinent
jure Dominii vel qvaſi, ut qvi bona fide poſſi-
dentur; ſecus ſi jure uſusfructus vel pignoris;
item ſi ad vendendum habentur. *A. Barb. l. 17.*
*c. 77. ax. 1.* Nam ſuum non eſt, qvod non poteſt
2 vindicari *Menoch. conſ. 129. n. 25.* Colligitur etiam, uſufructu omnium bonorum relicto, res venales non contineri.

## ad L. Nummis. 75.

*SUMMARIA.*

*IN qvantitatibus legatis, qvæ diverſam explicationem recipiunt, id qvod minus eſt præſtandum, cujus exempla n. 1. & 2.*
*Limitatur. 4.*
L. 12. de Reg. jur. *in legatis non obtinet. 3.*

1 QVando duo monetarum genera ſunt nomi-
ne ſimilia, ſed non valore, in dubio de mi-
noris valoris moneta legatum accipiendum eſt,
2 ne nimis gravetur hæres. Idem, ſi dictum, ut uxor
habeat tantam partem, qvantam unus hæres.
*l. 29. §. 1. h. t. vid. Mant. lib. 6. tit. ult. & lib. 7.*
*tit. 1. n. 32. Barry lib. 9. tit. 4. Peregr. de fideicomm.*
*art. 1. n. 33. Menoch. conſ. 236. n. 10. Finckelth. obſ.*
*20. n. 16. conſ. 43. §. 1. de leg. 2. l. 39. §. 6. de leg.*
3 *1. l. 37. pr. de leg. 1.* Unde etiam colligitur ex hac
lege, legem *in teſtamentis 12. d. Reg. Juris*, in le-
gatis non obtinere: Nam in his diſtinctè proce-
4 dimus. *Stracha de mercat. p. 1. n. 71.* In qvantita-
tibus aliis hanc legem locum non habere, putat *Roman. ſing. 209. per L. ſi certum. de tritico leg.*

## ad L. Qvæſitum. 78.

*SUMMARIA.*

*STudiorum cauſa abſens abeſſe non cenſetur n. 1.*
*Fundo legato cum omnibus qvæ ibi ſunt, non continentur nomina & nummi. 2.*
*Appellatione materiæ non venit materiatum, ſi ad ſua initia redigi non poteſt. 3.*
*Legatis uxori iis, qvæ ipſius cauſa parata eſſent, an includatur dos æſtimato data, qvam maritus uxori utendam dederat. 4.*

PRincipii hujus ſpecies plana. Solent autem 1
exinde probare ſtudiorum, cauſa abſentem
pro abſente non habendum; nam non videtur
ſervus hic à fundo ſeparatus, ſi ſtudiorum gratia
abſit; qvæ regula etiam habetur *in c. cum ex eo. de Elect. l. 6. c. ex parte. X. de Clericis non reſidentibus. Men. conſ. 181. Wammeſ. inter conſilia Can. conſ 205. n. fin. Camil. Borellus tom. 1. dec. tit. 7. n. 72. & tit. 29. n. 44. Barb. Loc. l. 1. c. 3. ax. 2.*

In §. 1. *hujus L.* proponitur, qvod fundo alicui 2
legato cum omnibus, qvæ ibi eſſent, non videan-
tur legato nummi, nec nomina; etiamſi fundus
relictus eſſet filio, & per verba generalia. *vid. Tinell. ad. l. 1. C. de Bon. matern. p. 2. num. 47. & ſeq.*
Cæterum ex §. 4. notandum, appellatione ma- 3
teriæ non contineri materiatum, ſi ad ſuam materiam reverti non poſſit, qvod exemplo marmoris & argentei vaſis hic probatur. *P. Barb. ad L. Divortio §. ſi vir. n. 35. ff. ſol. matr. Don. l. 8. c. 17. lit. G.* ubi removet contraria.

In §. *pen.* hæc ſpecies: Mulier res æſtimatas 4
dedit in dotem, qvæ eſt venditionis ſpecies; has
res maritus uxori dedit utendas, & moriens ei per fideicommiſſum legavit, qvæ ejus cauſa parata eſſent. Has res petebat vidua apud Prætorem, Prætor putabat hoc legato non contineri, qvod ab uxore ipſa comparatum eſſet; ſed deciditur, nihil intereſſe, à qvocunqve comparaverit. *vid. Cujac. lib. 12. obſerv. cap. 9.*

## ad L. Si chorus. 79.

*SUMMARIA.*

*FUndo legato cum mobilibus, qvæ ibi ſunt, non continetur pecunia futuris neceſſitatibus deſtinata. n. 1.*
*Secus in deſtinatis mutuo dando. 2.*
*Explicatio verborum*, eſſe ibi aliqvid. 3.
*Legato uſufructu omnium mobilium, an comprehendatur pecunia futuris neceſſitatibus deſtinata. 4. 5.*
*Intellectus* §. 2. h. l. 6.

SI legetur fundus cum mobilibus, qvæ in eo 1
ſunt, hoc legato venit pecunia, qvæ ceu theſaurus in futuram neceſſitatatem ibi repoſita reperi-

2 peritur, non verò, qvæ mutuo dando deſtinata eſt. *Vid. Menoch. remed. 3. A. Poſſ. n.134. & conſ. 407. n. 21. Pin. ad L. 1. C. de Bon. matern. p. 2. num.*
3 *48.* Non eſſe ibi aliqvid videtur, ubi ad tempus tantum, vel caſu reperitur. *Ant. Faber ad l. 7. ff.*
4 *ex qvib. cauſ. maj.* Ex hoc textu probat *Menoch. ali. loco* qvod legato uſufructu mobilium omnium, etiam pecunia veniat, futuris neceſſitatibus deſtinata, qvod in perſonis doctis ac modeſtis præſumendum eſt, qvod non ad fœneratitios
5 contractus depoſuerint. Sane, ſi ſermonem vulgi & rectam rationem conſulamus, poſſet dici, ex ſolo legato mobilium omnium, vel uſufructu legato omnium mobilium, non intelligi pecuniam numeratam, ne qvidem ſi futuris neceſſitatibus deſtinata: nam ſi voluit eſſe depoſitam futuris neceſſitatibus, utiqve non voluit, ut erogaretur. *Conſ. Caſtillo de Uſufr. c. 38. num. 25.*
6 Paragraphi 2. ſenſus eſt: Qvamvis ponatur caſus ille, qvo ædificando teſtator certò mutavit voluntatem, tamen deſtructo ædificio debebitur area, qvia mutatio voluntatis eo tantum pertinet ne domus debeatur. *Donell. & ibi Hillig. l. 8. c. 17. lit. I.*

## ad L. Qvod his verbis. 83.

*SUMMARIA.*

*Heres fideicommiſſo* cum morietur, *gravatus, fructus, qvos vivus percepit, non tenetur reſtituere. n. 1.*

*Reſpondetur ad* l. 3. §. 2. ff. de uſur. 2.

1 IN fideicommiſſo hoc: *qvicqvid ex hæreditate mea ad te pervenerit, cum morieris, reſtituas*, fructus, qvos hæres vivus percepit, non videntur
2 reſtituendi. *Hic & l. 57. pr. ad Trebell.* Cui repugnat *l. 3. §. 2. ſupr. de uſur.* Sed hic non ſimpliciter dicitur de eo, qvod ſupererit ex bonis, ſed qvod ex bonis meis ſeu teſtatoris ſupererit. *Donell. lib. 7. c. 26. & Hill. lit. G. Manz. lib. 7. tit. 10. num. 6. & ſeq.*

## ad L. Nuper. 85.

*SUMMARIA.*

*Pronomen Meum adjectum certo corpori & verbo præſentis temporis, qvid faciat. n. 1.*

*Qvid adjectum corpori incerto. 2.*

*Qvid adjectum verbo futuri temporis. 3.*

1 PRonomen, Meum, adjectum certo corpori & verbo præſentis temporis, facit demonſtra-
2 tionem; ſi verò incerto corpori, ut vino, frumento, facit taxationem, ut illud tantum intelliga-
3 tur, qvod ſuorum nomine habuerit: ſi verò verbo futuri temporis, facit conditionem. *Bart. hic conſ. Donell. lib. 8. c. 31. lit. E.* Conferri poteſt *Angulo ſa l. 6. conſ. 20. n. 7. & 13. Raudenſis l. 2. Reſp. 30. n. 102.*

## ad L. Lanâ legatâ. 88. §. 1.

PAnno legato, non videntur legatæ veſtes ex eo confectæ. *Hic & l. 78. §. 4. d. t. Peck. de teſtam. lib. 5. c. 29. Wiſſenb. ad lib. 34. tit. 9.*

## ad L. Re conjuncti. 89.

*SUMMARIA.*

*Conjuncti qvi dicantur. n. 1.*

*Conjunctio fit tribus modis. 2.*

*In conjunctione plurium uno modò factâ, deficientis portio accreſcit omnibus. 3.*

*Qvid in conjunctione diverſi generis. 4. 5.*

*Jus accreſcendi locum habet inter conjunctos verbis tantum. 6.*

*Jus accreſcendi extra conjunctionem in legatis non obtinet. 7.*

COnjuncti ſunt, qvi ad eandem rem vocantur, & ſunt vel re tantùm, i. e. disjunctim, ſeu diverſis orationibus vocati, v. gr. Paulo Stichum lego, Johanni Stichum lego: vel re & verbis, qvi vocati eadem oratione ſine aſſignatione partium, v. g. Paulo & & Johanni Stichum lego: vel verbis tantum, qvando pluribus qvid relinqvitur cum aſſignatione partium, v. g. Petro & Paulo ex æqvis partibus Stichum lego. Si igitur omnes pariter uno horum modorum conjuncti, deficientis portio omnibus accreſcit. *L. un. §. 10. C. de Caduc. toll.* Si permixti uno deficiente ex iis, qvi re tantum conjuncti, accreſcit ejus portio cæteris omnibus; ita tamen, ut conjuncti re & verbis, vel verbis tantum, ſint unius perſonæ loco, *l. 34. pr. de leg. 1.* Deficiente autem uno ex cæteris, ſoli conjuncto eodem genere conjunctionis accreſcit portio deficientis. *Vid. hic Bart. Donell. lib. 7. c. 13. Mant. lib. 10. tit. 3. per tot. Barry lib. 13. tit. 1.* Ex hac lege colligitur contra *Ant. Fabrum*, inter conjunctos verbis tantum eſſe jus accreſcendi. *Donell. l. 7. c. 13. & ibi Hillig. lit. O. Schultes ad Modeſt. Piſt. p. 1. qv. 29. n. 6. Carpz. p. 3. dec. 134. num. 5.* & plures referens & ſeqvens *Berlich. p. 2. dec. 285. n. 15.* Probat autem *per l. 16. §. ult. de leg. 1. & per l. 41. de leg. 2.* & contrariis ibi reſpondet. Eſt autem hoc Jus accreſcendi diſtinctum ab illo, qvod non competit ob conjunctionem, ſed ex alia juris ratione, v. gr. qvod inſtitutus in parte, ſi ſolus ſit, in omnibus bonis ſuccedat, qvod Jus tamen in legatis non obtinet. *Carpz. p. 3. c. 2. def. 17. & ſeq.*

## ad L. Prædiis. 91.

*SUMMARIA.*

*Taberna purpuraria legata cum purpuris & inſtitoribus ejus, an eo legato contineantur pretia purpuræ aut debita. n. 1.*

*Domo legata, an & hortus vicinus ejus cauſa comparatus, debeatur. 2.*

Qvid

*Qvid de Inſula vel domuncula domui legata juncta 3. & 5.*

*Qvid hinc colligatur. 4.*

1 PRoponitur in §. 2. hic caſus: Patet filiæ tabernam purpurariam, cum ſervis inſtitoribus & purpuris, qvæ in diem mortis ejus ibi fuerunt, legavit. In qvo legato pretia purpuræ aut debita non contineri reſpondetur: qvod de rebus particularibus, & ubi verba non ſunt univerſalia & prægnantia, intelligit *Berous vol. 2. conſ. 44. n. 31.*

2 Si emi hortum vicinum domui meæ, ut amœniorem domum & ſalubriorem haberem, & per domum cœpi ire ad hortum, legata domo, etiam hortus debetur, aliàs non. Hæc *in §. pen. conſ. Alexand. conſ. 204. n. 3. lib. 6. Cæpolla de S. U. Pr. c. 76. n. 2. & qvos refert Berlich. p. 2. dec. 191. n. 3. Card. Mantic. de tac. & amb. convent. l. 4. tit. 15. n. 30. Lanterbach ad tit. de Act. vend. §. 1. th. 16.*
3 Sed ſi inſulam vel domunculam domui meæ junxi, tunc legata domo, præſumitur etiam legata inſula vel apotheca. 1. Si uno pretio cum domo comparata. *Alexand. d. l. conſ. 204. num. 2. Berlich. d. l. n. 8.* 2. Si penſionem domus & inſulæ in rationibus non ſeparaverim. 3. Si domus & apotheca iiſdem muris contineatur. *Mant. de conject. ult. vol. l. 9. t. 2. n. 37. Berlich. d. l. num. 10.* Unde
4 colligitur, non diſtingvi ſemper in apotheca legata, an intrinſecus per domum, an extrinſecus pateat aditus ad domunculam; ſed hoc ſufficere, ut iiſdem plane & nullo modo diverſis parietibus contineatur, licet ſecus in horto *Barry lib. 9. tit. 10. n. 4. Ricc. collect. decıſ. 669. Mantica lib. 9. tit. 2. n. 37. Berlich. d. l. n. 34. confer. Menoch. l. 4. præſ. 129. num. 9. & 14.* Præſertim in hoc dubio viden-
5 dum eſt, an cæteri cohæredes aut liberi valde lædantur, & magna inæqvalitas introducatur, ſi nomine domus etiam domunculæ (die Buden) veniant, vel magna iniqvitas exurgat. *Berlich. d. l. n. 36.*

## ad L. Si mihi Mevia. 92. §. fin.

*SUMMARIA.*

*MObilibus legatis cum reflexione ad certum locum, non includuntur ea, qvæ venalia ſunt nec pecunia. n. 1.*

*Appellatione mobilium non contineri pecuniam, colligitur. 2.*

*An ex* h. l. &. §. ult. *probari poſſit, in generali hypotheca non comprehendi pecuniam. 3.*

1 QVando mobilia ſunt relicta cum relatione ad certum locum, ſcilicet qvæ in ea domo ſunt, tunc non veniunt ea, qvæ ſunt venalia, nec pecunia, qvia non cenſetur eſſe in loco, ob celerem motum continuumqve uſum. *conſ. l. 41. §. 6. ſupr. h. t. Pinell. ad l. 1. part. 2. C. de bon. matern.*
2 *n. 46.* Colligunt alias ex hoc textu, appellatione mobilium non contineri pecuniam, ut *Menoch. rem. 3. Adip. poſſ. n. 238. Pariſ. lib. 2. conſ. 80. n. 4.* 3
*Menochius* etiam *d. l. n. 144.* ex hac lege & *§. ult.* probat, ſin generali hypotheca pecuniam non contineri: ſed id ex hac *L.* non probari, putat *Pinell. d. l.*

## ad L. Lucius Titius 93. §. 4.

*SUMMARIA.*

*FUndo, uti optimus maximus eſt, legato, an debeantur & machinæ & dolia, qvæ defixa ſunt num. 1.*

*Vendito caſtro, an venditæ videantur machinæ bellicæ. 2.*

FUndum uti optimus maximus eſt, legavit 1
mihi teſtator, an veniunt machinæ & dolia, qvæ defixa ſunt? mira eſt deciſio, & muſſitare *Bartolum* ait *Tiraq. de Retr. conſ. §. 1. gl. 7. n. 98.* qvi ſuſpicatur, eſſe mendum, & legi debere, fixa non ſunt; nam alias alii textus repugnarent, v. g. *l. dolia ff. de contrah. empt.* Hoc tamen colligitur ex 2
*h. §.* vendito caſtro, non venditas videri machinas bellicas, niſi de his actum. *Vid. Tiraq. d. l. n. 99.* Sed de eo alibi me dicere memini.

## ad L. Is qvi. 94.

*SUMMARIA.*

*FUndo tribus libertis legato cum petitione, ne extra familiam alienetur; relicto verò alicui liberto in familiâ, qvi inter dictos tres non connumeratur, an contra fideicommiſſum hoc factum cenſeatur. n. 1.*

*Lex hæc de qvo caſu intelligenda. 2.*

LEgavit qvis fundum tribus libertis, & roga- 1
vit, ut curarent, ne de ſuo nomine exiret. Si igitur libertus moriens, alii liberto ex familiâ, qvam ex illis tribus fundum reliqvit, non videtur contra fideicommiſſum feciſſe, qvia appellatione familiæ veniunt etiam illi, qvi à teſtatore non ſunt nominati, & ſatis eſt illis relinqvi, qvi in familia reperitur. *Menoch. conſ. 277. n. 20.* Et 2
ideò hunc textum intelligit *Roland. à Valle lib. 1. conſ. 100. in fin.* de eo caſu, qvando omnes in eodem gradu ſunt erga teſtatorem, nec inter eos eſt ordo affectionis ſeu charitatis.

## ad L. Si Titius. 69.

*SUMMARIA.*

*ROgatus hereditatem reſtituere non tenetur ſimul ad reſtitutionem legatorum & fideicommiſſorum. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Qvid* Cephalus *hic ſentiat. 3. 4.*

SI rogatus ſim tibi meam hæreditatem reſti- 1
tuere, non teneor eam portionem reſtituere, qvam ex ſubſtitutione fideicommiſſariâ, qvâ Mevio ſum ſubſtitutus, habeo; qvia appellatione hæreditatis non veniunt legata & fideicommiſſa. 2

Dec.

Digitized by Google

2 *Dec. conſ. 55. num. 9. & conſ. 80. num. 10.* Qvod
limitatur: niſi verba eſſent univerſalia, qvia tunc
etiam fideicommiſſa continentur. *Dec. conſ. 597.*
*n. 7. Conſ. Mant. de Conject ult. volunt. lib. 7. tit.*
3 *7. Menoch. lib. 4. præſumpt. 294.* Cephalus tamen
*vol. 2. conſ. 259. n. 17.* etiam in univerſalibus fidei-
commiſſis locum vult habere hanc legem. Ali-
4 ter limitat & declarat hanc legem, qvando ſubſti-
tutio facta ſub ſpecifico & expreſſo hæreditatis no-
mine, *Cephalus lib. 4. conſ. 522. n. 8.*

## ad. L. Qvi habebat. 101.

### *SUMMARIA.*

*Legatis prædiis, an contineantur prædia teſtatori oppignorata. n. 1.*

*Prohibitâ alienatione, an etiam pignoris datio prohibita. 2. 3.*

*Sententia* Bachovii *in hanc rem. 4.*

1 Legatis prædiis, non videtur teſtator ea legaſ-
ſe prædia, qvæ ſibi ſunt obligata: niſi excuſ-
2 ſione debitoris ea habeat, ut propria. Hic *Gloſſ.*
tractat qvæſtionem, an prohibita alienatione eti-
am pignoris datio ſit prohibita? & diſtingvitur,
an res ſint obligatæ pro æqvivalente pretio, &
tunc prohibita obligatio, qvia eſt qvaſi aliena-
tio, nam non eſt reluitionis, aliàs ſecus. *Vid. Ti-*
*raqv. in præf. tr. de retract. n. 36. Neguz. de pign.*
*memb. 1. part. 3. n. 27. Gomez. l. 1. var. reſol. c. ult. n.*
*39. Socinus reg. 66. in voce Dominium.* Sed exci-
3 pit *Tiraq.* bona majorum, ubi præſumitur adhuc
ſpes reluitionis. Sed id qvod Dd. ex hac lege in-
4 ferunt, non admittit *Bachov. de pign. l. 2. c. 2. n. 6.*
cum ne verbulum qvidem de qvantitate aut exæ-
qvante habeatur, & poſſit ille locus de eo ac-
cipi, qvi poſt longam moram deſperata ſolutione,
qvaſi pro ſuo poſſedit, aut alias legitimo titulo ac-
qviſivit. De lectura hujus legis videri poteſt *Al-*
*ciatus l. 4. diſpunct. c. 18.*

## ad L. His verbis. 102.

### *SUMMARIA.*

*Legata à marito uxori chirographa, qvæ in lateralibus viatoriis continebuntur, niſi ea nomina tempore mortis ſint exacta, non debentur, ſi ante iſtud tempus exacta. n. 1.*

*Qvid ſi nova indita tempore mortis deprehendantur. 2.*

*Variæ rationes decidendi adducuntur & improbantur. 3.*

*Qvæ probanda. 4.*

1 Legavit maritus uxori ea, qvæ in lateralibus
ſuis viatoriis, ſeu in capſulis ab ephippio ſuſ-
penſis, Sattel-Taſchen / ut interpretatur *Calv.*
2 *in Lexico*, continebuntur, niſi ea nomina tem-
pore mortis ſint exacta. Cum verò chirogra-
pha tempore teſtamenti in illa capſula contenta
exegiſſet, ea, certum eſt, non deberi, ob expreſſa
verba teſtamenti; Sed ſi nova, & alia chirographa
indiderit, an hæc debentur. Reſp. qvod non.
Ratio verò difficilis. Qvidam dicunt, ob verba 3
præſentis & præteriti temporis, futura excludi.
Sed hic habetur etiam verbum futuri temporis,
*Continebuntur.* Alii rationem decidendi collo-
cant in verbo *Mea. vid. Menoch. conſ. 106. n. 179.*
in qvo toto conſilio plura de hac materia habet.
Alii in eo ponunt, qvod chirographa illa, qvæ
tempore mortis reperiuntur in clauſula, ſint ad
tempus tantum depoſita: Sed id in textu non 4
habetur, forte ideo ſecunda non debentur, qvia
de primis cogitavit, qvæ cum exegerit, videtur
mutata voluntas; qvæ autem denuo incluſit,
non videntur indita ad confirmandum legatum
ſemel abolitum, niſi probentur eo fine indita, ut
ad uxorem perveniant, qvod uxori probandum.
*arg. verſ. idem qvæſiit in hac lege.*

## ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*Caſus* pt. h. l *proponitur. n. 1.*
*Deciditur. 2.*

*Legata non poſſunt relinqvi ab iis, qvi non directo ſuccedunt. 3.*

*Subſtitutus inſtituto filio ex unciâ, auctâ hac portione per acqviſitionem bonorum poſſeſſionis contra Tabulas, tenetur præſtare legata pro augmento portionis. 4.*

*Idem obſervatur in contrario caſu. 5.*

Qvidam exhæredato filio inſtituit (nam pro 1
*ſubſtituit* legendum eſſe *inſtituit*, contextus
docet. *Cujac. l. 2. obſ. 32.*) Cajum, & filio ſubſtituit
Titium. Cajus adit hæreditatem, & inſtituit fi-
lium primi teſtatoris exhæredatum: ſed filius
intra annos impuberes deceſſit, & ſic ſuccedit
Titius; qværitur, an ea, qvæ à ſubſtituto exhæ-
redati filii pater reliqverat, debeantur? Reſp. 2
qvod non, qvia non ex patris judicio, ſed ex hæ-
redis extranei teſtamento, ad exhæredatum hæ-
reditas patris pervenit; nam hoc caſu nec ab ipſo
exhæredato legari potuit. *Cujac. d. l.* Unde colli- 3
gitur regula generalis, non poſſe ab iis relinqvi
legata, ad qvos non directo, ſed per intermediam
perſonam hæreditas pervenit. *Donell. l. 8. c. 10.*
*lit. A. conf. Donell. eod. lib. cap. 7. poſt lit. D.* ubi
hoc ampliat. Et hoc extenditur in §. 1.

In §. 2. autem habetur hæc ſpecies: Pater fili- 4
um inſtituit ex unciâ, dato ei ſubſtituto; ſed
qvia frater præteritus, ideo commiſſum Edictum,
i.e. via omnibus liberis aperta eſt, ad bonorum
poſſeſſionem petendam contra tabulas, qva
impetrata, accipit ab inteſtato ſemiſſem, & ſub-
ſtitutus ejus legata ex ſemiſſe ſolvit. Idem eſt in 5
contrario caſu, qvando per bonorum poſſeſſio-
nem contra tabulas minuitur portio teſtamen-
taria v. gr. Si filius inſtitutus in dodrante, frater
autem præteritus petat bonorum poſſeſſionem

contra

contra tabulas, tunc enim ex ſemiſſe tantum ſolvit ſubſtitutus legata. Nam deminuto commodo, deminuitur etiam onus. Ratio in alia regula, qvod commodum & incommodum ad paria judicentur. *Barb. locupl. l. 3. c. 31. axiom. ult. Anton. Fab. l. 5. conject. 21.* ubi hanc materiam uberius explicat.

# LIBRI XXXIII.

## Titulus I.

## De Annuis Legatis & Fideicommiſſis.

### Ad L. 1.

*SUMMARIA.*

*Legatum qvantitatis qvo loco præſtandum. n. 1.*
*Legatum ſpeciei qvocunq; loco peti non poteſt. 2.*
*Qvod obtinet in legato qvantitatis. 3.*

1 Legat qvis mihi ſingulis annis qvindecim,
qværitur, qvo loco hæc præſtanda? Reſp.
ubi peti poſſunt; nam hæc eſt differentia
inter qvantitatem petitam, & corpus ſeu
2 ſpeciem. Hæc peti poteſt, ubi eſt, vel ubi major
pars hæreditatis conſiſtit, vel ubi hæres domici-
3 lium ſuum habet, non qvocunq; loco. Legatum
verò qvantitatis qvocunqve loco peti poteſt,
ubi inventus hæres; ſicut is, qvi ex ſtipulatione
obligatus ad qvantitatem, ubivis conveniri pot-
eſt, ſcilicet in loco contractus, vel interdum ubi
repetitur, ſi in loco contractus ſe non ſiſtat. *Cujac. ad hanc leg. tom. 2.*

### ad L. In annos ſingulos. 2.

*SUMMARIA.*

*Uſufructu annuo legato, plura ſunt legata. n. 1.*
*Heres impediens hic legatarium à cultura primo anni tempore, ad totius anni intereſſe tenetur. 2.*
*Idem obſervatur in operis præſtandis per totum diem. 3.*
*Qvod limitatur in operis ruſticorum. 4.*

1 Si qvis mihi leget uſumfructum, ita ut hæres
me ſingulis annis uti frui patiatur, qvo caſu
2 multiplex, non unum eſt legatum; & is primo
anni tempore me impediat, qvo minus colere
fundum poſſim, totius anni intereſſe præſta-
bit: Ratio eſt qvia non ſivit iſto anno me frui
fundo, & impedimentum culturæ factum, in to-
3 tum annum redundat. Simile tamen dicendum
eſt ex hac *L.* ſi mihi operas debeat totius diei, &
promeridianas tantum præſtet, non antemeri-
dianas, totius tamen diei operas debet, aut æſti-
4 mationem. Sed in operis ruſticorum non obſer-
vari puto; nam ſi antemeridianis horis operas
tantum præſtiterint, debent computari pro di-
midia die Idem, ſi pomeridianis ſervierint, qvod
æqvum eſt.

### ad L. Si legatum. 3.

*SUMMARIA.*

*Legatum annuum bima, trimâ die impliciter relictum qvomodo præſtandum. n. 1.*
*De verbis his annuâ, bimâ, trima remiſſivè.*
*Qvid ſi relictum nominatione facta penſionum inæqvalium ſine expreſſione portionum. 4.*
*An & hic determinatio inæqvalitatis in ipſius heredis arbitrium conferri poſſit. 5.*
*Heres ſortem cum uſuris ſolvere juſſus, ad legitimas tantum tenetur, licet majores expreſſæ. 6.*
*Uſuræ in teſtamento heredi injuncta an debeatur. 7.*
*In Imperio qvid obtineat. 8.*

Legatum annuum bima, trima die relictum, 1
i. e. primo, ſecundo & tertio anno præſtan-
dum præſtari debet per annuas præſtationes
æqvales; niſi alia mens teſtatoris appareat. De 2
verbis illis: annua, bima, trima, vid. *Paul. Caſtr.
ad L. Pœnales §. annua ff. ad L. Falc. Jaſon ad L.
eum qvi Calendis 3. ff. de V. O. & ad L. Soluto n. 5.
ff. Sol. matr.* Qvod ſi igitur teſtator mihi legave- 3
rit mille, per penſiones vel particulariter ſolven-
da, auf Tagezeiten / tunc videtur diviſiſſe le-
gatam qvantitatem in plures annos, & præſta-
tiones æqvales. Sed inæqvales penſiones nomi- 4
navit, & non expreſſit, qvalis debeat eſſe inæqva-
litas, arbitrio boni viri inæqvalitas determinan-
da: & ſi in arbitrium hæredis conferatur, non eſt 5
inutile legatum, qvia qvantitas penſionum tan-
tum determinanda hæredi relinqvitur, non
ipſum legatum. Qvod ſi ſortem cum uſuris ſolvi 6
juſſerit, utut majores expreſſerit, legitimæ tamen
uſuræ debebuntur. Et hoc in § *fin. h. legis* tertiæ
habetur, Circa qvod magna concertatio eſt Do-
ctorum, an uſura in teſtamento hæredi injuncta
debeatur, Communiter diſtingvunt, an teſtator 7
hæredi non ſolventi, ſimplicem & ſemel com-
mittendam pœnam injungat, & ſic non præſu-
mi in fraudem uſurarum adjectam; an pœnam
in annos dividat, & ſic eſſe uſuras. Et hoc caſu
non eſſe uſuras, ſed qvaſi uſuras in pœnam dicta-
tas, & ita jure Canonico non prohibitas, diſpu-
tat *Caſp. Rodericus in tr. de annuis & menſtr. redi-
tibus lib. 3. qv. 6. n. 12. & ſeqq. & Cagnolus in L.
curabit. C. de Act. Empti n. 8. & ſeqq.* In imperio 8
qvin tales uſuræ etiam valeant, dubitandum

non

non eſt, modo taxatum in imperio modum non excedant.

## ad L. Si in ſingulos. 4. & 11.

*SUMMARIA.*

*LEgatum in ſingulos annos conceptum, pro pluribus legatis habetur. n. 1.*
*Ad heredes non tranſit. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*

1 QVicqvid legatur in ſingulos annos, id pro
pluribus legatis habendum, ita ut primi anni legatum ſit purum, ſeqventium conditiona-
2 le, ſcil. ſi vivat, & ſic ad hæredem non tranſit,
niſi aliqvandiu initio ejus anni legatarius vixerit. Sed habet hoc exceptionem, ſi exonerandi
3 hæredis cauſa legatum in plures præſtationes
annuas diviſum. *L. ſi cum præfinitione 20. & l. 26. §. fin. qvando dies legat. ced. Simon. de Pratis de interpret. ult. vol. lib. 4. interpret. 1. dubit. 9. n. 59. Barry lib. 9. de Succeſſ. tit. 25. n. 4.*

## ad L. A vobis. 5.

SUfficit, ultimum annum eſſe cœptum, ut legatum annuum pro iſto anno debeatur. *Vid. not. ad l. 26. §. fin. ff. Qvando dies leg. ced. & Cujac. in hac lege prolixum tomo 2.*

## ad L. Annuam. 6.

*SUMMARIA.*

*LEgatum annuum Reip. in ludos relictum, perpetuum eſt. n. 1.*
*Aliud in uſufructu. 2.*

1 QVod Reipubl. in ludos relictum eſt, licet
illis ludis præſidere debeant hæredes, horum tamen morte non finitur legatum, ſed eſt perpetuum. Et ſic diſt. inter legatum annuum
2 Reipubl. relictum & uſumfructum; ut hic 100.
annos duret. *l. 8. tit. ſeq.* illud nunqvam finiatur. *Covar. lib. 3. reſol. c. 9. n. 10. Barry d. t. 25. n. 8. ſeq. Rim. lib. 2. conſ. 219. num. 22 ſeqq. Gomez. t. 2. reſol. c. 15 n. 10. Menoch. conſ. 106. n. 211.*

## ad L. Qvintus Mutius. 7.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Deciditur. 2.*

1 PAter filias exhæredavit, extraneo autem hæ-
redi inſtituto injunxit, ut filiabus exſolveret annua dona ſingulis educandis, apud eum, qvem mater earum idoneum judicaverit. Hæres fuit in mora, ſolvere noluit Titio, qvi eas educabat ex voluntate matris. Sed eum idoneum non credidit hæres, ideo diſtulit ſolutionem, qværi-
2 tur, an ſolvere compellendus ſit? Reſp. id judicis
arbitrio definiendum, an expediat filiabus Titio ſolvere, qvia reſpicit autoritatem teſtatoris, & non commodum alterius: & notanter additur, *in omnibus*, ubi autoritas ſola teſtatoris eſt, neq; omnimodo ſpernendam, neqve omnimodo obſervandam eſſe teſtatoris voluntatem, qvod apprime notandum eſſe puto ſupremis tutoribus. Hanc L. refert *Menoch. conſ. 183. n. 3. & 27.*

## ad L. In ſingulos. 8.

*SUMMARIA.*

*DIfferentia inter legatum annuum & uſumfructum. n. 1. & 2.*
*Limitatur*, l. h. 8. *in annuo relicto Eccleſia 3.*
*Adæqvatio annui legati & uſusfructuc an in correctoriis procedat, remiſſivè. 4.*

DUplex hic habetur differentia inter lega- 1
tum annuum & uſumfr. 1. qvod legatum annuũ, qvia inſtar plurium legatorum eſt, capitis diminutione non tollatur, cum ſingulis annis inſpiciatur, an capax ſit legati. *l. 11. h. t.* ſecus in uſufructu, *Barry d. t. 25. n. 16. Cujac. ad l. 2. §. 1.*
*ff. qvib. mod. uſusfr. amit.* 2. in legato annuo ſuf- 2
ficit, legatarium vixiſſe prima parte anni, ad hoc, ut fructus tranſmittat; ſed in uſufructu reqviritur perceptio. *Barry d. t. 25. n. 7.* ita, ut ſi maturis, ſed non perceptis fructibus decedat uſufructuarius, eos ad hæredes ſuos non tranſmittat. *Vin-*
*cent. de Franchis dec. 168. n. 5. & 11.* Nec procedit 3
hæc lex in annuo relicto Eccleſiæ, qvod eſt per-
petuum. *Rimin. vol. 2. conſ. 219. num. 45.* An verò 4
adæqvatio legati annui & uſusfructus in correctoriis procedat, de eo agit *Rimin. vol. 5. conſ. 301. n. 67. & ſeqq. & n. 71.*

## ad L. Fundus. 9.

*SUMMARIA.*

*CAſus. ubi à teſtatore conſtituta hypotheca ſpecialis non tollit legati generalem. n. 1.*
*Qvid hinc probetur 2. & 3.*

TEſtator in ſecuritatem annuorum reditu- 1
um, libertis conſtituit hypothecam in certis qvibusdem prædiis; qværitur, an etiam in cætera bona legatarius miſſionem petere poſſit, legatorum ſervandorum cauſa? qvod hic affirm. Un-
de probatur, proviſionem hominis non ſemper 2
tollere proviſionem legis. *Cujac. l. 74. obſ. 26. Ba-*
*chov. l. 5. de Pign. c. 11. n. 1. Wiſſenb. ad Pand. vol.* 3
*2. d. 4. th. 3.* Et qvod per hypothecam ſpecialem in teſtamento conſtitutam, non videatur receſſiſſe teſtator à generalis legati hypotheca, de qvo vid. *Covar. in c. Raynutius §. 10. n. 13. X. de teſtam.*

## ad L. Sejo. 10.

*SUMMARIA.*

*LEgatum amico relictum gerendi ergo negotii filiorum ſuorum, numero filiorum imminuto, an & imminuatur legatum. n. 1.*

*Lega-*

*Legatum ſtudioſo relictum ad ſtudia certo loco tractanda, non imminuitur, ſi abeat iſthinc reverſurus. 2.*

*Extenditur ad Canonicos, qvi per certum tempus in aliqva Academia vivere debent. 3.*

*Legatis iis, qvæ vivus qvis præſtare ſolebat, intelliguntur tantum ordinariæ præſtationes. 4.*

*Immunitas à collectis conceſſa, an trahenda ad extraordinarias. 5.*

*Caſus §. 2. proponitur & deciditur. 6.*

*Ratio dubitandi. 7.*

*Legatis liberto iis, qvæ vivus teſtator præſtare ſolebat, intelliguntur tantum præſtari ſolita in ſolius legatarii utilitatem. 8.*

*Annuum legatum relictum intuitu certi laboris deminuitur pro ratione deminuti laboris. 9.*

1 RElinqvit qvis amico legatum, ut filiorum ſuorum negotia gerat, ſi filiorum numerus de-
minuitur, etiam deminuetur, ſi diviſionem reci-
piat, qvia diſpoſitio regulatur à ſua cauſa. *Ceph.*
2 *lib. 4. conſ. 528. n. 4.* ubi tamen *n. 33.* defendit,
hanc legem non obſtare ſtudioſo, qvi eo tempore,
qvo non legitur, ut in Italiæ Academiis fieri ſo-
let, à loco ſtudii receſſit, & domum reverſus eſt;
qvia animum revertendi habet: & ſtudioſus tale
legatum ad ſtudia habens, videtur ficté perman-
3 ſiſſe in ſtudio: Qvod accommodari poſſet ad Ca-
nonicos, qvi per triennium, & ultra in Academia
4 aliqva vivere debent. Qvod ſi qvis Medico lega-
verit, qvæ vivus præſtare ſolebat, hoc ad ordina-
ria, non ad extraordinaria pertinet. *in §. 1. h. t. Ce-*
5 *phalus l. 5. conſ. 71. n. 7.* Unde probant, immu-
nitatem à collectis non eſſe trahendam ad collectas
bellicas, qvæ extraordinariæ ſunt. *Ceph. vol. 1.*
*conſ. 58. n. 6.* niſi ſint verba univerſalia geminata,
vel jurata. *Ceph. d. l. n. 39. conf. Joh. Hannibal. in*
*rep. L. nemo poteſt. 1. n. 493. vol. 4.*

6 In §. 2. proponitur caſus, qvo maritus legat
uxori 100. præterea, qvæ vivus annuatim præ-
ſtare ſolebat, & reſpondetur, ſemel tantùm illa
7 centum deberi, ne nimis gravetur hæres: Ratio
dubitandi in eo, qvod legatum & annuum datum
in eadem ratione conjuncta reperiantur; ſed ut
dixi, teſtator hæredem ita gravare voluiſſe præſu-
mendus non eſt. *Cephal. vol. 5. conſ. 612. num. 21.*
8 Qvod ſi liberto legetur, qvod ei teſtatore vivente
præſtabatur, id ſaltem intelligendum, qvod lega-
tarii tantum cauſa, & in ejus utilitatem, non verò
ob utilitatem teſtatoris ad expedienda ejus ne-
9 gotia, præſtari ſolitum. Si alicui annuum legatum
ſit relictum, intuitu certi laboris, diminuenda eſt
penſio, pro labore conſtituta, qvatenus diminui-
tur labor, qvi tam labor qvàm pecunia pro labo-
re debita diviſionem recipiunt, & ſic proportio-
nabiliter fit diminutio *vid. Cagn. ad. L. Diem functo. n. 148. ff. de offic. Aſſeſſ.*

## ad L. Gajus Sejus. 12.

*SUMMARIUM.*

*ANnua præſtatio legata ex prædio legatarii, an exſtingvatur morte legatarii.*

ANnua præſtatio facienda ex hoc prædio tuo; qværitur, an finiatur morte legatarii? Videtur qvod non, qvia qvaſi ſervitus realis eſt; verum hoc negatur: nam forte non fuerunt vicina, nec animus fuit conſtituendi ſervitutem realem, nec erat ſervitus perſonalis, ſcilicet uſusfructus; ergo erat legata annua præſtatio, & ſic perſonalis morte legatarii, cujus commodo conſulebatur, finienda. *Dd. hic & Franc. de Clapperiis in Deciſion. cauſa 24. qv. 2. num. 4. conſ. Donell. l. 9. cap. 21. lit. L.*

## ad L. Mœvia. 13.

*SUMMARIA.*

*LEgatum annuum ſub conditione conſilii alicui præſtandi relictum debetur, etiamſi alter conſilium meum reſpuat. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Conditione comitandi legato adjecta qvousqve extendatur. 3.*

DUæ ſpecies hic propoſitæ 1. teſtator annua 1
mihi relinqvit ad vitam, ſi viduæ conſilia
præbeam. Vidua conſiliorum meorum pertæſa,
meum conſilium non petit, qværitur, an adhuc
debeat præſtari annuum legatum? & affirmatur,
qvia per me non ſtetit. Sed ſi juſta cauſa fuerit 2
viduæ, vel ego nolim amplius ei conſilia dare,
pro præterito tamen poſſum legatum petere. a Le- 3
gavit qvis liberto annua decem, ſi patronam qvis
ſemper comitatus fuerit: hæc autem mortuo
marito recreationes petens, hinc inde vagatur, an
libertus eam ſemper comitari debeat? Non puto
id voluiſſe teſtatorem, ideoqve res hæc boni viri
arbitratu decidenda.

## ad L. Si Cui, 14.

*SUMMARIUM.*

*INcertitudo in alimentis legatis an legatum vitiet.*

INcertitudo reſpectu qvantitatis vel rei legatæ vitiat legatum; ſed favore alimentorum ſuſtinetur legatum incertum; declaratur enim ex patrimonii qvantitate, & dignitate legatarii. *Surd. de Alim. tit. 8. priv. 17. n. 2. 2. Joh. Baptiſta Pont. tr. de alim c. 17. n. 14. Colerus de alim. lib. 2. c. 7. n. 20. Zaſ. in fine ad h. t. & Dn. Strav. th. 33.*

## ad L. Legatum, 17.

*SUMMARIA.*

*LEgatum, donec nubat, virgini relictum, annuum intelligitur. n. 1.*



Digitized by Google

*Fructuum in legato determinatorum defectus unius anni, ſupplendi ſunt ex fertilitate ſeqventium. 2.*

*Qvid ſi nec ſeqventium fructus ſufficiant. 3.*

1 LEgatum virgini *donec nubat*, intelligitur annuum legatum, qvia particula donec repetitionem ſignificat. *Mant. lib. 11. tit. 19. n. 19. Gomez. tom. 2. tit. 11. num. 48. Barry d. t. 25. num. 4.*
2 Qvando autem fructuum certa qvantitas legata, ſi fructus uno anno deficiant, ex fertilitate ſeqventium ſupplendi. *Mant. lib. 9. tit. 3. num. 2. Surdus de aliment. tit. 4. qv. 26. n. 11. Barry lib. 9,*
3 *tit. 19. num. 10.* Si verò nec ſeqventium annorum fructus ſufficiant, tunc diſtingvendum, an taxativè, an demonſtrativè fundus additus: ſi hoc, non debetur ultra qvod collectum eſt; ſecus illo caſu. *Surd. d. tr. tit. 7. qvæſt. 33. & Barry d. l. num. 10.*

## ad L. Titia. 19.

### SUMMARIUM.

*PRæſtatio alimentorum relicta à legatario uſusfructus exſtingvitur morte uſufructuarii.*

QVando alimenta relicta ſunt à teſtatore, præſtanda per eum, cui teſtator legavit uſumfr. tunc ſi uſufructuarius moriatur ante alimentarium, extingvitur legatum alimentorum ante mortem, qvia legatum alimentorum eſt onus adjectum legato uſusfructus: finito ergo uſufructu, finitur legatum alimentorum, modò ex iis bonis debuerit alimenta præſtare. *Surd. de Alim. tit. 5. qv. 1. n. 18. & ſeqq. Simon. de Prætis de interpret. ult. vol. l. 1. interpr. 2. ſolut. 3. n. 19. & l. 4. dubit. 11. n. 87. Caſtillo de uſufr. c. 1. n. 10.* idem caſus habetur *in l. 20. §. 2. de Alim leg.*

## ad L. Annua. 20.

### SUMMARIA.

*ANnuum legatum relictum ſub conditione,* ſi legatarius cum matre moraretur, *an exſtingvatur per mortem matris. n. 1.*

*Relictum annuum ſacerdoti, ipſi Eccleſiæ debetur, & non extingvitur morte ſacerdotis. 2.*

*Qvod limitatur. 3.*

1 IN *pr.* dicitur, qvod annuum legatum relictum ſub conditione, *ſi legatarius cum matre aut filio moraretur*, non extingvatur per mortem matris aut filiæ. *Hic & l. 30. §. pen. de leg. 3. L. 1. C. de leg.* qvia per legatarium non ſtetit. *l. 84. de cond. &*
2 *demon. Donell. lib. 8. c. 34. lit. G.* Relictum annuum Sacerdoti vel miniſtris Eccleſiæ, videtur relictum ipſi Eccleſiæ, & ideo eſt legatum perpetuum, qvod mortuo etiam Sacerdote debetur. *Menoch. conſ. 106. n. 211. & ſeq. idem lib. 4. præſ. 121. n. 2. & ſeq. Panorm in c. qvoniam. 14. n. 7. X. de offic. iud. de leg. Eugenius conſ. 17. n. 16.* Rationem hujus legis *in princ. & §. 1.* conſiſtere in pietate cauſæ, tradit *Ceph. conſ. 612. n. 30. lib. 4.* Aliud autem eſſe videtur, ſi à proximo cognato Sacerdoti legetur. *Mant. lib. 8. tit. 6. n. 22. ſeq. conſ. notata. ad L. Civibus de Rep. dubiis. Donell. l. 8. c. 28. lit. H.*

## ad L. Liberto. 21.

### SUMMARIA.

*LEgatum ex reditu certi prædii præſtandum, non exſtingvitur alienatione prædii n. 1.*

*Legatarius fideicommiſſo gravatus, an, ſi Falcidia lex adimat partem, relictâ tamen ſufficiente parte ad fideicommiſſi in præſtandum, teneatur ad integrum fideicommiſſum. 2.*

*Rogatus hæreditatem reſtituere, non videtur ſimul rogatus ad reſtituendum fideicommiſſum 3.*

*Limitatur. 4.*

*Soluta ex legato ſub modo relicto, repeti poſſunt, ſi modus à legatario non præſtetur. 5.*

TEſtator ex certis prædiis legavit mihi qvin- 1
qvageſimam partem redituum: Hæres illa prædia vendidit, ſiqvidem per hoc legatum non impeditur alienatio, nec onus prædio imponitur, ad tertium poſſeſſorem tranſiens; qværitur, an qvinqvageſima pars uſurarum pecuniæ ex venditione prædiorum redactæ mihi præſtanda? Reſp. qvinqvageſimam partem redituum, qvos prædia ferre ſolebant, præſtandam, non uſuris. Hoc in princ.

Sed in *§. 1.* teſtator legavit mihi fundum, feren- 2
tem annuos 60. flor. & me oneravit, ut dena Titiæ qvotannis darem. Falcidia lex adimit mihi qvindecim, an integrum fideicommiſſum præſtare teneor Titiæ? Affirm. qvia deducta Falcidia, plus, qvam Titiæ præſtandum, ſupereſt. *Cujac.*
*ad h. l. t. 2.* Si qvis autem rogatus ſit reſtituere 3
hæreditatem alicui, non computatur id, qvod jure fideicommiſſi accepit. *L. Si Titius 96. de legat. 3.*
qvod hic limitatur: niſi extraneus rogatus ſit fi- 4
lio reſtituere. *Rimin. vol. 5. conſ. 486. num. 28. ſeq. Fuſar. qv. 657. n. 9. Conſ. Coraſius in rep. l. eum virum. C. de Fideicom. n. 48. vol. 8. Lancellot. Politus in rep. L. filiumqvem n. 105. C. Famil. herciſc. vol. 3.*

In *§. 3.* habetur ſpecies facti de certa re legata 5
Reip. ſub certo modo, qvem Republ. præſtare non vult, qvod tunc ſoluta repeti poſſint, de qvo *Cujac. hic. & Menoch. conſ. 106. num. 209.* prolixè hunc *§.* explicans.

## ad L. Cum qvidam 23.

LEgatum relictum in diem reiterabilem intelligitur eſſe annuum & perpetuum. *Ceph. 612. n. 37. & ſeq. P. Barb. in L. Divortium. §. qvod in anno. n. 12. & ſeqv. ff. ſol. matr.*

## ad L. Pen.

RElictum Reipubl. per qvadriennium, videtur ſingulis qvadrienniis relictum & ſolvendum. *Conf. Cujac. hic & Cephal. d. conſ. 612. n. 30. Raudenſis lib. conſ. 22. n. 485.*

TITU-

# Titulus II.

# De uſu & uſufructu & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis.

## Ad L. 1.

*SUMMARIUM.*

A*N ex* h. l. *probari poſſit, ſervitutem neq; in bonis neque extra bona eſſe.*

VUlgo *ex h. l.* colligunt, ſervitutem neqve in bonis neq; extra bona eſſe, de qvo *vid. Pinell. part. 3. l. 1. C. de Bon. matern. n. 6. Cujac. in h. l. tom. 2. p. 949.* Sed rectius *Donell. l. 4. c. 5. lit. C. & ibi Hill. & Bach. de Pign. l. 1. c. 7. n. 3.* intelligunt non de vera conſtituta ſervitute, ſed uſu ſervitutis, qvi ante patientiam hæredis nihil eſt; ſed incerti agendum cum hærede, ut caveat de facultate eundi præſtanda. Servitus ergo conſtituta verè eſt in bonis ejus, qvi eam debet, eſt extra ejus bona, utpote qvid alienatum vel deciſum de bonis ejus. Sed facultas eundi agendi præſtanda eſt legatario. Pluribus explicat hanc legem *Caballinus* vel *Molinæus* in eleganti tract. *de Divid. & Indiv. p. 3. n. 319. & duobus ſeqq.*

## ad L. Hominis. 2.

PRoponuntur hic differentiæ tres inter legatum operarum & uſusfructus. De qvo pluribus agit *Cujac. ad l. 17. q. Pap. l. 4. pag. mihi 394.*

## ad L. Si uſusfructus. 6.

IN obligationibus faciendi, qvando factum jam ob moram debitoris, aut hic hæredis non præſtitum; intereſſe æſtimandum eſt, & hæc æſtimatio præſtanda. *conſ. Barbatius conſ. 20. num. 12. vol. 4. Borell. conſ. 1. n. 191.*

## ad L. Si uſusfructus municipibus. 8.

DE vitæ longiſſimo termino *vid. notat. l. 56. de uſufr.*

## ad L. Si Titio. 7.

*SUMMARIA.*

U*Susfructus legatus ſtatim ſine traditione tranſit ad legatarium. n. 1.*

*Proprietas hoc caſu ſtatim etiam aditâ hereditate tranſit ad heredem. 2.*

*Qvid hinc colligatur. 3.*

USusfructus legatus ſtatim tranſit in legatarium ſine traditione, qvia vindicari poteſt. *Vid. Caſtil. de uſufr. c. 9. Don. lib. 10. c. 5. lit. B. & ibi Hillig.* Sic ſi uſusfructus uxori vel alii legâtus 1
ſit, ſtatim etiam adita hæreditate, proprietas
tranſit in hæredem. Unde colligunt, ſi uſufru-
ctuaria moriatur, & proprietas proximis cogna- 3
tis relicta, qvod tunc proximitas attendatur tem-
pore mortis teſtatoris, qvia tunc ſtatim tranſiit
proprietas, non verò tempore mortis uſufructu-
ariæ. *Carpz. p. 3. c. 13. def. 10.*

## ad L. Damnas eſto. 15.

*SUMMARIA.*

U*Sufructu fundi legato, ad qvem legatarius niſi per fundum vicinum accedere non poteſt, tenetur heres præſtare ſervitutem per hunc fundum vicinum eundi. n. 1.*

*Qvod ampliatur. 2.*

MIhi legatus uſusfructus fundi hujus, illi ve- 1
rò fundus alius vicinus; ſed non poſſum ad
fundum, cujus uſusfructus mihi relictus, venire,
niſi per fundum alterius; & præſtare hæres mihi
debet ſervitutem eundi per fundum alteri lega-
tum; qvia hæres adminiculum præſtare debet,
ſine qvo uſusfructus exerceri neqvit. *Hic & l.* 2
*44. §. ult. de leg. 1.* Adeo, ut adjectio, teſtatoris,
*ne præſtet*, inutilis ſit. *l. 1. §. 1. ſi uſusfr. pet. & l. 9. de
Adim. leg. Donell. l. 10. cap. 7. poſt lit. D.*

## ad L. Legatum. 16.

*SUMMARIA.*

L*Egatum ad uſum illicitum relictum, convertendum eſt ad licitum. n. 1.*

*Relicta in certum pium uſum, eo deficiente, in alium convertenda ſunt. 2.*

*Qvid hinc colligatur. 3.*

RElictum ad opus illicitum, convertendum 1
eſt ad opus licitum de conſenſu partium, &
ideo data & oblata in certum pium uſum, ſi iſte
uſus deficiat, vel in ipſum converti legatum ne- 2
qveat, tunc in aliam cauſam piam eſt conver-
tendum, qvia iniqvum eſt, hanc qvantitatem
lucro hæredum cedere. *Hic & l. 4. ff. de Admin.
rerum ad Civit. pertinentium. l. 1. C. de paganis.
Schurf. conſ. 90. n. 13. cent. 1. Modeſt. Piſt. conſ. 54.
num. 33. vol 1. Cothmann. conſ. 200. vol. 2. Wieſenb.
conſ. 37. n. 8. Klock. conſ. 36. n. 2. vol. 1. Carpz. p. 3.
Juriſpr. for. c. 13 d. 27. citans plures, & Juriſpr.
Eccl. l. 2. def 332. n. 5. & 10. Finckelth. obſ. 97. Colerus p. 2. dec. 244. Math. Steph. de Juriſd. l. 3. p. 2.
c. 13. n. 10.* Sic igitur executores teſtamentarii 3
mutatis temporibus poſſunt modum à teſtatore
præſcriptum, ſalva diſpoſitionis ſubſtantia, mu-
tare. *Menoch. conſ. 1199. num. 9. & ſeq. ubi plures
refert Dd.*

## ad L. Si alii fundum, 19.

*SUMMARIA.*

*LEgato fundo alii, alii uſusfructu ejusdem fundi, uterqve concurrit in uſufructu. n. 1.*
1 *Limitatur variè. 2. & ſeqq.*

SI alii fundum, alii uſumfructum ejusdem fun-
di teſtator legaverit, licet forte hæc mens ipſi-
us fuerit, ut primus ſolam proprietatem haberet,
nihilominus tamen uterqve in uſufructu concur-
rit, & ſic interdum valet plus ſcriptura, qvam
qvod actum eſt. *Donell. lib. 9. c. 9. lit. D. & ibi Hil-
lig. & lib. 10. c. 5. lit. A. Gomez. tom. 2. reſol. 1.
15. n. 5. Schrad. c. 3. Miſcell. Carpz. p. 3. c. 13. def. 7.
& Rimin. lib. 6. conſ. 633. n. 42. Pariſ. conſ. 97. n. 17.*
2 *& ſeqq. lib. 2. Mantica lib. 9. tit. 4. n. 11. Caſtillo de
uſufr. c. 30. Manz. de uſu & habitat. n. 88.* Secus
3 ſi uni proprietas, alteri uſusfructus legetur. *Caſtr.
vol. 2. conſ. 223. n. 3.* Nec habet locum hæc lex in
univerſali omnium bonorum uſufructu. *Cephal.*
4 *l. 3. conſ. 321. n. 11. Roland. à Valle l. 2. conſ. 8. n. 34.*
5 Nec ubi mens teſtatoris manifeſta. *Cephal. d. l. n. 12.*
Sed de univerſali uſufructu videtur diſſentire *Ri-
min. conſ. 633. n. 34.*

## ad L. Patrimonii. 22.

*SUMMARIA.*

*REditus omnibus annis relictus, an uſusfructus num. 1.*
*Hi reditus non tranſeunt ad heredes. 2.*
*Qvid colligatur. 3.*

1 REditus omnibus annis relictus, non eſt qvi-
dem uſusfructus, cum corpus denotet, non
Jus, imitatur tamen uſumfructum, aut annua le-
2 gata, & ſic, ut hæc morte finiuntur legatarii, ita
etiam reditus finiuntur. Collige, qvando hæres
3 dare debet reditus, non eſt uſus fructus, ſed qvaſi
annuus reditus, qvo caſu datur tantum obligatio
perſonalis. *Pinell. in l. 1. C. de Bon. matern. p. 2. n.
12. & qvos refert Hill. in Don. l. 10. c. 5. lit. F.*

## ad L. Sempronius. 26.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Ratio dubitandi & decidendi. 2. 3.*

1 QVidam ab hærede ſuo poſt decennium fun-
dum, detracto uſufructu, Cajo dedit per fi-
deicommiſſum: hæres intra decennium mori-
tur, qværitur, an hæredis hæres Cajo dare debeat
plenum dominum, ſcilicet proprietatem cum uſu-
2 fructu. Videtur qvod ſic, qvia dies legati fun-
di ſtatim ceſſit à die mortis teſtatoris, ergo uſus-
3 fructus hæredis periit; ſed negatur, qvia uſus-
fructus hæredi ut ſervitus nunqvam delatus fuit,
ergo non periit. Vid. *Cujat. ad h. l. tom. 2.* qvi &
alia hujus legis capita perſpicue explicat.

## ad L. Uxori. 27.

*SUMMARIUM.*

*SI uxori putativæ uſusfructus prædii legatus ſit, poſtea verò illius bona confiſcata, uſusfructus non ad Fiſcum, ſed ad hæredem pertinet.*

MArtius uxori ſuæ putativæ, qvia contra leges ducta erat, legat uſum fructum prædii & dotem; datur ei uſusfructus, ſed poſtea, cum Fiſcus bona & dotem vindicaſſet, qværitur de uſufructu? Reſp. eum non acqviri Fiſco, ſed ad hæredem redire cum fructibus perceptis.

## ad L. Qværo. 28.

*SUMMARIA.*

*LEgatarius uſusfructus tenetur ad onera fundi. num. 1.*
*Qvid hinc colligatur. 2.*

CUi uſusfructus legatur, tenetur ad ſolvendam 1
collectam, aliasqve præſtationes. *Pinell. p. 2.
l. 1. C. d. Bon. mat. n. 72. p. 223. Berous vol. 1. conſ.
146. n. 5. & ſeqq.* Collige, fructuum perce-
ptionem ſeqvi collectas & onera. *Mevius p. 5. dec.* 2
*363.* ubi de Retractu.

## ad L. Si qvis uſumfructum. 29.

*SUMMARIA.*

*USusfructus legatus cum onere fideicommiſſi, finitur morte fideicommiſſarii, non legatarii n. 1.*
*Qvid juris in uſufructu patri vel domino relicto, remiſſivè. 2.*
*Qvid ex* h. l. *colligat* Berous 3.

SI mihi uſusfructus legatus, ut tibi reſtituam 1
eundem, mea morte non perimitur uſusfru-
ctus, ſed tua, qvia fideicommiſſarii perſona eſt
præcipua. *Donell. 10. c. 17. lit. K.* Qvid in uſufru- 2
ctu patri vel Domino relicto, de eo vid. *l. fin. C.* 3
*de uſufr.* Colligit ex hac *L. Berous lib. 2. conſ. 141.
num. 12.* uſumfructum ab alio uſufructuario reli-
ctum, ex manu non hæredis, ſed gravati, cui ſub-
ſtitutus eſt, capi debere.

## ad L. Cui uſusfructus. 30.

*SUMMARIA.*

*USusfructus prædii uxori uſqve ad dotis reſtitutionem relictus, parte dotis ſoluta pro parte exſpirat. n. 1. 2.*
*Applicatur hoc ad feuda. 3.*

MAritus legat uxori uſumfructum prædii, donec dos reſtituta eſſet, ſed cum relictis hæredibus duobus alter mediam partem dotis reſtitueret, qværitur, an vidua nihilominus uſumfructum totius prædii retineat? Reſp. qvod non,

imò

2 imo invita muliere poteſt alter hæredum partem ſuam dotis ſolvere, & ita ab uſufructu pro parte ſua excludere, de qvo plura vid. apud *Caballinum in tr. erudito de Div. & Indiv. p. 3. num.*
3 *587. ſeqq.* Utilis hæc lex poteſt eſſe in feudalibus, qvando vidua tam diu in fundo manere poteſt, donec dos ſolvatur, an unus agnatus pro ſua parte poſſit offerre dotem.

## ad L. Generali 23. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Legato uſufructu omnium rerum, qvæ ibi ſunt, non comprehenduntur merces venales. n. 1.*

*Fideicommiſſo mihi, alteri verò uſufructu omnium bonorum relicto, illud non comprehenditur. 2.*

*Qvod limitatur. 3.*

*Uſusfructus in locum annui cenſus ſurrogatus, debetur initio anni. 4.*

1 Legatus uſusfructus omnium bonorum & earum rerum, qvæ ibi ſunt, licet certæ qvædam res exceptæ ſint, non tamen comprehendentur merces venales. *Pinell. ad rubr. C. de Bon. matern. part. 1. n. 39. Covarr. lib. 2. reſol. c. 5. per tot. Stracha de mercatura tit. mandati. part. 2. Cephal.*
2 *conſ. 523. n. 74. Crottus conſ. 136 n. 40.* Sed qvid ſi teſtator fideicommiſſum mihi debeat in caſum mortis, & te uxorem conſtituat uſufructuariam omnium bonorum, qværitur, an etiam ea, qvæ mihi ex fideicommiſſo relicta, contineantur in
3 legato uſufructu? Reſp. qvod non, per tradita *Mich. Graſſi in §. legatum. q. 27.* Niſi ego eſſem hæres teſtatoris; tunc enim ejus factum præſtare debeo, *per l. ex qva. 149. de R. Jur.* & hoc intendiſſe præſumitur teſtator. *Menoch. l. 4. præſ. 142. n. 12. Mantica lib. 9. conject. tit. 1. n. 21.* & ita pronunciatum refert *Sande l. 4. tit. 4. def. 9.*
4 Sed in §. 7. dicitur, qvando uſusfructus ſurrogatus eſt in locum annui cenſus, debentur fructus & penſiones initio anni. *Rim. lib. 2. conſ. 102. n. 132. & lib. 3. conſ. 234. n. 53. vol. 2.*

## ad L. Codicillis. 34.

*SUMMARIA.*

*Si poſt plurium mortem fideicommiſſum relictum, non debetur, niſi omnes mortui. n. 1. 2.*

*Et hoc caſu ab ultimo defuncto ſaltem videtur relictum. 3.*

1 Patronus libertis ſuis per fideicommiſſum fundum legavit, ita, ut prius morientes ſuperſtitibus ſuas portiones reſtituerent, donec ad unum perveniret fundus; eo mortuo, perventurum eſſe ad Rempubl. eisdem reliqvit habitationem in aliqva domo? Reſp. ad Remp. non venturum fundum, donec vel unus ex libertis vivit.
2 Unde colligitur, fideicommiſſi diem fideicommiſſario proprietatis domus poſt mortem plurium legatariorum non cedere pro parte, qvando noviſſimo ſubſtituit. *Wammeſ. conſ. jur. Cen. 397. num. 8. Mantica de conject. ult. vol. l. 7. tit. 5. num. 7.* Et fideicommiſſum relictum poſt mor- 3
tem omnium, ab ultimo decedente videtur relictum. *Cravet. vol. 3. conſ. 328. n. 33. Rim. vol. 4. conſ. 371. n. 178. Vaſqv. de Succeſſ. Progreſſ. §. 18. num. 33.*

## ad L. Uxori. 35.

*SUMMARIA.*

*Legatum per qvinqvennium uxori, & poſtea alii relictum, illa intra qvinqvennium mortua, huic tamen interim nondum debetur. n. 1.*

*Particula* tunc *qvid involvat. 2.*

Legatum villæ uxori relictum in qvinqvennium a morte defuncti, & eo peracto libertis, 1
per hæc verba: *Tunc eum fundum illis dari volo:* mortua uxore intra qvinqvennium, illis interim non debetur legatum, vi illius dictionis *Tunc*, 2
qvæ denotat extremitatem temporis, & ſic operatur, ut legatum in unum caſum conceptum, in alio non debeatur. *Rimin. vol. 4. conſ. 412. n. 43. & vol. 5. conſ. 563. n. 25. conf. Cephalus conſ. 436. num. 69.*

## ad L. Uxori. 37.

*SUMMARIUM.*

*Uſusfructus omnium bonorum etiam Calendarii fructus continet, & nominum.*

Cui legatus eſt uſusfructus omnium bonorum etiam Calendarii, qvod debita & credita continet. *l. 64. de leg. 3* & ſic etiam nominum activorum uſusfructus legatus videtur. *Menoch. lib. 4. præſ. 143. n. 9. Harp. in §. 2. Inſt. de uſufr. n. 166.* & omnium eorum, qvæ renaſcuntur. *Marpurg. vol. 2. conſ. 27. n. 66.*

## ad L. Fundi 38. & 41.

*SUMMARIA.*

*Fructibus fundi legatis, non ſtatim legatus eſt uſusfructus. n. 1.*

*Niſi ſimpliciter legentur. 2.*

*In dubio ſubſtitutionem directam intelligi, colligitur. 3.*

*Heres qvatenus fundum, ex qvo fructus ſolvendi, vendere poſſit. 4.*

*Hoc caſu legatario heres non tenetur præſtare habitationem. 5.*

*An, ſi prædium minores fructus ferat ob nonnulla detrimenta, hæres illud teneatur reficere. 6.*

*Fundus, ex qvo annua præſtatio facienda, non eſt tacite obligatus. 7.*

*Opinio, qvâ aſſeritur, præſtationem alimentorum,*



Digitized by Google

*ex certo fundo legatam, afficere ipſum fundum, dubia redditur. 8.*
*Qvid hic de conſvetudine obſervetur. 9.*

1 QVando qvis vult, ut fundi fructus dentur le-
gatario, non eſt uſusfructus legatus, ſed fru-
ctus ab hærede præſtandi ſunt, qvi etiam fundum
vendere poteſt & legatario ſolvere peciniam,
qvam teſtator ex eo fundo locato ut penſionem
accipere ſolebat. *Mev. lib. 4. præſ. 136. Surdus p. 3.*
*conſ. 319. n. 15. Donell. lib. 9. c. 21. lit. K. & lib. 10.*
*c. 5. lit. E. Franc. de Clapperiis conſ. 24. qv. 1. Harpr.*
2 *§. 1. Inſt. de uſufr. n. 4.* Aliud, qvando fructus fun-
di ſimpliciter legantur. *l. 41. h. t. conſ. Caſtillo*
*c. 45.* qvamvis enim annui fructus corpora ſint,
nec idem qvod uſusfructus ſignificent, tamen
hic ſermo perinde accipiendus, ac ſi uſumfru-
ctum leget, ex mente teſtantis, qvæ ſunt verba
*Donelli* enucleati *lib. 10. c. 5.* & in *l. 38.* omnino
ſunt verba fideicommittentis. *conſ. Donell. d. l. &*
*qva. Hill. citat ibidem lit. F.* Sed ex *l. 41. h. t.* ut
& *l. 20. ff. de uſufr.* & ex *L. fin. C. de Hæred. inſt.*
3 colligitur, qvod ſubſtitutio directa potius, qvàm
fideicommiſſaria intelligenda ſit. *Menoch. l. 4.*
*præſumpt. 66. & Mantica de conject. ult. vol.*
4 *qvos citat Dn. Mev. p. 4. dec. 181. num. 1.* Col-
ligitur etiam, qvod hæres poſſit vendere fun-
dum, ex qvo fructus ſolvendi, ſi ſolitam qvanti-
5 tatem offerat, qvod de voluntario venditore in-
telligit *Cephalus l. 1. conſ. 20. n. 24.* Deinde qvæ-
ritur, an habitatio legatario hoc caſu præſtanda?
Negatur, qvod ex priori fluit. Nam ſi uſusfru-
ctus ipſi eſſet legatus, habitatio ſimul legata vi-
deri poteſt, at hic non eſt legatus uſusfructus.
6 Sed qværitur, ſi prædium minores fructus ferat
ob nonnulla detrimenta, an hæres illud tenea-
tur reficere, agrum purgare, deſtructa horrea in-
ſtaurare? Reſp. Si culpa hæredis detrimentum il-
7 latum, ipſe debet reficere, aliàs non. Colligi-
tur etiam ex hoc, qvando præſtatio annua facien-
da eſt ex certo fundo, qvod tunc fundus non ſit
tacitè obligatus: Nam ſic præſtatio fructuum
8 ſeqveretur emptorem, venditor autem retineret
onus. Unde ex hoc textu & *l. fin. §. fin. de contr.*
*empt.* dubitare licet de opinione qvorundam,
qvod præſtatio alimentorum ex certo fundo le-
gata, ipſum fundum afficiat; ſed erit perſonalis
obligatio, non ſeqvens fundum, per *hunc text.*
*& l. fin. §. fin. ff. de contr. empt. Fr. de Clapperiis in*
*dec. cauſ. 24. qv. 2. 2.* niſi ſcil. taxationis gratia, &
ita ut conſtituatur jus in re, fuerint legata. *Conſ.*
*not. ad d. §. fin.* Sed qvicqvid ſit, conſvetudine 9
paſſim eſt receptum, ut ſi alimenta ſint ex certo
fundo legata, fundus ipſe ſit obligatus. *Franc. de*
*Clapper. d. cauſa 24. qv. 3. n. 13. & ſ.*

## ad L. Nihil intereſt ult.

*SUMMARIA.*

*USusfructus omnium bonorum relictus, aut tertiæ partis, non conſtituendus ante deductionem æris alieni n. 1.*
*Aliud in legato uſufructu certæ rei. 2.*
*Qvid ſi relicto uſufructu omnium bonorum, legata præſtanda. 3.*
*Annua legata ex fructibus ſunt præſtanda. 4.*
*Nomina ad uſumfructum omnium bonorum pertinere colligitur. 5.*

QVando uſusfructus relictus eſt bonorum o- 1
mnium, aut tertiæ partis bonorum, utroqve
caſu æs alienum deducendum eſt, anteqvam con-
ſtituatur uſusfructus. *Carpzov. p. 3. c. 13. d. 8.* ſed
ſi rei certæ ſit uſusfructus legatus, ſecus; de qvo
*Mev. lib. 4. præſ. 143. Covarr. l. 2. reſol. c. 2. Carpz.* 2
*lib. 1. Reſponſo 104. Trentac. lib. 1. reſol. tit. de pecu-*
*lio reſol. 6. Caſtillo de uſufr. cap. 5. Johan. à Sande*
*lib. 5. tit. 3. def. 1. Franc. de Clapper. in deciſ. cauſa*
*16. q. 1.* Circa onera verò legatorum diſtingvi- 3
tur, utrum legata ſit qvantitas, an verò ſpecies:
ut illa ex hæreditate conſtitutum uſumfructum de-
ducatur, per *L. uſufr. 69. ad L. Falcid.* ſed in lega-
ta ſpecie uſufructuarius cum legatario concurrat,
per *l. Sempronio. 33. h. t. Mant. lib. 9. tit. 4. n. fin. &*
*t. 6. n. 22. Hartm. Piſt. part. 1. q. 10. Carpz. de Reſp.*
*104. n. 11. conſ. Ricc. dec. collect. 320.* Annua lega- 4
ta ex fructibus ſolvenda. *Gail. l. 2. obſ. 146. n. 8. &*
*Carpz. d. Reſp. 104. n. 13.* Colligunt etiam ex *h. l.* 5
Dd. qvod nomina ad uſumfructum bonorum o-
mnium pertineant. *Mev. conſ. 692. n. 29.*

# TITULUS III.
# De Servitute Legata.

## ad L. Qvi duas tabernas. 1.

*SUMMARIA.*

*LEgans bina prædia, qvorum unum ſerviebat alteri, duobus ſingulatim, an in dubio ſervitutem cum fundo legaſſe videatur.*

QVando teſtator duo habens prædia, qvorum unum ſerviebat alteri, & duobus ſingula prædia, legavit in dubio videtur etiam ſervitutem alteri cum fundo legaſſe, ſcil. tacitè. *Mant. lib. 9. tit. 4. n. 6.* ſi continuam cauſam ſervitus habeat, ut oneris ferendi ſervitus, vel luminum, vel aqvæductus; niſi ex conjecturis aliud appareat, ſed in diſcontinuis ſecus, *Vid. Mev. lib. 4. præſ. 144. Cæp. de ſervit. Urb. Præd. c. 38. Affl. dec. 298.*

## ad L. Si fundum. 3.

*SUMMARIA.*

*LEgatum viæ ut ſubſiſtat, qvid reqviratur n. 1.*
*Servitus viæ legata dominus prædii communis, alteri*

*alteri purè, alteri ſub conditione, illi, ſi ceſſit dies, non poteſt acqviri pro parte ſuâ domini, pendente adhuc conditione ſocii. 2.*

1 UT valeat legatum viæ, reqviritur, ut legatarius tempore mortis teſtatoris reperiatur
Dominus prædii dominantis in totum: aliàs legatum extingvitur. *Molin in Labyrinth. 16. LL. n.*
2 *71. Socin. Junior in rep. l. 1. de leg. 1. n. 355.* Sed
pone, Mevium & Titium habere fundum Cornelianum communem: teſtator legavit Mevio viam purè per Sempronianum fundum, Titio ſub conditione; pendente conditione teſtator deceſſit, & ita dies viæ Mevio purè legatæ ceſſit: non tamen ſervitus viæ debetur Mevio, qvia Titius, cui etiam erat legata via, ſed ſub conditione, impedit, ne Mevius totam hanc ſervitutem vindicare poſſit. Utiqve pro parte dominii ſervitutem fundo communi acqvirere neqvit. *l. 2. & n. ff. de Servit. ita Dn. Wiſenb. vol. 2. d. 4. th. 14.*

## ad L. Si is. 4.

*SUMMARIUM.*

*Binis domibus, pariete communi determinatis, duobus ſingulatim legatis, qvæ competat actio legatariis, ratione parietis iſtius intergerini.*

TEſtator habuit duas domos, uno muro, vel pariete communi diſterminatas, & unas mihi, tibi alteras legat, qværitur, an ratione iſtius parietis intergerini mihi contra te competat actio Negatoria, qvæ pro ſervitute ſolet competere? Qvod negatur, qvia iſte paries eſt communis; ambobus itaqve competit Jus in re, ſeu dominium commune alteri, non ſervitus. Ergo non actione negatoria, ſed communi dividundo mihi tecum agendum eſt. *Cujac. ad h. l.* qvi etiam reliqvas LL. explicat. Hoc ad venditionem domus hic applicat *Bartolus*

## ad L. Pater. 6.

*SUMMARIA.*

*Legatum ſervitutis, qvod intuitu perſonæ legatarii præſumitur relictum, non tranſmittitur ad heredes legatarii. n. 1.*
*Limitatur. 2.*

EX qvalitate perſonæ legatarii, legatum ſervi- 1
tutis magis præſumitur factum, contemplatione perſonæ, qvàm rei. v. g. Si teſtator filiæ ſuæ unam domum legaverit, & in eam domum iter per alias ædes hæreditarias, videtur relictum Jus
perſonale, qvod cum ipſa filia extingvitur, niſi 2
aliunde aditum habere hæredes filiæ neqveant. *Cujac. ad h. l. Barry lib. 9. tit. 11. n. 7. P. Barb. in L. qvia tale. 13. n. 16. ſeq. ff. ſol. matr. Padill. in l. 3. C. de Servit. n. 21. & Don. lib. 11. c. 8. lit. S. conf. l. 39. §. 4. de leg. 1.*

# TITULUS IV.
# De dote prælegata.

## Ad L. Cum dos. 1.

*SUMMARIA.*

*Prælegato dotis non minus ineſt, qvam actioni de dote. n. 1.*
*Dos prælegata ſtatim ſolvenda eſt. 2.*
*Tollit pacta uxori incommoda. 3.*
*Qvid hinc colligatur. 3.*
*Impenſæ qva ratione dotem minuant. 5.*
*Qvibus caſibus dos legata peti non poſſit. 6. 7.*
*Qvid ſi maritus legaverit dotem promiſſam, qvam nondum accepit. 8.*
*Legatum dotis nurus factum à ſocero, inutile eſt. 9.*
*Limitatur. 10.*
*Fundus in dote exiſtens, ſi ſpecialiter legetur, & mox eidem dos generaliter relegetur, ſemel tantum peti poteſt. 11.*

QVando maritus dotem uxori relegat,
1 omne id ineſt legato, qvod actioni de
Dote ineſt; commodum tamen habet
2 repræſentationis. §. 2. i. e. qvod uxor
non debeat expectare annum, per *l. un. § 7. C. de rei ux. act.* Et per hoc legatum tollitur pactum
3 qvod tempore nuptiarum in præjudicium uxoris ob communes liberos futuros initum erat.
4 *§. 1. Barry lib. 9. tit. 20. n. 1.* Unde colligunt, valere pactum, qvod dos permaneat penes maritum, ſi liberi extent, & matrimonium ſolvatur per divortium. *Bald. Nov. tr. de Dote. p. 7. priv. 11.*
*n. 4. P. Barb. ad l. 2. pr. n. 149. ff. ſol. matr.* Sed le- 5
gato dotis oponi poteſt, qvod impenſæ minuant non qvidem ipſum corpus, dotis loco datum,
ſed Jus dotis univerſale §. 4. Et tollitur dotis le- 6
gatum, ſi vivus maritus dotem in caſu licito ſol-
verit. §. 5. Vel ſi res dotalis ſeu ſpecies in dotem 7
data ſine æſtimatione pereat, ſine mora aut cul-
pa mariti. §. 6. Sed ſi maritus dotem promiſſam, 8
& nondum ſolutam uxori relegaverit, omnino debetur legatum, ſi in certa qvantitate conſiſtat. *Barry lib. 9. tit. 21. n. 2.* nam videtur liberatio relicta. *Graſſus in §. legatum. qv. 42. n. 2.*

In §. 9. talis facti ſpecies: Socer nurui legat 9
dotem, legatum eſt inutile, qvia, licet illa actio mero jure orta eſſet, tamen dum conſtabat matrimonium, ejus effectus non competebat uxori, ſed potius marito, ad qvem tranſire debebant onera matrimonii. *vid. Pet. Barboſa in L. Si con-*
*ſtante. 25. §. 1. n. 12. ff. ſol. matr.* Qvi tamen *n. 13.* 10
exceptionem duplicem ſubnectit, 1. Si maritus ad inopiam vergat. 2. Si pater filio exhæredato, leget nurui actionem dotis, qvod legatum vali-

dum, *per §. 10. ſeqventem*; qvia ipſi filio competit
actio ad petendam dotem cum effectu, per *l. 56.*
*§. 1. de jure dot.* & ei neceſſario præſtanda eſt per
hæredes patris, modo illis caveat de indemnita-
te. *d. §. 10. & l. 7. pr. h. t.* De *§. 12. hujus L. vid.*
11 *notata ad l. 37. ff. ad leg. Falcid.* Si fundus in dote
ſit, & ſpecialiter ſit legatus, mox generaliter ei-
dem dos ſit relegata, non bis, ſed ſemel debetur
fundus, ne duæ cauſæ lucrativæ in eandem per-
ſonam concurrant. Hoc in §. *pen. h. l. conf. Cu-
jac.* totam hanc legem & cæteras explicans *to-
mo 2.*

## ad L. Cum qvis. 2.

*SUMMARIA.*

*Relegatum dotis fideicommiſſo gravari non non poteſt. n. 1.*
*Excipiuntur tres caſus. 2. 3. & 4.*
*Ratio exceptionis. 5.*
*Mulierem gravatam ſemper habere ſalvam dotem cum fructibus, colligitur. 6.*

1 Summa hujus *L.* eſt hæc: Qvando uxori à ma-
rito relegatur dos, tum hoc legatum aliqvo fi-
deicommiſſo gravari neqvit. Excipiuntur tres
2 caſus, 1. Si ob commodum repræſentationis,
dum anno citius dos legata præſtatur, qvatenus,
tamen hoc commodum æſtimandum eſt, eate-
3 nus etiam hoc legatum gravari poteſt. 2. Si ob
impenſas neceſſarias dos deminuta & deminu-
4 enda, & maritus tamen integram legavit, vel 3. ſi
rem loco dotis legavit, qvæ ratione pretii exce-
5 dit qvantitatem dotis. Ratio horum in §. 1. qvod
mulier potius receperit dotem, qvam accepiſſe
6 videtur. *vid. hic Cujac. d. l.* Et colligitur ex §. 1.
mulierem gravatam ſemper habere ſalvam do-
tem cum fructibus. *Mev. conſ. 183. n. 43.*

## ad L. Qvi ita. 3.

*SUMMARIA.*

*Legatum ſic conceptum,* Lego uxori. 100. præter dotem, *inducere videtur ſimul relegationem dotis. n. 1.*
*Dictionum* Præter, Amplius & ultra *vis. 2.*

1 Qvando teſtator dixit: *Lego uxori 100. præ-
ter dotem*, hoc caſu præſumitur maritus et-
iam dotem relegaſſe uxori, qvia dictio *Præter* eſt
particula implicativa, & includit. per *l. 82. de*
2 *V. S.* Eadem ratio vocis *Amplius* & *ultra. vid.
Menoch. lib. 4. praſ. 145. num. 2. & ſeq. Cujac. l. 8.
obſ. 36.*

## ad L. Dote. 5.

*SUMMARIA.*

*Heres non habet jus retentionis in legato dotis, propter utiles expenſas. n. 1.*
*Secus propter expenſas neceſſarias. 2.*

Duas concluſiones ex *h. l.* elicit *Barb. part. 3.* 1
*Rubr. ff. Solut. matr. n. 26 & ſeq.* Prima eſt,
ſi Teſtator leget uxori dotem, non poteſt heres
dotis integræ reſtitutionem differre ſub præ-
textu impenſarum utilium, & ideò per legatum
dotis videtur teſtator rejeciſſe exceptiones
omnes, & jus retentionis propter utiles expen-
ſas. Secunda, fundum dotalem propter expen- 2
ſas neceſſarias retineri poſſe, non obſtante lega-
to dotis, nam hæ ipſo jure minuunt dotem, ſe-
cus, ſi propter alias expenſas retineat, & ſic hoc
caſu videtur legaſſe utiles expenſas. *Barry d. l. 9.
tit. 21. n. 1.*

## ad L. Cum ſcriptum. 6.

*SUMMARIA.*

*Si teſtator leget dotem, certâ adjectâ qvantitate legatum ſubſiſtit, licet dos minor ſit. n. 1.*
*Augmentum dotis à marito factum, dotale fieri colligitur. 2.*

Qvando Teſtator, qvi ab uxore dotis nomine 1
qvadraginta tantùm accepit, ita legavit:
uxori meæ 50. qvæ dotis nomine ad me perve-
nerunt, lego, debentur illa 50. Qvia enim te-
ſtator certam qvantitatem expreſſit, eam relin-
qvere voluit, licet minus acceperit, cùm enim
veroſimiliter ſciret, qvid dotis nomine accepe-
rit, qvicqvid ſupra legavit, donaſſe videtur. *Cra-
vet. conſ. 149. n. 16. & ſeq. Menoch. lib. 4. praſ. 145.
n. 6.* Unde colligitur, ſi maritus auxerit dotem, 2
id dotale fieri, licet in omnibus non videatur
doti comparari, ut putat *Ant. Matth. ad l. 48. crim.
tit. 2. c. 3. n. 22. pag. mihi 363.*

## ad L. Pater dotem. 7.

*SUMMARIUM.*

*Lex hæc ab uſu fori remota demonſtratur.*

Lex hæc loqvitur de dote à nuru ſocero tradita. Sed qvia hodiè non ſoceri, ſed mariti accipiunt dotem, & maritus, licet ſit filius, à patria tamen poteſtatè liberatur, ideoq; materia hujus legis à foro remotior. vid. tamen *Cujac. ad l. 18. qvaſt. Papin. tom. 4. mihi pag. 412.*

## ad L. Seja. 11.

*SUMMARIA.*

*Subornatus ab uxore in caſum mortis ejus dotem reſtitui ſtipulans, qvam pòſt uxor marito legat, an contrà maritum ex ſtipulatu agere poſſit n. 1.*
*Reſpondetur cum diſtinctione. 2.*

Seja dedit 100. marito, & ſubornavit Mutium, 1
qvi ſibi in caſum mortis Sejæ dotem reſtitui
ſtipularetur. Poſtea Seja in teſtamento marito
legat dotem, qværitur, an Mutius contra mari-
tum

5 tum agere poſſit ex ſtipulatu? Diſtingvitur, an ut procurator adhibitus fuerit à Seja, an verò ut donatarius, qvod Seja in caſum mortis ſuæ ipſi donaverit. Si illud, exceptione doli repellitur mandatò revocatô; ſin hoc, qvod tamen non præſumitur, eſſet donatio mortis cauſa. *Clarus §. Donatio qv. 4.* Et hanc receptiſſimam eſſe ſententiam, poſt *Alex. lib. 1. conſ. 81. num. 2. & alios* tradit *P. Barb. ad l. qua dotis n. 85. & 93. ff. ſolut. matrim.*

### ad L. Theopompus. 14.

*SUMMARIUM.*

*DIcto unius teſtis an ſtandum ex diſpoſitione defuncti.*

DIcto unius teſtis ſtatur ex voluntate & diſpoſitione defuncti, cujus ſolius diſpoſitioni ſtaretur. *Alex. conſ. 54. lib. 2. Afflict. dec. 371. n. 39. Maſcard. de probat. lib. 1. qv. 11. n. 13. Farin. q. 63. n. 39.* Sed id adeò generaliter non accipiendum eſſe, monet *Pariſius vol. 3. conſ. 38. & ſeqq.* Nam hic concurrit æqvalitas inter filias obſervanda, qvæ alioqvin præſumitur. vid. *Cujac. ad h. l. t. 2. & Alciat. lib. 2. pareg. c. 19. & in rep. l. 1. §. eadem de V. O. & ſ. vol. 6.*

### ad L. Licet. 15.

*SUMMARIA.*

*FUndus obligatus ſi in dotem detur, & dos poſtea uxori relegetur, onus liberandi fundum ab hypotheca incumbit legatariæ, non heredi. n. 1. Rationes variæ ſuppeditantur 2. 3.*

PAter fundos ſuos obligaverat mihi, poſtea in dotem dat genero ſuo, ſcienti onus. Gener dotem relegat uxori ſuæ, qværitur, an generi heredes, an verò legataria debeat mihi ſolvere, & fundos ab hypotheca liberare? Reſp. videtur id oneris incumbere heredi generi, per *§. 5. Inſtit. de legatis.* Sed contrarium dicitur, qvòd legataria debeat ſolvere. Ratio hic eſt, qvia taliter vide- 2
tur dos legata, qvaliter data: data autem eſt cum onere, ergo illa cum onere legata. Aliam ratio- 3
nem habet, & ex ea colligit *Carpz. dec. 20.* ſcilicet in univerſali legato, qvale dos eſt, legatarium debere ſolvere debitum. Sed niſi alia fuit mens defuncti, ut ſolveret hæres, qvo caſu lex Falcidia locum haberet. *Cujac. ad h. l. t. 2. p. 1026.* conf. *l. 77. §. 16. de Legat. 2.*

### ad L. Qvi dotem. Pen.

*SUMMARIA.*

*LEgatum dotis, qvam dans ſibi in caſum mortis dotatæ reddi ſtipulabatur, non valet. n. 1. Limitatur. 2.*

ACcepi dotem à ſocru, qvæ ſibi in caſum mortis filiæ ſtipulata eſt dotem reddi. Uxori dotem lego, qværitur, an valeat legatum? Neg. qvia dotem debeo reſtituere ſocrui, ergò, niſi probem me heredem voluiſſe duplici onere gravare, ſc. ut mihi & ſocrui daretur, non valet legatum.

# TITULUS V.

# De optione vel Electione legata.

### Ad L. Divus Pius. 1.

SI mihi Teſtator ſervos ex numeroſa familia ut eligerem conceſſit, de tribus ſenſiſſe cenſetur, qvia tot ſervis contenti ſunt frugi homines, etiam locupletes. *Cujac. hic t. 1.*

### ad L. Qvotiens. 2. cum trib. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*OPtio in legatis ſemel tantum facienda eſt. n. 1. Limitatur variè. 2. 3.*
*Qvæ reqviruntur, ut optio ſit valida. 4. 6.*
*Hoc qvoqve obſervandum in herede. 7.*
*Actum non iterabilem ſemper intelligi de eo, qvi valuit, colligitur 5.*

1 OPtio ſi mihi legata ſit, ea non niſi ſemel facienda. *hic & l. 5. de leg. 1. & l. 8. §. pen. h. t.* niſi electio vitioſa, ſc. 1. ſi res aliena ignoranter electa *l. 2. §. 2.* niſi ſciens elegerim 2. ſi error, ut ſi 2
acetum ante deguſtationem pro vino elegerim, ſecus ſi ſciens. *l. 2. §. fin. & l ſeq. Hier. Gratus vol. 1. conſ. 55. n. 14.* 3. Si cui optio legata, & is rem 3
elegerit, non repræſentatis omnibus, ex qvibus una res eligenda, tunc electio eſt nulla, niſi ſciverit, alias eſſe res non repræſentatas, qvia ſciens non fallitur. Collige ad id, ut Electio ſit valida, 4
reqviri, ut mobilium omnium, ex qvibus res aliqva eligenda eſt, exhibitio & præſentatio fiat, in immobilibus autem declaratio & demonſtratio ſi petatur, alias non valere Electionem. *Molinaus ad Conſvet. Pariſ. tit. 1. §. 16. gl. 1. n. 12.* ubi etiam æſtimationem rerum neceſſariam eſſe tradit. Collige etiam, actum non iterabilem ſem- 5
per intelligi de eô, qvi valuit. *Tiraq. in l. boves. §. hoc ſermone. limit. 1.* 2. Ut res omnes exhibitæ. 3. ut hæreditate adita fiat. *l. 16. h. t.* 4. ut eligens 6
majorennis. 5. ſciens juris. 6. ut de præſenti eligat, non in futurum. *Jaſon. & Zaſ. in L. ſervi electiones d. leg. 1. Simon d. Pratis l. 1. t. 1. dub. 5. vol. 3.*

Digitized by Google

7 *vol.3. num.3.* Idem in hærede, qvando ipſi Electio
data. *l. 84. §. 9. d. leg. 1. l. 11. §. fin. d. leg. 2. Simon de Pratis dicta dub. 5. §. 4.*

## ad L. Mancipiorum. 6.

### *SUMMARIA.*

*Tempore intra qvod eligendum non præfinito, decernit judex terminum. n. 1.*

*Intra hunc non eligens privatur ſuo jure. 2.*

*Qvod limitatur. 3.*

*In electionibus cur mora poſſit purgari, re adhuc integra. 4.*

*Qvæ hic* Felini *ſententia. 5.*

CUm jus eligendi aliqvid ex mancipiis legata-
1 rio datum eſt, nec tempus intra qvod eligen-
2 dum eſt præfinitum, judex ſtatuit terminum, intra
qvem ſi non elegerit, privatur illo jure, niſi omnia
3 adhuc ſint integra, & mancipia non ſint diſtracta,
& ſic in electionibus mora poteſt purgari, usqve
dum res non amplius eſt integra. *Menoch. lib. 2. A.*
4 *Q. caſ. 35.* Cur autem hic moræ purgatio admit-
tatur, cauſa eſt, tum qvia in extrajudicialibus ver-
ſamur, ſecus enim eſſet in judicialibus *c. paſtoralis. X. de except.* tum qvia favor ultimæ voluntatis hic
concurrit. *Jacob de Nigris in repet. L. Si inſulam. ff.*
5 *de V. O. n. 265. & ſeq.* Sed lapſo termino, etiam
re integra non poſſe purgari moram, tradit *Felinus in c. licet cauſam. X. de probat. n. 18.*

## ad L. Si tibi. 8.

### *SUMMARIA.*

*Legatarius conjunctus cũ legatario electionem habente, poteſt petere à judice, ut huic ceſſanti ad eligendum terminum conſtituat. n. 1.*

*Legatario intra terminum non eligente, electio tranſit ad heredem. 2.*

*Qvod & procedit è diverſo, ſi optio heredi data. 3.*

*Legatum optionis duas res comprehendens, an ſubſiſtat, ſi nihil amplius reperiatur. 4.*

*Servus plurium optioni relictus, electus communis habetur. 5.*

*Hoc caſu prior eligens retractare poteſt. 6.*

1 SI mihi optio rei relicta, tibi autem ceteræ le-
gatæ, poteſt ad inſtantiam tuam judex mihi
certum terminum præfigere ad eligendum, &
2 eum qvidem peremptorium, & electio transfer-
tur in heredem, ſi legatarius intra terminum non
3 elegerit. Idem viceversâ, ſi optio hæredi data.
*l. 11. §. fin. de leg. 2. Simon de pratis lib. 1. in dub. 3.*
4 *fol. 3. num. 6.* Sed pone, teſtatorem mihi duos
eqvos legaſſe, qvos elegerim; ſed reperiuntur
tantum duo eqvi, ergo non poſſum eligere, qvæ-
ritur, an valeat legatum, qvi optionis legatum
eſt conditionale, ſi optaverim, qvod hic fieri
5 neqvit? Sed reſpondetur, valere, ut conſervetur
voluntas defuncti. Et ſi duobus unius ſervi ex
pluribus optio relicta, ſi unum optaverint, com-
munis erit ſervus. §. 2. ubi notandum, qvod pri- 6
or optans mutare poſſit.

## ad L. Optione legata. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Electio ante aditam hereditatem facta ipſo jure nulla eſt.*

PLeraqve præcedentes leges in foro apud nos rariores. Sed ex *l. 16.* nota, electionem fieri non poſſe ante hereditatem aditam, ſed ſi fiat, eam eſſe ipſo jure nullam, qvia dies optionis cedit ab adita hereditate, non à morte teſtatoris. *l. 14. ff. qvando dies legati cedat.* licet qvoad tranſmiſſionem cedat à die mortis teſtatoris. *Gloſſa hic & Bart. & Cujac.*

## ad L. Illud aut illud. 19.

### *SUMMARIA.*

*Facultas optandi in commodum optantis conceſſa tranſit ad heredes. n. 1.*

*Secus, ſi in commodum alterius conceſſa. 2.*

*Qvod limitatur. 3.*

*Legatum hoc ratione transmiſſionis purum eſt. 4.*

FAcultas eligendi, qvæ competit alicui jure ſuo, 1
& in ſui commodum, transmittitur in hære-
dem; aliud in jure alieno, ſi qvis incommodum
alterius eligere debet. *l. cum qvidam. 24. & l. u-* 2
*num ex famil. 1. 67. §. rogo. 7. ff. de leg. 2. Nicol.*
*Noalis in tr. de Transmiſſ. caſ. 56.* qvi id limitat in
arbitratu, per *l. ſi qvis arbitratu 43. de V. O.* Et ideò 3
legatum hoc ratione transmiſſionis eſt purum, 4
per *l. un. §. 10. ff. de caduc. tollend. Rim. vol. 3. conſ.*
*234. n. 105. Dn. Hahnius ad Weſemb. h. t. n. 4. Dn.*
*Struv. h. t. th. 49.*

## ad L. Apud Aufidium. 20.

### *SUMMARIA.*

*Electione data per legatum vindicationis, variatio non admittitur. n. 1.*

*Qvibus caſibus admittatur. 2. 3.*

*Optione ſemel legitime hic factâ res electa ſtatim fit optantis, qvæ tunc ſola legata fingitur. 4.*

*Aliud in contractibus. 5.*

QVando electio data eſt per legatum vindica- 1
tionis; v. g. veſtimenta, qvæ volet, ſumito;
ubi electio trahit poſt ſe executionem, non ad-
mittitur variatio *Cujac. ad l. 112. de V. O. Barry lib. 6.*
*tit. 8. n. 9.* Aliud, ſi electio ſit in pendenti, per 2
*l. unum ex familia. 67. de legat. 2. pr. Rimin. lib. 2.*
*conſ. 112. n. 108.* Aliud, ſi optio minus legitimè
facta, ut ſi res optata non ſit in bonis teſtatoris, 3
aut non prolatis omnibus bonis facta. *l. 2. & ſ.*
*h. t. Zaſ. ad h. t. in fin. Donell. & Hillig. lib. 15.*
*c. 2. lit. F.* Notetur autem, optione ſemèl rectè 4
facta,

factâ, rem electam ſtatim fieri optantis, qvæ etiam ratio, cur variare hic non liceat. *Hillig. in Don. d. l.* Et res electa fingitur ſola eſſe legata. *Scurfius vol. 3. conſ. 34. n. 4.* Aliud in contractibus, ubi res electa non ſtatim fit eligentis. *Simon de prætis l. 1. int. 1. dub. 5. fol. 3. n. 3.*

# Titulus VI.

# De Triticô, vinô vel oleô legato.

## ad L. Si cui vinum. 3.

*SUMMARIA.*

*IN legato vini vel olei, cujus utrinsq; generis liqvoris nihil habuit teſtator, non expreſſa qvalitate, pro ſuo arbitrio vinum vel oleum præſtare poteſt heres. n. 1.*

*Ratio ſuppeditatur. 2.*

*Vino legato, continentur vaſa, non dolia immobilia. 3.*

*Nec qvæ ad exportandum vinum pertinent. 4.*

*Vino cum vaſis legato, continetur vinum doliare, excluſis doliis. 5.*

1 SI teſtator aliqvot amphoras vini vel olei
mihi legarit, & teſtator nihil talis liqvoris
habuerit, datur electio heredi, ut vinum emat & præſtet mihi, qvod velit, modò tamen
acetum non præſtet, ſiqvidem hoc vinum non
2 eſt, ſed fuit. Ratio qvia non ita faciles teſtatores
in onerandis heredibus de comparandis rebus
alienis, qvàm in legandis propriis. *l. 67. §. 8. de
leg. 2. Donell. lib. 8. c. 19. & ibi Hillig. l. K. Romanus
ſing. 209 conf. l. 50. § fin. de leg. 1.*
3 In §. 1. habetur, qvod legatô vinô etiam vaſa
debeantur, non tamen dolia immobilia vel de-
4 foſſa. Qvæ autem ad exportandum vinum pertinent, legato non cedunt. *arg. l. 15. h. t. Barry lib.
5 9. tit. 19. n. 6.* Vinô autem cum vaſis legatô, doliare etiam vinum debetur, licet dolia non debeantur, qvia, licet acceſſorium per principale
reſtringatur, per *l. 91. pr. de leg 3. Petr. Raven. ſing.
366.* non tamen principale per acceſſorium.

## ad L. Cum certum. 4.

*SUMMARIA.*

*CErta qvantitate rei fungibilis in genere legatâ, non attenditur conſvetudo teſtatoris, qvalis res ſolvenda, ſed electio heredi datur. n. 1.*

*Aliud in nummis legatis. 2.*

*Ratio diverſitatis. 3.*

*Reprehenditur hic explicatio* Gomezii. 4.

1 CUm certa qvantitas rei fungibilis legata in
genere, electio heredis eſt, qvalem ſolvat;
2 nec conſvetudo teſtatoris attenditur, licet aliud
in nummis. *l. 50. §. ult. de leg. 1.* Ratio hæc eſt,
qvia nummorum qvantitas mutabilis, ex arbi-
3 trio hominum dependet. Ergo ad mores hominum reſpiciendum eſt, cæterarum autem fun-
4 gibilium qvalitas à natura eſt; & ideò *Gomez.
tom. 1. reſol. c. 12. n. 32.* ſtatuens, qvod in hoc legato intelligatur vinum, qvod erat in patrimonio teſtatoris, reprehenditur à *Barry lib. 9. tit. 19. n. 4. conf. Menoch. lib. 4. præſumpt. 153.*

## ad L. Cum certus. 5.

*SUMMARIA.*

*ALimentis ex certo fundo relictis, addita qvantitate demonſtrationis ergo, ſi non ſufficiunt fructus hujus fundi, defectus ex aliis fundis ſupplendus eſt. n. 1.*

*Secus, ſi taxationis gratia qvantitas adjecta. 2.*

*Qvantitas demonſtrationis vel taxationis cauſa addita, qvando præſumatur. 3.*

QVando alimenta vel fructus ex certo fundo 1
relinqvuntur, tunc fundus vel demonſtrative vel taxativè ponitur: ſi illud, tunc ſupplendum eſt ex aliis fundis, qvicqvid ex fundo demonſtrato percipi non potuit. *L. Lucius infr. de
aliment. leg.* Si hoc, deficientibus fructibus, 2
nihil ſupplendum, per *h. l.* Illud fieri putatur, 3
qvando in eadem oratione & periodo fundi & alimentorum fit mentio. Hoc verò, qvando in diverſis. vid. *Surdus de aliment. tit. 4. qv. 26. Franc. de Clapperiis cauſ. 11. qv. 2. vid. not. ad l. 12. de Alim. legat.*

## ad L. Qvidam. 7.

*SUMMARIA.*

*CAſus, ubi legatum incertum valere cenſetur. num. 1.*

*Ratio ſuppeditatur. 2.*

*Duo ex* h. l *ſingularia notantur. 3.*

*Lex hæc qvousqve procedat. 4.*

*Legatum hoc qvomodo inutile reddi poſſit. 5.*

QVidam juſſerat heredem dare uxori ſuæ vi- 1
num, oleum, frumentum, omne qvantum
teſtator reliqvit, uxori ſolvendum eſt, cujus ra- 2
tio non tam conſiſtit in oratione indefinita,
qvàm in conjunctione perſonæ, & ſic hic duo 3
ſingularia concurrunt, 1. qvod valeat hic legatum incertum, & 2. qvod omne debeatur. *Surd. de alim. tit. 8. privil. 27. Barry lib. 9. tit. 19. n. 2.*
Et ideò illa lex extra caſum conjunctæ perſonæ 4
non videtur extendenda. *Surdus & Barry dd. ll.*
Et ſi probari poſſit, teſtatorem non de omni vi- 5
no ſenſiſſe, legatum ut incertum, foret inutile

*Cujac.*

Digitized by Google

*Cujac. hic.* niſi ex conjunctione perſonæ aliud colligatur, ubi ad arbitrium judicis recurrendum puto.

### ad L. Si qvis vinum. 9.

*SUMMARIA.*

*Omnis liqvor ex vite procedens vinum eſt, ſecus ſi aliunde, niſi conſvetudo aliter ſe habeat,* *Menoch. lib. 4. præſ. 152. Barry d. t. num. 7.*

### ad L. Ex eo vino. 13.

*SUMMARIA.*

*Certa qvantitate ex reditibus fructuum legata, ſi fructus unius anni non ſufficiant, defectus ex alterius anni ubertate ſupplendus eſt. n. 1.*

*Ad* l. 5. h. t. & 12 ff. de Alim. leg. *reſpondetur. 2.*

*Extenditur* h. l. *ad ſalaria, ſi ad ea præſtanda reditus deſtinati deficiunt. 3.*

1 SI certa qvantitas ex proventu vini vel alterius generis fructuum legata, & eo anno tantum non reperiatur, tunc id ex ſeqventis anni ubertate ſupplendum. *hic & L. Firmio. 26. qvando dies legat.* Nec obſtat *l. 5. h. tit.* nec *L. Lucius 12. ff. de Alim. leg.* qvia loqvuntur de caſu, ubi taxationis cauſa expreſſus fundus. Ex hac *l.* probat *Franc. de Clapperiis cauſ. 11. qv. 2.* qvando ex certis reditibus aſſignata ſalaria, ex ſubſeqventis anni ubertate deficientium ſalariorum defectus eſſe ſupplendos.

### ad L. Vino legato. 14.

*SUMMARIA.*

*Vaſa mobilia qvatenus contineantur vino legato n. 1.*

*Immobilia tw diſtincte non continentur. 2.*

VAſa mobilia, in qvæ diffunditur vinum, ut 1
in eis ſit, donec exigente uſu promatur, veniunt legato vino. *hic & l. ſeq.* Aliud in doliis, 2
qvæ ad perpetuum uſum in cella defodiebantur. *Barry d. t. 19. n. 6.* de qvo & ſupra *ad l. 3.*

### ad L. Qvi vinum. ult.

*SUMMARIA.*

*Omnibus dulcibus abſolutè relictis, qvodcunqve dulce exiſtimatur, relictum videtur. n. 1.*

*Qvid ſi enumeratis ſpeciebus qvibusdam in genere omnia dulcia relicta. 2.*

*Genus ſive ſeqvatur ſpecierum enumerationem, ſive præcedat, utroqve modo reſtringi cenſetur. 3.*

CUi omnia dulcia relicta ſunt, tam arida dul- 1
cia, v. gr. ficus, qvam liqvida conſeqvetur, ſed cui vinum Malvaticum, & Canarienſe, ac
omnia dulcia relicta ſunt, ei non niſi potionis 2
genera dulcia relicta cenſentur; genus enim nunqvam videtur ampliari per ſpecies, ſed potius reſtringi. *Ceph. lib. 4. conſ. 550. num. 125.* Et qvando genus ſubſeqvitur ſpecierum enumerationem, & ubi genus præcedit, ſpecies ſeqvun- 3
tur, magis eſt ut genus reſtringatur, qvàm ut amplietur. Latè *Cephal. lib. 5. conſ. 734. n. 10. & ſ.* conferri poteſt *Raudenſis lib. 1. conſ. 35. n. 29.*

## TITULUS VII.

# De Inſtructo vel inſtrumento legato.

### Ad L. 1. §. Fundo & L. Si cui fundum. 5.

*SUMMARIUM.*

*Qvid interſit inter legatum fundi cum inſtrumento, inſtructi, & inſtrumenti.*

INter hæc tria fundum cum inſtrumento do, lego, vel fundum & inſtrumenta; vel fundum inſtructum, hoc intereſt, qvod in prima ſpecie alienato fundo inſtrumenta non debeantur, qvia tantùm ſunt acceſſoria, ſed ſecus in reliqvis duabus ſpeciebus, qvia disjungendo apparuit, teſtatorem disjuncta eſſe valuiſſe fundum & inſtrumenta, ut res æqve principales *Don. lib. 8. c. 17. Men. lib. 4. præſ. 154. n. 7. & 8.* niſi alia mens teſtatoris probetur. *Pn. Struv. Exerc. 35. th. 58. Wiſſenb. v. 2. d. 5. th. 7. conf. Bach. in Treutl. d. 13. th. 4. lit. D. Dd. in §. 17. Inſt. de Legat.*

### ad L. Fundum inſtructum. 3.

*SUMMARIA.*

*Fundus inſtructus legatus cum onere fideicommiſſi, talis reſtituendus eſt, qvalis legatus n. 1.*

*Mancipia à teſtatore inter vivos contra jura manumiſſa ex legato fundi inſtructi, an cedant legato. 2.*

*Qvid colligatur. 3.*

IN *princ.* tantùm dicitur, fundô inſtructô lega- 1
to, ſi idem à legatario per fideicommiſſum mihi relinqvatur, licet in fideicommiſſo verbum (inſtructus) non habeatur, tamen id repetendum eſt. Et in §. 1. habetur ſpecies hæc; Minor 2
annis 25. teſtamentum fecit, & fundum inſtructum legavit, & ſic etiam cum mancipiis ei fundo colendo deſtinatis. Sed teſtator libertatem dedit nonnullis inter vivos contra jura, & ſic manumiſſio eſt inutilis, qværitur, an ea mancipia

pia nulliter ſeu de facto alienata cedant legato?
Videtur qvod ſic, qvia manumisſio inita; Sed ne-
3 gatur, qvia repugnat voluntas teſtatoris. Unde
colligunt, & ideò hunc textum ſingularem vo-
cant, qvod diſpoſitio inter vivos facta de ſpecie
ſub genere contenta, ſed inutilis, minuat tamen
legatum. *Romanus ſing.138.* & qvos ibi refert.

## ad L. Inſtrumenta. 8.

INſtrumenti voce veniunt ea, qvæ fructus qvæ-
rendi, colendi & obſervandi cauſa parata ſunt.
*Men. de præſ. 154. n. 11. & ſeqq.*

## ad L. De grege. 9.

SI grex ideò comparatus ſit, ut fructus ex Feu-
do illo percipiantur, aliàs non percipiendi, ut
ex ſaltu, eſt inſtrumentum fundi, aliàs ſecus *Bar-
ry d. l. 9. tit. 12. n. 10.*

## ad L. Qvæſitum. 12.

*SUMMARIA.*

*FRumentum ad ſemina & ad familiam alendam ſepoſitum, inſtrumento continetur. n. 1.*
*Fundus ut inſtructus eſt legato plus continet, qvam fundus cum inſtrumento ſimpliciter legatus. 3.*
*Frumentum & vinum, cuſtodiæ cauſa conditum, donec vendatur, non comprehenditur fundo inſtructo legato. 4.*
*Controverſia inter fratres & ſorores de intellectu vocis* inſtructionis *qvomodo dirimenda. 5.*
*Adjecta ſpecies fundo cum inſtrumento in genere legato, non tollit univerſalitatem. 6. 9.*
*Limitatur. 7.*
*Ex qvibus particulis hæc limitatio præſumenda. 8.*
*Extenditur. 10.*

1 FRumentum ad ſemina & ad exhibendam,
i. e. alendam familiam ſepoſitum, licet iden-
tidem conſumatur, inſtrumenti tamen voce ve-
nit. *hic & l. 18. §. 9. h. t. Barry d. 12. n. 10. Carpz.*
2 *part. 3. conſt. 13. def. 22.* Cum autem hæc lex pro-
lixa ſatis, & pleriqve paragraphi ſint intellectu
faciles, adeò ut ex aliis textibus facilè colligi
posſint, notabiliores tantùm paragraphos nota-
bo, & primò qvidem

3 Ex §. 27. noto, qvod fundo ut inſtructus eſt
legato, non ea tantum inſtrumenta, qvæ ad cultu-
ram ejus fundi deſtinata ſunt in perpetuum, ſed
qvæ etiam paterfamilias pro tempore hoc ha-
buit, ut eſſet inſtructior, debeantur. Secus, ſi
fundus cum inſtrumentis ſimpliciter legatus.
*Carpz. p. 3. c. 13. def. 22. Zæſ. h. t. n. 2. Wiſſenbach.
vol. 2. d. 5. ib. 5.*

4 *Ad §. 29.* Fundô inſtructô legatô, non venit
frumentum, qvod in horreo eſt cuſtodiæ causâ
repoſitum, donec vendatur, nec vinum, qvod in
apotheca eſt, niſi ad inſtructionem prædii vinum
habeatur in apotheca, qvod apud nos rarum.
*Carpz. p. 3. jurispr. c. 13. def. 23.* Ex §. 43. *verſ. Sed
& ipſe Papinianus.* notare ſolent Dd. qvando 5
controverſia eſt inter fratres & ſorores, qvid per
inſtructionem ſit intelligendum, in dubio ita de-
bere hoc determinari à judice, ut æqvalitas ſer-
vetur, qvantum verba & voluntas patris admit-
tit. *Dec. conſ. 319. in fin.* Sic igitur enumeratio ſpe- 6
cierum addita generali in favorem alterius diſ-
poſitioni, non reſtringit genus, qvia ſpecialis
enumeratio cenſetur adjecta in favorem ejus-
dem legatarii, majoris declarationis gratia, ut
enixa voluntas teſtatoris appareret, *Perkius ad c.
generi 34. de R. J. in 6. n. 4. Conſ. Marp. vol. 1. conſ.
7. n. 35. Barb. locupl. lib. 7. c. 5. axiom. 4. limit. 2. &
5. Hippol. Rimin. lib. 2. conſ. 216. n. 44. Cephal. conſ.
636. n. 400. & 4.* Aliud autem, ſi enumeratio 7
ſpecierum cauſa determinationis & limitationis
generis præcedentis & ſeqventis. *Bart. hic n. 13.*
qvem refert *Berlich. p. 2. dec. 281. n. 29.* maximè 8
hoc præſumendum eſt, ſi poſt genus ponatur par-
ticula (ſcilicet vel videlicet) cum illa particula
ſit præcedentium reſtrictiva, determinativa, &
modificativa *Berlich. d. l. n. 36. & ſeq.*

*Ad §. pen.* Si qvis leget fundum cum inſtru- 9
mentis, & in ſpecie certæ rei meminit, qværitur,
an per hanc ſpeciem videatur generalitas prior
ſublata? Neg. Sed potius videtur declarationis
gratia ſpecies addita; & ſic omninò fundus cum
aliis & inſtrumentis debebitur. *Ruinus vol. 2.
conſ. 32. n. 6. Afflictus dec. 106. n. 2.* Ex hoc & alias 10
diſpoſitiones extendunt Dd. relati à *Cravetta conſ.
227. n. 7. & 9. Men. conſ. 1157. n. 13. & ſ. Dec. in l. in
toto jure 80. n. 15. & 16. de R. J. Anton. Faber l. 6. Cod.
tit. 17. def. 2. n. 9. Klock. vol. 3. conſ. 182. n. 337. & ſeqq.
Berl. p. 2. dec. 281. n. 16.*

## ad L. Cum de lanionis. 18.

*SUMMARIA.*

*QVæ attendenda in interpretandis legatis inſtrumentorum. n. 1.*
*Fundum inſtructum legans adjectis nominatim certis qvibusdam mancipiis, non cenſetur aliud qvoddam mancipium legaſſe præter expreſſa. 2.*
*Expreſſio nominis proprii habet vim reſtrictionis. 3.*

EX *h. l.* notanda regula in §. 3. In applicatione 1
inſtrumentorum non propriam ſignificatio-
nem ſpectamus, ſed imprimis, qvid teſtator de-
monſtrare voluerit, deinde conſvetudo regionis.
*Weſenb. in π. h. t. n. fin.* Exemplum in §. *cui fundum* 2
*ff.* ubi teſtator mihi inſtructum fundum legat,
& nominatim certa qvædam mancipia ut Sti-
chum, Pamphilum, Cteſiphonem, qværitur,
an omnia cætera mancipia mihi ſint legata, qvæ
ad eum fundum colendum deſtinata? videtur

qvod ſic, nam mancipia, etiam cætera ſunt in-
ſtrumenta fundi, & ſpecies addita generi, non
3 reſtringit. Sed Reſp. qvod hic nomina propria
expreſſerit: Nominis autem proprii expreſſio
habet vim limitationis & taxationis, ut ex hoc
*§. 11.* colligunt Dd. de qvo *Cravetta vol. 5. conſ. 964. num. 22.*

## ad L. Seja. 20. §. 7.

*SUMMARIA.*

*EX duabus poſſeſſionibus aliàs ſeparatis una legata, non cenſetur ſimul altera legata. n. 1.*

*Limitatur. 2.*

1 DUæ poſſeſſiones aliàs ſeparatæ, non poſſunt
dici unitæ, ita ut unâ legatâ, etiam veniat al-
tera, licet uni colono ſimul ſint locatæ, niſi teſta-
tor nomine unius & ejusdem fundi eos habuerit.
2 *Alex. conſ. 169. num. 9. lib. 5. Menoch. conſ. 337. n. 25. & ſeq.*

## ad L. Cum fundus. 21.

*SUMMARIA.*

*INſtrumentum an cedat legato. n. 1.*

*Legato ſimpliciter fundo etiam ſine inſtrumentis, tamen qvædam inſtrumenta continentur, qvæ hic expreſſa. 2.*

*Lectio* l. 93. §. 4. de legat. 3. *mendoſa putatur. 3.*

1 INſtrumentum regulariter non cedit legato, ni-
ſi id ſpecialiter ſit expreſſum. *l. 41. §. 9. de leg. 1.*
2 *l. ult. ff. de ſupell. legata.* Sed legato fundo etiam
ſine inſtrumentis, prælum tamen, & vaſa defoſ-
ſa, aliaq́ʒ defixa, ut partes fundi veniunt. *Men.*
3 *lib. 4. præſ. 154. num. 2.* Ideoq́ʒ in *l. 93. §. 4. de leg. 3.*
mendoſam lectionem eſſe, colligit *Tiraq. de Retr. conſangu. §. 1. Gloſſ. 7. n. 98.*

## ad L. Fundo legato. 22.

*SUMMARIA.*

*FUndo legato* ut optimus maximus eſt, *veniunt etiam ea, qvæ voluntatis cauſa in prædio habentur. n. 1.*

*Qvod extenditur ad fortalitium hoc modo conceſſum. 2.*

*Fundo legato, cujus maxima pars in venatione conſiſtit, continentur inſtrumenta venatoria. 3.*

1 QVando fundus legatus eſt, ut optimus maxi-
mus eſt, etiam ea, qvæ voluptatis cauſa in
prædio habentur, legata videntur, v. gr. retia &
inſtrumenta venatoria. *Menoch. d. præſ. 154. n. 17.*
2 Sicut & fortalitio conceſſo, ut optimum maxi-
mum eſt, machinæ etiam conceſſæ videntur.
3 *Tiraqvell. gl. 7. num. 96.* Sic etiam, qvando ma-
gna pars fundi in venatione conſiſtit, tunc etiam
retia videntur legata, & alia inſtrumenta vena-
toria.

## ad L. Fundus. 24.

*SUMMARIA.*

*FUndo, qvi erat locatus colono, legato cum inſtrumentis, veniunt tantum inſtrumenta teſtatoris, non coloni. n. 1.*

*Qvid ſi teſtator ibi nulla habuerit. 2.*

*Duæ hic regulæ colliguntur. 3. & 4.*

FUndus, qvi erat locatus colono, legatus eſt x
cum inſtrumentis, ſi teſtator ibi habuit in-
ſtrumenta, ea tantum, non coloni ſunt legata; Si
autem teſtator nulla ibi habuit inſtrumenta, co- 2
loni inſtrumenta legata videntur. Unde Regula, 3
qvando non eſt, niſi unum, ad qvod verba referri poſſint, ad illud neceſſario referuntur, qvamvis tale ſit, qvod alias non veniret. *Jaſon in L. Qvi Romæ 122. §. duo fratres. n. 62. de V. O.* Et ubi verba non poſſunt intelligi ſimpliciter, intelligenda ſunt ſecundum qvid. *Cagnol. in rubr. ff. ſi qvis jus dicenti &c. num. 23. Felinus ad c. 1. num. 7. de reſcript.*

## ad L. Fundi. 25.

*SUMMARIUM.*

*FUndo cum inſtrumentis legato, comprehenduntur omnia pecora fundi cauſa comparata, licet tantum dimidia pars ex fructibus fundi ſuſtineri potuerit.*

SI fundus cum inſtrumentis ſeu pecoribus legatus, & fundus poſſit ſuſtinere ſuo gramine tantum mille oves, kônte 1000. Schafe nur auſ-futtern / teſtator autem fundi cauſa comparaſſet 2000. oves, qværitur, an bis mille debeantur? Reſp. qvod ſic, qvia voluntas teſtatoris attendenda, qvid in utilitatem comparaverit, & qvid legare voluerit.

## ad L. Lucius Titius. 28.

*SUMMARIUM.*

*IN fundo inſtructo legato reſpicitur tempus mortis, non teſtamenti.*

IN fundo inſtructo legato non reſpicitur tempus teſtamenti, ut alias, per *l. 41. §. 4. de leg. 3.* ſed tempus mortis, qvia inſtructi legatum eſt valdè generale & incertæ ſignificationis, cum & deſtinata nondum ibi exiſtentia intelligantur, per *l. 49. §. fin. de leg. 3. l. 78. §. fin. de leg. 3. Finckelth. obſ. 27. n. 19.*

## ad L. Si navem. ult.

*SUMMARIA.*

*SCapha inter inſtrumenta navis non refertur. n. 1.*

*Qvid moribus obtineat. 2.*

QVæritur hic, an ſcapha inſtrumentum navis 1
ſit? Qvod negatur. Sed moribus ſublatum
hunc textum eſſe, ait *Graenwegen*, qvippe navi
vendita, etiam ſcapha debetur, cum navis ſine 2
ſcapha portum appellere non poſſit.

TITU-

## Titulus VIII.

# De peculio legato.

### Ad L. Servo. 1. & 3, II. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*Peculium, cum qvo ſervus legatus erat, ſervo non debetur. num. 1.*
*Ratio ſuppeditatur. 2.*
*Limitatur. 3.*
*Qvod ſublimitatur. 4.*

1 Qvando ſervus legatus eſt cum peculio,
ſervo manumiſſo vel mortuo, non de-
2 betur peculium, per *l. 1.* Ratio in *l. 2.*
qvia in forma hac legati peculium ac-
ceſſionis vicem ſuſtinet, qvæ non debentur, ſub-
3 lató principali; ſed aliud; ſi ancilla cum liberis,
ſervus cum vicariis ſit legatus, per *l. 3. 4.* qvia
homo non eſt alterius acceſſio. *Donell. lib. 8. c. 17.*
4 *lit. M.* niſi poſt mortem teſtatoris decedat ſervus,
qvia ſervus jam legatario acqviſitus.

### ad L. Deniqve. 8. §. interdum. 7. & 8.

*SUMMARIA.*

*Peculium expreſsè legandum eſt. n. 1.*
*Caſus, ubi & tacitè legatum ſubſiſtit. 2.*
*Ex hoc caſu conficitur regula. 3.*

1 Peculium non debetur, niſi expreſsè legetur;
interdum tamen tacitè legatum videtur, v.g.
2 ſi legata libertas ſervo, ſi rationes intulerit, & 100.
heredibus ſolverit, *Menoch. lib. 4. præſ. 155. num. 3.*
3 Unde extruunt regulam hîc *Bart. & Dd.* qvæ in-
ducuntur ad deminutionem, ea operantur au-
gmentum, qvando aliàs diſpoſitio non poſſet
habere effectum, qvamvis illam regulam non
adeò univerſaliter admittat *Ruin. vol. 3. conſ. 139. num. 9. Alex. vol. 3. conſ. 234. n. 8. M. Ant. Baverius in rep. l. cum filio. de leg. 3. vol. 4. & in ejusd. repet. Socinus. n. 37. Accorombonus in repet. l. heredes mei §. cum ita. n. 10. ff. ad Trebell.* Alias conjecturas pete ex *Menoch. d. l.*

### ad L. Qvidam in teſtamento, 14.

Ordo verborum inverſus non vitiat diſpoſitionem. Ergo ibi diſpoſitio aliàs vitiaretur, ordo ſcripturæ non attenditur. *Cephal. l. 4. conſ. 543. num. 23. Fortunius Garcias in repet. L. Gallus §. qvidam n. 47. ff. de lib. & poſth. vol. 3. Crottus l. 1. conſ. 143. n. 16.*

### ad L. Si legatus. 24.

Servo legato, non videtur pehulium legatum, qvia teſtator non videtur nimis gravare velle hæredem. *Men. lib. 4. præſ. 155. n. 3.* niſi ex conjecturis alia mens appareat,

### ad L. Titi fili. ult.

*SUMMARIA.*

*Pater mutuo dando nomine filiifamilias, videtur ei conſtituere peculium. n. 1.*
*Mutuo data nomine emancipati, præſumuntur ei donata. 2.*
*Acceſſiones peculii qvibus caſibus legato cedant. 3.*

Si pater nomine filiifamilias mutuavit pecu- 1
niam, videtur ei in peculium concedere, non
verò donare. Sed ſi nomine filii emancipati mu- 2
tuò dedit, præſumitur donatio, qvia mutui da-
tio facta nomine alterius, eſt qvaſi ficta tradi-
tio, qvam communem concluſionem ex hoc
textu poſt alios deducit *P. Barboſa ad L. qvæ do-
tis n. 40. & ſeq. & n. 139. ff. ſolut. matrim.* ut ſupra
in caſu *l. 8. §. 7.* Qvod peculio etiam accedit, in 3
hoc legatum venit, ſcil. qvod vivo teſtatore ac-
ceſſit, imò etiam qvod mortuo, ſi ipſi ſervo legatum peculium, non verò extraneo, niſi ex ſeipſo auctum peculium; Deciſionis autem ratio, qvia peculium eſt qvid collectivum, qvod ſemper, prout tempore mortis ſe habet, conſideratur, & legata libertas cum peculio à die aditæ hereditatis cedit. *§. 12. Inſt. de legat. vid. Struv. Ex. 35. th. 62.*

## Titulus IX.

# De penu legata.

### Ad L. Uxori ſuæ. 1.

*SUMMARIUM.*

*Si teſtator penum leget, & in eaſu tamora, certam qvantitatem pecuniæ, morâ commiſſa uſq; ad L. C. heres habet electionem.*

Qvando teſtator legavit certam qvantitatem penoris ſingulis annis, & ſi hanc non dederit, pecuniam dare juſſit, usqve ad litem conteſtatam poteſt hæres præſtare penũ, poſtea præcisè pecuniam, ſi hanc

malit legatarius.vid. *Menoch.l.4.præſ. 156. n. 18. & l. 2. A.q.caſu 498. num. 19. & ſeqq. Zaſ. in L.Si inſulam. n.15.ff.de V.O. Jacob. de Nigris in repet. d.l.Si inſulam. n.139. Donell. lib. 8. c. 16. lit.A. & c. 24. lit. G. & ibi Hillig. Wiſſenb. ad h. t.th. 12. Struv. th. 64.*

## ad L. Penu certa. 2.

Vid. notata *ad l. 1. tit.præced.*

## ad L. Qvi penum. 3.

*SUMMARIA.*

*QVid in legatum penoris veniat. n.1.*
*Non veniunt comparata in uſum prædii ruſtici. 2.*
*Qvid per eſculenta J.Saxon. intelligendum, remiſſivè. 3.*

1 EXplicatur hic, qvid in penu legata contineatur, ſcilicet omnia eſculenta & potulenta ad uſum patrisfam. & amicorum ejus parata. Continentur etiam vaſa, ſi penus in liqvidis conſiſtit, ut & alimenta jumentorum, uſui teſtatoris deputatorum, ſed non continetur id, qvod ad a-
2 limenta familiæ ruſticæ, vel jumentorum agro colendo inſervientium comparatum eſt. *Me-*
3 *noch.d.præſ.156. n. 1. & ſeq. Barry lib. 9. tit. 20.* Et qvid per eſculenta Jure Sax. intelligendum, de eo vid. *Berlich.p.3.concl.48.*

## ad L. Nam qvod. 4. §. fin.

*SUMMARIA.*

*OMni penu legatâ, excepta aliqva ſpecie, qvæ in certo loco eſt, præſumitur tantum penus legata, qvæ illic loci eſt. n.1.*
*Ex qvalitate exceptionis diſpoſitionem declarari debere, colligitur. 2.*
*Limitatur. 3.*
*Extenditur* §. fin. h.l. 4.

QVando teſtator omnem penum legavit præ- 1
ter vinum, qvod Romæ eſt, hoc caſu præſumitur ſolùm legaſſe penum, qvæ Romæ eſt. *Menoch. de præſ. in fin.* nam cum exceptio debeat eſſe de regula, & excipiatur vinum, qvod Romæ eſt, videtur legatum ad id, qvod Romæ eſt, referendum eſſe, *conſ.Covarr. lib. 2. reſol. c. 5. n. 5. Laſius in L. in his. de ll. Wiſſenb. h.t. th.13. Corneus*
*conſ.158. n. 23. vol. 3.* Unde ſumunt regulam, 2
ex qvalitate exceptionis diſpoſitionem declarari debere, & locus exceptionis arctat locum
regulæ. *hic & l.19.ſupr.pr.de uſufr. Barb.lib. 5. c. 23.* 3
*ax. 25.* Qvamvis putent, facilè conjecturam ca-
piendam eſſe, qvæ contrarium ſtatuat, in iis præ- 4
ſertim, qvi has ſubtilitates ignorant. Et adeò, qvòd in hoc *§. fin.* obſervant Dd. verum eſt, etiamſi legatum reddatur nullum v. g. lego Sejo 10. ſervos, exceptis iis, qvos Titio legavi; ſi nulli alii reperiantur, nullum eſt legatum. *l.65.pr. de leg. 1.*

# TITULUS X.
# De ſupellectile legata.

## Ad L. Supellex. 1. & 2. II. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*SUpellex legata qvid contineat. n.1.*
*Non referuntur hic Tapetes ſplendidiores, qvæ ad actus feſtivos in arcis continentur. 2.*
*An olim vaſa argentea in ſupellectile fuerint. 3. & 5.*
*Qvid hodiè obtineat. 4.*

1 PEr ſupellectilem legatam ſignificatur domeſticum patrisfamil. inſtrumentum, & omne, qvicqvid ad ornatum domus ſpectat, & ad uſum familiæ eſt deputatum, non libri, nec veſtes. *Barry lib. 9. tit. 13. n.1. Men.*
2 *l.4.præſ.160. n. 1.* Tapetes ſplendidiores, qvæ ad actus feſtivos in arcis continentur, non comprehendi puto hoc legato, & ita intelligo *Carpz. l.6.*
3 *reſp.34. num 30.* Notetur autem in fine *l. 3.* dici, qvod olim vaſa argentea non fuerint in ſupelle-
4 ctile, cum in uſu non fuerint, ſed hodiè ſecus, cum error jus faciat, de qvo *Hillig. in Donell.l.1.*
5 *c.5.lit.A. Sande lib. 2. tit.5.d.5.* Sed ſi qvis argentea vaſa in uſu qvotidiano haberet, legato continebuntur. *Alex.l.7.conſ. 216.in fin. & Barry l. 9. tit. 13.*

## ad L. Supellectilis. 6.

*SUMMARIA.*

*SUpellectilis nomine qvæ veniant. n.1.*
*Comeſtibilia excluduntur. 2.*

SUpellectilis ſunt ea, qvæ ad uſum commu- 1
nem patrisfamil. ſunt parata, qvæ nomen ſui generis ſeparatum non habent. *Barry d. l.*
*tit.13. num. 1.* Non probo autem, qvod dicit 2
*Franc. Balthaſ. tit.3. reſol.Bavar. 2. num. 5.* Comeſtibilia venire nomine ſuppellectilis, nec id ex *l. 11.* probatur.

## ad L. Labeo. 7. §. fin.

*SUMMARIA.*

*NOmina ſunt intelligenda ex uſu communi, non ex opinionibus ſingulorum. n.1.*

Ex

*Ex eo intellectus verbi pecuniæ deſumitur. 2.*
*Ampliantur dicta n. 1. licet teſtator ſupellectilis nomine contra communem uſum loqvendi certam ſpeciem exprimat. 3.*
*Qvid ex* §. fin. h. l. *colligitur. 4.*

1 NOn ex opinionibus ſingulorum, ſed ex uſu
communi nomina intelligenda ſunt. *Weſenb. hic n. 3.* Et communis uſus loqvendi in legatis prædominatur. *hic & l. 52. §. 4. de leg. 3. Card. Mantica de conject. ult. vol. l. 3. tit. 8. Pruckmann vol. 1. conſ. 34. n. 72. Berous conſ. 43. num. 8.
2 vol. 2. Decianus vol. 3. reſp. 47. num. 13.* Et ſic pecuniæ vocabulum communiter de pecunia parata uſurpatur, ita ut non contineat nomina. *Pruckmann vol. 2. conſ. 5. n. 154. Finckelth. obſ. 20. num. 10. & ſeqq. & Beſoldus in Theſ. pract. voce* Geld. *n. 30.*
3 Et hoc etiam in ſtatutis locum habet. *Finckelth. d. l. num. 32.* Nec obſtat, ſi ſupellectilis appellatione appellaverit teſtator, v. gr. veſtem. *hic & l. 10. h. tit.* qvia in imponendis nominibus appellativis communis hominum uſus ſpectandus eſt. *l. 1. pr. de leg. 1. Menoch. l. 4. præſ. 160. num. 26.* periculoſum eſſet admittere conjecturam voluntatis contra apertam ſignificationem vocabuli.
4 *Hillig. in Don. lib. 8. c. 4. lit. A.* Collige ex *h. l. § fin.* qvod mens potius, qvàm verba ſint attendenda, qvod ad ſententiam etiam extendit *Mev. p. 5. dec. 412.* ſcilicet, ut ſufficiat implere, qvod neceſſarium eſt.

### ad L. Legata. 9. pr.

*SUMMARIA.*

*ENumeratio ſpecierum adjecta ſupellectili in genere legata, non reſtringit legatum generis n. 1.*
*Qva hinc deciſio* Afflict. *2.*
*Limitatur. 3.*
*In decidendis hujus generis caſibus, conjecturis aliqvid tribuendum. 4. 5.*
*Si res planè dubia, qvid ſentiendum. 6.*

SI teſtator leget ſupellectilem, & deinde ali- 1
qvas ſpecies enumeravit, ut lectos ſpecierum enumeratio non reſtringit legatum generis. *hic & l. 12. §. pen. ſupr. de inſtrum. leg.* qvia illa ſpecierum enumeratio ex abundanti, & per imperitiam facta videtur *Hippol. Rimin. conſ. 216. n. 41. lib. 2.*
Hinc decidit *Affl. dec. 106.* legato omnium bono- 2
rum mobilium & ſupellectilium non reſtringi
bona mobilia. *Men. d. præſ. 160. n. 36.* Secus autem, 3
ſi determinandi legati cauſa addita ſpecies. *l. 18. §. pen. & l. 20. in fin. pr. ſupr. de inſtrum. leg.* Idqve
ex conjecturis puto ſumendum eſſe, qvod ex te- 4
xtibus ultimò allegatis demonſtrari facilè poſſet; nam ſi plures ſpecies enumerentur, tunc ex enumeratione ſpecierum accuratiori ſuſpicari licet, reſtringendi legati cauſa eam factam eſſe *Baebov. ad Tr. vol. 2. d. 13. th. 4. lit. D.* in contrarium
poteſt urgere affectio ſingularis erga perſonam. 5
*Ant. Faber l. 6. Cod. tit. 7. def. 2.* In dubio ſanè ſen-
tentiam Papiniani ſeqverer *in h. l.* licet ſecus 6
*Klock. vol. 3. conſ. 125. n. 21. & ſeq.*

### ad L. Qvemadmodum 12.

*SUMMARIA.*

*UNde ſupellex ruſtica, vel urbana æſtimanda. num. 1.*
*Lecti in diverſorio publico reperti, non pertinent ad ſupellectilem. 2.*

SUpellex alia ruſtica, alia urbana, non ſecus 1
ac penus alia urbana, alia ruſtica appellatur. *l. 4. §. pen. ſupr. de penu leg.* qvod non loci, ſed
uſus genere æſtimandum eſt. Sed an lecti in di- 2
verſorio publico reperti ad ſupellectilem pertinent? qvod negandum ex traditis & allegatis *Balth. de reſol. 2. n. 4.*

# LIBRI XXXIV.

## TITULUS I.

## De Alimentis & cibariis legatis.

### ad L. Si qvis. 2. §. fin.

*SUMMARIA.*

*ALimenta ex fundo debita, ipſum fundum afficiunt, hinc & ad fiſcum transeunt. n. 1.*
*Proponitur dubitandi ratio. 2*

1 QVando ex certo fundo alimenta ſunt præſtanda, onus hoc etiam fiſcum ſeqvitur, ſi ad illum bona pervenerint. Unde colligunt Dd. in reſervatione penſionis deſignatæ ex reditibus alicujus fundi, illum ſemper videri obligatum. *Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 164. Carpz. part. 1. conſt. 28. def.
152. in fin. Klock. vol. 2. conſ. 46. num. 152.* Licet 2
autem id in dubium vocari poſſit, qvia fiſcus non eſt ſucceſſor ſingularis, ſed univerſalis, & ſic onus non videtur tranſire in ſucceſſorem ſingularem, per *h. l. Franc. de Clapperiis in dec. cauſa 24. q. 3. n. 12. Klock. d. l. n. 153.* In Judicio tamen à ſententia communi non eſſe recedendum, putat *Klock. d. l. num. 155.*

### Ad L. 4. pr.

*SUMMARIA.*

*LIbertis fundo relicto, ut inde cibaria vel veſtiaria accipiant, proprietas legata videtur. n. 1.*

*Modus in favorem legatarii relictus, non cenſetur legatum reſtringere. 2.*
*Qvid hinc colligatur. 3.*
*In hoc legato, qvod ultra cibaria & veſtiaria reliqvum eſt, ad legatarios pertinet. 4.*
*Limitatur. 5.*
*An ex* §. 1. h. l. *probari poſſit, qvod alimenta nominatim ab herede relicta in ſubſtituto videantur repetita. 6.*
*Qvæ ex affirmativa formetur concluſio. 7.*
*Qvid in foro obtineat. 8.*

1 Libertis relictus fundus, ut inde accipiant cibaria & veſtiaria, qværitur, an proprietas, an
uſus, an uſusfructus legatus? R. proprietatem
legatam videri. *hic & l. pen. §. 1. h. t. & l. 8. §. 15.*
2 *de tranſact.* qvia modus in favorem legatarii relictus, non videtur legatum reſtringere. *Carpz. p. 3.*
3 *c. 13. def. 9. num. 5.* Et ideò colligunt Dd. qvando
fundus relictus eſt ad utendum fruendum, ad
alimenta, &c. qvod tunc proprietas legata, &
modus hoc caſu non reſtringat legatum. *Caſtillo de uſufr. c. 30. n. 4. plurimos allegans Carpzov. p. 3.*
4 *c. 13. d. 10.* Et ideò in hoc textu apparet, qvod ultra veſtiaria & cibaria ſupereſt, pertinere ad li-
5 bertos, &c. Sed limitatur hoc, niſi legatarius ſit
incapax, ut ſpurius, cui non indefinitè legari
poteſt. Et ideò, ſi pater ſpurio leget ad alimenta, jus perſonale erit. *Paleottus de Nothis c. 45. n. 8. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 196. Wiſſenb. vol. 2. diſp. 6. th. 1.*

6 Ex §. 1. Gloſſa & Dd. eliciunt hanc concluſionem, qvod alimenta nominatim ab herede
relicta, in ſubſtituto videantur repetita. Id qvo-
7 modo ex textu probetur, non video. Interim
tamen ſuper hac concluſione fundat aliam,
qvod piæ cauſæ legatum, licet ab uno ſit nominatim relictum, ex conjectura tamen voluntatis
ab alio etiam præſtari debeat. *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 2. n. 16. Tiraq. priv. pia cauſa. 36.*
8 *Hippol. Riminald. l. 1. conſ. 358. n. 250. & ſeq.* Et
ideò hunc textum ſingularem vocat *Surdus in Tr. de Alim. tit. 8. privil. 15.* Unde patet, hanc
ſententiam eſſe receptam, ut alimentis favorabilem, & nihil iniqvitatis continentem, & ideò
in judiciis ſeqvendam, qvod in alimentis fiat
extenſio diſpoſitionis à perſona in perſonam,
præſertim per *l. 13. h. t.*

## ad L. Legatis. 6.

### SUMMARIA.

*Qvid legato alimentorum contineatur. n. 1.*
*Excluduntur ea, qvæ ad diſciplinam pertinent. 2.*
*Limitatur. 3. 4.*
*Habitationem viduæ in anno gratiæ deberi in parochialibus ædibus, colligitur. 5.*

1 Legatis alimentis debentur omnia ea, ſine
qvibus corpus ali non poteſt, ut cibaria, veſtitus, habitatio. *Surdus in tr. de alim. tit. 4. qv. 1. & tribus ſeqq. Col. de alim. lib. 2. c. 1. Barry lib. 9. tit. 26. num. 4.* medicamenta. *l. 44. de V. S. Surdus qv. 5. Menoch. lib. 4. præſ. 157. num. 30. &c.* Lectus & ſtramenta. *l. 234. §. 2. ff. de V. S. Surdus q. 7. Menoch. l. 4. præſ. 157.* & pro ratione perſonæ etiam
vectura. *Surdus qv. 8. Menoch. d. l. n. 28.* & ligna.
*Men. d. l. n. 29. conf. Barry de Succeſſ. n. 29. tit. 26. n. 4. Mynſing. cent. 3. obſ. 12.* Sed qvæ ad animi 2
culturam ſeu diſciplinam pertinent, non veniunt, ſcil. qvando alimenta ex diſpoſitione hominis debentur, ſecus ſi propter conſangvinitatem, 3
vel ex Edicto Prætoris, & juſſu judicis debeantur. *l. 4. ff. ubi pupillus educari &c. Bart. in tr. de alim. n 3. Pontanus in ſimili Tr. c. 17. num. 21. Col. lib. 2. c. 1. n. 10. Surd. d. t. 4. q. 6. n. 4. Mynſ. cent. 3. obſ. 12. Steph. Fagundez. ad 10. præcepta ad qvartum præc. c. 20. n. 13. Garcias de Expenſis c. 3. n. 45.*
Literas legere ac pingere ſemper reqvirunt, per 4
*l. 5 §. 5. ff. de Carb. Edicto. Col. d. c. 1. n. 11.* Ex hac
*L. Carpz. l. 1. Juriſpr. Eccl. def. 187.* ſtatuit, etiam 5
habitationem viduæ in anno gratiæ deberi in
parochialibus ædibus, qvod extendit *def. ſeq.* licet vidua proprias ædes habeat.

## ad L. Pecuniæ. 8.

### SUMMARIA.

*Legatum cum onere alimenti ſemel acqviſitum, alimentario mortuo, non tenetur reſtituere legatarius. n. 1.*
*Præſtatio alimentorum non eſt differenda per remedium appellationis. 2.*
*Alimenta futura, qvæ debentur, non veniunt in compenſationem. 3.*

Qvamvis ceſſante cauſa legati, aliàs ceſſet
legatum. *Tiraq. in tr. ceſſante cauſa num. 1261.*
Aliud tamen eſt, ſi cauſa ceſſet ex poſtfacto, v. g. 1
ſi mihi aliqvid legatum, ut Titio alimenta præſtarem, ſi ſemel legatum adqviſivi, illô mortuô
non teneor reſtituere legatum, niſi ut nudus miniſter electus ſim. *Bart. hic.* Ex fine colligitur, fa- 2
vorem alimentorum tantum eſſe, ut dilatio eorum vel diſputatio verecundiam debitoris pulſet; Unde probant, ut & ex *l. 2. § 3. ff de Adminiſtr. rerum ad civit.* non licere appellare in cauſa alimentorum. *Sande l. 1. tit. 13. def. 4.* aut certè non
differtur executio. *Surdus de aliment. tit. 8 privil. 20. n. 19.* Et ideò alimenta futura, qvæ debentur, 3
compenſationem non admittunt. *Carpz p. 1. c. 8. def. 9. Surd. de Alim. tit. 8. priv. 53. Lauterb. ad tit. de compenſ. th. 3.*

## ad L. Alio. 9.

### SUMMARIA.

*Executor teſtamenti non habet facultatem diſtrahendi bona defuncti, ſed actionem habet contra here-*

*heredem pro legatis præſtandis usq; ad Falcidiam. n. 1. 2.*

*Limitatur. 3.*

*Executor teſtamenti alius merus, alius mixtus. 4.*

1 TItius, Cajo herede inſtitutô, mihi commiſit,
ut ea, qvæ ſolebat vivus præſtare libertis,
ego præſtarem poſt mortem ejus, qværitur, an
ego poſſim diſtrahere bona? Videtur qvod ſic,
qvia commiſsâ præſtatione alimentorum, videtur etiam commiſſum antecedens, ſed actionem
habet contra heredem, ut is præſtet pecuniam
2 ad ſolvenda legata, usq; ad qvartam Falcidiam.
Unde colligunt, nudum miniſtrum ſeu executorem teſtamenti non habere facultatem bona
defuncti diſtrahendi, ſed heredem. *Dn. Manz. in*
3 *cent. dec. q. 41. n. 2. & ſ.* ubi excipit executorem univerſalem, qvi datur hæreditati, nullô herede inſtituto. conf. etiam *Matth. Steph. ad Nov. 1. n. 22.*
4 Executor teſtamenti igitur alius merus, alius
mixtus eſt. Merus eſt, qvi ex teſtamento nullum
commodum conſeqvitur; mixtus verò, qvi ex
teſtamento ſentit commodum. Ille non poteſt
diſtrahere bona, ſed aget contra heredem. vid. *Simon de pratis de int. vol. ult. lib. 1. int. 1. dub. 2. n. 41. Barry de Succeſſ. l. 11. tit. 20. num. 4.*

## ad L. Is, cui annua. 11.

*SUMMARIA.*

*ALimenta legata debentur etiam in metallum damnatis. n. 1.*

*Explicatio legis ab* Oddo *reſtricta improbatur. 2.*

1 QVi in metallum damnatus reſtitutus eſt,
præteritorum annorum alimenta rectè percepit, & futurorum petet. Licet autem hanc Legem de plena reſtitutione intelligat *Oddus de Re-*
2 *ſtit. q. 97. art. 1.* Videtur tamen omninò aliqvid ſpeciale eſſe in alimentis legatis, qvod ea
non amittat deportatus, & deportato ea legari
poſſint, & deportatus retinet ea, qvæ ſunt juris
naturæ. *Joh. Petri Surd. de Aliment. tit. 8. priv. 7. n. 6. & ſ.* poſt alios. *Dn. Struv. Ex. Ex. 35. th. 65. Zaſ. h. t. num. 4.*

## ad L. Lucius. 12.

*SUMMARIA.*

*CErtus fundus pro alimentis relictis obligatus, non additus cenſetur ad reſtringenda alimenta legata, pro fructibus ex eo perceptis. num. 1.*

*Ratio ſuppeditatur. 2.*

*In dubio mentio fundi in legatis hiſce demonſtrationis cauſa cenſetur facta. 3.*

*Pro alimentis temporalibus legatis non competit jus hypothecæ. 4.*

1 SI prædia pro alimentis relictis obligentur,
licet ex prædio minus alimentis legatis percipiatur, integra tamen alimenta præſtanda,
qvia fundus non taxationis, ſed demonſtrationis cauſa additus. vid. *l. 5. ſupr. de Tritico legato. Wiſſenb. d. 33. th. 5. Surdus lib. 4. qv. 36. num. 2. & ſeqq.* Unde autem hoc conſtat? R. qvia prius
alimenta reliqvit, poſtea pignoris titulo obliga- 2
vit prædium, qvod favore legatarii factum: Ergo non videtur per id reſtringere legatum alimentorum, ne pignoris datio in favorem alimentorum facta contrarium effectum operetur. *Zaſ. h. t. n. 3.* Et mentio fundi tantum facta demon-
ſtrationis & ſecuritatis gratia, & in dubio in tali- 3
bus legatis, vel etiam contractibus mentio fundi demonſtrativè, non taxativè videtur facta.
*Berous conſ. 17. n. 17. vol. 1. Dn. Mev. p. 1. dec. 114.*
Colligitur etiam ex hac lege, pro alimentis temporalibus legatis non competere hypothecæ 4
jus. vid. *Franc. de Clapperiis in dec. causa 24. q. 3. §. 9.* Sed conf. *not. ad l. 38. de uſufr. leg.*

## ad L. Cajo. 13.

*SUMMARIA.*

*LEgatum cum onere alimentorum teſtamento relictum, qvod poſtea ſine mentione oneris per Codicillos alii factum, cenſetur onere ſuo in codicillis repetitum. n. 1.*

*Morari apud aliqvem juſſus legatarius, non amittit legatum, ſi diſceſſio fiat citra factum legatarii. 2.*

*Nec amittit, ſi juſtam diſceſſionis cauſam producere poſſit. 3.*

TEſtator Cajo trecentos aureos legaverat, 1
eumqve gravaverat præſtare alimenta qvibusdam libertis. Deinde teſtator fecit codicillos,
in qvibus pecuniam legatam Cajo, reliqvit ſimpliciter Publio Mevio, dubitatum fuit, an illud
onus præſtandi alimenta libertis cenſeatur repetitum in codicillis, & Publio Mevio injunctum? qvod aff. *hic & l. 3. ſupr. de Inſtructo. Menoch. conſ. 626. n. 8. Ceph. conſ. 67. n. 23. lib. 1. Sfortia Oddus conſ. 98. n. 24. & ſ.* Huc poſſunt referri, qvæ
ad *l. 4. §. 1. ſupra* dicta ſunt.

In §. 1. autem dicitur, ſi alimenta liberto 2
vel alii relicta ſint, qvoad apud hæredem morabuntur, id intelligendum eſſe, etiamſi mortuus
eſſet is, apud qvem morari debuit legatarius,
qvia per eum non ſtetit, & particula (*qvoad*)
excluſiſſe videtur legatarium, ſi ſponte ſua deſeruerit heredem. Imò ſi juſta cauſa diſceſſio- 3
nis fuit, adhuc tamen debebitur legatum, per
*§. 2. hujus legis.*

## ad L. Maja. 14.

*SUMMARIA.*

*ALimenta ſine expreſſione certi temporis legata qvousq; relicta videantur. n. 1.*

*Ad pubertatem usq; relicta, ad plenam pubertatem præſtanda ſunt. 2.*

*Alimentis relictis, qva vivus præſtabat teſtator, qva veniant. 3.*

*Relictis iis, qvæ præſtare ſolitus erat, qvæ attendenda. 4.*
*Legatum aqvæ qvid comprehendat. 5.*
*Lectio* §.ult.h.l. *mendoſa judicatur. 6.*
*Corrigitur. 7.*

1 QVando alimenta ſimpliciter legata ſine præ-
finitione certi temporis, inſpiciendum eſt,
qvid teſtator voluerit, ſi de hoc non conſtet, præ-
ſumitur reliqviſſe alimenta per totum vitæ tem-
2 pus. *Ricc. deciſ. collect. 370.* Qvando autem ali-
menta relicta ſunt usqve ad pubertatem, tunc
videntur relicta maſculis ad annum 18. fœmellis
ad annum 14. qvi ante eam ætatem non poſſunt
acqvirere victum ſuum, per *§. 1. h. l. Menoch. d.
præſ. 157. num. 35. Cremens. ſingular. 77. Surd. tit. 8.
privil. 58. Moutanus de tutel. c. 5. num. 127. Mynſing.
3 cent. 3.* Si enim teſtator alimenta, qvæ præſtabat
vivus, alicui reliqverit, ea demum præſtanda,
qvæ mortis tempore noviſſimo præſtiterat, & ſi
variè præſtitit, noviſſima præſtatio attendenda,
per § *2. h. l. Cagn. in L. Diem functo. n. 96. ff. de off.
Aſſeſſ. Surd. q. 19. num. 10. & ſeq. Mantica l. 6. t. 9.*
4 Aliud eſſe videtur, ſi legaverit, qvæ præſtare ſo-
litus erat, nam tunc non noviſſima, ſed freqven-
tior præſtatio attendenda eſt. *Straċha de mercat.
part. 1. num. 8. Cagn. d. l. num. 96. & Berous vol. 3.
5 conſ. 157. n. 15. ſeq.* Qvi reliqvit aqvam, non ſervi-
tutem relinqvit realem, ſed jus perſonæ, & ideò
nec prædium, nec vicinitas prædii reqviritur,
6 per *§. fin.* Lectio autem hujus §. procul dubio
mendoſa eſt. *Don. l. 11. c. 7. & ibi Hillig. lit. E. Lon-
govall. in repet. L. Imperium. ff. de Jurisd. num. 237.
Kohlius Exerc. 6. n. 22. Frauzk. ad tit. de S. R. P. num.
7 24.* Verba enim incipientia, *Nam & hauſtus a-
qvæ &c.* usqve ad verba *exprimenda utendi* pa-
rentheſi includanur.

## ad L. A filio. 15.

*SUMMARIA.*

ONus legati, agnoſcentis executioni demandatum, tranſit ad ejus heredes. n. 1.
*Legans omnibus ſuis libertis alimenta, qvæ vivus præſtiterat, non videtur determinationem referre ad numerum perſonarum, ſed ad qvantitatem alimentorum. 2.*
*Qvid ratione temporis, qvo alimenta non præſtitit. 3.*

1 MUlier, ſi agnovit legatum, debet etiam exe-
cutoris officium in eodem teſtamento ſibi
injunctum ſuſcipere, & hoc onus tranſit in he-
2 redem, ſi omnibus libertis ſuis legat alimenta,
qvæ viva præſtiterat, licet tribus tantum præſti-
terit, reliqvis tamen etiam præſtanda alimenta,
qvia relativum determinat id, ad qvod proximè
refertur, ſcilicet qvantitatem alimentorum, non
3 verò perſonas, qvibus alimenta debentur. Sed ſi
certo tempore non præſtitit, idem tempus etiam
in fideicommiſſo exceptum præſumitur *§. 2. h. l.
vid. hic Bart.*

## ad L. Alimenta. 16. pr.

ONus alimentorum incumbens defuncto, tranſit ad heredes. *Surd. de Alim. tit. 1. q. 34. n. 3. vid. not. ad l. 13.*

## ad L. Libertis. 18.

*SUMMARIA.*

A*Limenta teſtamento qvibusdam relicta, minuuntur, codicillis poſtea generaliter conceptis. num. 1.*
*Gemina ratio ſuppeditatur. 2. & 4.*
*Conciliatio* l. 12. ff. de probat. *remiſſivè. 3.*
*Alimenta debita non ſoluta peti poſſunt tam præterita qvàm futura. 5.*
*Legatum ab herede certo anno ætatis ſuæ præſtandum, an & qvando, ſi demortuus non conſecutus illum ætatis annum, peti poſſit. 6.*
*Legatis in genere ademtis, non includuntur legata ad pias cauſas. 7.*

SI teſtator in teſtamento qvibusdam libertis 1
legavit alimentorum nomine 10. poſtea o-
mnibus libertis in codicillis 7. hoc poſterius le-
gatum tantum valet, non ſecus, ac ſi prius teſta-
mento relictum revocatum eſſet. Ratio hujus 2
in natura alimentorum, qvæ non iterantur. Nec 3
igitur obſtat *L. Qvingenta 12. ff. de probat. vid.
Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 42. Rim. vol. 5. conſ. 492.
num. 35. & ſeq. Harpr. in §. 6. Inſtit. de legat. in fin.*
Alii rationem collocant in eo, qvod in diverſis 4
ſcripturis qvis facilius ſe corrigere præſumatur,
qvàm in uno inſtrumento. *Petr. Peckius in c. ge-
neri. 34. de R. J. l. 6. n. 4.* Alimenta autem debita 5
non ſoluta peti poſſunt, tàm præterita qvàm fu-
tura, per *§. 1. h. l.* Si autem certo anno ætatis ſuæ 6
heres qvid præſtare mihi juſſus eſt, herede licet
mortuo, id non præſtandum citius, qvàm ſi he-
res, ſi vixiſſet, illum ætatis annum fuiſſet conſe-
cutus, per *§. 2. h. l.*

Ex *§. 3.* cujus ſpecies plana, colligunt in ad- 7
emptione legatorum generali non venire relicta
ad pias cauſas. *Surd. tit. 8. c. 10. Maſc. concl. 1287.
n. 28. Mantica lib. 12. tit. 2. num. 23. Harpr. ad Inſtit.
h. t. n. 8.*

## ad L. 20. §. 2. vid. not. ad l. 19. ff. de annuis leg.

## ad L. Diariis. 21.

*SUMMARIA.*

D*Iariis vel cibariis legatis, qvæ continentur. n. 1.*
*Alimenta & cibaria qvo caſu æqvè latè pateant. 2.*

Dia-

1 DIariis vel cibariis legatis, neqve habitatio
neqve veſtiarium, neqve calcearium debe-
tur, qvoniam de cibo tantum ſenſit teſtator, nam
cibaria ſunt tantùm alimentorum ſpecies, & qvi-
dem veſtiariis contradiſtinctæ. *Col. lib. 1. de alim.*
*c. 15. n. 49. Simon. de Pratis de interpr. ult. volunt.*
*l. 4. interpr. 1. dubitat. 11. n. 43.* Sed videtur dicen-
dum, per alimenta cibaria tantùm intelligi, per
*l. 8. §. 12. ff. de Tranſact.* Sed reſp. *Wiſſenbach. d. 2.*
*d. 6. ib. 1.* ultimas voluntates latius, transactiones
2 ſtrictius eſſe interpretandas. Legatis tamen di-
ariis vel cibariis, potus etiam videtur legatus.
*arg. l. 19. §. 12. tit. ſeq. Bart. d. tr. n. 7. Surd. tit. 4. q. 3. n.*
*6. Aliter Ant. Faber ad §. 12.*

### ad L. Cum alimenta. pen. pr.

*SUMMARIA.*

*QVa attendenda in determinatione alimento-rum, ſi indefinitè relicta per fideicommiſſum. num. 1.*

*Legatum alimenti non vitiat incertitudo. 2.*

CUm alimenta per fideicommiſſum ſunt reli-cta, non adjectâ qvantitate, ante omnia in-ſpiciendum eſt, qvid defunctus ſolitus fuerat præſtare, deinde qvid cæteris ejusdem ordinis re-liqverit: ſi neutrum apparuerit, tum ex faculta-
tibus defuncti & charitate ejus, cui fideicom-
miſſum datum, modus ſtatui debet, vel ex con-
ditione legatarii, ſi maritus nobilis. *Surdus tit. 4.*
*q. 15. Col. l. 1. c. 15. n. 19. Menoch. d. l. n. 39. & ſeqq.*
Unde colligunt, alimenta legata non vitiari per 2
incertitudinem. *Surd. de alim. tit. 8. priv. 17. vid. l.*
*Si cui 14. ſupr. de annuis legat. conf. Mantica l. 6.*
*tit. 11. Sim. de Pratis l. 1. int. 2. dub. 2. ſol. 2. & ſeqq.*
*Zaſ. h. 1. n. 3.*

### ad L. Rogatus es. ult.

*SUMMARIA.*

*LEgatum educationis involvit debitum alimen-torum. n. 1.*

*Cui liberos alere commiſſum, cenſentur ſimul ali-menta relicta. 2.*

QVando qvis educationem alicui injungit, 1
tunc educando alimenta videntur relicta.
*Coler. de aliment. l. 1. c. 15. n. 60.* Interdum tacitè 2
etiam relinqvuntur alimenta, v. gr. ſi jubeantur
liberi ali apud matrem, nam tunc videntur et-
iam matri alimenta relicta. *Simon de Pratis de*
*intell. ult. vol. lib. 4. int. 1. dubit. 11. n. 4. Menoch.*
*d. l. num. 2. Barry d. t. 26. n. 1. conf. Surdus tit. 2. per*
*tot.*

# TITULUS II.

# De auro, argento, mundo, ornamento, ungventis, veſte vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

### ad L. Si alii. 1. §. 1.

*SUMMARIA.*

*LEgatum auri vel argenti non comprehendit pe-cuniam. n. 1.*

*Præſtatio pecuniæ pro certo pondere auri vel argen-ti legato, liberat heredem. 2. & 3.*

1 SI aurum legetur vel argentum, non vide-
tur pecunia legata, per *l. 19. pr. h. t.* Si ta-
men certum pondus auri vel argenti lega-
2 tum, pro heredis commodo & utilitate
permiſſum eſt, ut poſſit heres pecuniam, ejus-
dem tamen æſtimationis, præſtare. *Menoch. lib.*
*4. præſ. 162. num. 6. ſeq. Barry lib. 9. tit. 17. num. 3.*
*Wammeſ. tit. 1. conſ. 266. num. 4. 6. & 9.* Et hoc
caſu ipſo jure liberatur heres, qvia non eſt lega-
3 tum certæ rei, ſed generis, non comprehenſi ſub
certa ſpecie, qvod formaliter per pecuniam nu-
meratam præſtari dicitur. Nam ſpecies auri vel
argenti ſignati, eſt de eadem materia, & facilè re-
ducibilis, & ſic facilè hæc convertuntur, & lega-
tario magis prodeſt, habere aurum ſignatum,
qvàm rude. *Joh. Wammeſ. conſ. 247. n. 8. vol. 1.*

### ad L. Qvi tibi.

*SUMMARIA.*

*AN ornamenta ex mandato reſoluto poſt mortem comparata, ſub legato ornamentorum uxori relicto contineantur. n. 1.*

*Deciditur. 2.*

*Qvid ſi ornamenta mortuâ uxore comparata. 3. & 4.*

MAndavit maritus tibi, ut emeres ornamen- 1
ta in uſum uxoris, deinde priusqvam emis-
ſes, moriens legavit uxori, qvæ ejus cauſa parata
ſunt; poſt mortem mariti emiſti ignorans, qvam-
vis morte mandatoris ſit extinctum mandatum,
tamen, qvia ignorans emiſti, ultro citroqve eſt
mandati actio, heredibus mariti teneris hac
actione, ut præſtes, qvæ poſt mortem mariti emi-
ſti. Qværitur verò, an hæc empta ſub legato uxo- 2
ri relicto contineantur? Qvod negatur, qvia ver-
bum *Erunt* ad tempus mortis refertur. Verum
qvid ſi vivo testatore poſt mortem uxoris ea 3
emeris? R. in poſtea emptis legatum non con-
ſiſtere. *Cujac. in Tract. 2. ad Africanum Tom. 2.*
*pag. 1886.* conf. *Cujac. lib. 10. obſ. 16. Menoch. conſ.*
*267. n. 4.*

*267. n. 4. & ſ.* ubi dicit, non poſſe dici comparata ejus cauſa, qvæ mortuâ eâ empta.

## ad L. Si ita. 7.

### *SUMMARIA.*

*Legatum indefinitè prolatum, refertur ad tempus conditi teſtamenti. n. 2.*
*Exempla. 1. 2.*
*Limitatur. 4. 5.*

1 SI qvis ſuas veſtes vel argentum legaverit, intelligitur de eo, qvod habuit tempore teſta-
2 menti. Unde colligunt, legatum ſimpliciter & indefinitè prolatum, ad tempus teſtamenti referri. *Covarruv. qv. pract. 2. num. 5. Anton. Rubeus ad l. Non ſolum §. morte num. 201. in repet. Juris de oper. nov. nunt. Ricc. coll. dec. 546. Men. conſ. 67. n. 128. & conſ. 106. num. 26 Rom. ſingular. 503. Finckelth. obſ. 27. conf. not. ad l. 41. §. 4. ff. de legat. 3.*
3 Unde infertur, ſi eqvos ſuos qvis leget, eos intelligi, qvos habuit tempore teſtamenti; ſecus ſi
4 eqvitium ſit legatum. *arg. l. 13. pr. de pign. Dilectus de arte teſtandi tit. 6. c. 10. Petr. Peckius de teſtam. conject. l. 5. c. 29. num. 3. Wiſſenbach. hic th. 9.* qvia ibi ſermo eſt de re univerſali legata, ſub voce collectiva. *Card. Mantic. de conject. l. 3. tit. 11.*
5 *n. 13. Menoch. l. 4. praſ. 127. n. 26.* Interdum verò tempus mortis attendimus, ut in *l. 21. de leg. 1. l. 65. de leg. 2. l. pen. de inſtructo vel inſtrum. leg. l. 178. de V. S. l. ult. de uſufr. leg. Wiſſenbach. h. t. th. 10.*

## ad L. Cum certum. 9.

### *SUMMARIUM.*

*Monetæ in genere legatæ, valor ipſius refertur ad tempus conditi teſtamenti.*

QVando certa ſpecies monetæ non relinqvitur, ſed in genere, nonulli putant, attendendum eſſe valorem tempore ſolutionis, ut ex *h. l.* concludit *Rom. ſingul. 519. Menoch. conſ. 158. n. 12.* conf. *Ant. Burgos in c. cum dilecti. n. 39. X. de Empt. Molinæus de contract. uſur. num. 745.* Sed per præſens tempus alii rectius intelligunt tempus teſtamenti. *Gail. lib. 2. obſ. 73. num. 4. Carpz. p. 3. conſt. 28. def. 3. Berlich. dec. 206. Finckelth. obſ. 27. num. 18.* vid. *not. ad l. 41. §. 4. de leg. 3.* Sic legatum pecuniæ, cujus valor variat, ſolvendum juxta valorem, qvi fuit tempore teſtamenti, non tempore mortis. *Carpz. p. 2. c. 28. d. 8. & lib. 6. reſp. 21.* ita Facultas noſtra reſpondit menſ. Jun. Anno 1661.

## ad L. Qvintus Mutius. 10.

### *SUMMARIUM.*

*Legatum auri vel argenti, qvod uxoris cauſa comparatum eſt, uxori relictum, qvid contineat.*

QVando qvis uxori legat omne aurum vel argentum, qvod uxoris cauſa paratum eſt, hoc intelligendum de eo ſolo, qvo ipſa ſola, non verò de eo, qvô cum marito vel cum liberis utebatur uxor. Bart. *qvem allegat Menoch. d. l. n. 26. & ſ.* eam eſſe rationem dicit, qvod uſus non recipiat diviſionem, & ſic etiam de veſte dicendum.

## ad L. Species. 15.

### *SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Qvid ex* h. l. *colligat* Carpzovius. 2.

SI ſpecies auri & argenti legata, & petitum, ut 1
qvicqvid in eo legato eſſet, reſtitueretur Titio, additâ hac clauſulâ, *illorum uſusfructus legatario, dum vivet, ſufficit;* non videtur uſusfructus legatus, ſed fideicommiſſum. *Mantica l. 9. t. 5. num. 12. Carpzov. p. 3. conſt. 13. def. 9. num. 4. & def. 10. n. 3. Caſtillo de uſufr. c. 30. num. 16. Fachin. lib. 5. c. 46. Roman. ſingul. 563. Cujac. l. 10. obſ. 39. Wiſſenb. d. 19. th. 2:* Ex hoc textu *Carpzov. p. 3.* 2
*c. 8. d. 31.* concludit, ſi heres in domo inſtitutus, & hæc poſt mortem ejus alii legata, fideicommiſſum eſſe, & non poſſe alienari, & præſtandam eo nomine cautionem.

## ad L. Cum aurum. 19. pr.

### *SUMMARIA.*

*Auro vel argento omni legato, non continetur pecunia aurea. n. 1.*
*Limitatur. 2. 3.*
*Certo pondere auri vel argenti legato, intelligitur tantùm maſſa infecti auri vel argenti. 4.*
*Auri infecti nomine non intelliguntur ea, qvæ elaborari cœpta. 5.*
*Legatis veſtibus veniunt & iſta, qvæ confici cœpta, licet non perfecta. 6.*
*An ex* h. l. *probari poſſit, deſtinatum haberi pro re perfectâ. 7.*
*Eſcario argento legato, qvæ contineantur. 8.*
*Legatum ſic conceptum:* das Silberwerck/ ſo ich zu eſſen gebraucht/ *qvæ comprehendat. 9.*
*Acceſſorium unde cognoſcatur. 11.*

AUrô vel argento legato, pecunia tamen aurea non continetur, qvia cum formam publicam induerit, in aliam ſpeciem tranſiit. *Zaſ. hic n. 2.* conf. *Tiraq. de Retract. lign. gl. 20. n. 1. & ſeqq. Butigella in rep. l. qvod te. n. 32. ff. Si certum pet. Menoch. l. 4. praſ. 162. n. 6.* Eſt enim aurum ſignatum non aurum ſimpliciter. *Fr. Barry de Succeſſ. lib. 9. tit. 17. num. 1. Decius conſ. 381.* Sed habet hæc 2
lex ſuas limitationes, ut ſi 1. communis uſus loqvendi ſit in contrarium, de qvo *Tiraqv. d. l. n. 2. & ſeqq.* qvi in Gallia locum habet. *Barry d. l.* qvod

3 qvod de Belgarum moribus non vult affirmare *Grænvvegen ad l.27.§.1.h.t.* 2. Si teſtator haberet monetam argenteam, qvæ in uſu non eſſet, vel ſi non habeat argentum, niſi ſignatum. *Barry d.l.*

4 Ex *§.1.& 2.* probatur, qvod ſi teſtator certam qvantitatem, vel pondus auri vel argenti legaverit, qvod tunc maſſam infecti auri vel argenti legaverit, non verò vaſa. *Men. lib.4.pr.ſ.162. num. 4. Barry de Succ.l.9.t.17.num.3.* Aliud verò, ſi certum pondus vaſorum aureorum legaverit, qvod per ſeparatit.

5 Ex *§.11.* nota, auri infecti nomine non venire
6 illud, qvod elaborari ceptum, licet non perfectum: Unde inferunt, legatis veſtibus etiam eas legatas videri, qvæ qvidem ceptæ, ſed nondum ſartæ, nec perfectæ. *Mant.lib.9. t.3. n.14. Menoch. l.4.præſ.161.n.20. Barry lib. 9.t.14.num.3. Tiraqv. in tr. ceſſante cauſa. p.1. lim.12.num.19. Zœſ.h.t.num.3.*
7 Alii ex hoc §. probare intendunt, qvod deſtinatum habeatur pro re perfecta. *Pr. Cremenſis ſing. 60. & Rom.ſing. 104. qvos refert Gail. lib. 2. obſ.11. n.2.* Sed id ex *h.l.* ita univerſaliter non probatur, cum *hic* non de nuda deſtinatione, ſed operis inchoatione ſermo ſit, de opere elaborato, ſed non perfectè, qvod ideò pro maſſa haberi neqvit.

8 Ex *§.12.* nota, eſcariô argentô legatô, etiam potorium intelligi, & venire aqviminarium vel aqvimanuale, id eſt vas ad abluendum manus. *Menoch. d.præſ.162.num.19.* Si qvis apud nos ita le-
9 garet, das Silberwerck/ ſo ich zu eſſen gebraucht/ hic venirent etiam potoria & aqvimanualia, Silberne Hand-Becken und Gieſſkannen. Aliud
10 in cacabis & ſimil. qvia ſunt inſtrumenta coqvinaria. *Menoch.d.l.num.22.Cujac.l.2. obſ.c.6. Barry d. num. 5.*

11 Ex *§.13. & fin.* notes, cum qværitur, qvid cui cedat ut acceſſorium, ſpectandum eſſe illud, qvod ejus rei ornandæ cauſa adhibetur, non qvæ res eſt pretioſior; Nam & pretioſior res alteri accedere, & ſicut acceſſorium cenſeri poteſt. *Sixtin. vol. 2. conſ.Marp.7.n.59. Carpz.dec.41.n.21.*

## ad L. Veſtimentum. 22.

### SUMMARIA.

*Difficilis* hujus legis *intellectus communiter probatus. n.1.*

*Probatio ejus non omninò firma judicatur. 2.*

1 Difficilis hæc lex; ſolet tamen ita intelligi, qvod veſtis ſecta, vel pannus ſectus, ut ex eo fieret veſtis, qvæ apud ſartorem eo fine exiſtit, licet nondum veſtis ſit conſuta, tamen in legato veſtis veniat, ut *Tiraqv. in tr.ceſſante cauſa.p.1. lim.12.num.20.poſt Cremenſem ſing.64.Petr.Peck. de teſtam. conj.l.5.c.14.n.2. à ſe relatos ſtatuit Menoch. l.4. præſ. 161. num.20. Simon de prætis. l.4. int. 1. dub.10. Mantic.lib.9. tit.3.num.14.Barry l.9.*
2 *t.14.n.3.* Sed qvamvis hæc ſententia concedatur. *arg. l.19. §.11. h.t.* non tamen id firmiter ex hoc obſcuro textu probatur.

## ad L. Veſtis. 23.

### SUMMARIA.

*Veſtium legato qvæ contineantur, remiſſivè num.1.*

*Includuntur acceſſoria, licet majoris pretii; qvam ipſæ veſtes. 2.*

*An & veniat veſtimentum ſtatuto prohibitum. 3.*

*Legatum veſtis viduæ teſtatoris ab herede præſtandum, intelligitur de veſtibus vidualibus. 4.*

*Qvæ intelligantur, ſi non facta mentione viduæ, uxori teſtatoris heres de veſtibus providere juſſus. 5.6. & 7.*

*Veſtibus legatis in dubio etiam continentur feſtivæ. 8.*

Veſtium legato qvid contineatur, explicat 1
*hic* JCtus. Nomina varia veſtium explicat ex aliis *Menoch. l.4.præſ. 161. in princ.* Et notan- 2
dum hic, ex ſententia JCti etiam acceſſoria venire, licet plus valeant, & majoris ſint pretii, qvàm ipſæ veſtes, ut poſt *Rom.ſing. 628. & Peckium de teſtam. conjug. lib.5.c.14. à ſe relatos* ſentit *Menoch. lib.4.præſ.161. num.13. Simon de Prætis lib.4. int. 1. dubit.10. num.13. Barry de ſucceſſ. lib.9.t.14.num.2.* Sed qvid ſi veſtimentum ſtatuto prohibitum, an
id etiam legata veſte debeatur? Non deberi, dicit 3
*Bart. in l. qvamvis 26.* æſtimationem deberi dicit *Pr. Cremenſ. ſing. 65. Menoch. d.l. num. 24. & ſeq.* Sed putarem ipſam veſtem deberi, nam poſſet veſtem aliò locô, ubi non eſt prohibita, vendere, & procul dubio hæc fuit mens teſtatoris, qvi ſtatuti non fuit ignarus. Porrò ſi teſtator juſſerit, ut 4
heredes veſtirent viduam ſuam, de vidualibus veſtibus id intelligendum eſſe, dicit *Menoch. d. caſu 161. num. 27. & ſ.* Aliud verò, ſi indefinitè di- 5
cat, qvod heres de veſtibus providere debeat uxori, nam hoc non de uno anno, ſed de ſingulis annis veſtiendà uxore intelligendum eſſe (niſi mos 6
regionis refragetur, & ſi opes relictæ hoc admittant) dicit *Tiraq. in Tr. l. boves §. hoc ſermone limit. 2.ff.de V.S. Peckius d.cap.14.n.6.* qvos ſeqvitur *Menoch. d. l. in fin. Barry d. tit.14.n.6.* Sed id 7
melius ex verbis teſtamenti ſumi poſſe, exiſtimo, vel conjecturis, cum *Mant. de conject. l.6.tit.11.* In dubio ſanè, veſtibus legatis venient etiam 8
feſtivæ & ad ornatum factæ. *Mantica de conject. lic.9.tit.3.n.23.Carpz.p.3.Jurispr.conſt.13.d.24.*

## ad L. Qvintus. 27. §. 2.

### SUMMARIA.

*Argento omni ſuo legato, non venit id, qvod in credito eſt. n.1.*

*Qvid propriè ſuum eſſe dicatur. 2.*

Si qvis omne ſuum argentum leget, procul du- 1
bio de eo non ſenſit, qvod in credito eſt. *Struvius. Ex. 35. th. 71. Men. d.præſ.162.n.28.* Collige 2
ergò, illud propriè ſuum eſſe, in qvo qvis habet dominium vel proprietatem. *hic & l.34.h.t.Men. conſ.129.n.25.Barboſa l.17.c.77.ax.1.*

ad

## ad L. Cum in teſtamento. 28.

*SUMMARIA.*

*Legato auro vel argento, qvod ſui uſus cauſa habebat teſtator, qvid contineatur. n. 1.*

*Doctor legans libros, qvibus ipſe uſus fuit, non cenſetur legaſſe, qvos habuit in uſum juventutis. 2.*

1 QVando teſtator legavit aurum vel argentum, qvod ſui uſus cauſa habebat, continetur tantum illud, qvo ipſe teſtator qvotidiè utebatur, non qvod ad ludos, aliasqve apparationes commodare conſveverat. Unde inferunt hic *Dd.*
2 *& Menoch. d. l. n. 24. & ſeq. Barry d. l. n. 6.* ſi Doctor habeat libros qvosdam in uſum juventutis, ut iis commodaret, non contineri libros hos in legato, qvando legaſſet libros, qvibus ipſe uſus fuit. Dd. plures allegat *Menoch.*

## ad L. Si qvis ita legaverit, 30.

*SUMMARIA.*

*Legato uxori mundo, ſeu iis, qvæ uxoris cauſa parata ſunt, utrumq; debetur. n. 1.*

*Idem in vino legato, qvod in urbe habetur, ſeu in portu. 2.*

*Dictio* ſeu *ultimæ voluntati appoſita qvid involvat. 3.*

1 QVando qvis legavit uxori mundum, ſeu qvæ ejus cauſa parata ſunt, utrumqve debetur;
2 Idem, ſi vinum lego, qvod in urbe habeo, ſive in
3 portu. Unde inferunt, dictionem *(Seu)* ultimæ voluntati appoſitam, non disjunctivam, ſed coagmentativam eſſe. *Cremenſ. ſingul. 56. Decius conſ. 69. n. 7. & qvos citat Covarr. l. 2. reſol. c. 5. n. 10.* qvi tamen diſſentit, & rationem hanc eſſe dicit, qvod particula hæc inter genus & ſpeciem poſita. Hæc tamen interpretatio exemplo ſecundo vix convenit. conf. *Wiſſinbach. th. 3.* ubi ex *Alex. ab Alex.* exemplum allegat, & *Dn. Struvium hic th. 72.*

## ad L. Pediculis. 32.

*SUMMARIA.*

*Legato auro, veniunt gemmæ annulis incluſæ. n. 1.*

*Legato omni ornamento muliebri, non continentur ornamenta venalia. 2.*

*Acceſſorium unde judicetur. 3.*

1 IN legato auro venire etiam gemmas annulis
2 incluſas, ex *princ. & §. 1.* colligitur. Legato omni ornamento muliebri, non videntur venalia ornamenta legari. *Pin. ad Rubr. C. de bon. ma-*
3 *tern. part. 1. n. 40. & ſeq. Cravetta vol. 5. conſ. 960. n. 8.* Et ex aſpectu judicandum eſſe, qvæ materia
4 alteri accedat, per §. 5. Nam ſi electrinum poculum ipſum ſit, licet patella aurea, ad electrina tamen pertinet. Enumeratio ſpecierum non reſtringit genus præcedens, *per §. 6.*

## ad L. Inter veſtem. 33.

*SUMMARIA.*

*Legatis muliebribus veſtibus, an contineantur & illæ muliebres veſtes, qvibus teſtator uſus fuit ob commoditatem in cœnâ. n. 1.*

*Excluduntur veſtes utriq; ſexui communes. 2.*

SI Teſtator ob commoditatem in cœnâ vel veſperi fuerit uſus muliebribus veſtibus, & ille 1
legaverit Titiæ muliebres veſtes, illæ non veniunt in legato, niſi alia mens teſtatoris appareat. Sic nec veſtes utriqve ſexui communes venient, licet ſecus in contractu, per *l. Si mihi de* 2
*V. O. Cujac. ad l. 83. d. tit. & J. Faber lib. 1. Semeſtrium. cap. 15.* & ex his *Barry tit. 14. in fin.*

## ad L. Sejæ. 36.

*SUMMARIA.*

*Optione poculorum aureorum relictâ, ſi nulla adſint, an alia hujus generis vaſa debeantur. n. 1.*

*Deciditur. 2.*

*An, ſi pocula aurea non adſint, argentea eligi poſſe, rectè ex hoc textu colligatur. 3.*

SEjæ erat relicta optio poculorum aureorum, 1
ſed nulla fuerunt in hæreditate pocula aurea, ex qvibus vinum bibitur, ſed trullæ, ſcyphi, &c. qvæ effundendo potius, qvam bibendo vino inſerviunt, qværitur, an hæc debeantur? videtur qvod non; ſed affirm. qvia hæc pro potoriis ha- 2
buit. Unde Dd. colligunt hîc, qvos ſeqvitur *Guido Papæ ſingul. 286. & 382.* electione poculorum 3
aureorum legatâ, ſi nulla reperiantur aurea, videri electionem inter argentea relictam; ſed hîc non de diverſitate materiæ fit mentio, ſed formæ. vid. *Barry d. t. 17. n. 9.*

## ad L. Titia. 38. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Eccleſiæ imagine legatâ, in qvâ materia præſtanda ſit. n. 1.*

*In legatis piis id comprehenditur, qvod majus eſt, non qvod minus. 2.*

QVando qvis Eccleſiæ legat imaginem, & in 1
Eccleſia non ſunt, niſi argentea & ærea ſimulacra, non debetur aureum, qvia tale nullum eſt, ſed argenteum, non æreum, juxta veriorem lecturam. Unde concludunt Dd. in legatis piis 2
id comprehendi, qvod majus eſt, non qvod minus. *Covarr. in cap. indicante. 4. de teſtam. n. 5. & ſeq. Mant. lib. 6. tit. 3. de conject. n. 35. & ſeq. Roman. ſingul. 521. Cagn. in l. Semper in obſcuris de R. J. n. 10.* Diſſentiunt *Surd. dec. 298. n. 3. & Tiraqv. privil. piæ cauſæ 25.* Et mendoſa lectio videtur *Gothofredo.*

ad

### ad L. Pen.

Legatum reſtringitur ſecundum perſonam Legatarii, ut ſi mundus muliebris legetur uxori, de eo intelligatur, qvi uxoris cauſa paratus ſit. *Bart. hic.*

### ad L. Ult. pr.

*SUMMARIUM.*

*Legans alicui argentum viatorium, cenſetur id legaſſe, qvo uſus eſt tempore teſtamenti conditi.*

TEſtator argentum viatorium dari voluit comiti ſuo, ſed teſtator varias expeditiones ſuſcepit, & varia ſupellectilia uſurpavit, tempusne mortis attendendum? Neg. ſed tempus teſtamenti, qvibus eô tempore uſus eſt ſupellectilibus; nam in diſpoſitione incertâ attendendum eſt tempus teſtamenti. *Cepb. conſ. 773. n. 65. & ſeqq.*

# TITULUS III.

# De liberatione legata.

### ad L. Omnibus. 1.

*SUMMARIA.*

*PIgnore legato, pignus, non ipſum debitum remiſſum cenſetur. n. 1.*
*Ampliatur. 2.*

1 SI creditor leget pignus debitori, non ipſum
debitum, ſed pignus tantum remiſſum videtur *Simon de Prætis int. ult. vol. l. 3. interpr. 3. dub. 2. & ſolut. 4. n. 22. Mantic. l. 9. tit. 4. n. 4. Barry l. 9. t. 23. n. 1.* ubi idem eſſe dicit,
2 licet æqvivaleat æſtimatio pignoris debito, qvia
res pignorata utilior poteſt eſſe debitori. confer. *ad l. 25. de pactis. Mant. d. l.*

### ad L. Hæredem damnatum. 2.

*SUMMARIA.*

*PRohibitio ne petat heres à debitore, prodeſt etiam fidejuſſori. n. 1.*
*Non è diverſo. 2.*
*Ratio ſuppeditatur. 3.*
*Limitatur. 4.*

1 SI teſtator prohibuit, ne à debitore peteret
hæres, nec à fidejuſſore petere poteſt; ſed ſi
2 prohibuit, ne à fidejuſſore peteret, à debitore
3 petere poteſt. Ratio eſt, qvia liberatô debitore,
per conſeqventiam liberatur fidejuſſor; Sed fidejuſſore liberatô, non liberatur debitor principalis. *Dn. Struv. d. Ex. 35. th. 78. Menoch. l. 4. præſ.*
4 *164. n. 23. & ſ. Graſſ. qv. 40.* Sed ptius limitatur,
qvando fidejuſſori non datur regreſſus contra debitorem, ut ſi animô donandi, vel in rem ſuam fidejuſſit. *l. 5. pr. h. t.* Idem, ſi ita legatum; à ſolo reo non petito. *Fr. Barry de Succ. lib. 9. tit. 23. num. 1.*

### ad L. Liberationem. 3.

*SUMMARIA.*

*LEgatur liberatio vel tacitè vel expreſſè; Exempla tacitæ liberationis. n. 1. 2. 3.*
*Legati liberationis duplex effectus. 4.*
*Liberatio legata uni ex duobus reis promittendi non prodeſt alteri. 5.*
*Limitatur. 6.*

LEgari poteſt liberatio expreſsè vel tacitè: hoc 1
fit, ſi legetur chirographum, ut in *§. 2.* Item 2
ſi declaravit, debitorem, qvi ſibi centum debebat, qvinqvaginta tantùm debere. *pr. & §. 1. Ant. Fab. lib. 4. Cod. tit. 14. def. 32. Franc. Barry de Succeſſ. lib. 9. tit. 23. n. 12. Gom. tom. 1. reſol. cap. 12. num. 82.*

In *§. 2.* dicitur, legato chirographô, videri et- 3
iam legatam liberationem. *Menoch. l. 3. præſ. 140. & l. 4. præſ. 164. n. 25.* Legatum autem liberatio- 4
nis habet duplicem effectum, 1. Exceptionis, 2. Actionem habet, ut liberetur per acceptilationem.

In *§. 3.* dicitur, etiamſi duo rei promittendi 5
ſint, & uni legetur liberatio, qvod tunc hæc liberatio ad correum alterum non protendatur, niſi
ſint ſocii. Exceptionis ratio, nam alter conven- 6
tus habet et regreſſum. *Borchold. de pact. c. 2. n. 15. Wiſſenb. vol. 2. d. 6. th. 1. Ronchegallus ad L. Eandem. 9. §. ſed ſi qvis. n. 59. ff. de duob. Reis.*

### ad L. Poſt emancipationem. 6. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*Spes ſi de præſenti non ſit, in jure non attenditur.*

SPes illa, qvod filius propter patris emancipationem poſſit obtinere peculium, non eſt in conſideratione. Ex qvo probat hic *Bart. & Dd.* qvod in jure non habenda ſit ratio illius ſpei, qvod qvis poſſet ſuccedere alteri, niſi ſpes illa radicata ſit in jure de præſenti, ſaltem conditionali *Menoch. conſ. 157. n. 14. P. Barb. in l. poſt dotem 41. n. 7. ff. ſolut. matrim. conſ. Ax. A. Barb. l. 17. c. 45. axiom. un.*

### ad L. Non ſolum autem. 7. §. 1.

*SUMMARIA.*

*SI debitori alternativè una res legetur, nec altera peti poteſt. n. 1.*

*Qvód reſtringitur ad debitorem ex contractu. 2.*

1 QVando debuiſſem defuncto Stichum, aut 20. ſi juſſiſſet heredem, ne Stichum peteret, neutrum poteſt peti, nam tenetur mihi accepto ferre Stichum, acceptilatio autem pro ſolutione eſt. Solutio autem Stichi liberat à 20. qvod *Menoch l. 4. præſ. 164. num. 27.* intelligit de eo caſu, qvando Stichus principaliter debebatur. Sed ratio deciſionis in acceptilatione ponitur. Ve-
2 rum *Barry d. tit. 23. n. 1. in fin.* reſtringit ad eum caſum, qvando electio eſt debitoris, ut in contractibus fieri ſolet. Pone, Titium mihi ex teſtamento Stichum aut 10. debere, ſi prohibeam meo heredi, ne Stichum petat, poſſet tamen 10. petere.

## ad L. Non ſolum 8.

### *SUMMARIA.*

*Liberatio legatur vel in perpetuum, vel ad tempus. num. 1.*
*Uſura iſtius temporis, qvo heres petere prohibetur, non currunt. 2.*
*Liberatio ad tempus, potius dilationis nomine venit. 3.*
*Liberatio alia ſimplex, alia perſonalis. 4.*
*Expreſſio nominis proprii non ſtatim reddit liberationem perſonalem. 5.*
*Qvid hinc colligatur. 6.*
*Limitatur concluſio. 7.*
*An ex* h. l. *probari poſſit, uſuras ob indultum moratorium non currere. 8.*
*Legatum liberationis perſonale non tranſit ad heredes. 9.*
*Particula taxativa qvid involvat. 10.*

1 LIberato legatur vel in perpetuum, vel ad tempus. *hac. l. 8. §. 1. Struv. th. 76.* Sed hic qværitur, an temporis iſtius, qvo non petere
2 debuit heres, uſuræ ab herede peti poſſunt? Qvod neg. qvia in nulla mora fuit debitor, & poteſt hoc legatum curſum uſurarum etiam ex ſtipulatione debitarum ſiſtere. *Gloſſa hic Molineus de contract. uſur. n. 619. Barry d. l. 9. tit. 23. n. 5. de Succ.* Et hæc
3 potius eſt dilatio conceſſa, qvam liberatio legata. *Zaſ. n. 2.*
4 *Ad §. 3. & 4.* Liberatio eſt vel ſimplex vel perſonalis. Illa eſt omnimoda liberatio: hæc, ne à ſolo Titio peteretur; nam à Titii herede petere
5 poteſt, modò non Titio vivo qvid tentarit. Licet autem nomen proprium Titii, v. gr. expreſſerit, realis tamen videtur liberatio, per *l. 15. h. l.* Un-
6 de colligitur, liberationem præſumi potius in rem eſſe, qvam in perſonam, niſi particula exclu-
7 ſiva addatur, qvæ facit perſonalem liberationem, *à ſolo Titio &c. Mantica. l. 9. tit. 8. n. 2. Menoch. l. 4. præſ. 164. n. 28. Barry lib. 9. de Succeſſ. tit. 23. num. 3.*
8 *Finckelth. obſ. 47. n. 19. & ſeq.* ubi monet, ex hoc textu non probari, qvod ob indultum moratori-
9 um uſuræ non currant. Legatum liberationis perſonale non tranſit ad heredem. *Menoch. d. præſ. 164. n. 18.* Et ex *h. §.* colligunt, qvod ex par- 10
ticula taxativa colligatur, Jus eſſe aliqvod perſonale, qvod de particula tertio, non verò ſibi addita intelligunt. *Tiraq. de retr. convent. §. 1. gl. 6. n. 10. Menoch. conſ. 705. n. 24. ſeq.*

## ad L. Si qvis rationes. 9. & 12.

### *SUMMARIA.*

*Liberatione ſimplici à redditione rationum, non videtur legans remiſiſſe reliqva n. 1.*
*Limitatur. 2. 3.*

SImplici legato liberationis à redditione ratio- 1
num, non continetur remiſſio reliqvorum *hic & L. Aurelius. 28. §. 4. h. t.* Sive verba ad heredem, ſive ad legatarium referantur; niſi 1. ver- 2
ba ſint nimis ampla, ut appareat, voluiſſe teſtatorem, ut neqve reliqva ab adminiſtratore peti debeant. *Menoch. d. præſ. 164. num. 17. Covarr. l. 2. reſol. c. 14. Alex lib. 2. conſ. 170. num. 13. Barry l. 9. t. 23. n. 11.* 2. Niſi ex qvalitate perſonæ legatarii 3
aliud colligatur, per *L. Aurelius 28. §. 3. h. t.*

## ad L. Aurelio. 20. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*Liberatione ſimpliciter legata à redditione rationum futura adminiſtrationis, non continetur dolus. n. 1.*
*Nec continentur illæ res, qvæ poſſunt vindicari. 2.*
*Qvietantia generalis non tollit reviſionem rationum, nec actionem de dolo. 3.*
*Puberem inconſulto curatore teſtari poſſe colligitur. 4.*

QVando teſtator ſimpliciter legavit libera- 1
tionem tutorum vel adminiſtratorum, ne teneantur reddere rationem futuræ adminiſtrationis, non videtur remiſſus dolus, qvi nec remitti poteſt. Et ideò præſumitur tutor liberatus ab 2
exacta & rigoroſa redditione rationum; præſtare itaqve debet, qvæ ejus dolo vel culpa lata perdita fuerunt, non verò, qvæ culpa levi. *Menoch. l. 4. præſ. 164. n. 1. & ſeq. Decius in L. Contractus. n. 42. de R. J. & conſ. 192. n. 3. Alex. l. 1. conſ. 45. Barry d. l. n. 12. Gutierez de tutel. lib. 3. c. 1. n. 36. & ſeq.* Sic neqve prodeſt liberatio à rationibus reddendis, ne poſſint res pupilli vel minoris vindicari. 3
*h. §. in fin. & L. Aurelius. 28. §. 4. h. t. Menoch. d. præſ. num. 12.* Nec qvietantia generalis à pupillo, etiam cum decreto judicis & juramento facta, tollit reviſionem rationum, nec impedit, qvo minus poſſit de dolo retentis conveniri, qvia dolus ſemper videtur excluſus. *Theſſaur. deciſ. 74. num. 7. Covarruv. l. 1. reſol. c. 14. num. 2. & quos refert Dn. Thabor Barboſ. locuplet. l. 10. c. 15. axiom. 2.* Collige etiam, puberem poſſe in- 4
conſulto curatore teſtari. *Carpzov. p. 3. c. 1. d. 22. num. 6.*

ad

Digitized by Google

### ad L. Aurelius, 28. §. 1.

*SUMMARIA.*

*LEgatum liberationis non extenditur ad debita, poſt tempus conditi teſtamenti contracta n. 1.*
*Qva hinc confirmetur regula. 2.*
*Liberatio à redditione rationum non comprehendit reſtitutionem reliqvorum, nec doli præſtationem. 3.*
*Limitatur in Patre ad rationes obligato. 4.*
*An idem in aliis conjunctis perſonis. 5.*
*Liberatione à debito, non cenſetur remiſſa actio realis. 6.*
*Conciliatio* l. fin. §. 2. h. t. 7.
*Remiſſa actione depoſiti, reſtitutio rei non eſt remiſſa. 8.*
*Liberatio realis in teſtamento redditur in codicillis perſonalis, ſi additum ibi,* qvoad vivit debitor. 9.
*Liberatio legata extenditur ad debitum; acceſſorium poſt teſtamentum contractum. 10.*
*Liberatus ad tempus poteſt petere, ut interim heredi ſilentium imponatur. 11.*
*Inſtrumentum qvando pro parte acceptari poſſit, vel non. 12.*

1 LEgatum liberationis ad id, qvod teſtamenti tempore debetur, reſtringitur, nec pertinet ad id, qvod poſtea debetur. *Mantica de conject. ult. vol. l. 9. tit. 4. n. 3. Franc. de Barry de ſucceſſ. l. 9. t. 23. n. 7.*
2 Unde confirmatur regula, qvod confirmatio & ratificatio actus non extendit actum ad id, qvod in eo non continebatur *Men. conſ. 658. n. 8. & conſ. 704. n. 36. Ruinus conſ. 48. in fin. lib. 1. Riminald. conſ. 45. n. 30. Cravetta conſ. 961. n 3.*

3 *Ad §. 3.* Licet adminiſtratori, procuratori, tutori & ſimilibus, ratione præteritæ adminiſtrationis, vel futuræ, rationum redditio remittatur, non tamen reſtitutio reliqvorum, nec doli præſtatio remiſſa videtur, niſi hoc expreſsè dictum,
4 aut adminiſtrator fuerit pater, nam hoc caſu præſumitur liberatus ab exactâ, & diligenti ac rigorosâ redditione rationum non tantùm, ſed etiam á reſtitutione reliqvorum, ac præſtatione doli præteriti. *Covarr. l. 2. reſol. c. 14. n. 2. Menoch. l. 4. præſ. 164. n. 1. & conſ. 22. n. 1.* & qvos utrobiq; citat, qvi id pluribus explicat *d. præſ. 164. Mant. de conject. l. 9. tit. 8. n. 19. & ſeq. Barry l. 9. tit. 23. n. 9. & ſeqq. Gutierez. de tutel. p. 3. c. 1. num. 23. Dn. Manzius in cent. deciſ. qv. 43. n. 20. Ceph. conſ. 14. n. 20. Hondedæus l. 1. conſ. 63. n 54.* Sed ad patrem
5 hoc reſtringendum non eſſe, verùm etiam in aliis conjunctis hoc locum habere, tradit *Surd. lib. 1. conſ. 112 n. 99.*

*Ad §. 4.* Si creditor liberationem ab omni de-
6 bito legaverit, qværitur, an etiam actionem realem, ſi fortè debitor rem creditoris poſſideat, remiſerit? N qvia qvi actione in rem convenitur, non ut obligatus, ſed ut poſſeſſor in judicium vocatur, per *hunc §. & l. 18. §. 1. de acceptil. Wiſſenbach. d. d. 6. th. 14. Dn. Struv. Exerc. 35. th. 77.* Sed videtur obſtare *l. fin. §. 2. h. t.* Dura eſt conci- 7
liatio, qvod in *§. 2. d. l. fin.* intelligatur pecunia pupilli, ſed pecunia ei debita, ob verba textus, *qva pupillæ eſſet.* Malo dicere cum *Wiſſenb.* particulam abnutivam (NON) irrepſiſſe, ſicut etiam *Bart.* affirmativè legit, *conſ. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 9. tit. 8. n. 14. & ſeq. Franc. Barry d. t. 23. n. 8.* Sic actione depoſiti remiſsâ, reſtitutio rei non vi- 8
detur remiſſa. *Graſſus d. qv. 40. n. 3. Covarr. l. 2. reſol. c. 14. n. 1.*

Et in §. 5. dicitur, licet in teſtamento purè libe- 9
ratio legata debitori, ſi tamen in Codicillo addatur *qvoad vivit*, illud reſtringi ad perſonam debitoris Et in §. 6. dicitur, liberationem legatam, 10
& ad debitum acceſſorium poſt teſtamentum contractum extendi.

In §. 8. habetur, qvod is, cui liberatio ad tem- 11
pus relicta eſt, poſſit petere, ut interim heredi ſilentium imponatur. Et ſic §. *hic* habet ſimilitudinem cum *l. Diffamari. C. de ingen. manum.* qvod pluribus tractat *Cæſar Contardus in d. l. diffamari. num. 122. & ſeqq.*

Ex §. 11. notant Dd. qvod poſſit aliqvis teſta- 12
mentum, vel inſtrumentum aliud, pro parte acceptare, pro parte verò negare narrata, ſi contrarium probare paratus ſit, aliás non. vid. *Burſatus lib. 3. conſ. 250. n. 21. Men. l. 2. A. Q. & caſu 93. n. 19.*

### ad L. Si is, qvi duos, 29.

*SUMMARIUM.*

*JUre ſocietatis liberatio relicta æqvè pertinet ad incapacem, qvàm capacem.*

INter duos reos, qvibus relicta eſt liberatio, eſt locus juri accreſcendi, ſi ſocii ſunt, & incapax ſocius per capacem capit. *Jaſon in l. Filius paciſcendo. 23. n. 3. C. de pactis. Schurf. cent. 3. conſ. 94. n. 4.* Et ſic conſeqvitur qvis ex perſona alterius, qvod ex ſua perſona non poteſt capere. *Gail. de Areſtis. c. 8. n. 9. Dn. Thabor ad Barb. l. 14. c. 30. ax. 3. vid. notata ad l. Ariſto. 3. ſupr. qvæ res pignor. obligar. non poſſ.*

### ad L. Creditor. ult. §. inter cætera. 1.

*SUMMARIUM.*

*RAtionibus reddendis liberatus, non cenſetur ſimul liberatus ab exhibitione libri rationum.*

COlligit ex *§. 1. Bartolus* notabiliter, ſi tutori vel alii adminiſtratori liberatio ſit legata, teneri tamen librum rationum exhibere, qvod prærequiſitum in omni redditione tractat pluribus *Weſemb. conſ. 47. num. 8. & 10. Oldendorp. inter conſilia variorum lib. 4. conſ. 26. n. 17. Roland. à valle vol. 1. conſ. 49. n. 22. Rim. conſ. 338. n. 31. Dn. Johan. Heeſer de rationum redd. loco 7. n. 18.*

# TITULUS IV.

# De adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis.

## Ad L. Qvi actu legato. 1.

Actus qvidem poteſt eſſe ſine itinere, qvatenus ſcilicet iter, ut jus eundi ſine jumento conſideratur, per *l. 4. §. 1. Si ſervitus vind.* Sed iter, qvo utimur in ipſo actu, adimi & ab actu ſeparari neqvit. *Don. lib. 11. c. 6. lit. E.*

## ad L. Si qvis. 3. §. 4.

*SUMMARIA.*

*Legatarius rem legatam alienare prohibitus, tenetur heredi praſtare cautionem de non alienando. n. 1.*

*Si uni ex duobus legatariis unius nominis legatum ademtum, nec conſtat, cui ademptio facta neutri exſtinctum cenſetur. 2.*

*Legata & fideicommiſſa nudâ contrariâ voluntate tolluntur, 3.*

*Ademptio verbis facta, qvot teſtibus probari debeat. 4.*

*Adimuntur legata per teſtamentum poſterius imperfectum. 5.*

*Per inimicitiam graviſſimam tacitè cenſetur legatum revocatum 6.*

*Qvod & procedit, ſi inimicitia culpa teſtatoris orta 7.*

*An legatum tali caſu capiat Fiſcus 8.*

1 SI qvis mihi legaverit fundum, & ſi alienavero heres illum fundum debet dare Titio. Hic à me non eſt relictum id prædium, ſed hæres tantum obligatus; Ergò heres poterit me compellere, ut cautionem præſtem de non alienando, &c. *Berous vol. 2. conſ. 84. n. 61.*

2 *Ad §. 7.* Si duobus Titiis ſeparatim legaverit teſtator, & uni ademerit, nec appareat, cui ademptum ſit, utriqve legatum debetur. Sed obſtat *l. 10. in fin. princ. tit. ſ.* Reſp. *Wiſſenbach. h. t. th. 17.* in hac l. 3. ſeparatim, in *l. 10.* conjunctim duobus eſſe legatum.

3 *Ad §. fin.* Legata & fideicommiſſa nuda voluntate contrariâ tolluntur, licet aliud ſit in inſtitutione; Ratio eſt, qvia legata non pertinent ad ſubſtantiam teſtamenti, qvod ſine iis valere po-
4 teſt. *Donell. l. 8. c. 17. lit. A.* Nuda voluntas verò declaratur vel expreſsè vel tacitè: illo modo fit verbis, qvæ qvinqve teſtibus videntur probari debere. *Maſcard. de probat. concl. 970. in fin.* Sed diſtingvitur inter ipſam revocationem, & ejus probationem. Illa fieri debet coram 5. teſtibus, ſed hæc per duos; licet prius intelligatur de eo caſu, ut legatum revocetur ipſo jure, nam ad id, ut ope exceptionis tollatur, duorum teſtium diſpoſitio ſufficit. *Maſcard. concl. 1287. n. 81. & ſeq.*
Imò etiam per poſterius imperfectum teſtamen- 5
tum; nam ex imperfecto teſtamento voluntatis
mutatio colligitur. Tacitè autem revocatum vi- 6
detur per inimicitiam non levem, ſed graviſſimam & capitalem. *hic & l. 22. h. t. & l. 9. pr. & §. 1. ff. de his qvibus ut indign. Mant. de conject. ult. vol. l. 12. t. 5. n. 24. Men. l. 3. praſ. 37. n. 26.* Licet 7
inimicitia teſtatoris culpa intervenerit, qvia ſufficit mutata voluntas. *Vaſqv. de Succeſſ. creat. §. 10. n. 621. & de Succeſſ. progreſſ. §. 27. n. 9. Hill. l. 8. c. 17. lit. C. & Menoch. l. 4. praſ. 170. n. 6. Tulden.*
*in c. de Legatis n. 13. Wiſſenb. hic th. 17.* Et legatum 8
hoc caſu debetur non Fiſco, ſed heredibus teſtatoris. *Carpz. p. 4. c. 21. d. 6.*

## ad L. Qvod ſi iterum. 4.

*SUMMARIA.*

*Legatum per inimicitias ademtum, redintegratur per reconciliationem. n. 1.*

*Reconciliatio duobus teſtibus probari poteſt, 2.*

*Ademptio legati ex causâ, qvam legatarius falſam eſſe probari vult, an valeat. 3.*

SI inimicitia ſublata per reconciliationem re- 1
dintegratum videtur legatum. *Don. & ibi Hill. d. c. 17. lit. D. Mant. d. t. 5. n. 18. Men. d. praſ. 170. n. 13. Barry tit. 31. n. 4. Tiraq. in tr. ceſſante cauſa.*
*p. 1. num. 24.* Sicut autem inimicitia, ita etiam re- 2
conciliatio duobus teſtibus probari poteſt. *Covarr. part. 2. Rubr. de teſtam. num. 21. Mant. d. t. 5.*
*n. 13. Maſc. d. concl. 1287. n. 86.* Sed qvid ſi teſtator 3
revocet legatum ex causâ, qvam legatarius falſam eſſe vult probare, qværitur, an valeat ademptio? Diſtingvit *Carpz. p. 3. c. 9. def. 25.* inter cauſam impulſivam & finalem: illô caſu valere ademptionem, non hoc.

## ad L. Sicut. 5.

*SUMMARIUM.*

*Translatio legati in alium, qvatenus inducat tacitam ademtionem.*

SI ſecundum legatum mihi relictum ſit, ſub commemoratione primi tibi relicti, videtur id tibi in totum ademptum, & in me translatum. vid. *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 4. n. 2. Vaſq. de Succeſſ. progreſſ. §. 23. n. 97. Ronchegallus ad l. 3. pr. de duob. reis n. 10.*

ad

## ad L. Translatio. 6.

*SUMMARIUM.*

*Translatio legati fit qvatuor modis.*

1 TRanslatio fit 4. modis, (1.) qvô à perſona in
perſonam transfertur legatum, qvod non
fit, ſi ſimpliciter in alteri leget, qvod primo legaverat. *l. 33. ff. de legat. 1. Men. l. 4 præſ. 173. n. 2.* ſed
ſi id faciat ſub commemoratione primi legati,
v.g. Titio lego, qvod antea Cajo legaveram. *d. l.
33. & §. 1. Inſt. de adempt. leg. Menoch. d. l. num. 4.
ſeq. Fachin. l. 5. c. 52. Maſc. d. concl. n. 46. & ſeq.* niſi
2 ex conjecturis aliud concludatur *Mant. l. 12. tit.
4. Barry l. 9. t. 32. n. 1.* (2.) fit translatio, qvando
alius dare debet, licet legato primùm omnibus,
& poſtea uni injuncto, non videatur receſſum à
priori voluntate, per *l. 86. §. 1. de legat. 1. Mant.
l. 8. t. 2. n. 12. Barry l. 9. t. 32. n. 8.* (3.) qvando res
datur pro re (4.) qvando prius pure, poſteà ſub
conditione legatur; ubi tamen, ſi alii purè, ali ſub
conditione legatum, non eſt perfecta translatio,
niſi conditio exiſtat. *l. 7. h. t.*

## ad L. Cum centum. 9.

*SUMMARIUM.*

Q*Vantitas bis legata, qvatenus ſemel, & qvatenus bis danda.*

SI qvantitas bis legatur, bis etiam danda eſt, niſi poſterior animo adimendi fiat, aut conditi addatur, &c. notandum autem hic, JCtum tantum hoc velle; qvod ſi conſtet, teſtatorem velle duplicare legatum, utrumqve deberi. An autem repetere, an verò duplicare voluerit, id ex aliis juris textibus definiendum eſſe, de qvo pluribus agit *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 213. n. 11. & ſeqq.* præcipuè *n. 16. Anton. Faber* qvid hic emendet, vid. *l. 5. conject. c. 18. pag. 124. col. 2.*

## ad L. Si Legatum. 10.

*SUMMARIUM.*

L*Egatum ſub conditione ademtum exſtingvitur morte Legatarii, ſi mors contingat pendente conditione.*

LEgatum Titio purè relictum, poſtea ſub conditione ademptum, ſi Titius pendente conditione deceſſerit, & poſtea conditio deficiat, ad heredem tamen Titii non transmittitur. *hic & l. 107. ff. de condit. & demonſtr. Donell. l. 8. c. 31. poſt lit. F. Rim. lib. 3. conſ. 244. n. 319. Fr. Pontanus conſ. 20. n. 48.*

## ad L. Qvi hominem. 11. & ſeq.

*SUMMARIA.*

E*X rebus alternativè legatis, alienatione vel ademtione unius, non totum legatum adimitur. n. 1. 3.*

*Reſpondetur* ad l. 7. §. 1. de liber. leg. 2.

SI teſtator mihi Titium aut Stichum leget, ſi 1
hunc alienet vel adimat, legatum in totum
non adimit, ſed jus eligendi. Nec obſtat *l. 7. §. 1.* 2
*de liberat. leg.* qvia unum ex alternativis ſolvitur
per acceptilationem. Ergo perimitur debitum.
*l. 27. §. 6. de pactis. ubi Zaſius t. 1. p. 252.* Sic ſi Sti- 3
chum aut Pamphilum mihi qvis leget, poſtea alterum mihi donet, alter adhuc in obligatione manet. *l. 84. §. 11. de legat. 1.*

## ad L. Cum ſervus. 15.

*SUMMARIA.*

P*Er alienationem voluntariam legatum adimitur. n. 1.*

*Qvid ſi iſta res iterum redempta, an convaleſcat. 2.*

*Qvid juris hic in legato pio. 3.*

REs legata ſi alienata voluntariè, adimitur le- 1
gatum; ſed qvid ſi iterum redempta? Non
reconvaleſcit legatum, niſi legatarius novam 2
voluntatem probet. *Menoch. l. 4. præſ. 169. num. 26.
Mantica l. 12. t. 6. num. 12. Maſcard. concl. 1287.
num. 88. Finckelthaus obſ. 108.* Sed excipitur le- 3
gatum pium, qvod per redemptionem legatum
repetitum præſumitur. *l. 58. de manumiſſ. teſtam.
vid. Hill. l. 8. c. 17. lit. l. Maſc. d. concl. 1287. n. 18.
Mant. d. l. 12. tit. 6. n. 6.* Alia exceptio proponi- 4
tur à *Maſc. n. 111. & Mant. tit. 6. n. 6.* & aliis, qvos
refert *Barry d. t. 30. n. 4.* ubi plures limitationes
proponit, & ad legatum rei certæ reſtringit *Men.
conſ. 254. n. 18.*

## ad L. Rem legatam. 18.

*SUMMARIA.*

P*Er alienationem voluntariam indiſtinctè exſtingvitur legatum. n. 1.*

*Rei legata & inutilis donatio inducit ademptionem. 2.*

*Limitatur. 3.*

*Extenditur. 4.*

ALienatio voluntaria omninò extingvit le- 1
gatum; nec diſtingvitur inter cauſam neceſſariam & voluntariam. Nam & donatio ſemper
eſt ex voluntate, ex ratione hic addita, qvod nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtat, & ideò non
excipienda donatio remuneratoria. *Mant. d. l. 12.
t. 6. num. 17. Barry d. t 30. num. 11.* licet diſſentiat
*Maſc. d. concl. n. 117.* Idem eſt in donatione mortis cauſa *Hipp. de Marſiliis ſing. 136.* conſ. *not. ad l.
11. §. 12. de legat. 3.* Qvod teſtator mihi legaverat, ſi 2
filii inutiliter donet, videtur mihi ademiſſe legatum, qvia mutavit voluntatem mihi relinqvendi, per *l. 24. §. 1.* Qvod intelligunt, ſi alienatione 3



Digitized by Google

inutili expreſſam faciat mentionem revocatio-
nis legati, alias tacitè non videtur recedere vel-
le ab illa diſpoſitione, per *L. Jure. 18. de leg. 3. Maſc.*
4 *d. concl. 1287. n. 94. Don. l. 8. c. 17. lit. A.* Et hic
ademtio locum habet, licet res poſteriori non ſit
tradita, qvia voluntas hic attenditur. *Maſc. d. l.
n. 100. conf. Mantic. l. 12. t. 6. n. 2. & 3. Barry l. 9. tit.
30. n. 2. Hill. d. c. 17. lit. L.*

## ad L. Licet. 20.

*SUMMARIUM.*

*Inutilis translatio an ſemper perimat legatum.*

INutilis etiam translatio perimit legatum *vid. Barry l. 9. tit. 33. n. 9.* Aliud eſt, ſi ademptio vel translatio ob qvalitatem rei ſit inutilis, ut in *l. 12. §. 1. h. t.* Hanc legem ad mandatum procuratoris extendit *Soc. l. 1. conf. 112. n. 41.*

## ad L. Legatum ſub conditione. 24.

*SUMMARIA.*

*LEgatum intelligitur transferri cum omnibus ſuis conditionibus, n. 1.*

*Limitatur variè. 2. 3. & 4.*

*Qvid ſi pater aliqvas fundi filiæ legati partes uxori donaverit. 5.*

1 LEgatum in alium translatum, transfertur
cum omnibus conditionibus ſuis, niſi condi-
2 tio perſonæ cohæreat; v. gr ſi pinxerit. *Men. l. 4.*
3 *præſ. 174.* Niſi onus ſpeciale additum ſecundo le-
gatario, in qvem translatum eſt legatum, per *L.
Alumnæ 30. pr. h. t.* conf. *Ruin. vol. 2. conſ. 35. n. 7.*
4 *Mant. l. 12. t. 3. n. 3. Barry t. 32. n. 3.* Aliam limita-
tionem habet *Rimin. vol. 2. conſ. 112. n. 88.* ſi ſcil.
translatio fiat in eodem teſtamento, ſecus, ſi in di-
verſo teſtamento.

5 In *§. 1.* proponitur, pater legaſſe filiæ fundum,
poſtea donavit uxori qvasdam partes fundi,
qvæ donatio per ſe invalida nec expreſsè nec ta-
citè confirmata, & ſic inutilis eſt & tamen lega-
tum prædium filiæ adimitur, qvia ex actu nullo
colligitur tamen voluntas. *Caſtello l. 5. contr. cap.
108. Salgado in Labyr. l. 2. c. 14. n. 34.*

## ad L. Alteri ex hæredibus. 25.

*SUMMARIUM.*

*TEſtator duobus ſingulatim diverſa prædia prælegans, ob communem cauſam adimendo unum prælegatum, cenſetur & alterum adimere.*

TEſtator uni heredi prælegaverat prædium, & alteri etiam aliqvod prædium prælegavit, & apparet voluntas, qvod ideò prælegaverit, ut æqvalia haberent bona, ſi unum prælegatum revocatum ſpontaneà venditione, etiam alterum revocatum videtur. vid *Mant. lib. 5. cap. 12. n. 39.* plures refert *Cephal. l. 5. conſ. 744. n. 18. & ſ.*

## ad L. Alumnæ. 30. pr.

*SUMMARIA.*

*COnditio adjecta primo legato, non videtur repetita in ſecundo conditionali. n. 1.*

*Ademtio oneris legato adjecti in vim modi, inducit ademptionem legati. 2.*

QVando in primo legato conditio habetur, 1
& in ſeqventi legato alia adjicitur, prima
conditio in ſecundo non videtur repetita. *Mant.
l. 10. t. 6. n. 30. Alex. vol. 3. conſ. 66. n. 3. Dec. conſ. 190.
n. 1. Surdus conſ. 198. num. 26.* Per ademptionem 2
oneris adjecti in vim modi, etiam legatum vide-
tur ademptum, qvia legatum ſub modo præſu-
mitur datum in compenſationem oneris; Unde
onere remotô, revocatum cenſetur legatum.
*§. 2. h. l.*

Aliud ergò in conditione. *l. 53. de condit. & demonſtr.* Ex *Barc. hic Menoch. l. 4. præſ. 169. n. 3. & ſeq. Mant. l. 12. t. 2. n. 27. Peregr. de fideic. art. 16. n. 158. Barry l. 9. t. 29. n. 6.*

## ad L. Filio, pen. §. 2.

*SUMMARIA.*

*LEgatarius accuſando teſtatorem innocentem amittit legatum. n. 1.*

*Accuſatus qvomodo poſt mortem innocens declarari poſſit. 2.*

*Per inimicitias ita exſtingvitur legatum, ut non neceſſe ſit ademptionis alicujus, in codicillis poſt conficiendis mentionem facere. 3.*

*Legatum nominis, ſi teſtator exegit nomina, ademtum cenſetur. 4.*

*Limitatur. 5.*

NOverca legat privigno qvantitatem, ſed pri- 1
vignus ipſam accuſat, qvaſi patrem interfe-
ciſſet, pendente accuſatione noverca moritur.
noverca demum innocens pronunciatur, an le-
gatum debetur? Neg. qvia ob inimicitiam taci-
tè ademtum, per §. 2. Sed qværitur, qvomodo & 2
qvo fine poſt fata potuit innocens pronunciari,
cum per mortem totus proceſſus criminalis fue-
rit abolitus? per *tit. C. ſi reus vel accuſator mor-
tuus fuerit.* Sed heres novercæ procul dubio ad
evitandam infamiam facti inſtitit, ut viſis actis
rea innocens declaretur, qvod omni caſu, ubi
qvis accuſatus vel inqviſitus moritur, poteſt he-
res petere, & compellere judicem, ut reus inno-
cens etiam declaretur poſt mortem. Sic ergo hîc
abſolvi poteſt, qvi condemnari non poteſt. Nam
illud ſpectat ad defuncti & hæredis honorem &
favorem, & ideò hunc textum ſingularem dicit
*Romanus ſing. 303. & Gigas de crim. læſ. Maj. lib. 1.
tit.*

*tit. qualiter in crimine Maj. proced. qv. 28. in fine.*
3 Ex §. 2. colligitur, licet poſt inimicitiam teſtator confecerit codicillos, & in eis non ademerit legatum, tamen ademptum eſſe legatum, & ideò notabilem *hunc* §. affirmat *Additionum Autor ad Romanum ſing. 199. & Gerhardus ſing. 5.* ubi multa habet de cauſa hac, ſcil. inimicitiâ, & *Cotta in memorabilibus, in voce inimicitia.*
4 Si peculium, in qvo nomina exiſtunt, ſit legatum, ſi nomina exegit teſtator, videtur ademiſſe legatum. *§. ult. h. l.* vid. *not. ſupr. ad l. 11. §. 12. de legat. 3.* qvod limitationem recipit ex *l. 11. §. 13. de. legat. 3.* qvod ſc. teſtator, qvi nomen legavit debito exacto, videatur ademiſſe legatum, per *l. 75. §. 2. de legat. 1. & §. 21. Inſt. de leg.* Hoc tamen non habeat locum, 5
qvando creditam pecuniam oblatam recipere fuit coactus, vel etiam exactam in depoſito habuit. *Zaſ. h. t. 19.*

# TITULUS V.
# De Rebus dubiis.

## Ad L. 1.

### *SUMMARIA.*

*Dubium unius membri in diſpoſitione alternativâ declaratur per æſtimationem alterius. n. 1.*
*Alternativa ſemper præſumitur inter duo æqvalia poſita. 2.*
*Extenditur ad materiam punitionis criminum. 3.*
*Limitatur 4.*

1 TEſtator Titio legaverat alternativè fundum Mævianum aut Sejanum. Sed in voce fundi Mæviani erat ambiguitas, nam anteà fundum aliqvem comparaverat, qvi dicebatur Mævianus, qvem in aliqvot particulas diviſit, & præcipuam ejus partem à toto denominavit Mævianum, ut adeò dubium ſit, an Teſtator de toto fundo Mæviano, an verò de particula ejus, qvæ etiam eodem nomine inſignitur, ſenſerit; & reſpondetur hic, ex membro altero alternativi hujus legati hoc dijudicandum eſſe; procul dubio enim eum fundum intellexit, qvi in pretio Sejano eſt ſimillimus. Unde colligunt regulam hanc: ſi in aliqva alternativa diſpoſitione dubium eſt, qvid per alterum membrum intellexerint, declaratur hoc per æſtimationem, & conſiderationem alterius rei in alternativa poſitæ, qvia non eſt veroſimile, v. gr. Teſtatorem (ſi de teſtamento loqvamur) alternativam poſuiſſe inter res planè diſſimiles. Undè
2 colligitur: Alternativam ſemper poſitam intelligi inter duo æqvalia, & unum membrum alternativæ declarare alterum. *Decius conſil. 261. n. 2. Romanus conſ. 231. Carpz. p. 2. Juriſpr. conſt. 34. def. 7. n. 9. Franc. de Clapperiis cauſa 103. num. 12. Everhard. in loco de Alternativis. Aug. Barb. lib. 1.*
3 *c. 55. axiom. ult. Donell. lib. 8. c. 19. lit. N.* Et iſtud argumentum valdè utile eſſe in materia punitionis criminum, dicit *Bald. in L. Conventicula C. de Epiſc.* v. gr. ſi dicatur, puniendum eſſe aliqvem pœna fuſtigationis vel alia, per aliam neq; capitalis, neqve pecuniaria erit intelligenda.
4 Sed declaranda venit hæc regula; qvando per aliud illud non poteſt intelligi niſi hoc, qvod eſt diſſimile. *Card. Mantica de conject. ult. vol. lib. 10. t. 2. num. 26.*

## ad L. Civibus. 2.

### *SUMMARIA.*

*Legata civibus relicta, ſocietati civium ut univerſitati relicta cenſentur. n. 1.*
*Variæ rationes ſuppeditantur. 2.*
*Legatum factum iis, qvi in templo erunt, non ſolùm debetur miniſtris præſentibus ſed & ſucceſſuris. 3.*
*Legatum Canonicis relictum, ad Eccleſiam non pertinet. 4.*
*Debetur Collegio Canonicorum. 5.*
*Inter qvos proportione Geometrica diſtribuendum. 6.*
*Legatum Epiſcopo vel Prælato relictum qvatenus Eccleſiæ relictum præſumatur. 7.*
*Relictum* den Altar-Leuten/ *qvibus legatum cenſeatur. 8.*
*Relictum Diacono & ejus ſucceſſoribus, Eccleſiæ legatum intelligitur. 9.*

QVod civibus relictum eſt, civitati relictum 1
videtur, non ſingulis civibus; cujus *Donellus* tres rationes allegat, citante eum *Hilligero ad Don. lib. 8. cap. 6. lit. C.* (1.) Qvia Teſtator magis 2
diligere præſumitur civitatem, qvàm ſingulos cives. (2.) Qvia inter tam multos diviſum legatum ad mininam ſummam redigeretur. (3.) Nimis oneraretur hæres. Sicut & cum qvid iis, qvi 3
in templo erunt, legatum non miniſtris, ſed templo intelligitur legatum. *L. Annua. 20. §. 1. de ann. leg.* ideoqve & mortuis illis Sacerdotibus, debetur ſuccedentibus. *Meu. lib 4. prsſ. 121.* Sed ſi Canonicis legatum, non videbitur Eccle- 4
ſiæ legatum; nam cives univerſi repræſentant civitatem, ſed non Canonici Eccleſiam, cum aliud ſit de Eccleſia, aliud de Canonicis loqvi. *c. per exemptionem. de Privil. lib. 6. Covarr. in c. Reqviſiviſti. n. 19. X. de Teſtam. Cavall. qvæſt. 278.* Sed hoc legatum, licet Canonicis, non Eccleſiæ 5
relictum, tamen potius Collegio, qvam ſingulis videtur legatum, & ſic non viritim & æqvaliter, ſed proportione Geometrica inter Canonicos diſtribuendum eſſe, tradit *Card. Mant. de conject.* 6
*ult. vol. lib. 8. t. 6. num. 24. & Covarr. in d. c.*

7 *Reqviſiviſti.* Sed in legato relicto Epiſcopo vel
Prælato, diſtingvitur utrum illud legatum ſit ab
extraneo, an verò à cognato: ut illo caſu Eccleſiæ,
hoc caſu ipſius Epiſcopi perſonæ videatur lega-
tum, per *c. Reqviſiviſti. 15. X. de Teſtament. & ibi*
8 *Covarr. & cæteri.* Relictum den Altar-Leuten/ Sa-
cerdotibus, qvi altari ſerviunt, legatum videtur.
*Carpz. l. 2. Juriſpr. Eccl. def. 323.* Relictum Dia-
cono & ejus ſucceſſoribus, in favorem Eccleſiæ
tamen relictum, & ſic pro legato pio habendum.
*Carpz. p. 2. dec. 150.*

## ad L. In Ambiguo. 3.

### *SUMMARIA.*

*IN ambiguo ſermone, interpretatio fieri debet prout teſtator ſenſiſſe intelligitur. n. 1.*
*Qvid ſi teſtatoris voluntas liqvidò non conſtet. 2.*
*Ambiguè non loqvitur, qvi una oratione duo vult ſignificare. 3.*
*Ambiguè loqvens non mentitur. 4.*
*Verba intentioni teſtatoris plane non deſervientia vitiant diſpoſitionem. 5. & 8.*
*Si verba clara, potius hæc, qvam voluntatem dubiam ſeqvimur. 6.*

1 IN ambiguo ſermone non utrumqve dicimus,
ſed id tantùm, qvod volumus, etſi enim ſermo
teſtatoris ſit ambiguus, ipſe tamen teſtator non
eſt ambiguus, & ideò ſeqvimur, qvod eum ſen-
2 ſiſſe probatur. *l. In ambiguis. ff. de R. J.* vel ſi liqvi-
do non appareat, ſeqvimur, qvod commodius eſt
3 hæredi. *Cujac. lib. 16. qv. pen. p. m. 743.* Unde obi-
ter colligi poſſet; qvi una oratione duo vult
ſignificare conjunctim, eum non ambiguè lo-
qvi; Sicut nec is, qvi ambiguè loqvitur, menti-
tur, qvia, qvid dicat, ex mente ejus explicandum;
4 ſed alia ratio ejus, qvi ineptè & perperam loqvi-
tur, ut qvi aliud dicit, qvàm ſentit; qvia neq; id
5 ſentit, qvod dicit, neqve id dicit, qvod ſentit. Si
enim verba nec propriè nec impropriè deſer-
viunt intentioni Teſtatoris, diſpoſitio nullius eſt
momenti. *Card. Mant. de tac. & ambig. convent. lib. 1 t. ult. n. 38.* qvando enim in verbis nulla
eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis
qvæſtio, vel alia interpretatio non eſt qværenda.
*l. Ille. 25. §. 1. ff. de leg. 3.* Aliud exemplum *in l. Si*
6 *alii 19. ff. de uſufr. leg.* Si Teſtator alii fundum, alii
uſumfructum legat, licet voluerit, ut primus nu-
dam proprietatem haberet, qvia tamen verba ad
hanc voluntatem declarandam ſunt inepta,
qvod dixit, ſeqvimur. *Gomez. lib. 2 Reſol. 1. 15. n. 5. Don. lib. 9. c. 9. lit. D. & ibi Hill. lib. 10. c. 5. lit. A. Riminald. lib. 6. conſ. 633. num. 42.* licet enim ſen-
tentia Teſtatoris ſit juris ſubtilitate pollentior,
non tamen potior eſt certa ſcriptura, ut ait *d. l. Cujac.* qvo refero etiam *l. 4. pr. de leg. 1.* collata
*l. 7. in fine de ſuppell. leg. Don. lib. 8. c. 4.* ubi error
7 in nominibus appellativis vitiat. In pactis, con-
tractibus, fœderibus, pacificationibus, exem-
plum ineptæ locutionis vix apparebit, cum ibi
conſideratius & deliberatius loqvi ſoleant, plu-
resqve ſint intervenientes. Si verba autem fal- 8
tem impropriè deſerviant intentioni Teſtatoris,
non eſt inutilis diſpoſitio. *Mant. de conject. ult. vol. lib. 3. t. 2. num. 19.*

## ad L. Paulus reſpondet id. 4.

### *SUMMARIUM.*

*COnditio dandi in incertam perſonam collata valida eſt. n. 1.*
*Qvid hinc colligatur. 2.*
*Incerta perſona qvatenus hodie legari poſſit. 3.*

SPecies legis hujus hæc Qvia incertis perſonis 1
neq; hæreditas, neq; legatum regulariter re-
linqvi poterat, de qvo alibi agitur, ideò pone,
Teſtatorem mihi fundum legaſſe ſub hac condi-
tione, ſi illi, qvi cognatam ejus Mariam in uxo-
rem duxerit, dedero 100. qværitur, an hæc condi-
tio dandi in incertam perſonam collata ſit vali-
da? nam incertus jam is eſt, qvi aliqvando na-
cturus ſit hanc puellam fortè jam impuberem,
& videtur, hanc conditionem non valere; ſed
neq; apud veteres conditiones in incertam per-
ſonam conferri vetabantur, & ideo hæc condi-
tio nulla lege prohibetur. Unde colligitur, con- 2
ditionem dandi collatam in perſonam incertam
implendam eſſe, ſi perſona pro illo tempore in-
certa, aliqvando tamen certa fieri poſſit, & ideò
ſeparantur data conditionis implendæ cauſa à
legatis & fideicommiſſis *Cujac. ad LL. duas ſeqq. tom. 2. p. 1063. conf. l. 8. pr. & l. 22. pr. de Statu liber. Harpr. in d. §. 27. n. 8.* Imò communius vi- 3
deo receptum, incertæ perſonæ etiam hodiè le-
gari poſſe, ſi ex aliqvo eventu certa fieri poſſit.
*Card. Tuſchus concl. 45. lit. L. & Card. Mant. de conj. ult. vol. t. 4. n. 18. Groſſ. §. Inſtitutio. qv. 12. n. 1. licet diſſentiat Hill. in Don. lib. 6. c. 17. lit. X. de qvo alibi.*

## ad L. 5. Paulus qvæ in Florent. 4.

### *SUMMARIA.*

*AMbiguitas circa perſonam legatarii reddit legatum inutile. n. 1.*
*Limitatur. 2.*
*Utile eſt ſi ambiguitas ſit circa perſonam heredis gravati. 3.*
*Ratio differentiæ. 4.*
*Qvid de Jure Canon. circa materiam* h. l. *obſervetur. 5.*
*Inſtitutionem ad pias cauſas etiam nutu fieri poſſe colligitur. 6.*
*Valere etiam hic diſpoſitionem ultimam, in arbitrium tertii collatam. 7.*
*Captatorias voluntates de jure Canon. ſubſiſtere an rectè colligatur. 8.*
*Legata pia incertis perſonis relinqvi poſſunt. 9.*

No-

1 NOmen fideicommiſſarii ſi non ſit expreſ-
ſum, cui ſcil. heres hoc vel illud præſtare
debeat, tunc fideicommiſſum eſt inutile, niſi ex
2 contentis teſtamenti colligi poſſit, in cujus gra-
tiam, v.gr. alienatio vetita, ùt in *l. qui filium 74.*
3 *ff. ad Trebell.* ſed in gravato herede ſecus, nam ſi
alicui fideicommiſſum ſolvi debeat, ab omnibus
tamen hæredibus relictum videtur. *l. 14. C. de*
4 *fideicom. l. 29. & l. 76. ff. ad Trebell* ratio diffe-
rentiæ eſt, qvod à qvo fideicommiſſum ſit, juris
eſt qvæſtio, & ex re relicta intelligitur, qvia fidei-
commiſſum eſt onus hæredis; cui autem debea-
tur, facti & voluntatis eſt qvæſtio. *Donell. lib. 7.*
*c. 20. poſt lit. C.* Et ſanè ab hærede præſtanda eſſe
fideicommiſſa, res ipſa docet, cum fideicommiſſa
non poſſint relinqvi niſi ab honorato, qvis au-
tem hæres, ex teſtamento certum eſt, ſed cui fi-
deicommiſſum ſolvendum ſit, planè incertum
5 eſt. Jure Canonico videtur hæc lex declaratio-
nem recipere, nam poteſt eo jure aliqvis alterius
diſpoſitioni relinqvere, cui reſtituere velit hære-
ditatem, per *c. cum tibi 13. X. de Teſtam.* Nam eo
caſu volunt pauperes eſſe fideicommiſſarios.
*Panorm. in d. c. cum tibi n. 4. Covarr. in d. c. n. 13.*
6 Undè etiam concludunt, inſtitutionem ad pias
cauſas etiam nutu fieri poſſe. *Covarr. d. l. num. 8.*
7 *Vaſq. de Succeſſ. Creat. §. 22. n. 15. Card. Mant. de*
*conject. ult. vol. lib. 4. t. 4. num. 6.* & in favorem
piarum cauſarum conferri poſſe diſpoſitionem
ultimam, in arbitrium alicujus tertii. *Clar. §. Te-*
*ſtamentum. qv. 6. Covarr. d. l. num. 13.* Molin. *de J. &*
*J. tract. 2. diſp. 134. n. fin. & diſp. 157. num. 8.*
8 Qvod autem nonnulli ex jure Can. probare ve-
lint, captatoriam voluntatem eô jure non im-
probari, procul dubio errant, cum in captatoria
inſtitutione dolus ſemper inſit, reprobataq; alie-
næ hæreditatis ambitio, *Covarr. d. l. n. 17.* & lon-
gè aliud eſt, captare alterius hæreditatem, & a-
liud, conferre inſtitutionem vel fideicommiſſum
in alterius arbitrium, ut vel ipſe verborum ſonus
9 docet. Legata pia incertis perſonis relinqvi poſ-
ſe, certum eſt. *L. Id qvod 24. & L. 49. C. de Epiſc.*
*& Cler.*

## ad L. Qvidam relegatus. 5. §. ult. & L. 6. & 7.

*SUMMARIA.*

*POſthumus in fideicommiſſo cum alio conjunctus, ſi non naſcatur, non facit partem. n. 1.*
*Conciliantur diverſæ leges obſtantes. 2.*
*Partus 5. vel 4. liberorum portentoſus judicatur. 3.*
*Qvid de tergeminis dicendum. 4.*

1 SI qvis mihi & poſthumo fideicommiſſum re-
linqvat, poſthumus ſi non naſcatur, non facit
partem, ſi verò plures naſcantur, qvàm unus,
qvilibet mecum admittitur in virilem. Priori ca-
2 ſu ego in ſolidum videor ab initio vocatus. Sed
huic videtur obſtare *l. 16. pr. & l. 34. §. 9. & l. 84.*
*§. 8. de leg. 1.* in qvibus textibus dicitur, eum,
qvi capax non ſit legati, partem tamen facere,
mihiq; ſolum partem deberi. *Don. lib. 8. c. 20.* hic
diſſenſionem agnoſcit JCtorum, *Hilliger* alias
tentat conciliationes, nam religio ipſi eſt con-
trarietatem in tàm vaſto opere agnoſcere; poſſit
tamen etiam pro ſalvando noſtro textu reſpon-
deri, d. l. 16. loqvi de eo, qvi nec exſtiturus ſpe-
ratur, & in l. 34. §. 9. de tali etiam caſu ſermo eſt,
ubi non eſt ſpes extituri legati, nam legatum ex
regula Catoniana planè ab initio inutile. Et ex
dictis ratio reddi poterit *d. l. 84. §. 8.* & JCtos ſibi
non contradixiſſe, & peculiare eſſe in poſthumo
conjuncto, vehementer ſvadet *§. ult. d. l. 16.* de
qvo ibi *Zaſius.* In *L. 7.* notetur caſus fœminæ A- 3
lexandrinæ nomine Serapiadis, qvæ qvinqve li-
beros uno partu edidit, & ad Hadrianum Impe-
ratorem perducta; ſed id JCtus rectè portento-
ſum eſſe dicit, qvod ad 4. etiam liberos extendit,
ſiqvidem qvod ultra tres liberos naſcitur, por-
tentoſum eſſe dicit, qvod etiam JCtus in *l. 3. ff. ſi*
*pars hered. pet.* Sed neſcio, an non portento ad- 4
ſcribere debeam & tergeminos liberos, cum præ-
ſtantiſſimi Medici noſtri dicant, mulierem non
niſi duos tantum fœtus edere poſſe, qvi vivere
poſſint, & natam interdum numeroſiorem ſobo-
lem non eſſe attendendam, qvia monſtroſa eſt
*Pareus lib. 23. c. 52. Paul. Zachias lib. 1. Qv. Medico*
*Legal. t. 2. q. 8. n. 12.*

## ad L. Utrum ita. 7. §. 1.

*SUMMARIA.*

*INſtitutio heredis, vel reſtitutio fideicommiſſi qvomodo in alterius arbitrium conferri poſſit. n. 1.*
*Reſtitutio partis ſuæ ab uno herede reliqvis omnibus facienda, diſtribuitur pro qvantitate pecuniæ, qvam coheredes invicem dare juſſi ſunt. 2.*
*Qvid ſi nullam pecuniam dare juſſi ſunt. 3.*

INſtitutio hæredis vel reſtitutio fideicommiſſi, 1
in alterius arbitrium conferri non poteſt, eo
qvod legata & fideicommiſſa ex favore Teſtato-
ris proficiſci debeant, *l. 32 ff. de hared. inſtit.* ſed
habetur hic notabilis limitatio, niſi alteri com-
mittatur incerti hæredis & fideicommiſſarii ele-
ctio ex certis, v.gr. Inſtituo aliqvem ex Caji libe-
ris, qvem uxor elegerit. *l. 46. §. fin. de fideicom. li-*
*bert.* item hic reſtituat hæreditatem uni ex cohæ-
redibus. *Covarr. in d. c. cum tibi. 13. n. 14. Graſſ. §. In-*
*ſtitutio. qv. 17. n. 6. Dauth. de Teſtam. n. 329. Sim. de*
*Pratis de interpret. ult. vol. lib. 3. t. 1. dub. 4. ſol. 1.*
*n. 9. & Card. Mant. de conj. ult. vol. lib. 4. t. 3. n. 12.*
*Ad §. ult.* Si unus ex hæredibus rogatus ſit, 2
reſtituere ſuam partem cæteris omnibus, ſi ſcri-
pti ſint ex partibus inæqvalibus, dubium eſt,
pro qva parte reſtitutio fideicommiſſi fieri debe-
nat. Pono caſum cum Gl. Inſtitui hæredem in
6. unciis Titium, & Sejum in 4. & Bajum in dua-
bus,

bus, & rogavi Titium, ut, cum moreretur, reſtitueret ſuam partem dictis ſuis cohæredibus, acceptis 90. Florenis, à Sejo qvidem 60 à Cajo verò 30. Florenis, qvas partes ergò in fideicommiſſo habeant Sejus & Cajus, qværitur? Ambiguitas ſolvetur ex comparatione pecuniarum, qvas invicem dare juſſi fuiſſent cohæredes; nam ſi æqvales partes illi dare juſſi fuiſſent, accepiſſent etiam æqvales partes, at qvia juſſi ſunt dare inæqvales, inæqvaliter etiam fiet reſtitutio fideicommiſſi, *Cujac. hic* qvia ex diviſione onerum apparet diſtributio commodorum *l. 10. ff. de R. J.* & qvos pariter oneravit, illis paria commoda diſtribuere videtur. *l. 23. ff. ad Trebell. Donell. lib. 7. c. 20. Rorcbegall. ad l. 17. ff. de duob. Reis n. 8. ſeqq.*

3 Qvod ſi verò nullas pecunias dare juſſi fuiſſent, ex qvarum comparatione ſolvi ambiguitas potuiſſet, tum ſeqveremur, qvod eſt veroſimilius. *L. in obſcuris. ff. de R. J.* Id autem veroſimilius eſt Teſtatorem easdem partes dediſſe in fideicommiſſo, qvas in hæreditate expreſſit. *l. Lucius. 78. §. 4. & 5. ff. ad Treb. Cujac. tom. 2. p. 1095.* & affectionem, qvam habuit Teſtator in inſtitutione, habuiſſe etiam videtur in ſubſtitutione. *Maſcard. de Probat. concl. 1352. per tot. Men. lib. 4. præſ. 16. Vincent. Fuſar. de ſubſtit. qv. 478. per tot.*

## ad L. Si inter 8.

*SUMMARIA.*

*Donatio inter conjuges confirmatur morte donatoris præmorientis. n. 1.*
*Si donatarius præmoriatur, perit donatio. 2.*
*Donatore unà cum donatario pereunte, præſumitur prius deceſſiſſe donator. 3.*
*Particulæ MAXIME in textu explicatio. 4.*
*Qvid ſi conjuges diverſis in locis mortui, & neſciatur, uter prior mortuus. 5.*

1 INter conjuges donationem non valere, notum eſt ex *tot. tit. ff. de Donat. int. Vir. & ux.* ſed confirmatur donatio, ſi donator prior moriatur, per *L. Cum hic ſtatus. 32. ff. de Donat. int. Vir. & Ux.*
2 Sed ſi donatarius præmoriatur, perit donatio. Qvid verò ſi tàm maritus qvàm conjux caſu fatali ſimul perierint, fortè naufragio, ruina, &c. nec conſtat qvis ſupervixerit? & ſeqvitur JCtus partem benigniorem, ut donator prior mortuus
3 præſumatur, & ſic confirmata donatio; nam cum ſimul perierint, ſaltem verum eſt, donatorem non ſupervixiſſe donatario. *d. l. Cum hic ſtatus 32. ff. de donat. int. Vir. & Ux.* & præſumitur donator in eadem voluntate mortuus. *Covarr. lib. 2. var. Reſol. c. 7. n. 5. Menoch. lib. 6. præſ. 50. n. 6. Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 14. num. 21.* Nec
4 qvenqvam movere debet particula MAXIME, qvæ alias eſt implicativa, qvaſi idem eſſet in contrario caſu, qvia particula hæc addita cauſæ finali, & ita ſtat taxativè. *Covarr. Menoch. San-*
5 *chez. dd. ll.* Sed qvid ſi conjuges diverſis in locis mortui & neſciatur, uter prior mortuus? & non video, cur non deciſio hujus legis etiam, eo in caſu locum habeat, qvia certum eſt, non ſupervixiſſe donatorem, qvia condicere poſſet, ſicut *Socinum* hic ſentire memorat *Sanchez. d. l. n. 22.* licet ipſe pro poſſeſſore faciat, & *Maſc. de Probat. concl. 1701. n. 15. Covarr. d. c. 7. n. 5. conf. Molin. de J. & J. diſp. 289. n. 11.*

## ad L. Qvi duos. 9.

*SUMMARIA.*

*Subſtitutos ex duobus fratribus ſupremo morienti, eo defuncto, utriusq; acqviris hereditatem. num. 1.*
*Qvid ſi iſti fratres ſimul perierint. 2.*
*Reſpondetur ad l.* ſi qvis 34. ff. ad Trebell. 3.
*Patre & filio pubere ſimul pereunte, ſuperſtite verò herede ex ordine adſcendentium, pater prior præſumitur mortuus. 4.*
*Limitatur. 5.*
*De qvo caſu* §. 1. h. l. *intelligatur. 6.*
*Qvid ſi ſuper exiſtentia attendatur, reſpectu ſucceſſionis extranei. 7.*
*Uxor, ſi una cum marito pereat, in matrimonio deceſſiſſe videtur. 8.*
*Tranſitio ad illam qvæſtionem, qvomodo in ſucceſſione conjugum ſi conjuges ſimul moriantur, ſucceſſio Cognatorum diſponenda. 9.*
*An hoc caſu uxor prior deceſſiſſe intelligatur. 10.*
*Adfirmantium opinio juri contraria probatur. 11. 12. 13.*
*Ad Adfirmantium rationem reſpondetur. 14.*
*Succeſſio ex ſtatuto vel pacto hoc caſu locum non habet. 15.*
*Qvod probatur. 16.*
*In Marchiâ ratione ſtatutaria portionis hac res nullam difficultatem habet. 17.*
*Cognati qvomodo hic ſuccedant. 18.*
*Patre unà cum filio impubere decedente, filius prior præſumitur mortuus. 19.*
*Tractationem hujus deciſionis non inanem eſſe, demonſtratur 20.*

PAter duos filios impuberes inſtituit, & ſubſtituit ſupremo morienti, altero fratre mortuo, 1
ſupremus ſuccedet prius defuncto ab inteſtato, & huic ſubſtitutus, qvi in hæreditate ultimi reperiet etiam hæreditatem primi: ſed contigit, ut illi liberi ſimul in una navi perierint, qværitur, an ſubſtitutus ſuccedat? Videtur qvod non, qvia 2
non eſt ſupremus, niſi fuerit primus, cum ambo autem pereant, neuter eſt primus, neuter poſtremus; ſed qvia vocabulum ſupremus non confertur cum primo, ſicut ſupremæ tabulæ dicuntur, licet eas nullæ anteceſſerint, & hæc interpretatio rei præſenti eſt convenientior, ideoqve dici poteſt, utrumqve fratrem videri ſupremum deceſſiſſe, & ita utriusqve hæreditas ad ſubſtitutum pertinebit. *l. 11. ff. de bon. poſſ. ſdum. tab. Cujac.*

ad

Digitized by Google

3 *ad h. l. tom. 2. p. 1066.* Sed valde obſtare videtur
*L. Si qvu 34.* aut ut alii allegant *Eum qvi ff. ad Tre-*
*bell.* Verum reſpondere videtur, id propterea fie-
ri, qvia non de tota re, ſed tantum de parte reſti-
tuendi erat actum. *Peregr. de fideic. art. 13. n. 12.*
*Vaſq. de. Succeſſ. Progreſſ. §. 25. n. 76. Fuſar. de Sub-*
*ſtit. qv. 127.* vel ibi de fideicommiſſaria agi, ut
*Cujac. d. l.* Dic etiam poſſet, ibi matrem interve-
niſſe.
4 *Ad §. Qvi bello 1.* Qvando Pater & filius pubes
ſimul perierunt bello, ruina, naufragio, vel etiam
peſte, qværitur, qvis alteri ſuperſtes fuerit? Si
extiterit ſuperſtes mater, Pater prior mortuus
præſumitur, tùm ob naturale votum Parentum,
tum ne mater à luctuoſa filii hæreditate repella-
tur. *Covarr. lib. 2. Reſol. c. 7. n. 8. Menoch. lib. 6.*
*præſ. 50. n. 21. ſeqq. Dn. Carpz. p. 3. conſt. 17. def. 10.*
5 Sed hoc limitant, niſi conjecturæ aliò nos vo-
cent. *Menoch. d. l. n. 27. Carpz. d. l. in fin.* qvo &
famam refert *Bald. vol. 4. conſ. 176.* Et ſic hic §. in-
6 telligitur de caſu, qvando agitur de ſuperexiſten-
tia reſpectu ſucceſſionis aſcendentis, ſcilicet ma-
tris, per allegata *Fuſarii de ſubſtit. qv. 416. num. 2.*
7 Sed aliud, qvando agitur de ſuperexiſtentia re-
ſpectu ſucceſſionis extranei; nam hoc caſu, ſi pa-
ter & filius ſimul moriantur, non præſumitur,
qvod filius pubes ſupervixerit patri, *per l. Ex facto 17. §. pen. ff. ad Trebell.* ubi ſubſtitutus Titio,
ſi is ſine liberis deceſſerit, admittitur ad fidei-
commiſſum, Titio & ejus filio ſimul mortuis. *Me-*
*noch. d. præſ. 5. n. 28. Maſcard de probat. concl. 135.*
*n. 15. Fuſar. d. q. 416. n. 8. ſeqq. & q. 436. n. 7.* conf.
*Finckelth. obſ. 52. n. 20. & ſeq.*
8 *Ad §. Si maritus 3.* Si in pactis dotalibus con-
ventum, ut uxore in matrimonio decedente lu-
cretur maritus dotem, ſi contingat maritum &
uxorem ſimul decedere, dicendum eſt, condi-
tionem eveniſſe, licet incertum ſit, qvis ſuper-
ſtes fuerit, qvia certum eſt, uxorem in matrimo-
nio deceſſiſſe, *per. h. §. 3. collata l. 32. §. 1. ff. de*
*donat. int. Vir. & Ux. Covarr. d. c. n. 3. Roland. à*
*Valle in tract. de lucro dot. qv. 60. Menoch. d. præſ.*
9 *50. num. 2. ſeq.* Hinc qværitur, ſi ex ſtatuto inter
Conjuges ſit ſucceſsio, vel ex pactis dotalibus, ſi-
ve certa qvantitas, ſive pars qvotitativa hæredi-
tatis deferatur conjugi, & verò conjuges ſimul
mortui ſint, qvomodo res inter cognatos conju-
10 gum tranſigenda & decidenda ſit? Nonnulli Dd.
putant, præſumptionem eſſe, qvod fœmina ſeu
uxor præmortua fuerit, qvia eſt debilior, qvam
ſententiam hic proponit Gloſſa, ſed eam ſeqvi
non videtur; allegat eam *Alciatus de præſumpt.*
*reg. 1. præſ. 49. n. 2. & Pacian. de probat. lib. 2. c. 8.*
*n. 7. qvem refert & ſeqvitur Dn. Carpz. p. 3. Ju-*
*riſpr. conſt. 17. def. 12. & ipſe Cujac. ad lib. 7. Pauli*
11 *ad Edictum.* Sed qvod tantorum Virorum pace
dixerim, non videtur hæc ſive fictio ſive præſum-
ptio jure probata, imò potius juri contraria eſſe.
Nam ſi hæc præſumptio eſſet vera, non opus fo-
ret, ut JCtus fundamentum conſtituiſſet in ver-
bis ſtipulationis, ſi in matrimonio mulier deceſ-
ſiſſet, qvam clauſulam adhibebant ob freqven-
tiam divortiorum, ſed JCtus ſimpliciter dicere
debuiſſet, dotis lucrum ad maritum ex ſtipula-
tione pertinere, ſed hoc non dicit, ſed pro funda-
mento ponit verba ſtipulationis, ſi in matrimo-
nio deceſſerit. Deinde hoc probo ex *l. cum hic* 12
*ſtatus. 32. §. 14. ff. de donat. int. vir. & ux.* ubi
qværitur, ſi inter conjuges facta donatio, qvæ
non niſi morte donantis confirmatur, & conju-
ges ſimul moriantur, an hæc donatio morte vi-
deatur confirmata? &. reſpondet ibidem JCtus
difficilem eſſe qvæſtionem. Sed ſi hæc præſum- 13
ptio vera, fœminam ut infirmiorem præmortu-
am præſumi, non eſſe difficilis, ſed dici poſſet
expeditè, ſi uxor donavit, donationem morte
confirmari, non ita, ſi maritus donavit, qvia ſe-
cundum hanc præſumptionem uxor donataria
præmortua videretur. Deinde deciſionem JCtus
ponit in verbis SCti, ſi prior deceſſerit, qvi dona-
tum accepit, qvia autem non poteſt dici poſte-
riori jam propoſito caſu, ubi maritus donavit,
qvod mulier prior deceſſerit, certè non conſtat de
eo, nec affirmari poteſt: Ergò hoc caſu confirma-
tur donatio in uxorem collata, ſed ſi uxor præ-
mortua præſumeretur vel fingeretur ob infirmi-
tatem ſexus, non poſſet ita decidi, & ſic triplici
modo *hic §.* illam ſententiam oppugnat; nam ſi
illa præſumtio vera, non difficilis foret deciſio,
nec ſecundò neceſſe fuit JCto ad verba SCti con-
fugere, & in caſu donationis factæ à marito, qvod
freqventius fit, qvia mulieres ad dandum minus
proclives, contra JCtum reſpondendum foret;
Qvod verò adducitur de impubere vel ejus im- 14
becillitate, pertinet ad ætatem immaturam te-
neram, & ad vires ejus fragiles, non ad ſexus im-
becillitatem, & ita rectius ſentiunt *Covarr. lib. 2.*
*Reſol. c. 7. n. 10. verſ. omnibus hic & Menoch. lib. 6.*
*præſ. 50. num. 17.* Sed qvid tamen fiet, ſi maritus 15
& uxor ſimul moriantur, qvomodo ſuccedent
utriusqve partis cognati in caſu ſtatutariæ ſuceſ-
ſionis, vel pactis dotalibus? R. Tunc ſtatuto
vel pactis locum non eſſe, ſi ſtatutum vel pactum
ſuperſtiti conjugi defert ſucceſſionem, welches
Theil des andern Tod erlebet/ oder überlebet/ ea- 16
qve ſententiam manifeſtè probatur, per *l. qvo de*
*pariter 16. h. t.* ubi ſi mater ſtipulatur ſibi dotem
reddi à marito, mortua uxore, ſi mater ſimul cum
filia mortua, non eſt commiſſa ſtipulatio, qvia
mater non ſupervixit, ergo ut locus ſit ſtatuto vel
pacto, neceſſe eſt, ut conſter, eum qvi ſperat lu-
crum dotis, ſupervixiſſe, qvod hic non eſt. *Men.*
*d. l.* Et qvidem Marchia noſtra ratione ſtatuta- 17
riæ portionis res non videtur dubia, nam ſivè
Uxor præmortua marito, ſivè maritus præmor-
tuus Uxori ponatur, ſemper tamen dimidia bo-
norum ad hæredes mariti, & altera dimidia ad
hæredes uxoris pertinebit, qvod etiam in illis
Regnis

Regnis & Provinciis verum eſſe poteſt, ubi communio bonorum ratione ſortis inter conjuges contrahitur, ſed ubi maritus in mobilibus ſuccedit vel conjux in parte tertia bonorum, ibi difficilis foret deciſio, & apud nos in caſu pactorum dotalium, ubi interdum ferè tota hæreditas defertur conjugi ſuperſtiti; & dixerim hic cum *Menochio*, non habere locum ſucceſſionem ex ſtatuto vel pacto; à qvo non plane diſſentit *Dn. Carpz. d. deſ. 12. n. 6. ſeq.* ſed redeundum eſſe ad
18 jus commune; & ſic bona mariti ad ejus hæredes, uxoris verò bona ad hæredes uxoris pertinebunt.

19 Ad *§. ult.* Hic agitur, qvando pater & filius impubes ſimul moriuntur caſu aliqvo, & hic filius impubes propter infirmitatem prior præſumitur mortuus. *hic & l. cum pubere 22. & l. 23. h. t. Covarr. d. c. 7. n. 9. Menoch. d. l. n. 30. Carpz. d. conſt. 17. deſ. 11. Franc. de Barry de Succeſſ. lib. 17. t. 12. n. 31. ſeq. Fuſar. de ſubſtit. qv. 416.* Et diſtinctio hæc inter puberem & impuberem, communiter eſt recepta. *Finckel. h. obſ. 52. n. 9.* Hoc autem tamdiu præſumendum, donec probetur contrarium, *per hunc §.* Nec obſtat præſumptio juris, qvod parentes ſecundum ordinem naturæ præcedant liberos, nam hic non de naturali, ſed violenta
20 morte agitur. *Finckel. h. d. l. n. 16.* Sed qværi poterat, cur tam operosè diſputarint JCti de eo, qvis ultimo mortuus præſumatur, cum tamen hic hæreditatem non aditam tranſmittere non poſſit? Sed reſpondendum, ejus, qvi ultimus defunctus præſumitur, hæredi ſuccurri ex *L. Pannonius. 36. de acqvir. hæred.* ut ſcilicet illius, qvi impeditus erat adire hæreditatem, hæres per reſtitutionem in integrum jus adeundi habeat. *Petr. Barb. in L. Qvia tale. 14. n. 60. ff. ſol. matr. Sfortia Odd. de reſtit. qv. 63. art. 6. Ruinus conſ. 33. lib. 3.*

## ad L. Si fuerit. 10.

### SUMMARIA.

*Legatum primo aſcendenti Capitolium relictum duobus aſcendentibus, neutri debetur. n. 1.*

*Præmium à Duce belli urbem obſidente primo aſcendenti mœnia promiſſum, duobus aſcendentibus, an & qvomodo præſtandum, variæ adducuntur ſententiæ. 2.*

Lex h. 10. *deciſionis loco applicari non poteſt. 3.*

*Qvæ hic ſententia probanda. 4.*

*Si in regno, ubi jus primogenituræ locum habet, naſcantur duo filii, & ob incuriam obſtetricum neſciatur, qvis verè primus fuerit, cui tunc imperium conferendum, qværitur. 5.*

*Deciſio ex* h. l. 10. *peti non poteſt. 6.*

*Variæ opiniones recenſentur. 7.*

*Qvæ juri convenientior exiſtimetur. 8.*

*Si de nativitatis ordine non apparet, prior intelligitur ille, ex qvo mater libertatem conſeqvitur. 9.*

*Reſpondetur ad princ.* h. l. *10.*

*In dubio pro libertate judicandum ex hoc textu colligitur. 11.*

*Qvod extenditur ad juramentum promiſſorium, ſi non conſtet, in qvantum obligatio facta. 12.*

*Apparentia contrarietatis regulæ hujus: Qvod in dubio pro validitate & obligatione juramenti pronunciandum, tollitur. 13.*

*Pronunciatio iſta in dubio pro favorabilibus tunc locum habet, qvando ambiguitas per ſubtilitatem judicialem non poteſt tolli. 14.*

*Qvod applicatur ad primam ſententiam, ſi in dubio confirmanda. 15.*

*Colligitur etiam, in dubio viam tutiorem eligendam eſſe. 16.*

*Qvod qvando valeat, explicatur duplici adhibita diſtinctione. 17.*

*Exemplum regulæ eſt in probibito matrimonio, ubi ducenda fuit ſponſa patris & filii. 18.*

*Attendenda & hæc regula eo caſu, ubi inter nupturam & Parentem ſuſpecta interceſſit familiaritas. 19.*

*Qvatenus & obſervanda in politicis conſultationibus 20.*

*Conſilium pacis tutius eſt belli conſiliu 21.*

*Conſilium uno tempore tutum, non rarò alio tempore minus tutum eſſe exemplo Fabii demonſtratur. 22.*

*An in dubiis caſibus ſorti conſultatoria qvid committendum ſit. 23.*

*Affirmativa certo modo probatur. 24.*

*Qvæ ad hoc reqviruntur. 25.*

*Judicium Auguſtini pro affirmat. refertur. 26.*

*De pietate, qvæ huic negotio adeſſe debet, remiſſivè. 27.*

*An condemnatio unius ad ſupplicium ex pluribus facinoroſis, rectè ſorti committi poſſit. 28.*

Legavit Teſtator uni ex cognatis, qvi prior Capitolium aſcendit, ſummam aliqvam, hoc legatum licet incertæ perſonæ, tamen ex certis perſonis relictum valet. Sed pone duos ſimul adſcendiſſe, & neutri debetur legatum, qvia incertum eſt, qvis prior aſcenderit, & alter alteri impedimento eſt, obſcura autem, qvæ ſolvi non poſſunt, pro non ſcriptis habentur. *Cujac. hic tom. 2. p. 1068.* Hinc igitur qværitur, ſi Dux exercitus obſidens urbem, ei, qvi primus mœnia adſcenderit, certum præmium promiſerit, & duo ſimul mœnia conſcenderit, qvid ſingulis debeatur? Et qvidam dimidiam cuiqve debere ſtatuunt. *arg. L. Si qvis Titio. 27. in fin. de legat. 2. & l. cum qvidam. 24. eod.* Dd. allegat *Tiraq. de Jure primog. q. 17. opin. 4. n. 12.* alii verò utrumq; excludunt, per *h. l.* alii ſtatuunt gratificationi eſſe locum, cui Dux præmium illud dare velit. *l. fin. ff. de Relig. & L. in navem. 31. ff. Locati.* alii ſingulis totum præmium aſſignarunt, qvæ opinio placuit Scipioni Africano, expugnata Carthagine, teſte Livio & Plutarcho. Sed *Cujac. hic & Vaſq.* alicubi reſpondent, exempla illa ad conſeqventiam & Juris neceſſitatem non eſſe trahenda, dum potius ex gratia Imperatoris qvam Juris neceſſi-

3 ceſſitate emanarint. Et qvidem ex *h. l.* noſtra ſu-
ſtinetur ſententia ſecunda; ſed lex noſtra loqvi-
tur de voluntate Teſtatoris, qvia ſcilicet defun-
ctus uſus fuit nomine ſingulari ad unum tan-
tùm totum legatum pertinere voluit; unde, ſi
conditio legati pariter verificatur in duobus, in
dè reſultaret incertitudo, qvi vitiat legatum.
*Vaſq. de ſucc. Progr. lib. 1. §. 3. n. 37.* ſed in noſtra
facti ſpecie explicare mentem ſuam Dux poteſt,
4 cujus mens procul dubio fuit, neminem ſortitu-
dinis præmio velle defraudare, & hic hac in ſpe-
cie procul dubio prima ſententia eſſet præferen-
5 da. Sed hac occaſione qværitur, ſi in Regno vel
feudo Regali primogenitus tantùm ſuccedat, &
verò duo filii naſcantur, & incuria obſtetricum
fiat, ut neſciatur, qvis verè fuerit primus, qvod
impoſſibile non eſt, qvomodo hæc controverſia
decidenda? & qvidem, ſi ex hac lege dijudicanda
eſſet qvæſtio, dicendum foret, neutrum eſſe pri-
6 mogenitum, neutrum ſuccedere; Sed ſententia
habet maximam abſurditatem & iniqvitatem, &
lex hæc loqvitur de eo caſu, ubi rem non oportet
neceſſario habere eventum. Tractat autem hanc
qvæſtionem *Tiraqv.* copioſiſſimè *in tract. de pri-
mogenitis q. 17. & 12.* ubi varias ſententias ſeu opi-
7 niones recenſet & examinat: (1.) Eſt, qvod ſorte
negotium ſit dirimendum. (2.) Qvod locus ſit
gratificationi ſuperioris. (3.) Qvod ſucceſſio dan-
da honeſtiori. (4.) Qvod ambo pro indiviſo ſuc-
cedant & regnent. (5.) Qvod alternis vicibus
imperent. (6.) Qvod neuter ſuccedat. (7.) Qvod
formoſior. (8.) Qvod robuſtior, qvia hic etiam
præſumitur celerius exiviſſe de carcere materno.
(9.) Qvod Magnates vel populus poſſint eligere
alterutrum. (10.) Qvod pater eligere debeat.
(11.) Qvod præferatur is, qvi in poſſeſſione eſt.
(12.) Qvod ille, qvi primus poſſedit, licet tempo-
8 re litis conteſtatæ non poſſideat. Sed omnes ferè
habent difficultatem; nam ſorti à fratribus rem
committi poſſe, ut non negemus, durum tamen
erit, alterum fratrem ad id compellere; ideoqve
communiorem, benigniorem, juriqve ac rationi
convenientiorem eſſe putant qvartam, qvæ
utrumqve pro indiviſo admittit, ut apparet ex
iis, qvæ *in princ. d. qv. & in d. opin. 4. & in concl.
opin. 12.* habet *n. 12.* cui etiam meritò aſſurgimus.
9 *Ad §. 1.* Species hæc eſt. Legavit qvis liberta-
tem ancillæ, ſi primum maſculum pepererit, &
peperit maſculum fœmellam, incertum eſt, uter
prior natus ſit, qværitur, qvid faciendum judici?
Examinandæ ſunt obſtetrices; ſi autem adeò in-
tricata, ut diſcerni non poſſit, ſeqvemur partem
humaniorem, qvæ libertati favet, & ſic præſumit
lex, vel ponit maſculum prius eſſe genitum, & ſic
10 mater & filia erunt liberæ. Sed videtur obſtare lex
hæc *in princ.* Reſp. *Cujac. ad h. l.* ibi duos eſſe, qvi
certant de libertate, & invicem ſibi obſtant. An
in hac ſpecie unam eſſe, qvæ libertatem petit,
11 cui facilius ſubvenitur. Collige ex *h. l.* in dubio
pro libertate judicandum; ſimilis textus *in l. in-
ter partes. 38. ff. de re jud. c. ult. X. de re jud. Pruckm.
vol. 1. conſ. 27. n. 140. Don. lib. 27. c. 8. Riccius coll.
dec. 512. & alii.* Id qvod etiam Canoniſtæ ad fo- 12
rum conſcientiæ extendunt, qvando qvis gene-
raliter præſtitit juramentum promiſſorium, &
dubitant, an voluerit hoc vel illud juramento
promittere, ſi facta diligenti inqviſitione, adhuc
maneat dubius, pro libertate eſſe judicandum,
cum juramenta ſtrictè ſint intelligenda & ne ni-
mis conſtringatur animi libertas, ita *Thomas
Sanchez de Matrim. lib. 1. diſp. 9. n. 11. & lib. 2. diſp.
41. n. 32. & Steph. Fagundez ad Decal. lib. 2. cap. 19.
n. 4.* & alibi, qvod etiam in foro exteriori habere
videtur uſum. Sed huic valdè obſtare videtur re-
gula, qvod in dubio pro validitate & obligatione 13
juramenti pronunciandum, ut Dd. ſæpius mo-
nent, præſertim cum tutiorem viam ſemper eli-
gendam eſſe, ex hac lege nonnulli probent, ut po-
ſteà dicetur; ſed dici poteſt pro concordia,
qvando de validitate juramenti agitur, poſterio-
ri regulæ locum eſſe qvando verò de intellectu
juramenti, priori. Deindè ſubdiſtingvo, ut prior
regula locum habeat in foro animæ, poſterior in
foro exteriori, ne judex ſit Author perjurii, *per
l. 2. C. de indict. viduit. toll.* qvod facilè fieri poſſet,
contra juramentum ſi pronunciaret, & non eſſet
dubius ipſe, qvi juravit, licet ſe dubitare aſſerat.
Sed notandum in hujusmodi regulis, qvando in
dubio pro libertate hominis vel rei, vel pro dote, 14
pro pia cauſa, & ſimilibus judicandum eſſe dici-
tur, verba illa in dubio eſſe ita intelligenda ex hoc
textu, ſi hoc ita ſit incertum, ut non poſſit per
ſubtilitatem judicialem manifeſtari. Ergò ſi res
poſſit inveſtigari, potiſſimum ſi ambiguitas ſit
in jure, vel in applicatione juris ad factum,
omnibus modis debemus eò laborare, ut qvid
hac in ſpecie juris ſit, inveſtigemus, ſive ſit pro
libertate, ſive contra libertatem. Si autem aliqvis
vellet acta perluſtrare ſemiſomnis, & vellet pro
ratione decidendi allegare, ſe tutiorem viam eſſe
ingreſſum, & pro libertate, pro dote, vel pro reo
pronunciaſſe, qvia in dubio his favendum, ille
fruſtra hac regula ſe defenderet; tunc in dubio
via humanior eligenda, qvando non poteſt cauſa
per ſubtilitatem judicialem inveſtigari. Sic eti-
am prætextus negligentiæ foret, qvia pro judice 15
primæ inſtantiæ præſumitur, ideoqve ſententiam
primam confirmare velle, qvia hæc præſumptio
in dubio locum habet, qvando res ita intricata,
ut paria pro utroqve ſint argumenta, nec poſſit
dignoſci, utra ſententia juri ſit conformior;
qvod tamen rarius ſit. Deinde colligunt ex *h.
§.* regulam: Qvod in dubio via tutior eligenda; 16
& habetur clarius adhuc *in c. illud 5. X. de
Cler. excommunic. & c. Juvenis. X. d. Sponſal.
c. penult. X. de Homicid.* Et qvidem duplicem
hic adhibent diſtinctionem: (1) Utrum ve- 17
rè & omni ex parte ſit dubium, intellectu
neutri parti adhærente, an verò intellectus

alteri ſententiæ minus tutæ adhæreat: ut hæc regula illo caſu ſimpliciter obliget, hoc verò caſu ſit inſtar conſilii & cautelæ. Ita poſt alios *Sanchez de Matrim. lib. 2. diſp. 41. num. 9.* Altera diſtinctio eſt inter forum exterius & interius conſcientiæ, ut regula hæc in hoc locum inveniat, non in illo; qvia ibi Judex judicat ex probatis, & in caſu dubio abſolvit Reum *Flores Diez de Mena lib. 1. qv. 9. n. 18.* Sed qvid ſi Actor etiam pro ſe ſavorem habeat? &c. ideoqve non puto, illam regulam ad judicium conſcientiæ reſtringi, præſer-
18 tim cum in hac lege de foro exteriori ſermo ſit. Sic ob hanc etiam cauſam videtur prohibitum matrimonium inter Te & eam, qvæ fuerit ſponſa patris vel filii. *l. ſi qva mihi 12. §. 1. & 2. ff. de rit. nupt. & §. ſi ux. r Tua l. eod.* nam præterqvam qvod reverentia ſuperioribus debeatur, accedit ratio ex noſtra lege, cum incertum plerumqꝫ ſit, ad qvam usqve lineam amoris cum ſponſa qvisqve ſua pervenerit, in re dubia abſtinere tutius eſt, & licet non ad ultimam lineam pervenerint, inverecundum tamen eſt, eam in amplexus tuos ire, qvæ oſculis Patris & filii tui maduerit, ut ſcitè lo-
19 qvitur *Ant. Matth. in lib. 48. ff. t. 3. c. ult. n. 26.* Et ſic idem dicemus, ſi magna familiaritas inter Parentem tuum & puellam aliqvam fuerit, adeò ut ea ſiniſtræ opinioni potuerit occaſionem præbere, tutius erit in hoc dubio ab ejus nuptiis ut abhorreas, ne ſucceſſu temporis uxor recordata fortè ſtupri à Patris illati, conſcientia ducta, à tuis
20 abhorreat amplexibus cum ſcandalo. Eadem regula in Politicis ſæpe allegatur conſultationibus, tutiora ſemper conſilia tam in pace qvàm bello amplectenda, niſi res eo loco ſint, ut deploratæ vel deſperatæ videri poſſint, & ideò monebatur Henricus IV. Rex Galliæ à ſuis, tutiora conſilia primis regni auſpiciis novo Principi eſſe ſeqvenda, pauca fortunæ committenda dicentibus, licet ipſe contrarium ſecutus fuerit, ut refert *Thuan. lib. 10. c. 97.* Sed id ſæpè dubium eſt, qvæ via tutior, ſæpe enim conſilium in ſpecie tutius revera
21 periculoſius: conſilium pacis procul dubio tutius belli conſiliis, ſed nemo ſubleſtam & incertam pacem bello, niſi rebus omnibus deploratis,
22 prætulerit. Sæpè unum conſilium uno tempore tutum, alio tempore minus tutum. Fabii conſilium in bello Punico ſalutare tutisſimum fuit, ſed mutatis rebus; cum diſſvaderet Scipionis tranſitum in Africam, minus tutum fuit, & per Fabium non ſtetit, qvo minus bellum Punicum
23 non conficeretur. Sed qværitur hic, annon in dubiis caſibus, ubi nullus eſt prudentiæ humanæ locus, qvodnam ex duobus ſeqvendum ſit, ſorti, cujus ſuprà facta mentio, committi poſſit? Sortem faciunt triplicem: Diviſoriam, Conſultoriam, Divinatoriam. De ſecunda ſpecie loqvor, & qvidem de tali caſu, ubi ſummum utrobiqve periculum, alterutrum tamen neceſſariò eligendum, & nullo humano conſilio aſſeqvi poſſum, utrum horum eligendum. Et qvamvis ſortes *in c. ſortes 7. l. 26. qv. 5.* & paſſim, prohibitas eſſe ſciamus, non tamen dubito, dari cauſas poſſe, ubi ſorte, qvæ ſententia tutior ſit, explorari poſſit. Nam ſortem Conſultoriam (de Divinatoria hic non loqvor) ideò mittendam non eſſe volunt, qvia qvilibet ſuo judicio eligere debet, qvod putat eſſe optimum, & DEUS per ſortem tentari videtur; ſed qvando talis caſus occurrit, ubi nullus eſt humano conſilio locus, & alterutrum neceſſariò faciendum, non videtur temeritas ulla, nec tentatio DEI, cum non habeatur alia ratio explorandi voluntatem Divinam, nec intellectus noſter ad alterutram feratur partem, adeò ut aut cœco impetu alterutrum ſuſcipiendum ſit, aut ſorte dubietas iſta præmiſſis ſeriis precibus reſolvatur, & ita concurrentibus his reqviſitis, (1.) Scilicet defectu omnis conſilii hu- 25
mani. (2.) inſpiratione Divina. (3.) Debita reverentia. (4.) Rei non prohibitæ gravitate, tradunt *Leſſius tom. 1. de J. & J. lib. 2. c. 3. dub. 9. n. 60.* qvem aliosqve allegat *Steph. Fungundez in decal. lib. 1. c. 40. n. 16. Zaſ. in tit. Decretal. de ſortil. n. 7. in fine conſ. Franc. Balduin. de caſ. conſcient. lib. 3. c. 6. qv. 9. verſ. in rebus dubiis* & ſo- 26
let adferri judicium Auguſtini, qvi, cum Civitas aliqva eſſet obſeſſa & dubitaret Clerus, qvinam aufugere, qviqve remanere in civitate debeant, ſcripſit, rem eſſe ſorte dirimendam, addita hac ratione, qvod meliùs DEUS in iis ambagibus judicet; qvem locum allegat *Tiraq. in d. tract. de Primogen. q. 17. opin. 1. n. 12. & Balduin. d. l.* qvomodo autem cum magna religione, reverentia, 27
jejuniis, mundicia, precibus &c. res hæc tractari debeat, explicat idem *Tiraqv. d. l. n. 102.* Et ſanè hîc magna cautione opus. Sed qvid qva ſo de hac 28
conſvetudine judicandum, qva, ſi à multis flagitium circa rem militarem admiſſum, ſortiri coguntur, & qvem ſors tetigit ad ſupplicium rapitur; qvæ Conſvetudo antiqviſſima, ſicut exempla plurima veterum Imperatorum belli recenſet *Tiraqv. in Tract. de pœn. temper. cauſa 47. n. 4.* Sed in hac re deſideramus neceſſitatem, cum enim non omnes uno impetu deliqverint, ſed alii initium defectionis, v. gr. vel fugæ vel deditionis fecerint, in authores debebat inqviri, qvæ inqviſitio nec impoſſibilis nec difficilis foret, nec putamus eà cum reverentia fieri, qvæ reqvirebatur, & ſi hæc juſta ratio inveſtigandi authores, ſeqveretur in caſu, ubi aliqvis in rixa à pluribus vulneratus, ſed ab uno lethiferè, qvi tamen neſciatur, ſorti rem committi poſſe, qvod tamen nemo facilè dixerit.

## ad L. Qvotiens in actionibus. 12.

### SUMMARIUM.

*Interpretatio ſic fieri debet, ut id, qvod geſtum conſervetur.*

Qvan-

QVando ambiguitas eſt in oratione, verba ita intelligenda ſunt, ut res, de qva agitur, magis valeat, qvam pereat, & ut voluntas ultima ſit in tuto. *Hic & l. 21. & 24. h. t. & L. Qvoties. 80. de Verb. Obl. Mantica de conject. ult. vol. l. 12. tit. 17. n. 13. Simon de Pratis lib. 1. int. 1. dubit. 4. ſolut. 5. n. 3. Tuſchus concl. 136. lit. A. Carpz. dec. 42. num. 16.*

## ad L. Si is qvi. 13. pr.

### SUMMARIA.

*LEgatum ſic conceptum: Sejo cum ducentis, qva apud eum depoſui, 300. lego, qvingenta legata cenſentur. n. 1.*

*Diverſis ſummis promiſſis, diverſas qvantitates promiſſas eſſe colligitur. 2.*

*Qvid ſi verba n. 1. idiomate Germanico expreſſa, an idem dicendum. 3.*

*Stipulationis ſic concepta: Si hominem aut fundum non dederis, dabis centum: ambiguitas evolvitur. 4.*

*Si pluresres per ſtipulationem promittantur, ſi unam non præſtet promiſſor, tota ſtipulatio committitur. 5.*

*Qvid ſi diverſa facta in ſtipulatione. 6.*

*Subſtitutus ſic: Si filius aut filia heredes non erunt, hoc caſu, ſi admittendus, opus eſt, ut nullus ſit heres. 8.*

1 SI Sejo qvis, apud qvem diſpoſuerit ducenta, ita legaverit: *Sejo cum ducentis qva apud eum depoſui, 300. lego*, qværitur, an qvingenta ſint legata, an trecenta tantum, ac ſi ducenta, qvæ depoſuit, voluerit in trecentis computari? Sed qvalitas verborum, qvia dixit, cum ducentis trecenta lego, ſatis declarat, teſtatorem voluiſſe duas ſummas conjungere, non in una alteram includere. *Cujac. ad librum Juliani ſingul. de ambig. tom. 1. p. 2355. Peck ad c. 30. de R. J. lib. 6. n. 11.*

2 Ex hoc textu nonnulli colligunt; qvando ſummæ diverſæ ſunt promiſſæ, diverſas qvantitates eſſe promiſſas, nec unam in alia comprehendi, de qvo *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 213. n. 11. ſeq. & conf.*

3 *Govean. lib. var. lect. c. 22.* In Germanico noſtro idiomate res hæc valdè eſſet dubia, E. gr. Ich legire Titio mit denen 200. Thaler/ die ich im depoſito bey Ihm habe/ 300. Thaler / ubi facile aliqvis dicere poſſet, trecenta tantum legata, niſi dixiſſet, über die 200. Thaler noch 300. Thaler/ ſed ex *h. l.* niſi conjectura certa aliò vocet, aliter reſpondendum.

4 *Ad §. 2.* Stipulatus eſt aliqvis ita: Si hominem aut fundum non dederis, dabis centum; nulla alia ſtipulatione præcedente de homine aut fundo dando. Hæc ſtipulatio ambigua eſt, nam vel hoc ſignificat, ſi neutrum vel nihil dederis, nec hominem, nec fundum, & hoc modo ſatis fiet obligationi; ſi alterum detur; vel hoc ſignificat, ſi aliqvid horum non dederis, & ita plerumqve accipitur. Ergò, ſi neutrum dederis, ſive alterutrum tantum, committeretur ſtipulatio, & ex ſtipulatu agi poteſt, nec aliter ſatisfiet, qvàm præſtito utroqve. Idem eſt, ſi præcedente 5
alia ſtipulatione, qva plura fieri ſtipulatus ſum, videlicet Stichum, Pamphilum, Davum Judicio ſiſti, & ſi eos omnes non ſtiteris, 100. dabis, nam ſi vel unum non ſtiteris, pœna integra debebitur, qva in parte Dd. admodum laborant in conciliando hoc *§. & §. ſeq.* cum *L. Si ſervus. 9. §. ſi plurium. 1. ff. ſi qvis caution.* qva de re videri poſſunt *Hieronymus Butigella in rep. l. 4. §. Cato. de V. O. num. 140. ſeqq. Crotus in ſecunda repet. n. 53. Galiaula. n. 78. Ruinus n. 75. Decius n. 397. Fachin. lib. 10. c. 63. n. 163.* ubi ita breviter; Cum unum factum 6
in ſolutione deducitur, pœna integra committitur, niſi promiſſa fecerit. *in d. §. Cato.* ſi plura facta, committi pœnam ex juris rigore per *d. §. ſi plurium. conſ. Ant. Faber in rational. ad d. l. 9. §. 1. & Hardivvig. Daſſelius in tract. de div. & indiv. n. 399. & 410. ſeq.*

*Ad §. 3.* Traditur hic à JCto natura contrariarum & ſubcontrariarum propoſitionum, & ibi 7
particulam NON in ſecundo exemplo tranſpoſitam eſſe, putat *Cujac. hic.*

*Ad §. 6.* Pater inſtituit filium & filiam, ſi naſcantur hæredes, & ſi filius aut filia non naſcitur, 8
aut heres non erit, ſubſtituit Sejum. Filius natus eſt & hæres fuit, ſed non filia; qværitur, an ſubſtitutus pro parte admittatur? Videtur qvod ſic, qvia in disjunctivis ſufficit alterutrum eſſe; ſed JCtus dicit, teſtatorem voluiſſe copulativè & non disjunctivè loqvi, ſcilicet ita, ſi neqve filius neqve filia ſit hæres, niſi contraria probetur intentio teſtatoris, & ſic disjunctiva pro copulativa ponitur. Indè rectè colligitur, ſi qvis liberos inſtituiſſet, & extraneum ſubſtituiſſet hoc modo: *Si filius aut filia heredes non erunt*, eo caſu opus eſſe, ut nullus ſit hæres, ut locus ſit ſubſtitutioni, eo qvod alternativa capiatur pro conjuncta. *Card. Mant. de conject. ult. vol. lib. 4. tit. 12. n. 28. Graſſus §. ſubſtitutio. q. 15. n. 3. & Franciſcus Barry de ſucceſſ. lib. 3. t. 5. n. 13. circa finem.* conferri tamen poteſt *Acorombonus in §. celebri, cum ita L. Heredis mei. ff. ad Trebck. n. 59.*

## ad L. Qvod de pariter. 16.

### SUMMARIA.

*RElicta in caſum ſuperexiſtentiæ, non debentur, ſi legans cum legatario ſimul decedat. n. 1.*

*Extenditur ad ſtipulationes. 2.*

*Limitatur. 3.*

QVando agitur de alicujus lucri acqviſitione, 1
uno ſuperſtite & altero præmortuo; ſi contingat maritum cum uxore decedere, dos v. gr. non adqviritur marito vel ejus hæredibus, qvia non conſtat mulierem priorem deceſſiſſe, & maritum ſuperſtitem fuiſſe. *l. 9. § 3. h. t.* Idem in ſtipula- 2

tione, ſi mater dotem ſibi reddi ſtipulata eſt, qvia
habet hoc hanc conditionem, ſi mater filiæ præ-
mortuæ ſupervixerit. *Covarr. lib. 2. Reſol. c. 7. n. 7.
ſeq. Roland. à Valle d. tract. de lucro dot. qv. 60. n. 6.
Menoch. d. lib. 6. præſ. 50. n. 17. Carpz. dec. 19. n. 17.*
3 Unde tamen aliud *n. 8.* eſſe dicit, ubi agitur de
leg:ro tertio relicto, v. gr. ſi ſoror ſuæ ſororis li-
beris legaverit, ſi ſorori ſupervixerit, & ſorores
ambæ ſimul mortuæ.

## ad L. Sed & in illo. 18.

*SUMMARIUM.*

*Subſtitutio cum pupillo ſimul pereuntè ſubſtitutio
pupillaris exſtingvitur.*

Eſt aliqvis pupillo ſubſtitutus, uterqve autem
uno caſu periit, nec apparet, uter eorum
prior ſpiritum emiſerit, non eſt præſumendum
pro ſubſtituto, ſed extingvitur pupillaris ſubſti-
tutio, nec refert, utrum ſubſtitutus ſit pubes, an
impubes, ut poſt *Bart. Card. Mantica de conject.
ult. vol. lib. 5. t. 10. num. 12. Covarr. d. c. 7. num. 8.
Maſt. concl. 1354. in fine. Vincent. Fuſar. de ſubſtit.
qv. 126.*

## ad L. Cognatis. 19.

*SUMMARIA.*

*Legatum purè cognatis relictum, pertinet ad illos
tantum, qvi tempore teſtamenti vel tempore
mortis exiſtunt. n. 1.*
*Ratio cur utrumqve tempus hic attendatur. 2.*
*Ratio, cur poſtea nati excludantur. 3.*
*Legatum uxori indefinitè relictum, an juxta* hanc
legem *& ſecundæ uxori relictum præſuma-
tur. 4.*
*Negantium reſponſio ad textus qvi affirmativam
docere videntur. 5. 6.*
*Affirmativa qvatenus apprehendenda. 7. 8. & 9.*

1 Qvod legatur cognatis, præſumitur id lega-
tum iis, qvi tempore Teſtamenti habent
hanc qvalitatem vel tempore mortis, qvod ta-
men in legato puro locum habet, non in legato
conditionali. *Roland. à Valle vol. 4. conſil. 39. n. 31.*
2 *Menoch. conſ. 1. n. 191.* Rationem autem, cur hoc
in loco cognati non tantum, qvi fuerunt tempo-
re Teſtamenti, ſed etiam tempore mortis cogna-
ti futuri ſint, intelligantur, qvamvis *Socinus* in
parvitate præjudicii hæredis conſtituat, melius
tamen *Cagn. in repet. l. fin. C. de Pact. n. 234.* aſſignat
hanc; qvia teſtator hic non habuit affectionem
ad unum ex cognatis potius, qvam ad alium, le-
gando Cognatis in genere, qvibus honorem ob
cognationem haberi voluit; unde nil mirum, ſi
illi, qvi cognati reperiuntur, tempore mortis ad
3 legatum admittantur. Cur autem poſtea nati
non veniant, rationem hanc videtur aſſignare
*Peregr. in tract. de fideic. art. 19. n. 33.* qvod verba
hæc non videantur continere implicitum tra-
ctum temporis, ut ſi poſteritatis aut liberorum
mentionem faciat. *Riminald. vol. 5. conſil. 564.
n. 23.* Et nati & cogniti videntur prædilecti. *Ri-
minald. conſ. 690. n. 23. vol. 6.* Et ex hoc textu
forte aliqvis decideret illam qvæſtionem, an le-
gatum uxori non expreſſo nomine proprio fa-
ctum præſumatur ſecundæ Uxori relictum, qvæ
mortua prima, ducta eſt? Licet enim teſtator 4
tempore teſtamenti non habuerit affectionem
erga ſecundam uxorem, ſed cum prima mortua,
duxerit ſecundam, & deceſſerit cum eodem te-
ſtamento, dicitur convertiſſe ſuam affectionem
erga ſecundam, qvam loco primæ adſumpſit &
dilexit *l. 32. §. fin. de leg. 2. Menoch. lib. 4. præſ. 122.
n. 11. ſeq.* Sed vehementer obſtat *L. Si qvid earum.* 5
*47. in fine de leg. 3.* Et videtur reſponderi poſſe
ad hunc textum, hic de cognitis in genere cogi-
tatum, in legato autem relicto Uxori, de una tan-
tum perſona cogitari potuit, & ad *L. Placet. 4. d.
lib. & poſth. hæredib. inſtit.* reſponderi, ibi poſthu-
mum ex alia uxore natum admitti, favore teſta- 6
menti conſervandi *Tiraqv. in L. Si unqvam C. de
revoc. donat. in præfat. n. 105. Men. conſ. 97. n. 84.
& concl. 106. n. 52. Berous vol. 2. conſ. 17. num. 20.*
ideoqve tale legatum ſecundæ uxori non debe-
ri, reſpondent *Tiraqv. d. l. n. 107. Covarr. in d. c.
reqviſiviſti. 15. n. 5. X. de Teſtam. Card. Mant. de
conject. ult. vol. lib. 8. t. 15. Molin. de J. & J. diſp.
200. n. 14.* Sed puto conciliari poſſe has opinio- 7.
nes; Et primò qvidem, ſi teſtator nondum habuit
Uxorem, legatum hoc de ſecunda & tertia poſſe
intelligi, nemo eſt, qvi dubitet, tradente *Meno-
chio d. l. num. 13.* Deinde nec hoc adeò dubium, 8
ſi teſtator leget Uxori certam qvantitatem, ut ſe
honeſte alere poſſet, qvia hæc cauſa finalis præ-
ſumitur etiam adeſſe in ſecunda uxore, qvam
procul dubio noluit teſtator in paupertate vive-
re & legatum alimentorum eſt valdè favorabile,
& ita *Alexander* determinat *in conſil. 171. n. 3. vol. 2.*
& alii, qvos allegat *Joh. Petr. Surdus de Alim. q. 8.* 9.
*priv. 31. n. 2.* Tertio, ſi alia circumſtantia vel con-
jectura adſit, ſenſiſſe teſtatorem cum moreretur
de ſecunda, qvid enim ſi coram amicis dicat, ſe
velle, ut, qvæ priori Uxori legaverit, etiam in hac
uxore locum habeant? vel qvid ſi dixerit Uxori,
ſe ipſi in teſtamento proſpexiſſe, & tamen teſta-
mento de illa aliud nihil habeatur? &c.

## ad L. Cum Sena-
## tus. 20.

*SUMMARIA.*

*Illicito Collegio legari non poteſt. n. 1.
Singulis de Collegio & ſic Judæis legare licet. 2.
Reſpondetur* ad l. 4. C. de Hæret. 3.

Collegio licito poteſt legari, illicito non. *hic* 1
*& l. Collegium. 8. C. de hæred. inſtit. Daurb. de
teſtam. n. 300.* Sed qværitur, an ſingulis de Collegio 2
lega-

5 legare liceat, & in ſpecie, an Judæis legare lice-
at? Hoc affirmant hic *Bart.* & Dd. communiter,
*vid. Joh. Nicolai in tract. de Hæret. qvi habetur
tom. 2. Tract. notab. 7. Molin. de J. & J. diſp. 154.*
3 *Decianus tract. crim. lib. 5. c. 13. n. 16. Card. Mant.
de conject. lib. 3. t. 2. n. fin. Finckelth. obſ. 84.* De
ratione autem, cum diverſa conditio hæretico-
rum Manichæorum, per *l. Manichæos 4. C. de Hæ-
ret.* diſſerit *d. l. Joh. Nicolai.* Dici poteſt hic eſſe
regulam, in d. l. 4. eſſe exceptionem. Et ſane
vix negari poteſt, in legibus noſtris Manichæos
eſſe odioſiores Judæis.

## ad L. Ubi eſt. 21.

*SUMMARIA.*

*Verba ambigua, qvomodo explicanda. n. 1.*
*Exempla, qvod actus potius pro valido, qvàm pro invalido explicandus. 2. 3. 4.*
*Voluntas teſtatoris contra legem pro valida non explicanda. 5.*

1 Ubi eſt verborum ambiguitas, id videndum,
qvid actum ſit; ſi hoc liqvidò non appareat,
ita debent verba explicari, ut res bona fide con-
tracta ſit in tuto, niſi, cum eſſet ſcriptum aliqvid
contra Leges. Prima pars in ſe certa; multæ le-
ges enim hoc inſinuant, plerumqve enim JCti
reſpondent, in qvæſtionibus dubiis attenden-
dum eſſe, qvid actum, & probat, ut hoc per totum
2 tit. *C. plus val. qvod agitur.* Sed qvia hoc non
ſemper apparet, ideoqve ſuccedit ſecunda pars.
Exemplũ in ultimis voluntatibus, qvarum ver-
ba ita debent intelligi, ut diſpoſitio magis vale-
at, qvàm pereat, qvia non creditur qvisqvam
genus Teſtamenti elegiſſe, qvo judicium ſuum
impugnatur. *l. 3. ff. de milit. Teſtam.* nec vero ſi-
mile eſt, Teſtatorem voluiſſe facere inutilem diſ-
poſitionem. *Card. Mant. de conject. lib. 3. tit. 2. n. 10.*
3 ex qvo in ſeqq. multa infert. Ex hac cauſa verba
Teſtamentorum communia, pro directis haben-
da, ac hæredis inſtitutionem in dubio facere tra-
dit *Carpz. p. 3. Jurispr. conſt. 9. def. 7. cum Berl. p. 3.*
4 *concl. 15.* Sic de privilegii interpretatione qvan-
do agitur, ita illud interpretandum eſt, ut pri-
vilegium conſervetur, non reddatur inutile. *Ge-
org. Enenckel Baro in tract. de Privil. lib. 2. c. 3. n. 38.
Menoch. rem. 15. recuper. poſſ. num. 263. conſ.*
5 *Card. Tuſchus concl. 136. lit. A.* Ex tertiô verò no-
tabile eruitur, cum apertè aliqvid contra legem
factum eſt, non admitti interpretationem, ut va-
leat diſpoſitio Teſtatoris. *Mant. de conject. d. lib. 3.
t. 2. num. 19.*

## ad L. Cum pubere. 22. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Matre una cum filio pubere pereunte, mater prior deceſſiſſe præſumitur. n. 1.*
*Aliud ſi filius impubes ſit. 2.*
*Rationes utrinsqve ſuppeditantur. 3.*
*Succedens ex præſumptione ſuperexiſtentiæ, ſi ſciat contrarium, conſcientiæ ſuæ malè conſulit. 4.*

Mater, ſi cum pubere filio moriatur, hic ma- 1
tri ſuperſtes fuiſſe præſumitur, ſed ſi cum
impubere, mater ſuperſtes præſumitur ad hunc 2
effectum, ut ejus, qvi ſuperſtes præſumitur, hæ-
redes poſſint venire ad ſucceſſionem; cujus ra- 3
tiones anteà aſſignatæ ſunt, ſcilicet qvod partim
in voto Parentum, partim in debilitate corporis
conſiſtant. Verùm in hac ſpecie, qvando Mater
cum filio pubere uno caſu periit, non conſidera-
tur debilitas corporis, qvod fortè fœmineus ſexus
ſit debilior, ſed dicit JCtus hoc humanius eſſe, ſc.
propter ordinem mortalitatis, ut rectè hic Gloſſa,
ſive votum parentum. *Finckelth. obſ. 52. num. 10.*
Sed qværitur pro complemento hujus materiæ, 4
an ſi ignoretur, uter prior mortuus fuerit, ſed
ſciat hoc privatim iſte, qvi pro ſe habet præſum-
ptionem, qvod defunctus, cui vult ſuccedere,
prior mortuus fuerit, in conſcientia ſua poſſit
eſſe ſecurus, qvòd pro ſe habeat præſumptio-
nem? Et minimè ſecurus eſt, qvia receptiſſima eſt
Canoniſtarum ſententia, pluribus locis inculca-
ta, qvod in foro Conſcientiæ ſola veritas atten-
datur & lex fundata in ſola præſumptione reji-
ciatur, poſt alios *Menoch. lib. 1. præſumpt. qv. 80.
num. 3.*

## ad L. Qvem hæredi. 25.

*SUMMARIA.*

*Declaratio Legatarii in alium rectè confertur. num. 1.*
*Verbis & relatione aliqvid declarare, paria eſſe, colligitur. 2.*
*Legatum qvatenus per unicum teſtem probari poſſit. 3.*
*Extenditur ad heredis inſtitutionem. 4. 5.*

Licet perſona Legatarii debeat eſſe certa, ta- 1
men ejus declaratio poteſt in alium conferri.
*hic & l. cum qvidam & l. Unum ex familia de leg. 2.
Card. Mant. de conject. lib. 8. c. 4. num. 17.* Col- 2
ligitur ex textu, paria eſſe, aliqvid in teſtamen-
to exprimere ſpecificè vel per relationem ad ali-
ud. *Dauth. de teſt. n. 330. Mant. lib. 4. t. 3. n. 11.*
Legatum etiam per unicum teſtem probatur, v. 3
gr. qvem hæredi dixero, ſi ſcilicet qvibusdam ar-
gumentis appareat, de qvo dixerit: Et hoc qvi-
dem videri poſſit favore libertatis receptum. Sed
obſtat, qvod etiam ex voluntate Teſtatoris uni te-
ſti credi debeat, *per. l. Theopompus. ff. de dote
præleg. Maſcard. probat. lib. 1. qv. 11. num. 13.
Fariu. de Teſtib. qvæſt. 63. num. 39.* Imò hanc 4
etiam legem ob identitatem rationis extendunt
ad hæredis inſtitutionem, v. gr. hæres meus eſto,
qvem Titio in ſecreto nominavi, & Titius ju-
ramento nominet hunc, ut vult *Caſtrenſis in
l. ſi ita ſcripſero 38. num. 2. ff. de condit. & de-*

 *monſtr.*

*monſtr. Card. Mantica de conject. ult. vol. lib. 4. t. 3. n. 12.* Sed ſemper hæc ex noſtra lege declaranda, ſi aliis argumentis hæc voluntas poſſit probari, & ſic aliæ præſumptiones concurrant. *Mant. d. l.*

## ad L. Cum qværitur. 26.

### *SUMMARIA.*

*VErba dubia contractus contra proferentem explicanda. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*Interpretatio fœderum contra qvem fieri debeat. 3.*

1 QVando inter duos contrahentes diſputatur, qvid actum ſit, ambiguitas contra ſtipulatorem eſt. *hic & L. Veteribus. ff. de Pact.* ex qvo apparet, verba contrahentium, qvi ea ſcilicet protulerunt, aut ad qvorum commodum & utilitatem cenſentur prolata, qviqve his innituntur, eaqve in ſuum favorem trahunt, contra illos interpretenda, qvia debuerunt apertius loqvi, & ſi hoc non fecerint, ſibi imputent. *Decian. ad L. Semper in obſcuris. ff. de R. J. & ibi Cagnolus. Alex. conſil. 11. circa fin. vol. 2. Pet. Gerhardi ſing. 97. & Tiraqv. in tract. de Retract. Conſang. §. 1. gl. 9.*
2 *num. 210.* Sed hoc poſt multos à ſe allegatos limitat. *Tiraqv. in tract. L. Si unqvam. C. de rev. don. in præfat. n. 54.* Niſi contrarium ſit veroſimilius.
3 Ex *h. l.* poſſet aliqvod argumentum ſumi, pro interpretatione pactorum publicorum, fœderum & pacificationum. Qvoties enim ad inſtantiam alicujus partis pactum aliqvod fœderi inſertum, hocqve aliqvo modo ambiguum & obſcurum ſit, poſſet dici ex *h. l.* interpretationem contra eum, qvi apertius loqvi potuit, faciendam eſſe.

## ad L. Si qvis de pluribus. 27.

### *SUMMARIA.*

*SI circa manumittendum ex pluribus ſervis ambiguitas contingat, nulli libertas datur. n. 1.*
Bartoli *ratio rejicitur. 2.*
*Vera ſubnectitur. 3.*
*An ſi legatum uni Eccleſiæ, nec conſtet, qvam ſenſerit teſtator, nulli deberi ex* h. l. *dicendum. 4.*

1 SI teſtator voluit unum de pluribus ſervis ma-
numitti, nec appareat, de qvo ſenſerit, non
2 debebitur libertas. *hic & l. 10. pr. h. t.* ubi *Bart.* &
alii hanc rationem tradunt, qvod concurrat in-
certitudo perſonarum & rerum, qvam rationem
perſtringit *Mant. de conject. lib. 6. tit. 3. n. 45.* qvia li-
bertas relicta utiqʒ certa eſt, nō enim major liber-
tas unius eſt, qvam alterius, ſed una omnium eſt
3 libertas. Vera autem ratio eſt, qvia Jus antiqvum,
qvo cautum, libertatem incertæ perſonæ dari
non poſſe, non reperitur correctum. Sed alia ra-
tio incertitudinis legati. v. gr. ſi fundum unum
de duobus cognominibus legaverit *l. 32. §. 1. &*
*l. 39. §. 6. de leg. 1.* qvia tunc certò apparet, teſta-
torem unum fundum ſaltem minorem dare vo-
luiſſe *Don. lib. 8. c. 14. lit. B.* Et ex h. l. poſſet defen- 4
di ſententia illa, qvando qvis legavit uni Eccle-
ſiæ, & incertum eſt, de qva ſenſerit teſtator, qvod
neutri debeatur; ſed reſpondetur qvamvis à libertate ad piam cauſam communiter argumentari ſoleant, eſſe tamen hic diverſitatem rationis, non tantum propter *L. Id qvod. C. de Epiſc. & Cler.* ſed etiam qvia teſtator hic voluit uni libertatem relinqvere, & ideò cum non appareat, de qvo ſenſerit, nullus efficitur liber, ne fortè is, qvem voluit eſſe liberum, ſervus maneat, & alius ad libertatem perducatur. At cum teſtator piæ cauſæ reliqvit, intelligitur pro ſalute animæ ſuæ & Chriſto relinqvere, qvæ intentio locum habebit, ſive huic ſive illi Eccleſiæ legatum relinqvatur. In utroqve enim legatur Chriſto, & ob ſalutem animæ. *Tiraqv. de priv. pia cauſa priv. 56. in fin. Mant. de conject. lib. 6. t. 3. num. 45.* licet ea reſponſio non placeat *Surdo de aliment. t. de 8. priv. 17. num. 6.*

## ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur & deciditur. n. 1.*
*Clauſulam in fine appoſitam non tantum ad proxima, ſed & ad omnia præcedentia referendam eſſe, colligitur. 2.*
*Ratio deciſionis in* h. l. *ex* Cujacio *adducta probatur. 3.*

PLures ſervos manumiſit, cum eſſent annorum 1
30. ut ſcilicet perveniant ad civitatem Re-
manam, ut vult *Cujac.* inter eos ſervos Sabinæ &
Cyprogeniæ ſeparatim legavit ſingulis 10. & ad-
dit & hoc amplius alimentorum nomine, in ſin-
gulos annos qvoad vivet ſingulis 10. Qværitur,
an omnibus mancipiis alimenta debeantur, an
verò Sabinæ & Cyprogeniæ ſolis? Et reſponde-
tur, omnibus eſſe legata. Unde communiter ſo-
lent probare regulam; qvod clauſula in fine ap- 2
poſita, ad omnia præcedentia, non tantùm ad
proxima ſit referenda. *Afflictus deciſ. 248. num. 10.*
*& Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 64. num. 22. ſeq. Aug.*
*Barboſ. locuplet. lib 3. c. 23. axiom. 5.* Sed *Cujac.*
hic rationem decidendi collocat in favore ali- 3
mentorum, qvi etiam penè in ſimili re idem extorqvet in *l. 15. §. ult. de alim. leg.* Et ſanè non invitus tranſeo in hanc ſententiam, cum incertitudo vel rei vel perſonæ non debeat vitiare legatum alimentorum. *Surd. de aliment. t. 8. privileg. 17.* & habemus ferè ſimilem textum *in L. Si qvis Titio. 17. §. 1. ff. de legat. 2.* ubi hæres damnatus fuit, uni ex libertis dare 10. hæres tamen omnibus eadem præſtare cogitur, de qvo *Mantica de conject. lib. 8. c. 4. num. 14. & Surd. de priv. 17. in fine.*

# Titulus VI.

# De his, qvæ pœnæ cauſa relinqvuntur.

## Ad L. Filiofam. 1.

*SUMMARIA.*

*POena nomine olim non legabatur, & qvod tale ſit legatum. n. 1.*
*Qvid hodiè hâc in re obtineat. 2.*
*Impoſſibilis conditio ſine effectu injungitur. 3.*
*Pœna heredi conſtituta, ſi tertius hoc vel illud fecerit, vel non fecerit an debeatur. 4.*

1 OLim non licebat pœnæ cauſa aliqvid legare, qvod fit, qvando non tam favore Legatarii, qvam ad coërcendum heredem & cogendum, ut qvid faciat vel non faciat, qvid relinqvitur. Sed Juſtin in l.
2 un. *C. h. t.* Legata pœnæ cauſa relicta approbat, modo nõ probroſum vel impoſſibile qvid heredi injunctum, qvod ſi fiat, totum legatum corruet, cum è contrario turpis conditio legatario impoſita ſola vitietur, non verò legatum. *Barry l. 8. t. 28. n. 1. Surd. deciſ. 232. Peregrin. fideicom. art. 11. n. 91.* Et ſic verba (illicitè & probroſè) à Triboniano addita, rectè ſuſpicatur *Donell. l. 8. c. 16. & 3*
*ibi Hillig. lit. B.* Et ſic impoſſibilis conditio injuncta legatario ſeu honorato, non perimit legatum, qvia non implendo non peccat, ſed hæredi gravato injuncta non gravat eundem, qvia non faciendo non peccat, & ſic nec pœnam meretur.
Sed qværitur, qvid ſi hæredi adimatur hæreditas, 4
vel legatario legatum, ſi tertius hoc vel illud fecerit, vel non fecerit? Reſp. diſtingvendo, an ſtatim ſub hac conditione relinqvatur, an verò prius purè, & poſtea ſub conditione ita adimatur: Illo caſu non debetur legatum. *l. 13. ff. de Manumiſſ. teſt.* hoc caſu debetur. vide not. *ad L. 44. de hæred. inſt.*

# Titulus VII.

# De Regula Catoniana.

## Ad L. Catoniana. 1.

*SUMMARIUM.*

*Regula Catoniana qvid definitum.*

LEgata tempore teſtamenti inutilia non poſſunt ex poſt facto convaleſcere. *l. 41. §. 2. de legat. 1.* qvia poteſtas & voluntas legandi in idem tempus debent concurrere. *Don. lib. 8. c. 13. & ibi Hillig. lit. A. & B. Don. tonſ. 185. n. 19.*

## ad L. Catoniana regula. 3.

*SUMMARIA.*

*REg. Catoniana non locum habet in hereditatibus ſub conditione relictis. n. 1.*
*Nec in iis legatis, qvæ demùm ab adita hereditate cedunt. 2.*

1 AD hereditates hæc regula nõ pertinet, qvod de hereditatibus ſub conditione datis intelligunt, *Cujac. l. 4. obſ. 4. Don. l. 8. c. 13. Weſemb. in π hic n. 4. licet diſſ. Ant. Fab. l. 12. conject. c. 19. & Hill. d. c. 13. lit. E.* Deinde ad ea legata etiam 2
non pertinet regula hæc, qvæ non à tempore mortis cedunt, ſed ab adita hæreditate, ut legatum libertatis & uſusfructus, qvia habent tacitam conditionem, ſi hereditas adita fuerit. *Don. d. c. 13. in fin.* Aliam rationem habet *Weſenb. in π. h. t.*

## ad L. Placet. pen.

*SUMMARIA.*

*NOn attenditur in legatis conditionalibus hæc reg. n. 1.*
*Intellectus* l. 1. §. f. h. t. 2.

ADlegata conditionalia non etiam pertinet 1
hæc regula, qvia ibi tempus conditionis ſpectatur, non teſtamenti. *l. 98. ff. de Condit. & demonſtr.* & ideò, ſi inſtitutio conditionalis, etiam legata erunt conditionalia. *Don. & Hill. d. c. lit. E.* & de tali legato conditionali intelligenda etiam 2
*l. 1. §. fin.*

# Titulus VIII.

# De his, qvæ pro non ſcriptis habentur.

## ad L. 1. & ult.

*SUMMARIA.*

*LEgatum, qvod legatarius ſibi in teſtamento adſcripſit, pro non ſcripto habetur. n. 1.*
*Limitatur. 2.*
*In teſtamento nuncupativo non obtinet hæc diſpoſitio. 3.*
*Qvid in nuncupativo myſtico. 4.*

1 SI qvis ſibi in Teſtamento legatum adſcri-
pſerit, hoc pro non ſcripto habetur, ad evi-
tandam fraudem, aut fraudis ſuſpicionem,
licet volente teſtatore ſcripſerit *l. 14. & ſeq.*
*ff. de falſis. Dauth. ad l. 22. C. de Teſtam. n. 5. Far.*
*qv. 150. n. 177. Beſold. conſ. 284. n. 13. Carpz. part. 3.*
2 *conſt. 3. def. 9.* Niſi teſtator in ſpecie in ſubſcri-
ptione hujus legati mentionem faciat. *l. 2. C. h.*
3 *t. Carpzov. d. l. def. 10.* Sed aliud in Teſtamento
nuncupativo in ſcripturam redacto, cujus fides
à depoſitione teſtium dependet. *Mantica de Con-*
*ject. l. 1. tit. 3. n. 5. & 7. Anton. Fab. lib. 9. Cod. tit.*
*14. d. s. Petrus Peckius de Teſtam. Conjngum l. 3. c. 10.*
*& Grænvvegen ad l. 1. C. de his, qvi ſibi adſcribunt.*
4 Qvod tamen in Teſtamento nuncupativo myſti-
co vix concedetur.

### ad L. Si in metallum. 3.

*SUMMARIA.*

*RElicta incapaci præter alimenta pro non ſcriptis*
*apud heredem manent. n. 1.*
*Incapax qvomodo differat ab indigno. 2.*

QVod incapaci relictum, v. gr. damnato in 1
metallum, præter alimenta, id pro non ſcri-
pto habetur, & apud heredem manet; Incapax 2
enim ab indigno diſtingvitur, qvod ille capere
planè non poſſit, & ideò relictum pro non ſcri-
pto habetur. Indignus eſt, qvi qvidem capere po-
teſt & verè capit, ſed jure retinere non poteſt, ſed
ad fiſcum devolvitur, De illis *h. tit.* de his *tit. ſeq.*
vid. *Vaſq. lib. 3. controverſ. c. 102. n. 3. Barry l. 1. de*
*Succeſſ. t. 8. n. 1. ſeq. Menoch. conſ. 275. n. 28.*

# TITULUS XI.

# De his, qvæ ut indignis auferantur.

### Ad Rubricam.

HUnc titulum abrogatum moribus cen-
ſent nonnulli Dd. Sed illi de particulari
conſvetudine loqvuntur. *Heigius p. 2. q.*
*34. n. 44. Dn. Mevius p. 5. decis. 154. Mer-*
*kelbach inter conſ. Klockii vol. 1. conſ. 46. num. 20.*
*& ſeq.*

### ad L. Divi Severi. 1.

*SUMMARIA.*

*PEr ingratitudinem adverſus defunctum, eo viven-*
*te & ſciente, commiſſam, revocatur tacitè lega-*
*tum. n. 1.*
*Mortuo teſtatore vel vivente, ſed ignorante, ingratus*
*exiſtens ut indignus privatur relictis. 2.*
*Qvid hinc colligatur. 3.*
*Collectio extenditur. 4.*
*Limitatur. 5.*
*Notatur caſus ſpecialis, ubi ex unico facto delatio-*
*nis legatarius conſeqvitur & pœnam & præ-*
*mium. 6.*
*Indignus eſt, qvi matrem graviſſimis contumeliis af-*
*ficit. 7.*

1 INgratitudo commiſſa adverſus defunctum,
vivente & ſciente eo, operatur qvidem revoca-
tionem legati tacitam. *l. 3. §. fin. ff. de adempt. Leg.*
2 Sed ſi mortuo teſtatore ingratitudo committa-
tur, vel vivente qvidem Teſtatore, ſed ignorante,
capax qvidem eſt legati, ſed fiſcus aufert. Er-
3 gò qvæcunqve cauſa adimit legatum vivente
Teſtatore, ex ea cauſa redditur indignus, teſtato-
re mortuo, aut ignorante. *Bart. hic & poſt gl. Pe-*
*regr. in tr. de Jure Fiſci lib. 2. t. 8. num. 7. & ſeq.*
*Beſ. conſ. 178. num. 21. ſeq. Berous vol. 2. conſ. 32.*
*num. 22. ſeq.* & idem ad Feloniam vivente qvi- 4
dem, ſed ignorante Domino commiſſam, exten-
dit *Peregr. d. l. num. 11.* etiam ad donatarium.
*num. 12.* Non verò habere locum putat in dote.
*num. 13.* Illud verò hic ſpeciale, qvod ex unico 5
facto delationis Legatarius conſeqvatur pœnam
& præmium, contra regulam in *l. 38. pr. ex qvi-* 6
*bus cauſis major. & l. 5. §. ult. h. t. Cujac. tom. 2.*
*p. 1087.* qvia præmium non eſt pars legati, & Fi-
ſcus non tam pœnam, qvàm ſibi debitum exigit.
Qvid ſi matrem qvis verberibus & contumeliis 7
peſſimè tractavit, an propterea portio hujus
fiſco vindicanda? Aff. id *Dn. Mev. p. 5. dec. 80.*
Sed optandum eſſet, ut tituli fiſcales in uſum re-
vocarentur.

### ad L. Aufertur. 2.

*SUMMARIA.*

*INdignus eſt relicto, qvi contra tabulas bonorum*
*poſſeſſionem petit. n. 1.*
*Et maritus, non uxor, nuptias vetitas contra-*
*hens. 2.*
*Et paciſcens de certa perſona futura heredita-*
*te. 3.*

QVi contra tabulas bonorum poſſeſſionem 1
petit, indignus eſt ſucceſſione vel lucro ex
eodem teſtamento aliàs competente. *Barry lib. 1.*
*tit. 9. num. 14. Peregr. d. l. 2. tit. 7. num. 14.* Qvi 2
etiam nuptias contrahit vetitas, qvod marito ab
uxore relictum, fiſco acqviritur; ſecus in uxore:
& is, qvi de certæ perſonæ futura hereditate pa-
ciſcitur, reddit ſe indignum ea ſucceſſione, qvæ 3
aliàs ad eum perventura erat. *§. fin. & l. 29. §. 2. de*
*Donat. Carpzov. p. 2. c. 35. def. 17. in fin. Cephal.*
*conſ. 605. n. 21. & ſeqq.*

ad

## ad L. Indignum. 3.

*SUMMARIA.*

*INdignus eſt, ægrotum teſtatorem non curans. n. 1.*
*Privatur maritus, uxorem deſerens, jure familiaritatis & portione ſtatutaria. 2.*
*Et domo uxorem expellens. 3.*
*N. 2. limitatur. 4.*
*Ob non præſtita alimenta compenſatio admittitur. 5.*
*Qvid ſi ſeparatio facta à magiſtratu, an & tunc malitioſus deſertor indignus judicetur. 6.*

1 ETiam ille eſt indignus, qvi cauſam & occaſio-
nem præbuit, ut teſtator moreretur, per cul-
pam & negligentiam ſuam. *Maſcard. concl. 1287.*
*n. 134. & Mant. lib. 12. tit. 5. n. 21. P. Gregor. lib. 45.*
*c. 10. n. 9. Barry. d. t. 9. n. 4.* v. gr. qvi non adhibuit
2 medicum, qvi neglexit furioſum, &c. Ex argum.
hujus *L. Dn. Mev. p. 4. dec. 398.* ſtatuit maritum,
qvi uxorem deſerit, amittere & Jus familiaritatis,
imo etiam portionem ſtatutariam. *Dn. Kobl. Vice-Canc. de Succeſſ. Conjugum. p. 2. num. 98. conf.*
*Rauchbar. p. 1. qv. 47. n. 10. & p. 2. qv. 40. n. 6. & qvos*
*refert Carpz. lib. 2. Jurispr. Eccl. def. 215. num. 1.*
3 Vel ſi domo expulerit! *Forſter. de Succeſſ. l. 9. c. 3.*
4 *num. 22.* Prius tamen limitatur: niſi maritus ſe-
parationi cauſam non dedit, ſed potius probabi-
lem cauſam habuit, & per qvem non ſtetit, qvo
minus in gratiam cum uxore ſua rediret; ut pro-
nunciatum ſcio anno 1646. licet ob non præſtita
alimenta compenſatio admiſſa. Hinc facile colli-
5 gi poteſt, qvid ſentiendum ſit de opinione *Carpzov. d. def. 215.* ubi dicit, qvi cauſam diſſertioni de-
dit, eum non ſuccedere; ſed ſi à Magiſtratu ſepa-
rentur, tunc malitioſum deſertorem, vel ſævum
6 maritum, lucrari portionem ſtatutariam. Auto-
ritas publica non approbat ipſius malitiam; ſed
per conniventiam tantum; ut ſaluti innocentis
conſulat, permittit. Et ita ratio legis hujus omni-
no locum adhuc habet.

## ad L. Papinianus. 4.

*SUMMARIA.*

*UNum hæredem falsò adſcriptum eſſe dicens, non perdit legata à cæteris relicta. n. 1.*
*Secus, ſi inofficioſum ex parte teſtamentum qvis dicat. 2.*

1 QVicunqve unum hæredem falſo adſcriptum
eſſe dicit, ille non perdit legata à cæteris re-
licta, qvia non impugnat judicium defuncti, ſed
præter ipſius mentem hæredem illum additum
2 eſſe dicit; Secus ſi inofficioſum ex parte teſta-
mentum dicat. *arg. l. 8. §. 14. ff. de inoff. Teſt. Cujac. d. tom. 2. p. 1082. Barry d. t. 9. n. 14.*

## ad L. Poſt legatum. 5

*SUMMARIA.*

*LEgatum qvi acceptavit, non privatur iſto, ſi poſtea teſtamentum falſum dicat, vel non ritè factum. n. 1.*
*Conciliatur §. 1. h. l. cum pr. 2.*
*Legatum tutori teſtamentario à patre pupilli relictum, amittit tutor, ſi ſe excuſet. 3.*
*Secus ſi tutor à matre petitus. 4.*
*Legatum, qvo privatur tutor ob excuſationem, non cedit fiſco. 5.*
*Patris accuſatio teſtamenti ut inofficioſi non præjudicat filio ratione relictorum. 6.*
*Qvomodo ipſi patri noceat. 7.*
*Qvid ſi filius patre invito accuſet teſtamentum. 8.*
*Advocatus fiſci teſtamentum falſum dicens, non tenetur pœna caducitatis. 9.*
*Neceſſitas officii excuſat ipſum à calumniâ. 10.*
*Qvod de obſervantia non reſtrictum cenſetur ad procuratores fiſci Cæſarei. 11.*
*Advocati fiſci calumniatores gravius puniendi ſunt, qvam alii calumniatores. 12.*
*Officium illorum. 13. 14.*
*Teſtamentum accuſans, non ſimul amittit donationem mortis cauſa. 15.*
*Secus, ſi donatarius donatorem occiderit. 16.*
*Conditio, ſub qvâ indigno aliqvid relictum, non eſt implenda in perſona indigni heredis, ſed fiſci. 17.*

INprinc. dicitur, eum, qvi acceptavit prius le- 1
gatum, poſſe tamen dicere teſtamentum fal-
ſum, vel non jure factum ratione ſolennitatum.
In §. 1. autem inter alia notandum, qvod qvi le- 2
gatum accepit, poſtea falſum dixit teſtamentum,
amittat legatum, qvod intelligit Gloſſa, qvaſi te-
ſtatorem criminis falſi accuſet; vel dici poteſt,
de eo hoc intelligendum, qvia ſciens falſum te-
ſtamentum acceptavit legatum. Vid. *Cujac. ad* 3
*h. l.* qvi in totum titulum commentatus eſt *tomo 2.* Qvando teſtator tutorum dedit filio ſuo
eiqve tutori legatum reliqvit, id videtur reli-
qviſſe fidei remunerandæ, & laboris tutelæ com-
penſandæ gratia, & ideo ſi tutor uſus fuerit ex-
cuſatione, qvam tamen omittere potuit, amittit
legatum. *Hic & l. 28. ſupra de excuſ. tut.* Secus, ſi 4
petitus a matre tutor; ſed hoc legatum ad fiſcum 5
non pertinet. *Menoch. lib. 4. præſ. 124. Barry d. t.*
*9. n. 17. & ſeq.* ubi ampliat & limitat.

In §. 3. *hujus L.* habetur qvæſtio; qvid ſi filio 6
meo aliqvid legatum, & ego teſtamentum in-
officioſum dixerim? & reſpondetur, hoc non 7
nocere filio, ſed mihi, ratione lucri exinde ſpera-
ti & uſusfructus, qvem habeo. *vid. Pinell. ad Rubr.*
*C. de Bon. mat. p. 1. n. 28.* Eadem ratio, ſi filius
accuſet teſtamentum, me invito: nam id mihi 8
non nocet. Hoc in *§. 5. Pinell. d. l.*

Ad §. 13. Advocatus fiſci, ſi teſtamentum fal- 9
ſum dixit, & ſuccubuit. non tenetur pœna cadu-
citatis, qvia ipſum officii neceſſitas excuſat. *Gail.*
*l. 1. obſ. 90. n. 5. Mev. p. 1. dec. 41. n. 9.* Et ſic de ca- 10
lumnia jurare non tenetur. *Gail. d. l. D. Mev. p. 3.*
*dec. 191. Men. l. 2. A. qv. caſu 281.* Qvod qvidem 11
nonnulli ad Procuratorem Fiſci Cæſarei reſtrin-
gunt.

gunt. *Graveg. Pract. concl. 90. n. 6. p. 1.* Sed id in
12 territoriis Principum vix perſvadebitur. Si tamen Advocatus Fiſci in calumnia deprehendatur, puniri aliis calumniatoribus gravius debet, qvod ſancto officio ad effectus ſuos abuſus ſit.
13 Caveat qvilibet, ne de eo dici poſſit, qvod de Præfectis qvibusdam dicit *Dn. Mev. d. l. poſt num. 6.* ſcil. ne adulatione erga Principes, aut pro ambitione, aut avaritia lites excitent, & vel illorum gratiam, vel ſua compendia, vel in alios vindi-
14 ctam qværant. Officii eſt Advocati Fiſci, ſi temerariam litem ſe intendiſſe diſcat, ut ejus rei moneat Principem; & liti renunciet; qvod ſi non faciat, non video, qvomodo pœnam divinam ac humanam evitare poſſit. Nam injuria nemini inferenda eſt, ſub prætextu utilitatis publicæ. Utilitati pubicæ litandum eſt, ſed uſqve ad aram. Idem ſupplicium ignis æterni imminet illis, qvi juſtitiam violant ob utilitatem oublicam, & qvi ob proprium commodum id faciunt.

15 In §. 17. Si qvis accuſet teſtamentum, privatur omni commodo, qvod ex teſtamento habere poteſt; ſed donationem mortis cauſa non amit-
16 tit, qvia non ex teſtamento habet. Sed ſi donatarius donatorem occiderit, etiam donatione mortis cauſa privandus. Ita hunc §. explicat *Mantic. l. 11. tit. 17. n. 20. Ant. Matth. ad lib. 48. Pand. tit. 5. cap. 4. in fin.*

17 *Ad §. Alia cauſa 18.* Qvi indignus eſt hæreditate, amittit ea, qvæ à legatario accipere debebat, & ita conditio adſcripta, non eſt implenda in perſona hæredis indigni, ſed fiſci, qvod intelligunt in eo, qvi accuſavit ipſum teſtamentum. Aliud eſſe putant, qvando cauſa indignitatis reſpicit ipſam hæreditatem, ſcilicet ſi incapaci relinqvere vellet. *Mant. de conj. l. 11. t. 17. num. 19.*

## ad L. Reſcriptum. 6.

*SUMMARIA.*

*Heres ſurripiens aliqvid, privatur qvarta Falcidiâ, pro qvantitate rerum ſurreptarum. n. 1.*
*Pœnam commenſurandam eſſe delicto, colligitur. 2.*
*Parte feudi alienatâ ſine conſenſu Domini, partis tantum privatio hinc probatur. 3.*
*Pœna caducitatis contractus illiciti reſtringenda eſt ad contractus terminos. 4.*

1 HÆres qvi aliqvid ſurripuit, amittit etiam qvartam Falcidiam in legatis, qvatenus ſcilicet res ſurripuit, non ultra, & illa qvarta rei ſur-
2 reptæ acqviritur fiſco. Unde formant reg. Pœnam non deberi egredi delictum. *Cepp. lib. 1.*
3 *conſ. 139. n. 30.* Unde probatur ſententia eorum, qvi ſtatuunt, per alienationem partis feudi ſine conſenſu domini non privari vaſallum toto feudo; ſed parte tantum *per c. un. tit. de Vaſallo qvi conſtit. c. tit. 38. Dn. Struv. de feud. c. 13. aph. 9.*
4 *n. 7. Franc. de Clapperiis in dec. cauſa 15. qv. 3.* Unde ſi ſtatutum pœnam contractus illiciti ſtatuat caducitatem, pœna privationis non debet egredi contractus terminos. *Clapp. d. l.*

## ad L. Si inimicitiæ. 9.

*SUMMARIA.*

*Inimicitia inter teſtatorem & legatarium tollit legatum. n. 1.*
*Incapax etiam eſt teſtatori maledicens. 2.*
*Hiſce caſibus legatum non acqviritur fiſco. 3.*
*Qvod ſit, ſi legatarius mortuo ſtatus qvæſtionem moveat. 4.*

SI legatarius inimicitiam capitalem aluerit 1
cum defuncto, videtur legatum extinctum,
ex præſumpta teſtatoris voluntate. Idem ſi teſta- 2
tori maledixerit, & his caſibus incapax eſt legatarius, & legatum non acqviritur fiſco. *Coll. arg. h. t. th. 4. n. 4.* Sed ſi ſtatus qvæſtionem mortuo 3
moveat, tunc relictum fiſco acqviritur. Nec igitur totam legem de indignis accipere poſſum, 4
cum *Dn. Mevio p. 5. dec. 153.*

## ad L. In fraudem juris. 10.

*SUMMARIA.*

*Palam fidem accommodans de reſtituendo incapaci relictum retinet. n. 1.*
*Secus ſi tacite, qvo caſu relicta fiſco applicantur. 2.*

QVod incapacibus palam & apertè relictum 1
eſt, non applicatur fiſco. *l. 3. §. 1. de Jure Fiſci.* Sed qvod clam eis in fraudem legis relinqvitur, vindicatur fiſco, qvia heres, à qvo relictum eſt, & apud qvem relictum remanere debebat legatum, eo eſt indignus, qvod tacite ſuam fidem accommodaverit de relicto reſtituendo capaci. Et notetur hic deſcriptio, qvid ſit accommodare fidem ſuam. *Mant. l. 10. t. 4. Barry d. t. 9. num. 40. Peregr. de Jure Fiſci l. 2. tit. 1. & ſeqq.*

## ad L. Cum qvidam. 12.

*SUMMARIA.*

*Teſtamentum prius, in qvo hæres capax inſtitutus, non revocatur per poſterius, in qvo incapax inſtitutus. n. 1.*
*Qvid ſi deliberato teſtator incapacem capaci præferri voluerit. 2.*
*Qvid hodiè obtinere putetur. 3.*

SI priori teſtamento inſtitutus ſit hæres capax, 1
poſteriori incapax, poſteriori non revocatur
prius, ſed ſi teſtator ſciens in poſterori teſta-
mento incapacem ſcripſiſſet; & ita incapacem 2
capaci prætuliſſet, non alio fine id videbitur feciſſe, qvam ut notaret, capacem prius inſtitutum eſſe indignum hæreditate ſua, cui ideo fiſcus aufert hæreditatem; & videtur mutaſſe teſtamentum odio prioris hæredis, non affectione majori poſterioris. *Cujac. ad h. l. tom. 4. p. 3. 1. Barry d. t. 9. num. 48. Benedictus de Plumbino in rep. L. Qvi deportantur. C. de hæred. inſtit.* Sed hæc 3
augendo fiſco inventa merito ab aula receſſiſſe puto.

ad

### ad L. Claudius. 13.

*SUMMARIA.*

*LEgatum marito ſactum, cum qvo uxor olim adulterium commiſerat, cedit fiſco. n. 1.*

*Qva reqvirantur de Jure Canon. ad conſtituendum matrimonium inter adulterum & adulteram illicitum. 2.*

1 QVod uxor marito, cum qvo olim adulteri-
um commiſerat, legat, fiſco addicitur, qvia
2 tale matrimonium illicitum; Sed Jure Canonico ad id, ut inter adulterum & adulteram illicitum ſit matrimonium, reqviritur, ut vel in necem conjugis machinati fuerint, vel data fides vivente marito de matrimonio: nam absqve eo eſſet concedendum matrimonium. *Gutier. de matrim. c. 15. n. 3. Carpz. lib. 2. Juriſpr. Eccl. def. 14. & ſ. Gerbard. de conject. u. 381. Danaus in Ethica Chriſtiana lib. 2. c. 14. Beſold. p. 2. conſ. 55. n. 27. David Doring in ſua Bibliotheca voce Adulterium n. 293. Finckelth. obſ. 25.*

### ad L. Mulierem. 14.

*SUMMARIA.*

*RElicta à milite meretrici ſuæ, cedunt fiſco, ſi mors ipſius contingat intra annum miſſionis. num. 1.*

*Secus, ſi poſt annum miſſionis. 2.*

1 QVod relinqvitur mulieri à milite, qvi eam
ſtupro cognovit, fiſco vindicatur ob diſci-
2 plinam militarem. *Hillig. lib. 6. c. 28. lit. K.* Sed hoc, ſi intra annum miſſionis moriatur; nam ſi mors contingat poſt annum miſſionis, teſtamentum jure militari factum non ſubſiſteret, & ſic fiſcus vindicare nihil poſſet. *Cephal. l. 4. conſ. 523. n. 133.*

### ad L. Cum tabulis. 16.

*SUMMARIA.*

*IMpugnant ſecundas tabulas, accuſatione a ſe facta ſuppoſititii partus, amittit ea, qvæ in illis tabulis ei relicta. n. 1.*

*Explicatio §. 1. remiſſivè. 2.*

1 PAter impuberi filio ſubſtituit fratris filios. Filius impubes moritur: ſed ſubſtituti matrem ſuppoſititii partus accuſarunt, & filium dixerunt ſuppoſititium, volentes patruo ab inteſtato ſuccedere, ut totum obtineant. Non obtinuerunt, ideò indignos ſe reddunt ſubſtitutione. *Cujac. hic & ad lib. 8. Reſp. Papin. conſ. Ant. Fab.*
*lib. 6. conject. c. 19.* Qvæ ſit §. primi ſententia, 2
conf. *Cujac. ad h. l.* qvam explicationem addere nolo, cum apud nos concubinatus licitus non ſit; minimè omnium cum privigna.

### ad L. Tutorem. 22.

*SUMMARIUM.*

*TUtor nomine pupilli teſtamentum impugnans, non privatur legato ſuo.*

PErſona eadem, qvando diverſis qvalitatibus prædita pro diverſa perſona habetur; nam hic tutor, cui legatum in teſtamento relictum, ſi nomine pupilli impugnavit teſtamentum, fecit hoc ut tutor, & officii neceſſitate; legatum igitur non perdit.

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*PAtris teſtamentum ut non ſolenniter factum impugnans, non amittit legatum. n. 1.*

*Pœna privationis à teſtatore in caſum impugnationis adjecta, non nocet contradicenti ex probabili cauſa. 2.*

*Qvod non debetur, nec deberi incipit, fiſco non debetur. 3.*

QVi teſtamentum patris non jure factum, 1
nec ſolenne eſſe dicit, non amittit Legatum, qvia hic diſputat de jure tantum, non impugnat judicium defuncti ut impium; nec qvisqvam hanc legem dicere poteſt, ut valeat voluntas legi etiam contraria. *L. Nemo poteſt. de leg. 1.* & ſic ju-
dicatum in Facult. Ao. 1667. menſe Nov. Et ex- 2
inde colligitur, licet teſtator in cauſam impugnationis adjicere poſſit pœnam privationis. *Clarus §. teſtamentum. qv. 69. Covar. ad 1. Raynaldus §. 1. n. 6. X. de teſtam. Gail. l. 2. obſ. 145. num. 5. & 9.* Hanc tamen pœnam non habere locum, ubi qvis probabilem habuit contradicendi cauſam. *Finckelth. obſ. 109. per tot. vid. not. ad l. 8. §. 14. ff. de inoff. teſt. Carpz. p. 3. c. 7. def. pen.*

§. 1. Qvod non debetur, nec deberi incipit, 3
fiſco non debetur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 138.*

# LIBRI XXXV.

## TITULUS I.

## De conditionibus & demonſtrationibus.

### ad L. Legatis. 1.

*SUMMARIA.*

*LEgatum qvotuplex. n. 1.*

*Purum qvid 2.*

*Dies eſt vel certus vel incertus. 3.*

*Conditio vel expreſſa, vel ſubintellecta. 4.*

*Legatum ſubintellecta conditionis qvatenus purum, & qvatenus conditionale. 5.*

Lega-

1 LEgatum aut eſt purum, aut in diem, aut
conditionale. Purum, qvod præſenti die
2 debetur ſtatim, ſcilicet poſt mortem te-
ſtatoris. Dies eſt vel certus, & tunc lega-
3 tum ante diem peti non poteſt; qvia certum eſt
id debitum iri. *l. 70. ff. de ſolut.* aut dies eſt incer-
ta, ſive an ſit extitura, ſive qvando, conditionale
in effectu eſt legatum, qvia incertum eſt, an con-
4 ditio vivente legatario ſit extitura. *§. 2. h. t.* Con-
ditio autem vel eſt expreſſa, vel ſubintellecta ex
natura legati, v. g. Fructus, qvi ex hoc fundo per-
cipientur, qvod legatum ratione transmiſſionis
5 purum eſt. *l. 99. h. t.* Sed ratione præſtationis con-
ditionale; nam ſi nihil naſcatur, nihil debebitur.
*Hill. in Donell. lib. 8. c. 11. lit. C. Don. l. 8. c. 30. & duob. ſeqq.* Et hic tractat *Bart.* qvando legatum ſit
conditionale.

## ad L. Conditionum. 2. & L. 10.

*SUMMARIA.*

*COnditiones caſuales & poteſtativæ, vivo teſtatore impleri poſſunt. n. 1.*

*Limitatur in poteſtativis iterabilibus ſeu promiſcuis. 2.*

*Conditio,* ſi contraxeris matrimonium, *an impleta cenſeatur, ſi legatarius contraxerit, vivente adhuc teſtatore. 3. 4.*

*Conditio caſualis tempore teſtamenti ignorante teſtatore impleta, pro non adjecta habetur. 5.*

*Qvid ſi ſciente teſtatore impleta. 6.*

*Diſpoſitio §. 10. l. 10. non locum habet in contractibus. 7.*

1 COnditiones caſuales poſſunt vivo teſtatore
impleri; Idem in poteſtativa, ſi ſemel im-
2 plere liceat. *l. 10. pr. h. t.* Sed aliæ poteſtativæ ite-
rabiles debent impleri poſt mortem teſtatoris
ſcienter, certoq; judicio, non fato. *hic & l. 10. & l. 11. §. 1. h. t.* ubi tales conditiones vocantur
promiſcuæ, qvæ ſcilicet facile impleri poſſunt.
*Don. l. 8. c. 33. circa lit. N. Mant. lib. 11. tit. 16. n. 11.*
3 *Zoeſ. h. t. n. 41.* Sed qværitur, ſi qvis tibi legaverit
ſub conditione, *ſi contraxeris matrimonium*; ſed
tamen vivente teſtatore contraxiſſes, an capax
ſis legati? *Sande l. 4. tit. 6. def. 3.* repulſum refert
legatarium, ſed admiſſum, cum ſecunda vice nu-
4 ptias contraheret: ſed dubito de hac ſententia,
qvia matrimonium eſt res ex ſe non iterabilis; &
admittendum putarem legatarium, qvia condi-
tio hæc talis eſt, ut ſemel impleri ſufficiat, per
text. expreſſ. *in l. 10. pr. h. t.* ubi diſerte habetur,
ſufficere, ſi vivente teſtatore nupſerit ei, cui non
licet nubere, ſi ignorans fecit, habetur conditio
pro nondum impleta; ſed tunc qvando ſecunda
vice legitime nupſerit. Aliud ſi ſciens nupſit ei,
cui non licebat nubere. *Bart. ad d. l. 10.*

5 In *§. 1. l. 10.* agitur de conditione caſuali, qvæ
ſi ignorante teſtatore tempore teſtamenti imple-
ta, legatum habetur pro puro. *l. 11. pr. h. t.* qvod ſi
verò ſciente teſtatore impleta, de ea non ſenſit
teſtator, & ſic iterum expectanda, ſi iterari id poſ-
ſit. *l. 11. & l. 68. h. t.* alias non. *Donell. l. 8. c. 32. poſt lit. Q. Vinc. de Franchis dec. 113. num. 5. & 6.*
qvam diſpoſitionem §. in contractibus non ob-
tinere tradit *n. 8.*

## ad L. Obtinuit 3.

*SUMMARIA.*

*IMpoſſibilis conditio pro non adjecta habetur. n. 1.*

*Sive ſit in heredis inſtitutione, ſive in legatis & fideicommiſſis. 2.*

IMpoſſibilis conditio de facto aut jure, habetur pro non ſcripta, & ita vitiatur conditio; non vero ipſum legatum. *Peregr. de Fideicom. art. 11. n. 116. Barry l. 17. tit. 10. n. 1. Hill. l. 6. c. 18.* Ideoq; hoc non tantum in hæredis inſtitutione, ſed legatis & fideicommiſſis intelligendum, qvod impoſſibilis conditio vitietur. *Mant. de Conject. ult. vol. l. 7. tit. 1. n. 18.*

## ad L. Si his legatum. 4. §. 1.

*SUMMARIA.*

*PArticula* Tunc *deficiente conditione ante diem efficit, ut exſpectandus diei lapſus. n. 1.*

*Particula Tunc qvid involvat. 2.*

SI conditio deficiat ante diem, expectatur tamen diei lapſus, propter particulam tunc, qvæ extremitatem temporis ſignificat; ideoqve non obſtat *l. 10. ff. de V. O. & ibi Cujac.* qvæ hac particula deſtituitur. Collige, particulam TUNC, So/ Alsdenn/ ejus naturæ eſſe, ut extremitatem temporis ſignificet, & præcedentia omnia completa eſſe velit. *Rudinger. cent. 1. obſ. 17. Heig. p. 1. qv. 26. n. 18. Webner. in obſ. voce* Alsdann. *Beſoldus in Theſ. Pract. lit. A. n. 45. in eadem voce* Alsdenn.

## ad L. Conditionibus. 5.

*SUMMARIA.*

*PUpillus, ſervus & filiusfam. qvatenus conditionem implere poſſint. n. 1.*

*Qvid colligatur 2.*

PUpillus, ſervus, & filiusfam. poſſunt implere conditionem, ſi ſcil. non alienationem bonorum concernat. Colligunt inde, actum, qvi celebratur per pupillum, tum demum eſſe nullum, qvando eſt cauſa immediata obligationis pupilli; qvod hic non eſt, qvia etiam impleta conditione abſtinere poteſt. *Men. rem. 3. Adip. poſſ. n. 73.*

## ad L. Mutata. 6.

*SUMMARIA.*

*SUb pœnâ monumentum exſtruere juſſus arbitratu alicujus, non incurrit pœnam, deficiente arbitratu. n. 1.*

*Qvanti pretii hoc caſu monumentum exſtruendum. 2.*
*Non delinqvere non facientem juſſa, qvæ facere non potuit, hic probatur. 3.*

1 SI ſub pœna juſſus fuerim monumentum ex-
ſtruere, arbitratu tamen tuo; tu autem arbi-
tratus non fueris, non incurro pœnam, ſed ſo-
lum teneor ad id, qvanti monumentum ſecun-
dum ſubſtantiam & dignitatem teſtatoris exſtrui
2 deberet. *l. 27. in fin. h. t. Don. l. 8. c. 15. poſt lit. H.*
3 Unde probatur, non delinqvere non facientem
juſſa, qvæ facere non potuit. *Don. l. 8. c. 16.*

## ad L. Mutianæ. 7. pr.

*SUMMARIA.*

*Conditione negativè concepta, legatarius relicta petens, tenetur præſtare cautionem Mutianam. num.*
*Qvod non obtinet in contractibus 2.*

1 QVando conditio in non faciendo conſiſtit,
qvia non poteſt impleri ante ultimum vitæ
ſpiritum, aut certe dici non poteſt, qvod condi-
tio fuerit impleta, præſtanda eſt à legatario cau-
tio Mutiana, qvæ pro implemento habetur, &
2 in contractibus locum non habet; nam in con-
tractibus obligatio conditionalis ad hæredem
transmittitur, non verò legata conditionalia.
*Hill. in Donell. l. 18. c. 33. lit. P. & S. Moller. lib. 5. Semeſtr. diſſ. 40.*

## ad L. Cum fuerit. 15.

SI qvid legatum pupillæ ſit ſub conditione, *ſi in familia nupſerit*, & ſi jam ducta ſit, licet nondum in cubiculum ſponſi venerit, impleta eſt conditio; Secus ſi, poſtqvam nupſerit: de qvo *Men. l. 4. præſ. 147. per tot.*

## ad L. Demonſtratio. 17.

*SUMMARIA.*

*Demonſtratio falſa ſi de teſtatoris voluntate conſtet, non vitiat legatum. n. 1.*
*Exceptio. 2.*
*Cauſa conditionaliter concepta legatum vitiat. 3.*
*Falſa cauſa non perimit legatum. 3.*
*Limitatur in cauſa finali. 4.*
*Hæc in dubio non præſumitur. 5.*
*Limitatur. 6.*
*Cauſa finalis adjecta adſtringit legatarium ad modum implendum. 7.*
*Limitatur ſi adjecta in utilitatem legatarii. 8.*
*Legatum ſub modo quomodo concipiatur. 9.*
*Legatum modale quomodo differat à conditionali. 10. 11.*

DEmonſtratio falſa, ſi modo conſtet de legato vel legatario, legatum non vitiat *Hic & §.*
*30. Inſt. de Legat.* Excipitur, ſi res certo loco cir- 2
cumſcripta legetur. *l. 108. §. 10. de Leg. 1. l. 1. §. 7.*
*de dote legata.* Certè ſi conditionaliter profera- 3
tur demonſtratio, nullum erit legatum, v. gr. ſi
negotia mea curavit. *§. 3. h. l. Donell. l. 6. c. 19. &*
*l. 8. c. 14.* Multo minus falſa cauſa vitiat legatum, 4
ſeu ratio legandi ex præterito ſumpta. *Hic & l. 72.*
*§. 6. h. t. §. 31. Inſt. de legat.* Niſi appareat teſta-
torem non fuiſſe legaturum, ſi cauſam ſciviſſet
eſſe falſam: nam tunc daretur exceptio doli. *Do-* 5
*nell. d. c. 14. poſt lit. G. & Carpz. p. 3. conſt. 9. def. 20.*
Et hæc cauſa, ſine qva alias non erat relicturus, 6
JCtis vocatur cauſa finalis, qvæ tamen in dubio
non præſumitur. *Carpz. d. l. & Klock. tom. 3. conſ.*
*109. n. 19.* niſi in futurum concepta. *Mant. l. 6.*
*tit. 14. n. 14.* aut tertii favorem vel teſtatoris ho-
norem reſpiciat. *l. 75. ad Trebell. & 71. pr. h. t.* Cau-
ſa etiam legato cohærens præſumitur finalis.
*Carpz. lib. 16. Reſp. 22. n. 6. & ſeq.* His enim caſi- 7
bus legatum non præſtatur, niſi modum implere
paratus ſit legatarius *Carpz. p. 3. Juriſpr. conſt. 13.*
*def. 20.* Sed ſi adjiciatur cauſa finalis, reſpiciens 8
utilitatem legatarii, ſecus eſſe puto, v. gr. legave-
rat qvis agnato certam pecuniam ad reluenda
bona feudalia, & qvidem tali caſu, ubi nullo mo-
do intererat teſtatoris; legatarius nolebat reluere,
exiſtebat autem alius agnatus, qvi reluere po-
tuit, ſed legatarium non teneri reluere reſpon-
ſum.

In §. *ult.* agitur de modo, qvando mihi reli- 9
ctum eſt aliqvid, ut aliqvid facerem, qvia parti-
cula UT modum facit, licet addiderit modum
conditionis, v. g. Lego Cajo 100. ſub conditione,
ut mihi monumentum faciat. *Gomez lib. 1. reſol.*
*c. 12. n. 70. Mant. l. 10. t. 15. n. 15. Barry l. 17. t. 2. n. 1.*
Et hoc modale legatum differt à conditionali, 10
qvod modale etiam antè modum impletum peti
poſſit. *l. 80. h. t. & l. 48. ff. de fideicom. libert.* De- 11
inde modale legatum qvia purum eſt, etiam an-
te modum impletivum transmittitur. *arg. l. 17.*
*§. pen. ff. de manum. teſtam. Vid. Barry l. 13. t. 3.*
*Men. l. 4. præſ. 145. Gom. d. c. 12. n. 70. Peregr. art.*
*11. n. 115. & Zoeſ. ad h. t. n. fin.*

## ad L. Non dubitandum. 20.

*SUMMARIUM.*

*Conditiones turpes & jurisjurandi remittuntur.*

COnditio turpis remittitur, ſicut etiam conditio Jurisjurandi, de qvo *Donell. l. 8. c. 32. lit. G. & L.* Ubi qværitur, an in præteritum Jusjurandum conferri poſſit. *Vid. not. l. 8. ff. de Cod. inſt.*

## ad L. Qvotiens. 22.

*SUMMARIA.*

*Conditio, ſi non nubas, virgini adjecta, pro non ſcripta habetur. n. 1.*
*Secus, ſi viduæ adjecta. 2.*

Conditio, *ſi non nubat*, remittitur virgini, ita ut conditio pro non ſcripta habeatur; qvod reſtringitur ad virginem, & in vidua locum non habet, cui hæc conditio non remittitur, per *Auth. Cui relictum. C. de indict. viduit.* ſicut etiam deciſum refert *Carpz. p. 2. dec. 156.*

## ad L. Jure Civili. 24.

*SUMMARIA.*

*Conditio ſi deficiat ex facto illius, in quo implenda, pro impleta habetur. n. 1.*
*Qvod & procedit in contractibus. 2.*
*Qvid ſi deficiat ex facto tertii. 3.*

1 Si per eum, cujus intereſt, conditionem impleri, impeditur, implementum conditionis pro impleto habetur, tam in ultimis voluntati-
2 bus, qvam in contractibus. *Peregr. de fideicom. art. 16. n. 118. Vaſq. l. 3. controverſ. c. 93. num. 17. Barry l. 17. tit. 6. n. 15.* ut ſi dare juſſus tibi 10. tu acceptare nolis. *Vid. tradita ad l. 31. h. t. & Dd. l. 161. ff. de Reg. Jur. & ad c. Imputari. 41. de R. J. lib. 6.*
3 Sed ſi facto tertii impediar, datur actio contra tertium, in ſubſidium reſtitutio. *l. 23. §. 1. ad L. Aqvil. l. 2. §. fin. ff. Si qvis cautionib.*

## ad L. Cum vir. 25.

*SUMMARIUM.*

*Legatum uxori relictum, qvandocunqve liberos habebit, præſtatur, ſi ex dicentis, non ſecundi mariti, matrimonio liberos ſuſceperit.*

Cum vir uxori legaverit, *qvandocunqve liberos habebit*, de liberis ex eodem matrimonio natis videtur id intelligendum, non de illis, qvos ex alio matrimonio poſtea ſuſcepit, ſed de communibus ex eodem matrimonio natis, primo propter ordinatam charitatem & affectionem, qvam ad ſuos & non alienos liberos habuiſſe cenſetur, per *L. Cum acutiſſimi. C. de fideicom.* Deinde qvia hic ipſis filiis videtur legatum factum.

## ad L. Hæc conditio. 29.

*SUMMARIA.*

*Conditio poteſtativa ſtatim, qvandocunqve poteeſt, impleri debet. n. 1.*
*Aliud in conditione inſtitutioni adjecta. 2.*
*Ratio differentiæ. 3.*
*Lex hæc de qvibus conditionibus intelligatur. 4.*

1 Poteſtativa conditio debet impleri ſtatim, qvandocunqve poteſt, qvia teſtator qvam citiſſime fieri voluiſſe cenſetur. *l. 5. ſupr. teſtam.*
2 *qvemadm. aper.* Sed conditio inſtitutioni adjecta qvovis tempore etiam vitæ ſupremo impleri poteſt. *l. 4. & ſeq. ff. de hered. inſt.* Rationem habet *Donell. l. 8. c. 33. lit. O.* qvia hæredi poteſt eſſe cauſa, cur conditionem trahat; legatario non item. Deinde hæc lex intelligenda de conditione affirmativa, non negativa, item de ea, qvæ implenda eſt honorato ſcilicet legatario vel fideicommiſſario. *Marianus Socinus in repet. L. Si ita ſtipulatus. n. 151. de V. O. vol. 6.* ubi dicit, idem eſſe in ſtipulationibus.

## ad L. In teſtamento. 31.

*SUMMARIA.*

*Conditio pendens ex facto duorum, ſi caſu, non facto unius deficit, non habetur pro impleta. num. 1.*
*Qvid ſi facto unius deficiat. 2.*
*Legatum, conditione mixta vel poteſtativa per caſum deficiente, extingvitur. 3.*
*Secus ſi per heredem vel per alium, in cujus perſonam conditio confertur. 4.*
*Adducuntur tres caſus excepti, ubi conditione poteſtativa per mortem deficiente, legata non extingvuntur. 5.*
*In qvantitatibus jus accreſcendi locum non habere colligitur. 4.*

Stichus & Pamphila manumiſſi, & legati iis centum thaleri, ſi in nuptias coierint. Stichus moritur ante apertas tabulas, & uterqve conditione deſtituitur. Sed ſi Pamphila velit nubere, Stichus nolles, Pamphila ſuam partem obtinet, qvia ſeparatam exhibuit; Sticho nihil debetur. Si conditio mixta vel poteſtativa per caſum deficit, relictum extingvitur, ſecus, ſi per hæredem vel per alium, in cujus perſonam conditio confertur. *Vid. Menoch. l. 4. præſ. 183. n. 25. & 40. Barry. l. 17. t. 6. n. 16. Donell. l. 8. c. 34. lit. D. conf. Zaſ. h. t. num. 30. & ſeq. & Ferd. Vaſq. part. 1. illuſtr. qv. cap. 93. n. 30. Sande l. 4. tit. 6. def. 2.* Excipit autem *Donellus* tres caſus, ubi mors non facit deficere relictum 1. Si Stichum manumiſerit eo mortuo. *l. 54. §. 2. de leg. 1.* ſi ſcilicet ſola mors impediit. 2. legatum annuum ſub conditione, ſi legatarius cum matre moriatur. *l. 30. §. pen. de leg. 3. l. 20. pr. de Ann. leg. 3.* Manumiſſio ſub conditione, ſi Titio decem dederit, eo mortuo. *l. 20. §. 3. de ſtatu liberis. Donell. d. l.* Colligunt etiam ex hoc textu, in qvantitatibus ceſſare Jus accreſcendi. *Vaſq. de Succ. Creat. §. 10. n. 145. & ſeq.*

## ad L. Qvamvis. 32.

Error calculi ſine fraude commiſſus non impedit implementum conditionis reddendarum rationum. Collige ex textu, rationes non videri redditas, niſi reliqva ſint illata. *Barry de Succ. l. 17. t. 20.* & probatum, debitores, qvibus credidit, eo tempore fuiſſe idoneos. *l. 111. h. t.*

## ad L. Falſa demonſtratio. 33.

*SUMMARIA.*

*FAlſa demonſtratio legatum non reddit inutile. n. 1. 2.*
*Augmentum dignitatis non vitiare legatum probatur. 3.*
*Res legata, ſi teſtatoris erit tempore mortis, non reperta nullo modo debetur. 4.*
*Qvid ſi ſic duæ res legatæ, & una reperiatur. 5.*

1 FAlſa demonſtratio non nocet legatario, de
qvo alibi. Ideoqve ſi poſſim probare, de me
ſenſiſſe teſtatorem, legatum ad me pertinebit, li-
2 cet demonſtratio mihi non conveniat. Sic etiam,
ſi demonſtratio tempore teſtamenti vera fuit, ſed
tempore mortis illa falſa, non nocet legatario,
3 per §. 2. Unde probant, augmentum dignitatis
non adimere legatum. Sic Notarius Doctor crea-
tus non deſinit eſſe Notarius. *Berlich. p. 1. dec. 27.*
4 Si etiam legaverit mihi rem, ſi ſua erit tempore
mortis, ea autem non reperiatur, nec æſtimatio
5 debebitur §. *pen.* Et ſi duo ſervi legati mihi ſint,
ſi teſtatoris erunt tempore mortis, vel unus re-
periatur in bonis teſtatoris, ille vindicari poteſt.
§. *ult.*

## ad L. Publius. 36. §. 1.

*SUMMARIA.*

*SUbſtitutus non poteſt prius petere, qvàm primo loco poſitus potuiſſet. n. 1.*
*Qvid hinc colligatur. 2.*
*Heres non poteſt prius conveniri, qvam defunctus potuiſſet. 3.*

1 TEſtator legat Titio prædium, qvod reſtituere
debet filio teſtatoris, ſi annum 14. ætatis
compleverit; Si autem interea moriatur filius, ei
ſubſtituit Mevium. Legatarius moritur, ſimiliter
etiam filius, annum 14 ingreſſus, qværitur, an
Mevius ſtatim agere poſſit ad legatum prædium?
Neg. Sed hæredes Titii tamdiu retinent, donec
annus 14 fuerit completus, qvia ipſe filius, qvi
magis dilectus, non potuit ante id tempus lega-
2 tum petere, multò minus ejus ſubſtitutus. Col-
ligitur ergò, qvod non ſit veriſimile, qvod teſta-
tor plus dilexerit ſubſtitutum, qvàm primô locô
3 poſitum. *Carpz. p. 3. conſt. 8. def. 9. in fin.* & non
poteſt prius conveniri hæres, qvàm defunctus
potuiſſet. *Tiraq. in tr. Le mort. part. 2. declar. 9. n. 4. Menoch. l. 4. præſ. 108. n. 4. & præſ. 189. n. 158.*
Et abſurdum videtur, ut minùs dilectus ſit me-
lioris conditionis, qvàm magis dilectus. *Mant. l. 6. conject. t. 11. n. 13. & l. 8. t. 18. n. 26. Fuſarius de ſubſt. qv. 468. n. 15. Ceph. lib. 3. conſ. 433. n. 43.* qvi
tamen *lib. 3. conſ. 449. num. 26. & lib. 4. conſ. 517. n. 79.* limitat regulam hanc, qvod non habeat lo-
cum in odioſis.

## ad L. Si qvis. 37.

MAteria de manumiſſione ſervi, in praxi hodiè parum habet utilitatis. Sed pugnam inter *hanc l. & l. 31. de leg. 2.* vide direptam apud *Donellum l. 8. c. 16. prope finem.*

## ad L. Si ita. 38.

*SUMMARIA.*

*LEgatum in epiſtola relictum, ad qvod teſtator in teſtamento ſe retulit, valet. n. 1.*
*An per comparationem literarum hæc epiſtola ſatis probari poſſit. 2.*

SI Teſtator in teſtamento ſe referat ad Epiſto- 1
lam, valebit legatum in Epiſtolâ relictum,
qvia in teſtamento videtur relictum, per relatio-
nem ad Epiſtolam. Epiſtola autem illa, an, qvod
ſit teſtatoris, comparatione literarum probari 2
poſſit, diſputant. vid. *Alex. vol. 7. conſ. 114. n. 5. & vol. 2. conſ. 26. n. 30.* conf. *Donell. l. 8. c. 14 circa princ.*
Tutiùs eſt dicere, non ſufficere probationem per
comparationem literarum, qvia fallax eſt proba-
tio, ſed ſi duobus præſentibus illam epiſtolam
ſcripſiſſet, vel ſcripturam in judicio, Eccleſia, vel
monaſterio depoſuiſſet, de qvò prolixè agit *Hipp. Riminaldus lib. 4. conſ. 459. n. 24. & multis ſeqq.*

## ad L. Qvæ conditio. 39. pr.

COnditio adjecta omnibus gradibus, ab omnibus heredibus eſt implenda, etiam ſubſtitutis, ſed disertè uni tantùm gradui impoſita, hoc tantùm implenda. *Menoch. l. 4. præſ. 178.* ab *Mantic. l. 10. t. 6. n. 2. & ſ. Barry l. 17. t. 4. Vid. not. ſupr. ad l. 73. de heredib. inſtit.*

## ad L. Qvi diebus. 40.

*SUMMARIA.*

*TEmpus impedimenti non currit in termino. n. 1.*
*Appellatione expenſarum à legatario reſtituendarum, non continetur pretium rei legatæ. 2.*
*Legatum ſub modo peti poteſt, interveniente cautione de modo implendo. 3.*
*De verbis, qvæ modum inferunt, remiſſivè. 4.*
*Actio competit etiam tertio, in cujus utilitatem modus appoſitus eſt. 5.*

TEmpus impedimenti non currit in terminô. 1
*hic & l. 1. §. fin. C. de annal. except.* vid. *Dd.*
*all. ap. Barb. l. 9. c. 12. ax. 2.* Appellatione expenſa- 2
rum à legatario reſtituendarum pretium rei le-
gatæ non continetur, qvod habetur in §. *1. h. l.*
Cui aliqvid legatum ſub modô, petere qvidem 3
poteſt legatum, ſed cautionem præſtare debebit
de modo implendo. *Don. l. 8. c. 17. lit. A.* Bart. hìc 4
agit de verbis, qvæ modum inferunt, qvamvis
interdum conditio pro modo, vel modus pro
conditione ponatur. *Gratus lib. 2. conſ. 102. n. 27.* 5
Imò etiam tertio, in cujus utilitatem modus ap-
poſitus eſt, datur actio. *l. 2. C. de his, qvæ ſub modo.*

## ad L. Plautius. 43.

*SUMMARIA.*

1 *SCiſſo legato ipſo jure in partes, ſcinditur & conditio pro rata n. 1.*
*Qvid in legato per Falcid. minuto. 2.*

SI legatum ſcinditur ipſo jure in partes, v. gr.
per bonorum poſſeſſionem contra tabulas Pa-
troni, ut hic, vel per qverelam inofficioſi, per
2 *L. Circa. 24. ff. de in off. teſtam.* tunc etiam id, qvod
conditionis implendæ cauſa dari debet, pro rata ſcinditur, & ſi individuum ſit, per æſtimationem dividitur. *L. Cum filius pr. de legat. 2.* Secus ſi non ipſo jure, ſed per legem Falcidiam, qvæ non minuit legata ipſo jure, ſed tantùm ope exceptionis, ideò dandum cauſa conditionis implendæ, non minuitur, nec pro parte defalcati legati repetitur, ſi ſcilicet legatarius malit partem legati habere, ſecus, ſi malit reſtituere, qvia tunc etiam datum repetere poteſt. Sic etiam minuitur dandum conditionis implendæ causâ, qvando legatarius non poteſt ſolidum capere, ut olim orbi, hodiè filii naturales. *vid. Caballinus in tr. de divid. & indiv. p. 2. n. 401. Donell. l. 8. c. 33. poſt lit. M.*

## ad L. Qvi hæredi. 44.

*SUMMARIA.*

*JUſſus dare ſervo, non implet, ſi Domino det, & è diverſo. n. 1.*
*Facti qvæ ſunt, ad dominum non tranſeunt. 2.*
*Juſſus dare heredibus, ſi ipſe ſit heres, ſuam partem detrahit. 3.*
*Conditio implenda eſt in formâ ſpecifica. 4.*
*Limitatur. 5.*

1 QVi conditionis implendæ cauſa debet dare
ſervo, non ſatisfacit, ſi dederit domino, nec
contra; nam qvod ad illam cauſam, poſſet ſervus
eſſe ſtatu liber. *vid. Caſpar. Caball. in tr. de div. &*
2 *indiv. in pr. n. 12.* Et in iis, qvæ ſunt facti, ut hic,
dare, non eſt eadem ratio domini & ſervi. *Fort.*
*Garcias in rep. L. Gallus §. & qvid ſi tantum. n. 178.*
3 *ff. de liber. & poſth.* Si mihi legatus fundus, ſi hæ-
redibus dederim 10. & ego ipſe ſim hæres, dedu-
co meam partem. *§. ult. h. l. Ceph. conſ. 337. n. 2.*
4 *& 22.* Unde notetur, conditionem implendam
eſſe in forma ſpecifica. *Donell. l. 8. c. 33. L. Mævi-*
5 *us. 55. h. l. Riminaldus l. 2. conſ. 117. num. 9.* Sed
limitatur regula, niſi ex diſpoſitione legis aliud
inferatur. *Berous vol. 2. conſ. 115. n. 19.*

## Ad L. Julianus. 45.

*SUMMARIA.*

*DAre juſſus, an ſi per acceptilationem ſe liberaverit, conditionem impleverit. n. 1. & 2.*
*Conditionem per compenſationem impleri poſſe, colligitur. 3.*

Conditio formaliter implenda. Sed qvid ſi legatum relictum, ſi decem hæredi dederim, & ille mihi ſtipulanti per acceptilationem remittat debitum, anne implevi conditionem? Videtur qvod non, qvia aliud eſt dare, ſcilicet accipientis facere, aliud verò per acceptilationem liberari. Sed aff. qvia per heredem ſtat, qvo minus impleatur conditio. Sed dices, potuiſſe me offerre, vel judicialiter deponere, non feci, qvod potui, & qvia per acceptilationem ſum liberatus, ergo ab herede remiſſionem petii. Poteſt accedere alia ratio, qvod hoc æqvi polleat & ſurrogetur. Unde colligunt, compenſatione uti eum qvoqve poſſe, cui conditio dandi incumbit. *hic & l. 20. §. 2. de ſtatu liberis. Franck. lib. 2. reſ. 17. n. 12. Chriſtinæus vol. 3. dec. 38. n. 5. Lauterbach. de compenſ. §. 1. n. 3.*

## ad L. Si in diem. 4.

*SUMMARIA.*

*TEmpus conditionis dandi, non incipit currere, niſi poſt aditam hereditatem. n. 1.*
*Qvid hinc probetur de curſu temporis compromiſſi. 2.*

SI intra certum tempus dare juſſus ſim heredi, vel aliud qvid præſtare, illud tempus non currit; niſi poſt aditam hereditatem, nam antea non eſt, cui ſolvat. Unde ſolent probare, tempus compromiſſi non currere, niſi conſtitutô arbitrô.

## ad L. Mævius. 55.

*SUMMARIUM.*

*COnditio dandi impleri debet, licet non habeat effectum.*

QVi dare juſſus eſt incapaci, poteſt ipſo facto implere conditionem, licet nummos non faciat accipientis. Nam conditio debet impleri in forma ſpecifica. Et ſufficit conditionem de facto impleri, licet non habeat effectum. *Cephal. l. 3. conſ. 312. num. 132.* Et verba in conditione poſita, debent propriè intelligi. *Berous l. 2. conſ. 115. n. 2. & 19.*

## ad L. Cui fundus. 56.

*SUMMARIA.*

*LEgatarius unius rei ſolus decem dare juſſus, non implet, ſi dimidium det, ſecus ſi cum alio n. 1.*
*Conditio dandi legatario adſcripta, non ſcinditur in partes, pluribus heredibus legatario ſuccedentibus. 2.*
*Secus ſi duobus legatariis adſcripta. 3.*
*Utriusqve ratio ſuppeditatur. 4. 5.*
*Omnem conditionem uni impoſitam, individuam eſſe colligitur. 6.*

PRoponuntur hic duo caſus; primus eſt, ſi legatus fundus Titio, ſi decem mihi dederit; ſecundus,

tundus, ſi à me & te decem danda. Priori caſu non ſufficit, ſi mihi qvinqve det ; ſecundo caſu poteſt Titus partem ſolvere, ut conſeqvatur partem legati, ſi qvotam ſuam integram ſolvat, de qvo *Caball. in tr. de div. d. & indiv. p. 2. n. 389.*
2 Conditio dandi legatario adſcripta, non ſcindi-
tur in partes, licet eidem plures ſucceſſerint he-
3 redes; ſed ſi ſtatim duobus legatariis una res le-
4 gata ſit, ſcindi poteſt conditio dandi. Prioris ratio eſt, qvia obligatio ex perſona heredum non mutatur. *h:c & l. 2. §. 2. ff. de V. O. Donell. l. 8. c. 18. lit. C. & c. 33. poſt lit. M. Tiraq. de retrab. convent. §. 1. Gl. 6. n 30. P. Barb. in L. Si mora. 10. n 77. ff. ſolut. matr. Barry de Succeſſ. lib. 17. tit. 7. num. 1.*
5 Ratio poſterioris, qvia conditio dandi ſuâ natura dividua, & pluribus adſcripta, videtur actu diviſa.. *Petr. Greg. lib. 42. n. 44. Gom. t. 1. c. 12. n. 33.*
6 Colligunt etiam, qvod omnis conditio uni impoſita, ſit individua. *Fach. l. 1. c. 96.*

## ad L. Intercedit. 59.

LEgatariô mutuô conditione pendente extingvitur legatum, qvia conditiô cum exiſtit non reperit ſubjectum habile.

## ad L. in facto conſiſtentes. 60. §. 1.

### SUMMARIA.

*FIſcus ſuccedens in alterius locum, non utitur ſuo privilegio, ſed jure authoris. n. 1.*
*Exempla. 2. 3.*

1 FIſcus iisdem conditionibus utì debet, qvibus
2 ipſe, à qvo ad illum res pervenit. Qvod notandum, fiſcum non gaudere privilegio ſuô, qvando in alterius locum ſuccedit, ſed authoris jure. Ideoqi nec habebit privilegium aliqvod,
3 nec hypothecam per ſe. Et ideò ſi ob onera publica ſim obligatus, fiſcus autem contra meum debitorem experiatur, qvod etiam facere poteſt, non utitur contra eum ſuo privilegio, ſed agit ex jure meo, qvod mihi contra meum debitorem competit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 348.*

## ad L. Si hoc. 62. cum 2. ll. ſeqq.

### SUMMARIA.

*COnditio dandi adjecta perſonæ, cujus habilitas ad certam qvantitatem lege reſtricta, ſi amplius qvid legatum, impletur, ſi tantum detur, qvantum detracta qvantitate lege definita, reliqvum n. 1.*
*Conditio ſi non nupſerit, appoſita Legato, pro non adjecta habetur. 25.*
*Limitatur. 3. 4.*
*Qvid hodiè obtineat. 6.*
*Qvid de Jure Canonico. 7.*

QVod in *pr.* dictum, eſt declaratio *legis 125. h. t.* 1
in *§. 1.* notetur, qvod perſona, qvæ non poteſt ſolidum capere ex lege vel ſtatuto, ſi amplius qvid legatum ſit ſub conditione dandi non videtur capere amplius, ſi tantum conditionis implendæ gratia dedit, qvantum ultra ſuam & ſibi præſcriptam qvantitatem qvid cepit. Vel tantum qvis videtur capere, qvantum ſibi remanet deductô eô, qvod conditionis implendæ cauſa dedit ; qvem textum ut ſingularem notat *Romanus ſing. 248.* Hæc conditio, ſi non nupſerit, le- 2
gato adjecta, ſpernitur, veluti contraria procreationi liberorum, & Reip. utilitati. *Mantic. l. 11. t. 19. in pr.* Sed ſi conditio ad certas perſonas 3
reſtricta ſit, ſi huic vel illi non nupſerit, valet
conditio *l. 93. h. t. Mantic. d. l. num. 9.* Idem ſi à 4
liberis impuberibus non nubat, nam tunc nuptiæ non abſolutè, ſed qvamdiu liberi impuberes erunt, prohibitæ cenſentur. *d. §. ult. l. 62.* vid. *Alciatum lib. 7. parergon. c. 2.* Sic etiam ſi condi-
tio hæc ad certum locum reſtricta, non improba- 5
tur, v. g. Si Aritiæ non nupſerit, niſi in fraudem legis facta, dum alibi nuptias non facilè eſſet in-
ventura. *l. 64. §. 1. h. t.* Hodiè iſta conditio; ſi 6
non nupſerit, in primis nuptiis improbata, in ſecundis admiſſa, per *auth. cui relictum. C. de indict. viduitat. Mantic. d. l. num. 2. Covarr. de matrim. part. 2. c. 3. §. 9. n. 14. Peregr. de fideicomm. art. 11. n. 118. Barry l. 17. t. 15. Donell. l. 8. c. 32. lit. b.*
*& ſeq. Menoch. l. 4. præſ. 187.* Sed jure Can. his 7
legibus derogatum, ne ullô modô libertas matrimonii impediatur, ſtatuit *Cephal. conſ. 319. n. 24. & Eugenius conſ. 18. n. 44.* qvod non omninò concedendum.

## ad L. Si ita. 69.

SI legatus Titiô fundus, *ſi volet.* Titiô mortuô anteqvam voluntatem declararet, non tranſmittitur legatum. *Don. l. 8. c. 15. poſt lit. B. & l. 8. c. 32. lit. B.*

## ad L. Titio centum 71. pr.

### SUMMARIA.

*MOdus reſpiciens ipſius legatarii utilitatem, habetur pro cauſa impulſiva, & non ſtringit legatarium. n. 1.*
*Reſpiciens utilitatem tertii, habetur pro cauſa finali, & ſtringit. 2.*
*Conditio, ſi certam perſonam duxerit uxorem, implenda eſt. 3.*
*Negatio hoc caſu concepta, pro non adjecta habetur. 4.*
*Conditio vel modus, per qvem jus libertatis infringitur, pro non ſcripto habetur. 5.*
*Limitatur. 6.*

*Legatum dotis ſemper annexam habet conditionem nuptiarum. 7.*
*Qvod limitatur, ſi pater filiæ non reliqvit legitimam. 8.*
*Dos ex feudo à fratre promiſſa, mortuâ ſorore innupta, non debetur. 9.*
*Non poteſt teſtamentum paternum impugnari à liberis, qvi vivente patre acceperunt legitimam. 11.*

1 MOdus reſpiciens legatarii ipſius utilitatem, ſc. ut is ſibi fundum emeret, habetur pro cauſa tantum impulſiva, nec tenetur legatarius
2 ad cautionem præſtandam; ſecus ſi utilitatem tertii reſpiciat, nam tunc habetur pro cauſa finali, & onus impoſitum reſpiciens merum favorem onerati, non arctat eum. vid. *Corneus in Auth. Sacramenta. n. 37. C. Si adverſ. condit.*
3 In §. 1. dicitur, poſſe legari Titio, ſi Aretuſen duxerit, qvod ſi non fecerit, amittit lucrum, ſed aliud, ſi damnum infligatur, ſi nupſerit. *Cephal.*
4 *l. 3. conſ. 319. n. 7. & n. 26. & ſeqq.* ubi & prius jure
5 Can. ſublatum putat. Conditio vel modus, per qvem libertas infringitur, v. gr. ne recedat à meo monumentô, vel perpetuum ibi habeat domicilium, pro non ſcripto habetur; ſecus eſt in liber-
6 tis. *§. 2. h. l.* conf. *l. 2. ff. de liber. hom. exhib.* Prius limitatur, niſi conditio addita in favorem liberorum teſtatoris. *Gomez tom. 1. reſol. c. 12. num. 79.*
7 *Barry l. 17. t. 19.* Ex §. 3. inferunt, licet promiſſio vel legatum dotis ſemper annexam conditionem nuptiarum habeat, per *l. 4. §. 2. de pactis. l. plerumqve §. Si ante. de jure dotium. Carpz. p. 3.*
8 *Juriſpr. c. 13. d. 25.* Id tamen locum non habet, qvando pater non reliqvit filiæ legitimam, tunc enim dos in locum legitimæ tranſit, & nuptiis licet non ſecutis debetur, & filia transmittit ad heredes ſuos. *Bart. hic n. 4. Caſtr. n. 8. Cravetta conſ. 84. n. 5. Rauchbar. p. 1. q. 38. n. 34. & ſeq. Noalis de tranſm. caſu 17. n. 24. Mantica de conject. ult. vol. l. 4. t. 3. n. 25. & lib. 11. t. 18. n. 12. Clarus*
9 *in §. Teſtamentum. qv. 83. n. 12.* Sed ſi ex feudo à fratre promiſſa dos, mortuâ ſorore innupta, dos non debetur. Dd. hic & *Hartm. Piſt. lib. 2. dec. 37.*
10 *n. 25. Roſenthal t. 7. concl. 47. n. 9.* Transmiſſibile eſt etiam legatum dotis, qvando in alia periodo nuptiarum fit mentio. Ex hoc §. probat etiam
11 *Carpz. p. 3. Juriſpr. Conſt. 9. def. 10.* non poſſe teſtamentum paternum impugnari à liberis, qvi vivente patre acceperunt legitimam aut dotem.

## ad L. Cum tale legatum. 72.

### SUMMARIA.

*COnditio ſi arbitratu Titii nupſeris, non rectè apponitur. n. 1.*
*Qvod & verum eſt in vidua. 3.*
*Prohibitio hujus conditionis extenditur ad contractus inter vivos. 2.*
*Conditio de nova religione amplectenda rejicitur. 4.*
*Ceſſante cauſa impulſiva legati, non ceſſat legatum. 5.*
*Secus in cauſa finali. 6.*
*Cauſa finalis in dubio non præſumitur. 7.*
*Limitatur. 8.*
*Conditio de ſolvendo debito, legato libertatis adjecta, ſi non debetur, pro impoſſibili judicatur. 9.*
*Qvid ſi debeatur & ipſe teſtator ſolverit. 10.*

LIcet non ſit prohibita conditio, ſi nupſerit adhibito conſilio Titii, ſecus tamen, ſi arbitratu Titii jubeatur nubere. *Caſtrenſ. conſ. 301. num. 1.* Conditio nubendi arbitratu Titii rejicitur à legato, ratio eſt, qvia qvi tenetur conſenſum vel licentiam alicujus petere, tenetur ſeqvi, atqve ita matrimonii libertas impeditur. Et licet nonnulli excipiant prudentiale judicium, hæc tamen acceptio diſplicet. *Molinæ de primogen. l. 2. c. 13. n. 35. & Sanchez de matrimonio l. 1. dec. 34. n. 19.* Collige, hanc conditionem legibus improbari etiam in contractibus inter vivos & reverſalibus, ut reſponſum in Facultate. Et idem verum eſt in vidua, ut vult *Sanchez d. l.* qvia jus novum non eſt extendendum. Eadem ratio in conditione, de nova & mihi falſa viſa religione amplectenda. *Carpz. p. 1. dec. 89. §. Falſam. 6.* Ceſſante cauſa impulſivâ legati, non ceſſat legatum, qvia ratio legandi legato non cohæret, hoc eſt, qvia legati vis & ſubſtantia ex ipſa teſtatoris voluntate dependet, & ſic ſine cauſa ſubſiſtere poteſt. *Carpz. p. 3. c. 9. d. 20.* Sed cauſa finali ceſſante, ceſſat etiam ipſa diſpoſitio, per *hunc §.* cauſa finalis autem eſt, qvando teſtator aliàs legaturus non fuiſſet, & hoc probetur. Sanè in dubiô præſumitur potius cauſa impulſiva qvàm finalis. *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. n. 15. Carpz. d. l. in fin.* Sed qvando cauſa reſpicit honorem teſtatoris, videtur finalis. *Mantica d. l. n. 14.* Idem in cauſa ſangvinis. *L. Si Pater tuus. 4. C. de hæred. inſtit. Mant. n. 17. §. pen.* Conditio hæc, liber erit, ſi, qvod Titio debeo, ſolverit; ſi nihil debeo, eſt conditio impoſſibilis, ſi debeo, ſed ipſe ſolvo, deficit conditio, & ſic etiam legatum; ut rectè contra *Gothofr. Hill. in Don. l. 8. c. 32. lit. F.*

## ad L. Mulieri. 74.

### SUMMARIA.

*COnditio adjecta Titio & mulieri, ſi hæc non nuberet, huic remittitur. n. 1.*
*An, ſi Titius repudiat ſuam partem, hanc acqvirat mulier jure accreſcendi. 2.*

COnjunctim fuerat legatus uſusfructus Titio & mulieri, ſi hæc non nuberet, huic remittitur conditio, ceu reſpectu illius perſonæ, turpis. *Berous l. 2. conſ. 64. n. 42.* & ſic admittitur pro parte. Sed ſi Titius repudiet legatum, mulier jure accreſcendi non habebit totum uſumfructum, ſed ceſſat hic Jus accreſcendi inter conjunctos re & verbis, qvia mulier admittitur jure ſpeciali,

non

non ex judicio defuncti. *Cujac. b. l. tom. 4. p. 705.
& ſeq. Duaren. l. 2. de Jure accreſc. c. ult. Vaſq. de*
3 *Succeſſ. creat. §. 10. n. 130. Alph. collect. 246.* Secus
autem eſt, ſi qvis habeat rem jure ſpeciali, ſed ex
judicio tamen teſtatoris. *Ceph. l. 1. conſ. 60. n. 9.*
Aliter de hac lege ſentit *Fachin. l. 4. c. 99.*

## ad L. Dies incertus 75.

*SUMMARIA.*

D*Ies incertus in teſtamento conditionem facit. num. 1.*
*Qvod tamen diſtinctè aſſerendum. 2. 3.*
*Qvo caſu legatum ſub incerto die ut purum transmittatur ad hæred. n. 3. 4.*

1 DIes incertus conditionem in teſtamento fa-
cit. *hic & l. 1. §. 1. b. t. Don. & ibi Hillig. l. 8.
c. 31. lit. B. Gometz. tom. 2. reſol. c. 5. n. 9. Mant. l. 11.*
2 *t. 20. n. 3. & Fuſar. qv. 488. n. 2. & ſeqq.* Notan-
dum tamen, diem incertum duplici modo poſſe
3 adjungi legato 1. ab initio, ita ut legatum & dies
uno contextu & verborum complexu contine-
antur. v. gr. Titio, qvando 12. annorum erit, le-
go 100. & tunc eſt conditionale legatum, qvod
pendente die non transmittitur, aut dies adjici-
tur non legato ipſi, ſed ſolutioni, v. gr. lego Ti-
tio centum, qvæ præſtari volo, cum erit 42. an-
norum, & hoc eſt purum, & transmittitur. *l. 26.*
4 *§. 1. ff. Qvando dies legat.* Et ſic, qvando uxor
marito uſumfructum omnium bonorum legaſ-
ſet, & v. g. fratrem heredem inſtituit, & heredem
jubeat mihi 100. ſolvere, ſed non aliter nec pri-
us, qvàm ſi hæreditatem finito uſufructu adie-
rit, me mortuo pendente die, legatum transmit-
ti in heredem, deciſum teſtatur *Sande l. 4.
t. 4. dec. 7.*

## ad L. Fideicommiſ-ſum. 76.

*SUMMARIUM.*

C*Onditio,* ſi ſine liberis deceſſerit, *ad qvos liberos pertineat.*

COnditio, *ſi ſine liberis deceſſerit,* non comple-
ctitur liberos adoptatos vel arrogatos, ſed
eos tantùm, qvi ſunt naturales & legitimi. *Gail.
l. 2. obſ. 136. num. 13. Dec. conſ. 399. Mant. l. 11. t. 8.
n. 23. Barry l. 17. t. 12. n. 2. Menoch. l. 4. præſ. 82. &
conſ. 625. n. 48.*

## ad L. Avia. 77.

*SUMMARIA.*

C*Onditio appoſita inſtitutioni heredis, pro parte cenſetur repetita in legato, etiam codicillis relicto. n. 1.*
*Ratio ſuppeditatur. 2.*

COnditio appoſita inſtitutioni heredis pro 1
parte, appoſita etiam videtur legato, licet in
codicillis relicto. *hic & l. 70. ſupr. h. t. & l. 18. pr.
ſupr. de condit. inſtit.* qvia videtur utroqve loco 2
eodem modo adiectus teſtator. *Donell. l. 8. c. 31. &
ibi Hillig. lit. H. Menoch. l. 4. præſumpt. 179. Cephall.
conſ. 379. n. 4.* Qvamvis videri poſſit, verba (hoc
amplius) hoc inferre, de qvo *Cujac. l. 8. obſ. 36.*

## ad L. Heres meus. 79.

*SUMMARIA.*

L*Egatum ſub die, qvi non poteſt non exiſtere vivente legatario, purum eſt. n. 1.*
*Secus ſi dubitetur, an exiſtat vivente legatario. 2.*
*Exempla. 3. 4.*

HEres meus, cum Titius morietur, ſolvat ei 1
decem, non eſt conditio, qvia certum eſt, le-
gatarium aliqvando moriturum, & momentum
mortis vitæ annumeratur. *Donell. d. c. 31. & ibi
Hillig. lit. C.* Sed qvandò ſub die certo qvidem, 2
ſed incerto, an vivente legatariô extiterit, condi-
tionale eſt legatum, v. gr. ſi heres moriatur, lego 3
Titio mille, Titiô ante heredem mortuô interci-
dit legatum. *b. l. §. 1. & l. 1. §. 2. h. t.* Sic qvando poſt 4
uſufructuariæ mortem Titiæ legata eſſent 100. &
Titia præmortua eſſet uſufructuariæ, inutile eſ-
ſet legatum, ut judicatum refert *Sande l. 4. tit. 4.
def. 13.*

## ad L. Julius Paulus. 81.

*SUMMARIA.*

L*ibertas relicta Sticho cum contubernali ſub conditione reddendarum rationum, an debeatur, ſi Stichus decedat non redditis rationibus. n. 1.*
*Reſpondetur cum diſtinctione. 2.*
*Qvid ſi certa qvantitas huic legato adjecta, an contubernali tota præſtanda 3.*

STichus, ſi rationes reddiderit cum contuber- 1
nali. ſc. uxore ſua, liber eſto, ejusqve heres 10.
dato; ſed nondum redditis rationibus deceſſit.
Diſtingvitur utrum Pariator ſit, i. e. qvando ac- 2
cepta & expenſa ſunt paria, qvod tunc ipſo jure
utriqve competat libertas; an verò Reliqvator, &
tunc decedente prius Stichô, ex æqvitate uxori
ſuccurretur. vid. *Cujac. ad h. l. tom. 1. p. 776.* Hoc 3
tamen caſu non totum legatum jure adcreſcen-
di, ſed ſuam tantùm partem habebit. *Vaſq. de
ſucc. creat. §. 10. n. 149.*

## ad L. Lucius. 83.

*SUMMARIA.*

F*ilius ſub conditione probandi filiationem inſtitui non poteſt. n. 1.*

*Filiationem non plenè probari poſſe, an rectè ex* h. l. *colligatur.* 2.
*Ratio cur probatio filiationis non eſt conditio poteſtativa.* 3.

1 Filius non poteſt inſtitui ſub hâc conditione, ſi filium ſe eſſe probare poſſit, qvia non eſt poteſtativa conditio, ſub qva ſola inſtitui poteſt filius. *Carpz. p. 3. c. 9. def. 18.* Vulgò probant ex *h. l.*
2 Filiationem non poſſe plenè probari. *Maſcard. concl. 788. n. 5. Crotus in repet. l. ſciendum. n. 12. de*
3 *V. O.* Sed hoc rectè reprobat *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 89. n. 7.* qvia ideò non eſt poteſtativa, qvia probatio fieri debet per teſtes & judici, cujus in arbitrio eſt, ſitne plena probatio vel minus. *Hill. ad Donell. l. 6. tit. 18. lit. D. & Vasqv. l. 1. Illuſtr. controverſ. cap. 48. n. 17.*

## ad L. Illis libertis. 84.

### SUMMARIA.

LEgatum annuum ſub conditione commorationis relictum, non extingvitur morte ipſius, cum qvo commoratio injuncta. n. 1.
*Limitatur.* 2. 3.
*Qvid hic in dubio præſumendum.* 4.

1 LEgatum annuum vel alimentorum ſub conditione, ſi cum matre aut filiis morabitur, morte filii non tollitur. *hîc & l. 30. §. pen. ſupr. de*
2 *leg. 3. Don. l. 8. c. 34. lit. G.* Sed hîc additur limitatio, niſi teſtator propter filii utilitatem hic, qvi cum eo morati fuerint, alimenta præſtare voluiſſet, nam contra voluntatem defuncti petentes
3 audiri non debent Et ſic ſi commemoratio injungitur favore illius, cum qvo debet habitare, tunc mortuis filiis, vel aliter deficiente per caſum conditione deficit etiam legatum. *Dec. conſ. 601.*
4 *n. 1.* ubi id in dubio præſumendum eſſe dicit. *n. 2. & conſ. 526. n. 4. Ruinus vol. 2. conſ. 46. n. 4. Surd. de alim. tit. 5. q. 5. n. 12. & ſeq.*

## ad L. Titia. 85.

VErba, *cum petierint*, nec conditionem inducunt, nec dilationem. *Donell. l. 8. c. 31. poſt lit. B.*

## ad L. Qvod traditum. 87.

### SUMMARIA.

*IN inſtitutionibus attenditur ex pluribus iſta conditio, qvæ prior exiſtit. n. 1.*
*Aliud in legatis, aliud etiam in libertatibus.* 2.

1 QVando heredi plures conditiones in diverſis teſtamenti partibus non conjunctim nec disjunctim præſcribuntur, conditio, qvæ prior extitit, occupabit inſtitutionem.
2 Aliud in legatis, ubi ſpectatur noviſſima conditio in libertatibus leviſſima. *Wiſſenbach d. 57. th. 9.*

## ad L. Non ad ea. 89.

### SUMMARIA.

*SI idem legatum repetitur, non mutantur ſubjecta, ſed qvalitates. n. 1.*
*Hoc caſu noviſſima qvalitas ſpectatur.* 2.
*Qvid obtineat, ſi ex intervallo ſit repetitio.* 3.

QVando idem eſt legatum, qvod repetitur, 1
idem eſt heres, à qvo legatur, & idem legatarius, cui legatur, ſed diverſæ qvalitates aut conditiones vel modi, qvo caſu noviſſimam ſeqvimur voluntatem, v. gr. ſi prius purè legatum, poſtea ſub conditione, vel contra, ſemper noviſſimam voluntatem ſeqvimur. *Mantic. de conject. l. 10. t. 60. n. 30. & 31* ubi contra *Decium* diſputat, 2
ſcil. ſi ex intervallo fiat repetitio, non in continenti, nemo ſe corrigere præſumatur. *Ruinus conſ. 38. n. 16. & qvos allegat. Menoch. l. 4. præſ. 108. num. 8. & conſ. 195. n. 63. Cephalus conſ. 296. num. 30.*

## ad L. Per fideicommiſſum. 90.

### SUMMARIUM.

*IN directis libertatibus qva ſpectanda conditio, & qvæ in fideicommiſſariis.*

IN directis libertatibus qvidem non noviſſimam, ſed leviſſimam conditionem ſeqvimur. *l. 35. & 87. h. t.* Sed in fideicommiſſariis libertatibus noviſſimam, ut in aliis legatis *hîc & l. 5. ff. de manum. teſtam. Don. lib. 8. c. 4. poſt lit. E.*

## ad L. Municipibus. 97.

### SUMMARIA.

*COnditio juramenti adſcripta municipio, non eſt impoſſibilis. n. 1.*
*Per qvos ſit Juramentum præſtandum.* 2.
*Juramentum calumniæ non poteſt deferri in collegio, qvi non conſentiunt in ſuſceptam actionem.* 3.
*Qvid ſi plerique ſint autbores litis, an tunc ſimul in diſſentientium animam jurare liceat.* 4.
*In Collegiis jus majoris partis obtinet.* 5.
*Actor certis perſonis in collegio juramentum deferre non poteſt.* 6.
*Jurari poteſt per eos, qvi cauſa exactiorem cognitionem habent ſive juniores ſint, ſive ſeniores* 7. 8. 9.
*Qvid ſi omnes parem notitiam habeant.* 10.
*Dicta de ſenioribus locum etiam habent in juramento calumniæ.* 11.

QVando Municipio præſcripta conditio, ſ[...] juraverint, an impoſſibilis eſt conditio[...] Reſp. qvod non, qvia præſtari poteſt per Adminiſtratores & Seniores; non verò Syndicum. *Carpz. p. 1. c. 13. d. 1. Seiferus de juram. l. 1. c. 14. num. 20* Idem in juramento calumniæ. *Seif. d. tr. l. 3 cap. 3. num. 44. conf. Donell. l. 8. c. 32. lit. N.* Hinc
qvæ ſi

qvæſitum memini, ſi plures in collegio cauſam
ſuſceperint agendam, an illi etiam, qvi diſſenſe-
runt, in animam ſuam juramentum calumniæ
præſtare teneantur? Qvod negatum in Faculta-
4 te, menſe Julio anno 1658. Secus, ſi pleriqve au-
tores ſint litis, & præſentes in aliorum animas
præſtare jubeantur, qvia juramentum adſciſcit
naturam negotii principalis. *l. fin. C. de non num.*
5 *pec.* De natura autem collegiorum eſt, ut major
pars concludat. *L. Qvod major. ff. ad municipa-*
6 *lem.* Sed poteſtne actor deferre certis perſonis
in Collegio juramentum? Neg. qvia collegio de-
tulit; hoc tantùm petere poteſt, ut Senatus juret
per eas perſonas, qvibus melior certiorqve facti,
7 ſuper qvo jurandum, notitia eſt, & permittitur
eos nominare, & Senatus per eos juramentum
8 præſtabit. *Mev. p. 4. dec. 161.* Et qvoniam præſu-
mitur eos, qvi regunt municipii cauſas, optimam
habere cognitionem, dicitur hîc, eos jurare de-
9 bere. Si autem Seniores meliorem notitiam ha-
beant, per eos jurabitur. *Carpz. p. 1. conſt. 13. def. 1.*
aut ſi juniores melius ſciant, ab iis etiam jura-
mentum præſtandum. *Carpz. d. c. 13. def. 2.* Cæte-
10 ris paribus & ſi omnes habeant notitiam parem,
electio competet Collegio, ſi ſuſpicione laborent
11 *Carpz. d. l. def. 3.* Et qvod de Senioribus dictum,
etiam ad juramentum calumniæ accommodat.
*Carpz. d. l. d. 4.*

## ad L. Conditiones. 99.

*SUMMARIA.*

*Conditiones, qvæ tacitè inſunt, pro conditione non habentur. n. 1.*

*Conditionis tacitæ modi & exempla. 2. 3.*

*Legatarius ante aditam hereditatem decedens, legatum in heredem tranſmittit. 4.*

*Qvid de tacitâ conditione, qvæ ex verbis teſtamenti colligitur. 5.*

1 Conditiones, qvæ extrinſecus ſeu tacitè in-
ſunt, ſeu qvæ non ex voluntate teſtatoris in-
ſunt, & qvæ, ut non inſint, neqve teſtator efficere
2 poteſt, pro conditione non habentur. Inſunt au-
tem aut poteſtate juris, ſi v. gr. hereditas adita.
*l. 7. ff. qvando dies legat. cedat. l. 32. ff. de legat. 2.*
3 aut naturâ rei nondum exiſtentis, v. g. qvod ex
Areſcuſa naſcetur. *l. 1. §. ult. h. t.* Nam dilatio in
4 his eſt ſimilis dilationi certæ diei. Unde legata-
rius ante aditam hereditatem decedens, legatum
in heredem transmittit. *Don. l. 8. c. 32. pr. Mant.*
5 *l. 10. t. 5. n. 6.* ubi aliud eſſe dicit in tacita conditi-
one, qvæ ex verbis teſtamenti colligitur, conf.
*Barry l. 17. t. 5.* & *Weſenb. in π. h. t. n. 4.*

## ad L. Pater Severianam. 101.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur n. 1.*

*Ratio dubitandi & decidendi. 2.*

*Pœnalis diſpoſitio de caſu ad caſum non extenditur. 3.*

*Conditio privativa in caſum ſecundarum nuptiarum ad mortis caſum non trahenda. 5.*

*Unum filium relinqvens, ſine liberis non moritur. 6.*

*Ex § 2.* h. l. *notanda vocis tutelæ ambiguitas. 7.*

Pater filiam deſtinavit Philippo cognato, & 1
prædium aliqvod legat filiæ, ſi Philippo nu-
pſerit; ſed ſi non nupſerit, prædium illud legat
Philippo. Filia autem anteqvam nubilis fieret,
deceſſit, qværitur, an illud prædium debeatur
Philippo? Videtur qvod ſic, ſi verba ſpectes, qvia 2
verum eſt, filiam non nupſiſſe Philippo: ſed ſen-
tentia potior verbis, nam pater in pœnam filiæ
non nupturæ, prædium legat Philippo, ſed filia
non recuſavit nuptias Philippi, cum, anteqvam
nubilis fieret, deceſſerit. Unde notant 1. in gene- 3
re, etſi alias ſubſtitutio de caſu in caſum exten-
datur, tamen id locum non habere in ſubſtitu-
tione facta in pœnam; vel potius, diſpoſitio pœ-
nalis de caſu ad caſum non extenditur. *Roland.*
*à Valle l. 3. conſ. 59. n. 52 Decius conſ. 373. n. 3. Bero-*
*us l. 2. conſ. 3. n. 12. & conſ. 102. n. 40.* Nam propriè
hic nulla ſubſtitutio. *Cujac. ad hanc leg. ad l. 18.* 4
*qv. Papin. vol. 4.* & ideò immerito refert, confu-
ſum eſſe Jctum à *Baldo* qværente, ubi ſubſtitutio
vulgaris facta tantum ſit in unum caſum. Dein- 5
de nota in ſpecie, conditionem privativam in
caſum ſecundarum nuptiarum ad mortis caſum
trahi non debere *Hartm. Piſtor. obſ. 214.* ubi *n. 5.*
alios refert. *Carpz p. 3. c. 8. def. 23.*
Ex §. 1. nota, ſine liberis non mori, qvi unum 6
filium reliqvit, *Menoch. conſ. 724. n. 30. Fuſarius de*
*ſubſtit. qv. 401.* Et in §. 2. notandum vocem tute- 7
læ partim propriè, partim impropriè intelligi.

## ad L. Cum Avus. 102.

*SUMMARIA.*

*Liberi rogati reſtituere, non cenſentur alias gravati, qvam ſi ſine liberis moriantur. n. 1.*

*Qvi liberi hic comprehendantur. 2.*

*Lex hæc non obtinet in collateralibus vel extraneis. 3.*

*Locum habet hæc lex, licet ſciverit teſtator, filium habuiſſe liberos tempore teſtamenti. 4.*

*Etiam ſi pia cauſa ſubſtituta. 6.*

*Fideicommiſſum filio relictum tranſit ad nepotes. 5.*

*De ampliationibus & limitationibus* h. l. *remiſſivè. 7.*

In ſubſtitutione fideicommiſſaria facta filio, 1
vel deſcendentibus in caſum mortis, ſemper
ſubintelligitur conditio tacita, ſi ſine liberis de-
ceſſerit. *hic & L. Cum acutiſſimi. 30. C. de fideicom.*
ubi Imperator id extendit 1. ad omnes deſcen- 2
dentes. 2. ad filios naturales, ſi illi in portione
debita inſtituantur, & alius illis ſubſtituatur, li-
cet in ipſa conditio expreſſa, ſi ſine liberis &c. na-
turales liberi non intelligantur. *l. 6. §. 1. C. de In-*
*ſtit. & ſubſt. Mant. l. 10. t. 7. Menoch. l. 4. præſ. 89.*
*Fachin. l. 4. c. 57. & ſeqq. Gabrielius tit. de fideic.*
*concl. 2.*

3 *concl. 2. Barry l. 17. t. 13. & Fuſarius qv. 393. conf.*
*Zaſ. ad tit. de Trebell. n. 10. & ſeqq.* Sed annon hæc
conjectura locum habet etiam in non deſcen-
dentibus, ut cognatis vel extraneis? Hoc rectè
negat *Mantica de conject. l. 5. tit. 11. n. 7. & l 20. t.*
*8. n. 25.* ubi de fratre loqvitur *num. 5.* de uxore
*Menoch. d. præſ. 89. n. 55. Carpzov. p. 3. c. 8. d. 9.*
4 *Sande l. 4. t. 6. def. ult.* Qværitur etiam, an hæc
lex locum habeat, licet teſtator ſciverit, filium
habere liberos tempore teſtamenti? Et id rectè
affirm. *Fachin. l. 4. c. 59. Menoch. d. l. n. 77. Barry*
5 *d. l. n. 6. & Sande d. def. 6.* Nota, fideicommiſſum
filio relictum ad nepotes tranſire. *Carpzov. p. 3. c.*
6 *8. def. 28.* Sed qvid ſi pia cauſa ſubſtituta, an
etiam eô caſu locum habet lex? Aff. *Mantica d.*
7 *tr. de conject. l. 5. t. 15. n. 42.* Hujus celeberrimæ
*legis* ampliationes & limitationes poſt alias vide
apud *Vincentium Fuſar. de ſubſtit. q. 393.* ubi infi-
nitos ferè Dd. refert, ut & in qvæſtionibus ſe-
qventibus plurimis.

## ad L. Si ita, 103. & 106.

*SUMMARIA.*

*Conditio negativa qvando impleta dicatur. n. 1.*
*Cautionis Mutianæ præſtatio in conditione negativa qvo caſu ceſſet. 2.*
*In contractibus hac cautio exigi non poteſt. 3.*

1 COnditio negativa tunc impleta dicitur,
qvando reducitur ad impoſſibile, ut jam il-
lud fieri non poſſit, ſicut hic Titius moriens ſatis-
dationem exigere non amplius poteſt. *Vincent. de*
2 *Franch. dec. 169. n. 14.* Sic etiam, qvando conditio
in non faciendo conſiſtit, præſtanda eſt cautio
Mutiana, niſi conſtare poſſit, factum illud præſta-
ri non poſſe, qvod prohibuit teſtator. v. gr. ſi Ti-
tiô non nupſerit, qvod conſtare poteſt, Titiô
mortuô, aut ſi illa alii nupſit. *Donell. l. 8. c. 33. l. S.*
3 *& T. Dn. Struv. Ex. 35. th. 97.* Nec in contractibus
hac cautione opus.. *Struv. d. l.*

## ad. L. A teſtatore. 109.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Deciditur. 4.*
*Ablativos abſolutos conditionem facere colligitur. 3.*

1 ROgatus heres, ut acceptis 100. nummis re-
ſtitueret hereditatem coheredi ſuo, ſed his
100. nondum ſolutis, deceſſit: qværitur, an cohe-
redis heres conditionem implere poſſit? Reſp.
qvod non, qvamvis enim modus ab herede et-
2 iam implere poſſit, ſecus tamen eſt in conditio-
ne. Qvod autem conditio ſit, ex duobus abla-
tivis colligitur. Unde colligunt ex *h. l.* regulam:
Qvod ablativi abſoluti conditionem inducant. 3
*Ricc. collect. deciſ. 654. Petr. Barb. in rubr. ff. ſolut.*
*matrim. part. 1. n. 26. & ſeqq.* ubi *h. l.* pluribus ex-
plicat.

## ad L. Qvi ſub conditione, 111.

*SUMMARIA.*

*Libertas ſub conditione reddendarum rationum relicta, qvatenus præſtanda. n. 1.*
*Geſtori vel tutori nihil imputandum, ſi contraxit ut bonus paterfamilias. 2. 3.*

LIber eſſe juſſus ſub hac conditione, ſi rationes 1
reddiderit, non aliter conſeqvetur liberta-
tem, niſi de his, qvæ in codice rationum ſcripta
ſunt, fides fiat, & ſic ritè eas reddiderit. Non verò 2
geſtori vel tutori imputanda paupertas debito-
rum ſuperveniens, ſi tempore, qvo contraxit, fe-
cit ut diligens paterfamilias. Notabilem hanc *l.*
pro tutoribus commendat *hic Paul. Caſtr.* Et licet 3
neceſſitatem fœnorandi remiſerit Imper. adeò,
ut periculum ad tutorem pertineat, id tamen in-
telligendum, ſi aliqva tutoris culpa intervenerit.
*Hartm. Piſt. p. 1. qv. 49. n. 29.* & ita judicatum re-
fert *Sande l. 2. t. 9. def. 13.*

## ad L. Tales conditiones. 112.

*SUMMARIA.*

*Fundus legatus ſub conditione dandi duobus, uno ante moram decedente, acqviritur pro dimidio, ſi detur ſuperſtiti. n. 1.*
*Renunciationem factam uni perſonæ, ad illam ſolam reſtringi, colligitur. 2.*
*Exemplum in matre partem dotis in gratiam liberorum remittente. 3.*
*Jus accreſcendi qvo caſu in mortis cauſa capione locum non habeat. 4.*

LEgatus mihi fundus, ſi Titio & Sejo centum 1
dem. Titius ante moram moritur, ergo in
ejus perſona conditionem implere non poſſum:
qværitur itaqve, an dando Sejo impleam condi-
tionem, & ad dimidium fundum ſim admitten-
dus? Aff.. Unde colligunt: Renunciationem 2
factam uni perſonæ, ad illam ſolam reſtringi. Et
cum mater in gratiam liberorum remiſiſſet par- 3
tem dotis, poſtea ſupervenientibus creditori-
bus matrem revocare poſſe remiſſionem, reſpon-
dimus, cauſa finali qvippe deficiente, *Menſe*
*Septembr. ann. 1658.* Colligitur etiam ex hac l. in 4
mortis cauſa capione interdum non habere lo-
cum jus accreſcendi: Nam hæredes aliqvid
mortis cauſa capiunt vel extranei: Illo caſu jus
adcreſcendi locum habet, ſed hoc non. Et ita
decidit *Mant. de conject. ult. vol. l. 1. t. ult. n. 3.*

TITU-

# Titulus II.

# Ad Legem Falcidiam.

## Ad L. Lex Falcidia. 1.

*SUMMARIA.*

*REſtringuntur legata L. Falc. ut qvarta ſit ſalva haredi. num. 1.*
*Obtinet hac detractio Falcid. in teſtamento captivi ante captivitatem conditi. 2.*
*An & hodiè in legato ad pias cauſas. 3.*
*Penus ſub pœnâ legata qvatenus imputanda in Falcidiam. 4.*
*Mora heredis vel diei aſſignationem, vel interpellationem præſupponit 5.*
*In rebus dividuis ut Uſufructu locum habet detractio Falc. 6.*
*Qvid in rebus, qva diviſionem non recipiunt. 7.*
*In legato debiti locum habet Falcidia, qvatenus ex ſpeciali commodo utile eſt. 8.*
*Heres errans ſi integrum legatum ſolvat, pro ratione Falcidiæ ſolutum vindicare poteſt. 9.*
*Præſtatio legatorum interdum fit ſine diſtractione interveniente cautione, ſi ex eventu metuenda qvadam imminutio. 11.*
*Exempla. 11, 15.*
*Si portio onerata accedat non oneratæ, vel contra, ratio Falcidia qvaliter ineunda. 12.*
*Lectio §. 14. h. l. 13.*
*Qvid ſi portio ſemel heredis facta, perveniat ad coheredem per arrogationem, an hac imputanda in rationem Falcidiæ. 14.*
*An debita naturalia, qva peti non poſſunt, hic computanda. 16.*
*Computantur debita heredis debitoris. 17.*
*Æs alienum, impenſæ funebres, & monumenti neceſſarii deducuntur. 18.*

1 LEgata relinqvi poſſunt ad dodrantem hereditatis; ſi autem heres ultra dodrantem
gravatus, reſecare id poteſt ex proviſione
*L. Falcid.* qva qvarta libera à legatis debet
manere penes heredem; idqve non tantùm favore heredis. *l. 71. h. tit.* Sed & potiſſimum favore teſtatoris, ut teſtamentum non deſtituatur,
ſed adeatur hæreditas. *Mantica lib. 9. tit. 14. n.*
*3. Carpzov. p. 3. Juriſpr. conſt. 13. def. 12. Rittersh.*
2 *in Nov. part. 6. c. 5. n. 3.* Et hæc defalcatio ad teſtamentum ejus, qvi apud hoſtes moritur; qvod
ante fecerat, extenditur, per §. 1. Aliæ exten-
3 ſiones in *ſeqq. §. §.* Id autem qvod *hic* in §. 5.
dicitur, qvod à legatis piis etiam detrahenda ſit
Falcidia, correctum eſt per *Nov. 131. c. 12. & Auth.*
*Similiter. C. h. t. Donell. l. 8. c. 27. lit. T. & ibi Hill.*
*Gail. l. 2. obſ. 119. n. 6. Barry l. 15. t. 7. n. 8. Carpzov.*
*p. 3. conſt. 1. def. 16.* licet moderni pleriq; de mora
commiſſa intelligant.

In §. 8. Si heres penum dare juſſus, aut ſi non 4
dederit, dare juſſus decem, ſi penus ſtatim ſine
mora ſoluta, penus imputatur in Falcidiam, ſi
verò commiſſa ſit mora, & adhuc ſolvatur penus,
non eſt locus Falcidiæ, qvia ſolutioni decem pœnæ nomine locus erat, in qva Falcidia locum
non invenit. *Men. l. 2. A. Q. caſu 30.* ubi qværit,
qvid ſit hic in continenti. *Joh. Hannibal. in rep.*
*L. Si inſulam. de V. O. n. 97. vol. 6. & Rubeus in rep.*
*L. Non ſolum. §. morte. n. 519. ff. de oper. nov. nunciat. vol. 5. Donell. l. 8. c. 24. lit. F.* Mora autem he- 5
redis vel diei aſſignationem, vel interpellationem præſupponit.

In §. 9. agitur de uſufructu tanqvam ſervitu- 6
te dividua, ubi uſusfructus qvartæ partis fundi
detrahi poteſt, ſi dodrantem excedant legata.
Aliud in operis ſervorum, in facto individuo, 7
via, itinere, ubi æſtimatione factâ legati, denunciare poteſt heres legatario, ut partem æſtimationis inferat, ſi is renuat, utitur doli exceptione. *l. 7.*
*l. 80. §. ult. h. t. Don. l. 8. c. 27. poſt lit. R.* Si debitor 8
creditori nomen leget debitum, aut inutile legatum aut ſi ob commodum repræſentationis utile
eſt, non ex toto nomine, ſed ex commodo illo repræſentationis, & citeriori ſolutione tantum detrahitur Falcidia, v. gr. ſi debeat centum poſt
biennium, hoc ſi leget, uſuræ biennales venient
in compenſationem, v. gr. 12. à qvibus detractâ
qvartâ conficient tria. conf. *Don. l. 8. c. 24. lit. I.*
*& ibi Hillig.* qvod ſi heres errans ſolverit lega- 9
tum integrum, qvod potuiſſet retinere, ut Falcidia detrahatur, datur ipſi vindicatio, per *§. 11. h.*
*l. & l. 26. h. t.* Interdum ſine detractione ſolida le- 10
gata præſtanda, qvæ tamen eventu minuenda, &
ideò præſtanda cautio, v. gr. ſi impubes inſtitutus, ſed ipſi qvidam pupillariter ſubſtitutus in 11
tabulis ſecundis, iisq; clauſis, ubi metuendum,
ne legata ſecundis tabulis relicta dodrantem
exuperent, qvæ eſt ſpecies *§. 12. Don. l. 8. c. 27.*

In *§. 13. & 14.* notabilis habetur diſtinctio, 12
utrum pars hereditatis legatis ſufficiens deficiat,
& accreſcat exhauſtæ, an verò contra? Priori caſu
debent integra legata ſolvi, ſi verò portio, qvæ
acceſſit, exhauſta, legata non augentur. vid. *l. 78.*
*h. t. Donell. lib. 8. c. 23. & ibi Hillig. lit. A. Alciatus*
*reg. 2. præſ. 35. n. 3.* à qvo tamen recedit *Menoch.*
*l. 4. præſ. 108. num. 30.* Conferri poteſt *Anton.*
*Fab. l. 4. conject. c. 13.* Legendum autem in §. 14. 13
non commiſcendas, non abſurdè exiſtimat *Zaſ.*
*h. t. num. 26.* Si autem ſemel hæres factus qvis 14
ſit, ſed poſtea ejus portio v. gr. per arrogationem ad coheredem pervenerit, manet integrum
jus qvartæ, qvia tunc non percipitur jure
hæredi-

hæreditario, ſed alio tititulo, & ex ſolo arrogati facto, & ideò non imputatur in Falcidiam. *l. 91. h. t.*
15 *Donell. l. 8. c. 23. & ibi Hill. lit. C.* In annuis legatis cautione opus, per *§. 16.* ſicut in *§. 9. & 12.* Nam ſi annua præſtatio in præſenti non excedat dodrantem, ſolidum ſolvatur; cum autem ille annus venerit, ut collatis, penſionibus præcedentium annorum, dodrans excedatur, retrò omnia legata ſingulorum annorum minuenda. *l. 47.*
16 *h. t. Donell. l. 8. c. 24. poſt lit. O.* Si in hereditate eſt naturale debitum, qvod nondum ſolutum, peti non poteſt, non venit in computationem Falcidiæ, niſi ex eventu. *§. 17.* Et ſi debitor heres
17 creditoris, id lucrum ex confuſione accedens
18 computandum. *§. 18. h. l. & l. 83. h. t.* Qvin impenſæ funebres & monumenti detrahendæ ſint ut æs alienum, nullum eſt dubium. De monumento autem hoc verum eſt, ſi monumentum neceſſarium; nam qvod ornatus cauſa fit, etiamſi jubeat teſtator, non detrahitur. *hic & l. 2. h. t. Donell. l. 8. c. 25. lit. E.*

## ad L. Si hæres. 3. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*IN legato annuo Reipubl. relicto qvaliter ratio falcid. ineunda.*

SI qvid annuum Reipublicæ relictum, qvia civitas non moritur, & lgatum eſt perpetuum, tantum cenſetur legatum, qvantum ſufficit ſorti ad uſuras triennales, i. e. 4. pro 100. ejus ſummæ colligendas. v. gr. Si qvatuor annua legata, 100. legata videntur; qvantum igitur de 100. detraheretur, ſi ſemel præſtanda eſſent, tantum proportionabiliter de qvatuor ſingulis annis detrahetur, ita ut tantum tria qvotannis præſtentur. *Donell. l. 8. c. 24. lit. N. & ibi Hillig. Fachin. l. 5. controv. 14. Molin. de contract. uſur. n. 112. Rodericus de cenſ. l. 1. qv. 6. n. 3. & ſeq.*

## ad L. Fundo. 4.

*SUMMARIA.*

*LEgatarius ſub conditione, ſi pendente conditione ab herede heres inſtituitur, exiſtente conditione legatum in ratione Falcidiæ acqviſiviſſe intelligitur jure legati non hereditario. num. 1.*

*Fideicommiſſarium pendente conditione conſentientem in alienationem ſibi non præjudicare; ſed ea exiſtente, an rectè ex* h. l. *colligatur. 2.*

1 SI mihi fundus ſub conditione legatus, & pendente conditione ego ab herede inſtitutus ſim, & poſteà conditio legati exiſtat, in Falcidiæ ratione fundus non hæreditario jure, ſed legati jure meus eſſe intelligitur, poſtqvam enim exiſtit condititio, res habetur, ac ſi perpetuò mea
2 fuiſſet. *Donell. l. 8. c. 26. lit. D.* Ex *h. l.* nonnulli volunt probare, qvod fideicommiſſarius pendente conditione conſentiens in alienationem ſibi non præjudicet, ſed ſi conditio exiſtat. Sed hanc ſententiam rectè improbat *P. Barb. in l. Qva dotis 34. n. 149. ff ſolut. matrim.*

## ad L. In Falcidia. 9.

*SUMMARIA.*

*FRuctus pendentes attenduntur in L. Falcidia. num. 1.*

*Fructus rei legatæ qvatenus imputentur. 2.*

FRuctus pendentes ſunt pars rei; & eam pretioſiorem reddunt, & horum habetur ratio in l. Falcidia. Fructu etiam ante diem legati vel conditionem percepti imputandi *l. 45. pr. & §. 1. h. t.* non qvod augeant hereditatem, ſed qvod faciant, ut tantò minùs in legato eſſe videatur. *l. 66. h. t. Don. l. 8. c. 25. Bach. in Tr. diſp. 14. th. 3. lit. A. Barry. l. 15. t. 5. Zæſ. n. 33.*

## ad L. In ratione. 11. §. 5. & 6.

IN teſtamento patris & filii una Falcidia tantum detrahenda. *Bart. & Zaſ. tom. 5. p. 67. Donell. enucleatus. l. 8. c. 38. lit. F. G. & H. Cujac. l. 4. obſ. 34. Carpz. p. 3. c. 8. d. 6. n. 6.*

## ad L. Si debitor. 12.

*SUMMARIA.*

*JUre ff. detractio Falcidiæ per indirectum prohiberi à teſtatore poteſt. n. 1.*

*Extenditur ad Trebellianicam. 2.*

*Heres creditum ſuum in computatione Falcidiæ detrahere poteſt. 3.*

LIcet Falcidia jure Pandectarum à teſtatore prohiberi non poſſit *l. 15. §. 1. & ult. h. t.* poteſt tamen teſtator gravare heredem, ut in computatione Falcidiæ non deducat id, qvod ſibi à teſtatore debetur, & tunc Falcidiam ſibi in debitum compenſare tenetur. Et ſic teſtator per indirectum poteſt prohibere detractionem Falcidiæ, qvod ad Trebellianicam applicat *Menoch. conſ. 272. n. 14.* qvod per indirectum poſſit prohiberi & videatur prohibita, ſi alienationem prohibeat, & juſſerit filium legitimâ eſſe contentum. Unde à contrario ſenſu probatur, extra diſpoſitionem hanc poſſe heredem deducere id, qvod ſibi debetur in computatione Falcidiæ, de qvo prolixe *Barb. ad l. 1. p. 4. ff. ſolut. matr. n. 21 & ſ. Paulus de Montepico in rep. l. In qvartam ff. h. t. n. 277.*

## ad L. Pater filiam. 14. pr.

*SUMMARIUM.*

*Dos non imputatur in Falcidiam.*

Fili-

Filia heres inſtituta à patre, & rogata fratri hereditatem ſuam reſtituere, poterit detrahere Falcidiam i.e. Trebellianicam, & præterea dotem habebit præcipuam, qvia enim petit jure ſuo, per mortem patris in perſona ſua conſolidato. *Petr. Barb. in L. Si cum dotem 23. §. ſi pater. n. 28. ff. ſol. matrim. Paulus de Monte Pico in repetit. L. in quartam h. l. n. 41. vol. 4.*

## ad L. Qvod bonis. 15.

### SUMMARIA.

*De jure novo Falcidia prohiberi poteſt. n. 1.*
*Reqviritur expreſſa prohibitio. 2.*
*Verbis:* Die Erben möchten nicht dawider seyn/ *non prohibetur. 3.*
*Prohibetur hiſce:* Es ſoll mein Eheweib meinen Freunden nichts herauß geben. 4.
*Cenſetur expreſſa prohibito, ſi ex verbis animus prohibendi neceſſario concluditur. 5.*
*Verba,* ſine deminutione *inducunt prohibitionem. 6.*
*An & hæc:* Omni meliori modo. *7.*
*Species facti* §. 3. h. l. *remiſſivè. 8.*
*Creditor heres gravatus debitum ſuum deducit. 9.*
*Limitatur. 10.*
*Fructus percepti, in debitum imputantur. 11.*
*An fructus in quartam non computari nepotibus, rectè ex* §. 3. h. l. *colligatur. 12.*

1 NOn poterat jure ff. prohiberi Falcidia per teſtatorem, ratio in *L. Nemo poteſt. 55. de legat.*
1. Sed per *Nov. 1. c. 2. in fin.* illud fieri poteſt. *Covarr. in cap. Reinaldus §. 3. num. 8. X. de Teſtam. Donell. l. 7. c. 29. & ibi Hillig. lit. E. Rittershuſ. in Nov. part. 6. c. 5. num. 8.* imò magis tenetur, ſi
2 heres promittat. *Sande. l. 4. t. 7. d. 8.* Sed reqviritur expreſſa prohibitio. *Carpzov. p. 3. c. 1. d. 13. Berlich. p. 2. dec. 272.* Adeoqve nec prohibetur
3 Falcidia, ſi dixerit: Die Erben möchten nicht dawider seyn/ ſicut reſponſum in Facultate *die 23. October. Anno 1651.* Si autem ita: Es ſol mein
4 Eheweib meinen Freunden nichts herauß geben/ qvia particula nichts univerſalis eſt, ideoqve prohibitam Falcidiam, reſpondimus *Menſe Martio Anno 1667.* freti authoritate *Clar. §. Teſtamentum. q. 62. num. 4. Menoch. l. 4. præſ. 198. num. 6. Man-*
5 *tic. de conject. l. 7. t. 12. numer. 16. Maſcard. concl. 1385. num. 11.* Nam & id expreſſum dicitur, qvando verba talia ſunt, qvæ prohibitionem iſtam concludenter & neceſſariò inferunt. *Maſcard. de probat. concl. 1396. num. 4. Surdus deciſ. 255. n. 19. Finckelth. obſ. 120. n. 4.* Et in *Novell. 119. c. 11.* caſus eſt, ubi prohibitio Falcidiæ per conſeqventiam colligitur, *Card. Mantic. de conject. ult. vol. l. 9. t. 13. num. 16.* qvin & ex conjecturis, certis tamen concludentibus prohibitionem fieri poſſe volunt, qvos refert *Finckelthaus. d. obſerv. 120. num. 5.* qvas collegit *Men. d. præſ. 198. n. 11. Maſc. d. concl. 1396. n. 5. & ſeq.*
6 Ideoqve per verba, *ſine deminutione,* colligitur prohibita Falcidia. *Menoch. d. l. num. 16. Anton. Gabriel. l. 4. tit. Trebell. concl. 7. Maſc. d. l. num.* 7
11. Ex hac etiam clauſula: *Omni meliori modo,* volunt prohibitam eſſe Falcidiam, ut volunt relati à *Finckelth. num. 14.* ut *Menoch. d. præſ. 198. num. 31.* Qvamvis eam opinionem de clauſula *omni meliori modo,* nec apud *Maſcardum,* nec *Clarum,* nec *Afflictum,* nec *Tuſchum* loco citato reperiam. Sed *Menoch.* habet, cujus tamen authoritatem & ſeqvacium ſeqvi nolo in judicando, nam conſeqventiam video nullam: volo teſtamentum meum valere omni meliori modo, ergo *Trebellianicam* deduci nolo.

Paragraphi tertii ſpeciem facti vide in *Cu-* 8
*jac. t. 4. p. 1213.* Qvicqvid defunctus debuit he- 9
redi, in computanda Falcidia, ut æs alienum
deducitur, niſi teſtator hoc prohibuerit, nec ta- 10
men videtur prohibere, ſi eum gravat, ut etiam
bona propria ſua reſtituat. Fructus etiam per- 11
cepti in debitum imputantur, ita *Gloſſa hic, Donell. l. 8. c. 25. Rol. à Valle l. 2. conſ. 65. num. 24. Cravetta conſ. 16. n. 10. Ruinus conſ. 115. n. 13. vol. 2. Menoch. conſ. 88. num. 33. & conſ. 183. num 41.* Col-
ligunt nonnulli ex hoc §. fructus in qvartam 12
non computari nepotibus, licet demum de primo gradu id ſtatuerit Zeno in *l. 6. C. ad Trebell.* Sed hoc negant communiter DD. *Gail. l. 2. obſ. 153. n. 5.* & qvos recenſet *Sande l. 4. tit. 7. d. 6.* & ad *h. §.* reſpondet, qvod hic fructus in debitum imputentur, nec poſſit aliqvid in duas cauſas diverſas imputari. *Sande d. l.*

## ad L. Si poſt miſſionem. 17.

### SUMMARIA.

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Relicta in teſtamento militis, qvatenus detractionem patiantur. 2.*
*Deductio Falcidiæ ceſſat in relictis militum. 3.*
*Intellectus.* l. 7. C. h. t. 4.

SPecies facti intricatior: Miles in militia fecit 1
teſtamentum, in qvo legat. 400. thal. in qvibus tota ipſius ſubſtantia conſiſtit, & confirmat codicillos futuros, qvos poſt miſſionem facit intra annum, legatis aliis centum, & moritur. Legata in teſtamento relicta non patiuntur detractionem Falcidiæ, ſed qvia codicillus eſt pars teſtamenti, conjunguntur legata in teſtamento & codicillis relicta, & detrahitur, qvod ultra vi-
res patrimonii relictum, ſcil. qvinta pars; & 2
ſic patiuntur relicta in teſtamento deminutionem, non ob legem Falcidiam, ſed qvia plus
patrimonio legatum. Colligitur ex hoc textu, 3
teſtamentum militum habere hoc privilegium, ut exinde Falcidia non detrahatur, qvod muta-
tum eſſe multi opinantur, à qvibus diſceſſi in 4
explicatione *legis. 7. C. h. t. confer. poſt Duarenum, à ſe allegatum Hilliger in Donell. l. 6. c. 28. lit. H.* qvod *Novell. 1. c. ult. §. 2.* loqvatur de

omni perſona etiam militari, ſed heredis non teſtatoris. *conf. Carpz. l. 6. Reſp. 25. n. 1.*

## ad L. Filiusfamilias. 18.

*SUMMARIA.*

*PAter peculium caſtrenſe reſtituere rogatus, non deducit quartam. n. 1.*
*De tractionem Falcidiæ & ad cauſam inteſtati pertinere colligitur. 2.*

1 PAter rogatus, à filiofamilias peculium caſtrenſe Titio reſtituere, qvartam non deducit, qvia non ſuccedit ut heres, ſed jure peculii; ſolius verò heredis eſt, qvartam deducere. *Don. l. 8. c. 27. & ibi Hillig. lit. F.* conf. *Vaqv. de Suc-*
2 *ceſ. reſol. §. 11. n. 12.* Colligitur tamen notabiliter ex *h. l.* detractionem Falcidiæ etiam heredi ab inteſtato competere, *Harprecht ad pr. Inſt. de lege falc. n. 12. Carpz. p. 3. c. 1. def. 12.*

## ad L. Sejus. 27.

*SUMMARIA.*

*QVando non valet diſpoſitio, non ſubſiſtit etiam conditio pœnalis n. 1.*
*Qvod applicatur. 2. 3.*

1 QVod fieri neqvit per viam diſpoſitionis, non poteſt etiam fieri per viam conditionis, & cum pactum non valet, pœna qvoqve in eventum, qvo illi non parebitur, adjecta non tenet, ne per indirectum concedatur, qvod directo eſt prohi-
2 bitum. *Gail. l. 2. obſ. 145. num. 6.* ubi hoc ad prohibitionem cautionis ad uſufructuario præſtandæ accommodat *Rimin. vol. 3. conſ. 134. n. 216.*
3 *& 220.* Et idem ad legitimam accommodat *Riminald. vol. 5. conſ. 510. n. 22. 27. & 29. Wammeſ. conſ. 6. numer. 8. cent. 4. Cephalus l. 4. conſ. 497. num. 31.*

## ad L. Si à me. 29.

*SUMMARIA.*

*RElicta heredi non jure hereditario non computantur in qvartam. n. 1.*
*Recuperans rem, novo titulo non modo antiqvo poſſidere intelligitur. 2.*

1 QVod accepit vel recepit heres jure fideicommiſſi, non jure hereditario, non computatur in qvartam. Species facti plana. vid. *Cravetta conſ. 202. numer. 6. Decius conſ. 88. num. 3. Cagnolus in l. 2. C. de pactis inter empt. num. 177.*
2 Colligit hinc *Bartolus*, qvi recuperat rem novo titulô, non videtur modô antiqvô poſſidere. *Decius conſ. 88. n. 2. Tiraqvel. de Retr. lign. §. 19. gl. 2. num. 5.*

## ad L. In ratione. 30.

*SUMMARIA.*

*POſt mortem teſtatoris omne damnum obveniens in rebus hereditariis, ſpectat ad heredem. 1. 5.*
*In ratione Falcidiæ ineunda, inſpicienda qvantitas patrimonii tempore mortis. 2.*
*In Trebellianica tempore reſtitutionis. 3.*
*Fundus certo pretio vendi aut emi juſſus, qvaliter in compenſationem veniat. 4.*
*Damnum contingens in rebus legatis, legatarii eſt. 6.*
*Secus ſi res legata, eſt qvantitas vel genus. 7.*
*Qvid ſi argentum à legatario electum & omne argentum periit. 8.*
*Relicta heredi conditionis implendæ cauſa non imputantur. 9.*

DAmnum poſt mortem teſtatoris contingens ſine culpa legatarii, pertinet ad heredem. Spectatur enim qvantitas patrimonii in Falcidia computanda tempore mortis, ut Falcidiæ locus ſit, ſi tunc legata dodrantem excedant, licet poſtea creverit hereditas jacens, ut omnibus legatis ſolutis amplius qvarta ſuperſit. Item ſi tunc integra qvarta, non eſt locus deductioni, licet bona poſtea decreverint. *hic & l. 72. h. t. §. 3. Inſtit. h. t.* In Trebellianica autem tempus attenditur, qvô reſtituenda eſt hereditas. Incrementa nempe augent qvartam, & in eam imputantur. *l. 58. §. 6. in fin. ff. ad Trebell.* decrementa minuunt. *l. 22. §. 2. infr. ad Treb. Donellus l. 7. c. 30. poſt lit. A.* Si fundus certô pretiô vendi aut emi juſſus, non totum pretium, nec totus fundus, ſed qvod ultra juſtam æſtimationem fundi fuit, qvanto plures emit, minoris vendidit, heres computabit *§. 1. h. l. Donell. l. 8. c. 34. poſt lit. I.*

In §. 2. declaratur regula in *princ.* propoſita ſcilicet qvod locum habeat in aliis rebus hereditatis, non verò in ipſis rebus legatis, in qvibus ſi damnum contingat, id cedit damno legatarii, nam res tota vel ex parte perit ſuo Domino. Qvando autem res legata, eſt genus vel qvantitas, qvia hæc perire neqvit, periculum ſemper heredis eſt. *§. 3. h. l. Donell. l. 8. cap. 25. in fin.* Sed ſi argentum, qvod elegerit legatarius, legatum ſit, & omne argentum periit, non debebitur legatum. *§. 5. h. l.* qvia de argento diſpoſuit qvod ſuum fuit. Qvæ autem conditionis implendæ cauſa capit heres, ſive à coherede, ſive à legatario, non imputat in Falcidiam *§. 7. h. l. Donell. l. 8. c. 26. & ibi Hillig. lit. F.* de qvo uberius *Ant. Faber. l. 6. conject. c. 3.*

## ad L. Pœnales actiones. 32.

*SUMMARIA.*

*ACtiones pœnales qvatenus in Falcidiam computentur. n. 1.*
*Qvatenus honoraria. 2.*
*Stipulatio interpoſita ab uno heredum, integrum legatum ſolvente, de reddendis iis, qvæ legatarius amplius accepit, qvam per L. Falcid. licet, qvatenus proſit. 3.*

*Relicta*

*Relicta à Legatariis qvomodo detractionem patiantur. 4.*

1 Actiones pœnales computantur in Falcidiam,
modò ad heredes tranſeant. *Donell. l. 7. c. 25.*
2 *lit. F.* Honorariæ etiam computantur, ſi litis
conteſtatione tranſeant ad heredes rei hereditariæ;
præſtant augmentum, ſi lis ſecundum heredem
deciſa, vel decrementum, ſi contra eum,
*Hillig. in Donell. d. l. F.* Paragraphi ſecundi (*Julianus*)
epitomen recenſeo ex *Caballino de dividuo*
3 *& indiv. p. 2. p. 449.* Unus heredum ſolvens integrum
legatum, ſtipulatus à legatario ſi apparuerit,
eum amplius cepiſſe, qvam ex Lege Falcidia
accipere licebat, qvanti ea res erit, tantam
pecuniam reddi &c. non poteſt in ſolidum, nec
viriliter agere, ſed pro rata partis ſuæ tantùm, &
ſtipulatio non committitur, niſi pro parte victoris
& victi. *Caball. d. l.* multa in præcedentibus &
ſeqventibus habet de hoc §. Hic §. etiam variè
examinatus in *vol. 6. repet. l. 4. §. Cato de V. O.*
ubi *Alciatus n. 182. Butigella n. 163. Crotus n. 67.
Lancell. Galiaula n. 95. Ruinus n. 81. Hermanoctius
Decius n. 450. Marianus Socinus num. 230. & ſ. Lud.
Bologninus n. 176.*
4 In §. *pen.* proponitur, licet Falcidiæ detractio
propriè heredi, non legatario competat, per
conſeqventiam tamen relicta à legatario minui
poſſunt, ut ſi mihi legata 20 & à me tibi 5. qvantum
heres de 20. detraxit, tantum proportionabiliter
ego detraho de 5. *Donell. l. 8. c. 27. lit. F.*
conf. *Zaſ. ad h. l. num. 12.*

## ad L. Sed ſi non ſervus. 36.

*SUMMARIUM.*

*Accipiens legatum ſub conditione ſervum manumittendi relictum, an ſi ſervus majoris valoris iſto legato, teneatur manumittere*

Legatarius, cui qvantitas legata, ut ſervum ſuum manumittat, ſi acceptat legatum, cogitur ſervum manumittere, etſi ſervus ſit majoris valoris illâ qvantitate, qvia acceptando majorem qvantitatem, tanti ſervum æſtimaſſe videtur. *Menoch. conſ. 206. n. 93.*

## ad L. Ad veterani. 40.

*SUMMARIUM.*

*In teſtamento militis veterani non ceſſat deductio Falcidiæ.*

Militis in teſtamento non deducitur Falcidia. *l. 17. h. t.* Sed aliud in veterano, ſi etiam intra annum teſtamentum fecerit. per *h. l.* qvod etiam per *Novell. 1. c. 9.* non eſſe abolitum, putat *P. Gregor. l. 42. t. 6. numer. 10. Barry l. 15. t. 7.*

## ad L. Dolo carere. 41.

*SUMMARIA.*

*Heres, lite mota, vel certus de ſaburrha æris alieni, legata ſine cautionibus ſolvens, in dolo eſſe cenſetur. n. 1.*
*In re illicita dolum præſumi colligitur. 2.*
*Heres qvatenus primis venientibus tuto ſolvere poſſit. 3.*

In dolo eſſe videtur, qvi, cum mota ei eſſet 1
controverſia, vel certus eſt de ſaburrha æris
alieni, ſine cautionibus legata ſolvit integra. Unde
colligere ſolent, in re illicita præſumi dolum. 2
*l. 5. C. de injur. conf. Gail. l. 2. obſ. 110. n. 8. & l.
1. de P. P. c. 7. num. 13. Maſcard. concl. 532. n. 10.
& ſeqq.* Et eſt *h. l. & l. ult. §. 4. C. de jur. delib.* 3
colligunt, qvod ſcilicet heres primis venientibus
ſolvere tuto poſſit, reſtringendum niſi heres ſciat,
creditores adeſſe. *Gl. Bart. hos aliosqve allegans
Valaſcus. tom. 1. conſult. conſ. 38. circa fin.* & ita responſum
*die 14. Nov. Anno 1647.*

## ad L. Falcidia. 47. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Legatarii & fideicommiſſarii non utuntur beneficio L. Falcid. n. 1.*
*Excipiuntur duo caſus. 2.*

Legatariis & fideicommiſſariis, licet iis ex SC- 1
to *Trebellianico* reſtituta ſit hereditas, non
tamen competit Falcidia; cauſa enim inductrix
hujus L. Falcidiæ eſt, ne teſtamenta irrita fiant
reſtituta aditione, qvæ ratio hic ceſſat. *Graſſus in
Sentent. commun. §. Falcidia. q. 1. num. 7. & ſeq.
Donell. l. 8. c. 27. lit. E. & ibi Hillig. Struv. hic th.
3.* Sed excipiuntur duo caſus 1. ſi heres invitus 2
ac coactus totam reſtituerit hereditatem. *l. 3. in
fin. princ.* ubi ratio, & *l. 63. §. 11. ad Trebell.* tunc
enim ex perſona heredis detrahit. aut 2. ſi primus
heres in gratiam fideicommiſſarii non detraxit,
ut ille ſecundo detraheret *l. 1. §. 19. ad
Trebell. conf. Zaſ. h. 1. n. 10. & ſeq.*

## ad L. Cum qvo. 56. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*Heredi inter vivos donata an imputanda in Falcidiam.*

Qvarta in heredem à teſtatore vivo collata, facit ceſſare Falcidiam. *Donell. l. 8. c. 26. lit. E. Matthæſilan. in repet. L. Filium qvem habentem. n. 84. C. Famil. hercifc. Conſ. ibidem: num. 96. & 99.* & hanc legem intelligo, qvando qvantitas data convenit cum qvarta illa, & hoc expreſsè vel tacitè actum, ut computaretur. *Cephal. l. 4. conſ. 613. n. 18. & ſeq.*

## ad L. Cum dotem.57.

*SUMMARIA.*

*Legatum dotis per intermediam perſonam uxori relictum, cum immediatè relicto in ratione Falcidiæ pari gaudet jure. n. 1.*
*In ejusmodi caſibus non attendi intermediam perſonam, aliis exemplis demonſtratur. 2.*
*Methodus in* h.l. *præſcripta præfertur illi, qva deprehenditur in* l.1.§. 12. de dote præleg. *3.*
*Falcidia locum habet in interuſurio. 4.*
*Exemplum adducitur. 5.*
*Qvid hic in prælegato dotis. 6.*
*Caſus ſingularis deciditur. 7.*

1 Maritus legat mihi dotem, qvam vult tamen à me ejus viduæ reſtitui, qværitur, an ex hac dote heres poſſit Falcidiam detrahere? Certum eſt, legatum dotis uxori relictum non ſubjacere Falcidiæ. Sed hic uxori non legatur, ſed mihi: deciditur hic, qvod detrahi non debeat, qvia interpoſita perſona non attenditur, & non debet reſpici perſona intermedia, ſed in
2 qva ultimo reſidere debet legatum. Sic poteſt ab incapaci, ab indigno, relinqvi capaci, & non indigno. *l. 16. §. 15. ad Trebell. l. 42. de leg. 2. l. 27. de Excuſat. tut.* Sic uſusfructus mihi legatus, ut tibi reſtituerem, jure prætorio non mea, ſed
3 tua morte finitur. *l. 29. de uſufr. legato.* Sed aliam methodum habet JCtus in *l. 1. §. 12. de dote præleg.* ubi legatarius in hac ſpecie debet ſolvere Falcidiam heredi & detrahere viduæ, ſed vidua id, qvod detractum eſt, poteſt actione de dote repetere, qvæ eſt qvaſi circuitus, ſed hic melior methodus. *Vid. Cujac. ad hunc textum tom. 2.*
4 *p. mihi. 1008. & ſeq.* Sed interuſurio ſeu commodo repræſentationis Falcidia habet locum, per *d. §. 12.* v. gr. Dos eſt bis millium Flor.
5 Hæc dos ſolvenda erat poſt annum à morte mariti computandum, ſed qvia relegata eſt, ſtatim poſt mortem ſolvitur. Sed interuſurium eſt. 120. Flor. in qvo poteſt detrahi Falcidia ſcilicet
6 30. Floreni. Sed qværitur, an etiam dotis prælegatum minuat? Reſp. omninò, qvia legitima
7 non deducitur, niſi deductô ære alienô. Sed pone, maritum diſpoſuiſſe in pactis dotalibus, ut uxor dotem præciperet, & poſtea cum liberis hereditatem divideret, & dicebatur legitima læſa: reſpondebatur, viduam debere dotem præcipere, & poſtea liberos legitimam, & tandem reliqvum dividi.

## ad L. Beneficio. 59.

Beneficio L. Falcidiæ indignus eſt, qvi id egit, ut fideicommiſſum intercideret, v. gr. ſi teſtamentum celaverit, vel rem legatam caſu periiſſe dicat. *Donell. l. 8. c. 27. in fin.*

## ad L. Pretia rerum. 63.

*SUMMARIA.*

*Pretia rerum ex uſu communi, non ſingulorum, æſtimantur. n. 1.*
*Dividitur pretium in vulgare & legale. 2.*
*Pretia variant pro diverſitate locorum & temporum. 3.*
*In una provincia frumenti perpetuum pretium conſtitui & poſſe & utile eſſe probatur. 4. 5.*

Pretia rerum non ex affectione nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur, i. e. tanti res æſtimanda eſt, qvanti verè eſt, & omnibus valet, non qvanti alicui ex affectione. *hic & l. 33. ſupr. ad l. Aqvill. Donell. l. 8. c. 24. lit. L. Covarr. l. 2. reſol. 3. numer. 4. Marcus Mantua ſingul. 302. n. 2.* Et tanti res valet, qvanti homini ſcienti rei qvalitatem vendi poſſit. *l. 33. pr. a L. Aqvil. Mantica de tac. & amb. convent. l. 4. t 20. num. 6. Dinnerus de Juſto rerum pretio. q. 2. n 5. Lauterbach. ad tit. de contr. vendit. §. 1. th. 1* Eſt autem duplex ptetium, alterum legale alterum vulgare, de hoc *hic.* Legale conſtituitu in favorem emptoris, ut communiter fieri ſolet vel in favorem venditoris, ut in venditione annuorum redituum. Ideoqve emptori ſine juſtitiæ violatione licet excedere pretium legale *Lauterbach. d. l.* Unde probat etiam ex *h. l.* pretia rerum pro diverſitate temporum & locorum variare. *Menoch. conſ. 817. n. 30. Honded. vol. conſ. 31.* Sed hic qvaſi obiter qværo annon i una provincia frumenti perpetuum & conſtan pretium poſſit conſtitui, v. gr. ut unus modiu frumenti 12 argenteis vendatur, ſive multur frumenti ſive parum ſit collectum? Id ſæpe ſu incudem vocatum ſcio; putarem hoc non tan tum poſſibile, ſed & utile fore 1. qvo conſulatu agriculturæ, ut agricola ſciat pretium ſui frumenti. 2. conduceret civitatibus, ut omniu rerum pretia certa ſtatui poſſint, qvæ pretia fer omnia ex frumenti pretio dependent. 3. obviar iretur avaritiæ hominum, qvi obtentu pret aucti, cereviſiæ & panis pretium ſtatim augen licet viliori pretio coëmerint. Nec commer cia inde læderentur, ſiqvidem evectio non in to tum prohiberetur.

## ad L. Hereditatem. 68.

*SUMMARIA.*

*In legato alimentorum & uſiusfructus qvaliter r tio Falcidiæ ineunda. n. 1. 2.*
*Obſervatur* h. l. *computatio in prædio conducto vitam. 3.*
*Etiam in emtione annuorum redituum ad tam. 4.*
*An & ad alios caſus extendenda. 5.*
*Res ſi propria heredis eſſe dicatur, & poſteà here taria convincatur, falcidiâ detracta retine non poteſt. 6.*
*Mentientem ſurripienti æqviparari colligitur.*

1 DE legato alimentorum & uſusfructus detra-
hitur Falcidia ratione ætatis, ut tot anno-
rum fiat computatio, qvot annos probabile eſt
legatarium ſupervicturum. *Donell. l. 8. c. 24. lit. A.*
Et præſupponitur hîc ſpatium longiſſimum ſcil.
2 80. annorum. Hinc natus 20. annos adhuc 60.
annos poteſt ſupervivere, ſed qvia hoc incer-
tum, dimidiantur illi 60. anni, & computantur
30. anni, ut ſcilicet incertum ætatis cum dimidio
3 annorum futurorum computetur. Sic ſi qvis
conduxerit prædium ad vitam, & cum per ſin-
gulos annos hactenus locatus fuiſſet 27. thal. &
poſtea evictus eſſet fundus (locatus) proportio-
ne habitâ, *arg. hujus l.* incertum ætatis æſtiman-
dum. vid. *Suarez ad l. qvoniam in prioribus C. de
inoff. teſtam. ampliat. 3. Sande l. 3. tit. 14. def. ult.*
4 Et hæc computatio obſervatur in emptione an-
nuorum redituum ad vitam. *Gail. l. 2. obſ. 8. n. 4.*
5 Ad alios tamen caſus an hæc l. extendenda ſit,
de eo vid. *Covarr. l. 3. reſol. c. 9. n. 8. P. Barb. in l.
Maritum. n. 12. ff. ſol. matr. Rod. de annuis redit. l. 1.
c. 5. n. 17. & ſeq. Cævall. q. 552. & Riminald. l. 2.
conſ. 170.* Nihil abſurdi video, ſi in aliis materiis
æqviſſima hæc proportio obſervetur, ſi materia
ſubjecta patiatur.

6 Ad *§. fin.* Si qvis ex heredibus rem pro-
priam eſſe contendat, poſtea hereditariam eſſe
convincatur, ejus Falcidia non poteſt retineri,
qvia nihil intereſt, an ſubtraxerit, an verò here-
7 ditariam eſſe negaverit. Unde Dd. probant,
mentientem ſurripienti æqviparari. conf. *l. 59.
ſupr. h. t. & l. 84. ad Trebell. Sichard. ad l. 5. n. 3.
C. de furt.*

## ad L. Uſufructu. 69.

### *SUMMARIUM.*

*USusfructus legatus non conſtituitur, niſi deducto prius ære alieno.*

USufructu legatô, æs alienum prius deducendum eſt, & poſtea uſusfructus conſtituendus, nam bona non intelliguntur, niſi deductô ære alienô, & ſic ſolutio æris alieni fit tam de uſufructu per conſeqventiam, qvam de proprietate. *Franc. de Clapper. cauſ. 16. q. 1. Carpz. p. 3. c. 13. d. 7. n. 5.* vid. plura in *not. ad l. fin. ſupr. de uſufr. leg.*

## ad L. In qvantitate. 73.

### *SUMMARIA.*

*QVod tempus in Falcidia ineundâ attendatur. num. 1.*

*Qvod in Trebellianicâ. 2.*

1 QVando de hereditatis qvantitate qværitur,
mortis tempus attendendum eſt, non verò,
ſi qvid poſtea ante aditam hæreditatem acceſ-
ſerit, licet omnibus legatis ſolutis, amplius
qvarta ſupetſit. Idem in decremento. *§. 3. Inſt. ad
Trebell.* Sed aliud in Trebellianicâ, ubi tempus 2
reſtitutionis attenditur. *l. 22. §. 2. in fin. & l. 58. §.
6. ad Trebell. Donell. l. 7. c. 30. ante lit. B.* de qvo
etiam ſupra.

## ad L. In ſingulis. 77.

### *SUMMARIA.*

*DEductio facienda à ſingulis heredibus gravatis. num. 1.*

*Qvid ſi omnes ſine certis partibus gravati. 2.*

SI plures heredes, ſive æqvaliter, ſive inæqvali- 1
ter ſint inſtituti, non in omnibus ſimul, ſed ſin-
gulis & ſeparatim ratio Falcidiæ ineunda eſt.
*Coll. Arg. h. t. th. 8.* & ita fieri poteſt, ut amplius
qvartâ parte penes omnes heredes ſimul mane- 2
at; ſi autem plures ſcripti ſint ſine certis partibus,
una tantùm Falcidia detrahenda. *Bachov. in Tr.
vol. 2. diſp. 14. th. 2. lit. E.*

## ad L. Qvod ſi. 78.

### *SUMMARIA.*

*SI portio onerata non oneratæ acceſſerit, vel contra, qvomodo Falcidia detrahenda. n. 1.*

*Qvid juris, ſi acceſſio fiat ex ſubſtitutione. 2.*

QVando portio unius heredis jure accreſcen- 1
di vel ſubſtitutionis pervenit ad cohere-
dem, tunc diſtingvendum, an exhauſta legatis
pars ejus, qvi adiit, & debet alterius acceſſione,
qvâ fit, ut qvartam conſeqvatur, contentus eſſe,
& legata à ſe relicta integra præſtare. Si verò ac-
creſcens pars exhauſta, habet illa qvartæ bene-
ficium, qvia legata præſtat, ex perſona heredis,
ergo etiam beneficium ejus agnoſcere poteſt *l. 10.
de R. J. Donell. l. 8. c. 23.* & ibi *Hillig. lit. A. Bachov.
d. th. 2. lit. D. Harpr. in §. 1. Inſtit. h. t. n. 5. Zaſ. n.
25. & ſ. Wiſſenb. vol. 2. d. 8. th. 14. Dn. Struv. th. 3.*
Sed aliud eſt, ſi pater qvædam ab impubere, qvæ- 2
dam à ſubſtituto reliqvit, nam tunc contribuen-
da ſunt legata, niſi pupillus heres fuerit, tunc
enim ad ea legata tantùm tenetur, ad qvæ pupil-
lus tenebatur. *Zaſ. num. 27. Dn. Struv. th. 3. &
Wiſſenb. d. l.*

## ad L. Titia 86.

### *SUMMARIA.*

*QVid differentiæ inter retentionem qvartæ, qvæ expreſsè jubetur à teſtatore & qvæ autoritate L. fit. n. 1.*

*Caſus hujus Legis. 2.*

ALind eſt, an ipſe teſtator expreſsè jubeat 1
retinere qvartam, an verò non expreſsè ju-
beat, ſed heres retineat authoritate L. Falci-
diæ, atqve ita qvaſi contra voluntatem teſta-
toris. Illo caſu, ſi ei prælegata qvædam ſunt,
& v. gr. ex parte tertia ſit inſtitutus heres,

tertiæ partis prælegatorum, qvam à ſeipſo habet, qvartam tantum imputat legatis; hoc caſu integram tertiam partem prælegatorum. *Cujac. tom. 1. p. 2143. & ſeqq. Matthęſil. d. l. num. 21. & 77. & Hondedaus l. 1. conſ. 71. num. 15. Cavallos qv. 384.*
2 *& Pac. centur. 6. qv. 50.* Caſus autem hujus legis hic eſt: Titia fratrem inſtituit in triente ſeu in 4. unciis & eidem qvædam prædia prælegavit, & eundem rogavit, ut ſuam portionem duabus fœminis cohæredibus reſtitueret, retenta qvarta Trebellianica vel Falcidia, qværitur an etiam prædia prælegata veniant in reſtitutionem. Et qvia prælegata capit heres pro ea parte, qvâ hæres eſt, & ſic etiam frater hic trientem prædiorum prælegatorum à ſeipſo capit, nimirum tertiam partem prælegatorum. Sed reſpondet JCtus ipſum integra Legata retinere, ſed qvia juſſus eſt detrahere qvartam, ideo qvartam partem trientis prædiorum prælegatorum & unciam totius hæreditatis imputat in Falcidiam, qvia multum intereſt, an ex expreſſa voluntate Teſtatoris qvartam, an verò non ex voluntate detrahat, imputabit tertiam partem prælegatorum prædiorum, qvam jure hæreditario capit. *Videatur* de hac ſalebroſa *lege Cujac. ad lib. 40. Juliani. mihi Tom. I. p. 2143. & ſeq.* Colligunt ex hac lege heredem ratione Trebellianicæ
4 potiorem eſſe legatariis & fideicommiſſariis. *Cuvetta conſ. 16. num. 1.* Collige etiam illam tantum partem prælegati venire in reſtitutionem, qvam qvis à ſeipſo habet. *Johan. à Sande lib. 4. tit. 5. def. 12.*

## ad. L. In qvartam. 91.

*SUMMARIA.*

*IN Falcidiam non imputantur, qvæ titulo legati obveniunt. n. 1.*
*Qvid ſit in* Trebellianica. *2.*
*Qvæ ratio diverſitatis 3.*
*Specialia qvædam adducuntur, qvæ heres ſibi imputet in Falcidiam. 4.*
*Qvo caſu imputet & ea, qvæ titulo legati habet. 5.*

FAmoſiſſimæ hujus legis ſumma eſt: In qvartam Falcidiam non imputantur ea, qvæ titulo legati, ſed qvæ hereditario jure heredi obve[niunt], ſecus in Trebellianica. Cujus ratio partim in verbis utriusqve Legis, partim in favor[e] præſumpto teſtatoris, qvo magis amplecti præ[ſumitur] heredem, qvàm legatarium, & è diver[ſo] plus fideicommiſſarium, qvàm fiduciarium. *Fachin. l. 5. controv. 15. Don. l. 8. c. 26. & ibi Hillig. lit. H. Harpr. in §. 3. Inſtit. h. t. num. 14. & conſ. tre[s] repet. h. l. tom. 4. qvarum Prima Pauli de mont[e] Pico. Altera Caroli Ruini. Tertia Berengarii Fernandi. conſ. & Barryl. 15. tit. 4.* Hinc igitur i[n] qvartam Falcidiam imputantur, qvæ ab hered[e] legata, ſed ſine effectu. *Zaſ. n. 32.* & fructus rei ſu[b] conditione legatæ *l. 45. pr. l. 66. pr.* & qvæ prælegata, qvatenus à ſe habet; nam eam partem habe[t] ut heres, qvatenus à coherede habet, eatenus [ut] legatarius. *Zaſ. num. 33. Wiſſenb. tit. 12.* Sed & qv[æ] titulo legati habet heres, in qvartam interdu[m] imputabit, ſcilicet qvæ eum in finem relicta, v[el] à vivo præſtita, ut integra legata præſtarentur. [*l.*] *75. & l. 56. Don. l. 8. c. 26. lit. D. Zaſius n. 35.*

# TITULUS III.

# Si cui plusqvam per L. Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.

## Ad L. Si Cui. 1.

*SUMMARIA.*

*SI in Falcidia dubitetur, an locum habitura, legatarius cavere debet. n. 1.*
*Ob beneficium inventarii hodie exiguus uſus hujus tituli. 2.*

1 QVod ſi dubitetur, an Falcidia locum habeat, v. gr. ſi qvædam purè legata, qvæ dodrantem non excedunt, & ſimul qvædam ſub conditione, qvæ ſi advenerit, L. Falcidia locum habet. *l. 73. §. 2. titul. preced.* tunc cogi poterit legatarius, ut heredi caveat, ut ſi apparuerit, eum amplius accepiſſe, qvam licebat, id reſtituat. *Donell. l. 8. c. 27.*
2 *poſt lit. D.* Sed hodie minor eſt hujus Tituli utilitas propter confectionem inventarii, ob qvam poteſt primis venientibus ſolvere, nec i[lli] objici poteſt, qvod non reſervaverit bona, ex qv[i]bus reliqvis ſolutio fieri poſſit. *Valaſc. tom. [..] conſ. 52. n. 38. Hill. in Don. l. 7. c. 3. lit. P.*

## ad L. Niſi ſi dolo. 3.

*SUMMARIA.*

*CAutio hic fidejuſſoria reqviritur. n. 1.*
*Legata in priori teſtamento relicta, in ſecun[do] cenſentur revocata. 2.*

EX hac. l. notandum, qvod hæc cautio deb[eat] eſſe ſatisdatio, qvæ fit datis fidejuſſorib[us] ex §. 1. & §. 7. ratio in *l. 1. §. 9. h. t. & l. 31. in [ſ]tit. preced. Don. l. 8. c. 27.* qvia certum eſt, qv[id] in futurum detrahendum ſit. Ex §. 7. nota[n]dum, ſi poſt teſtamentum primum in alio te[ſta]men

mento eundem vel alium inſtituerit heredem teſtator, legata in priori teſtamento relicta non debentur, ſed præſumuntur hæc in ſecundo teſtamento revocata, licet primi teſtamenti in ſecundo non fiat mentio, poſt *Gl. hic Carpz. p. 3. Juriſpr. conſt. 3. def. 40. Mantic. l. 12. t. 1. num. 37. Reuſn. c. de teſtam. part. 6. c. 20. num. 21. Ant. Fab. l. 6. t. 5. def. 16.*

### ad L. Hæc autem. 4. pr.

CAutio hæc non ſemper, ſed qvoties cauſa juſta ſvadet, reqviritur, ut ſi impubes inſtitutus, & alius ſubſtitutus. *l. 8e. tit. prae.* item in annuis legatis, de qvo ſupra.

### ad L. Cum non facile. 6.

*SUMMARIA.*

*LEgatarius in ſubſidium juratoriè cavere poteſt. n. 1.*
*Qvi juratoriè cavit, an ad tradendum agere poſſit. 2.*
*Venditor ob imminentem evictionem juratoriè cavere poteſt. 3.*

LEgatarius, qvi tenetur cavere de reſtituendo 1
eo, qvod fortè minui poteſt ex legato propter
Falcidiam, ſi cavere non poteſt, remittenda eſt
ei cautio, & ſufficiet cautio juratoria. Unde 2
confutatur eorum opinio, qvi putant, licet qvis
præſtita juratoriâ cautione admittatur ad agendum, tamen virtute illius non poſſit prætendere, ut adverſarius ſibi aliqvid tradat, ut poſt alios ſentit *Molin. l. 2. de. Jur. primog. c. 16. n. 44.* qvem refutat *P. Barb. in L. Divortio. §. interdum. n. 31. & ſeq. ff. ſolut. matr. Ricc. collect. deciſ. 318.* ubi caſus enumerat, in qvibus juratoria
cautio admittitur, vel non. Sic admittitur cau- 3
tio juratoria, qvando venditor, qvi ob imminentem evictionem ad ſatisdandum tenetur, non poteſt reperire fidejuſſores, per *h. l. conf. Caballinus de evict. §. 2. num. 17.* ubi qvidem de datione, in ſolutum agit.

# LIBRI XXXVI.

## TITULUS I.
## Ad SCtum Trebellianum.

### Ad L. Explicito. 1.

*SUMMARIA.*

*PEr SC. Trebell. actiones hæreditariæ transferuntur. n. 1.*
*Qvo tempore ſuſpecta hæreditas reſtituenda. 2.*
*Minor ſine Curatore hereditatem reſtituere poteſt. 3.*
*Qvi retenta certa re ſed oppignorata, reſtituere juſſus, illam æſtimare poteſt, detracto onere & reſiduum fideicommiſſario deducere. 4.*
*Heres legatorum nomine amplius gravari neqvit, qvam accepit. 5.*
*Sed cur creditoribus ultra vires tenetur. 6.*

1 HIc agitur de SCto Trebellianico, cujus
ſumma retinetur, & cujus verba ab illis
Doctoribus, qvi paratitla ſcripſerunt,
ſatis declarata. Pauca autem ex non-
2 nullis §§. notabo; ut (1.) ex §. 8. qvod etiam
ex hoc SCto transferantur actiones hereditariæ, qvia heres cogitur adire & reſtituere, ratio in *l. 10. de R. J.* In §. 9. agitur de tempore, qvando ſuſpectam habens hereditatem teneatur reſtituere; & diſtingvitur; an 1. purè, an 2. in diem certum, an 3. ſub conditione gravetur? Prioribus duobus caſibus ſtatim reſtituet, qvia in ſecundo caſu certum eſt, extituram aliqvando diem non item certum eſt, extituram
conditionem. *Don. l. 7. c. 22.* Ex §. 14 notetur, mi- 3
norem ſine curatore reſtituere poſſe, qvia reſtituendo nihil verè alienat de re ſua, nec rem ſuam deminuit. *Don. l. 7. c. 24. & ibi Hillig. lit. B.*
In §. 16. habetur ſpecies, qvod teſtator habens 4
fundum & valentem 100. & præterea trecenta, me inſtituit heredem, & jubet reſtituere hereditatem, retentô eô fundô, & qværitur, qvomodo procedendum; an cautio ob hypothecam mihi præſtanda, an verô res cum illo onere affecta æ-
ſtimanda? & hoc affirmatur, ut *in textu.* Ex 5
§. 17. notetur regula, ſæpe exinde allegari ſolita; Neminem oportere plus legati nomine præſtare, qvàm ad eum ex hereditate pervenit, licet Falcidia ceſſet; qvæ regula etiam in legatis piis vale-
bit. Sed cur creditoribus ultra vires tenetur? 6
Reſp. *Donell. l. 7. c. 11.* defunctus creditoribus totum debuit, etſi non ſolvendo fuerit: Ergo & heres. Legata autem non debuit defunctus, & obligat heredem, qvatenus in eum contulit.

### ad L. Marcellus. 3. §. 3.

*SUMMARIA.*

*FIdeicommiſſum usqve ad qvartam alienari poteſt. n. 1.*
*Alienatio qvotuplex. 2.*
*Heres qvando fideicommiſſum alienare poſſit. 3.*

*Si fideicommiſſarius alienationem ratihabeat, ea Trebellianica imputatur. 4.*
*Si res pretioſior alienata, ea in totum revocari poteſt. 5.*
*Fdeicommiſſi puri nulla eſt alienatio. 6.*
*Caſus excepti. 7.*
*An prælegata etiam reſtituenda? 8.*
*Hereditariam portionem reſtituere juſſus, prælegata pro parte reſtituit. 9. & 10.*
*Ad Fiſcum ſi devoluta hereditas, hic fideicommiſſum præſtare tenetur. 11. & 12.*

1 RES fideicommiſſi reſtitutioni ſubjectæ, usqve
ad qvartam poſſunt alienari, & in Trebellia-
2 nicam computari. Ubi notandum primò ali-
am neceſſariam eſſe alienationem, qvæ ſcilicet
dependet ex facto vel voluntate defuncti, cujus
exempla habet hîc *Gloſſa*. Aliam verò volunta-
3 riam, qvæ fit ab herede. Et hoc caſu diſtingvi
ſolet, utrum ſit tantùm fideicommiſſum, an eti-
am alienatio expreſſè prohibita, ut hoc caſu
non valeat alienatio ipſo jure, & ſtatim poſſit re-
vocari. *l. filiusfam. 114. §. 14. & ſeq. de legat. 1.*
Sed ſi alienatio non expreſsè prohibita, valet
alienatio interim, donec conditio, ſub qva reſti-
tutio injuncta, impleta ſit, de qvare Vid. *Vinc.*
4 *Fuſar. de ſubſtit. qv. 554.* Sed ſi velit fideicom-
miſſarius, ut rata ſit alienatio, poterit ea, in Tre-
bellianicam vel Legitimam imputari. Dd plures
5 refert *prædictus Fuſarius in qv. 523. n. 19.* Juſtè
tamen poſſet reniti fideicommiſſarius, ſi aliena-
tio facta fuerit de re nobiliori ac pretioſiori, qvo
caſu alienatio in totum revocari poteſt. *Franc. de
Clapperiis p. 2. deciſ. cauſa 56. qv. un. num. 10.*
vel aliàs fraus commiſſa in electione rei alienatæ.
*Clapp. d. l. num. 12.* Nam conditione exiſtente,
jam pro puro fideicommiſſo habendum, qvod
erat ſub conditione relictum & habet fideicom-
6 miſſarius rei vindicationem. Fideicommiſſa
autem pura, vel in diem certum relicta ſi alie-
nentur, nulla eſt alienatio. *Carpzov. p. 3. c. 8. def.*
7 *30.* Valida tamen alienatio fideicommiſſi eſſe
poteſt, ſi. 1. fiat ob liberorum legitimam. *Carpz.
p. 3. c. 8. d. 32.* 2. ſi fiat ob res tempore perituras.
*Carpzov. d. l.* 3. ſi utilis fideicommiſſario. v. gr.
ſi pretium in res utiliores convertatur. *Carpz.
d. conſt. 8. d. 33. Peregrinus de fideicomm. art. 40.
num. 32.* ubi id extendit, licet teſtator prohibu-
8 iſſet alienationem. Qværitur autem in §. pen.
an heres gravatus reſtituere etiam debeat præ-
ceptiones, ſeu prælegata ſibi relicta? R. ſi ſimpli-
citer dixit de portione, venient prælegata in re-
ſtitutionem, ſed ſi dixit de portione hereditaria,
ſecus eſt; qvia in prælegatis heredi relictis duæ
ſunt partes, una hereditaria, qvam & aliàs habi-
turus fuiſſet, ſi non eſſet prælegatum; altera
non hereditaria: illa à ſeipſo, hæc à coherede re-
9 licta: Ideò ſi hereditariam portionem ſuam
qvis reſtituere juſſus eſt, etiam præceptiones
continentur, qvatenus à ſe ipſo accepit. *l. 18. §.
ult. h. t.* Altera verò pars, qvam à coheredi-
bus accepit, non continetur fideicommiſſo, &
ideò eam partem, qvam ab herede habet, reti-
tinet. *Cephal. conſ. 373. numer. 3. & 23. Donell. l.
7. c. 25. lit. G. Gail. l. 2. obſerv. 135. Fuſarius q. 650.
per tot. Barry l. 8. t. 12. n. 2. Menoch. l. 4. præſ. 193. &
ſ. Pariſius vol. 3. conſ. 18. num. 15. Alex. vol. 1. conſ. 25.
circa fin.* V. G. ſunt heredes qvinqve, eorum u- 10
nus gravatus reſtituere portionem heredita-
riam, hîc prælegatorum qvinta pars venit tan-
tùm in reſtitutionem, qvatuor reliqvas partes
jure legati capit. conf. *Sande l. b. 4. tit. 5. def. 12.
§. fin.* Qvando qvis fideicommiſſum reliqvit, 11
& ejus hereditas ob aliqvod commiſſum à gra-
vato herede ad fiſcum devolvitur; Fiſcus in-
ſtar heredis eſt, accipit qvartam, & dodrantem
fideicommiſſario reſtituere tenetur. Idem in
*l. 3. §. 4. de jure Fiſci. l. 96. §. 1. de leg. it. 1. Hillig. l. 7.
c. 20. lit. C.* qvod intelligendum eſſe notat *Pere-
grinus de fideicomm. art. 2. n. 40.* ſi ſcil. Fiſcus he-
reditatem ab indigno avocet; & ita qvoqve in-
telligenda *l. 6. §. 3. h. t.* Et cum in Gallia ali- 12
qvando Fiſcus ex jure Albinatus vel Albenæ oc-
cupare t bona alicujus peregrini, qvi nullos ha-
bebat liberos, injunctum Fiſco, ut dodrantem fi-
deicommiſſario ab ultimi defuncti patre conſti-
tuto, reſtitueret, retentâ qvartâ, ex qvâ etiam dos
viduæ teſtatoris reſtituenda fuit, ut refert, & plu-
ribus hanc ſententiam probat *Franciſc. de Clap-
periis cauſa 2. n. 3. & 4.*

## ad L. Qvia poterat. 4.

*SUMMARIA.*

*HEres à fideicommiſſario ut hujus periculo adeat hereditatem, compelli poteſt. n. 1. 2.*

QVando heres non vult adire hereditatem, 1
poteſt compelli, ut periculo fideicommiſſa-
rii eandem adeat, ſine omni commodo & incom-
modo, non poteſt cogi, ut reddat rationem, qva-
re recuſet hæreditatem, qvia variæ ſunt homi-
num voluntates, qvorundam negotia timen-
tium, qvorundam vexationem, &c. Colligit ex
*h. l. Fuſarius q. 38. cum aliis ibid. allegatis*; qvod ſi 2
aliqvis ſubſtitutus vulgariter, alius per fideicom-
miſſum, qvod ad hoc heres cogi poſſit, ut adeat.

## ad L. Recuſare. 6.

*SUMMARIA.*

*REcuſans adire hereditatem fideicommiſſo gravatam, ut adeat cogi poteſt. n. 1.*
*An etiam heres ab inteſtato. 2.*
*An filius poſſit compelli. 3. 4.*
*An fiſcus ex fideicommiſſo obligetur. 5.*

REcuſans adire hereditatem fideicommiſſo 1
gravatam poteſt cogi ad adeundam, & hic ex-
plicatur primò, qvomodo fiat recuſatio, an à præ-
ſente tantùm & annon etiam ab abſente per epi-
ſtolam vel nuntium, & hoc in *pr. & in §. 1.* qvæ- 2
ritur, an etiam heres ab inteſtato poſſit cogi ad
adeun-

adeundam & transferendam hereditatem, & affirmatur, ſi heres ab inteſtato fideicommiſſo forte in codicillo gravatus.

3 In §. *2.* qværitur, an filius poſſit compelli
ſive ſit ſcriptus heres, ſive ab inteſtato, qvod af-
4 firmatur. Sed elegans eſt deciſio in §. *3.* ubi hæc
ſpecies facti. Inſtituit teſtator Titium, qvem fi-
deicommiſſo univerſali gravavit, ſed teſtator
poſtea occiſus eſt à qvodam. Titius non vin-
dicata nece defuncti adit hereditatem, qvæ ipſi
ut indigno à fiſco adimitur, qvætitur an Fiſcus
hereditatem retenta Trebellianica reſtituere de-
beat? Reſp. qvod ſic: qvia fiſcus ſuccedit in jus
5 heredis. Aliud autem eſſet, ſi hereditas non ex
delicto, ſed ex defectu hæredis vacans reddatur,
tunc enim fiſcus jure ſuo ſuccederet, nec ex fi-
deicommiſſo obligaretur. *Vid. hâc de re Theſaurus l. 4. q. 38.* Nec fiſcus tenetur vindicare necem defuncti, ſed habetur pro eo. ac ſi vindicaſſet, qvia hoc onus heredi incumbebat. Sed contra poſſet dici, fiſcum ſuccedere in omne jus defuncti, & ſic etiam in neceſſitatem vindicandæ necis.

## ad L. Ille à qvo 13. §. 4.

OBiter qvaſi notetur, ex hoc §. ſolere allegati regulam: par in parem nõ habet imperium. *A. Barb. l. 14. c. 3. axiom. 5. Klock. vol. 1. conſ. 13. n. 13. & 57. & conſ. 29. n. 714.*

## Ad L. Nam qvod ad jus publ. 14. §. ult. & l. 15. & l. cogi. 16. pr.

*SUMMARIUM.*

*QVi familiam ſuam, vel pecuniam, vel facultates, vel fortunas reſtituere juſſus, integra in hereditatem reſtituere, rogatus cenſetur.*

QVando qvis familiam ſuam, vel pecuniam ſuam, vel facultates ſuas, aut fortunas ſuas, alicui per fideicommiſſum reliqverit, vel peculium (impropriè ſumpto vocabulo) in dubio totam ſuam ſucceſſionem, ſcilicet hereditatem, videtur reliqviſſe, maximè, qvando in favorem familiæ hoc factum. Et ſic favorabile eſt fideicommiſſum. *Vid. Menoch. lib. 4. præſ. 67. n. 22.*

## ad L. Cogi 16. §. Et generaliter. 2.

*SUMMARIA.*

*FIduciarius heres à fideicommiſſario particulari ad adeundum compelli neqvit. n. 1.*

*Res certa juncta verbo communi, non trahitur ad univerſitatem. 2.*

1 SI non hereditas relicta per fideicommiſſum,
ſed res certa, aut qvantitas, aut res Itali-
cæ, fiduciarius juſtè recuſat aditionem, qvia
in ſingularem fideicommiſſarium & legatarium
non tranſeunt actiones. *l. ult. C. de hered. action.*
*Donell. l. 7. c. 22. poſt lit. C.* Et exinde colligunt 2
rem certam adjunctam verbo obliqvo aut communi, non trahi ad univerſitatem. *Bartol. hic Graſſus in verbo, inſtitutio in comm. opin. q. 22. n. 9. Gomez. t. 2. reſol. c. 10. n. 12. Manzius de teſtam. tit. 6. qv. 23. num. 19. vid. ſupr. l. 1. §. 4. de hered. inſt.*

Ad §. *15. vid. not. ad l. 57. ad L. Falcid.*

## ad L. Ex facto. 17.

*SUMMARIA.*

*ROgatus ut heredem faciat, ad hereditatem reſtituendam tenetur. n. 1.*

*Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, an comprehendat naturales. 2. & 3.*

*Hereditatem reſtituere rogatus, ſi ſine liberis deceſſerit, quæritur, qvid juris, ſi deportatus ſit. 4. 5. & 6.*

*Gravati heredis bonis confiſcatis, poſt mortem demum fiſcus fideicommiſſum præſtare tenetur. 7.*

*Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, verificatur, etiamſi liberi ſimul decedant. 8.*

*In dubio pro fideicommiſſo pronunciandum. 9.*

*Fideicommiſſum ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, relictum, exſpirat, etiamſi filius ſtatim poſt mortem gravati decedat. 10. & 11.*

*Filius in ſucceſſione extranei non præſumitur ſupervixiſſe patri. 12.*

*Et pupillari ſubſtitutione hereditatem petens, an pupillum impuberem deceſſiſſe probare teneatur. 13.*

*Alieno herede decedere intelligitur, qvi ſine liberis decedit 14.*

ROgari qvidem aliqvis per fideicommiſſum 1
neqvit, ut aliqvem heredem faciat, eo ipſo
tamen qvis rogatus eſſe præſumitur, ut heredita-
tem reſtituat. Hoc in *pr. §. 1. 2. & 3. Donell. l. 7.*
*c. 17. & ibi Hillig. lit. F. Mantic. l. 7. t. 10. num. 19.*
in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit; an de na- 2
turalibus etiam ſenſerit, voluntatis eſt qværtio,
qvæ ex dignitate & voluntate præſumpta, & con-
ditione ejus, qvi fideicommiſit, accipienda eſt,
ideoqve regulariter filii naturales faciunt defi-
cere conditionem fideicommiſſi, ſi gravatus ſine
liberis deceſſerit. *Dd. hic & Gail. l. 2. obſerv. 136.*
*n. 4. Mantic. l. 11. t. 9. Fuſar. de Subſtit. q. 406.*
ubi limitat. Maximè in Illuſtribus perſonis non 3
obtinet, vel Clariſſimis *Gail. d. l. num. 5. Fuſarius*
*n. 8. & 35.* vel ſi appareat de legitimis liberis ipſum
hoc intellexiſſe, qvod apud nos præſumendum
eſſe exiſtimo; nam filios naturales non habent
pro liberis viri honeſti. Nec præſumerem, te-
ſtatorem honeſtum de iis liberis ſenſiſſe; nec in-
telliguntur in conditione tacita (ſi ſine liberis)
in *L. Cum avus de condit. & demonſtr. Fuſarius*
*d. l. num. 3.* conferri poteſt *Corraſius l. 1. miſcell.*
*c. 7.*

4 *c. 7.* Qvando heres gravatus eſt reſtituere here-
ditatem moriens, ſi ſine liberis deceſſerit, &
poſtea eſt deportatus, tunc diſtingvitur; an libe-
ri ſint nati, vel ſaltem concepti ante ſententiam
condemnatoriam, & tunc faciunt fideicommiſ-
ſum ceſſare in commodum fiſci, nempe bona
tranſeunt in fiſcum cum ſua cauſa, & expectan-
da eſt mors naturalis ipſius gravati, qvo tempo-
re ſi filii ſupervivant, fideicommiſſum exſpirat;
ſecus autem ſi præmortui eſſent ante gravatum.
Sed filii poſt ſententiam concepti, nunqvam
5 ceſſare faciunt fideicommiſſi conditionem, per
*§ 5. h. l. Marc. Anton. Peregr. de Jure Fiſci l. 1. t. 6.*
*n. 5. Cacheran. deciſ. 108. Mantica l. 11. t. 2. n. 6.*
6 *& l. 11. t. 4. n. 6.* An autem idem in bannitis,
vid. *Fuſarius q. 424. Peregr. t. 7. n. 22. & Rimi-*
*nald. vol. 5. conſ. 564. n. 60.* Ex hoc §. etiam
7 probatur, confiſcatis bonis alicujus gravati he-
redis, interim ea, dum vivit poſſeſſor, manere
apud Fiſcum, ſed cum ſua cauſa, i. e. cum one-
re fideicommiſſi, & poſt mortem ejus redire ad
fideicommiſſarium. *Alex. conſ. 23. n. 1. vol. 1. Pe-*
*regrinus de Jure Fiſci l. 1. c. 1. n. 69. Roſenthal. de*
*Feudis c. 11. concl. 5. n. 5. Farin. q. 25. n. 22. & 34.*
*conſ. Sebaſt. Guazinus de confiſc. bon. concl. 27. n. 4.*
8 *& ſ.* Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, intel-
ligitur, ſupervivent ibus liberis, & ideò ſi liberi
ante gravatum, vel ſimul cum eo intereant,
non faciunt deficere conditionem fideicom-
miſſi, per *§. pen.* qvod intelligit *Gl.* de eo caſu,
qvando liberi ſunt impuberes, ſed generalius
videtur intelligere *Carpz. dec. 19. n. 10. & ſeqq.*
9 hujus rationem ponit *Finckelth. obſ. 52. n. 21.*
in ſingulari fideicommiſſorum favore. In am-
biguo enim ea interpretatio accipienda, ut fi-
deicommiſſum ſubſiſtat. *l. 16. in fin. pr. h. tit.*
*Pruckm. vol. 2. conſ. 5. n. 10.* vid. *not. ad L. Qvi*
*duos. 10. §. ult. ſupr. de Reb. dubiis.* & præterea
*Fuſar. q. 416. Barry l. 17. t. 12. n. 31. ſeq. Covarr.*
*l. 2. reſol. c. 7. n. 6. Alciatus de præſ. reg. 1. præſ.*
*49. n. 6. Mantica de conj. ult. vol. l. 5. t. 9. n. 8.*
10 Sed probetur tamen ex hac *l.* qvando conditio,
ſi ſine liberis deceſſerit, adjecta, & poſt mortem
gravati ſtatim moriatur filius gravati, extinctum
eſſe fideicommiſſum. *Gomez. lib. 1. tit. 5. num.*
*41. & qvos allegat Fuſarius q. 417.* Fideicom-
miſſum ergo ſub tali conditione relictum, ſtatim
expirat, ſi filium reliqvit. conf. *Mantica de con-*
11 *ject. ult. vol. l. 11. t. 6. n. 6.* Et ſic in eo caſu,
ubi fœmina aliqva fratri Titio 2000. reliqvit,
cum onere, ut, ſi ſine liberis moriatur, reſtituat
Maximiliano, & Titius relictâ filiâ deceſſerit,
qvæ tamen patrem mox ſecuta, extinctum eſſe
fideicommiſſum, reſponſum à Facult. noſtra 17.
Aug. An. 1653. Colligunt etiam ex *hoc §.* qvan-
do agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſio-
nis extranei, ſi ambo ſimul moriantur, non præ-
ſumi filium ſupervixiſſe patri. *Menoch. l. 6. præſ.*
*50. n. 28. & ſ.* Ex *§. pen.* volunt etiam proba-
re, qvod qvando ſubſtitutus pupillariter petit
hereditatem, non teneatur probare, qvod pu-
pillus in pupillari ætate ſit mortuus; Sed illa
ſententia ex *hoc §.* non probatur. *Mantica de con-*
*ject. ult. vol. l. 5. t. 9. n. 8.* conf. *Dd.* qvos citat *Vin-*
*cent. Fuſarius de ſubſtit. q. 129. n. 2.* nam qvilibet
fundamentum ſuæ intentionis debet probare, &
hîc de fideicommiſſo ſermo, cujus major favor, &
hic agitur de duobus ſimul mortuis, & ſic de du-
bio ferè inextricabili. Conditio, ſi alieno here- 14
de deceſſerit, intelligitur, ſi ſine liberis deceſſe-
rit; nam ſi extraneum intellexiſſet, nemo facile
ſine herede moreretur, ſaltem Fiſcus eſt heres,
per *§. ult. Decius conſ. 38. num. 5. Gvido Papa de-*
*ciſ. 230. Mantica l. 8. t. 18. num. 31. Riminald. l.*
*3. conſ. 252. num. 63. & l. 4. conſ. 458. n. 17. Menoch.*
*conſ. 255. n. 27.*

## ad L. In fideicommiſſaria. 18.

*SUMMARIA.*

*Heres Fructus pendente conditione fideicommiſſi perceptos; reſtituere non tenetur. n. 1.*
*Limitationes proponuntur 2.*
*Heres qvoties ad fructus reſtituendos tenetur, qvartam fructuum retinere poteſt. 3.*
*Qvid in fructibus ante aditam hereditatem perceptis. 4.*
*Limitatio Legis. 5.*

HEres fideicommiſſo conditionali gravatus, 1
non tenetur fructus medio tempore, dum
pependit conditio, perceptos, fideicommiſſario
reſtituere, qvia judicio Teſtatoris videtur per-
cepiſſe; Niſi heres ſpecialiter rogatus fuerit reſti- 2
tuere fructus; aut niſi ſit in mora reſtituendi,
aut niſi velit uti beneficio Trebellianicæ, qvo ca-
ſu fructus medii temporis in Trebellianicam im-
putare tenetur, ubi tamen excipiuntur liberi
primi gradus. *l. jubemus. 6. C. h. t. Cephal. conſ.*
*ultim. numer. 13. Donell. l. 7. cap. 25. lit. E. Barry l.*
*15. t. 5. Gail. l. 2. obſervat. 133.* Sed hoc caſu et- 3
iam qvintam fructuum lucratur, & imputatio in
Trebellianicam fieri debet de fructibus ex tribus
qvartis perceptis. *Carpzov. deciſ. 21. n. 29.* Sed 4
qvid de fructibus tempore mortis, aut ante here-
ditatem aditam perceptis? R. hi hereditatem au-
gent *l. 20. §. 3. ff. de petit. hered. Carpz. d. l. n. 18.* 5
Hanc legem non habere locum, qvando jura
tranſeunt ipſo jure ſine reſtitutione tradit *Cephal.*
*l. 2. conſ. 215. n. 50.*

## ad L. Ubi purè. 19.

QVando pater filio reſtituere rogatur heredi-
tatem, intelligitur id de eo tempore, qvo ſui
juris erit. *Donell. l. 8. c. 10. lit. E.*

## ad L. Heres. 21.

*SUMMARIUM.*

*SCiens totam hereditatem reſtituens, an Trebellianicam repetere poſſit?*

Qvi

QVi ſciens totam hereditatem errore juris reſtituit, non detracta Trebellianica, non poteſt eam habere ſalvam; aliud ſi errore facti. *L. Error. C. ad L. Falcid.* Interdum tamen recuperari poteſt Trebeſlianica, per aliarum rerum retentionem. *Donell. l. 7. c. 29. circa fin. Borcholt. in tr. de Poſſeſſ. c. 1. num. 19.*

## ad L. Mulier. 22.

*SUMMARIA.*

*FIdeicommiſſum filio à matre in tempus mortis paterna relictum, debetur, qvalitercunqve ſui juris factus ſit. n. 1.*
*Conditio ob certum effectum appoſita, per æqvipollens adimpleri poteſt 2.*
*Fideicommiſſario in petendo moram committente, fructus in qvartam non imputantur. 3.*
*Aliud ſi dies fideicommiſſo adjecta. 4.*
*Exceptio in n. 5.*
*In legitimam fructus non imputantur. 6.*
*Heres ad qvam culpam teneatur. 7.*
*Filia ob cauſam dotis fideicommiſſum alinare poteſt 8.*
*Limitatur.*
*Ex legato partitionis Trebellianica non debetur. 10.*

1 IN prin. dicitur, qvod fideicommiſſum à Matre relictum filio, & collatum in tempus mortis
patris, in cujus poteſtate erat, debeatur filio, qva-
2 litercunqve ſui juris factus fuerit. Unde colligunt, qvando aliqva conditio appoſita eſt, propter aliqvem effectum ex ea reſultantem, qvod adimpleri poſſit per æqvipollens, modò idem effectus ſeqvatur, qvos refert *Menoch. conſ. 243.*
3 *num. 55. Cephal. conſ. 530. n. 10.* Porro ſi qvis gravatus fideicommiſſo, & fideicommiſſarius ſit negligens in petendo, tunc fructus perceptos ex negligentia fideicommiſſarii fiduciarius non im-
4 putat in qvartam. Sed ſi ex die vel conditione gravatus, tunc imputat in qvartam, qvia ex judicio teſtatoris percipit, & non ex negligentia
5 alterius. *§. 2. h. l.* Exceptio poſterioris membri eſt in filio, ſeu liberis primi gradus, qvibus Trebellianica in fructibus aſſignari non poteſt, per *L. Jubemus C. ad Trebell. Peregrinus de fideicommiſſ. art. 49. n. 56. Gail. l. l. 2. obſ. 133. n. 5. Vivius deciſ.*
6 *402.* Et qvia legitima magis privilegiata qvam Trebellianica, multo minus in legitimam fructus imputandi. *Mantica de conject. ult. vol. l. 7. tit. 10. n. 10. Menoch. conſ. 476. Fuſarius de ſubſtit. q. 296. n. 74.* & ita in Facultat. reſponſum. 7. Sept. Anno 1653.
7 In §. 3. dicitur heredem gravatum non teneri de culpa levi, ſed lata ſi res, ipſius culpa periit; vel ſi rem tempore perituram non diſtraxit, de qvo *Menoch. l. 2. A. J. Q. caſ. 49. n. 3.* ſumptus tamen
8 factos recuperat. Filia poteſt res, qvæ reſtitutioni fideicommiſſi ſubjacent, in cauſa dotis alienare. *§. 4. h. l. & Auth. Res qvæ C. comm. de Legat. Peregr. de fideicomm. art. 42. Menoch. l. 4. præſ. 189. Fuſar de ſubſtit. qv. 531. Don. l. 7. c. 25. lit. E.* Sed li- 9
mitatur hic, niſi tot fructus acqviſiverit, ut potuerit doti ſatisfieri. *Peregr. d. l. num. 71. Menoch. præſ. 161. & ſeq. & conſ. l. 83. num. 40. & 51. & conſ. 704. num. 17.* Qvod de fructibus extantibus intelligiit *Fuſar. qv. n. 120.* De legatâ parte here- 10
ditatis, v. gr. Tertia, qvam legatum partitionis vocant, non debetur Trebellianica, *Hilliger in Donell. l. 8. c. 11. lit. S. & c. 19. lit. A.*

*de §. pen. vide notata ad l. fin. n. 5. de leg. 2.*

## ad L. Qvoties. 23. & L. ſeq.

POrtio appoſita in Inſtitutione, videtur repetita in fideicommiſſo; niſi ex onere injuncto vel expreſſione proprium nominum aliud inducatur. *Vid. not. ſup. ad l. 5. de Pupill. ſubſtitut. Donell. l. 7. c. 20.*

## ad L. Ita tamen. 27.

*SUMMARIA.*

*QVi coactus adit, omne lucrum hereditarium amittit. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*Filius fideicommiſſo honoratus inſtitutus non cenſetur. 3.*

QVi coactus adiit hereditatem, qvia forte eſt 1
fideicommiſſo gravatus, amittit omnia lucra ſibi ex teſtamento delata, & ſic pupillarem
qvoqve ſubſtitutionem; Niſi haceat coheredem. 2
qvi ſponte adit. *Peregrinus de fideicomm. art. 2. n. 87. Fuſarius q. 150. Mantica de conject. ult. vol.*
*l. 7. tit. 6. num 14.* Si Pater me inſtituit cum one- 3
re, ut filio ſuo emancipato reſtituam hereditatem, ego teneor reſtituere hereditatem, & filius habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas: unde colligunt Dd. Licet filius ſit fideicommiſſo vel legato honoratus, non tamen eſſe inſtitutum, & ſic habere qverelam, *Vaſqve. de Succeſſ. §. 20. n. 41. & §. 21. num. 68. Berlich. p. 3. concl. 16. n. 25. Gail. l. 2. obſ. 112. num. 9. Dauth. numer. 345. verſ. tum tertio.*

## ad L. Si qvis à priore. 29.

*SUMMARIUM.*

*SI in poſteriori teſtamento heres in re certa inſtitutus an prius rumpatur.*

QVando in poſteriori Teſtamento heres in re certa inſtitutus rumpitur tamen prius teſtamentum, & inſtitutus in ſecundo teſtamento habetur, ac ſi in univerſum heres ſit inſtitutus: ſi autem caverit in ſecundo teſtamento teſtator ut heres ſcriptus in eo reſtituat hæreditatem ſcripto in priori teſtamento, heres ſcriptus in priori conſeqvetur fideicommiſſum, non ex primo, ſed ſecundo teſtamento. *Gomez tom. 1. reſol. c. 5.*

*c.5. num. 24. Barry. l.10.t. num. 5. Don. l.7.c.17. lit. F. Dd. in §. 3. inſt. h. t.*

## ad L. Balliſta. 32.

*SUMMARIA.*

F*Ideicommiſſum relictum, ut qvantacunqve pecunia ad heredem pervenerit, ea omnis reſtituatur, etiam fructus continet. n. 1.*

1 SI Fideicommiſſum relinqvatur ita, ut qvantacunqve pecunia ex bonis teſtatoris ad coheredem pervenerit, eam pecuniam omnem Reipublicæ Philippenſium reſtituat heres, veniunt e-
2 tiam fructus ab herede percepti. *Menoch l.2. A. Q. caſu 256. n. 14. & ſeq.* Rationem decidendi communiter collocant in geminatione verborum, qvantacunqve, & omnem. *Tiraqv. in L. Si unqvam. §. revertatur. n. 49. C. de Revoc. donat. P. Gerbard. ſingul. 18. num. 10. Surd. deciſ. 21. num fin. Menoch. d. caſu 256. n. 14. & ſeq.*

## ad L. Cum hereditas. 36.

*SUMMARIUM.*

A*N fideicommiſſarius teneatur ad obligationem ab herede contractam.*

PEr Trebellianum non tenetur fideicommiſſarius ex obligatione ab ipſo herede contracta; & ideo debet illi per fideicommiſſarium de indemnitare cavere & interim poteſt retinere bona, donec caveatur, ſi forte ab eo, cui qvid promiſit, conveniatur. *Surd. vol. 2. conſ. 248. in fin.*

## ad L. Reſtituta. 37.

REſtitutio fideicommiſſariæ hæreditatis fit re vel verbis, tradendo vel patiendo, & ſic per ſolum conſenſum *Dor. l. 7. c. 24. lit. C.*

## ad. L. Poſtulante. 44. pr.

*SUMMARIA.*

F*Ideicommiſſum non agnitum ad heredes transmitti colligitur. n. 1.*

*Uſuræ & penſiones mere Civiles non exacta veniunt in reſtitutionem. 2.*

*In Penſionibus, qvæ præſtantur propter prædia ruſtica, ſecus. 3.*

*Qvod limitatur. 4.*

1 EX difficili hac L. colligunt Dd. fideicommiſſum pure relictum etiam non agnitum ad heredes fideicommiſſarii transmitti: nam ſi contingat, fideicommiſſarium ante reſtitutionem ſibi realiter factam diſcedere, ipſe Jus illud fideicommiſſi univerſalis in heredem tranſmittit Dd. allegat *Gail. l. 2. obſerv. 131. n. 1. conſ. l. 16. §. 9. l. 25. pr. h. t. l. 3. C. de fideicomm. Dn Struv. ad h. th. 76. Bachov. ad Tr. vol. 2. d. 14. th. 9. lit. A. Wiſſenbach. h. t. th. 19.*

In §. 1. Breviter dicitur, qvod uſuræ & pen- 2
ſiones provenientes ex contractu teſtatoris, non
exactæ per heredem gravatum pertineant ad fi-
deicommiſſarium, & comprehendant acceſſio-
nes merè civiles, ſcil. uſuras, vecturas navium, 3
penſiones domorum & ſimilium; non autem
comprehendant penſiones, qvæ præſtantur pro-
pter prædia ruſtica, ex qvibus percipiuntur fru-
ctus naturales, ſive penſiones præſtentur in fru-
ctibus ipſis, ſive in pecunia, *hic & l. 58. §. 2. h. t. Jac. Mandellus de Alba conſ. 275. num. 1. & ſeqq. Paul. Caſtr. l. 2. conſ. 214. n. 3.* ubi ait *hunc §.* eſſe
intelligendum de herede purè gravato, & non 4
in mora conſtituto, nec interpellato.

## ad L. Sejus. 46.

*SUMMARIUM.*

F*Ideicommiſſum filio ſub conditione certa ætatis relictum, ſi moriatur iſtam ætatem non conſecutus transmittitur ad ejus heredes.*

SI qvis hereditatem relinqvat alicui hâc conditione, ut filio reſtituat, cum 16. annorum erit, filio autem, anteqvam iſtam ætatem coſeqveretur, mortuo, ad ejus heredes pertinet fideicommiſſum; qvia adminiſtratio tantum fiduciario heredi videtur commiſſa *Vaſqv. de Succeſſ. progreſſ. §. 29. num. 9.* & ſic hoc fideicommiſſum purum potius eſt, qvàm conditionale. *Vaſqv. de Succeſſ. Progreſſ. §. 4. num. 20. & ſeq. Peregrinus de fideicomm. art. 49. num. 25.*

## ad. L. Imperator. 50.

*SUMMARIA.*

P*Ater diſſipans tenetur filio fideicommiſſum reſtituere etiam ante conditionis eventum. n. 1.*

*An hoc & ad alios heredes gravatos extendi poſſit. 2.*

COmmuniter ex h. l. probant, qvod ſi heres
gravatus pater vel alius dolo vel culpâ ſuâ 1
dilapidet bona fideicommiſſaria, poſſit fideicom-
miſſarius etiã conditionalis, ſeu cui hereditas per fideicommiſſum ſub conditione relicta, impetrare reſtitutionem hereditatis, etiam qvoad effectus juris, non ſecus ac ſi fideicommiſſi caſus eveniſſet, ita ut fructus ad heredem non ſpectent. *Bartol. Paul. & Alexand. hic, Pincll. in l. 1. p. 3. n. 74. C. de Bonis pat. Molin. ad conſvet. pariſ tit. 1 §. 22. num 124. P. Heig. pr. q. 8. n. 35.* qvod tamen *Peregr. de fidei-
comm. art. 4. num. 16.* reſtringit ad eum caſum, 2
qvo pater rogatus reſtituere filio, cum ſui juris eſſet, alimenta tamen patri vel heredi egenti ex bonis conſtituenda. *P. Barb. ad l. Maritum 17. num. 19.*

*num. 19. ff. ſolut. matrim.* conf. *Berous vol. 2. conſ.* 3 *92. num. 6.* Sed videtur ad alios etiam gravatos recté extendi; præſertim remedio cautionis ſatis fideicommiſſario proſpici neqveat.

## ad L. Si Titius. 54.

### *SUMMARIA.*

*Reſtituere rogatus, qvod moriente ei ſupererit, bona hereditaria pro lubitu alienare poteſt. num. 1.*

*Qvod de jure novo reſtrictum ad qvadrantis reſtitutionem. 2.*

*Qvod limitatur. 3.*

*Nulla hic alienatione factâ totum venit in reſtitutionem. 4.*

*An tamen hodie nullâ neceſſitate cogente fraudulenter dodrantem alienare poſſit. 5.*

1 Rogatus reſtituere, qvod ex hereditate morienti ei ſuperfuerit, poteſt bona fide hereditaria bona pro lubitu diminuere & alienare. *Peregr. d. art. 40. num. 43. Menoch. l. 4. præſ. 188. Fachin. l. 5. c. 53. Barry de Succeſſ. l. 8. t. 3. num. 73.*
2 Sed hoc ad dodrantem reſtrictum eſt per *Novell. 108. & Avth. contractum rogatus C. h. t.* Nam do-
3 drantem bona fide alienare poteſt; Sed qvadrantem tenetur relinqvere fideicommiſſario, niſi neceſſitas dotis aut liberationis carceris, aut alimentorum urgeat. *Carpz. p. 3. C. 8. d. 37.* Sed ſi
4 hæres gravatus nihil alienaverit, totum venit in reſtitutionem. *Peregr. d. l. & Carpzov. d. l. n. 3.* Sed ſi fraudulenter vellet alienare, non ad neceſſitatem, nec ad modum boni patrisfamilias,
5 non valebit alienatio, licet non ſit exceſſiva. *Paul. Pariſ. l. 3. conſ. 72. num. 69.* Nam lex hæc non eſt correcta in totum, qvatenus facta eſt fraudulenter. *Surdus lib. 1. conſ. 10. num. 9.* licet ipſe poſtea *num. 42.* ab hac ſententia recedat; fraudulentos enim actus leges noſtræ averſantur. conf. *Decian. vol. 3. Reſp. 78. num. 47. & l. 4. Reſp. 10. n. 43.*

## ad L. Heredes mei. 57.

### *SUMMARIA.*

*Fructus percepti non veniunt in reſtitutionem. num. 1.*

*Qvod extenditur, licet heres rogatus reſtituere, qvod ex hereditate pervenit. 2.*

*Secus ſi rogatus reſtituere, qvicqvid ex bonis ſupererit. 3.*

*Qvomodo differat ab hoc, qvod ex hereditate ſupereſſe dicitur. 4.*

*Subſtitutus vulgariter duobus copulativè non admittitur, niſi parte utriusqve deficiente. 5.*

*Duobus ſimpliciter rogatis poſt mortem reſtituere, uno decedente ſubſtitutus præfertur cohæredi. 6.*

*Qvod hic extenditur. 7. 8.*

*Fideicommiſſum relictum pluribus qvo ordine transſ̈eratur. 10.*

*Subſtitutionem fideicommiſſariam ſpeciem ſubſtitutionis eſſe hic probatur. 11.*

Fructus adita hæreditate ab herede fiduciario 1
percepti non veniunt in reſtitutionem; qvod hic extenditur, licet dixerit Teſtator, ut qvic- 2
qvid ad heredem ex hereditate pervenerit, id omne poſt mortem meam reſtituant patriæ meæ; qvia & hic de fructibus non videtur ſenſiſſe, ſed de ipſis bonis hæreditariis. *Mant. l. 7. t. 10. n. 7.*
Aliud eſt, ſi ita dixit, *qvicqvid ex bonis ſupererit*; 3
nam qvia hoc caſu conceſſit heredi poteſtatem alienandi, ideo voluit gravare, ut etiam fructus
reſtitueret *l. 3. §. 2. de Uſufr.* Vel potius aliud eſt 4
dicere, *qvicqvid de bonis ſupererit*, aliud *qvicqvid de hæreditate ſupererit*, illud fructus, hoc non complectitur. conf. *Mant. d. t. 10. n. 13. Men. l. 2. A. Q. caſ. 256. n. 16. Barry l. 8. t. 13. n. 4. Don.*
*l. 7. c. 26. lit. G.* In ſubſtitutione vulgari, ſi duobus 5
copulativè unus ſubſtitutus eſt, non admittitur ſubſtitutus ad partem, uno non adeunte; ſed reqviritur, ut uterqve non adeat. *L. Qvidam teſtam. 30. ſupr. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* vid. *not. ibid.*
Sed in ſubſtitutione fideicommiſſariâ facta duo- 6
bus vel pluribus ſimpliciter, uno ex heredibus mortuo, ſine liberis ſubſtitutus præfertur cohæredi. *L. fin. §. pen. ff. de Legat. 2. L. Lucius 78. §. 7. h. t.*
qvod hic in § 1. extenditur, etiamſi Teſtator di- 7
xiſſet de omnibus bonis reſtituendis. Et de eo
caſu, ubi qvis expreſsè ſubſtitutus ſub hac condi- 8
tione, *ſi uterqve ſine liberis mortuus erit*, & uterqve qvidem mortuus eſt, ſed alter relicto filio *in d. l.*
*30.* alter ſine liberis; nam hujus portio ſubſtituto 9
delata, non qvidem ex verborum tenore, qvo neptis ſubſtituta videbatur excluſa; ſed ideò, qvod in fidei commiſſis voluntatem ſpectamus, qvid dicere voluerit, ſi fuiſſet interrogatus, & cum eventualiter totam hæreditatem ad neptem voluerit pertinere, & qvia neptis erat Teſtatoris; qvam rationem, qvod Claudia hæc fuerit neptis, & nepoti ex alio filio æqvalis in gradu, bene expendit *Riminaldus l. 5. conſ. 502. n. 122.* ideoqve ad terminos hos reſtringenda deciſio. *Zaſ. in d. l. 30. in fin. Matthæſil. ſingular. 168.* conf. *Rim. conſ. 110. n. 24. vol. 1. & l. 4. conſ. 412. n. 7.* licet poſtea in ſua facti ſpecie recedere videatur. *n. 44. Men. conſ. 220. num. 92. & conſ. 227. n. 27. & conſ. 325. n. 59. & conſ. 680. n. 37.* ubi ſpeciem legis refert *Berous conſ. 111. & conſ. 117. vol. 2. Mantica l. 11.*
*til. 5. num. 27.* ubi tamen cum *Bartolo* ſenti- 10
re videtur. Fideicommiſſum relictum pluribus v. gr. filiis Teſtatoris vel nepotibus &c. vel cognatis, intelligitur ſemper primo de iis, qvi primo vocati ſunt, & iis deficientibus, de cæteris; & inter perſonas, inter qvas eſt affectio ordinata, ordo ſcripturæ inſpicitur, & ſic 1. vocantur filii omnes, & his deficientibus nepotes.

11 *Menoch. conſ. 200. n. 18. Barry l. 8. num. 3.* ubi dicit inter filios non eſſe jus eligendi heredi. Notetur autem hic, a Papiniano ſubſtitutionis fideicommiſſariæ mentionem fieri, ut ita omninò pro ſpecie ſubſtitutionis ſit habenda. *Donell. l. 6. cap. 23. & ibi Hillig. lit. I.*

## ad L. Deducta 58. pr.

*SUMMARIA.*

*Debitum per aditionem heredis confuſum an in reſtitutionem veniat. n. 1.*

*Qvid ſi non interpellavit alios debitores, an teneatur, ſi non ſolvendo facti ſint. 2.*

*Uſura non exactæ veniunt in fideicommiſſum. 3.*

*Heres retenta aliqva reſtituere juſſus qvaliter hac imputanda qvarta. 4.*

*Partus ancillarum & fructus pecorum in locum demortuorum ponendi an veniant in reſtitutionem. 5.*

1 IN princ. agitur de caſu, ſi ego rogatus ſim retenta qvarta dodrantem reſtituere tibi, poſtea autem ego fui hæres Titii, qvi teſtatori debebat 1200. thal. hoc debitum eſt confuſum; ſed dodrantem ſortis & uſurarum præteritarum teneor
2 tibi præſtare. Sed qvid ſi ego non interpellavi debitores alios, qvi facti ſunt non ſolvendo, fortè reſtitutio in diem facienda, & reſp. §. 1. me non teneri, niſi lata culpa mea fuerit aut mora. *l. 47. §. 4. ult. de legat. 1.*

3 In §. 2. dicitur, obvenientes poſt mortem teſtatoris acceſſiones & uſuras, ſi ab hærede exactæ non ſint, venire in fideicommiſſum, & ad fideicommiſſarium pertinere; ſecus ſi hæres exegerit: nam retinet, ſi non in morâ reſtituendi.

4 In §. 3. agitur de illa ſpecie, ſi heres gravatus retentâ aliqvâ re jubetur reſtituere; & diſtingvitur, utrum deducta certa qvantitate pecuniæ jubeatur reſtituere, & hoc totum imputandum eſt qvartæ; aut deducta ſpecie certa & imputat tantum eam partem, qvam à ſe capit, jure hæreditario. *hic & l. 91. ad L. Falc. Donell. l. 7. c. 30. lit. F. Bereng. Fernandus in rep. d. l. 91. in qvartam. n. 55. vol. 4. & Lancell. politus in rep. L. Filium qvem*
5 *habentem. num. 89. & 97. C. fam. herciſc. v. 7.* Dicitur hic partum ancillatum & fructus pecorum, qvi ponuntur in locum demortuorum, non poſſe retineri à fiduciario hærede; ſecus ſi ante diem partus editi; nam hos ex judicio teſtatoris retinet. *l. 22. §. 2. h. t. de qvo Donell. l. 7. c. 26. lit. C. & Rodericus de cenſibus l. 1. qv. 1. num. 5. & 6. Menoch. l. 2. A. Q. caſu 49. n. 16. ſeq. Coraſ. lib. 5. miſc. c. 8. in fine.*

## ad L. Debitor. 59. pr.

*SUMMARIA.*

*Confuſio debiti per aditionem heredis non tollit obligationem pignoris. n. 1.*

*Inter aſcendentes maternos & deſcendentes nemo alteri ſtipulari poteſt. 2.*

*Qvid moribus obtineat. 3.*

*Qvæ & heredem perveniunt ex errore a judicis ſententia non veniunt in reſtitutionem. 4.*

DEbitor meus mihi dedit pignus, poſtea me 1
heredem inſtituit hac conditione, ut reſtituam hæreditatem filiæ ejus; ſuſpecta mihi videtur hæreditas, ideò coactus adeo & reſtituo: qværitur, an filia actione pignoraritia, vel ex fideicommiſſo petere poſſit pignus? Videtur qvod ſic, qvia ſublata eſt obligatio per confuſionem; ſed negatur, qvia pignoris datio obligationem realem infert, qvam non tollit confuſio *hic & l. 38. §. ult. ff. de ſolut. & ibi not.* *Et confirmatur* prolixe hac de lege differens *Bachov. de pignor. l. 5. cap. 2. n. 7.*

*Ad §. fin.* Ut mater non poteſt liberis ſtipulari, 2
ita nec liberi matri; niſi mater ſimul ſtipulata. *P. Barboſ. ad L. Qvæ dotis. 54. num. 101. ff. ſolut. matrim.* Hinc inter aſcendentes maternos & deſcendentes valet regula, qvod nemo alteri ſtipulari poſſit. *Petr. Barboſ. L. Gajus 49. n. 2. ff. ſolut. matrim.* Sed de conſvetudine talia pacta circa 3
dotem, etiam extraneo reſtituendam, valent, ut de Galliæ moribus teſtatur. *Boërius dec. 208. n. 2.*
Id verò notabile eſt in hac lege, qvod ſi heres ex 4
favore vel errore judicis aliqvid qvæſiverit, qvod hoc non veniat in reſtitutionem, ſi fortè ipſi qvid erroneè adjudicatum. *Hartm. P. ſt. p. 1. q. 47. n. 2.* ratio, qvia in reſtitutionem non veniunt, niſi qvæ ex hæreditate percepit. *Hondedaus lib. 1. conſult. 3. num. 68. & ſeq.*

## ad L. A filia 62. pr.

*SUMMARIA.*

*Dos data ſive promiſſa filiæ non eſt obnoxia reſtitutioni. n. 1.*

*Dilatio in favorem legatarii conceſſa, eo ante diem decedente, non ſtringit ſubſtitutum, qvo minus ſtatim fideicommiſſum petere poſſit. 2.*

*Cauſa dilationis ceſſante ceſſare etiam dilationem ipſam colligitur. 3.*

*Limitationes remiſſive. 4.*

*Res licitanti primo vel ſecundo addicta non proponitur ulteriori licitationi. 5.*

DOs data vel promiſſa filiæ non cadit in fidei- 1
commiſſum injunctum filiæ, ut in princ. hic dicitur, qvod dos tacito judicio teſtatoris videatur excepta, licet ex pecunia hæreditaria dotem ultro ſumſerit, niſi ex fructibus perceptis habere potuit, *l. 22. §. pen. h. t. Don. lib. 7. c. 25. Men. conſ. 169. n. 24.* ubi negat hoc ad legitimam extendendum.

*Ad. §. 1. v. not. ad. 12. C. de uſufr. in fine.*

*Ad §. fin.* Legavit qvidam ſuo alumno centum, 2
& juſſit, ut usqve ad annum viceſimum numerarentur uſuræ, & ſubſtituit ipſi Septitiam &c.

qværi-

qværitur, ſi intra viceſimum ætatis annum moriatur alumnus, an Septitia ſtatim fideicommiſſum petere poſſit? Qvod affirm. qvid dilatio ſol-
3 vendæ ſortis in gratiam alumni data; Unde probant, cauſa dilationis ceſſantē, ceſſare etiam dilationem ipſam. *Tiraqv. in tr. ceſſante cauſa p.*
4 *1. n. 76. Franciſcus de Clapperiis cauſa qvinta. qv. 1. n. 3.* Hujus regulæ limitationes recenſet *Tiraq.*
5 *d. l. n. 87. & ſeq.* Unde ex hoc textu probat, *Franc. de Clapp.* licet tempora ſubhaſtationis nondum prætcrierint, ſi tamen res licitanti primo vel ſecundo addicta, non dari facultatem ulterius licitandi.

## ad L. Facta. 63.

### SUMMARIA.

*PEr reſtitutionem verbalem omnes res ſtatim cenſentur eſſe in bonis fideicommiſſarii. n. 1.*
*Hereditatem etiam in dominio fideicommiſſarii eſſe colligitur. 2.*
*Fideicommiſſarius, ſi ne verbis qvidem facta reſtitutio, non habet remedium poſſeſſorium; ſecus ſi verbis facta reſtitutio. 3.*
*Apud heredem, ſi ob contumaciam fideicommiſſario æſtimationem ſolvit, manent actiones hereditariæ. 4.*
*Heres poſt reſtitutionem actionem ſuſcipiens, an ſibi præjudicet. 5.*
*Fideicommiſſarius pecuniam ſub conditione debitam tardius ſolvens, an ad uſuras teneatur. 6.*

1 FActa reſtitutione fideicommiſſi etiam verbali, omnes res ſtatim ſunt in bonis ejus, cui reſtituta eſt, licet non habeat poſſeſſionem. Unde
2 colligunt, hæreditatem etiam eſſe in dominio fideicommiſſarii, per *l. 42. de uſur.* qva de re *Hillig.*
3 *l. 7. c. 25. lit. D* Hinc fideicommiſſarius, licet ante reſtitutionem ſaltem verbalem non habeat remedium poſſeſſorium ex *l. fin. C. de Edicto D. Adr. toll. Men. remed. adip. poſſ. 4. n 166. & ſeqq.* habet tamen, ſi ſaltem verbis ſit reſtituta. *Men. d. l n. 181 & ſeq.*
4 In §. 1. Proponitur ſpecies, qvod fideicommiſſarius ſibi reſtitui hæreditatem ſtipulatus ſit, ex qva ſtipulatione egit contra hæredem, qvi ob contumaciam æſtimationem fideicommiſſario ſolvere compellitur: hic actiones hereditariæ manent penes hæredem, & ſic hic habemus exceptionem regulæ, qvod ſurrogatum in Univerſalibus etiam non ſemper ſapiat naturam ejus, cui ſurrogatur. Qvod addi poteſt notatis ad illam regulam in *Barb. l. 17. c. 59. ax. 3.*
5 *Ad §. 2.* Si poſt reſtitutionem hæres ſponte ſuſcipiat litem, ſententia contra eum lata non præjudicat. Atqvi præjudicat, qvia retinet actiones directas; Ergo, per *l. fin. ff. de tranſact.* ſed hanc de ſciente parte intelligit *Br. hic.* qvi multa *de l. 3. C. de novat.* habet, & diſtingvit utrum in commodum cedentis, an verò ceſſionarii facta ceſſio.

In §. 5. dicitur, licet fideicommiſſarius pe- 6
cuniam, qvam debuit dare ex conditione præſcripta, tardius ſolvat; ad uſuras tamen eum non teneri, qvia nec fructus, dum ipſe in mora eſt, implendi conditionem recuperat. Et ideò non de modo, ſed conditione, qvæ per ablativos duos conſeqventiam deſignantes ſolet, deſignari, hic §. accipiendus. *Joh. Hannibal in repet. Rubr. ſolut. matr. n. 12. vol. 5. & Petr. Barb. ad d. Rubr. p. 1. num. 45.*

## ad L. Si hæres. 68. §. fin.

### SUMMARIUM.

*TOtam hereditatem reſtituens errore facti non deducta qvarta recuperare qvartam poteſt.*

QVi totam reſtituit hæreditatem non retenta qvarta, ſi ex errore facti id fecit, poteſt recuperare qvartam, & non videtur renunciaſſe Trebellianicæ, nec ſibi præjudicaſſe hæres. *hic & l. ad fideicommiſſum. C. de condict. indeb. Dov. lib. 7. c. c. 29. lit. D. & ibi Hill. Peregr. art. 3. n. 124. & art. 47. n. 40. Fuſarius q. 672. n. 7.*

## ad L. Qvi filium. 74. pr.

### SUMMARIA.

*TEſtamentum facere prohibens videtur rogare de reſtituenda hereditate ab inteſtato venientibus. n. 1.*
*Reſpondetur ad* l. 77. §. 2. de leg. 2. 2.
*Caſus* §. 1. h. l. *proponitur. 3.*
*Deciditur. 4.*
*Favore filiæ annum cœptum haberi pro completo colligitur. 5.*
*Conditio,* ſi ſine liberis, *non ſubintelligitur, ſi ſubſtitutus etiam ex numero liberorum. 6.*

QVi mandat hæredi, ne teſtamentum faciat, 1
videtur fideicommiſſum reliqviſſe, & vocaſſe hæredes, ab inteſtato gravato ſucceſſuros, nec
obſtat *L. cùm pater. 77. §. 24. de legat. 2.* Qvia ibi 2
tantùm dedit conſilium pro ſalute hæredis ſollicitus. vid. *Donell. l. 7. c. 17. circa fin. Gomez. l. 1. reſol. c. 5. num 24. verſ. ſeptimò infero. Mantica l. 8. t. 1. n. 29. Menoch. l. 4. præſ. 68. & Barry l. 8. t. 1. num. 5.*

§. 1. Sabinus filium & Honoratam filiam ex- 3
hæredavit, fortè in eorum commodum, & matrem inſtituit hæredem, eiqve mandavit, ut certam pecuniæ ſummam Honoratæ cum aliqvot rebus præſtaret, reliqvam verò partem omnem filio, cum ad 20. annum ætatis perveniſſet, reſtitueret, & ſi filius ante viceſimum annum decederet, reliqvam hæreditatem haberet filia. Deceſſit mater, relictis illis liberis, deceſſit etiam filius, poſtqvam ingreſſus eſt an-
num viceſimum. Honorata amita à fratris 4
filia ex teſtamento petiit fideicommiſſum, qvæ repulſam tulit, qvod ſi dixiſſet teſtator,

*poſtqvam ad viceſimum ætatis annum pervenerit,*
tunc colorem haberet intentio Honoratæ, ob *l. 48.*
*de condit. & demonſtr.* ſed qvia addidit, ſi ante
annum viceſimum decederet, Honorata ſoror
haberet Jam verò non deceſſit frater ante 20. ætatis annum. Deinde accedebat, qvod frater reli-
5 qverit filiam; Ideo colligitur ex *hoc §.* Dd. favore
filii annum cœptum haberi pro completo. *Bart.*
6 *hic.* Deinde colligunt, qvòd conditio, *ſi ſine liberis*, ſubintelligatur qvidem, qvando ſubſtitutus
vel fideicommiſſarius extraneus; *L. cùm avus. ff.*
*de condit. & demonſt.* ſed ſecus ſi ſubſtitutus etiam ex numero liberorum. *Aug. Berons vol. 2.*
*conſ. 128. n. 24. ubi in ſeqq. plura.* conſ. *Socinus in*
*d. l. cum avus. n. 5. de condit. & demonſtr. Borell.*
*conſ. 100. n. 25.*

## ad L. Epiſtolam 57. §. 1.

*SUMMARIUM.*

R*Ogans reſtituere hereditatem ei, à qvo illam accepit, de qvo tempore ſenſiſſe præſumatur.*

ROgatur qvis reſtituere hæreditatem ei, à qvo illam accepit, ſine præfinitione temporis, & præſumitur de tempore mortis ſenſiſſe, hic & *L. filius. in fin de Uſufr. leg. Romanus ſingul. 502. & qvos allegat.* conſ. *Donell. l. 7. c. 20. circa lit. D.* qvi rectius decidendi rationem ſumit ex pietate matri debita, & voce, *pervenerit.*

## ad L. Scævola. 76.

*SUMMARIA.*

S*Ubſtitutio in Codicillis fieri non poteſt. n. 1.*
*Subſtitutio pupillaris directa qvatenus trahatur ad fideicommiſſariam. 2. 4. 5.*
*Ad ſubſtitutionem verbis directis factam poſt pubertatem ad fideicommiſſariam trahi, an rectè* ex h. l. *colligatur. 3.*

1 SUbſtitutio in codicillis fieri non poteſt. vid.
2 *Vinc. Fuſarius q. 160.* Subſtitutio directa facta
pupillo in codicillis trahitur ad fideicommiſſari-
3 am ſubſtitutionem. Ex qvâ Lege multi colligunt:
ſubſtitutionem verbis directis factam poſt pubertatem ad fideicommiſſariam trahendam eſſe.
*Menoch. l. 4. præſ. 55. n. 7. Mant. l. 7 t. 3. n. 3. Don.*
*l. 7. c. 17.* ſed qvia in *h. l.* ſubſtitutio ſuſtinetur
non tam præſumptione voluntatis, qvàm favore
ipſius pupilli, & eſt ſpecialis caſus, qvo ſubſtitutio fit alieno loco, ut in codicillis; ideò negans deciſio videtur verior; qvæ placet Dd. alleg. à *Menoch. d. l. n. 1. Hill. in Donell. c. 17. lit. E.*
4 *Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 11. th. 8. l. B.* Ideoqve
tunc ſubſtitutio pupillaris trahenda eſt in fidei-
commiſſariam, ſi in codicillo illa facta, vel cum
5 clauſula codicillari. *Carpz. p. 3. c. 8. d. 19.* Aut ſi
ſubſtitutio facta ſit in caſum mortis hæredis
*Carpz. d. c. 8. d. 18.* conferri poteſt *Hier. Verius*
*in repet. l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. num. 207. & num. 467. vol. 3. Joh. Crotus in rep. l. 1. §. Si qvis ita. de V. O. num. 32.*

## ad L. Heredibus. 77.

*SUMMARIA.*

F*Ideicommiſſo gravatus*, donec liberos binos ſuſceperit, *liberatur, ſi duos ſuſceperit, licet gravato non ſupervixerunt. n. 1.*
*Secus ſi ita:* ſi deceſſerit ſine liberis. 2.
*Qvæ hic ratio diverſitatis. 3.*
*Conditio*, ſi ſine liberis, *an deficiat in liberis ex filia furioſa. 4.*

FIdeicommiſſo gravatus, *donec liberos binos* 1
*educaverit*, liberatur fideicommiſſo, ſi duos
ſuſceperit; licet vivo gravato illi deceſſerint, &
ita ei non ſupervixerint; ſecus eſt, ſi ita legatum *ſi deceſſerit ſine liberis*; nam hoc caſu neceſſe
eſt ut ſupervivant gravato. *Menoch. l. 4. præſ. 69.* 2
*in fin. & conſ. 274. n. 9. Peregr. de fideicomm. art.*
*29. Barry l. 17. tit. 12. n. 29.* Etenim hic teſtator 3
non reſpexit conſervationem familiæ, cum per fœmineum ſexum familia non conſervetur, & hic unicum gradum ſubſtitutionis fecit teſtator; & ideò non actum ſucceſſivum, ſed momentaneum conſideravit. *Menoch. conſ. 310. num. 36. & ſeq.*
In §. 1. Dicitur de filia furioſa, qvam Pater 4
gravavit, *ſi ſine liberis decederet*, qvæ à Patre elocata liberos genuit, ſed non legitimos, verum naturales tantum, cum matrimonium cum furioſa nullum. Ergo conditio, *ſi ſine liberis*, deficit, ſi naturales genuit. *Vaſq. de Succeſſ. progr. §. 17. n. 86. Hier. Verius in rep. L. ex facto. ff. de vulg. & pup. n. 524. vol. 3.*

## ad L. Lucius. 77. §. 2.

*SUMMARIA.*

H*Eredibus vel legatariis teſtamentum impugnantibus relicta adimi poſſunt. n. 1.*
*Pluribus fideicommiſſo gravatis decedentis pars tranſit ad ſubſtitutum. 2.*
*Limitatur variè. 3.*
*Reciprocum teſtamentum inter conjuges non poteſt mutari à ſuperſtite, niſi pro parte ſua. 4.*
*Ratio, cur in* § 10 h. l. *ad filium jure accreſcendi non tota hæreditas pertineat. 5.*
*Fideicommiſſarius gravatus in qvantum detrahat. 6.*
*Intellectus §. 11.* h. l. *7.*
*Rogans totam hereditatem reſtituere videtur prohibuiſſe detractionem Trebellianicæ. 8.*
*Prælegatum geminum accipiens ſi rogatur reſtituere qvicqvid pervenit, excepto uno prælegato, an & alterum exceptum. 9.*
*Lectio* §. 13. h. l. 10.
*Uxor partem hereditatis & prælegatum reſtituere juſſa an teneatur etiam reſtituere dotem reſtitutam. 11.*

Res

*Res de novo repertæ poſt reſtitutionem an adhuc in reſtitutionem veniant.* 12.

L. 2. C. de Reſc. Vend. *in tranſactione locum non habere colligitur.* 13. & 15.

*Quæ ſententia obſervatur in Camerâ & Tribunali Wiſmarienſi.* 14.

*Tranſactio juncta, judicialis & ex intervallo repetita non reſcinditur.* 16.

*Tranſactio in* §. fin h. l. *quatenus valida eſſe poſſit.* 17.

1 POteſt teſtator heredibus vel legatariis relicta adimere, ſi impugnent teſtamentum. *Everb. conſ. 116. n. 8. Chriſtin. dec. 29. n. 6. vol. 3.*

2 *Ad* §. 7. Qvando duo in teſtamento indefinitè ſcripti & gravati fideicommiſſo, uno mortuo, pro ejus parte locus eſt fideicommiſſo, per tradi-
3 ta *Menoch. lib. 4. præſ. 186. num. 12.* ubi plures citat: ſed limitat *n. 16.* ſi ſupereſt perſona, qvæ ex mente teſtatoris ipſi magis dilecta, *arg. L. Cum avus. ff. de condit. & demonſtr.* v. gr ſi perſona adſit ex literis teſtatoris, *Menoch. d. l. n. 19.* item, niſi ſubſtitutio expreſsè ſit facta in tota hæreditate. *Menoch. d. l. n. 24.* vel ſubſtitutionem præceſſit reciproca ſubſtitutio. *Menoch. d. l. num. 28. confer. Alex. vol. 1. conſ. 38. n. 1. & Berous vol. 2. conſ. 68. n. 17. Mandellus de Alba conſ. 765. n. fin.*
4 Colligitur exinde, ſi reciprocum teſtamentum à conjugibus factum, & alter conjugum mortuus ſit, pro ejus parte confirmatum eſſe teſtamentum, & pro ſua parte conjugem ſuperſtitem mutare tantum poſſe ſuam voluntatem. *Berlich. dec. 92. num. 3.*

5 In §. 10. qvæ habetur ſpecies, plana eſt; ſed occulta ratio decidendi, cur non ad filium jure accreſcendi tota hæreditas pertineat? Communiter rationem ex verbis limitatis deſumunt & taxativis. Alii, qvia diverſæ qvantitates legatæ. Ubi in legatis non eſt Jus accreſcendi, licet in inſtitutionibus. *vid. Vaſq. de ſucc. progreſſ. §. 23. n. 102. & de ſucc. creat. §. 10. n. 149. Berous l. 2. conſ. 72. n. 10. Cephal. conſ. 60. in fin. Cagnol. in Rubr. C.*
6 *quando non pet. part. n. 58.* Fideicommiſſarius autem gravatus detrahit illud, qvod ſibi ab hære-
7 de detractum eſt. §. 11. Et notetur obiter hunc §. de eo tempore intelligendum, qvo non poterat Trebellianica prohiberi. *Menoch. conſ. 374. n. 20.*
8 Unde colligo dici poſſe, qvando teſtator jubet hæreditatem totam reſtituere, Trebellianicæ deductionem videri prohibitam; ut reſponſum, ni fallor, memini.

9 In §. *pluribus* 13. hæc ſpecies: Teſtator ex parte me hæredem inſtituit, & prælegavit prædia ac 20. & rogavit me, reſtituere in Cajo ea, qvæ ad me ex hæreditate pervenerunt, exceptis 20. qværitur, an etiam illa prædia excepta? videtur qvòd ſic ex verborum tenore, qvia ſola 20. excepta. Forte ratio conſiſtit in eo, qvòd in prædiis ſpecialem diſpoſitionem fecerat, qvod alienari non debeant. Prolixè hâc de re *Menoch. conſ. 86. n. 32. & ſeqq.* ſed *Coraſius in repet. l. cùm virum. C. de fideicom. num. 38. vol. 8.* textum emendat & pro *voluiſſet* legit *noluiſſet*. 10

Ad §. 14. Teſtator juſſit reſtitui dotem uxori, 11
& uxoris fidei commiſſit, ut partem hæreditatis, & qvicqvid ipſi prælegaſſet, filiis reſtituat; an in hanc reſtitutionem etiam veniat dos? qvod negatur, qvia hæc reddi potius, qvam legari videtur. *l. cùm pater 77. §. 12. de legat. 2. Card. Mant. de conject. l. 7. tit. 7. n. 6.* conf. *Portius conſ. 92. n. 63.*

Ad §. *fin.* Hæres gravatus pro fideicommiſſi 12
onere dicens parùm in hæreditate eſſe, dedit parvam qvantitatem pecuniæ fideicommiſſario, ſed reperta ſunt poſtea inſtrumenta, ex qvibus apparuit qvadruplo plus in hæreditate fuiſſe, qværitur an fideicommiſſarius contentus eſſe debeat? Reſp. omninò, ſi transactum eſſet. Ex 13
*hâc lege* & §. multi Dd. colligunt, ad transactionem reſcindendam non ſufficere etiam enormiſſimam læſionem, & ita *l. 2. C. de reſcind. vend.* non habere locum in transactione. Et hanc ſen- 14
tentiam in Camerâ ſervari teſtatur *Gail. l. 2. obſ. 70. n. 11. & qvos refert Menzius in cent. dec. 446. n. 5.* eamqve ſervari in Tribunali Wiſmarienſi patet ex traditis *Mevii p. 4. dec. 30.* Et ſanè ſi res 15
nulla media fuerit, tamen valida eſt transactio, qvia lis fuit, per *l. 65. §. ff. de condict. indeb.* qvomodo hîc poteſt eſſe locus æſtimationis dupli? Sed alibi in ſpeciem æqvior ſententia recepta; inter omnes tamen convenit juratam non eſſe reſcindendam; *Carpz. p. 2. c. 35. d. 1.* de judiciali idem affirmat *p. 2. c. 34. d. 4.* & de ea, qvæ ex intervallo repetita, *p. 1. c. 34. d. 3. n. 6.* Sanè qvod ad 16
*h. §.* videtur etiam transactio hæc nulla, ob *l. 65. §. de condict. indeb.* aut præſupponendum eſt, nec heredem ſciviſſe vires hæreditatis, qvod tamen facilè præſumendum non eſt; aut dicen- 17
dum & fideicommiſſarium ſciviſſe, ſed ob incertum eventum tranſegiſſe. Et ſic meritò transactio reſcindenda non eſt.

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*FIdeicommiſſum qvomodo limitandum? n. 1.*

*Fratres utrinqve conjuncti in fideicommiſſis non excludunt conſangvineos. 2.*

FIdeicommiſſum limitatur ſecundum naturam 1
præcedentis ſubſtitutionis, niſi ex ſermone vel aliis conjecturis aliud præſumatur; Et conjuncto utrinqve mortuo etiam unilateris ſuccedit, qvia agitur hic de bonis paternis, & concurrit locutio pluralis. Et ideò fratres utrinqve 2
conjuncti non excludunt ſangvineos. *Men. conſ. 686. n. 6. Vinc. Fuſar. de ſubſt. q. 79. per tot. Cephal. conſ. 416. n. 61. & ſeq. Rol. à Valle conſ. 100. n. 25. part. 1. Surd. conſ. 31. n. 12 Ruin. conſ. 159. n. 9. & 10. & conſ. 168. n. 6. vol. 2.* Sed *Peregr. de fideic. art. 20. n. 31.* licet hanc ſententiam communem defendat, firmum tamen in hac lege fundamentum negat.

## Titulus II.

# Qvando dies Legatorum vel Fideicommiſſorum cedat.

### ad L. Si pure. 2. & ſeq.

SI legatum perſonæ cohæreat; ut uſusfructus, uſus & habitatio, non cedit dies ante aditam hereditatem, qvia fruſtra cederet, cum illa jura non transmittantur. *Donell. l. 8. c. 28. lit. G.*

### ad L. Si cum heres. 4.

*SUMMARIUM.*

F*Ideicommiſſum conditionale ad heredes non transmittitur.*

COnditionale legatum vel fideicommiſſum non transmittitur ad heredem, qvando legatarius vel fideicommiſſatius ante impletam conditionem moritur, v. gr. ſi fideicommiſſum mihi relictum poſt mortem heredis, & ego nondum mortuo herede moriar. *Gail. l. 2. obſ. 132. Ricc. collect. dec. 359.*

### ad L. Si poſt diem. 5.

*SUMMARIUM.*

L*Egatum purum cedit ſtatim à die mortis teſtatoris.*

QVando poſt diem cedentem moritur legatarius, ad heredem ſuum transmittit legatum, & ideo in legatis puris ſtatim à die mortis cedit legatum, & transmittitur; licet ante aditam hæreditatem peti non poſſit, qvia legata non debentur, niſi adita hereditate. *l. 7. pr. h. t. Gail. l. 2. obſ. 143. Hartman. l. 2. t. 42 obſ. 1. num. 3. Randenſis de Analogiis. c. 32. Klock. conſ. 104. n. 36. & ſeqq.*

### ad L. Qvod purè. 6.

*SUMMARIA.*

P*Urè relictum tranſit in conditionale, ſi ſub conditione adimatur. n. 1.*

*Legatum purum, cujus ſolutio differtur in incertam conditionem, transmittitur ad heredes. 2. 3.*

1 QVod purè datum eſt, ſi ſub conditione adimatur, qvaſi ſub conditione legatum videtur, *hic* & *l. 10. ſupra de Adim. leg.* & *l. Aliqvando. 107. ff. de Condit. & Demonſtr. Donell. l. 8. c. 3. poſt lit. F. Cravett. vol. 3. conſ. 435. n. 26. Zaſ. h. t. num. 5.* Et huc refero *l. 40. §. 2. ff. de Condit. & demonſtr.* Sanè qvando pure aliqvid eſt legatum,
2 ſed poſtea executio & ſolutio in conditionem incertam differtur, qvæ incerta eſt, an & qvando exitura ſit tunc legatum id transmittitur, qvia purum eſt. *Rimin. vol. 3. conſ. 244. num. 169.* vid. *Bathov. in Tr. vol. 2. d. 13. th. 6. lit. E. Carpz. p. 2. deciſ. dec. 153.* ubi qvis legaverat Titio 1200. th. 3
cujus uſuras ſtatim deberet accipere, ſortem vero uxore ducta; ubi reſponſum eſt, eſſe legatum purum, & à Titio ante impletam conditionem transmiſſum in ſuos heredes, qvod qvidem omnes in hac ſpecie concedent, qvia uſuræ ante conditionem adjudicatæ. Sed in ipſa deciſione videtur diſſentire *Mantica de conject. ult. vol. l. 11. tit. 20. n. 3. & Barry de ſucc. l. 12. tit. 3. n. 14.* Nituntur hi *d. l. 40. §. 2. de cond. & dem.* qvibus tamen reſpondet *Bach. d. l. Rim. d. conſ. n. 285.* conf. *Zaſ. ad h. t. n. 8.*

### ad L. Cum in annos. 10.

LEgatum annuum non eſt unum legatum, ſed multiplex. *Men. l. 4. præſ. 132. in fin. Barry l. 9. t. 25. n. 10.*

### ad L. Nec ſemel. 12.

*SUMMARIA.*

A*Nnui legati dies cedit initio cujusq; anni. n. 1.*

*Legati certo anno præſtandi dies credit in fine anni 2.*

*Qvod limitatur. 3.*

*Legatum annuum debetur ſtatim primo anno à morte teſtatoris. 4.*

*Qvotannis relictum dividendi ergo ſolutionem legatorum in annos, unum legatum eſt. 5.*

*Relicta ſingulis annis ad habitationem vel diſciplinam qvo tempore præſtanda. 6.*

ANnui legati dies cedit ſingulis annis, & qvi- 1
dem initio cujusq; anni; ſecus ſi hoc vel illo 2
anno aliqvid præſtare juſſus heres *per l. 42. de V. O.* juxta verſ.

Annua ſi debes tunc inſpicies caput anni,
Anno ſi debes in fine tenebris anni.

*Graff. §. Legatum. qr. 44.* niſi pro certâ neceſſita- 3
te aliqvid ſit relictum. *Barry l. 11. t. 15. num. 18.*
Sed ratione transmiſſionis annuum legatum pri- 4
mo anno cedit ſtatim à tempore mortis; legato igitur annuo, licet à morte Teſtatoris poſt multos annos adeatur hereditas, omnium præteritorum annorum penſiones Legatario debentur, *§. 3. h. l. Barry l. 9. t. 25. n. 6.* conf. *Dn. Struv. Ex. 36. n. 49.*

In §. 4. dicitur, Qvotannis relictum eo fine, 5
ut

ut in annos divideret legatorum ſolutionem, in gratiam & favorem hæredis, ne uno tempore urgeretur ad ſolutionem, pro uno legato eſſe habendum; & ideo non initium anni nec finis ſpectatur, ſed legatum unum eſt, & cedit à morte Teſtatoris, & non eſt multiplex legatum, ut alia legata annua. *Sande l. 4. tit. dec 8.*

Et in §. 5. ſi ſinguli annis ad habitationem vel diſciplinam qvid legetur, & ita reſpectu certæ neceſſitatis non initio anni, ſed eo tempore ſolvi debet Legatum, qvo alias habitationum penſiones, vel minervalia præceptoribus ſolvi debent. *Graſſ. d. l. & Barry d. t. 15. n. 18.*

## ad L. Hujusmodi. 13.

***SUMMARIA.***

*Legatum ſub contrariis conditionibus relictum qvatenus transmittatur ad heredes. n. 1.*

*Qvid juris hic in contractibus. 2.*

1 HUjusmodi legatum: *ſive navis ex India venerit, ſive non venerit, dabis Titio fundum,* non aliter transmittitur ad heredes legatarii, niſi alteruter caſus vivo legatario contigerit, qvia eſt
2 conditionale legatum. Sed id in contractibus locum non habet, ubi venditio ſub contrariis conditionibus facta, pro pura habetur. *L. Neceſſario. 8. §. 1. ſupr. de periculo & commodo rei vendit.* Ratio differentiæ eſt, qvia contractus conditionalis in heredem tranſit; legatum conditionale non, qvia qvilibet ſuo hæredi proſpicere velle videtur. *Rimin. conſ. 234. n. 98. & num. 100. vol. 3.*

## ad L. Si cum præfinitione. 20.

***SUMMARIA.***

*Relicta alimentorum cauſa pro pluribus legatis habentur, & morte legatarii exſpirant. num. 1. 3.*

*Secus, ſi legatum in plures annos heredis cauſa diviſum. 2.*

1 QVæ ob alimenta ſunt relicta, habentur pro pluribus legatis; ſed qvando legatum in
2 plures annos heredis cauſa eſt diviſum, tunc unum eſt legatum, etſi interim mortuus fuerit legatarius, ſeqventium annorum præſtationes etiam in heredem ſuum transmittit. Collige et-
3 iam legatum alimentorum morte finiri, licet relicta ſint cum certa temporis determinatione.

*Cavaleanus de uſufr. mulieri relicto. n. 137. Surdus de Aliment. tit. 5. q. 1. n. 3. vid. not. ſup. ad l. 4. de annuis legat.*

## ad L. Firmio. 26.

***SUMMARIA.***

*Pecunia legata ex fructibus fundi pro legato puro habetur. n. 1.*

*Si non ſoluta ob ſterilitatem unius anni, ex ſeqventis ubertate compenſatur. 2.*

*Dilatio ſolutionis legati adjecta legatum non facit conditionale. 3.*

*Si certa annua relicta una cum alimentis, cujus cauſa iſta annua relicta cenſeantur. 4.*

*Hæc annua non niſi fructibus perceptis debentur. 5.*

SI certa qvantitas pecuniæ ex fundi reditibus 1
legata, non conditionale eſt legatum, ſed purum, & ideò transmittitur; & ſi proximo anno
nihil ex fundo percipiatur, id ex ſeqventis anni 2
ubertate compenſatur. *Cujac. tom. 4. p. 1107. Pac.*
*cent. 6. q. 34. Barry l. 11. t. 15. n. 18.* Tempus certum 3
ſolutioni legati adjectum, legatum non facit conditionale, ſed purum, per §. 1. Et hinc pendente tempore illo præſtituto transmittitur in hæredem. *Sande l. 4. tit. 4. d. f. 7. vid. not. ad l. 75. de*
*Cond. & dem.* Pater filium heredem inſtituit, & 4
bona qvædam legavit uxori ſub hoc onere, ut filio præſtaret annua 10. uſqve dum ad 25. annum ætatis perveniret, & ut præterea filium usqve ad eam ætatem aleret? Reſp. Ea annua 10. non videri relicta alimentorum cauſa, qvia alimenta præter illa decem legata; ſed teſtatorem diviſiſſe legatum in penſiones annuas, gravati exonerandi cauſa, qvoniam gravior eſt unius magnæ ſummæ ſolutio. *Cuj. l. 4. d. l. Barry l. 9. t. 25. n. 4.* Ergo mortuus legatarius in ſuum heredem hanc præſtationem transmittit: ſed illa annua non initio anni, ſed demum perceptis fructibus debentur,
qvia ex fructibus ſolvi debebant. Et ideo eſt ex- 5
ceptio *l. 5. ff. de Annuis legatis*, ubi qvis uxori reliqvit annua decem, qvoad vixerit, illa verò vixit qvinqvennium & qvatuor menſes, & hæredes ejus integrum legatum ſexennii percipiunt. *Sande l. 4. tit. 4. d. 8.*

## ad L. 28. vide not. ad l. 28. ſupra de Inſtructo legato.

# Titulus III.

# Ut Legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa caveatur.

## Ad L. Legatorum. 1.

***SUMMARIA.***

*Cautio hæc qvando obtineat, & ad qvid præſtetur. n. 1.*

*Ab hac præſtanda non excuſat amplitudo facultatum, vel dignitas excellens. 2.*

*A qvibus præſtanda. 3.*

*Præſtatur & hæc cautio in teſtamento inter conju-*

*ges reciproco cognatis , qvibus demortuo conjuge ſuperſtite bona reſtituenda. 4.*
*Reſtituendam inventarium redigi debent. 5.*
*Cautio præſtita an ad acceſſiones extendatur. 6.*
*Legato evaneſcente evaneſcit ſimul cautio præſtita. 7.*
*Actionem ſurrogatam alteri ejusdem naturam ſapere colligitur. 8.*
*Non præſtat cautionem fiſcus aut Reſpublica. 9.*

1 QVando Legatum vel fideicommiſſum in
diem certum vel incertum , vel ſub
conditione eſt relictum , poteſt legata-
rius vel fideicommiſſarius petere ſatis-
dationem , i. e. cautionem fidejuſſoriam , lega-
tum ſcilicet die & conditione exiſtente ſolutum
2 iri , & dolum malum abſuturum ; & qvidem ab
hac cautione non excuſatur gravatus ratione di-
gnitatis vel facultatum. Nam hæc cautio præ-
ſtanda , licet nulla cauſa ſuſpicionis ſit contra
hæredem. *Peregrinus de fideicomm. art. 40. n. 10.*
*Carpz. p. 3. c. 8. def. 38.* Unde colligitur, locuple-
tem etiam hæredem cavere teneri , qvod hic ſpe-
ciale ; nam cautio hæc principaliter inducta fuit
favore ultimæ voluntatis , ut facilius executio-
nem obtineret, deinde ad ſecuritatem legatarii.
*Jaſon in L. 8. Divortio. §. interdum. n. 11. ff. ſolut.*
*matr. & ibi Alex. Immola. n. 2. in fin. & Petr. Barb.*
3 *n. 38. & ſeq.* Et hæc neceſſitas cautionis præſtan-
dæ incumbit etiam fideicommiſſariis , ſi ulterius
illi gravati. *§. 7. d. l.* & qvi per alios acqvirunt
hereditatem , ut Patres & Domini , & qvi Præto-
rio jure ſuccedunt , ut bonorum poſſeſſores.
*§. 8. h. l. Conf. Peregrinus de fideicom. art. 40. n. 10.*
4 *& ſ. Petra de fideicomm. qv. 10. n 13.* Et hæc cau-
tio præſtanda , qvando Teſtamentum recipro-
cum inter Conjuges conditum , & placuit , ut ſu-
perſtes omnia bona retineat , mortuo autem ſu-
perſtite conjuge bona ad utriusqve partis co-
gnatos perveniant. Nam hoc eſt fideicommiſ-
ſum *Carpz. p. 3. c. 7. def. 18.* Et ſic ſuperſtes tene-
tur cautionem præſtare , licet nulla adſit cauſa
ſuſpicionis. *Carpz. d. conſt. 7. def. 19. Peregr. de fi-*
5 *deicom. 1. art. 40. n. 10.* Ut autem ſciatur , qvid
aliqvando reſtituendum ſit , inventario opus eſt.
6 *Carpz. p. 3. conſt. 8. d. 39.* Stipulatio autem & fi-
dejuſſio, qvæ pro legatis præſtatur , incremen-
tum capit ex uſuris vel fructibus. *§. 13 h. l.* Nam li-
cet ſtipulatio interpoſita ſemper videatur in
id, qvod jam debetur, non in id, qvod debebitur,
niſi qvis in omnem cauſam fidejuſſerit ; in hac
tamen cautione favore ultimarum voluntatum
ſtipulatio ad acceſſiones etiam extenditur. *hic &*
*l. 76. de V. O. & ibi Cujac. tom. 1. p. 1019. & Dor.*
*Vultej. in §. 1. Inſt. de fidejuſſ. n. 8. Jacob. de Ni-*
*gris in repetit. Rubr. de V. O. n. 171. vol. 6. Bronch.*
7 *cent. 4. aſſert. 54. in fin.* Et ſi Legatarius vel Fidei-
commiſſarius pendente conditione moriatur ,
ut ipſum legatum evaneſcit , ita etiam ſtipulatio.
*§ 18. h. t.* licet ſtipulatio conditionalis alias
transmittatur ; ſed hæc eſt acceſſoria, ideoqve ſe-
qvitur naturam principalis , ſcilicet fideicom-
miſſi conditionalis. *Jac. de Nigr. d. l. Rimnaldus*
*vol. 2. conſ. 234. n. 267. & 2. ſeqq.* Hinc colligit re- 8
gulam, ſi una actio in alterius locum ſuccedat,
aſſumere ejusdem naturam. *Jaſon ad l. nemo pot-*
*eſt n. 12. de Leg. Jac. de Nigro in rep. Rubricæ de*
*Verb. obl. n. 171.* Qvia fiſcus ſemper ſolvendo eſ- 9
ſe præſumitur, vel potius qvia nunqvam mori-
tur, ſed ſempar idem & fixus manet, ideò præſta-
re cautionem non tenetur in iis caſibus, in qvi-
bus privatus tenetur. *§. 18. h. l. Peregr. de Jure*
*Fiſci. l. 1. t. n. 34. ſeq. Hillig. in Don. l. 8. c. 36. lit. F.*
& ſi judicatum refert *Joh. à Sande l. 3. tit. 6. def. 5.*
Sic nec Reſpubl. tenetur ſatisdare *L. 6. §. 1. h. t.*
bene tamen repromittere. *Hill. d. l.*

## ad L. Poſteaqvam 5. pr. & §. 1.

### *SUMMARIA.*

*AN ſi heres die legati cedente in captivitate, fidejuſſor conveniri poſſit. n. 1.*
*Reſpondetur ad* l. 10. h. t. 2.
*Appellatio non impedit miſſionem interveniente cautione in caſum ſuccumbentiæ. 3.*
*An & in aliis judiciis hoc procedat. 4.*
*An omnes actus, qvi pendente cauſa principali fieri poterant, fieri qvoqve poſſint appellatione pendente. 5.*

LEgatus mihi fundus ſub conditione , heres 1
ſatisdedit, poſtea ab hoſtibus capitur. Du-
rante captivitate conditio exiſtit, an interim fi-
dejuſſor poteſt conveniri ? Negatur, qvia princi-
palis ipſe non poterat conveniri ; ergo nec fide-
juſſor : nec obſtat *l. 10. h. t.* qvia ibi extitit condi- 2
tio ante aditam hæreditatem *Cujac. lib. 15. obſ. 9.*
*Wiſſenbach. hic. th. 10.* Si fideicommiſſarius ſibi 3
petat caveri ab herede de fideicommiſſo ſolven-
do, & heres ſit condemnatus, ſed appellet, inte-
rim fideicommiſſarius mittitur in poſſeſſionem
earum tantum rerum, de qvibus lata fuit ſen-
tentia & ita nanciſcitur hoc caſu veram poſ-
ſeſſionem ex primo decreto & præſtat cautio-
nem in caſum ſuccumbentiæ. *Men. Rem. 3. Re-*
*tin. Poſſeſſ. n. 204. & ſeq.* Et ſic pendente appel-
latione hic fit novatio. *Neguz. de pign. memb. 2.*
*part. 3. n. 6. verſ. qvarto ſalit.* Hocqve ſpeciale 4
eſſe in executione ultimæ voluntatis, tradit *Co-*
*ler. de proceſſ. execut. part. 3. c. 12. n. 85. circa fin.*
ſed generalius eſt, ſcilicet in omnibus judiciis
pendente lite aut appellatione pendente , are-
ſtum ad ſecuritatem judicii & cautionem impo-
ni, tradit *Mevius p. 2. dec. 344. num. 5.* Lancellot.
autem *in tr. de attentat. part. 2. c. 12. lim. 15. n. 1.*
aliam regulam ex *h. textu* elicit ; ſcilicet omnes 5
actus, qvi pendente cauſa principali fieri pote-
rant, poſſe etiam fieri appellatione pendente.
Alii hoc reſtringunt ad executionem proviſio-
nalem, de qva alibi.

## ad L. Filio. 7.

*SUMMARIA.*

*PAter & Dominus an & qvatenus cautionem præſtent. n. 1.*

*Ad nudam cautionem obligatus an teneatur promittere ſub hypothecâ bonorum. 2. 3.*

1 QVando Pater vel Dominus debet ſolvere
legatum in diem filio vel ſervo, non opus
eſt cautione; niſi ſecuta fuerit emancipatio vel
manumiſſio, qvo caſu liberatur Pater vel Dominus
qvidem a ſatisdatione, tenetur tamen ad
ſimplicem repromiſſionem, cum hypotheca bo-
2 norum; Unde Regulam Dd. formant, qvod ille,
qvi tenetur ad nudam cautionem, teneatur promittere
ſub hypotheca bonorum. *Neguz. de pign.
memb. 1. part. 5. n. 9. Cravetta part. 4. conſ. 577. in
fin. & qvos alleg. P. Barb. in L. 8. Divortium. §. interdum.
n. 23. ff. ſolut. matr.* qvi tamen *num. ſeq.*
3 id ex eo textu ſeqvi negat, ſed hoc tantum, qvod
qvando qvis juxta regulas ordinarias debet ſatisdare,
& ob aliqvam cauſam ab hoc onere liberatur,
tunc loco ſatisdationis teneatur repromittere
cum hypotheca bonorum, ut ſic qvi in uno
gravatur, in alio relevetur, & contra.

## ad L. Hæc ſtipulatio. 14. §. 1.

*SUMMARIA.*

*CAutio non præſtatur, ſi liqvido appareat, legatum non deberi. n. 1.*

*Si per areſtum ſortis ſatis cautum arreſtanti, permitti poteſt ſolutio uſurarum. 2.*

*Supervacanea à jure improbari colligitur. 3.*

*Exempla 4. & 5.*

1 UBi manifeſtum eſt, legatum non deberi, non
debet hæres ſupervacua cautione onerari;
Ideoqve ſi ſatis cautum alicui eſt, cautione ſu-
perflua non eſt onerandus. Ex qvo *Mevius p. 5.*
2 *dec. 55.* probat, ſi per areſtum capitalis ſeu ſortis
ſatis cautum areſtanti, poſſe permitti ſolutionem
uſurarum. Secus, ſi pro coërcendo contumace
3 areſtum impoſitum. *Beſold. conſil. 295. n. 5.* Col-
lige etiam actus ſuperſluos & fruſtratorios à jure
improbari, nec præſumi aliqvem actum agere
ſupervacuum & fruſtraneum. *Beſold. conſ. 147.
n. 6. Sard. dec. 260. n. 7. Barboſa Locuplet. l. 17. c. 71.
axiom. 7.* Omne fruſtratorium jura deteſtantur.
*Pruckm. vol. 1. conſ. 42. n. 5.* Sic etiam probatur 4
articulos impertinentes & fruſtratorios, ex qvi-
bus affirmatis nihil aut parum probari poteſt,
non debere ad probandum admitti, qvia actus
fruſtratorios & ſuperfluos jura improbant, & ne
juramentum in vanum uſurpetur, & Nominis
Divini abuſus fiat. *Carpzov. lib. 3. Jurispr. Eccl.* 5
*def. 26. n. 9.* Ex hac lege confirmari poteſt deci-
ſio, qvam proponit *Manzius in cent. deciſ. 939.* ubi
qvis legatum à filio reliqverat Sejo, ſed ſine omni
ſolennitate, ideoqve reſponſum fuiſſe, legatum
debere præſtari ſub cautione, ſi qvando filius hoc
legatum eſſet impugnaturus, qvam deciſionem
*Manzius* improbat *inter alia ex hoc textu.*

## ad L. Etiam. 15.

ETiam in legato puro peti poteſt cautio, qvando heres negat legatum deberi; nam tum propter moras judicii tenetur ſatisdare. *Donell. l. 8. c. 30. poſt lit. E.* niſi heres dicat, hodie conſtat, hodie agamus.

## ad. L. Fin.

*SUMMARIA.*

*CAutio remiſſa non poteſt peti, licet heres dilapidet. n. 1.*

*Qvo remedio hoc caſu legatario conſulatur. 2.*

*Cur uſufructuario cautio non remitti poſſit. 3.*

SI teſtator prohibuit exactionem ſatisdationis, 1
& heres gravatus dilapidat bona hereditaria,
heres tamen ad cavendum cogi non poteſt, ob
prohibitionem cautionis. *Marcus Mantua ſingul.*
*50. n. 2.* Qvamvis legatarius implorare poſſit re- 2
medium. *L. Imperator. 50. ſupr. ad Trebell. Berous
vol. 2. conſ. 92. n. 6.* Sed cur uſufructuario non
poteſt remitti cautio? per *l. 1. C. ut in poſſ. legat.* &
ob *l. 1. ff. de uſufr.* Reſp. communiter in illis
textibus agi principaliter de utendo boni viri ar-
bitratu, qvæ cautio ſi remittatur, invitaretur
fructuarius ad delinqvendum. Sed *Zæſius h. t. n. 6.* 3
dicit, hanc cautionem, de qva hic agitur, reqviri
in favorem teſtatoris, ut ejus voluntas conſerve-
tur. Sed cautio alia à fructuario reqviritur in fa-
vorem heredis.

# TITULUS IV.

# Ut in Poſſeſſionem Legatorum vel Fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat.

## Ad L. Si qvis. 1.

SI cautio à teſtatore remiſſa, & tamen ab herede præſtita, etiam ignorantia Juris, poteſt condici cautio; qvod hic ſpeciale favore ultimarum voluntatum. *Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 36. Pac. cent. 4. qv. 5.*

ad

## ad L. Si is. 3.

*SUMMARIA.*

*HEres in continenti ad cauſa cognitionem ſe offerens, non tenetur cavere. n. 1.*

*Satisdatio in novi operis nunciatione non locum habet, ſi nuncians ſtatim agere velit. 2.*

*In cauſis ſummariis nulla rejicitur exceptio, ſi in continenti probari poſſit. 3.*

*Idem, ſi in judicio* uti poſſidetis, *ſtatim dominium probari poſſit. 4.*

*Dictio* in continenti *qvomodo intelligenda, remiſſive. 5.*

*Si cautio ſimel accepta & in idonea facta alia peti non poteſt 6.*

*Limitatur. 7.*

*Creditor ſciens cum ſuſpecto contrahens non poteſt petere prehenſionem debitoris aut novam cautionem. 8.*

1 SI heres nolit ſatisdationem præſtare, ſed offerat ſe ad cauſæ cognitionem in continenti,
& dicat, hodie conſtet, hodie agemus, omninò
2 audiendus eſt; Unde probatur, illum, cui novum
opus nuntiatur, ſi offerat ſatisdationem, ut in
ædificando pergat, audiendum tamen non eſſe,
ſi nuntians dicat, hodiè conſtare poſſe, hodiè
agendum eſſe, per *h. l. & l. un. C. de Nov. oper.
nuntiat. vid. Dd. ad l. 20. §. 5. ff. de novi operis nuntiat. Mendan. de mandat. l. 2. c. 31. Fach. l. 8. c. 48.*
3 Colligit etiam ex h. textu *Bart.* in cauſis ſummariis exceptionem omnem admittendam eſſe, ſi
excipiens paratus ſit in continenti eam probare.
4 *Carpzov. part. 1. Jurispr. conſt. 8. def. 17.* Item
ſi in judicio (*uti poſſidetis*) alter dominium in
continenti probare velit. *Donell. l. 9. c. 9. lit. A.
Menoch. rem. 3. retin. poſſ. n. 685. Zaſius ad h. l. in
fine.* Qvomodo autem illud HODIE ſeu IN
5 CONTINENTI ſit intelligendum, tractat
*Menoch. rem. 1. recup. poſſ. n. 253.* & tandem illud
ex arbitrio judicis pro materia ſubjecta eſſe de-
6 terminandum. *Menoch. d. l. n. 259. & ſeq.* Licet
autem, cautione in judicio de judicio ſiſti, præſtita, ſi ea in idonea fiat, de novo ſit cavendum;
ſecus tamen eſt, ubi qvis cautionem ſemel accepit: nam is poſtea aliam cautionem petere ne-
7 qvit, niſi nova cauſa ſuperveniat. *l. 3. §. ult. & pr.
l. 4. h. t.* Idqve in cautione à captivo relaxando
præſtita obſervatum refert *Dn. Mev. p. 4. d. 216.*
Ex inopia fidejuſſoris ſubſecuta deſinit eſſe cautum. *Hering de fidejuſſ. c. 13. n. 14. & ſeq. Mev. p. 5.
8 dec. 8.* Ex hoc §. etiam colligitur, ſi tempore contractus ſuſpectus ſit debitor, & facultatibus
lapſus, idqve creditor non ignoravit, ſed ſciens
cum ſuſpecto contraxerit, qvod creditor comprehendere debitorem, aut novam cautionem
petere non poſſit, *Gail. l. 2. obſ. 44. n. 5. Peckius de
jure ſiſtendi c. 5. n. 24.*

## ad L. Is cui. 5.

*SUMMARIA.*

*SI plures ſint legatarii, omnes aqvaliter mittuntur in poſſeſſionem. n. 1.*

*In qvæ bona mittendi legatarii. 2.*

*Qvid hodiè obtineat. 3.*

*Legatarius qvando in ipſius heredis bona miſſionem petere poſſit. 4.*

*Miſſionis hujus effectus.*

*Heres an audiendus ſi poſt decretam miſſionem ſatisdationem offerat. 6.*

*Qvis effectus miſſionis in bona hereditaria. 7.*

SI plures ſint legatarii, unius miſſio alteri non 1
prodeſt, ſed nec prioritatem præ aliis legatariis confert, per *§. 2. h. l.* Prioris ratio eſt, qvia
hic verſatur officium judicis citra vinculum
obligationis; Aliud ergo in creditoribus, rei ſervandæ cauſa immiſſis, per *L. Si unus. ff. de Autor.
Jud. poſſ.* poſterioris ratio eſt, qvia ſunt ejusdem
tituli; ſecus autem ſi diverſi, per *L. Si poſtqvam
C. h. t. & l. 2. C. qui potiores Zaſ. in d. l. Si unus.
n. 9. & ſeq. Neguz. de Pign. part. 3. n. 10. memb. 2.
v. ſexto reſtringitur.* Bona, in qvæ legatarius mit- 2
tendus eſt, ſunt omnia bona hereditaria, qvorum
vel directum, vel utile habuit teſtator dominium
qvæqve ſunt pignori obligata, vel bona fide poſſeſſa, non vero commodata aut depoſita. *§. 5. h. l.*
Sed hodie immiſſio facienda eſt ſecundum 3
qvantitatem rei legatæ. *Nov 53. c. 4. §. 1. & c. ult.
X. ut lite non conteſt. Stac. lib. 1. de judic. c. 96. n. 35.
& qvos allegat Hill. in Don. l. 23. c. 11. l. 9. Gudel. de
jure noviſſ. l. 4. c. 5. Dn. Hahn in Weſenb. qvibus in
cauſ. vide notata mea ad auth. & qui jurat. C. de bonis auth. jud. poſſid. l.* Qvando autem petita eſt 4
ſatisdatio, & heres intra 6. menſes continuos, à
petita ſatisdatione computandos, ceſſaverit, culposè ſcilicet, qvia ſemper culpabilis intelligitur
ceſſatio, *§. Ceſſatum. 20. h. legu.* legatarius poteſt
petere miſſionem in bona ipſius heredis, ut
exinde fructus percipiat, primo in uſuras, poſtea 5
in ſortem computandos, *Colerus de proc. execut.
p. 3. c. 12. n. 28. Dn. Mev. p. 1. dec. 208. n 3.* Et hic
hodie fieri ſolent immiſſiones non tantum cuſtodiæ cauſa, ſed & ad percipiendos fructus, *Dn.
Mevius d. l.* Et ſi poſtea heres offerat ſatisdationem, non eſt audiendus, niſi legatum exſolvat,
*§. Satisfactionis. 17. h. t.* qvo caſu heres haberet 6
pignoratitiam actionem, *§. 21. h. l.* & ſic pignore
Prætorio datur actio pignoratitia. *vid Menoch. remed. 1. retin. Poſſ. n. 44. & ſeq. & rem. 12. recup.
poſſ. n. 13. ſeq. vid. in. Fud. Bologninus in rep. l. Si
finita. §. Julianus. n. 163. & ſeq. ff. de damno infecto.*
Sed aliàs miſſio legatarii, ut & omnis, qvæ ex pri- 7
mo decreto fit, non privat Dominum poſſeſſione;
ſed tantum efficit, ut cum domino miſſus rem
detineat, cuſtodiat & ſervet; ut nihil in ea ſine
eo geri poſſit, & ut ipſe legatarius fructus non
duraturos vendere, & pretium ſervare poſſit.
*§. 22. h. t. Specul. l. 2. t. de primo decreto. §. 5. n. 6.
& 7. Weſ. in ff. de damn. infect. n. 4.*

ad

### ad L. Si pecuniæ. 6.

*SUMMARIA.*

*Uſufructuario rerum mobilium ſatisdatio an à teſtatore remitti poſſit. n. 1.*
*A miſſione non liberatur heres, niſi caveat aut ſolvat. 2.*
*Miſſio facta ob contumaciam in non ſolvendo non tollitur niſi ſolutione. 3. 5.*
*Miſſio facta ob contumaciam in non veniendo tollitur interveniente cautione de veniendo. 4.*
*Miſſio non tollitur ſi res à judice in ſolutum data. 6.*

1 SI pecuniæ uſufructus legatus ſit, & in teſta-
mento cautum, ne ejus nomine caveretur, re-
miſſio hæc nullius eſt effectus; & niſi caveat
uſufructuarius, non poterit admitti ad petitio-
nem uſusfructus, nec poteſt dici proprietas lega-
ta. Unde probant. Dd. cautionem in uſufructu
earum rerum, qvæ uſu conſumuntur non poſſe
à teſtatore remitti, licet cautio, de qva h. t. agitur,
remitti poſſit. Illa ſi remitteretur, ad dolum com-
mittendum invitaret; non hæc, qvæ in hoc titu-
lo, aut non ita facile, de qvo ſupra actum *ad l. fin.
tit. præc. vid. Cujac. ad h. l. tom. 1. p. 2130. Donell.
l. 10. c. 4. lit. F. Carpz. p. 3. C. 15. def. 12. Clarus §.
Teſtam. qv. 64.* conf. *not. ad l. 1. ſupr. d. Uſufr.
ear. rer. qvæ uſu conſum. & Zoeſ. h. t. præc. n. 7. &
Bart. ad l. conſentaneum. n. 15. C. qvomodo & qvan-*
2 *do judex &c.* Miſſus autem legatarius non tene-
tur dimittere poſſeſſionem, niſi caveat hæres aut
3 ſolvat; ſed qvando debitor condemnatus eſt ad
ſolvendum, tunc ne qvidem admittitur cum
4 cautione, ſi non ſolvat; nam ob contumaciam
in non veniendo immittitur creditor, & tunc ſi
caveat debitor de veniendo, cauſa immiſſionis,
ſcil. contumacia, ſublata, ceſſat etiam effectus.
5 Sed ſi condemnatus debitor, & ob contumaciam
in non ſolvendo commiſſam, immiſſus creditor,
hæc contumaciæ pœna non aliter tollitur, qvam
ſi ſolverit. Et ita pignus judiciale, tantum ſolu-
tione aut ſatisfactione, pignus Prætorium cau-
tione, de ſe defendendo ante ſecundum decre-
tum diſſolvitur. *vid. hic Br. & ad l. Conſentaneum.
n. 15. C. qvomodo & qvando &c. & Surd. dec. 46.
n. 10. & ſeq.* Si autem à judice data res creditori
in ſolutum, tunc ne qvidem ſolutione tollitur im- 6
miſſio. *Neguzant. de pign. memb. 3. part. 3. n. 3.
relatus à Surdo d. l.*

### ad L. Qvamvis. 13.

ETiam pro re minima legatarius mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum; ſed hodiè immiſſio facienda ſecundum qvantitatem rei legatæ. *Novel. 53. c. 4. §. & c. ult. X. ut lite non conteſtata.* de qvo ſupra.

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Qvibus perſonis miſſis ſimul conceſſa facultas percipiendi fructus. n. 1.*
*Horum qvantitas. 2.*
*Vidua ob dotem illatam habet jus retentionis. 3.*
*Hujus juris effectus. 4.*
*Qvod extenditur ad filiam, ratione promiſſæ dotis. 5.*

QVædam perſonæ, ſervandorum legatorum 1
cauſa immiſſæ, habent poteſtatem conſu-
mendi fructus, ut filia, neptis, proneptis, uxor;
qvatenus ad alimenta ſufficiunt: qvemadmo- 2
dum viduæ, ob dotem illatam jure retentionis 3
utentes, rationes adminiſtrationis qvidem red-
dere tenentur; ſed alimenta ſua detrahunt. Hic
enim effectus eſt juris retentionis, ut vidua frua- 4
tur bonis mariti qvoad indigentiam ſuæ neceſ-
ſitatis, ac per hoc conſeqvatur dotem vel por-
tionem ſtatutariam, & interim ex iis bonis ala-
tur. *Matt. Colerus de Proc. exec. p. 1. c. 2. num. 230.
Carpz. l. 4. Reſp. 20. n. 11. & ſeq.* idem de filia, cui 5
dos ex feudo promiſſa, nec dum exſoluta, de qvo
in *l. 25. ſol. matr.*

# LIBRI XXXVII.

## TITULUS I.

## De Bonorum Poſſeſſionibus.

### Ad L. In omnibus. 2.

*SUMMARIUM.*

*Bonorum poſſeſſio in effectu non differt ab hereditatis aditione.*

IN omnibus vice heredum bonorum poſſeſſores habentur; nam licet per Prætorum hæres non fiat, hæreditatem tamen ipſam bonorum poſſeſſor acqvirit & ſic bonorum poſſeſſio qvoad ſubtilitatem juris ab hæreditatis aditione diverſa, effectu eadem. Hinc qvæ de hærede in legibus dicuntur, regulariter in bonorum poſſeſſore locum habent. *Forſter. l. 2. de Succeſſ. c. 29. Dauth. de ſubſt. n. 234. Don. l. 7. c. 14. & ibi. Hill. lit. C. Colleg. Arg. th. 3.* Et qvi prohibetur adſpirare ad hæreditatem, etiam à bonorum poſſeſſione arcetur. *l. 12. §. 1. h. t.*

### ad L. Bona autem. 3.

*SUMMARIA.*

*Bonorum poſſeſſio qvid n. 1.*
*Definitionis verba explicantur. 2. 3.*

Bonorum

*Bonorum poſſeſſio alia edictalis, alia decretalis, cujus diviſionis fundamentum 4. 5.*
*Decretalis qvotuplex. 6.*
*Bonorum poſſeſſio porro dividitur in ordinariam & extraordinariam. 7.*
*Edictalis qvibus caſibus hodie neceſſaria. 8.*
*Bonorum poſſeſſionis utilitas. 9.*

1 BOnorum poſſeſſio eſt jus perſeqvendi reti-
nendiqve patrimonii, ceu rei, qvæ cujusqve,
cum moritur, fuit *§. 2. h. l.* Per jus autem illud
2 utilis in rem actionis fundamentum intelligitur.
*Forſt. d. l. 2. c. 24. Cagnol. ad Rubr. C. h. t. n. 84.
Graſſ. §. bonorum poſſeſſio. qv. 1. Sich. ad Rubr. C.
n. 23. Jac. de Nigris in rep. Rubr. C. qvi admitti. n.
21. vol. 8.* Vox autem *perſeqvendi* non generaliter,
3 ut in definitione actionis; ſed ſingulariter, pro
perſecutione Prætoria accipitur. *l. 178. §. 2. de V.
S. l. 28. ff. de Obl. & Act. Coll. Arg. hic th. 4.*
4 *Ad §. pen.* Qvando cauſa cognita bonorum
poſſeſſio datur, non alibi dabitur qvàm pro tri-
bunali; qvia neqve decretum de plano interpo-
ni, neqve cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi
qvàm pro tribunali dare poteſt. Hinc recte colli-
gunt, bonorum poſſeſſionem duplicem eſſe: ali-
5 am Edictalem, aliam Decretalem. Edictalis, qvæ
ſine cognitione cauſæ ex edicto ſolo competit,
& ſimpliciter ac de plano petitur, vel ex teſta-
6 mento, vel ab inteſtato. Decreralis, qvæ pro tri-
bunali ſedente judice petitur, & impetratur: &
eſt triplex 1. Carboniana. 2. Qvæ datur impu-
beri, patre ac tutore carenti *l. 18. C. de jure delib.*
3. Qvæ datur ventri præterito. *Donell. l. 7. c. 14.
Fach. l. 13. controv. 36. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 15.
th. 2. lit. A.* licet diſſentiat *Forſt. de ſucc. l. 2. c. 26.*
7 Deinde alia eſt ordinaria, alia extraordinaria; il-
la qvæ à Prætore, hæc per conſtitutionem *§. 3. in-
ſtit. h. t. Coll. Arg. h. t. th. 5. conf. Bach. ad Tr. d.
15. th. 2. lit. C.* Licet aliis Edictalis dicatur ordina-
8 ria. Sed hæc etiam hodie neceſſaria, non verò
Edictalis, niſi in qvibusdam caſibus, ut in *L. Poſt-
humus. ff. de injuſto teſtam. §. non tamen. Inſtit.
qvib. mod. teſtam. infirm. l. ult. §. 3. C. de Curat.
furioſ.* aliisqve paucis, qvos recenſet *Graſſus d. §.*
9 *qv. 5. Franc. Barry de Succ. l. 11. tit. 6. Mantica de
conject. l. 12. tit. 15. n. 3.* Utilitas autem bonorum
poſſeſſionis poteſt eſſe in multis caſibus: ut ſi
ignoranti mihi delata hæreditas ante 30. annos;
item ſi tutor vel pupillus abſens: & modus pro-
bandi hic interdum expeditior. *Graſſus d. §. q. 5.
n. 12. Cagnol. in Rub. C. qvi admitti. n. 32. Forſt. l. 2.
de Succ. c. ult.*

## ad L. Sed cum Patrono. 6. §. fin.

*SUMMARIA.*

*IN teſtamento ſcribendo non ſunt adhibendæ notæ, ciphræ, & abbreviaturæ. n. 1.*
*Excipitur teſtamentum militis & ad pias cauſas. 2.*
*Qvid ſi fraudis ſuſpicio ſubſit.*

IN teſtamento nihil ſcribendum per notas, ci- 1
phras, & abbreviaturas, ex qvibus vix percipi
poteſt ſenſus ſcripturæ. *Carpzov. p. 3. c. 3. d. 4.* Ubi 2
excipit teſtamentum militis, & ad pias cauſas
&c. *conf. Vaſq. de Succeſſ. creat. l. 2. §. 15. n. 46.
Mantica de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 3.* Sed ubi 3
fraudis ſuſpicio eſſe poteſt, ibi non adhibendæ in
numero unciarum ciphræ, *per Nov. 107*

## ad L. Servus bonorum. 7.

*SUMMARIA.*

*ABſenti & non petenti an bonorum poſſeſſio detur. n. 1.*
*Qvis loco impuberis petere poſſit. 2.*
*Poſſeſſio agnita nomine infantis vel pupilli transmittitur ad heredes. 3.*

OBſervandum hic, etiam abſenti dari poſſe 1
bonorum poſſeſſionem non petenti, ſatis
eſt, ſi Procurator ſine ſpeciali mandato petat;
modo Prætor ſciat abſenti eſſe delatam, etſi fœ-
mina petat: loco impuberis autem pater petet
vel ſolus tutor. Aliud in aditione *l. 5. C. de jure* 2
*delib.* Rationem differentiæ tradit *Caſtr. in l. 7.
C. qvi admitti. Don. l. 7. c. 6. poſt lit. E.* Sed tuto-
ris defectum interdum ſupplet judex. *d. l. 7.* A-
gnita autem nomine infantis vel pupilli trans-
mittitur eo mortuo ad hæredem. *l. 3. C. qvi ad-
mitti.*

## ad L. Tutor. 8.

*SUMMARIA.*

*TUtor an bonorum poſſeſſionem repudiare poſſit. num. 1.*
*An filius in præjudicium patris renunciare poſſit. 2.*

TUtor non poteſt repudiare bonorum poſ- 1
ſeſſionem, qvia omnis repudiatio eſt dona-
tio, qvæ ab adminiſtratione alieniſſima: ſed ſi vel-
let tutor repudiare bonorum poſſeſſionem, debe-
ret id facere interveniente authoritate judicis,
*per ea qvæ tradit Mandellus de Alba conſ. 205. num. 19.
& ſeq.* vel cum conſilio cognatorum. *Caſtr. ad l.
7. C. h. t.* Nec filius in præjudicium patris expreſ- 2
ſe renunciare poteſt, ſed tacite per negligentiam
*Dec. in l. 1. C. h. t. n. 6. & Cagn. n. 38.*

## ad L. Cum qvidam. 14.

*SUMMARIA.*

*AN teſtamentum falſum accuſans, idq́ᵹ effluxo tempore petitioni deſtinato taliter probans, adhuc poſſit bonorum poſſeſſionem agnoſcere. n. 1.*
*Reſciſſoriam actionem perpetuatam dici, eo ipſo, qvo reſtitutio petita eſt, an rectè ex h. l. colligatur. 2.*

Con-

1 Conſangvineus impugnavit teſtamentū conſangvinei ex capite falſi; ſed poſt annum, intra qvem peti debet poſſeſſio, probat falſum, an poſtea agnoſcere poſſit bonorum poſſeſſionem? Videtur qvod non, qvia tempore eſt excluſus, ſed diff. hic, nam dum præparatoriam actionem movit, hoc ipſo agnoviſſe videtur bonorum poſſeſſionem, & impeditus eſt à teſtamento, qvo minus potuerit bonorum poſſeſſionem agnoſcere. *Menoch. l. 4. præſ. 107. n. 6.* Ex *hac lege* volunt etiam probare Reſciſſoriam actionem perpetuatam dici, eo ipſo qvo eſt petita reſtitutio in integrum; ſed hos refutat *Sfortia Oddus de Reſt. p. 1. qv. 22. art. 6.* 2

# Titulus II.

# Si tabulæ teſtamenti extabunt.

## Ad L. Un.

### SUMMARIA.

Teſtamentum, in qvo nomen heredis deletum deprehenditur, non valet n. 1.

Secus, ſi poſt judicialem publicationem deletum inveniatur. 2. 3.

Qvid ſi tabulæ poſt mortem teſtatoris perierint. 4.

An peti poſſit bonorum poſſeſſio, ſi ex confeſſione partis adverſæ contenta tabularum conſtent. 5.

1 Si nomen hæredis deletum reperiatur, non valet teſtamentum; ſed ſi teſtamentum ſe-
2 mel productum, & judicialiter publicatum, citatis citandis; tunc licet poſtea deleatur, vel plane amittatur, ſi tamen ſemel in actis regiſtratum, primum manet teſtamentum, & ex eo miſſio in bona fieri poteſt. conf. *l. Publicati. C. de teſtam. Guido Papa ſing. 52.* Et ſic exa- 3
ctis petere poſſe hæredem ſcriptum bona hæreditaria puto; licet teſtamentum ſemel publicatum non iterum producatur. Si etiam poſt mor- 4
tem tabulæ perierint, & eorum contenta per 7. teſtes probentur, locum habet bonorum poſſeſſio: ſi verò contenta ex confeſſione partis adverſæ conſtent, & ſolennitas per duos teſtes probetur, poteſt ex tabulis bonorum poſſeſſio peti, *per hanc l. Bolognet. ad l. 2. C. de bon. poſſeſſ. ſec. tabb. n. 11 & ſeqq. Cujac. ad. h. l. tom. 2.*

# Titulus III.

# De Bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cœco competente.

## Ad L. 1. & 2.

### SUMMARIUM.

Qvibus non cedat tempus bonorum poſſeſſionis.

Perſonis hic enarratis non currit tempus petendæ poſſeſſionis bonorum, qvod eſt annus liberis & parentibus, centum utiles dies aliis. *l. 2. & ſeq. C. qvi admitti.* Sed furioſis & infantibus abſolutè non currit hoc tempus; cæteris perſonis, in rubrica nominatis, tunc non currit, qvando non intelligunt qvid agant, & voluntatem ſuam qvacunqve ratione exprimere neqveunt *per l. 2. h. t. & l. 65. §. 3. ad Trebell. Bart. ad l. 2. h. t. Cujac. ad lib. 15. qvæſt. Papin. tom. 4. pag. mihi 341.*

# Titulus IV.

# De Bonorum Poſſeſſionibus contra Tabulas.

## Ad L. In contra. 1.

### SUMMARIA.

Hæc bonorum poſſeſſio qvibus detur. n. 1. 5.

Qvo ordine vocentur. 2.

An, ſicut filia, & nepotes ex hac bonorum poſſeſſionem in hereditate matris petere poſſint. 3.

Qvid de Jure Lubecenſi. 4.

An, deportato filio, nepotes ex eo bonorum poſſeſſionem petere poſſint. 6.

Liberis adoptivis non emancipatis, & naturalibus legitimis non juſtè exheredatis, ſed præteritis, datur bonorum poſſeſſio; 1
& qvidem eo ordine, qvo vocantur ad 2
ſucceſſionē Jure Civili. Hinc liberi primi gradus præferuntur liberis ſecundi gradus. Filia petit 3
bonorū poſſeſſionē in hæreditate matris, non etiam nepotes ex ea filia; exceptum tamen caſum 4
in Jure Lubec. deciſum video, *l. 2. t. 2. art. 16.* ex qvo hac ipſa die caſus deciſus eſt. Qvod de filiis emā- 5
cipatis

cipatis hic dicitur, extenditur ad poſthumos §. 2.
& ad captivos poſtliminio redeuntes §. 3. & ſeq.
ad eos, qvi ſine emancipatione ſui juris facti v.
gr. per dignitatem §. 6. qvæ omnia plana. Sed in
6 §. *pen.* dicitur, deportato filio, nepotem ex eo
contra avi teſtamentum bonorum poſſesſionem
petere poſſe; qvia deportatus pro mortuo habe-
tur. *Ricc. collect. dec. 722. Cujac. ad h. tit p. 1121.* &
deportatus ipſe poteſt, ſi reſtituatur.

## ad L. Non tantum. 3. §. 5.

### SUMMARIA.

*Exheredatio patris emancipati non nocet filio bonorum poſſeſſionem contra tabb. avi petenti. n. 1.*
*Jure ſſorum liberos, contra voluntatem parentum nuptias contrahentes, juſtè exheredari poſſe colligitur. 2.*
*An de J. Canon. ob hanc cauſam liberis alimenta denegari poſſint, remiſſivè. 3.*
*Filio tempore delatæ ſucceſſionis habili exiſtente, poſt inhabili reddito, inſpicitur qualitas & tempus exiſtentis agnitionis paternorum bonorum. 4.*
*Statutum, filia dotata ſucceſſionem paternorum bonorum adimens, extenditur ad filiam poſtea dotatam. 5.*

1 NEpos poteſt venire contra teſtamentum
avi, & bonorum poſſesſionem petere con-
tra tabb. licet pater emancipatus juſte potuerit
exhæredari. Nec enim minus conſideranda me-
rita nepotis, qvàm filii demerita; & ſic etiam e-
mancipati exhæredari poſſunt ad id, ut excluda-
tur bonorum poſſeſſio. *Vaſq. qv. illuſtr. 100. n. 10.
& ſeq. & in L. Si qvis. §. legis. num. 6. & ſeqq. de
inoff. teſt. Cujac. l. 3. obſ. 5.*
2 Ex hoc §. 5. probari poſſe videtur, ſi liberi nu-
ptias contra voluntatem parentum contrahant,
qvod juſte exheredari posſint: ſed Jure novo id
negatur *per Nov. 115. c. 3. §. 11.* ubi vita luxurioſa
expreſſa. *Zæſ. ad tit. de Libb. & Poſth. num. 15. &
ibi Dn. Struv. th. 34. Carpzov. l. 2. Juriſpr. Eccl.
def. 54.* conf. *Surd. de Alim. tit. 1. qv. 6. num. 12.*
Ubi agit, & alimenta ob eam cauſam negari poſ-
ſint Jure Can.
3 Ex §. 6. cujus ſpecies plana, colligunt Dd. ſi fi-
lius tempore delatæ ſuccesſionis erat habilis, ſi
4 reddatur poſtea inhabilis propter qvalitatem ſu-
pervenientem, qvæ producit inhabilitatem, &
impedit acqviſitionem, qvod attendatur qvali-
tas & tempus exiſtentis agnitionis paternorum
5 bonorum. *juncta l. fin. C. unde liberi:* Ex qvo infe-
runt, ſi per ſtatutum filia dotata patri non ſucce-
dat, qvod tunc etiam filia poſtea dotata non ſuc-
cedat. *Romanus conſ. 442.* qvem refert *Rol. à Valle
vol. 4. conſ. 96. n. 4. & ſeq.* qvi limitat *n. 26* niſi qva-
litas ſuperveniat facto tertii.

## Ad L. Illud notandum. 4. §. 2.

### SUMMARIA.

*Liberis à matre vel avia præteritis qværela conceditur, non bonorum poſſeſſio. n. 1.*
*Qvid de jure novo & conſvetudine obtineat. 2.*

Liberi à matre vel avia præteriti non habent 1
bonorum poſſeſſionem, ſed tantum qvere-
lam, qvia habentur pro exhæredatis; ſed jure no-
vo & de conſvetudine nullum eſt teſtamentum,
& ſic ab inteſtato bonorum poſſeſſio peti poteſt. 2
*vid. Molina de J. & Jure tr. 2. d. 175. n. 4.*

## ad L. Non putavit. 8. pr.

### SUMMARIA.

*Exheredatis purè non datur bonorum poſſeſſio contra tabb. n. 1.*
*Filius ſua manu ſe exheredem ſcribens non poteſt impugnare teſtamentum patris. 2.*
*Filius conſentiens exheredationi vel præteritioni excluditur ab hereditate parentum. 3.*
*An hic conſenſus inducat pactum de non ſuccedendo. 4*
*Qvomodo hoc procedat de jure novō. 5.*
*Qvid ſi metu ſe adactum conſenſiſſe, dicat & probet filius. 6.*

Rite exhæredatis i. e. pure *l. 18. h. t.* & nomi- 1
natim, & ab omnibus gradibus, non datur
bonorum poſſeſſio contra Tabb. ſed qverela.
*Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 25. th. 3. lit. A.* Non autem
qvævis exhæredatio, ſed ea qvæ ritè facta eſt, à pe-
titione bonorum poſſeſſionis contra tabulas ex-
cludit; adeoqve multo minus ſufficiet ſola cau-
ſæ veritas, ſed tantum a teſtatore ritè declarata
voluntas ſpectatur. §. *2. h. l.* Qvod ſi patre dictitan- 2
te teſtamentum filius ſe ſcripſit exhæredem, te-
ſtamentum valet; nec poteſt revocari §. *6. h. l.*
Unde colligunt Dd. ſi filius conſentiat, ut pater 3
vel mater eum prætereant, vel exhæredent, tale
teſtamentum valere, *Gomez. l. 1. Reſol. c. 10. n. 14.
Boer. dec. 14. n. 7. & ſeq. Clarus §. teſtam. qv. 43.
Molina de J. & J. tr. 2. diſp. 175. n. 24. Peregr. conſ.
40. n. 11. lib. 1.* Sed videtur ita pactum de non ſuc-
cedendo valere: Sed reſpondet *Zuchardus in* 4
*rep. l. Poſthumo. C. h. t. num. 101.* qvod iſta excluſio
nō valeat vigore conventionis, ſed exhæredatio-
nis paternæ, cujus cauſam filius ſcribendo pro-
bavit, ut poſtea probationem ejus ab hærede pe-
tere non poſſit. Unde dicerem, filium directo 5
non poſſe ſuccesſioni paternæ renunciare; ſed
per indirectum, ſi fateatur cauſam exhæredatio-
nis in facto. Unde jure novo §. *hic* non aliter
procederet, niſi qvando ritè facta exhæredatio,
& cauſa ejus ſcripta. Verùm, qvid ſi filius me-
tum alleget & probet; Reſp. omninò audien-
dum filium eſſe, putarem.

ad

## ad L. Si poſt mortem. 10. §. 4.

*SUMMARIA.*

*QVi liberi dicuntur, qverelam movere non poſſe, nec partem facere in ſucceſſione ab inteſtato. n. 1.*

*Liberi exheredati non minuunt legitimam fratrem, qvod multis probatur. 2.*

*An augeant. 3. 5.*

*Qvid ſi filia renunciet ſucceſſioni paterna, vel per ſtatutum excluſa. 4. 6.*

*Poſſeſſio fratri beneficio prateriti competens non tollitur, ſi prateritus non petat. 7.*

1 LIberi qvi qverelam movere non poſſunt, nec
partem faciunt in ſucceſſione ab inteſtato:
qvod de liberis in adoptionem datis intelligit
*Cujac. tom. 2.* ſed *Accurſ.* & Dd. de exheredatis
2 etiam intelligunt. Hinc regula: liberi exhæredati
partem non faciunt; & ſic ex *h. l.* probari ſolet,
filium exhæredatum non facere partem in numero
liberorum ad minuendam legitimam v. g.
Si qvatuor liberi ſint, qvorum unus exhæredatus,
cæteros tres integrum habere trientem pro
legitima. *Gail. l. 2. obſ. 122. in fin. Fab. l. 4. C. 31.
Carpzov. p. 3. Juriſpr. conſt. 1. def. 12. Barry de
Succeſſ. l. 16. tit. 2. n. 5. & qvos allegat ac ſeqvitur
Manz. de Teſtam. tit. 12. qv. 4. n. 3. & 4.* qvæ ſententia
etiam ex eo probata, qvod juſte exhæredatus
pro mortuo habeatur. *§. 3. Inſt. de Succeſſ.
libert.* & portio filii ingrati exheredati grato ac-
3 creſcit. *Nov. 22. c. 1.* Nec etiam exhæredatus augebit
legitimam fratrum; nam ſi qvintus frater
exhæredatus, reliqvorum tamen legitima eſt
triens, non ſemis. *Carpz. d. conſt. 10. def. 13. Manz.
4 d. qv. 4. n. 15.* Sed qvid in filia renunciante ſucceſſioni
paternæ vel maternæ? Reſp. qvia hodie
tales renunciationes fieri ſolent in gratiam fra-
5 trum; ideo æqvior ſententia, portionem ſororis
qvæ renunciavit, fratribus accreſcere. *Manz. d. l.
n. 33.* licet diſſentire videatur *Carpz. d. c. 10. d. 4.*
Qvod etiam repudiatio unius ex qvinqve filiis faciat
accreſcere portionem eam fratribus, & ſic in
cauſa ſit, ut ſemis ſit legitima fratrum, tradit
6 *Carpz. d. l. def. ult.* Si autem filia per ſtatutum
excluſa, tunc qvia illud reſpicit favorem fratrum,
portio ſororis accreſcit fratribus. *Manz. d.
l. n. 41.*

7 Qvi propter alterius perſonam habet bonorum
poſſeſſionem contra tabb. ut frater præteriti
fratris, licet hic non petat, ille tamen bonorum
poſſeſſionem contra tabb. petere poteſt; qvia, uno ex liberis præterito, Jus contra tabulandi reliqvis ſtatim qvæſitum eſt: qvod Jus ipſis per factum præteriti, dum teſtamentum approbat, adimi neqvit. *Carpz. p. 3. c. 10. d. 3. Zuch. in rep. L. Poſthumo C. h. t. n. 39. Gozadinus in rep. L. Qvi ſe patris C. Unde liberi n. 254. Rimin. in d. l. Poſthumo. n. 378. v. d. not. ad L. Ariſto. 3. ff. Qvæ res pign. & Dynum ac Dd. in regula 67. d. de R. J. lib. 6.*

## ad L. Si duobus. 12. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*SEcundum teſtamentum imperfectum, in qvo prateritus filius, & heredes ſcripti, alias ab inteſtato futuri, rumpit prius.*

PEr ſecundum teſtamentum imperfectum, ſi in eo filius eſt præteritus, & in eo ſcripti ſunt hæredes ab inteſtato alias futuri, rumpitur prius. Et hunc ſenſum refert *Petrus Stella in rep. hujus §. n. 11. vol. 4.* licet varie diſputet *n. 22. 50. 53. 55. & 61.* conferri etiam poteſt *Raph. Cumanus in rep. L. Si filius. ff. de libb. & poſthum. num. 46. vol. 3. Zuchard. in rep. d. leg. Poſthumo. num. 105. vol. 8. conf. Ant. Faber. lib. 1. conject. c. 19. p. 22.*

## ad L. Si duobus filiis. 14.

*SUMMARIUM.*

*INſtituto filio adeunti non datur bonorum poſſeſſio intuitu prateriti.*

SUpra dictum eſt, inſtitutum filium poſſe petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas, beneficio fratris præteriti, qvod hic limitatur: niſi ipſe adierit, & ita judicium patris approbaverit, & ſic ſibi præjudicat, ſi forte majorem portionem per bon. poſſ. accipere potuerit. *vid. Cujac. ad l. 4. qv. Africani, qvi tract. iſt in vol. 2. pag. mihi 1924.*

## ad L. Sed ſub conditione. 18.

*SUMMARIA.*

*SUb conditione exheredato datur bonorum poſſeſſio. n. 1.*

*Bonorum poſſeſſionem habens privatur legato & donatione mortis cauſa. 2.*

ANtea dictum eſt, exhæredatum non petere 1
bon. poſſ. qvod ſupra etiam limitatum, ſirite exhæredatus, cujus hic exemplum; qvi conditionaliter exhæredatus, qvod fieri debuiſſet pure. Et notetur, qvod petens bon. poſſ. nec legatum 2
nec donationem mortis cauſa petere poſſit, licet hæc in teſtamento illo non ſit relicta; de qvo alibi.

## ad L. Penult.

*SUMMARIUM.*

*Exheredatio qvatenus extingvat Jus ſuitatis.*

EX *Lege pen.* notari poteſt, licet mortuo patre, qvi filium exhæredavit rite, Jus ſuitatis extinguatur; hoc tamen intelligendum, ſi ex eo adita ſit hæreditas, & ita teſtamentum ſortiatur effectum; ſecus, ſi qvoqvo modo infirmetur, & ita etiam per bonorum poſſeſſionem. Exheredatio etiam non adita hæreditate ex teſtamento non extingvit ſuitatem. *vid. Hillig. l. 7. c. 2. lit. C.* ubi plures Dd. refert.

## Titulus V.

# De Legatis præſtandis contra Tabb. bon. poſſeſſ. petitâ.

### Ad L. Hic titulus. 1.

*SUMMARIA.*

*QVibus perſonis legata præſtanda petitâ contra tabb. poſſeſſione. n. 1.*
*Qvid Jure noviſſimo obtineat. 2. & 3.*

1 BOnorum poſſeſſione contra tabb. petita
legata omnia intercidebant; ſed exæqvi-
tate Prætoris certæ perſonæ exceptæ, qvi-
bus legata ſolvi debent i.e. liberis & paren-
tibus & uxori nuruiqve, cui dos legata; ſed
2 hodiè ex *Auth. ex cauſa C. de Liber. præter.* ſi te-
ſtamento liberi præteriti, legata indiſtinctè de-
bentur, ſed ſi exhæredati ſint liberi ex cauſa ju-
ſta, qvæ probari non poſſit, videtur adhuc huic
edicto locus. *Bach. ad Tr. d. th. 3. lit. E.* Sed ſim-
3 plicior præferenda eſt ſententia, indiſtinctè
hunc titulum evanuiſſe, per conſtitutionem Ju-
ſtin. Nam abſurdum videtur in teſtamento nullo
conſervari legata, & in teſtamento valido ea
corruere, qvæ ſententia Weſenbecio *hic* &
Treutlero placuit, & Grœnvvegen ad *h. t.* &
qvos citat.

### ad L. Sed & ſi. 3. §. 1.

*SUMMARIA.*

*EDictum hoc ad collaterales non pertinet. n. 1.*
*Authent.* Res qvæ. C. Comm. de leg. *in transverſalibus locum non habere colligitur. 2.*
*An frater fideicommiſſo gravatus ad ſororem dotandam compelli poſſit. 3. 4.*

1 LIberis & parentibus proſpexit Prætor in hoc
2 edicto; non verò fratribus & ſororibus. Un-
de probare ſolent Dd. communiter Authenti-
3 cam *Res qvæ C. Communia de Legatis.* in liberis
tantum, non in transverſalibus locum habere, &
ad ſororem dotandam fratrem fideicommiſſo
gravatum, non poſſe compelli: qvam ſenten-
tiam communem eſſe fatetur *Franc. de Clapper.
cauſa 2. qv. 4. n. 1.* licet poſtea eam oppugnet,
ſed eam communem eſſe tradit qvoqve *Peregri-
nus de Fideicom. art. 42. num. 40. Johan. Petr.
Surdus de Alim. tit. 1. qv. 27. num. 6. & plurimos
referens Vincent. Fuſar. de Subſt. qv. 531. num. 95.*
ubi tamen in meo exemplari eſt vitium typo-
graphicum, qvia particula NON omiſſa eſt,
4 qvam addendam eſſe ex allegaris patet. Sed
*Menoch. l. 4. præſ. 89. n. 41.* limitat, niſi ſoror nu-
ptura eſſet pauper, & aliter maritum reperire
nonpoſſit, qvod forte non eſt iniqvum, ita ferè
accedit ſententiæ Clapperii.

### ad L. Salvius. 6.

*SUMMARIA.*

*Edictum hoc qvomodo temperetur.*

EDictum hoc ita temperatur, ne perſona, cui portio hæreditaria & legatum relictum eſt, plus conſeqvatur, qvam conſeqvitur filius præteritus. *Vid. Cujac. ad h. l. tom. 1. p. 2029. & tom. 2. p. 1150.* Qvod ad decretalem bonorum poſſeſſionem refert *Menoch. rem. 1. Adip. poſſ. n. 24. & Bulgarius in rep. L. Donorum. C. qvi admitti. n. 41. vol. 8.*

### ad L. Nonnunqvam. 14.

*SUMMARIUM.*

*ALtero præterito, altero inſtituto, an ſi præteritus omittat, inſtitutus petens legata præſtare teneatur.*

SI filius unus ſcriptus hæres, & alter præteritus, ſi ille bonorum poſſeſſionem petat contra tabb. & hic omittat, ille tenetur etiam extraneis legata præſtare; qvia fingitur qvaſi ſecundum tabb bonor. poſſ petiiſſet cum occaſio emancipati præteriti lucro afficere inſtitutum non debeat. *Cujac. ad h. l. tom. 2. p. 1155. Zuchard. in rep. L. Poſthumo C. de Bonor. poſſ. contra tabb. n. 41. & ad eandem. L. Rimin. n. 697. & ſeq.*

### ad L. Is qvi. §. fin.

*SUMMARIUM.*

*COnditio dandi impletur in petente b. p. non inſtituto.*

HÆc conditio, *ſi hæredi decem dederit.* impletur, ſi ei, qvi bonor. poſſ. contra tabb. petiit, dederit; non ſi inſtituto, qvia ille onera hæredis ſuſtinet, & ſic merito etiam commodis fruatur. *Mant. de conj. ult. vol. l. 11. t. 17. n. 17.*

### ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

*REllicta ſub certâ qvalitate debentur, ſi adſit qvalitas tempore mortis.*

QVando aliqvis ſub certa qvalitate vocatur ad hæreditatem vel legatum, & eam qvalitatem habet tempore mortis, qvo cedit legatum, ſufficit hoc; licet non habeat tempore teſtamenti. *Rimin. vol. 2. obſ. 222. n. 84. & vol. 5. conſ. 564. n. 34. Menoch. conſ. 106. n. 2. & ſeqv.*

TITU-

# TITULUS VI.

# De Collatione.

## Ad L. Hic Titulus. 1.

### *SUMMARIA.*

*Ratio hujus collationis. n. 1.*
*Emancipatus in qvantum conferat. 3.*
*Collatio qvando locum habeat. 4. 10.*
*An jure repræſentationis ſuccedens defuncto patruo teneatur conferre, qvod pater defuncto debuit. 5.*
*Negantium ſubtilis diſtinctio improbatur, probatâ affirmativâ multis fundamentis. 6.*
*Collationi ſnbjecta in legitimam imputantur. 7.*
*Nepotes cum patruis ſuccedentes avo accepta patris conferre tenentur. 8.*
*Secus, ſi cum aliis nepotibus. 9.*
*Collationis forma in qvibus conſiſtat. 11.*
*Collatione reali non opus eſt, qvamdiu lis pendet ſuper cautione. 12.*
*Cautio hic qvomodo fiat. 13.*
*Qvid juris, ſi cautio præſtari non poſſit. 14.*
*Si non conſtet, qvid qvilibet liberorum à parentibus acceperit, indicare tenetur juramento. 15.*
*An extendendum hoc ad nepotes. 16.*
*Caſtrenſia & qvaſi caſtrenſia, & hinc feuda, non conferuntur. 17.*
*Nec ſumtus ſtudiorum. 18.*
*Nec adventitia. 19.*
*An conferendum lucrum, qvod filius ſuo labore ex re patris acqviſivit. 20.*
*Qvæ conferenda ab uxore, marito in portione ſtatutaria ſuccedente. 21.*
*In Marchiâ vidua nobilis præcipuum qvid habet 22.*
*Non conferre tenentur liberi* das Paten-Geld. *23.*
*Nec, qvæ pater præcipua reliqvit. 24.*
*Nec ſumptus, qvos pater impendit ratione dignitatis acqvirendæ. 25.*
*Idem in expenſis in peregrinationem utilis factis. 26.*
*Actiones jam natæ conferuntur. 27.*
*Qvæ non transferuntur in heredem, non conferri colligitur. 28.*
*Etiam patrem vivum non teneri liberis legitimam præſtare. 29.*
*Exceptio remiſſivè. 30.*
*Patris ſpecificationi de acceptis à liberis credendum. num. 31.*
*Spes ſuccedendi non liberat à cautione præſtanda. 32.*
*Exempla. 33.*
*Conſumta qvatenus conferenda. 24.*
*Expenſæ nuptiales an conferendæ. 35.*
*Liberi emancipati ſuis tantum, non ſibi invicem conferunt. 36.*
*Qvid hodie obtineat. 37.*

Poſtqvam Prætor introduxerat, ut emanci- 1
pati liberi cum ſuis concurrentes ad bo-
norum poſſeſſionem vocarentur, qvia filii
ſui duplici injuria videntur affecti. 1. qvod
emancipati partem bonorum paternorum acci-
perent, & 2. qvod eorum etiam participes fierent
emancipati, qvæ per filiosfam. patri erant qvæſi-
ta, ideò Prætor injunxit emancipatis, ut ſua etiam
conferrent bona. *Stcbard. ad Rubr. C. h. tit. Bach.*
*in Tr. diſp. 17. th. 1. lit F.* Et hoc extenditur §. 2. 2
ſive jure communi petatur bonorum poſſeſſio,
ſive ex jure ſpeciali per reſtitutionem in inte-
grum. In qvantum emancipatus qvis alteri au- 3
fert, in tantum tenetur conferre v. g. filius ſuus
hæres eſt inſtitutus ex dodrãte, extraneus ex qva-
drante, emancipatus autem eſt præteritus uter-
qve filius petit bonorum poſſeſſionem contra
tabb. Hoc caſu extraneus repellitur, reſciſſo te-
ſtamento. ſed emancipatus hoc caſu fratri auſert
qvadrantem. Et ſic tantum habet ſemiſſem, fra-
triqꝫ tantum confert qvadrantem bonorum ſuo-
rum *per §. 3. h. l. vid. Cujac. tom. 2. adh. t. p. 1162.*
Toties autem collatio locum habet, qvoties ali- 4
qvo incommodo afficitur is, qvi collationem
petit interventu ejus, qvi vult cum eo ſuccedere,
& à qvo collatio petitur *§. 4 h. l. Berlich. p. 2. dec.*
*2. dec. 247. n. 19.* Unde qværitur, ſi Titius jure re- 5
præſentationis cum patruo & amita defuncto
avo ſuccedat, an teneatur conferre, qvod pa-
ter ejus debuit defuncto v. gr. ſi defunctus pro
Titio, ut fidejuſſor, qvid ſolvit? Negat *Ant. Faber.*
*in Cod. l. 2. tit. 3. d. 1. n. 4.* qvem ſeqvitur *Carpz.*
*p. 3. C. 11. def. 33. & p. 2. dec. 165.* & faciunt ſubti-
lem diſtinctionem, cum dicunt, gradum patris
repræſentari, non perſonam; ſed in contrarium
facit 1. regula ex h. §. 4. ſumpta, & 2. qvod illa 6
diſtinctio à ſimplicitate novæ legis aliena; certè
nunqvam probata 3. iniqvum videtur, ut morte
patris durior efficiatur patrui & amitæ conditio;
& 4. ut Titius plus accipiat, qvàm pater ejus ac-
ceperat: & hæc videtur ſententia receptior,
qvam Fabri ſubtilitas. *Berlich. d. l. num. 12.*
Hanc ſententiam ſeqvimur cum *Heigio p. 1. q. 24.*
& *Berlich. d. l. & dec. 248. num. 8.* & pro hac
ſententia reſponſum in Facultate noſtra d. 21.
Octobr. Anno 1645. & Anno 1646. d. 5. Febr.
Et ſi etiam qvicqvid confertur, in legitimam 7
computandum eſt. Unde, ſi avus inſtituit cum fi-
lio neptem in legitima; ita tamen ut neptis con-
ferat à patre accepta, ea etiam in legitimam com-
putare tenetur. *Berlich. d. dec. 247. num. 26. &*
*ſeqq.* Sane ſi nepotes cum patruis vel avunculis 8
avo ſuccedant, licet hæredes patris non ſint,

conferre tamen tenentur, qvæ pater accepit; ſe-
9 cus, ſi cum aliis nepotibus ſuccedant. *Carpz. p. 3. conſt. 11. def. 33. & ſeq.*

10 Ad §. 5, Ubi non eſt incommodo affectus filius ſuus, ibi non habet locum collatio: qvod exemplo declarat *Joh. à Samde. l. 4. tit. 10. def. 1.* Mater Titium in legitima hæredem inſtituit, filios autem ejus & alterius filii Sempronii prædefuncti liberos inſtituit in cæteris bonis: ſed qvia Sempronius donationem propter nuptias acceperat, petebant Titii liberi collationem, qvod negatum; qvia nepotes vivente patre extraneorum loco habentur, & iis per donationem iſtam
11 nihil eſt ademptum. Collationis forma conſiſtit vel in ipſo actu conferendi, vel in cautione præſtanda, vel utroqve modo: ipſo facto, qvando bona miſcentur hæreditati vel realiter, vel per Remiſſionem, vel per Retentionem, vel per Compenſationem §. *qvamvis. 11. & ſeq. h. tit.*
12 Non autem collatione reali opus, qvamdiu lis pendet ſuper cautione; ſed interim tantum ad cautionem tenetur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 86.* Cautio
13 autem fit per fide juſſores vel pignora. Si non
14 poſſunt cavere, portiones eorum curatori dantur, donec conferantur *§. 10. h. t. Cujac. t. 2. p. 1166.*
15 *Fach. l. 5. Controv. c. 80. concl. 14.* Receptum vero hodie, ſi ignoretur, qvid qvilibet liberorum à parentibus receperit, ut id juramento indicare teneatur, ut ex *Coshmanno* refert *Dn. Mev. p. 4.*
16 *dec. 232.* Ubi excipit nepotes, qvi à parentibus accepta probaliter ignorant: poſſet tamen talis nepos ſuam conſcientiam aperire, qvatenus aliqvam notitiam habet: Conferre tamen tenentur, qvæ pater accepit; ſecus ſi cum aliis nepotibus ſuccedant. *Carpzov. p. 3. c. 11. def. 33. & ſeq.*
17 Caſtrenſia & qvaſi caſtrenſia bona non conferuntur. *§. 15. h. l. & l. ult. C. h. t.* & ideo nec feuda. *Brunner intr. de collat. c. 4. n. 41. & ſeq. Schrad. de*
18 *Feud. t. 7. c. 6. n. 9. Fachin. l. 7. contr. t. 77.* Nec ſumtus ſtudiorum utiliter impenſi. *l. 50. ff. Fam. hercisc. Hartm. Piſt. p. 1. qv. 19.* Imo nec adventi-
19 tia conferuntur *l. pen. C. h. t. c. 6. C. de bon. qvæ liber. Sichard. in Rubr. C. h. t. n. 13. Vaſqv. de Suceſſ. reſol. §. 19. & 20. Fachin. l. 5. c. 85. & l. 6.*
20 *c. 65. Barry de Succeſſ. l. 4. tit. 3. n. 1.* Et ſic nec lucrum, qvod ex re patris filius ſuo labore acqviſivit, ſcil. qvatenus labor æſtimatur, de qvo vid. *Bach. v. 2. d. 17. th. 6. lit. A. Fachin. l. 5. c. 83. Vaſq. d. l. n. 46. Barry n. 4. Zæſ. num. 44. Wiſſenb. th. 11.* Æqvior tamen videtur opinio *Bartoli*, qvod pars dimidia conferenda, ut pars occaſione pecuniæ, pars vero induſtria filii qvæſita videatur. *Fachin. l. 5. qv. 83. concl. 19. Ruland de commiſſ. p. 4. lib. 5. c. 14. in fin. Bart. in hoc §. Nemauſenſis de collat. q. 27. & qvos refert Dn. Struv. ad h. t. th. 32. Zæſ. ad d. t. n. 44.* Et hanc ſententiam majori ſcribentium calculo & authoritatibus fultam teſtatur *Franc. de Clapp. p. 2. dec. cauſa. 92. q. un. n. 2.* licet in facto ab eo recenſito pro pâtre contra Fiſcum judicatum referat. Hæc ita de collatione libero-
rum. Sed aliud eſt in collatione facienda ab uxo- 21
re, marito in portione ſtatutaria, ſcilicet tertia, vel (ut apud nos) dimidia ſucceſſura; nam hæc non tantum conferre debet, & in Inventarium redigere illata; ſed etiam donata in nuptiis, in feſto natalitio, & qvicqvid aliunde acqviſivit ex hæreditate, vel alio titulo; qvia hæc dimidia eſt portio, non bonorum mariti; ſed omnium bonorum, marito & uxori, ut ita loqvar, communium. Ergo omnia ſua bona conferet, undecunq; qvæſita. *vid. Moller. & Carpzov. ad conſt. 20. patris 3. Hartm. Piſt. obſ. 24. Schepliz ad Conſv. Marcb. p. 3. tit. 2. §. 14. & tit. 3. §. 13.* & ita pronunciatum
menſe Januario 1668. Vidua nobilis aliqvid præ- 22
cipuum apud nos habet. *vid. Kobl de Conſt. Marcb.*
*qv. 9. n. 13.* Sed decidi poteſt ex hoc §. etiam illa 23
qvæſtio; an liberi patri ſucceſſuri dona ſua Baptiſmalia, Paten-Geld/ conferre debeant? Reſp. qvod non, qvia non acceperunt à patre, & ſunt potius peculii caſtrenſis, ad bellum ſacrum collati. Remanent ergò ſola profectitia, qvæ ſcilicet non ſunt caſtrenſia vel qvaſi caſtrenſia. Sed & qvæ pater noluit conferri, non conferuntur, ut qvæ
pater uni præcipua (zum voraus/) legat. *Dn. Mev.* 24
*p. 1. dec. 84.* Qvæ in dignitatem filii collata, non 25
conferuntur, qvia ſpectant hæc ad honorem patris, & tempore mortis non extant, & filius fert onera, *§. 16. h. l. Carpz. p. 3. c. 11. def. 17. Schepliz p. 3.*
*conſvet. Marcb. tit. 3. n. 19. Barry. lib. 14 tit. 4.* Idem 26
in expenſis pro Notariatu vel in peregrinatio-
nem utiliter factis. *Carpz. d. l. def. 18.* Actio, qvæ 27
jam nata eſt, conferenda eſt. *§. 21. h. leg.* Inde re-
gulam colligunt 1. qvæ non transferuntur in 28
hæredem, non conferuntur. 2. Patrem vivum 29
non teneri aſſignare liberis legitimam. *Ricc. coll. dec. 665.* & ſpes ſuccedendi in filio vivente patre nimis eſt præmatura. *Benincaſius in §. Omnium*
*inſt. de Act. n. 227. Dn. Richter ad Auth. Noviſſima* 30
*C. de inoff. teſt. n. 67.* Ubi exceptionem habet. Conf. tamen *Tiraqv. de Jure Primog. qv. 40. n. 220.*
Patris ſpecificationi de acceptis à liberis omni- 31
no credendum puto. *Conf. Dn. Mev. p. 4. dec. 233.*
Colligunt etiam ex hoc §. ſpem ſucedendi non 32
liberare à cautione præſtanda, ita nec ſimultaneam inveſtituram liberare *Carpz. p. 1. t. 5. d. 12.* Sic
nec filius immunis eſt, cujus pater immobilia 33
poſſidet *Carpz. d. l. def. 13.* Conſumta non ſunt
conferenda, niſi dolo malo conſumta. *§. 23. Petr.* 34
*Gregor. l. 46. Syntagm. c. 8. n. 22.* & ſic fructus etiam conſumpti conferendi ſunt; niſi percepti ſint à tempore moræ. *Fr. Barry de Succ. l. 14. tit. 3. n. 8.*
*Valaſcus in praxi partit. c. 13. num. 14.* Nec expen- 35
ſæ nuptiales, niſi in dotem fuerint imputatæ; vel niſi pater ob finem collationis peculiariter con-
ſignaverit. *Carpz. d. c. 11. def. 23.* Emancipati libe- 36
ri ſibi invicem non conferunt; ſed tantum ſuis. *§. ult. h. l.* Qvod etiam hodie mutatum non eſſe putant multi. *vid. Brunner. d. tr. c. 3. num. 40. Fach. l. 5.*

Digitized by Google

*l. 5. Controv. concl. 77.* Sed verius eſt contrarium *per Nov. 18. c. 6. W. ſſ. tb. 4.*

## ad L. Cum emancipati. 2.

### *SUMMARIA.*

*COnſumta ſine culpa filii non conferuntur. n. 1.*
*An munera nuptialia conſumta non conferenda rectè ex* h. l. *colligatur. 2.*
*Expenſæ nuptiales non conferuntur. 3.*
*Sorores nondum elocatas tantundem petere non poſſe, qvantum primogenita accepit, colligitur. 4.*
*Qvod limitatur. 5.*
*Actio injuriarum non confertur. 6.*
*Sed actio furti. 7.*
*In pœnam delicti à patre expoſita an conferenda. 8.*

1 EA qvæ non extant, ſed poſt mortem patris
conſumpta ſine culpa filii, non conferuntur.
*Conſ. qvos refert Coll. Arg de Collat. Bon. th. 8. n. 14.*
*Petr. Greg. 46. c. 8. n. 22. Fr. Barry de Succeſſ. lib. 14.*
2 *tit. 3. n. 7.* Hinc colligit *Finckelth. obſ. 65. n. 9.*
Munera nuptialia conferri non deberi, ſi con-
ſumpta, nec viduam conſumptorum nuptiali-
um donorum æſtimationem petere poſſe: ſed
diſſentit meritò *Carpz. p. 3. c. 22. def. 6.* qvia dimi-
dia portio munerum horum ad uxorem ſpe-
ctat; & reſpondet ad hunc textum *Carpzovius*,
eum loqvi de collatione; in illa qvæſtione, de
donis nuptialibus, agi de reſtitutione. Sed nec
ſi de collatione hic ageremus, textus hic pro *Fin-
ckelthuſio* qvicqvam faceret. Nam qvia munera
nuptialia non ſine culpa ſeu facto ejus conſum-
pta, ſed potius ipſius voluntate & in ſuum com-
modum, ideoqve collatio non injuſte petitur. Ex
3 hoc §. etiam decidi poteſt illa qvæſtio: an expen-
ſæ in convivium nuptiale factæ conferendæ?
Qvod communiter negatur, ut ante dictum.
*Dn. Richter ad Auth. Ex Teſtamento C. h. t. num. 7.*
Et ita ſæpius reſponſum in Facultate noſtra, qvia
nihil ad filiam pervenit, non amplius extant,
4 pater in proprium honorem impendit: hinc ſe-
qvitur, ſorores nondum elocatas non poſſe tan-
tundum petere, qvantum accepit primogenita.
*Bruner de Collat. c. 4. n. 827. Coler. p. 1. dec. 62. n. 30.*
5 *Carpz. p. 3. c. 11. def. 21.* Sed hoc limitatur: niſi
contraria voluntas patris appareat ſaltem ex
conjecturis, ut ſi expenſas annotaverit; ex qvo
facilius hoc præſumitur, dum æqviparatio libe-
rorum æqvitati conformior. *Finckelth. obſ. 66.*
Nec vidua repetere poteſt expenſas nuptiales.
6 *Carpz. p. 3. conſt. 20. def. 36.* Injuriarum actio non
debet conferri §. 4. *d. l. 2.* qvia non eſt in bonis
noſtris, & potius ad vindictam, qvam ad perſecu-
tionem rei noſtræ tendit. *Jaſon in l. Si eum. 10. §.
Qvi injuriarum n. 4. ff. Si qvis caution. Aſcanius
Clementinus in tr. de patr. poteſt. c. 6. effect. 8. n. 9.*
7 *Johan à Sande in tr. de ceſſion. act. c. 5. num. 11.* Sed
8 actio furti confertur. Sed qværitur, ſi filius ob de-
lictum condemnatus ad perpetuum carcerem,
vel relegationem, vel mulctam, & pater pro filio
ſolvat, an filius hoc ſolutum pro ſuo delicto con-
ferre teneatur? Negat *Carpz. p. 3. c. 11. def. 25.* Sed
qvi pater non ex mera liberalitate dat, ſed affe-
ctu paterno urgente, filiusqve in culpa eſt, ini-
qvum mihi viſum, ſi filius hoc non conferre tene-
retur. Nec obſtat, qvod illa pœna ſit conſum-
pta; reſp. enim, id factum eſſe culpa filii.

## ad L. Si qvis filium. 5. §. 1.

COllationi bonorum ineſt tempus boni viri arbitrio definiendum, qvod de omni reſtitutione facienda affirmat ex hoc textu *Covar. in relect. ad c. Peccatum. p. 2. n. 1.*

## ad L. Dotem. 6.

### *SUMMARIA.*

*DOs data nepti ab avo in dubio contemplatione filii data cenſetur. n. 1.*
*Senſus* l. 70. de jur dot. 2.
*Dos data à patruo contemplatione ſangvinis, non fratris, data cenſetur. 3.*
*Reſpondetur ad* l. 10. §. 6. de vulg. & pup.

QVando ſumus in dubio, & nullæ extant con- 1
jecturæ, ex qvibus colligi poſſit, an intuitu
neptis avus ipſi dotem dederit, præſumitur dos
intuitu filii data nepti *Menoch. l. 3. præſ. 17. n.
18. Carpz. p. 3. c. 11. de ult.* ideoqve *lex. 79 de jur.* 2
*Dot.* de eo caſu, ubi contrarium apparet, intelli-
genda eſt. *Vid. Cujac. tom. 2. p. 1175. Conſ. in rep.
L. Frater à fratre. de condict. indeb. n. 112. & ſeq.
Garcias in repet. L. Gallus §. qvidam de Liber. &
Poſth. n. 41 Menoch conſ. 183. n. 25.* Sed ſi dos à pa- 3
truo vel amita data, non præſumitur intuitu fra-
tris data, ſed potius ſangvinis. Nec obſt. *l. 10. §. 6.
de vulg. & pupill.* Nam hæc de arrogato loqvitur, 4
cui cum amicis arrogantis extra cauſam arroga-
tionis nulla eſt cognatio. *Carpzovius p. 3. c. 11.
def. ult.*

## ad L. Nonnunqvam. 8.

### *SUMMARIA.*

*FIlius cavere nolens, poſt pœnitentiâ ductus cautionis præſtationem promittens, an adhuc admittendus ad bonorum poſſeſſionem num. 1.*
*Variationem aliqvando licitam eſſe colligitur 2. 5.*
*Exemplum. 3.*
*Etiam in contractibus. 4.*

FIlius ab initio dixerat, ſe nolle cavere, & 1
ita excidit commodo bonorum poſſeſſionis,
& translata poſſeſſio in fratres poſtea pœniten-
tia ductus vult cavere & petit, ut ſibi liceat exeqvi
beneficium bonorum poſſeſſionis contra tabb.
Non videtur qvidem ſummo jure admittendus

eſſe; ſed hic dicitur, eum eſſe admittendum, eò,
qvod de bonis paternis inter fratres diſceptetur,
ubi ſummum jus poſtponendum æqvitati; & res
ſit in integro, nec alterius jus factum ſit deterius.
2 *Cujac. ad h. com. 4. p. 71.* Unde colligunt, varia-
tionem aliqvando admitti, & ſapientis eſſe mu-
tare conſilium in melius. *Scacc. tr. de Appell. qv. 17.*
*lim. 47. m. 1. n. 33. Barb. l. 3. c. 57. ax. 22.* Sæpe
variant docti, non variant verò vulgus & refra-
ctarii & ineruditi. *Cujac. ad l. 7. de Serv. export.*
3 *in fin. com. 4.* Et ipſe Papinian. variavit in *l. 6. ff.*
*de ſerv. export.* Sic fœminam, qvæ prius adiit
cum inventario hæreditatem, cum hoc impugna-
4 retur, poſtea jure adire volentem, admiſſam re-
fert *Sande l. 4. tit. 12. def. 3.* In contractibus et-
5 iam interdum variare licet, ut in *l. 138 §. 1. de*
*V. obl.* Et qvoties alterius jus non eſt factum
deterius, & ipſius non intereſt; variatio verò illi,
qvi variare vult, prodeſt, per æqviſſimam regu-
lam juris variatio etiam licita *L. 2. §. pen. de Relig.*
*Surdus de Aliment. tit. 4. n. 10. & ſeqq.*

## ad L. Si filius. 10.

### *SUMMARIA.*

*Diverſo jure venientes an de jure antiqvo conferrant. n. 1.*
*Qvid de jure novo obtineat. 2.*
*Collatio à patre prohiberi poteſt, modo reliqvorum legitima ſalva. 3.*
*Qvod extenditur, ad ſumtus ſtudiorum. 4.*
*Hoc caſu à filio ſpecificatio acceptorum edenda mediante juramento. 5.*
*Limitatur. 6.*
*Pater, præcipui qvid relinqvens in hoc collationem remiſiſſe cenſetur. 7.*

SI filiusfam. inſtitutus, emancipatus autem præteritus, & hic petat bonorum poſſeſſionem contra tabb. filius autem ſuus non petat ſed ex teſtamento adeat, ſtricto jure non videtur competere collatio; qvia diverſo jure adeunt, alter ex teſtamento, alter per bonorum poſſeſ-
ſionem contra teſtamentum *l. 6. tit. ſeq.* qvia ta-
men filiusfam. potuiſſet etiam bonorum poſſeſ-
ſionem contra tabb. petere, ſi voluiſſet, ideoqve
ex æqvo & bono hic datur collatio. *Coll. Argent.*
*hic th. 3. num. 3. & th. 5. num. 1.* Hodie volunt per 2
*Auth. ex teſtamento* collationem ipſo jure com-
petere, qvando & diverſo jure veniunt. *Jaſon in*
*l. ult. ut liberis. 17. C. h. t. Nemauſenſis de Collat.*
*bon. qv. 32. tr. de diſſ. 17. th. 4. in fin. & ibi Bach.*
*Zæſ. n. 16. h. t. Struv. th. 35.* licet diſſentiat autor
*Coll. Argent. d. th. 3. n. 3.* Et pater in teſtamento 3
poteſt collationem prohibere etiam tacitè. *Cra-*
*vetta conſ. 85. & alii, qvos refert Berlich. p. 2. dec.*
*249. num. 3.* modo non tendat remiſſio hæc in
fraudem & deminutionem legitimæ, reliqvis fra-
tribus aut ſororibus debitæ. *Berlich. d. l. num. 4.*
qvod *num. 5.* ad ſumptus ſtudiorum immodicos 4
extendit; & attenditur tempus non mortis, ſed
erogationis ac donationis. *Berlich. d. l. num. 10.*
Et ideo filius ſpecificationem acceptorum edere 5
tenetur, ut ipſe deciſum refert, *n. 11. & ſeq.* & qvi-
dem mediante juramento *n. 16.* Qvod etiam jure 6
communi verum nisi qvantitas ex documen-
tis a patre relictis, vel aliunde conſtet. Tunc et- 7
iam videtur pater remiſiſſe collationem, qvando
ob eam cauſam, qvod priores elocatæ & dotatæ
fuerint, junioribus qvid præcipui leget, zum vor-
auß. *Carpz. p. 3. c. 11. def. 24.*

## ad L. Ult.

### *SUMMARIUM.*

*Poſthumo nondum nato an confertur.*

POſthumo nondum nato non confertur, qvia non eſt in poteſtate nec verè nec fictè. *Marcus Mantua ſing. 186.* qvia nulla neceſſitas fictionis, & ſi qvod damnum metui poteſt, poſt nativitatem facile reparari, poteſt *Sebaſt. Sapia in rep. L. Qvi ſe patris. C. unde liberi num. 9.* licet aliter *Gozadinus ibid. n. 14. vol. 8. vid. Pinell. ad Rubr. de Bon. mat. p. 2. n. 37.*

# TITULUS VII.

# De Collatione Dotis.

## Ad Rubr.

### *SUMMARIA.*

*Dos & donatio propter nuptias conferuntur. n. 1. 2.*
*Collatio hæc quomodo fiat. 3.*
*Qvid ſi maritus non ſolvendo. 4.*
*Pecunia dotalis uſura non confertuntur. 5.*
*Conferuntur ſubſidia paterna. 6.*

QVia pater ex neceſſitate tenetur dotare filiam, ergo non præſumitur, qvod pater
velit dotem filiæ eſſe præcipuam zum voraus / &
ideo qvando ſucceditur patri, debet dos conferri
fratribus, & ſic etiam donatio propter nuptias
*l. 17. C. h. t.* Idem ſi mater dedit dotem, & matri 2
ſuccedatur *d. l. 17. C. h. t.* Non autem hæc con- 3
feruntur realiter, ſed æſtimantur prout non tem-
pore dationis dotis, ſed tempore diviſionis bo-
norum paternorum ſe habent *Mod. Piſt. qv. 152.*
*num. 5. Carpzov. p. 3. C. 11. dec. 14 num. 6.* & tan-
to minus filia aufert ex bonis patris. *Carpzov. d. l.*
*num. 1.* Interdum ſi maritus non ſolvendo nudam 4
actio-

actionem inanem confert. *Nov. 97. c. 6. Avth. Qvod locum. C. de Collat. Carpzov. d. l.* ſed uſuræ pecuniæ dotalis non conferuntur *Carpzov. p. 2. c. 30. d. 19.* Conferuntur etiam ſubſidia paterna conſtante matrimonio liberis pro ſublevanda re familiari conceſſa, die Väterliche Hülffe. *Carpz. d. C. 11. d. 15. & ſ.*

## ad L. Qvanqvam. 1.

### SUMMARIA.

*Dos data ab avo nepti, an conferenda. n. 1.*
*Dos filia dotata mortua in mobilibus conſiſtens de J. Saxon. non confertur. 2.*
*Limitatur. 3.*
*In immobilibus conſiſtens confertur. 4.*
*In collatione dotis qva impenſa & quomodo deducantur. 5. 6.*
*Ratione dotis ſub conditione promiſſa cautio de ea conferenda interponi debet. 7.*
*Effectus dotis promiſſæ conferendæ. 8.*
*Filia inſtituta cum extraneo non confert. 9.*
*Subſidia paterna conferuntur à fratre, ſuccedente cum ſorore dotem conferente. 10.*
*In qvantum lucrum ex re patris ſuo labore acqviſitum conferat frater. 11. 12.*

1 IN §. *2. & 3.* agitur de nepte ſucceſſura avo, à
qvo dos data, an conferre tenebitur? & affir-
matur. Dd. refert *Carpz. p. 3. c. 11. def. 31. Ranchb.*
*p. 2. qu. 8.* conſ. *Dd. qvos refert Berlich. p. 2. dec.*
2 *246. n. 5.* Jure Sax. ſi filia dotata mortua, & dos
in mobilibus conſiſtat, qvia mobilia ad maritum
3 pertinent liberi non conferunt dotem; niſi qva-
tenus legitimam ex mobilibus petere poſſunt &
4 perunt: ſi verò in immobilibus, liberi conferunt.
*Berlich. d. l. n. 7. & ſeqq. Carpz. d. def. 31. & 32.*
5 Notetur autem ex §. *5.* dotem ita conferen-
dam, ut deducantur neceſſariæ impenſæ notabi-
les, & qvidem prout factæ ſunt, non prout res re-
fecta jam reperitur. vid. *not. ad l. 55. ff. Locati.*
6 Impenſæ utiles per retentionem vel actionem
negotiorum geſtorum repetuntur, & ita propria
7 actione. *Cujac. hic tom. 2.* Sub conditione etiam
ſi promiſſa dos à patre vel extraneo, cautio de
conferenda dote interponenda §. *7. h. l. Rimin.*
8 *conſ. 600. n. 53.* Ubi ſoror tenetur conferre dotem,
ſi ea tantum ſit promiſſa, fratrem à parte ſuæ
obligationis liberabit §. *pen. h. t.* qvia æqvius eſt,
ex portione ſua habere dotem, qvam petere par-
tem à fratre, & eam ſolutam iterum fratri confer-
re. *Petr. Barb. in l. Si cum dotem 23. §. Si pater. n.*
*45. ff. ſol. matr.* Unde diverſum erit, ſi filia inſti-
9 tuatur cum extraneo; nam tunc non tenebitur
ad collationem dotis ob ceſſantem rationem.
*Jaſon in l. Si emancipati. num. 20. C. de Collat.* ubi
pro hæreditaria portione confundetur actio
competens ex promiſſione dotis, & pro parte
hæreditaria coget hæredem ad dotis promiſſæ ſo-
lutionem. *Barb. d. l.* Frater autem ſuccedens cum 10
ſorore dotem conferente, tenetur & ipſa ſubſidia
paterna conferre. *Mod. Piſt. p. 1. qu. 10. Carpz. p. 2.*
*c. 28. def. 7. Berlich. p. 2. dec. 246. num. 15.* qvia 11
ſunt profectitia: ſed ſi lucrum illud non tantum
habeat ex re patris, ſed ſuo labore, tum dimidiam
tantum conferendam eſſe volunt. vid. *Fach. l. 5.*
*c. 83.* de qvo *tit. prae.* niſi filius adhuc ſit in pote-
ſtate: nam tunc, qvia operas debet patri, totum
ſubſidium paternum conferendum. *Petr. Gregor.*
*Syntagm. c. 8. n. 17. Barry l. 14. tit. 3. n. 4.* & ita pro-
nunciatum menſe Julio Anno 1657.

## ad L. Filia. 2.

### SUMMARIUM.

*Filia adoptativa an conferat.*

ADoptiva etiam filia, qvæ reliqvit familiam naturalem, tenetur conferre bona & dotem; nam etiamſi inſtituta ſit, poteſt tamen bonorum poſſeſſionem petere contra tabulas, ſi per alios liberos præteritos commiſſum ſit edictum. Conjunge cum hac lege legem *9. ff. de Bon. poſſ. cont. tabb. Cujac. ad l. 1. h. t. tom. 2. pag. 1176.*

## ad L. Si pater. 4.

### SUMMARIA.

*Pater dote promiſſâ legans cenſetur animo compenſandi legaſſe. n. 1.*
*Reſpondetur variè ad* hanc l. 2. 3.

QVando pater aliqvid legat filiæ, cui dotem 1
promiſit, præſumitur legaſſe animo com-
penſandi. *l. 84. §. 6. de legat. 1.* Sed hic contra- 2
rium dicitur, cui variè reſpondetur. vid. *Menoch.*
*l. 4. præſ. 109. n. 16. & ſeq.* Non videtur impro-
banda Jaſonis reſponſio; qvamvis emancipatio
per ſe commodum contineat, poteſt tamen facile,
præſertim cum filia hic & emancipata, & præ-
terita dicatur, illo jure veteri, etiam injuriam
continere. vid. *Barb. in d. §. Si pater. num. 37. &*
*ſeq. Cravet. conſ. 686. num. 7. vol. 4. Surd. conſ. 69.*
*num. 60. vol. 4.* Deinde loqvitur hæc lex de caſu, 3
qvo non tenetur pater neceſſario dotare filiam,
v. g. emancipatam vel exhæredatam. *Cept. conſ.*
*486. num. 21. & ſeqq.* Aliter reſpondet *Fabianus*
*de Pepis in rep. Avth. Praterea C. Unde vir & uxor.*
*num. 46. & Paulus de Monte pico ad eandem Avth.*
*num. 58. vol. 8.*

## ad L. Filius. 5. §. 1.

### SUMMARIUM.

*Filia cum filio emancipato concurrens uſuras dotis conferre tenetur.*

Filia

Google

Filia viri boni arbitratu conferre debet uſuras dotis ex ea ratione, qvia emancipatus frater etiam fructus confert, ut ſervetur æqvalitas, cui innititur collationis ratio, & ipſa filia partis ſuæ fructus eſt perceptura. *Caſp. Rodericus de Jure Cenſuum. l. 3. qv. 12. n. 5.* & qvamvis hic moræ fiat mentio, id tamen contingentiæ facti tribuit *Roger d. l. n. 10.* Nam fructus hic reqviruntur non ob moram, ſed ob æqvalitatem. *Gomez ad §. actionum. n. 18. inſt. de act.*

## Ad L. Pater, 6. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Diverſo jure ſuccedentes non conferunt. n. 1.*
*Secus hodie. 2.*
*Libertates non præſtantur pro parte, ut alia legata. 3.*

1 PAter filium emancipatum inſtituit, filiamfam. exhæredat, qvæ mota qverela impugnat teſtamentum, & obtinet pro ſemiſſe; an hæc illi dotem profectitiam conferre tenetur? Neg. qvia diverſo jure ſuccedunt. *Cujac. ad hanc leg. ad lib.*
2 *6. Reſp. Papin. tom. 4.* Sed hodie illa ſubtilitas ceſſat per *Auth. ex teſtamento. 6. de Collat. Dn. Struv. hic th. 35. Zaſ. ad h. t. n. 14. & n. 46. Wiſſenb. ad h.*
3 *t. th. 6.* Licet autem pro parte teſtamentum reſcindatur, & legata pro parte præſtentur, libertates tamen in ſolidum debentur, per *l. 6.* qvia ſunt inæſtimabiles. *Chriſt. Sturtius ad l. 106. num. 7. de R. J.*

## ad L. Fuit fin.

*SUMMARIA.*

*Filia hereditate abſtinens non confert dotem. n. 1.*
*Extenditur. 2.*
*Secus ſi legitima reliqvis liberis non ſit ſalva. 3.*
*Conjuges in portione ſtatutariâ ſuccedentes qva bona ſibi invicem conferunt. 4.*
*An vidua dotale nomen acceptare teneatur. 5.*
*Liberi accepta à patre matri conferenti conferre tenentur. 6.*

Filia ſi dote contenta à paterna hæreditate abſtineat, non tenetur ad collationem dotis, li- 1
cet hereditas ſolvendo æri alieno non ſufficiat, 2
qvia, ſi repudiat hæreditatem, non tenetur conferre: ſed & promiſſam dotem exigere poteſt; qvia æris alieni loco eſt. per *h. l. ult. Franc. Caldas de Empt. c. 10. n. 6. Chriſtinæus ad Stat. Mechlin.*
*tit. 16. art. 3. n. 6.* Modo legitima ſit ſalva cæteris 3
liberis. *Dn. Struv. ad h. t. th. 41.* Eſt deniqve ho- 4
die ſpecies collationis portio Statutaria, qvam facere coguntur conjuges, qvi conjugibus ſuis ex portione ſtatutaria ſuccedere volunt: nam conferre debent omnia ſua propria bona præſentia, non verò poſt mortem conjugis etiam ante diviſionem qvæſita. *Kobl. Vice-Cancell. Elect. Brand. ad Conſt. March. qv. 13. Carpz. p. 3. c. 20. d. 28. & Hartm. Piſt. obſ. 24. & Berlich. p. 3. concl. 27.*
& paſſim Dd. ubi diſputari ſolet: an dotale no- 5
men vidua acceptare teneatur? Qvod negat *Carpz. p. 2 dec. 164.* ubi diſtingvendum putarem, an nomen in dotem datum ſit exigibile, an non; ut illo caſu deciſionem *Carpzovii* admittam, hoc verò non; niſi culpa mariti ſit factum inidone-
um: de qvo me alibi dixiſſe memini. Qværitur 6
verò annon liberi accepta à patre matri, portionem ſtatutariam petenti, & ſic ſua conferenti, etiam conferre teneantur? qvod ex natura correlativorum affirmat *Carpz. p. 3. c. 11. def. 17.* De Jure Lubecenſi hic aliqvid ſupra monui ex *l. 2. art. 16.*

# TITULUS VII.

# De Conjungendis cum emancipato liberis ejus.

## Ad L. Si qvis ex his. 1.

*SUMMARIA.*

*Ratio conjunctionis n. 1.*
*Edictum hoc hodie inutile. 2.*
*Qvæſtio mota à Bartolo circa l. 6. remiſſivè. 3.*
*In §. 16. occurrens difficultas remiſſivè. 4.*

1 QVia iniqvum videbatur, ut filius emancipatus à nepotibus in poteſtate retentis excluderetur; ideo hi per Prætorem conjungebantur cum patre, & unam
2 ſimul perſonam repræſentabant; ſed cum hodie etiam emancipatus inſtituendus ſit, & nepotes ex ſe natos excludat; tituli hujus uſus amplius non eſt. *Weſſenb. in π. h. t. & Godofred. in Rubr. & P. Gregor. l. 43. c. 4. n. 8.*

In §. 6. Dicitur, patre exhæredato vel inſtitu- 3
to nepotem non ſuccedere: ubi Bartolus movet qvæſtionem, ſi ex ſtatuto fœminæ non admittantur ad ſucceſſionem extantibus maſculis, & maſculus qvidem extet, ſed exhæredatus ſit; an filiæ admittendæ? *Vid. etiam Ruin. vol. 3. conſ. 107. n. 11.*

In §. 16. Occurrit aliqva difficultas, de qvâ 4
prolixe agitur in Collegio Argent. *ad tit. de Collat. th. 5. n. 14. & à Bachov. in Treutl. vol. 2. diſſ. 17. th. 3. lit. C. Cagnolus in L. Si emancipati. 101. C. de Collat. idem in rep. d. l. 101. qvæ eſt vol. 8. n. 59.* Sed hæc & alia, qvæ hoc titulo habentur ab uſu remotiora prætereo.

TITU-

# Titulus IX.

# De Ventre in poſſesſionem mittendo & Curatore ejus.

## Ad L. Sicut liberorum. 1.

*SUMMARIA.*

*Poſſiſſio hæc datur matri nomine exiſtentium in ventre. n. 1.*
*Curator ad qvid hic conſtituatur. 2.*
*Cauſæ cognitio an hic reqviratur. 3.*
*Mulieri immiſſæ qvod detur remedium. 4.*
*Quæſtio mulieri mota ſummarie tractanda. 5. 7.*
*In dubio pro muliere pronunciandum. 6.*
*Naſcendo in hoc Edicto magis favetur, qvam nato. 8.*
*Ubi qvis immittendus, utilis deſcriptio bonorum. 9.*
*Vidua jure retentionis utens, ad inventarium eſt obligata. 10.*

1 PRægnans mulier mittitur in bonorum
poſſesſionem, ut alimenta ipſi propter fœtum præſtentur, licet incertum ſit, an prægnans ſit. *Surd. de aliment. t. 1. qv. 5. n. 1.* qvia æqvius eſt, vel fruſtra nonnunqvam impendia fieri, qvam denegari alimenta ei, qvi Dominus bonorum aliqvo caſu futurus eſt. *§. 2. h. l.* Licet etiam dives ſit mater, qvia alimenta
2 præſtantur fœtui. *l. 5. h. t. Surd. d. l. n. 1.* Conſtituitur autem curator, qvi provideat mulieri de
3 alimentis *l. 1. §. 19. & d. l. 5. h. t.* ad indigentiam *Carpz. p. 2. Jurispr. c. 25. d. 12.* Nec reqvirit hoc cognitionem cauſæ, niſi qvis ſe opponat, ac illam
4 uxorem eſſe neget. *l. 1. §. 14. h. t. Col. de alim. l. 1. c. 2. n. 59.* & mulieri immiſſæ datur interdictum, ne vis fiat ei. *Menoch. rem. 1. adip. Pos. n. 9.* conf.
5 *Specul. l. 4. part. 2. tit. de eo, qvi mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſervand. n. 16. ſeq.* Qvando autem controverſia movetur uxori, & ipſa uxor eſſe nega-
6 tur, vel ex marito prægnans negatur, ſummatim hoc negotium cognoſcatur, *§. 14. h. l.* ita ut in dubio, ſi non manifeſtè conſtet de mulieris calumnia; mulier immittatur. *Men. d. rem. 1. Adip. Pos. num. 22. Petr. Raven. ſing. 767.* Notetur hic exemplum ſummariæ cauſæ, qvod eſt 24. *apud*
7 *Zang. de Except. part. 1. c. 1. n. 60.* Et proceſſus hic
ſummarius eſt, non tantum ratione ordinis proceſſus, ſed & ratione probationis.
Ex qvibus cauſis ex Carboniano puer in poſ- 8
ſeſſionem mittitur, ex iis cauſis magis venter, qvia & hic matris & filii conſervatio attenditur, & naſcendo magis favetur, qvam nato, cum non tantum parentibus, ſed & Reipubl. naſcamur. conf. *l. 35. ff. de Religioſis.* Mulieri autem immiſſæ in poſſeſſionem ea ſola ſuppeditanda, ſine qvibus fœtus ſuſtineri, & ad partum uſqve produci non poteſt *§. 19. h. l.* Res prænumeratæ tradi de- 9
bent *§. 24.* unde ex hoc §. colligit *Bart.* cautelam ut, ſi qvis immittendus ſit in poſſeſſionem, ex Edicto Adriani, prius deſcribantur bona, ut ſciat alter, qvid poſtea vindicare debeat. Ideoq; 10
vidua, ſi retentionis jure in bonis mariti maneat inventarium conficere debebit. *Carpz. p. 2. conſt. 25. def. 13. & 14. Berl. p. 2. concl. 32. n. 23.* Tamdiu autem miſſio duret dum pariat, aut abortum faciat, aut certum ſit, eam non eſſe prægnantem *§. pen. h. l.*

## ad L. Curator. 5.

CUrator mulieri etiam dotatæ alimenta ſuppeditabit, qvia fœtui magis exhibentur; & ſic hæc miſſio, uti etiam ex Carboniano, aliis plenior eſt. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 35.*

## ad L. Ubicunqve. 7. §. interdum. 1.

BArt. hunc §. cum *§. 14. L. 1.* ita conciliat, qvod ibi petierit tantùm ad tempus nativitatis miſſionem, juxta *L. 1. §. pen. h. t.* & tum ſummariam cognitionem ſufficere; Hic verò uſqve ad tempus paupertatis, ubi plenior cognitio reqviritur. *P. Ravennas ſingul. 767. Coler. de Alim. l. 1, c. 2. num. 59.*

# Titulus X.

# De Carboniano Edicto.

## Ad L. Si Cui. 1.

*SUMMARIA.*

*Pupillus pendente ſtatus controverſiæ in bona immittitur, præſtita cautione. n. 1. & 2.*
*Cautione nõ præſtita, etiam agnati immitti poſſunt. 3.*
*Sententia contra matrẽ lata an præjudicet pupillo. n. 4.*
*Quid ſi teſtator ſuppoſitum partum inſtituat. 5.*

QVando impuberi movetur controver- 1
ſia ſtatus, an ſit defuncti filius, tunc, niſi manifeſta calumnia mulieris appareat, mittitur pupillus in bonorum poſſeſſionem, ut inde alatur, illiſqve ad tempus puber-

pubertatis utatur, qvo cauſa ſtatus plenius co-
2 gnoſci poterit. Debet autem ex parte impuberis
præſtari cautio de bonis interim non diminuen-
3 dis; Qvæ cautio ſi non præſtetur, agnati etiam in
poſſeſſionem bonorum immittuntur, *hic & L. 5. §. 2. h. t. Menoch. conſ. 944. num. 12. Petr. Greg. l. 43. Syntagm. c. 4. n. 10. & 11. Don. l. 7. c. 14. poſt lit. P.* Vel etiam adminiſtratio illis conceditur, ſi
4 ſatis dederint pupillo. *l. 5. §. 2. h. t.* Si autem lis
matri moveatur, ſententia contra matrem lata
præjudicat pupillo; licet erroneè hæres ſcriptus
ſit. per §. *ult. hujus legis*, nam tunc habetur pro
5 non ſcripto. Sed ſi teſtator fraudulenter ſuppo-
ſitum ſciens inſtituerit, habetur pro inſtituto; ſed
ejus hæreditatem fiſcus aufert. *Mantica de tac. & amb. convent. l. 4. tit. 7. n. 5.* Aliud autem eſ-
ſet, ſi ſciens filium ſuppoſitum non ut filium; ſed
ut alium extraneum inſtituiſſet. *Mandellus de Alba conſ. 319. n. 26.* Si autem mater de ſuppoſito partu
poſtulata deceſſerit, in complices facinoris in-
qvirendum; qvod ſi facinus probari non poſſit,
differenda eſt cognitio in puberem partus æta-
tem, juxta hoc Edictum, per *l. 2. h. t. Cujac. tomo 2. pag. mihi 1195.*

## ad L. Carbonianum. 3.

### SUMMARIA.

*Qvæ in hoc Edicto dentur cauſa cognitiones, num. 1.*

*Ex duobus impuberibus uni puberi facto ante alterius pubertatem non eſt movenda ſtatus quæſtio. 2.*

*Qva cauſa ambigua dicatur. 3.*

*Ex hoc Edicto miſſus non habet poſſeſſoriam hereditatis petitionem, nec ſingularum rerum vindicationem. 4.*

*Reſpondetur ad* l. pen. h. t. 5.

*Remedium* l. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. *dari etiam in poſſeſſionem miſſo colligitur. 6.*

1 DUæ ſunt cauſæ cognitiones in hoc Edicto. 1.
eſt ſummaria, an danda ſit interim bonorum
poſſeſſio, qvæ omninò danda eſt, ſi vel modicum
momentum pro impubere faciat. *§. 4. h. legis Coler. d. c. 2. num. 60.* Altera plenior, an expedita
pupillo cauſæ cognitionem differri in tempus
pubertatis, vel repræſentari, i. e. ſtatim inſtitui, ſi
forte probationes ſint in promptu, cum id, qvod
in favorem introductum eſt, non ſit retorqven-
2 dum. *Donell. lib. 7. c. 14. poſt lit. P.* Si autem duo-
bus impuberibus mora ſit controverſia ſtatus, &
unus pubes factus, alter non; expectanda eſt æ-
tas puberis alterius, ne per puberem attrahatur
præjudicium impuberi, per § 8.
3 Ex §. 4. Tantum notetur, qvæ cauſa ſit ambi-
gua: nam talis non ea tantum eſt, ubi paria utrin-
qve argumenta; ſed etiam, ubi vel modicum pro
altera parte facit. *Mev. p. 5. dec. 24. n. 6.*

*Ad §. miſſum. 13.* Qvi ex Carboniano immiſ- 4
ſus eſt, non habet petitionem hereditatis, nec
ſingularum rerum vindicationem; qvia con-
tentus eſſe debet hac prærogativa, qvod in poſ-
ſeſſione ſit bonorum, & præſumptionem Carbo-
niani Edicti pro ſe habeat. Vid. *Cujac. ad h. l. tom. 2. p. 1199. Men. de remed. retinend. poſſeſſ. in præfat. n. 19.* Nec obſtat *l. pen. h. t.* qvæ de interdicto 5
qvorum bonorum intelligenda. *Cujac. d. l.* Ex
hoc etiam §. probant, remedium ex *l. ult. c. d. Divi Adriani Edicto toll.* dari illi etiam, qvi in poſſeſ- 6
ſionem miſſus eſt, ut in ea confirmetur. *Menoch. rem. adip. poſſ. q. 44. n. 348.*

## Ad L. Si Is. 5. §. 13.

### SUMMARIA.

*Pupillo miſſo ex bonis ſuppeditantur alimenta neceſſaria. n. 1.*

*Qvod extenditur ad ſumptus ſtudiorum. 2.*

PUpillus ex bonis interim eſt alendus, & ſic de- 1
minui poteſt hereditas, qvia major cura debet
haberi, ne fame pereat filius, qvàm ne minor he-
reditas ad petitorem i. e. actorem perveniat, ſi
apparuerit filium non eſſe: & hoc etiam in *l. 6.* 2
*§. 5.* ad impenſas ſtudiorum, aliaqꝫ neceſſaria ex-
tenditur, qvia illæ impenſæ hoc caſu ſub nomine
alimentorum intelliguntur. *Pontan. de alim. c. 17. n. 21.* Sed hæc omnia qvatenus neceſſitati ſufficit.
*Matth. Coler. d. c. 2. n. 37.*

## ad L. Qvod Labeo. 9.

### SUMMARIA.

*Legem non debere intelligi de caſu indubitabili colligitur. n. 1.*

*Indubitati juris qvomodo in textibus qvid eſſe dicatur, remiſſi è. 2.*

PRobant ex h. l. Dd. legem non debere intel- 1
ligi de caſu indubitabili. *Rom. ſing. 748. Dec. ad L. Illam C. de collat. n. 1. & 2. Marcus Mantua ad c. fin X. de Conſvetud. n. 16. & ſeq.* Ubi reſpon-
det ad illud dubium, qvod multis in textibus di-
catur aliqvid eſſe indubitati juris; multa ſunt 2
certa doctis & peritis, qvæ tamen aliis dubia vi-
dentur. Et ſane multa ſunt in jure ſcripto, qvæ
homini merè politico, jurisprudentiæ oſori, qvi
omnia jura in ſcrinio pectoris ſe habere exiſti-
mat, dubia, imò iniqva videntur.

## ad L. Scriptus. 12.

### SUMMARIA.

*Impubere præterito petente bonorum poſſ. ſuſpenditur petitio extranei ſcripti heredis. n. 1.*

*Qvid ſi heres ſcriptus interim decedat, an & qvomodo tranſmittatur bonorum poſſeſſio. 2.*

Filius

1 FIlius impubes prætcritus, extraneo inſtituto,
petit bonorum poſſeſſionem contra tabb. hæ-
res autem ſcriptus non poteſt interim petere bo-
2 norum poſſeſſionem ſecund. tabb Sed qvid ſi in-
terim ſcriptus moriatur, non qvidem ipſo jure,
ſed interpoſito decreto transmittetur bonorum
poſſeſſio, qvia agere non potuit, & datur vel actio
utilis ex *L. 3. §. 30. ad SCtum Syllan.* vel datur actio
contra eum, qvi impediit *L. 1. §. 8. ſupr. ſi mulier
ven. nom. Hill. in Don. l. 7. c. 4. Cuj. ad h. l. tom. 4.
323.* vid. *Joh. de Immola in repet. L. filio præterito
ff. de injuſto atqve irrito teſtamento.* Exceptionem
habemus in *L. 7. §. ult. h. t.*

## ad L. Qværitur. 14.

*SUMMARIUM.*

*NOndum translata b. p. naturaliter ſi pubuerit poſſeſſor Carbonianus, petitoris partes ſuſtinet.*

SI pupillus ex Carboniano Edicto poſſeſſionis jus interimiſticnm, ut ita loqvar, conſecutus actualem poſſeſſionem nondum acceperit, & interea pubes factus poſſeſſionem naturalem habere velit, tenetur actotis partes ſuſtinere, & à detentore bonorum petere poſſeſſionem, & probationis onus ſuſtinere. *Menoch. d. rem. 4. adip. poſſ. n. 353.*

# TITULUS XI.
# De Bonorum Poſſeſſionibus ſecundum Tabulas.

## Ad L. Tabulas. 1.

*SUMMARIA.*

*BOnorum poſſeſſio ſecundum tabulas cui detur. num. 1.*

*Qvæ reqvirantur ut detur. 2.*

*An detur bonorum poſſeſſio ex duobus teſtamentis uno tempore ſignatis. 3.*

*Qvæ hic notetur cautela à Manzio. 4.*

*An ex teſtamenti exemplo bonor. poſſ. peti poſſit. 5.*

1 QVamvis heres ſcriptus poſſit jure Ci-
vili adire hereditatem, interdum ta-
men jure Civili excluditur, & à Præ-
tore ad bonorum poſſeſſionem ſecun-
dum tabulas admittitur, concurrentibus his
2 qvinqve reqviſitis. 1. Ut ſint ſuptemæ tabulæ.
2. Ut ſemel extiterint tabb. licet extare deſierint.
*§. 2. & 3. h. l.* 3. Ut ſciat heres extare tabb & ſibi
competere hanc bonorum poſſeſſionem. 4. Ut
ſint ſignatæ, ſeptem teſtium ſignis. 5. ut teſtator
utroq; tempore ſc. teſtamenti facti & mortis, ha-
buerit teſtamenti factionem, qvod de capacita-
te, qvæ circa ſtatum corporis verſatur intelligen-
dum, non verò circa ſtatum mentis. *Barry l. 1. de
3 Succeſſ. tit. 7. n. fin.* Notabilis autem in hâc lege
eſt §. 6. in qvo proponuntur duo teſtamenta uno
tempore, qvaſi eſſet unum teſtamentum, ſigna-
ta, & in uno v. gr. maritus, in altero ſoli cognati
hæredes ſcripti, qværitur an utrumq; teſtamen-
tum valeat. Prolixè hanc qvæſtionem examinat
exactis judicialibus circa duo teſtamenta à fœ-
minâ facta, ubi utrumqve teſtamentum valere,
& maritum in dimidiâ, cognatos in alterâ dimi-
dia inſtitutos videri reſpondit *Dn. Manz. in cent.
4 dec. qv. 31.* Nihil enim hic prius nec poſterius.
*Godofr. hic.* Hanc cautelam notandam dicit
*Manz. d. l. n. 40* iis, qvi à conjugibus importu-
nis precibus ſollicitantur ad teſtamentum con-
dendum Sed qvid in teſtamenti exemplo? Reſp.
in §. id non ſufficiet ad petendam bonorum poſ-
ſeſſionem, qvod temperat *Franc. Curtius in rep.
Auth. cùm qvis in aliqvo. n. 20. & ſeqq. C. de Edend.*
niſi exemplum habeat easdem ſolennitates, qvas
habet originale.

## ad L. Æqviſſimum. 2.

*SUMMARIA.*

*LIberis præteritis intra ſtatutum tempus b. p. non agnoſcentibus petit hæres ſcriptus b. p. ſecundum tabb. n. 1.*

*COnditio filio inſtituto addita non expectatur in b. p. petenda. 2.*

*De qvâ conditione hoc intelligatur. 3.*

*Subſtitutus præfertur conjuncto. 4.*

*Subſtitutionem potiorem eſſe jure accreſcendi colligitur. 5.*

*Ampliationes & limitationes remiſſivè. 6.*

QVando liberi ſunt præteriti & alius ſcriptus 1
hæres, tunc liberi intra annum audiuntur,
ſi bonorum poſſeſſionem agnoſcere velint. Si 2
autem interea moriantur, aut repudiaverint, aut
annus lapſus, ſcriptus hæres poſſeſſionem ſecun-
dum tabulas petet. *Zuchard. in repet. l. poſthumo.
num. 16. & fin. C. de bonor. poſſ. contra tabb.* Si autem
filius ſub qvacunqve conditione fuerit inſtitu-
tus, pendente conditione filius bonorum poſſeſ-
ſionem agnoſcere poteſt, qvaſi nulla conditio
addita, qvod de conditione caſuali aut mixta re-
ctè intelligit *Vasqvius de ſucceſſionis creatione §. 10. 3
n. 231.* ubi ridiculum eſſet, filium ſub conditione
poteſtativâ, inſtitutum velle bonorum poſſeſſio-
nem petere, non impletâ conditione poteſtativâ,
qvam facilè implere poteſt, qvæ fortè ad ipſius
filii utilitatem addita.

*Ad §. ſi duo. pen.* Inſtituti ſunt primus & ſe- 4

cundus hæredes, ſecundo ſubſtitutus, tertius ſe-
cundus repudiat, ideoqve ſuccedit tertius ſub-
ſtitutus; hoc deficiente, redit ad primum tota
5 ſucceſſio. Colligunt ex hoc textu, qvod ſubſtitu-
tio potior ſit jure accreſcendi vel conjunctione.
6 *Vid. Peregr. de fideicomm. art. 9. num. 13. Menoch. cons. 50. n. 14. & lib. 4. præſumpt. 87.* ubi variè declarat *& Vinc. Fuſarius* variè limitans *in t. 2. de ſubſtit. q. 53.* ubi plurimos allegat.

## Ad L. Si ſub conditione. 5.

*SUMMARIA.*

*Heres ſub conditione ſcriptus non hereditatem ſed b. p. pendente conditione petere poteſt. num. 1.*

*Hujus poſſeſſionis effectus. 2.*

*Caſus ſingularis, ubi deficiente conditione b. p. petitur contra tabb. 3.*

1 SI ſub conditione qvis heres ſcriptus, non po-
teſt adire hereditatem; ſed bonorum poſſeſ-
ſionem poteſt petere, qvâ non conſeqvitur
omnium, ſed tantum nudam & ſimplicem bo-
norum detentionem, ita ut ſi exiſtat conditio,
2 pleno jure habeat, ſi deficiat, teneatur reſtituere
heredibus ab inteſtato, *l. 2. §. 1. h. t. Graſſ. in §. Bonorum poſſeſſ. qv. 5. num. 7. Vaſqv. in l. 25. de inoffic. Teſtam. n. 9.* Interdum etiam deficiente con-
3 ditione poteſt tamen bonorum poſſeſſionem pe-
tere contra tabb. per *h. l.* Et hic eſt unus caſus, in qvo neceſſaria eſt bonorum poſſeſſio. *Vid. Barry lib. 11. t. 6.*

## ad L. Si ita ſcriptum. 8.

*SUMMARIA.*

*Inſtitutus cum alio, qvi pure ſcriptus, ſub geminâ conditione, adjecta diverſa qvantitate, ſi una conditio deficit, vacuam partem cum coherede proportione habita communem habet. n. 1.*

*An ſubſtitutio pupillaris, ſi teſtator, filio inſtituto intra annos impuberes decedente, ſubſtitutum ſibi heredem ſcripſerit? 2.*

PRimus hæres eſto ex ſemiſſe, ſecundus, ſi na- 1
vis ex Aſia venerit, ex triente, qvod ſi non
venerit, ex ſextante. Si ergo impleta conditio,
erit tantum ex triente hæres, non ſextante, qvia
idem ſibi ipſe ſubſtitutus; qvod hic ſingulare eſt.
Reſiduus autem ſextans pro proportione adcre-
ſcet ambobus hæredibus. *Cujac. t. 2. ad h. l. pag. 1210.* ubi etiam alias leges hujus tituli explicat.
In §. 1 habetur hæc ſpecies; Inſtituit qvis filium, 2
& ſi intra annos impuberes mortuus fuerit, ſubſtituit ſibi me: (*mihi heres eſto*) an ſit pupillaris ſubſtitutio? Videtur qvod non, qvia non filio; ſed ſibi me futurum eſſe hæredem vult: Sed affirm. qvia vocabulum (*mihi* non ſeparat filii hæreditatem. *Romanus ſing. 109. & qvi in additione referuntur. Soc. jun. vol. 1. conſ. 102. num. 19. Hondedæus lib. 1. conſ. 75. n. 55.*

## ad L. Pen. pr.

*SUMMARIA.*

*Subſtitutus ex liberis ſupremo, ſi ſimul perierint ob incertum conditionis eventum, ad utriusq. ſucceſſionem admittitur. n. 1.*

*Ex tabb. teſtatoris medio tempore capite deminuti, mortis vero tempore ſui juris reperti, qvatenus b. p. peti poſſit. 2.*

QVI ſubſtituit liberorum ſuorum ſupremo, 1
ſubſtitutum videtur vocaſſe ad utriusqve
ſucceſſionem, qvando ſimul perierunt ob incertum conditionis eventum, *hic & l. 9 ſupr. de rebus dubiis.*

*Ad §. ult.* Si teſtator medio tempore mutatio- 2
nem ſtatus paſſus ſit, & mortis tamen tempore reperiatur ſui juris, jure Prætorio poteſt bonorum poſſeſſio ſecundum tabb. peti ſub alterutra harum conditionum, ſi ſcripti heredes ab inteſtato. *l. 12. in fin. pr. ſupr. de Injuſt. & irrit. fact. Teſtam.* vel recens confirmatio teſtatoris accedat. *Don. l. 6. c. 16. circa fin. vid. Vaſq. part. 1. Controverſ. illuſtr. c. 64. n. 25. & ſeq. Et de Succeſſ. Creat. §. 15. n. 40. Et de Succeſſionis reſolutione §. 15. n. 4. Petrus Gerhardi ſing. 3. num. 22. & not. ſupr. ad d. l. 12.*

# TITULUS XII.

# Si à Parente qvis manumiſſus ſit.

## Ad L. Emancipatus. 1.

*SUMMARIA.*

*Patri aut avo contra tabb. filii emancipati competit b. p. n. 1.*

*Limitatur. 2. 3. & 4.*

*Intellectus* §. ult. h. l. 5.

AD exemplum liberorum etiam parentes ha- 1
bent bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberorum emancipatorum, cum Jure Civili non venitent. *Vaſqv. de Suce. reſol. §. 8. n. 39. & multis ſeqq.* qvod etiam de avo traditur, non obſtante arrogatione, qvæ in præjudicium avi fieri non debuit. *Men. rem. 1. adipiſc. poſſ. n. 20.* Niſi 1. parens acce-

acceperit pecuniam, ut emanciparet, vel 2. vivus
filius in eum, qvantum ſatis eſt, contulerit, ne
judicium ejus inqvietaret : vel niſi pater filium
ob crudelitatem coactus fuerit emancipare. *l. fin.*
3 *h. t. Weſenb. in ff. h. t. Dec. l. fin. C. de pact. n. 29. & 
in L. pactum. C. de collat. n. 16.* Qvamvis autem
§. 3. in h. t. non loqvatur de repudiatione hæredi-
tatis, Doctores tamen communiter volunt, ſi pa-
rentes in ipſo teſtandi actu conſenſerint, ut præ-
terirentur, valere teſtamentum. *Clarus §. teſta-
mentum. qv. 43. Berlich. part. 3. concl. 16. & hos ali-
osqve referens Sande lib. 4. tit. 2. def. 4.* Cujus
4 rationem elegantem refert Curtius *in rep. L. ſti-
pulatio hoc modo. ff. de V. O. tom. 6. n. 115.* qvia pa-
ter ob emancipationem acceptando, tanti æſti-
maſſe videtur damnum , qvod ex emancipa-
tione timere poterat ; ergò deficiente damno no-
luit Prætor ipſi beneficium ſuum accommodare.
conſ. *Cagnol. in repet. l. fin. C. de pact. n. 112.
vol. 8.* ſed prolixius agit hâc de re & cum Curtii
ratione convenit *Cagn. in opere ſuo in d. l. fin. n.
197.* Prolixè etiam de hâc materiâ diſſerit *Vaſqvius
ad L. Si qvando §. illud. C. de inoff. teſt. num. 15.*
5 *& ſeq. & num. 93. & ſeq.* Qvod in § *ult. legis 1.*
de jure antiqvo refertur, id de emancipatione
facta per contractam fiduciam intelligit *Johan.
Ant. Rubeus in rep. l. pater filium. ff. de inoffic. teſt.
n. 94. vol. 1.*

## ad L. Non usqve. 2.

*SUMMARIUM.*

*Patri non datur actio Calviſiana ut Patrono.
num. 1.*

*Qvid hodie obtineat. 2.*

1 PAtrono ob alienata à liberto datur actio Cal-
viſiana, ſeu non parenti, qvia periniqvum
eſt, homini ingenuo non competere alienatio-
nem rerum ſuarum. vid *not. ad l. in re mandatâ.*
2 *C. Mandati.* Sed huic videtur derogatum per *l. ſi.
filius. C. de inoffic. donat. Joh. Ant. Rubeus in rep. l.
Titia. §. Imperatur de legat. 2. n. 50. & ſeq. vol. 4.*

## ad L. Paconius. 3.

*SUMMARIA.*

*INſtitutâ à filio turpi perſonâ pater b. p. c. t. in ſoli-
dum petere poteſt. n. 1.*

*Idem in fratre præterito, licet clauſula codicillaris
adjecta. 2. 3.*

FIlius emancipatus præterierat parentem, in- 1
ſtituta turpi perſona ſc. meritrice, pater petit
bonorum poſſeſſionem contra tabulas ; qværi-
tur, an totam hæreditatem capiat ? qvod affirm.
& ſic pater hoc caſu petere poteſt ſolidum, cùm
aliàs tantùm uſqve ad legitimam capiat. Colligit 2
ex hâc lege *Carpz. p. 2. dec. 155. n. 21.* qvando fra-
ter inſtituit turpem perſonam, præterito fratre,
& addidit clauſulam codicillarem , non poſſe 3
compelli fratrem præteritum, ut contentus Tre-
bellianica, reliqvum reſtituat turpi perſonæ ; &
ſic *l. 27. C. de inoff. teſt.* ex clauſulâ codicillari non
accipere limitationem : ubi ita deciſum refert. Et 4
hæc ſententia receptiſſima eſt, per tradita *Decii
conſ. 561. per totum Joh. Vincent. Hondedaus conſ.
47. n. 35. vol. 2. Surdus de Aliment. tit. 8. priv. 95.
n. 3. Et qvos recenſet Dn. Zepper. de codicill. c. 4.
num. 107. Simon de pratis de interpr. ult. vol. lib. 2.
int. 1. dub. ſol. 11. num. 18. Cremenſis ſing. 91. Guido
Papa ſing. 91. Dec. conſ. 561. Facb. l. 4. qv. 91. Franc.
de Barry de Succ. lib. 10. tit. 6. n. 7.*

## Ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*Pater filium emancipare coactus non poteſt c. t.
filii petere b. p.*

PAter filium atrociter tractaverat, ideò pater
coactus eſt eum emancipare, qværitur an eo
mortuo pater bonorum poſſeſſionem petere
poſſit ? Reſp. negando, qvia coactus fecit, & ex
delicto, ex qvo nemo remunerationem conſe-
qvitur.

# Titulus XIII.

# De Bonorum Poſſeſſione ex teſtamento militis.

## Ad L. Non dubium eſt. un.

*SUMMARIA.*

*JUre militari omnes in hoſtico verſantes, licet non
milites, teſtari poſſunt n. 1.*

*Contra tabb. militis non datur bonorum poſſeſſio. 2.*

*Qvod & hodiè obtinet. 3.*

1 JUre militari non tantum miles, ſed & alii, ut
præſides legati, ſi in hoſtico verſentur , cum
eadem pericula expectent, teſtari poſſunt, *hic &
l. fin. ſupr. de teſtam. milit.* Et uti contra teſtamen-
tum militare non datur qverela, *l. 9. C. de inoff.
teſt.* ita nec datur bonorum poſſeſſio contra ta- 2
bulas per *h. tit.* qvod nec per *Nov. 115.* mutatum
fuit, qvia teſtamentum militare non à jure com-
muni dependet, de qvo *d. Nov.* loqvitur *Donell.
lib. 19. c. 5. Facbin. l. 6. c. 74. Reuſn. de teſt. p. 2. c. 5.
num. 7.*

## Titulus XIV.

# De Jure Patronatus.

### Ad L. Jura libertorum. 4.

*SUMMARIA.*

*Patre perduellionis damnato non amittunt liberi Jura libertorum. n. 1.*
*Reſpondetur.* ad l. 3. ff. de interd. & releg. 2.

1 Patre perduellionis damnato, liberis ſalva
ſunt jura libertorum ex conſlit Severi, cui
contradicit *l. 3. ff. de interdict. & releg.* Sed
hic de benigno Jure ſermonem eſſe, cum
2 *Cujac.* reſpondet *Don. & Hillig. l. 2. c. 19. lit. 1. B.*
vel Alpheno, ut antiqviori, conſtitutio Severi
non potuit eſſe nota. *Ant. Matth. ad lib. 48. ff. tit.*
*2. c. 3. n. 8.*

### ad L. Adigere. 6.

*SUMMARIA.*

*Patronus matrimonium liberta impediens privatur jure patronatus. n. 1.*
*Juramentum de non nubendo quatenus à lege remittatur. 3.*
*Limitatur id, qood in num. 1. dictum, modo perſona habilis ad matrimonium ſit. 3.*
*Ceſſante ratione Legis, ceſſat diſpoſitio. 4.*
*Qva Regula limitatur. 5. & 6.*

1 Patronus adigens juramento libertam ad de-
ferendum matrimonium, vel ne nubat, vel
matrimonium contrahat, Jus Patronatus amittit,
imò & juramentum de non nubendo à lege re-
mittitur *§. ult. hujus legis Cooarr. ad c. qoamvis*
2 *de pactis l. 6. p. 1. §. 3. num. 33. & ſeq.* qvod intel-
ligo ſecundum jus Canonicum, ſi fiat ex gravi
causâ ob uſtiones carnis, vel publicam utilita-
tem, aut ob ſublatam perſonam; in cujus gratiam
fuit juramentum præſtitum, ut ſi liberis juravіſ-
3 ſet. Exceptio hîc habetur, qvod intelligendum
ſit tunc pœnam deberi, qvando perſona apta eſt
ad matrimonium, licet non ſit apta ad liberos gi-
gnendos, v. gr. qvi caſtratum adegit ad jura-
mentum de nuptiis non contrahendis, non me-
retur pœnam, ſed ſi patronus ſterilem libertam
adegerit ad juramentum de non nubendo,
omninò incurrit pœnam, qvia etiam ſterilis ve-
rè nubit. *P. Barboſ. ad l. 1. p. 1. n. 10. ff. ſolut. matrim.*
4 Hinc hujus legis regulam hic colligunt, ceſſante
ratione legis diſpoſitionem etiam ceſſare. *Alex.*
*in l. fin. in 1. not. num. 2. C. de Edicto D. Adrian. P.*
*Barb. in d. l. 1. part. 1. n. 87. ff. ſolut. matrim. Joh.*
*Annibal. in repet. rubr. ſol. matr. num. 39. Tiraq.*
5 *tract. ceſſante cauſa.* Ideoqve hæc regula limitari
ſolet, ut de cauſa finali tantùm intelligatur, non
de impulſivâ: id eſt, qvæ extra actum ac contra-
ctum eſt, nec ingreditur obligationis vel diſpoſi- 6
tionis ſubſtantiam. *Dn. Mev. p. 4. dec. 172. num. 2.*
neqve ex particulâ QVIA ſemper colligitur cau-
ſa finalis. *Tiraq. d. l. tr. lim. 1. num. 83.* prout eum
citat *Mev. d. l. num. 9.* & in dubio cauſa potius
impulſiva præſumenda, qvàm finalis, & qvi fi-
nalem dicit, id debet probare, qvam commu-
nem refert *Mev. num. 10.* imò qvando etiam
finalis aliqva cauſa eſſet, non obtinet regula in
facto, ſed fiendo, i.e. non habet locum, qvando
in actum deducta eſt jam obligatio, ex *Tiraqv.*
*lim. 40. Mevius num. 11.* confer *Thabor ad Barb. l. 3.*
*c. 10. axiom. 12.*

### ad L. Eum patronum. 10.

*SUMMARIA.*

*Patronus capitaliter libertum accuſans privatur b. p. n. 1. 12.*
*Denunciationem accuſationis inſtar eſſe, an recte ex* h. l. *colligatur. 3. 4.*

Patronus capitaliter accuſando libertum, a- 1
mittit bonorum poſſeſſionem: capitis autem
accuſatus etiam is eſt, qvi accuſatus de crimine, 2
cujus pœna eſt exilium, & cujus crimen delatum
eſt. Ex hoc textu nonnulli colligunt, denuntia- 3
tionem eſſe inſtar accuſationis *Farin. qvæſt. 16. n.*
*17. Rosbach. in proceſſ. crim. cap. 11. n. 1. & Ægid. Boſſius tit. de denunc. num. 1.* ſed ab eâ opinio-
ne recedit *Dn. Manzius in cent. dec. qvæſt. 61.* Ad 4
legem verò hanc reſponderi poteſt, in hâc ma-
teriâ de denegandâ bonorum poſſeſſione contra
tabulas, delationem (per qvam qvidem Accur-
ſius accuſationam intelligit, ſed minùs aptè) in-
ſtar accuſationis eſſe, & eundem effectum habere
in hâc materiâ. Ex qvo non poteſt evinci, hæc
convenire in omnibus, & qvicqvid de accuſato-
re dicitur, etiam de denunciatore dicendum eſ-
ſe; qvod notoria Praxis refutat.

### ad L. Qvi contra. 15.

*SUMMARIA.*

*Patronus libertum ad jusjurandum contra legem adigendo præjudicat etiam liberis ſuis in ſucceſſione bonorum.*

Patronus, qvi contra legem ad jusjurandum adigit libertum, nihil juris habet, nec ipſe nec liberi ejus, ſcilicet in ſucceſſione bonorum, ut ex lege præcedente patet, non verò qvoad reverentiam *l. 8. §. 2. & l. 10. de in jus voc. Don. l. 2. c. 19.*

### ad L. Si libertus. 16.

*SUMMARIA.*

*ALienatio à liberto facta in fraudem legis ipſo jure nulla eſt. n. 1.*
*Secus ſi facta in fraudem patroni. 2.*
*Alienationem factam in fraudem legis ipſo jure non valere colligitur. 3.*
*Si plures alienationes in præjudicium alterius factæ, omnes revocantur. 4.*
*Si prohibita donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, prohibita ſimul cenſetur donatio qvoad præſentia bona ſola. 5.*

1 LIbertus qvando alienat in fraudem legis, &
minorem ſe facit centenario, ita, ut patronus
ſua ſucceſſione privetur, alienatio ipſo jure eſt
2 nulla. Sed qvando non facit ſe minorem cente-
nario, alienatio tantum facta eſt in fraudem pa-
troni, ut minus accipiat, ſed ea non eſt ipſo jure
nulla, ſed revocatur per Paulianam actionem.
vid. *Joh. Crotus in rep. l. ſi inſulam. n. 40. & Joh.
Annibal in repet. d. l. n. 119.* conf. *Ceph. conſ. 179.
num. 11.* Unde communiter probant, alienatio-
3 nem factam in fraudem legis, ipſo jure non va-
lere.

Ex §. *pen.* notandum, qvando plures aliena-
4 tiones concurrunt in alterius præjudicium, ubi
una ſola non deminueret alterius intereſſe, qvod
omnes ſint revocandæ, qvia omnes contra leges
factæ *Alex. vol. 2. conſ. 83. n. 15.* Ex qvo §. *pen.* eti-
5 am Dd. colligere ſolent, præſuppoſito eo, qvod
donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non valeat, qvod talis donatione qvidem qvoad præſentia bona ſola valeat. *Alex. in L. ſtipulatio hoc modo concepta. 61. n. 21. ff. de V. O.* conf. *Socinus ibid. n. 88.*

### ad L. Divi fratres. 17.

*SUMMARIA.*

*JUdicium Prudentem non ſeqvi tenetur judex, niſi ſuo nomine ſententia concepta. n. 1.*
*Qvid ſi ſententia ſuo nomine concepta actis & juri contraria appareat. 2.*

EX hac lege ejusqve principio colligunt, judi- 1
cem non ſemper adſtrictum eſſe, ſeqvi judi-
cium Prudentum, niſi ſuo nomine concipere ſen-
tentiam juſſerit. *Dn. Thabor de Tort. ad art. 28.
th. fin.* Imò ſi vel maximè ſententia nomine 2
judicis concepta, qvando tamen Judex in rele-
ctione tacita videt eam Actis vel Juri eſſe contra-
riam, publicare eam non debet, ſed potius ad ali-
ud collegium transmittere; niſi partes per mo-
dum compromiſſi in certum collegium compro-
miſerint, ut interdum factum memini: qvod
tamen raró fit, & non præſumitur actum,
de qvo pluribus diſſerui in *Proceſſu Civili. c. 27.
num. 11.*

### ad L. Fin.

JUdex Appellationis poteſt ſententiam à qvâ ex parte confirmare; ex parte nullam dicere, videantur Dd. allegati à me ad *l. 41. ff. famil. herciſc.*

# TITULUS XV.
# De obſeqviis parentibus & patronis præſtandis.

### Ad L. Etiam militibus. 1.

*SUMMARIA.*

*INjurias parentibus illatas judex ex officio vindicat. num. 1.*
L. 3. C. de patr. pot. *an hodiè obtineat. 2. 3.*
*Filius maledicus in patrem à paterna hereditate excludendus ut indignus licet à patre non exheredatus fuerit. 4 5.*

1 COntumelias & manus impias parenti-
bus illatas Judex ex officio vindicat
*hic & l 3. & 4. C. de Patr. Poteſt. Weſ.
in ff. tit. de Parricid. Carpz. pract. Crim.
2 qv. 100. n. 35.* Licet autem in *l. 3. C. de patr. poteſt.*
conſtitutum ſit, ſi filius graviter contra paren-
tem peccaverit, licere patri offerre filium Præſidi
dicturo ſententiam juxta votum patris; hoc ta-
men hodie non obſervari refert *Dn. Mev. p. 4. dec.
3 184. n. 6.* Sed Magiſtratus etiam patre non defe-
rente, nec ex voluntate ejus; ſed pro modo de-
licti pœnam ex officio decernet. *Carpz. d. l.* qvin
& talis filius improbus, licet à patre non fuerit
exheredatus, excludi tamen debet ab hæredita-
te paterna tanqvam indignus; imò indigniſſi-
mus. *Mev. p. d. l. n. 1. & dec. 185. in princ. Idem Dn.
Mev. p. 5. dec. 153.* qvamvis videatur potius dicen- 4
dum ex *l. 9. ff. de his qvibus ut indign.* qvod non
poſſit capere ex hæreditate patris, in qvem inju-
rius fuit. Ego exiſtimo, ſi filius maledicus ſit in 5
patrem aut manus impias intulerit, exhæredari
poſſe, ſed ſi non facta exhæreditatio, tunc diſtin-
gvitur inter legitimam portionem, & inter lega-
ta. Hæc videntur adempta, ſed non portio libe-
ris debita.

### ad L. Parens Patronus. 5. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*QVæ actiones contra parentem vel patronum moveri non poſſint. n. 1.*
*Qvæ exceptiones opponi non poſſint. 2.*
*Parentes habent beneficium competentiæ. 3.*
*Non tenentur præſtare juramentum calumniæ. 4.*

*Cum parente litigans ſemper ipſum debet nominare cum titulo honoris. 5.*

1 PLurima hic habentur Parentum privilegia 1. qvod actiones non tantum famoſæ, ſed etiam non famoſæ, dedecoroſæ tamen, v. gr. ſervi corrupti, contra parentes non dentur; qvia per has etiam pudor parentum ſugillatur. *l. 10. §. pen. ff. de in jus vocando.* Et ideò nec interdictum unde vi datur contra parentes, qvia atrocitatem facinoris in ſe continet. *hic & l. 2. §. 1. ſup. h. t. Enenk. Baro de privil. Parent. priv. 18. c. 1. num. 2.*
2 2. Nec exceptio per qvam pudor parentum ſugillatur, ut exceptio doli. *hic & l. 4. §. 6. ff. de Except. Doli mali. & ibi Zaſ. tom. 3. p. 411.* licet in factum excipi poſſit. *Colleg. Argent. d. t. th. 9. Enenck. d.*
3 *l. n. 3.* Parens condemnatus habet beneficium competentiæ. *Enenck. Baro d. l. priv. 11. Manz. in*
4 *patroc. pauper. decad. 3. q. 1. n. 6.* 4 Non tenetur præſtare juramentum calumniæ, ideoqve evidens mendum in *l. 34. §. 4. ff. de Jure Jur. Hillig. in Donell. l. 24. c. 19. lit. D. & Carpzov. part. 1. conſt. 12.*
5 *def. 24. Speckhan. c. 2. claſſe 4 qv. 24.* Qvi etiam cum Senatore litigat, ſemper debet cum titulo honoris ipſum nominare. *Dn. Mev. p. 5. dec. 259.* qvanto magis, ſi cum parente; ut pronunciatum memini.

## ad L. Liberto. 9.

LIberto & filio ſemper honeſta & ſancta perſona patris & patroni videri debet: Ideoq; merito parentum aſſertioni multum tribuendum eſt; modo ſpecificè & deliberato aliqvid aſſeruerint. *Dn. Mev. p. 4. dec. 233. num. 1.*

## ad L. Pen. & ult.

*SUMMARIA.*

*PAter in emancipatione filii operas ſibi à filio ſtipulari non poteſt. n. 1.*

*Libertus invito patrono arte ſua uti poteſt. 2.*

*An liberi pro operis patri præſtitis mercedem petere poſſint. 3.*

QVæritur, an pater, dum emancipat filium, 1
poſſit ſibi operas à filio emancipato ſtipulari? qvod hic negatur, qvia à ſolis libertis id licet. Sed cur non ab aliis liceat operas ſtipulari? forte id pugnaret cum naturali libertate, ex qva ratione ad factum promiſſum præſtandum nemo obligari poteſt. conf. *Cujac. t. 2. ad l. 107. de V. O.*
An autem liberi pro operis præſtitis patri, merce- 2
dem petere poſſint, qværitur? & affirmatur, ſi pater bonis adventitiis fruatur. *Carpzov. p. 1.*
*c. 28. d. 31. & p. 2. c. 10. d. 8.* Et licet libertus vel 3
liberta ad operas ſe obſtrinxerint, non poteſt tamen prohiberi à patrono, qvo minus arte, qvam didicit, utatur, per *l. ult.* licita tamen & honeſta.

# LIBRI XXXVIII.

## TITULUS I.

## De Operis Libertorum.

### Ad L. Operæ, 1.

*SUMMARIUM.*

*Operæ qvid?*

OPeræ ſunt officium diurnum i. e. regulariter de die expediendum. Nam licet qvædam operæ honeſtæ etiam noctu præſtari poſſint, reſpicit tamen JCtus ad id, qvod fit freqventius. *Zaſius l. 1. ſingul. intell. c. 3. n. 4. & 6.* Hinc in Urbariis ſolet tempus diei determinari, qvando tempore hyemis vel æſtatis finiri debeant operæ ruſticorum.

### ad L. Operas ſtipulatus, 3. & Libertus. 15.

*SUMMARIA.*

*OPeræ dividi non poſſunt. n. 1.*

*Qvod imitatur; niſi per ſtipulationem dividantur. 2.*

*Reſtringitur regula ad caſum, qvod debitor operarum invito altero dividere non poſſit. 3.*

1 OPeræ pro parte nec promitti, nec peti poſſunt, per *l. 15. §. 1.* qvia non eſſent diurnum officium; ſed bihorium vel ſemi diurnum. Sed ita ſubtilis eſt ratio. Dixerim cum Caballino in *tr. de* 2
*Div. & Indiv. p. 2. n. 355.* Qvod operæ ſtipulationes pro parte remitti, vel deduci, vel pro parte ſolvi, conſentiente creditore poſſint, ſicut & ſtipulatio, foſſam fodi, domum ædificari, & ſimilium factorum, dividi poteſt; ſioc enim exigit utilitas hominum, & commerciorum, ſecundum qvam contractus & eorum effectus regulantur, & ipſe ſenſus communis, experientia, & praxis ſatis oſtendit & probatur per *L. in ſtipulationibus. 54. §. operarum, de V. Obl.* & qvando plures ſunt hæredes pro numero hæredum operæ dividentur. *l. 15. in fine.* Sanè altero invito is, qvi debet operas uni,
non poſſet dividere v. g. ſi Dominus juberet, ut 3
ruſtici pro una die duabus diebus dimidiatis qvidem horis matutinis ſervirent. Vel ſi ruſtici horis 12. vel 10. pomeridianis duorum dierum ſervire vellent Domino invito.

### ad L. Fabriles, 6.

*SUMMARIUM.*

*Libertorum operæ aliæ artificiales, aliæ officiales.*

Operæ

OPeræ libertorum aliæ ſunt officiales, aliæ fabriles ſeu artificiales, qvæ in artificio conſiſtunt; illæ in Domini perſonam referuntur, ut comitari, menſam inſtruere & ſimilia: Hæ in pecuniæ præſtatione conſiſtunt, & ad heredem tranſeunt etiam extraneum; illæ non. vid. *Wiſſenbach diſp. 14. th. 1. Dn. Struv. hic th. 61.*

## ad L. Operæ. 6.

HIc alia differentia habetur, qvod officiales non poſſint alii, niſi patrono edi, ſed fabriles omnibus, cuicunqve vult edi patronus *hic & L. 26. Si non ſortem. §. 12. ſupr. de condict. indeb. Zaſ. d. c. 3. n. 48. & ſeqq.*

## ad L. Suo victu, 18. cum tribus ſeq.

### *SUMMARIA.*

*CUjus ſumptibus operæ præſtentur. n. 1. 2.*
*Qvæ præſtentur in comitatu patroni, qvæ non. 3.*
*Operæ ruſticorum dijudicandæ ſunt ex h. t. 4.*
*Operæ ruſticorum an victu Domini edendæ. 5.*
*Operæ ſubditorum ita exigendæ, ut tempus relinqvatur ſe ſuosqve alendi. 6.*
*Vagabundum patronum libertus ſeqvi non tenetur. 7.*
*Ruſticum operas ſuas non teneri præſtare extra domicilium Domini, nec operas de loco ad locum extendi debere colligitur. 8.*
*Ruſtico de conſvetudine ſeqventi victus ſuppeditandus eſt. 9.*
*Servitia Vaſallorum cujus ſumptibus exhibenda. 10.*
*Qvid in Saxonia & Marchia obtineat. 11.*
*In dubio qvid ſtatuendum. 12.*

1 HIc tertium diſcrimen habetur: operæ enim
officiales victu, vectura & ſumptu patroni
præſtantur *L. Operæ 21. h. t.* ubi vecturæ mentio
fit, & de his officialibus dicitur in *l. 33.* non poſſe
2 conveniri, ut Libertus ſe ipſum alat: fabriles autem
proprio ſumptu & victu præſtabit per *h. l. 18.*
ob regulam communem, qvod promiſſor ſuâ impensâ
dare debeat id, qvo promiſit; operæ autem
fabriles habent hoc cum obligatione dandi
commune, qvod in præſtatione pecuniæ conſiſtant:
& præterea fabriles libertus ſeorſim habitando
perficere ſolet, officiales verò in comitatu
3 patroni. Ita *Zaſ. d. c. 3. n. 52.* Licet aliter *P. Greg.
l. 14. c. 8. num. 7. Pac. cen. 6. qv. 65. Don. & Hillig.*
4 *l. 2. c. 18. lit. F.* Cum igitur operæ ruſticorum hodiè
ab operis libertorum profluxerint, *Huſanus
de propriis hominibus. c. 6. n. 53.* & ad eaſdem leges,
qvæ de operis libertorum loqvuntur, redigendæ
*Sich. ad rubr. C. h. t. n. 2. Klok. vol. 1. conſ.*
5 *10. n. 730.* Ideo dicendum videtur, has operas ruſticorum,
qvæ cum officialibus comparantur
*Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 51. def. 6.* edi victu
Domini: Contrarium tamen tradit *Klock d.
conſ. 10. n. 524.* ſed conſvetudo locorum hanc litem
decidet. Ex *l. 19. ut & ex l. pen. §. 1.* doce- 6
mur, operas ita moderandas, ut tamen his diebus
aliqvid comparare poſſint, qvo ſe & ſuos
alant, nec aſſiduis operis graventur; qvod hodiè
obſervari optat *Zaſ. d. l. n. 82. Gail l. 2. obſ. 62. in
fin. Carpzov. l. 1. reſp. 53.* Ideoqve vel victus ſervientibus
præbendus, aut tantum ſpatium ad illum
qværendum illis concedendum. *Mev. p. 4. dec.
133. Klock. vol. 1. conſ. 10. n. 730.* ſed ſurdis interdum
fabula narratur: verum vindex miſerorum
nec ſurdus nec mutus eſt, nec erit. In *l. 20. in fin.* 7
dicitur, ſi vagari patronus per orbem terrarum
velit, non eſſe injungendam neceſſitatem ſeqvendi
liberto. Unde probat *Carpz. Reſp. 57.* ru- 8
ſticum operas ſuas non teneri præſtare extra domicilium
patroni, nec operas de loco ad locum
extendi debere. Si autem ruſticus de conſvetu- 9
dine ſeqvi cogatur: æqvum eſt victum dari. *Johan.
Tr. Balthaſar tit. 4. reſol. Bavar. n. 11.* Servitia va- 10
ſallorum an propriis vaſallorum ſumtibus exhibenda,
an Domini, prolixè diſputatur. Diſtingvunt
nonnulli inter majus & minus feudum,
item inter ſervitia in patriâ & extra patriam exhibenda,
ut ad *l. 20.* dicitur. Sed indiſtinctè domino
tribuit *Finck. obſ. 87. n. 7.* per *text. extraord.
lib. 2. f. 107.* Sed ſolet hâc de re conſvetudo obſervari.
*Roſenth. c. 8. concl. 24.* In foro Saxon. & 11
ni fallor, in Marchiâ, vaſalli ſervitia exhibent
Domini ſumtu, auf des Herrn Futter und Mahl.
*Schneid. de feud. p. 5. n. 111. & Mat. Weſenb. de feudis
c. 9. n. 10. Schulz. de feudis c. 10. n. 44.* Ubi 12
nulla incertitudo, ſeqverer diſpoſitionem Legis
*20. §. 1. & l. 21.*

## ad L. Qvod niſi. 20. & L. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*ONus ſumptibus illius, cui incumbit, expediendum., n. 1.*
*Qvid ſi extra patriam ſervitia præſtanda. 2. 3.*

NOtes hic, qvod unusqvisqve, cui incumbit 1
onus, illud ſuis præſtare impendiis teneatur.
*Mev. p. 5. dec. 401.* ubi de expenſis commiſſionum
agit, ſi unius gratia tantum conſtituta commiſſio;
tunc enim ille unus feret expenſas, aliàs
uterqve: de qvo ſi dubium qvid ſit, durante lite
eodem judicio diſputatur. *Mev. d. l.* Extra pa- 2
triam ſi qvis ſervire teneatur, ſumptus ab eo, cui
operæ præſtandæ, ſuppeditandi, qvod de vaſallo
etiam extra patriam domino militante (qvod
qvibus caſibus fiat, vid. *Roſenthal. de feud. c. 8.
concl. 25.*) intelligit *Roſenth. d. c. 8. concl. 24. n. 5.
& 10. Schrader de feud. p. 6. c. 6. n. 15. Vult. lib. 1.
feud. c. 10. n. 44. Kobl. de ſervit. feudal. p. 6. n. 7.*
Et ruſticus non tenetur Domino ſervire extra 3
domicilium ſuis præſertim ſumtibus. *Carpz. l. 1.
Reſp. 57.* qvod limitat *Carpzovius p. 2 Conſt. 52. d. 5.*
niſi materia in territorio haberi neqveat.

## ad L. Patronus. 25.

*SUMMARIA.*

*QVibus caſibus operas libertorum patronus aliis locare poſſit. n. 1. & 2.*

*Dominus ſolutionem pecunia pro operis à ruſticis aliqvandiu factam, mutare poteſt in præſtationem operarum. 2. 3.*

1 OPeras aliis locare non poteſt patronus, niſi
*l.* alias inutiles ſint futuræ patrono, ut in §.
*1. & 2.* ipſi liberto conducant; nam tunc pa-
tronus potiùs pretium operarum, qvam merce-
dem percipere inteligitur §. 4. ex cujus argu-
2 mento poteſt probari, ſi Dominus à ruſticis ali-
qvandiu pecuniam pro operis exegiſſet, qvod
poſtea ipſas operas exigere poſſit. *Klock. de con-
trib. c. 2. n. 66. & ſeqq. & Dn. Mev. p. 4. dec. 271.*
nam certum eſt, etiam dum pecuniam præſtite-
runt ruſtici, Dominum operas percepiſſe, qvia
3 percepit earum pretium juxta hunc textum. Res
illa ex voluntate Domini meræ facultatis eſt,
modò non ſint intolerabiles operæ, nec cum ini-
qvis conditionibus impoſitæ, v. g. ut ultimò
4 veniens mulctetur. *Mev. d. l.* Operæ itaqve fabri-
les, præſertim ſi inutiles futuræ patrono, & hic ſit
tenuioris fortunæ, poſſunt aliis locari. *hic & l. 27.
h. t.* vid. *Berlich. part. 1. deciſ. 67.*

## ad L. Medicus. 26. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*LIberto medico permittere debet patronus & aliis medicamenta præbere. n. 1.*

*Lectio.* §. 1. h. l. 2.

*Qvædam operæ non ſemper præſtari poſſunt. 3.*

1 DEbet patronus liberto Medico tantum tem-
poris ſpatium concedere, ut etiam aliis me-
dicinam præſtare valeat, præſertim tempore
2 meridiano per *l. 26.* cujus §. *1.* obſcurior, ejusqve
duas lecturas recenſet Gloſſa. & priorem appro-
bat *Jaſon in repet. l. qvo minus. ff. de flumin. n. 103.
3 vol. 5.* Nonnullæ etiam operæ ejus ſunt naturæ,
ut præſtari non poſſint ſemper, nec eas ſemper
expetat patronus, v. gr. ſi Medicus ſit vel Hiſtrio.
Nemo enim patronorum exoptabit ægrotare, vel
ſemper ludos facere; ideoqve volente Domino
etiam aliis ejusdem familiæ præſtari a liberto de-
bent.

## ad L. Si operarum. 29.

OPerarum obligatio in ſtipulationem primò & poſtea in litem deducta, etiam lite non conteſtatâ transmittit ad filios, non ad extraneos hæredes, de qvo *Donell. lib. 7. c. 25. poſt lit. E. P. Barboſ. ad L. ſi conſtante §. fin. ff. ſolut. matrim. n. 22. & ſeq.*

## ad L. Si libertus. 30.

*SUMMARIA.*

*OPera ruſticorum indeterminata boni viri arbitrio modificanda. n. 1.*

*Qvæ in hoc negotio attendenda. 2.*

*Opera certa expreſſa non demonſtrativè ſed reſtrictivè explicanda. 3.*

*In dubio pro ruſticorum conditione liberiori pronunciandum. 4.*

*Monitum ſubnectitur. n. 5.*

OPeræ libertorum, ut & apud nos ruſticorum 1
indeterminatæ reduci debent ad arbitrium
boni viri. *Gylman. l. 2. dec. 4. n. 11. Vultejus vol. 2.
conſ. Marpurg. 30. n. 212. Webner. in obſ. pract. voc.*
Ding-Knöthel/ *pag. 77. Huſan. d. c. 6. n. 68. Gail.
d. obſ. 62. in fin. & Carpz. lib. 1. reſp. 54. n. 8. & ſeq.
& in jurisprud. Eccleſ. l. 2. def. 357. n. 1. Beuſt. de
jurejur. in rubr. n. 41.* & hîc ſpectandum, non qvid
extremè per vires, ſed qvid commodè his ſalvis
poſſint. *Dn. Mev. p. 4. dec. 132.* conf. *Berlich. p. 2.
dec. 281.* Et attendenda primò loci conſvetudo, 2
ut ad inſolita non facilè adigantur. 2. poſſibili-
tas ex agris & prædiis, pro qvibus præſtantur
operæ, dimetienda. 3. habenda eſt ratio victus,
qvem aut Dominus præſtare, aut tantum tem-
poris ad qværendum victum relinqvere debet.
4. habenda eſt etiam ratio æris alieni, qvo ob-
ſtrictus eſt ruſticus aliis *Dn. Mev. p. 4. dec. 133.*
Ideoqve ſi certæ operæ expreſſæ, eæ potiùs reſtri- 3
ctivè, qvàm demonſtrativè videntur intelligen-
dæ. *Berlich. p. 2. dec. 281.* & ſemper ita interpre- 4
tandæ, ne conditio ſubditorum fiat deterior ac
durior. *Berlich. d. l. n. 44.* & in hac materiâ odio-
sâ non fit extenſio ab unâ ſpecie ad aliam. *Berl.
n. 45.* Sane hîc cavere maximè debent, ne in
DEUM peccent Domini ruſticorum. Procul 5
dubio immoderata ſervitia à ſubditis exacta plu-
rimos gehennæ addixerunt & addicent, qvia Do-
minus & ruſticorum ſuſpiria audit, nec apud
ipſum ullus perſonarum reſpectus. Caveant er-
gò Domini, caveant judices, caveant Advocati,
ne in ſupremi Domini iratas manus incidant.
*l. 32. v. l. 1. qvarum rerum actio & l. 4. C. h. t.*

## ad L. Imponi operæ. 33.

IMponi operæ non poſſunt, ut ſe ipſum alat libertus, ſcil. fabriles vid. *Don. l. 2. c. 18. & Hillig. lit. F. Zæſ. h. t. n. 4.*

## ad L. Interdum. 34.

*SUMMARIA.*

*LIberta ad eam dignitatem, cui non convenit præſtatio operarum, evecta, liberatur ab obligatione operarum. n. 1.*

*Uxorem nobilem ad vilia obſeqvia non teneri, colligitur. 2.*

*Ad tempus promiſſæ operæ tempore exſpirant. 3.*

Obli-

1 OBligatio operarum interdum deminuitur, imò tollitur, v. gr. ſi liberta ad eam dignitatem perveniat, ut inconveniens ſit præſtare pa-
2 trono operas. Unde colligunt, uxorem nobilem ad obſeqvia vilia, & qvæ ejus dignitati non conveniunt, non teneri. *Sanchez. de matrim. tom. 1.*
3 *lib. 6. diſp. 9. n. 24. Garcias de donat. remun. n. 28. Fagnndez ad prac. 4. c. 12. n. 4. Zaſ. r. 1. n. 3.* Sic & tempore pereunt, ſi ad tempus promiſſæ, nec proprius homo cenſetur, qvi ad tempus incertum, qvamdiu lubet, ſuas operas Nobili addixit; licet diutiſſimè hæſerit, vel ſi ad alium translatus vel operæ mutatæ. Ita obſervatum refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 17.*

## ad L. Qvi libertinus. 37.

SI libertus promiſit operas patrono, & poſtea cœpit habere duos liberos, vel unum qvinqvennem liberatur à præſtatione operarum, & amiſſi liberi proficiunt ad operas currentes &c.

## ad L. Hæ demum. 38.

OPeræ eæ tantum debentur, qvæ non ſunt turpes, & ſine periculo vitæ præſtari poſſunt, licet ante præſtitæ ſint, *hic & l. 16. ſuper h. t.* Confer ea, qvæ in materia Obſtagiorum tradit *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. c. 9. n. 89. & ſeq.*

## ad L. Si ita ſtipulatio. 39.

OPeræ, qvæ habentur in conditione, *ſi decem dierum operas non præſtiteris, viginti præſtabis*, videntur promiſſæ, ne patronus contra voluntatem teſtatoris ab operis, & à pœna excluſus videatur. *Fort. Garſ. in rep. l. Gallus. ff. de Liber. & Poſthum. Galiaula in rep. L. Centurio. d. t. num. 470. Rol. à Valle vol. 4. conſ. 18. n. 23.*

## ad L. Si libertus. 44.

*SUMMARIUM.*

F*Idejuſſor pro alterius facto præſtando obligatus inutiliter interpellatur.*

QVando fidejuſſor, pro alterius facto præſtando obligatur, v. gr. *ſi domum ædificare promiſeris dato fidejuſſore*, cum factum perſonæ promiſſoris cohæreat, inutiliter fidejuſſor interpellatur, & mora nulla in fidejuſſore; nam principales facere debuit, qvia factum perſonæ cohæret: ſed aliud in obligatione dandi. *Jaſon. in L. centum. ff. de eo, qvod certo loco. Coraſ. l. 2. miſcell. c. 12. num. 5. Godd. de ſtip. c. 11. concl. 10. n. 146. Hering. de fidejuſſ. c. 24. n. 152. & ſeq.*

## ad L. Campanus. 47.

*SUMMARIA.*

Q*Vi ſciens indebitas operas promiſit, præſtare eas tenetur. n. 1.*

*Sciens qvi indebitum ſolvit, repetitionem non habere, colligitur. 2.*

*Exceptio doli non datur, ſi ſciens ſine cauſa qvid promittit. 3.*

QVi ſciens, ſe ad operas non teneri, nec gra- 1
vari poſſe, paſſus eſt, ſe ad illas obligari, præſtare eas tenetur, qvia donaſſe præſumitur. Nam libertus, ex fideicommiſſo manumittendus, ſcivit teneri hæredem manumittere, & libertatem ſe non conſeqvi beneficio hæredis. *Jaſon. in L. Juris gentium. §. ſed cum nulla. num. 28. ff. de pact. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 88. n. 56. & ſeq. Decius in L. cujus per errorem de R. J. Loriot. de Transact. ax. 39.*
Collige, qvi aliqvid indebitum ſciens præſtitit, 2
eum non habere repetitionem. Et qvi ſine cauſa 3
ſciens qvid promittit, illi non obſtat exceptio doli, qvæ ignoranti alias datur. *l. 2. §. circa de Exc. dol.*; Sed tenetur debitor, qvi ſine cauſa ſe obligavit, ſolvere. *Guttier. de juram. Confirm. p. 1. c. 47. num. 7.*

## ad L. Sicut patronus. 48.

*SUMMARIA.*

P*Atronus conſentiendo liberta nubendi, operas remiſiſſe cenſetur. n. 1.*

*Uxor in taberna merces vendens an de ſuo pro marito ſolvere teneatur. 2.*

*Vidua jure retentionis utens tenetur ſucceſſoribus ad easdem operas præſtandas, qvas marito vivo præſtitit. 3.*

SI patronus conſentiat libertæ, ut nubat, ope- 1
ras ab eadem non exigit, qvia uxor marito operari debet, qvod ex *h. t.* probant *P. de Ubald. intr. de duob. fratr. part. 4. qv. 8. n. 17. Tiraq. de LL. Connub. gl. 1. part. 1. n. 2. Gerb. ſingul. 99. n. 4.*
Et hinc ſeqvitur, qvàm abſurda ſit eorum opi- 2
nio, qvando uxor in taberna merces vendidit, qvod tunc teneatur de ſuo pro marito ſolvere: nam uxor debet operas præſtare marito, ne ita melioris conditionis eſſet otioſa uxor, qvæ manus in ſinu habet. Sed tunc ſocia eſt, qvando partem proprietatis mercium ſingulari jure habet. *Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. t. 5. art. 7. n. 115.* & ſic pronunciatum in Facult. d. 12. Maji Anno 1643. Sed circa operas diſtingvi ſolet, an ſint operæ artificiales, an verò obſeqviales, harum compendium marito, illarum uxori debere ſtatuunt Dd. *vid. Dn. Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 13. num. 55. & ſeqq.* Unde & probatur, ſi vi- 3
dua jure retentionis utatur, qvod operas easdem etiam præſtare ſucceſſoribus teneatur, qvas marito vivo in Oeconomia præſtitit. *Joh. Heeſer de rat. reddit. loco. 1. num. 62.*

TITU-

# Titulus II.

# De Bonis Libertorum.

## Ad L. Hoc Edictum. 1.

*SUMMARIA.*

*Inter vivos an patronus habeat Jus in bonis libertorum. n. 1.*
*Patronus quando & in qvantum ſuccedat liberto. 2.*
*Ratio hujus ſucceſſionis. 3.*
*Mortuarium,* Hauptfall oder Hauptrecht *qvid. 4.*
*An ſi hic ruſticus ſine hærede, Dominus ab inteſtato ei ſuccedat. 5.*

1 PRæter operas, de qvibus in præced. tit.
actum, habet etiam patronus Jus in bonis
libertorum, & qvidem inter vivos non ha-
bet Jus, niſi de ſocietate pactus ſit cum li-
2 berto. Mortuo verò, ſi minus 100. aureis in bonis
habuit libertus; aut ſi plus qvidem habuit, ſed
habuit liberos vel parentes, nihil juris habet in
eorum defunctorum bonis patronus, ſed ſi ſit
centenario major, & nec liberos nec Parentes
habeat libertus, in tertiâ parte ei ſuccedit patro-
nus, cum antea haberet patronus dimidiam, ut
3 hic. Nota ex lege hâc, qvàm grande ſit benefi-
cium libertas, & qvod ob remunerationem multa
4 liceant, qvæ aliàs non licent Hodiè ſimile Jus in
bonis ruſticorum habent in Germaniâ ſuperio-
re, qvod vocari ſolet Mortuarium, Hauptfall oder
Hauptrecht / qvô Domino vel optimum caput
qvadrupedis, vel melior veſtis, vel loco eorum
certa pecuniæ ſumma debetur, vel ſi nullum hæ-
redem habeat, ab inteſtato ei ſuccedat. *Manz. in*
5 *cent. deciſ. qv. 23. n. 1.* Qvamvis ultimum non
concedam, niſi conſvetudine hoc qvæſitum;
nam vacantem hæreditatem ſibi qværere alias
Jus fiſci eſt. De Mortuario vid. *Manz. d. l.* & *Joh.
Fr. Balthaſar. tit. 4. reſol. Bavar. 4. Sich. ad L. libertorum. C. de teſtibus. Beſoldus in Theſ. pract. in voce* Hauptrecht / *& Wehnerus in obſ. pract. in voce* Hauptfall / qvæ vox magis placet, qvàm Hauptrecht.

## ad L. Etiamſi. 3.

*SUMMARIA.*

*Datur etiam patrono b. p. c. t. liberti Jure aureorum annulorum donati. n. 1.*
*An qvoqve t. t. natalibus reſtituti, vel illius, qui privilegii inſtar à Principe Jus teſtandi conſecutus eſt. 2.*
*In computanda qvantitate patrono debita qvod tempus attendendum. 3.*

1 Libertus ſi jus annulorum aureorum à Princi-
pe ſit conſecutus, contra teſtamentum ta-
men ejus patronus habet bonorum poſſeſſio-
nem contra tabulas, ratio, qvia vivit ut ingenu-
us, moritur ut libertus; Sed ſi natalibus reſtitua- 2
tur, vel à Principe jus teſtandi conſecutus ſit in-
ſtar privilegii, qværitur, an patronus contra ta-
bulari, ut loqvuntur, qveat? videtur qvòd ſic,
ob *l. 1. §. ſi qvis à principe. ff. ne quid in loc publ.* ubi
dicitur, reſcripta & beneficia in præjudicium ter-
tii intelligi non debere. Sed negatur, qvia patro-
nus certat non de damno, ſed de lucro: & cùm a-
lias libertus ſit legitimè natus, privilegia duo po-
ſteriora nihil operarentur. *Joh. Hannibal. in repet. l. nemo poteſt. de leg. 1. n. 26. & ſeq. vol. 4.*

In §. *fin. & in l. 44. §. fin.* dicitur, qvod in com- 3
putandâ qvantitate patrono debitâ attenden-
dum ſit tempus mortis liberti, nec augmentum
poſt mortem liberti accedens prodeſſe patrono.
Similis textus *ſupr. ad L. Falcid. in l. in qvantitate Riminald. vol. 2. conſ. 148. n. 22. & conſ. 227. n. 42.* ubi in ſeqventibus *Bertrandum* refutat *in conſ. 141. vol. 2.*

Ad §. 14. vid. not. ad *l. 12. ff. de injuſt. & irrit. teſtam.*

## ad L. Nam abſurdum. 7.

ILla ſententia procul dubio eſt repudianda, ex qvâ abſonum aliqvid & abſurdum ſeqvitur. *Card. Mant. de tacit. & ambig. convent. l. 2. t. 13. Everbardus in loco ab Abſurdo n. 2.*

## ad L. Si verò. 8. §. 3.

*SUMMARIA.*

*Patronus donationem à liberto factam ſi acceptaverit an b. p. contrà tabb. liberti petere poſſit. n. 1.*
*Reſpondetur cum diſtinctione. 2.*
*Qvid hinc colligatur. 3.*

DOnavit qvis libertus patrono, qvod Domi- 1
nus acceptat, qværitur: an contra teſtamen-
tum liberti habeat bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas? videtur qvòd ſic, qvia ſunt diverſæ
diſpoſitiones: ideò non procedit, qvod ex eo
non debeat qvis fructum conſeqvi, qvod niſus
eſt impugnare *1. 38. de R. J. lib. 6.* Sed diſtingvi- 2
tur, an libertus inter vivos donaverit, an mortis
cauſa. Illo caſu poteſt bonorum poſſeſſionem
petere, hoc caſu non. Unde colligitur, qvod non 3
poſſit qvis ex unâ voluntate conſeqvi aliqvid, ſi
(licet aliam) voluntatem ultimam impugnave-
rit. *Petr. Peckius. ad d. reg. 38. num. 3. Romanus ſing. 482.* ubi hunc textum ſingularem vocat.

## ad L. Si Patronus. 12. §. 5.

SI ex teſtamento non adeatur hæreditas, exhæredatio pro nulla habetur, & jus ſui hæredis non extingvitur, *hîc & l. 20. pr. ſupr. de bon. poſſ. contra tabb. Hill. in Don. lib. 7. c. 2. lit. C.*

## ad L. Qvi cum 14. §. Si libertus. 6.

### *SUMMARIA.*

*Filius patroni à liberto criminis alicujus accuſatus, an, ſi accuſationem hanc retorqveat in libertum, amittat b. p. c. t. liberti. n. 1.*

*Retorſionem injuriarum in foro ſoli impunibilem eſſe, an rectè ex* h. l. *colligatur. 2.*

1 Libertus patroni filium ob aliqva crimina accuſaverat, hæc in illum retorſerat accuſatus,
ſed probare neqvit; qværitur an filius patroni
bonorum liberti poſſeſſionem à Prætore petere
poſſit? videtur dicendum, qvòd non, ob hanc
*l. 14.* in princ. Sed affirmativè reſpondetur, qvia
non ſponte ac ultrò libertum reaccuſavit, ſed
2 tantum ſe defendendo repulit. Ignoſcendum
enim eſt ei, qvi ſe voluit ulciſci provocatus. Et
inde volunt probare retorſionem injuriarum in
foro ſoli eſſe impunibilem. *Gail. 2. obſ. 100. Myn. ſ. cent. 5. obſ. 17. Riminaldus vol. 2. conſ. 114. num. 9.* Sed aliud eſt loqvi de reaccuſatione judiciali, aliud de retorſione, aliud de injuriarum pœna, aliud de pœna ſpeciali. vid. *Bach. v. 2. d. 30. θ. ult. in fin. Rennem. in tr. de jur. retorſion. p. 3. θ. 16. Finckelth. obſ. 37. n. 28. & ſeq. Wiſſ. h. t. θ. 6. Add. not. ad L. 25. ff. de procurat.*

## ad L. In ſervitutem. 16. §. 3.

PEtiiſſe non videtur, qvi ante litem conteſtatam deſtitit, vel etiam poſt litem conteſtatam ante ſententiam; imò etiam poſt ſententiam, ſi appellavit, & appellationem deſeruit, *hîc & l. 4. §. 8. ſupr. h. t.*

## ad L. Si libertus. 23. §. 1.

### *SUMMARIUM.*

*IN ſucceſſione juris patronatus patruus excludit nepotem.*

1 IN ſucceſſione juris patronatus nepos non ſuccedit cum patruo, tùm ut libertatis favor extendatur, tum qvia Jus Patronatûs jure hæreditario non defertur. *hîc & l. 5. §. ult. infr. de aſſign. libert. & l. 3. §. 5. ſupr. de legitim. Patron. Tuſcl. Men. conſil. 357. n. 35.* conf. *Rimin. vol. 4. conſ. 410. n. 24. & 32.* vulgò hanc legem allegant illi, qvi in ſucceſſione feudi regii filium nepoti præferendum eſſe putant: ſed de hâc qvæſtione in Aureâ Bullâ deciſa alibi.

## ad L. Liberto. 26.

### *SUMMARIA.*

*IN hereditatem legatarii computantur legata, ſi dies eorum ceſſit vivo legatario. n. 1.*

*Heres legatarii in præjudicium tertii non poteſt repudiare legatum defuncto relictum. 2.*

*An maritus dimidiam ſtatutariam portionem in fraudem creditorum valide remittere poſſit. 3. 4.*

*Monachus in præjudicium monaſterii hereditatem repudiare non poteſt. 5.*

IN hæreditatem legatarii computantur legata, 1
qvorum dies ceſſit vivo legatario i. e. qvorum
petitionem in hæredem ſuum transmiſit; etiamſi
hic repudiaverit legatum. *hic & l. 81. § 6. de le-* 2
*gat. 1.* Colligunt etiam ex *h. l.* hæredem legatarii
non poſſe repudiare legatum defuncto relictum,
ſi repudiatio tendat in præjudicium tertii. *Co-*
*varr. in cap. Reinald. §. 3. n. 30. & ſeq. Phanutius*
*in tr. de lucro dotis gl. 8. n. 21.* Qværitur, qvid ſi 3
maritus ære alieno obrutus dimidiam ſtatutariam portionem in fraudem cre itorum remiſerit an hæc remiſſio valida? Videtur qvod ſic, per *l. 6. pr. de his qvæ in fraud. credit.* ſed hic duplex damnum creditorum. 1. Qvia non accipiunt ſolutionem. 2. Liberi ditantur, ideoqve *Carpz. p. 2. dec. 161.* diſtingvit, utrum renunciatio mariti ante mortem uxoris facta, an verò poſteà. Antea facta valebit, ob incertitudinem, ob qvam multa conceduntur aliàs non concedenda *l. 17. & 23. C. de uſur. Barb. l. 9. cap. 28. ax. 1.* qvod tamen intelligo, ſi autem mortem uxoris ſit adhuc ſolvendo maritus & ita non in fraudem creditorum renunciet, ſed ſi poſt mortem renuncietur, inva-
lida eſt donatio, qvia Jus per mortem uxoris eſt 4
qvæſitum marito. Sed cum lucrum id poſt mortem uxoris repudiare poſſit, non videtur eſſe ratio, cur poſt mortem non poſſit renunciare. Sed hic ut dixi, duo concurrunt 1. renunciatio lucri, & 2. donatio facta in liberos. Sic igitur ſuſpecta donatio in fraudem creditorum; ideoqve in foro ſeqvendam puto diſtinctionem *Carpzovii*, præſertim in caſu à *Berlichio p. 1. dec. 114.* propoſito
*n. 19. & ſeq.* Nec Monachus repudiare poteſt hæ- 5
reditatem in præjudicium Monaſterii. *Riminald. vol. 2. conſ. 154. n. 9.*

## ad L. Libertus. 36.

### *SUMMARIA.*

*AN patronus contra tabb. liberti, bonis ejus ære alieno minoribus, poſſit b. p. petere. n. 1.*

*Hereditas, qvæ heredem invenit, ſolvendo reputatur. 4.*

*Qvid de jure novo obtineat. 3.*

*A contrario ſenſu qvid colligatur. 4.*

Libertus cujus bona minora ſunt ære alieno, 1
præterito patrono, extraneum hæredem inſtituit, qværitur an patronus poſſit contra tabb. bonorum poſſeſſionem petere? Videtur qvod non, qvia non eſt libertus centenario major. Sed affirm. qvia 1. illa hæreditas, qvæ hæredem habet,

Digitized by Google

habet, ſolvendo eſſe videtur. 2. Ipſius patroni
eſt æſtimare, qvid è re ſuâ ſit; qvid ſi enim mo-
numenta ſint in bonis liberti, qvæ ſint majorum
patroni: bona enim etiam ex affectu ſunt æſti-
2 manda. Dicitur hic ſolvendo eſſe hæreditatem,
qvæ heredem inveniat, *Rebuff. in rep. l. un. C. de
ſent. qvæ pro eo. n. 303. vol. 8.* qvod de jure anti-
3 qvo intelligendum, ſed novo jure correctum, per
*l. ult. C. de jur. delib. Hillig. in Donell. l. 7. c. 3.
lit. M.* Et in verſic. *Et ſanè* dicitur cujusvis eſſe
æſtimare, qvid è re ſuâ eſſe putet. *Donell. lib. 10.
4 c. 3. in fin.* Sed ex hâc lege tamen è contrario
poteſt colligi, qvæ hæreditas hæredem non repe-
rit, non præſumitur eſſe ſolvendo, & ſic non
poteſt opponi beneficium excuſſionis, ut hære-
ditas debitoris prius excutiatur. *Vinc. Caroc. tr.
de Excuſ. bonor. p. 2. q. 55. n. 6. Berlicb. p. 2. concl.
24. n. 153.*

### ad L. Si Libertus. 41.

*SUMMARIA.*

*Legis explicatio remiſſivè. n. 1.*

*An in* h. l. *detur caſus, ubi heres cum ſuo ſubſtituto concurrat. 2.*

LEgem hanc intricatam explicat *Cujac. tomo 4. 1
ad l. 12. qv. Papin. pag. mihi 278* qvam hic, cum
lex hæc noſtris in judiciis parum aut nihil utilita-
tis ſpiret, repetere nolo. Hoc tantum hic noto, 2
*Bartolum* putare hic reperiri caſum, ubi hæres
cum ſuo ſubſtituto concurrit; qvod tamen refu-
tat *Ant. Fumeus in tract. de Subſtit. n. 29.* qvia illa
pars, ad qvam patronus concurrit, non tribui-
tur ei jure teſtamenti, qvia illi renunciavit; ſed
ex illo teſtamento reſervatur illi pars, qvam lex
ad illum jure naturæ pertinere arbitrata eſt. Er-
go diverſo jure ſuccedunt. *Hæc Fumeus.*

## TITULUS III.
## De Libertis Univerſitatum.

HAbet hic titulus tantum unicam legem, qvæ fere non habet probabilem rationem dubitandi, qvod ſcilicet univerſitates, ſcilicet, Civitates, pagi, Collegia, habere poſſint libertos, & exercere jus petendæ bonorum poſſeſſionis contra tabulas; modo id intra tempora faciant privatis præſcripta.

## TITULUS IV.
## De Adſignandis Libertis.

### Ad Tit. 4.

*SUMMARIA.*

*QVomodo pater uni filiorum libertum aſſignare poſſit. n. 1.*

*Qvid ſi ille filius mortuus. 2.*

*Mater per ſtatutum à fratribus excluſa, an admittatur ſi fratres teſtamento excluſi. 3.*

1 PLures leges qvidem habet hic tit. qvarum
hæc ſententia, qvod patronus poſſit liber-
tum ſuum uni liberorum, etiam exhæreda-
to, aſſignare, ut ille ſolus habeat bonorum
poſſeſſionem, modo ſit & maneat in poteſtate
patris: aut ſi emancipatus ſit, habet conjunctum
in aſſignatione fratrem, in poteſtate patris ma-
nentem; & ita habeat per alium, qvod per ſe
habere neqvit *l. 9. h. t.* Sed ſi mortuus ille, cui 2
aſſignatus libertus erat, nec liberos reliqviſſet,
cæterorum liberorum patroni jus in libertum
qvaſi poſtliminio, ratione actus ſecundi, redibat.
*l. 1. pr.* Aut ſi Aſſignatarius repudiavit *l. 1. §. 7. h. t.*
Sed qvaſi in tranſcurſu noto; qvamvis nonnulli
ex *arg. l. 1. §. fin.* probare voluerint, qvando per 3
ſtatutum fratres defuncti excludunt matrem,
qvod mater eo etiam caſu excluſa videatur, ſi
defunctus teſtamento facto fratrem excluſerit, &
extraneum inſtituerit; tamen argumento ex hoc
*§. fin.* ſumto occurrit & ſatisfacit *Joh. Ant. Rubeus
in rep. l. Titia §. Imperator n. 67. & 68. de leg. 2. vol.
4.* Cætera, qvæ ad hanc materiam à judiciis no-
ſtris alienam pertinent; omitto.

## TITULUS V.
## Si qvid in fraudem patroni factum ſit.

### Ad L. Si qvid. 1.

*SUMMARIA.*

*ALienatio in fraudem patroni inter vivos facta non revocatur, niſi dolus liberti probetur. n. 1.*

*Mortis cauſa alienatio indiſtinctè revocatur. 2.*

*Non facile præſumendum eſſe fraudem in contractu oneroſo, colligitur. 3.*

*Limitatur. 4.*

*Ad non acqviſita actio h. l. non extenditur. 5.*

*Obtinet hæc actio, ſi libertus in fraudem patroni mutuum confeſſus. 6.*

*Qvid*

*Qvid ſi mutuum acceptum donaverit. 7.*
*Servitute per fundum ſuum à liberto conſtituta in præjudicium legitimæ patrono debitæ, patronus in ſolidum agit. 8.*

1 SI libertus qvid alienaverit in fraudem pa-
troni, diſtingvitur, utrum inter vivos aliena-
verit, an verò mortis cauſa; Sin illud, pro-
bare oportet dolum liberti, non verò acci-
2 pientis, qvia hæc actio Faviana & Calviſiana et-
iam contra b. fidei poſſeſſorem datur; ſed poſte-
rion caſu non eſt probandus dolus, ſed indiſtin-
ctè revocatur donatio, qvia mortis cauſa relicta
non debentur, niſi deducto ære alieno; ad qvod
etiam legitima patroni refertur. *Weſenb. in n. h. t. & Oldendorp. Claſſ. 6. act. 2. & 3.*

3 Ex *§. 12. autem hujus legis primæ* colligitur,
non facile præſumendam eſſe fraudem in con-
tractu oneroſo, niſi cauſa oneroſa ſit extrinſe-
4 cus; intus autem fraudem & donationem con-
tineat, per *l. 5. § 5. ff. de Donat. int. virum & ux.*
*Pinell. ad l. 1. C. de Bonis mat. n. 77.* Sed ſi non ac- 5
qviſivit libertus, de fraude qveri patronus non
poteſt *§. 6. legis primæ. Vinc. de Franchis dec. 101.*
*per totum, præcipuè n. 18.* Si in fraudem patroni 6
mutuum confeſſus libertus, locum habet actio
hæc. *Ceph. conſ. 603. in fine*, ſi accepit mutuum ve-
rè, ſed donavit, datur actio contra accipientem,
niſi prodegerit *l. 1. §. 17.* Paragraphi 21. ſpecies 7
hæc eſt: Libertus habens fundum conſtituit ſer- 8
vitutem actus per eum, ita ut patronus non ſit
laturus tertiam ſibi debitam. Si igitur Faviana
patrono competit, in qvantum aget? Reſp. in ſo-
lidum, qvia res eſt individua. conſ. *Caball. in tr. divid. & indiv. p. 3, n. 288.*

## ad L. Fin.

EX *h. l.* colligunt, qvicqvid in fraudem legitimæ liberorum alienatum eſt, titulo etiam oneroſo, id omne revocandum eſſe. Vid. *Rom. ſingul. 616. & ibi notata.*

# Titulus VI.

# Si Tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde Liberi.

## Ad L. 1.

### SUMMARIA.

*IN qvorum gratiam beneficium Prætoris de b. p. petenda inventum. n. 1.*
*Mutata teſtatoris voluntate ſolenniter in cauſam inteſtati, non petitur b. p. ex tab. b. 2.*
*Ad revocandum teſtamentum ſufficit, ſi adſint teſtes nec neceſſe habet teſtator dicere, ſe velle inteſtatum decedere. 3.*

1 IN gratiam liberorum Emancipatorum inven-
tum eſt beneficium Prætoris, de bonorum
poſſeſſione petenda, cum jure Civili vocati
non fuerint, ſed hoc de naturalibus intelli-
gendum: nam adoptivi emancipationum re-
medio deſtituti ſunt, & omninò ſunt extranei
2 *l. 3. h. t.* Ex *§. 8.* legis primæ notetur, qvando te-
ſtator ſolenniter mutat voluntatem eo fine, ut
velit inteſtatus mori, tunc ex tabulis non petitur
3 bonorum poſſeſſio. Unde colligunt, teſtamen-
tum apud Acta, ut & qvodvis aliud, poſſe revo-
cari coram 7. teſtibus non adhibita diſtinctione,
utrum dixerit, ſe velle inteſtatum mori; nam ſi
ſolenniter revocat, per neceſſariam conſeqven-
tiam infertur, ipſum velle inteſtatum mori. *Marpurg. conſ. 54. n. 48. vol. 1. Mantica de conject. ult. vol. l. 2. tit. 15. n. 19. Gilkenius in L. ſancimus. 27. n. 7. C. de Teſtam. Finckelth. obſ. 93.*

## ad L. Scripto. 7.

### SUMMARIA.

*SCripto herede deliberante ſi decedat filius exheredatus, poſt repudiante, heres ab inteſtato eſt avo nepos præteritus, n. 1.*
*Qvid ſi mortuo filio adiiſſet hereditatem ſcriptus heres. 2.*
*Aſcendentes & deſcendentes ſibi invicem ſuccedunt ex diverſa ratione. 3.*
*Legitimam liberis per ſtatutum denimui, non autem tolli poſſe colligitur. 4.*
*Extenditur ad parentes. 5.*
*Nepos, relicta hereditate patris, an poſſit petere bonorum poſſeſſionem avi. 6.*

ESt filius in poteſtate & nepos, filius eſt exhe- 1
redatus, nepos præteritus, extraneus verò
eſt ſcriptus: deliberante extraneo deceſſit filius,
deinde ſcriptus heres repudiavit hereditatem.
Hoc caſu heres avo ab inteſtato erit nepos, & 2
qvidem ſuus, qvia eo tempore, qvo deſtituitur te-
ſtamentum, pater eum non præcedit. Aliud au- 3
tem eſſet, ſi heres ſcriptus adiiſſet hereditatem,
mortuo filio; nam tunc nepos repelletur, nec
rumpet teſtamentum, qvamvis ſit præteritus; nec
admittetur ex perſona patris, cum ei exhereda-
tione Jus ſuum præciſum ſit, nec ex ſua, qvia pa-
ter eum præceſſit. *Cujac. ad h. l. tom. 2. p. 1230. Don. lib. 7. c. 2. poſt lit. H. Fab. Accorombonus in repet. L. Qvi ſi patris. C. h. t. n. 85. & ſeq. tom. 8.* In fine 4
notetur, Non ſic parentibus liberorum, ut li-
beris parentum deberi hereditatem; parentes
enim ad bona liberorum ratio miſerationis ad-
mittit, liberos verò naturæ ſimul & parentum
commune votum vocat. *Hartm. Piſt. part. 1. q. 42. n. 42.*

*n. 42. Gozadinus in repet. d. l. qvod ſe patris. num. 187. tom. 8.* Colligunt ex hac lege, legitimam liberis debitam deminui qvidem per ſtatutum, ſed plane tolli non poſſe, qvia naturæ jure debetur, *Carpz. p. 3. c. 12. def. 5.* Qvod etiam de legitima parentum affirmat *Carpz. d. c. 12. d. 1. cum Berlich. p. 3. concl. 18. num. 16.* Sed qværitur, an nepos abſtinere bonis patris ſui, & avi hæreditatem adite, vel bonorum poſſeſſionem petere poſſit? qvod negatur, ſi pater ſe immiſcuit avi hæreditati; ſecus, ſi nov ſe immiſcuiſſet. *Zaſius ad h. tit. num. 3.*

# Titulus VII.
# Unde Legitimi.

## Ad L. 1.

Legitimi hic ſunt Agnati, & qvi inrer legimos vocantur, parentes & patroni. Et horum bonorum poſſeſſio eſt voluntaria, non neceſſaria, qvia jure Civili etiam vocantur, & ferè in deſvetudinem abiit. Notiſſimum eſt jure novo non haberi rationem agnationis; ſed ſangvinis. Ideoqve de materia obſoleta hic pluribus agere inſtituti mei non eſt.

## ad L. Fin.

Filii à patre exheredati jura ſuitatis qvidem amittunt, ſed non jura agnationis. Et ſic exheredatus fratri, ut agnatus, ſuccedit. Et ſic ſuitas ſpecies agnationis non eſt. *vid. Hilligan Donell. l. 7. c. 2. lit. F.*

# Titulus VIII.
# Unde Cognati.

## Ad L. Hæc bonorum. 1. §. 8.

*SUMMARIA.*

*Proximitas attenditur tempore mortis. n. 1.*
*Qvalitas ſuperveniens poſt mortem teſtatoris non prodeſt ei, cui ſupervenit. 2.*

1 Proximitas attenditur tempore mortis, ſive nondum natus, conceptus tamen vivo
teſtatore, ſive natus. Ex qvo colligunt,
qvalitatem ſupervenientem poſt mortem
2 teſtatoris non prodeſſe ei, cui ſupervenit, *Me-
noch. conſ. 106. n. 46.* Idqve tam in teſtamento, qvam ab inteſtato, *Menoch. d. l. n. 49.* Licet in hoc ultimo diſſentiat *Rol. à Valle conſ. 39. num. 33. vol. 4.*

## ad L. Si repudiaverint. 2.

Inter cognatos & ipſa mater vocatur, licet propriè non cognata, ſed principium cognationis. Ideoqve in ſtatutis, ubi cognati vocantur, matrem non excluſam putaverim, utcunqve hac de re pluribus diſputet. *Cephal. conſ. 53. per totum.*

## ad L. Si ſpurius. 4.

*SUMMARIA.*

*Spurii ſuccedunt per matrem conjuncti non per patrem. n. 1.*
*Extenditur. 2.*
*An matri nobili ſuccedat filius ſpurius. 3.*
*Qvo caſu matri illuſtri ſuccedat filius ſpurius. 4.*
*Spurii nihil accipiunt ex bonis paternis. 5.*
*Ex concubina nati qvando & in qvantum ſuccedant patri. 6.*
*Ex damnato coitu ſuſcepti non ſuccedunt. 7.*

Si ſpurius decedat, per qvos etiam filii natura- 1
les intelliguntur, per tradita *Rol. à Valle vol. 2.
conſ. 138. n. 6.* conjunctis per patrem non datur bo-
norum poſſeſſio, ſed per matrem, ex titulo, *unde
cognati Afflict. dec. 96. Zaſ. l. 2. conſ. 17. Carpz. p. 2. c.
14. def. 58. Fr. Barry de ſucceſſ. l. 18. t. 3. Harten.
Piſt. l. 1. qv. 42. & Forſter. de ſucceſſ. l. 18. c. 12. concl.
3.* Ubi dicit, hanc definitionem ad alias etiam 2
transverſales in linea materna admitti, ſicut et-
iam mortua Catharina Sch. admiſſos ſcio die 9.
Jan. anno 1619. & nepotes avunculi, nec non ne-
potes materteræ, licet hi illegitimè nati. Sed qvæ- 3
ritur, an matri nobili ſuccedat etiam filius ſpu-
rius? Videtur qvod non, exemplo illuſtrium,
*l. 5. C. ad SCtum Orfitianum.* Sed ab illuſtri perſo- 4
na ad nobilem ductum argumentum non eſt va-
lidum, ideoqve affirmamus qvæſtionem cum
*Dn. Mev. p. 2. dec. 83.* Qvin & illuſtri ſuccedere
poteſt filius ſpurius, ſi illa nullam prolem ha-
beat. *Forſt. de ſucceſſ. l. 6. c. 48. n. 3. & Mev. ib.* Sed
annon extra matrimonium nati aliqvid ex pa-
ternis bonis accipiunt? R. neg. de ſpuriis, affir-
mando de natis ex concubina. Nam licet concu-
binatus per Receſſus Imperii prohibitus, man-
ſit tamen diſcrimen, & per *Nov. 18. c. 5. & Nov.
89. c. 12.* ſi defunctus pater liberis & legitimâ uxo-
re deſtituatur, in ſextante patri ſuccedunt. *Carpz.
p. 2. dec. 167.* De natis ex damnato congreſſu, qvod 5
non ſuccedant, agit *Cagn. ad L. ſi qva illuſtri. C. ad
Orfi-*

7 *Orfician. num. 46.* Sed *Cravetta* duplicem damnatum partum facit, ſcilicet punibilem, & impunibilem; de hoc poſſit qvæſtio affirmari: impunibilem vocant, ubi extra concubinatum ſit congreſſus.

## ad L. Pen. §. 1.

COnjunctus ſcire præſumiur facta defuncti. *Dec. conſ. 445. n. 34. Barboſa l. 3. c. 50. axiom. 2.* ſi modo eò tempore, qvò factum id eſt, præſens fuit *Zuchardus in rep. Rubr. C. qui admitti. n. 46. vol. 3. Socinus l. 2. conſ. 301. n. 2.*

# TITULUS IX.
# De Succeſſorio Edicto.

## Ad L. Succeſſorium. 1.

*SUMMARIA.*

*PRopioribus ſucceſſionem repudiantibus, vel intra definita tempora non petentibus, vocantur proximè ſubſeqventes. n. 1.*
*Repudiatio à qvo fieri poſſit. 2.*
*Qvatenus per procuratorem. 3.*
*Per tutorem aut curatorem furioſi non fit. 4.*
*Succeſſio ſi ante lapſum temporis definiti repudiata, an in vocatione alterius expectandus ſtatus temporis terminus. 5.*
*Decretalis poſſeſſio qvando competat. 6.*
*Intra qvod tempus petenda bonorum poſſeſſio. 7. 9.*
*Qvo caſu ante lapſum deſtinati temporis ſeqventes admittendi. 10.*

1 QVando, prior, vel propiores in gradu
reſpuunt ſucceſſionem, tunc per ſucceſſorium Edictum vocantur a Prætore, qvi in gradu proximo ſeqvuntur;
ne hæreditaria bona ſine Domino diutius jace-
2 ant, & creditoribus mora fiat. Repudiatio au-
tem fieri poteſt ab eo, qvi habet liberam de
3 ſuis bonis diſponendi facultatem, & ſic per
procuratorem ſpeciale mandatum habentem;
4 non verò tutor nec curator furioſi; nam furioſo
non eſt delata hæreditas, ſc. qvoad præjudicium
ejus, ut poſſit repudiari. *Matthæſil. ſing. 193. n. 4.*
5 Sed qvid ſi proximus extraneus heres, anteqvam
lapſi ſint centum dies, repudiet, an finis centum
dierum expectandus eſt? Reſp. in §. 6. qvod
6 non, ſed ſtatim ſeqvens vocatur. Decretalis au-
tem poſſeſſio ut admittatur, in arbitrio noſtro
non eſt, neqve competit decreto nondum facto;
Ideoqve fruſtra repudiatur. Sed aliud in Edictali.
7 *Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 15. th. 2. lit. A. & B. p. 923.*
Intra centum dies petenda bonorum poſſeſſio,
8 & ſufficit ſi centeſimâ die petita §. 9. Et ſi intra
id tempus petita non ſit, vel expreſsè repudiata,
tunc cæteris ſeqventibus bonorum poſſeſſio ita
competit, ac ſi prior ex eo numero non fuerit;
qvia, qvi terminum præterlabi patitur, videtur
renunciare juri ſuo, qvod intra dictum termi-
num facere poterat. *Carpz. p. 1. conſt. 21. def. 1.*
Largius autem tempus parentibus & liberis tri- 9
buitur, ſcil. annus utilis in honorem ſangvinis;
qvia arctandi non erant; qvi penè ad propria
bona veniunt, qvod tamen non de hæreditate;
ſed bonorum poſſeſſione intelligendum. *Men.*
*l. 2. A. Qv. caſ. 1. n. 3.* Qvamvis urgentibus credi- 10
toribus intra illud tempus interrogati poſſint,
an petere velint, an reſpuere, ut hoc caſu ſtatim
ſeqvens admittatur, niſi tempus deliberandi pe-
tant §. 12. de qvo *Bach. d. diſp. 15. th. ult. Menoch.*
*l. 2. A. Q. caſ. 1. n. 3. & l. 4. præſ. 104. Mant. lib. 12. t.*
*15. n. 13. ſeq.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*BOnorum poſſeſſionem agnoſcens ſi reſtitutionem petat, fiſcus excludit cognatos remotiores. n. 1.*
*Reſpondetur ad textus obſtantes. 2.*
*Qvid jure novo obtineat. 3.*

QVando prior cognatus agnovit bonorum 1
poſſeſſionem, & poſtea reſtitutionem in in-
tegrum petiit non datur ſucceſſio in remotio-
ribus cognatis ſed fiſco; qvia per bonorum poſ-
ſeſſionem ſemel agnitam, cæteri ſunt ſemel ex-
cluſi: ergò non datur regreſſus. In legibus, qvæ 2
in contrarium proferuntur, ſpecialis eſt ratio,
vel in verbis tractum temporis habentibus. *l. 1.*
*§. ſi qvis aditæ. ff. ad Trebell.* & *in l. 2. §. ſi bonorum.*
*d. t.* vel in reverentia patronali. *l. 6. §. Si filius. de*
*bonis libert. Cujac. tom. 4. p. 977. & ſeq. & tom. 2.*
*p. 1242. Gozad. in rep. d. l. qvi ſe patris. C. unde libe-*
*ri. n. 70. vol. 8. Ant. Fab. l. 3. conject. c. 4. circa fin.*
Baldus tamen *in l. 21. C. de fideicom.* hanc l. jure 3
novo correctam eſſe tradit, & qvidem rectiſſimè.

# TITULUS X.
# De gradibus & Affinibus & nominibus eorum.

### Ad L. Gradus. 1. §. 1.

GRadus eſt de proximo cognato in proximum tranſitus. *Weſenb. n. 11. h. t. n. 3. Forſt. de Succeſſ. l. 3. c. 26. n. 6. & ſeq.* Linea autem eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, continens gradus, numeroſqve diſtingvens. *Tiraq. de retrab. conſangv. §. Gl. 9. n. 2.* Eſtqve vel recta, vel collateralis, ubi à ſecundo gradu incipimus.

### ad L. Non facilè. 4. §. 3.

COgnati duorum conjugum inter ſe affines non ſunt, vid. *Carpz. l. 2. jurispr. Eccl. d. 88. n. 4. §. 5.* In affinitate nulli gradus, qvia affinium nulla ſucceſſio: ſed aliud jure Canonico propter matrimonium, de qvo *Rittersh. l. 1. differ. c. 19. Tuſch. concl. 239. lit. A.*

### ad L. JCtus. 101. §. 6.

*FRatres uterini an, ſi in ſtatutis eorum mentio ſit, pro fratribus propriè ſic dictis habendi n. 1.*
*Verba in §. 7. ultra trinepotes, non dari nomen deſcendentium, qvomodo intelligenda. 2.*
*Graduum computatio in ſucceſſionibus ex* h. t. *in utroque foro obſervatur. 3.*
*In qvibus hic jus noviſſimum recedat. 4. 5.*

FRatres uterini etiam propriè fratres appel- 1
lantur, etiam in ſtatutis, niſi in ſtatuto ſorores
excluſæ, ut declarat prolixè *Albertus Brunus de
Statutis art. 12. qv. 18. n. 150. & ſeqq.* qvod ſubli-
mitat *n. 259.* niſi agatur de bonis à matre prove-
nientibus. *Georg. Natta de ſtatut. q. prin. 3. n. 62.*
In §. 7. dicitur, ultra trinepotes non dari nomen 2
deſcendentium; qvod ita non accipiendum,
qvaſi ulteriores vocandi non ſint liberi, niſi im-
propriè, ſed qvod ſpeciale nomen non habeant
ulteriores. *Menoch. conſ. 1. num. 169. Lud. Alciatus
in rep. Rubr. de Leg. 1. num. 119. & ſ. vol. 4.* Cætera 3
in hoc titulo plana ſunt, & legenda ob graduum
computationem, qvam in ſucceſſione utrumqve
forum obſervat; niſi qvod jus repræſentationis,
au duplicitas vinculi jure noviſſimo aliqvid
mutet: nam hodiè etiam in ſucceſſione fratris,
qvando frater & fratris filius concurrit, ob jus re-
præſentationis in pari gradu eſſe videntur. Et 4
fratres unilateres, licet parem gradum cum fra-
tribus germanis habeant, per hos tamen exclu-
duntur à fratris ſucceſſione *per nov. 118. & Nov.
127. Auth. Ceſſante. C. de Legit. hered.* de qvo alibi
*& Dn. D. Stryke in noviſſ. tract. de Succeſſ. ab inteſt.
cap. 4. Artic. 1. §. 12.*

## TITULUS XI.

## Unde vir & uxor.

### Ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*QVæ reqviruntur ut deficientibus cognatis conjuges vocentur ad b. p. n. 1. 4.*
*Illicitum matrimonium contrahentes ſibi invicem teſtamento nihil relinqvere poſſunt. 2.*
*Reſpondetur ad contrarios textus. 3.*
*Qvid hodie conſtitutum de ſucceſſione conjugum. 5. 6.*
*Vidua portionem ſtatutariam agnoſcens an teneatur acceptare nomina ſua in dotem data. 7.*
*Lucro ſtatutario conjux deſertor privatur. 8.*
*Qvid ſi ſeparatio facta ob graves cauſas. n. 9.*
*Lucrum amiſſum ad heredes pertinet. 10.*
*Maritus ab uxore ob ſævitiam ſeparatus an portionem ſtatutariam amittat. 11.*
*Portio ſtatutaria legatis gravari non poteſt. 12.*
*Liberis præmortui non datur jus optionis ad minuendam portionem ſtatutariam. 13.*
*Conſilium pro temperanda portione ſtatutaria, qvæ dimidia bonorum eſt. 14. 15.*

1 QVando cognati nulli ſunt, vocatur ad
bonorum poſſeſſionem vir & uxor, his
qvatuor concurrentibus reqviſitis (1.)
ſi juſtæ nuptiæ *h. l. in pr. l. 13. de his
2 qvæ ut indign.* Et hinc matrimonio illicitô con-
tracto conjuges ſibi invicem aliqvid legare,
vel teſtamento relinqvere non poſſunt. Nec
3 obſtat *l. ult. de legat. 1. & l. 36. ff. de ritu nupt.* qvæ
de puellâ tenerâ Jus ignorante, loqvuntur, ut
pronunciatum refert, *Sande l. 4. tit. 4. d. 5.* licet
confiſcatio bonorum non amplius in uſu ſit, ut 4
putat *Sande d. l.* (2). Ut uxor eluxerit maritum,
*l. 1. C. de ſecund. nupt.* (3.) ut uxor fuerit mortis
tempore *§. 1. h. l.* (4.) ut uxor non diverterit
ſaltem de facto. *Hill. in Don. l. 9. c. 1. lit. L. P. Barb.
part. 2. Rubr. ff. ſol. matr. n. 57. Forſt. l. 9. c. 3. n. 3.* conf.
*Auth. Præterea. C. h. t.* in qva conſtituitur: ſi ma- 5
trimonium ſit indotatum, & ſi vidua ſeipſam
ſuſtentare non poſſit, & defunctus maritus locu-
ples, qvod vidua ſuperſtes cum liberis, ſive com-
munibus, ſive ex alia uxore ſuſceptis, tribus vel
paucioribus in qvartam uſusfructus partem cum
pluribus verò in partem virilem ſucedat; liberis
autem, vel parentibus, *Col. dec. 61. n. 48. & cum eo
Carpz. p. 2. dec. 163. n. 17.*) non exiſtentibus, cum
cognatis tribus in qvartam partem proprietatis,
cum pluribus in virilem ſuccedat, & legatum in
talem portionem imputetur. Si autem vidua ha- 6
beat qvidem dotem, ſed minus ſufficientem ad
alimenta, idem eſt, ac ſi nullam dotem habeat.
*Col. d. l. n. 19. Carpz. d. l. n. 19.* unde ſeqvitur, vidu-
am ſufficienter dotatam præter dotem ex bonis
mariti nihil petere poſſe. conf. *Carpz. d. dec. 163.
n. 8.* Sed qværitur, ſi vidua per ſtatutum ſibi aſſi-
gnatam portionem v. gr. apud nos dimidiam o-
mnium bonorum, collatis ſuis bonis propriis
agnoſcat, an teneatur acceptare ſua nomina in
do-

dotem data? Neg. *Carpz. p. 2. dec. 164.* ſecus ſi illa-
ta repetat. Sed illud intelligo, ut tamen propor-
tionabiliter etiam de ſuis nominibus partem ac-
cipere teneatur, ſi diviſibilia, aut ſi indiviſi-
bilia ex accidente ſint, aut commodè dividi non
poſſint, æqvius eſt, ut uxor recipiat, qvam
ut ea fortè inexigibilia in alios transferat. Sed
8 hæc de re in materia collationis. Ex eo colligi-
tur lucrum ſtatutarium non deberi conjugi, alte-
rum conjugem deſerenti. At qvamdiu ad pri-
vationem non agitur, non adimitur; nec ta-
men, niſi auditis iis, qvorum intereſt, adjudica-
tur. Hinc cum uxor ob prætextum conjunctio-
nis deſeruiſſet maritum, monita etiam redire
noluiſſet, & tandem obtinuiſſet ſeparationem,
pœna tamen deſertrici dictata, potuiſſe illam
lucro privari, tradit *Dn. Mev. p. 5. dec. 136.* conf.
9 *Joh. à Sande lib. 2. tit. 5. def. 7.* Sanè maritum,
qvi ob graves cauſas à rixoſa uxore diverterat,
admiſit aliqvando Facultas noſtra Juridica ad
lucrum ſtatutarium, cum decurtatione tamen
alimentorum, qvæ interim debuit uxori cum
10 viveret. Lucrum tamen illud amiſſum ex eorum
numero eſſe, qvæ deberi non incipiunt, & ſic
non ad fiſcum, ſed ad heredes pertinere, tradit
11 *Dn. Mev. d. p. 5. dec. 137.* Sed lucrum tamen ob
ſævitiem factâ diviſione nunqvam amittere
maritum ſuſtinet *Finckelth. obſ. 31.* ſi autem pro-
babiliter poſſet colligi, mortem occaſione ejus
ſævitiæ ex mœrore vel doloribus, vel aliis exin-
de ortis ſymptomatibus ſecutam eſſe, non du-
bitarem marito abjudicare portionem ſtatuta-
riam. per *L. Si ab hoſtibus. ff. ſol. matr.* ubi vide
12 *notata.* An autem portio ſtatutaria per legata
aut prælegata minui poſſit, qværitur? Qvod af-
firmavit *Carpz. p. 3. c. 20. def. 31. cum Modeſt. Piſt.
p. 1. q. 3.* ſed ſe correxit *p. 1. dec. 61.* cum ita fraus
fieri poſſit ſtatutariæ portioni: conf. *Carpz. p. 3.
c. 7. def. 2.* ſecundum qvam ſententiam reſpon-
ſum in Facultate die 15. Febr. anno 68. conf.
*Gail. l. 2. obſ. 86. n. 17. & obſ. 119. n. 1. Berlich. p. 3.
concl. 9. n. 4. Manzius in cent. dec. q. 32. n. 20.* Et 13
portio hæc jure Civili debita, ut & ſtatutaria
non poteſt minui, ſi præmorientis liberi optio-
nis jure contra maritum vellent uti; nam jus
optionis datur tantum contra creditores, non
contra maritum: ut pronunciatum memini in
Camera Elect. Brandenb. & in Facultate noſtra.
Illud tamen ſemper iniqvum mihi viſum, qvod 14
conjux neceſſariò teneatur dimidiam partem
conjugi relinqvere. Sæpe uſu venit, ut juvenis
pauper ducat viduam divitem, qvam contemnit
& diſpicatui habet, injurioſè tractat verbis vel
verberibus &c. cui tamen vidua neceſſariò di-
midiam partem ſuorum bonorum, qvaſi hono-
rarium pro ſævitia, tenetur relinqvere. Æqvius 15
foret, & roganda eſſet Serenitas Electoralis, ut
hoc aliqvo modo temperaretur, ut conjugi lice-
ret deminuere hanc dimidiam uſqve ad qvar-
tam totius hereditatis, ut aliqvid marito neceſſa-
riò aſſignetur, libera tamen pro parte ſit facul-
tas diſponendi præmorienti conjugi. Sed obji-
ciat mihi qvis, cur non ſeparationem petiit?
Reſp. probatio interdum difficilis, mora hujus
judicii longior, & non tanta interdum ſævitia,
ut ſeparationem mereatur: & ſunt, qvi, nec ob
ſeparationem amitti ſtatutariam portionem,
volunt.

# Titulus XII.
## De Veteranorum & militum ſucceſſione.

Ad L. 1. & 2.

Miles ex delicto militari, non verò communi, nec de fide rupta condemnatus teſtari poteſt, & ab inteſtato relinqvit hereditatem in bonis caſtrenſibus cognato ad finem qvinti gradus. *Cujac. in* Π. *C. de Hered. Decurion. & ad hunc tit. tom. 2. & Colleg. Argent. hîc th. 21.* qvod de gradu qvinto dictum, non puto obſervari.

# Titulus XIII.
## Qvibus non competit bonorum poſſeſſio.

# Titulus XIV.
## Ut ex Legibus Senatusve conſultis bonorum poſſeſſio detur.

Hos titulos ſciens omitto, cum in illo tractetur tantùm extenſio *tit. ff. Si qvis alium teſtari prohibuerit*, nam ſi qvis teſtamentum fecerit & meum ſervum inſtituerit heredem, & ego prohibeam, qvo minus teſtamentum mutet, cum vellet, incurrerem pœnam, ut illa hereditas fiſco vindicetur; In hoc tit. Juſtinianus bonorum poſſeſſionem concedit, ſi ex aliqva nova Lege hereditas devolvatur ad aliqvem. Videri poteſt *Cujac.* ad hos titulos parum in receſſu habentes.

# Titulus XV.

# Qvis ordo in poſſeſſionibus ſervetur.

## Ad L. Utile tempus. 2.

*SUMMARIUM.*

*Tempus petendæ bonorum poſſeſſionis non eſt continuum, tam ratione initii qvàm progreſſus.*

Tempus petendæ bonorum poſſeſſionis eſt utile, tam ratione initii; ut non currat, niſi illi, qvi certam & indubitabilem habet ſcientiam delatæ ſibi hereditatis, imò etiam ignoranti jus non currit, ſi peritiores JCtos conſulere non potuit. *§. fin. h. t.* vid. *Alberic. Gentil. de diverſ. temp. Appell. c. 14. Coſta de facti ſcient. reg. 14. n. 9. Carpan. ad ſtatuta Mediolanenſ. part. 1. c. 417. n. 258.* qvam ratione progreſſus; & ideò excluduntur dies feriati. Imò in decretali poſſeſſione excluduntur etiam dies, qvibus pro tribunali non ſedet judex. *§. 1. h. t.*

## ad L. Cum filiofam. ult. §. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Filius, patre furente b. p. non petens, ſibi non præjudicat. n. 1.*

*Qvid ſi loco patris petierit, an ſubſiſtat. 2.*

Si pater furioſus, filio non nocet, qvod non pe- 1
tierit bon. poſſ. qvia filius petere neqvit, ut
vult *Pinell. ad l. 1. p. 1. num. 66. C. de Bon. mat.* Sed
*Hillig. in Donell. l. 7. c. 6. lit. D.* interim filio tri- 2
buit bonorum poſſeſſionem, ſed ſi pater reſipiſcat, ex eo tempore patri adqviri dicit, ſi pater comprobet. Communiter diſtinctionem faciunt inter hereditatis aditionem & bonorum poſſeſſionem. conſ. *l. 52. ff. de acqvir. heredit.*

# Titulus XVI.

# De ſuis & legitimis hæredibus.

## Ad L. Inteſtati. 1.

*SUMMARIA.*

*Inteſtati qvi propriè dicantur. n. 1.*

*An ſi in ſtatutis ſit mentio inteſtatorum, hoc ad impuberes & alios, qvi teſtari non poſſunt, referendum. 2. 3.*

*In ſuis non habet locum ſucceſſorium edictum. 4.*

*Qvomodo hoc intelligatur. 5.*

*Nepotes ſub omni conditione inſtitui poſſunt, non filii. 6.*

*Qvid hodiè obtineat. 7.*

1 Inteſtati propriè illi dicuntur, qvi cum teſtari
potuiſſent, teſtamentum tamen non condidere; unde multi, qvos refert *Tiraqv. in tr. le mort. part. 3. declar. 7. n. 2.* tradunt, in ſtatutis, ubi ſit mentio inteſtatorum, impuberes & alios, qvi teſtari non poſſunt, non intelligi; ſed rectius alii mentem ſtatuti attendendam eſſe volunt, qvos refert *Tiraq. d. l. n. 3. Dec. in L. Generaliter. n. 5. C. de Inſt. & Subſt. Cevallos qv. 489. Ruinus vol. 3. conſ. 50. n. 9. Graſſus in §. ſucceſſio ab inteſtato qv. 1. n. 2. Rimin. conſ. 547. n. 6. Chriſtinæus ad ſtat. Mechlin. tit. 16. in pr. n. 6.* qvia & hi, qvi teſtari non poſſunt ex communi uſu inteſtati
dicuntur, ut *Cephalus conſ. 339. n. 13.* imò *totô illô*
2 *conſiliô* evincit. Secus autem eſſet, ſi ſtatutum
eſſet odioſum, v. g. excludens matrem, nam tunc
vox INTESTATUS propriè eſſet accipienda.
3 *Cephalus conſ. 210. n. 19. & ſeqq. & n. 39.* Idem *Ce-*
*phalus conſ. 510. n. 9. & ſeqq.* ubi ait, pupillum pro
inteſtato haberi ex interpretatione legis. Dicitur 4
autem in *§. 4.* in ſuis non habere locum Succeſſorium Edictum, i. e. qvando filius ſe abſtinet, nepos non ſuccedit, qvia filius verè non deſinit eſſe ſuus, *Don. l. 9. c. 4. lit. O.* qvod *Tiraq. de Retrah. conſangv. §. 1. gl. 9. n. 82. & ſeq.* multis textibus probat; & ad Jus retractus accommodat *n. 84.*
*Men. conſ. 269. n. 7.* Qvod tamen intelligunt, ut 5
non vocetur nepos ut ſuus, vocetur tamen ad bonorum poſſeſſionem ex *Tit. unde liberi* vid. *Arig. de Ubaldis in rep. L. qvi ſe patris. C. unde liberi. n. 97. & ſeqq. vol. 8.* conſ. *Rim. ad L. qvi ſe patris. n. 68.* unde hoc caſu neceſſaria bonorum poſſeſſio, *Cujac. l. 4. obſ. 6. Fach. l. 6. c. 66. inf. &*
*qvos allegat Hill. d. lit. O.* Habetur etiam hic dis- 6
crimen inter filios & nepotes, qvod illi tantùm ſub poteſtativa conditione potuerint inſtitui, hi ſub omni; qvod poſterius nec hodiè mutatum
eſſe putat *Vaſq. l. 3. Illuſtr. c. 106. n. 5.* Sed contra- 7
rium verius puto, *vid. Hill. lib. 6. c. 12. lit. E.*

## ad L. Poſt conſangvineos. 2. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Agnati ejusdem gradus in capita ſuccedunt. n. 1.*

*Deciditur hinc qvæſtio: An fratrum filii in capita ſuccedant? 2.*

*Fratris defuncti nepotes non excludunt conſobrinos. 3.*

*Fratres uterini & conſangvinei concurrentes qvomodo ſuccedant fratri germano. 4.*

*Fratris germani filii excludunt fratres unilateres. 5.*

Pro-

Digitized by Google

1 PRoximo agnato i. e. qvem nemo antecedit,
defertur hereditas, & ſi plures ejusdem gra-
dus, in capita dividetur hereditas, & qvia hoc ju-
re novô non mutatum, ideò exinde deciſa nobi-
2 lis controverſia: An fratrum filii in capita ſucce-
dant, a CAROLO V. in Comitiis Spirenſibus
anno 1529. confirmata. Dd. pro hac ſententia vi-
deas apud *Hillig. l. 9. c. 4. lit. H. & Carpz. p. 3. Ju-*
3 *rispr. conſt. 18. def. 3.* Et exinde etiam finit, fra-
tris defuncti nepotes, qvos Latini vocare ſolent
ex fratre pronepotes, non excludere defuncti
conſobrinos; nam ambo ſunt in qvarto gradu:
4 & ſic deciſum ait *Sande l. 4. tit. 8. d. 6.* Sed ſi
qvis reliqverit fratres conſangvineos & uteri-
nos, inter hos fratres ita dividitur hereditas, ut in
bonis, qvæ à matre venerunt, ſoli uterino fratri
deferatur ſucceſſio; in iis, qvæ à patre profecta
ſoli conſangvineo; in cæteris, qvæ germanus ipſe
frater acqviſivit, ambo pariter ſuccedant per
*l. 13 §. ult. C. de legit. hered.* vid. *not. ibidem. &*
*qvos allegat. Sande l. 4. tit. 8. d. 1.* ubi ita pronun-
5 ciatum teſtatur. Et inter fratris filios hoc juris eſt
novi ex *Nov. 118. c. 3.* ut filii fratris germani non
tantum filios fratris conſangvinei vel uterini,
ſed etiam ipſum defuncti fratrem conſangvi-
neum & uterinum, ſi viverent, excluderent. *San-
de d. l. d. 3.*

## ad L. 3. §. ult.

OBiter hîc noto, partum natum centeſimo octogeſimô die, habendum eſſe pro legitimo. Unde qvi natus eſt in fine ſexti menſis, & in principio ſeptimi, legitimus eſt. *Menoch. l. 2. A. Q. caſu. 89. n. 35.*

## ad L. Si ex pluribus. 9.

### SUMMARIUM.

*JUs accreſcendi qvatenus tranſeat ad heredis ab inteſtato ſuccedentis heredes. n. 1.*

1 JUs accreſcendi tranſit etiam ad heredis ab in-
teſtato ſuccedentis heredem, ſi modo heres
primus ſuam portionem adiit, & deceſſit poſt
aditionem. *Duaren. l. 2. de jure accreſc. c. 6.* Nam
jus accreſcendi reſpicit rem. *Gomez. lib. 1. reſol.*
2 *c. 10. n. 35. & Hillig. in Donell. l. 7. c. 12. lit. I.* Alia
autem ratio videtur eſſe heredis ſcripti *verſ. alia
cauſa.* non cujusvis, ſed qvi coheredi ſubſtitu-
tus, non qvoad jus accreſcendi, ſed qvoad jus
ſubſtitutionis, qva pars coheredis, veluti alia
qvædam hæreditas, capitur. *Cujac. lib. 12. obſ. 11.
& Hill. d. l.*

## ad L. 12.

FIlius patri agnatus proximus eſt. Hanc affirmativam lectionem contra *Alciatum l. 3. parergon. c. 25.* defendit *Pinellus ad l. 3. C. de Bon. mat. n. 17. & Hilliger in Don. l. 7. c. 2. lit. F.*

## ad L. In ſuis heredibus, 14.

### SUMMARIA.

*IN ſuis an aditio neceſſaria. n. 1.*
*Aditionem hereditatis an creditores probare teneantur. 2.*

INſuis aditio non eſt neceſſaria, qvia ipſo jure 1
heredes ſunt. Qvæſitum aliqvando, cum de-
functus reliqviſſet filium ac filiam, filius autem
poſt mortem patris deceſſiſſet, nullô actu cele-
bratô, creditores filii petunt ex dimidia parte
hereditatis ſua credita, filia dicebat, ſe eſſe ex aſſe
heredem patris, cum filius abſtinuerit. Sed
cum abſtentio non probaretur, pro creditoribus
filii fuit reſponſum, ut refert *Sande l. 4. tit. 9.* 2
*def. 9.* Exinde dubia videtur reddi ſententia
Doctorum, qvi putant, creditoribus incumbere
probationem, qvod filius patris bonis ſe immi-
ſcuerit; nam exiſtentia heredis eſt pro creditori-
bus, & in filium ad minimum devolvit probatio-
nem. Sed aliud communiter ſtatuitur *Gail. l. 2. obſ.
128. & Struv. in Syntagm. de adqvir. heredit. th. 22.
& Weſenb. th. 7.*

## ad L. ult.

### SUMMARIA.

*PActum de ſuccedendo vel renunciando hereditati non valet. n. 1.*
*Heredes defuncti non tenentur ad intereſſe illi, qvi de ſucceſſione convenit. 2.*
*Renunciatio jurata de J. Can. valet. 3.*
*Renunciatio facta* an Eides ſtatt *an pro jurata habenda. 4.*
*In qvibusdam provinciis obtinet etiam renunciatio injurata. 5.*
*An renuncians heres poſſit inſtitui. 6.*
*Qvid ſi ſoror renunciet in gratiam fratrum interveniente qvaſi ſtipulatione, an à patre inſtitui poſſit. 7.*
*Renunciatio enormiſſimam læſionem inferens reſcinditur. 9.*
*Qvod declaratur. 9.*

PActio de renunciando hereditati eſt nulla, 1
qvia talia pacta ſunt triſtiſſimi eventus *l. fin.
C. de pactis* & hereditas pacto ut non dari, ita ne-
qve adimi poteſt. *Hart. Piſt. p. 4. q. 1. n. 1.* Et adeò 2
hoc verum, ut ſi qvis conveniſſet de inſtituendo
me herede, defuncti tamen heredes ad præſtan-
dum intereſſe non obligentur. *Carpzov. p. 3. c. 5.
def. 22.* Sed notum eſt, talem renunciationem jure 3
Can. (qvod ut in aliis multis capitibus, ita et-
iam in hoc puncto paſſim receptum) valere ſi
jurata ſit, per *c. qvamvis de pactis lib. 6.* Sed qvid ſi
mulier renunciaverit an Eides ſtatt? ſecuriorem 4
ſemper exiſtimavi ſententiam hanc, & conſcien-
tiæ tutiorem, qvòd hæc formula æqvipolleat ju-
ramento, & qvòd Jus Canonicum non reqvirat
formale & corporale juramentum. vid. *Covarr.
in d. c. qvamvis p. 1. §. 2. n. 4. Panorm. in c. ad aures. n. 3. X. qvod metus cauſa. Colerus de proceſſu*

5 *Execut. l. 1. c. 10. n. 246. & ſeqq.* Imò in nonnullis
provinciis, & ferè paſſim, valent renunciationes
etiam injuratæ, ut teſtatur *Dn. Mev. p. 3. dec. 270.*
6 Sed hæc renunciatio non obſtat, qvo minus pater
poſtea eam inſtituere heredem poſſit; qvia
pater, cui juramentum præſtitum, renunciationem
poteſt remittere; & dicta renunciatio ſolùm
excludit cauſam inteſtati. *Covarr. p. 3. pr. n. 10. &
Natta add. c. n. 16. & 60. Guttierez. ad d. c. qvamvis,*
7 *in verbis.* omninò ſervari debet. *num. 11.* Sed ſi in
gratiam fratrum, & iis qvaſi ſtipulantibus facta
renunciatio, qvia hæc renunciatio intelligitur
facta cum conditione, ſi pater talem voluntatem
retinuerit; ideò pater non minus re
integrâ (i. e. ſi nondum filiis data) filiam inſtituere
poteſt. *Mev. d. l. dec. 171.* Semper autem intelligitur
hæc renunciatio, ſi congruam dotem
acceperit *Carpz. p. 2. c. 35. def. 11.* Idem in dedu- 8
cta in monaſterium, ſi ipſi ſufficienter proviſum
ſit de victu. *Mev. d. l. dec. 272.* Si autem renunciatio
enormiſſimam læſionem inferat, & cum
præſumpto dolo conjuncta, tunc etiam reſcindi
poteſt renunciatio iniqviſſima. *Kellenbenz de
Renunc. ſucceſſ. q. ult. n. 6. Anton. Gabrielis tit. de
jure dot. concl. 1. Covarr. d. tr. p. 3. §. 4. n. 3.* Sed 9
hoc dupliciter declarat *Dn. Mevius p. 3. dec. 273.*
(1.) ut integrum ſit fratri vel ei, in cujus gratiam
facta eſt renunciatio, ut ſupplere poſſit,
qvod deeſt juſtæ doti, vel id, in qvo læſit. (2.) ut
non teneatur præſtare portionem hæreditariam,
qvam habitura fuiſſet filia renuncians, ſed tantum
ſupplere, cujus intuitu renunciatum fuit.

# Titulus XVII.

# Ad SCtum Tertullianum & Orfitianum.

## ad L. Sive ingenua. 2.

### SUMMARIA.

*SCtum Orfitianum vocat liberos ad matris hereditatem. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

1 IN *h. l.* agitur de SCto Orfitiano, in qvo liberi
ad matris hereditatem vocantur, qvod multis
hic ampliatur, licet liberi ſint ſpurii §. 2. licet
matris ſtatus dubius §. 1. & cætera, qvæ partim
2 plana, partim ab uſu remota. In *fine* annectitur
generalis limitatio, niſi aliter judicatum, vel
transactum, vel tempore præſcripta petitio: de
judicato notat, ſi ab eo, qvi judicandi Jus habuit,
judicatum; de transactione, ſi transactio bonâ fide
facta, & ultimum de longiſſimô tempore intelligit
*Gloſſa*, conferatur *Hill. in Don. l. 7. c. 3. lit. B.*

## Ad L. Sive ingenua. 2.

### SUMMARIA.

*SCtum Tertullianum vocat matrem ad ſucceſſionem liberorum, petito tutore. n. 1.*

*Si non petat, privatur ſucceſſione. 2.*

*Qvod extenditur. 3. 6.*

*Qvod & locum habet in nepotibus. 4.*

*Etiam, ſi furioſis non petat curatorem, & ſi prægnans nec ſibi. 5.*

*Extenditur hæc pœna ad cognatos non petentes tutorem. 7.*

*Variæ limitationes. 8.*

*Remota matre ſuccedunt reliqvi cognati. 9.*

*In concurſu matris defuncti, ſororis conſangvineæ & patris adoptivi extranei, ſorore adeunte, mater excludit patrem adoptivum. 10.*

*Qvid ſi ſoror repudiet. 11.*

*Qvid hinc colligatur. 12.*

*Si per ſtatutum exiſtentibus fratribus ſorores excludantur, germanis non exiſtentibus, cum matre ſoror ſuccedit excluſis fratribus ab uno latere junctis. 13.*

SIcut per *Orfitianum SCtum* liberi ad matris 1
ſucceſſionem vocati, ita per *SCtum Tertullianum*
mater vocata ad ſucceſſionem liberorum, ſi
ingenua ſit mater trium liberorum, libertina
qvatuor: ſed hoc notabilem limitationem ha- 2
bet, ſi mater liberis tutorem petiit; ſi enim mater
non petiit, vel prioribus tutoribus excuſatis, ſeu
rejectis, confeſtim alios non petierit, amittit ſucceſſionem
liberorum. §. 23. *h. t.* Et hoc exten- 3
ditur (1.) Licet petierit, ſed compulſa; ſecus ſi
admonita §. 24. (2.) Licet à patre prohibita petere,
ſi ipſa non adminiſtravit §. 25. Ideoqꝫ hodiè
aut tutrix eſſe, aut tutores petere debet, *vid.* 4
*not. ad l. 2. §. 1. ff. qvi pet. tut.* Idem in nepotibus
§. 28. qvæ tamen parificatio filiorum & nepotum
in diſpoſitione legis tantum habet locum, non
hominis *Menoch. conſil. 215. num. 90. & ſeq. Surd.
vol. 2. conſ. 175. n. 32.* Idem in furioſis, ſi his cura- 5
torem non petiit, vel impuberibus, ubi curatore
opus §. 29. & 31. Idem ſi prægnans curatorem
non petiit ſibi §. 30. Si defunctoriè petiit vel pri- 6
vilegio munitum §. 32. ſi indignos §. 34. ſi coacta
petiit §. 24. ſi pater prohibuit petere, ut mater
adminiſtraret, & hæc non adminiſtravit. §. 25.
Eadem pœna extenditur ad agnatos vel cogna- 7
tos, qvi intra annum tutorem non petunt cognatis
impuberibus *l. 10. C. de legit. heredib.* Limita- 8
tur (1.) Si liberi penitus egeni §. 26. (2.) Si mater
abſens ab aliis præventa §. 27. (3.) Si agnati non
ſint proximi, ſed alii eos præceſſerint, *Carpzov.
dec. 286. n. 5.* (4.) Si pubes factus deceſſit *d. l. 10.*

(5.)

Digitized by Google

(5.) Vel ſi intra annum deceſſit. *d. l. 10.* (6.). Si pupillo non expediat *Carpzor. d. l.* (7.) Si filius non ſolvendo *§. 45.* (8.) Si mater inſtituta cum onere reſtituendi bona filio remiſſa ſatisdatione, (9.) Si mater impedita, ut tamen impedimentum, vel tempus excuſationem proponendi, annum non excedat. *Paul. C. ſtr. l. 1. conſ. 147. er 101.* licet à ſeipſo videatur diſſentire *vol. 3. conſ. 33. n. 7.* conf. *Jac. de Nigris in repet. L. Si inſulam. ff. de V. O. n. 258. vol. 6. Caeberanus dec. 58.*
9 *n. 28.* Remotum autem matre reliqvi veniunt cognati *§. ult. h. l.* de qva materia vid. *Gutierez de tutel. part. 1. c. 16. Motan. de Tutelis. c. 9. Carpz. p. 2. Jurupr. conſt. 11. def. 15. & ſeqq. Gabrielius tit. de Tutel. concl. un. Vir. deciſ. 364. & deciſ. 432. &c.*

10 In *§. 18.* habetur notabilis diſpoſitio, ſi mater defuncti, & pater adoptivus & ſoror conſangvinea concurrant, ſi hæc adeat hæreditatem mater excludit patrem adoptivum in alia familia exi-
11 ſtentem; ſin hæc repudiet, mater non excludet patrem, ſed cum patre admittetur. Unde colli-
12 gunt regulam: Qvando qvis beneficio alterius admittitur, illo altero non utente ſuo jure nec hunc admitti. *Zuchardus in rep. L. poſthumo. C.*
13 *de bon. poſſeſſ. contra tabb.* Ex eo *§.* etiam inferunt Dd. qvod ſi per ſtatutum excludantur ſorores exiſtentibus fratribus, & defunctus reliqverit matrem, ſororem germanam & fratrem unilaterem, qvod mater excludat fratrem & cum matre, non obſtante ſtatuto, ſuccedat ſoror. Doctores refert *Cephalus conſ. 537. n. 37.* ubi in *Conſilio toto* alium caſum exinde deducit. conf. *Cagnolus in l. 1. C. de pact. r. 52.* ubi propterea hunc *§.* notabilem vocat.

## ad L. Æqviſſimum. 5. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Nepote emancipato mortuo, ſi avus, pater, & mater ſuperſtites, qvis ex his in ſucceſſione potior. n. 1.*

*Regula, qvæ hic colligitur: ſi vinco vincentem vinco etiam victum, non procedit in correctoriis. n. 2.*

Salebroſus *h. d. §.* Avus emancipavit nepotem ex filio, qvi mortuus eſt ſuperſtite avo, patre, & matre. Qværitur, an mater præferenda avo & patri? Videtur qvod ſic, qvia vincit avum, avus patrem, ergo & patrem per *l. 14. §. 3. de diverſ. & temp. præſcr.* Sed pro patre hic reſpondetur cujus ratio dubia. Hinc *Alciatus l. 6. paradox. c. 1.* hanc rationem reddit, qvia pater matrem ſtatim excludit; ſed qvia pater ab avo uti emancipatore excluditur, ideò avi potior ratio. conf. *Joh. Ant. Rubeus in repet L. Titia Seio. §. Imperator. n. 20. de leg. 2. & idem in repet. L. Pater filium. n. 77. ff.* 2
*de teſtam. inoff. vol. 1. rep. juris.* Unde hinc etiam probatur regula: ſi vinco vincentem, vinco etiam victum; qvæ tamen regula in nova lege correctoria non procedit, *Menoch. conſ. 234. n. 22. & ſeq.* conferri poteſt etiam *Ant. Rubeus in repet. L. Pater filium. ff. de inoff. teſtam. n. 77. vol. 1.*

## ad L. Filii mater. 6. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Filius, matris hereditatem ſe adire nolle profeſſus, an ante aditionem conſangvinei repudiationem revocare poſſit.*

Filius qvi dixit, ſe nolle adire hæreditatem matris, anteqvam conſangvineus adierit, pœnitentia ductus poteſt repudiationem revocare. Cum verba in SCto reperiantur extenſiva, ſeu tractum temporis habentia (ſi nemo filiorum volet hæreditatem adire) *Menoch. l. 1. A. Q. q. 27. n. 8. Mantica de conject. ult. vol. l. 12. t. 14. n. 10. Accorombon. in rep. L. qui ſe patris. C. unde liberi. n. 72. & ſeq. vol. 8.*

## ad L. Sacratiſſimi Principis. pen.

*SUMMARIUM.*

*Materna hereditas qvomodo ad filios in patriâ poteſtate exiſtentes pertinere dicatur.*

Materna hereditas ad filios pertinet, licet hi in patris poteſtate ſint, non qvod patri non adqviratur; ſed qvod filiorum interſit potius ad patrem pervenire maternam hæreditatem, qvàm ad agnatos *Hillig. in Donell. l. 9. c. 2. lit. B. & c. 5. lit. M.* conf. *Pinell. ad Rubr. C. de bonis matern. p. 1. n. 29. Zuchardus in repet. l. n. 1. 80. C. qui admitti. vol. 8.*

# LIBRI XXXIX.

## TITULUS I.

## De Operis novi nunciatione.

### Ad L. Hoc Edicto 1.

*SUMMARIA.*

*Edictum de novi operis nunciatione pertinet ad imperfectum & futurum opus. n. 1.*

*Hujus edicti capita. 2.*

*Novum opus qvatenus alieno nomine nunciari poſſit. 3.*

*Nunciatio omni die fieri poteſt & contra abſentes. 4.*

*Nunciatio verbalis transfert poſſeſſionem. 5.*

*In rationem hujus rei inqviritur. 6.*

*Nunciatus ſpreta prohibitione ædificationem continuans non auditur poſt jus ſuum deducturus. 7.*

Qvis

*Qvis novum opus facere dicatur. 8. 9.*
*Nunciatio in qvem finem fiat. 10.*
*Procurator verus novum opus nuncians an teneatur de rato cavere. 11.*
*Uſufructuarius extraneo denunciat nomine procuratorio. 12.*
*Ratio ſuppeditatur. 13.*
*Domino opponit actionem confeſſoriam. 14.*
*Clauſula de licentia ingrediendi bona propria autoritate an tranſeat ad ceſſionarium. 15.*

1 EDictum de novi operis nunciatione datur
de opere novo ſeu futuro: nam ſi illud
perfectum ſit, datur interdictum qvod vi
2 aut clam §. 1. h. t. ſed reſpectu futuri ædi-
ficii eſt partim interdictum Inhibitorium, ne in
ædificando pergat, partim Reſtitutorium, ut poſt
nunciationem ædificata reſtituat & deſtruat, de
qvo *Carpz. L. 1. R. 6. Weſ. conſ. 34. num. 50. & 62.*
*Gail. l. 1. obſ. 16. n. 16. Molin. tract. 2. diſp. 706. n. 3.*
3 Et hoc reſpectu, qvatenus Reſtitutorium eſt,
cum Interdicto qvod vi aut clam concurrere
poteſt *Zaſius ad §. 1. n. 4.* Fit autem nuntiatio no-
vi operis non tantum adeundo Prætorem, ſed
etiam aliis modis, per §. 2. de qvibus in ſeqven-
4 tibus agetur. Et poteſt qvis alieno nomine nun-
ciare novum opus §. 3. ſcilicet, ſi nuncians ha-
beat ſpeciale aut generale ſufficiens mandatum,
aut adminiſtrationem liberam. Et qvia non re-
qvirit aditionem judicis, omni die fieri poteſt
5 §. 4. & contra abſentes §. 5. In operis novi nun-
ciatione adverſarium Poſſeſſorem facimus §. 6.
*h. l.* ſi nudis verbis facta nunciatio *hic & l. 5. §.*
*10. h. t.* qvia ex metu qvaſi deſerere videor locum,
6 qvam tamen rationem Gl. exagitat *Molina diſp.*
*706. n. 18. & Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 18. th. 2. lit. E.*
cum ea ratio locum etiam habeat in nunciatio-
ne operis, qvæ per jactum lapilli fit, vel per Judi-
cem; qvibus tamen modis non amittitur poſſeſ-
ſio. Vid. *Wiſſenbach vol. 2. d. 15. th. 8.* qvi putat,
ideò hoc fieri, qvod accepta ſatisdatione permit-
tere teneatur, ut ædificet alter. Vid. *Hill. in Donell.*
7 *l. 15. c. 45. lit. R.* Si autem, nunciatus ſpreta prohi-
bitione Prætoris ædificet; ſi poſtea velit jus ſuum
probare, qvod jure ædificet, non eſt audiendus
*§. 7. h. l.* qvia contumaci denegat audientiam
judex ex officio nemine excipiente *Zaſius hic in*
8 *fine.* Opus novum facere videtur is, qvi aut ædi-
ficando, aut etiam detrahendo aliqvid priſtinam
faciem mutat §. 11. ideoqve neqve in plantatio-
nibus locum habet. *§. 12. & ibi Zaſ. tom. 3. p. 7.*
*Donell. d. l. 15. c. 45. lit. D. & ibi Hill.* neqve in ful-
ciendis ædibus *§. 13. Zaſ. p. 8.* de qvo *Molin. d.*
9 *diſp. 7. & ſeq.* Si qvis igitur ædes collapſas reſti-
tuat, aut rimoſas reficiat, ei opus novum nuncia-
ri non poteſt; niſi reficiens veterem formam ac
modum non ſervet, & novam formam inducat.
10 *Hilliger in Donellum d. cap. 45. lit. E.* Qvo fine
autem fiat nunciatio, habetur in *h. §.* nam nuncia-
tio fit aut juris noſtri conſervandi cauſa, ſcil. ut
tueamur Jus noſtrum, cui alieno ædificio contra-
venitur, aut damni depellendi causâ vel publi-
ci juris tuendi, ſi contra publicam formam ædifi-
cetur. *Molin. d. l. n. 13.*

In §. 18. dicitur, qvod procurator verus ſi no- 11
vum opus nunciet, debeat de rato cavere. Atqvi
certum eſt, ubi mandatum non eſt dubium, cau-
tionem de rato non exigi. Sed reſp. hic agi de
Procuratore generali ad negotia, qvi verus qvi-
dem eſt Procurator, ſed in judicio agere vult, ad
qvod ſpeciali mandato opus eſt; qvia tamen
principalis facile conſenſurus præſumitur, ideò
media viâ electa, ut admittatur cum cautione
*Bachov. ad tit. de procur. c. 4. n. 9.* & ad *Trentl.*
*vol. 1. d. 9. th. 8. lit B. & C.* Uſufructuarius Pro- 12
curatorio nomine poteſt extraneo denunciare
novum opus. Hujus ratio, qvia nunciatio inhi- 13
bet opus in longum tempus, neſcitur autem an
tamdiu duraturus ſit uſusfructus, ut jus debile;
ideoqve ſecus in aliis ſervitutibus perpetuis.
*Caſtillo de Uſufr. c. 7. num. 20. Donell. lib. 10. cap. 1*
*lit. D. & ibi Hilliger.* Videtur autem habere uſu-
fructuarius tacitum mandatum à Domino. *Ca-*
*valc. de Uſufructu mulieri relicto. n. 7.* Sed Domi- 14
no poteſt opponere actionem Confeſſoriam. Ex
hoc §. vulgò colligunt, clauſulam de licentiâ in- 15
grediendi bona propriâ authoritate etiam ad
ceſſionarium tranſire. Dd. plurimos pro more
recenſet *Tiraqu. de Retr. Conſang. §. 26. gl. 1. n. 63*
*Neguzant. de Pignor. p. 4. num. 41. Menoch. rem. 5.*
*adip. poſſ. n. 100.*

## ad L. In provinciali. 3.

### SUMMARIA.

*SOcio rectè nunciatur. n. 1.*
*Limitatur, ſi communio rei negatur. 2.*
*Superficiarii, Emphyteuta, item & conductores ad longum tempus nunciare poſſunt. 3.*
*Si in publico novum opus ſit, cuilibet è populo competit nunciatio. 4.*
*Si in præjudicium Eccleſiæ, cuilibet ex parochia competit. 5.*
*Servus & pupillus an nunciare poſſint. 6.*

IN *§. 1. hujus legis* dicitur, qvod ſi meus ſocius, 1
cum qvo rem communem habeo, aliqvid no-
vi faciat in fundo communi in meum præjudici-
um, non habeat locum nunciatio novi operis,
cum locum habeat ordinarium remedium com-
muni dividundo; qvod tamen Nevizânus *conſ.*
*165. n. 1. & ſeqq.* limitat, niſi alter neget rem eſſe
communem. Nam certum eſt, non dari hoc caſu 2
actionem communi dividundo cum effectu, ſi
ei ante litem conteſtatam opponatur exceptio
præpoſterationis, ſed prius agendum eſſet rei vin-
dicatione. *Neviz. d. l.* cont. *Zaſius lib. 1. ſin. int*
*cap. 1.* & *Lud. Bolegninus* prolixè hac de re agens in
*repet. Legis qvi viam. h. 1. n. 65. & ſeqq. rel. 5.*

In. §. 3. dicitur ſuperficiario dari etiam utilem 3
rei vindicationem & nunciationem novi operis,
de

de qvo pluribus agit *Pinell. ad l. 1. C. de Bon. mat.*
*p. 3. n. 66. pag. mihi 403.* Unde colligitur, etiam
Emphyteuræ, *Donell. l. 9. c. 14. lit. A.* & ita etiam
conductori ad longum tempus, eandem compe-
4 tere, ex ſententia communi, licet contra diſputet
*Pinellus cum Connano. d. l.* Si in publico qvis no-
vum fecerit opus, qvilibet ex populo nunciare
5 novum opus poteſt. *§. ult. h. l.* Ratio in *l. ſeq. 4.*
Sic ſi in præjudicium Eccleſiæ qvis novum opus
faciat; qvilibet ex parochia nunciare poteſt, *c.*
*cum preſbyterorum. X. de rebus Eccleſ. non alienan-*
6 *dis* conf. *Zaſius ad hunc §. mihi. pag. 12.* Sed ſervus
& pupillus nunciare non poteſt, niſi hic agat de
proprio etiam intereſſe, per *l. 5.*

## ad L. de Pupillo. 5.

### *SUMMARIA.*

*Nunciatio in re præſenti fieri debet. n. 1. 3.*
*Qvibus novum opus nunciari poteſt. 2.*
*Nunciatio movetur ex triplici cauſa. 4.*
*Qvando periculum eſt in mora vel in ædificio publica utilitas verſatur, nunciatio non attenditur. 5.*
*Extenditur. 6.*
*Limitatur, ſi periculum amplius non adeò magnum. 7*
*In cauſis ædificiorum qvatenus non admittatur appellatio. 8.*
*Nunciatio qvæ fit per jactum lapilli vel per Prætorem, præfertur verbali. 9.*
*Nunciatio per jactum lapidis qvomodo fit. 10.*
*Nuncians petente nunciato debet juramentum calumniæ deponere. 11.*
*Idem in jure retractus utente probatur. 12.*
*Si novum opus diverſis in locis fit, an una nunciatio ſufficiat. 13.*
*Procurator generale mandatum habens an teneatur ad cautionem. 14.*

1 Ex hac lege notetur, & qvidem ex *§. 2. & duo-*
*bus ſeqventibus*, qvod nunciatio novi operis
debeat fieri in re præſenti, i. e. in ipſo opere, vel
in eo loco, ubi opus fit, qvod ex veteri Roma-
norum more fluxiſſe exiſtimat hic Zaſius, qvi de
re immobili cogniturі in rem præſentem ibant,
2 qvod hodie per Commiſſarios fieri ſolet. Non
verò neceſſe eſt, ut Domino vel illi, qvi facit,
nunciatio fiat, ſed poteſt operariis fieri, daß ihnen
das Handwerck gelegt werde: wo ſie ehrliche Mei-
ſter wären / ſollen ſie inne halten biß zur Richterli-
chen Entſcheidung ut fieri ſolet, vel etiam ancillis
3 fieri poteſt. Sed extra rem præſentem Domino
fieri non debet. Notandum etiam ex §. 9 ex tri-
4 plici cauſâ moveri novi operis nunciationem
(1.) ex cauſâ naturali, ſi in re noſtrâ qvid faciat.
(2.) ex cauſâ publicâ, cùm publico nocetur.
(3.) ex cauſâ impoſititiâ, qvando qvid facit con-
tra ſervitutem mihi debitam. Ergò qvicunqve
vult novum opus nunciare, debet unam aliqvam
harum cauſarum pro ſe habere, alias non profi-
ciet qvicqvam. *Franc. de Clapperiis cauſâ 22. q. 1.*
*n. 2.* ſic ubi qvis ædificando ſolis lumen vel pro-
ſpectum alteri aufert, non poteſt conveniri ex
hoc Edicto *l. ſi arborem. 17. pr. h. t.* Qvoties eſt 5
periculum in morâ operi injecta, & in ædificio
verſatur publica utilitas, non attendenda eſt no-
vi operis nunciatio *§. 11. & 12. h. l. Gail. l. 1. obſ.*
*16. n. 9. & obſ. 78. n. 7. Mindan. de Proceſſ. l. 2. c. 31.*
*n. 9. Riminaldus l. 2. conſ. 134. n. 12.* nec attenditur
privilegium. *l. 28. §. 3. ff. de Judic.* nec ſolemnia 6
Juris attenduntur, adeò ut etiam non citatis iis,
qvorum intereſt, aliqvid decerni poſſit *Ord. Cam.*
*p. 3. c. 3. §. Item* da das Jenige & *§. Item* Sachen
aus welcher ꝛc. Sed ubi periculum amplius non 7
adeò magnum, ſecundum jura naturalia proce-
dendum, maximè cum planè ceſſat. *Dn. Mev. p.*
*3. dec. 164.* ubi agit de reficiendis aggeribus. Sic 8
in urbibus eſt ſtatutum, ut non admittatur Ap-
pellatio in cauſis ædificiorum, qvod *Dn. Mev. p.*
*3. dec. 378.* reſtringit, ſi de veterum refectione
agatur; ſed hoc non pertinet ad nova ædificia,
qvæ antea in illo loco non erant exſtructa. Me- 9
lius autem dicitur in *§. 10.* eſſe, prohibere manu,
id eſt, per jactum lapilli vel Prætorem, qvàm ſim-
plici verbo nunciare; qvia illis caſibus non a-
mittitur poſſeſſio, qvod ex vetuſto more Roma-
norum antea allegato, hic deducit *Zaſius num. 4.*
Qvod autem de ictu vel jactu lapidis in *§. 10.* di- 10
citur, de materiæ ad ædificandum paratæ disje-
ctione intelligunt, per *l. 1. §. 6. & l. 20. §. 1. ff.*
*qvod vi aut clam,* ut tamen interveniant verba
vel nutus æqvipollens. *Petr. Gregor. l. 4. Synt. c.*
*29. n. 3. Hill. in Don. l. 15. c. 45. lit. P.* Qvi autem 11
opus novum nunciat, debet jurare, ſe non ca-
lumniæ cauſâ novum opus nunciare, nec mali-
tiosè opus impedire *§. 14. hujus legis.* ſi ſcil. nun-
ciatus id petat. *Molin. d. l. n. 32. Bach. d. th. 2.* &
hoc de nunciationis perſecutione intelligen-
dum, ubi ad Prætorem devenitur, & de ſatisda-
tione præſtandâ tractatur. *Bach. d. th. 2. in fin.*
Ex hoc §. etiam probatur, qvòd is, qvi vult uti 12
jure Retractus, debeat juramentum calumniæ
præſtare, qvod ſibi retrahat in uſum ſuum, non
in utilitatem alterius, & in fraudem emtoris, un-
de alteri jus ſuum cedere neqvit. *Gail. 2. obſ. 19.*
*n. 10. Dn. Mev. ad Jus Lubec. l. 3. tit. 7. art. 1248.* Si 13
res, in qvibus novum fit, diſſitis locis ſitæ, tunc
non ſufficit nunciatio novi operis uno loco fa-
cta; qvia in loco Præſenti facienda nunciatio
novi operis, & ita ubiqve facienda. Sed qværitur,
annon procurator habens mandatum generale
cautionem præſtare debet? Reſp. in §. 18. eum
cavere debere de rato, & ſic hunc § 18. de man-
dato generali rectè intelligit *Bach. in Tr. vol. 1. diſp.*
*9. th. 8. lit. B.* cum alias Procurator habens ſpe-
ciale mandatum cavere non teneatur. Diſtingvit
autem cum Baldo *Tiraq. de Retr. conſ. §. 1. gl. 10. n.*
*96.* utrum proteſtatio tendat ad judicium, &
tunc cautionem de rato ſufficere, ſed ſpeciali
mandato opus eſſe.

ad

## ad L. Non ſolum. 8.

*SUMMARIA.*

*Nunciatio extingvitur morte & alienatione nunciantis. n. 1. 2.*
*Non extingvitur morte nunciati. 3.*
*Qvæ alienatio hic intelligatur. 4.*

QVæ in *princ. & in §§. ſeqq.* habentur expiicata ſatis à *Zaſio.*

1 Ex *§. pen. & ult.* notandum, qvod morte nun-
ciantis vel rei alienatione à nunciante facta,
nunciatio novi operis tollatur; morte ideo, qvia
finitur Jus prohibendi, cujus conſervandi cauſa
nunciatio facta; alienatione ideo, qvia intereſſe
2 deſinit; non ergo ſi moriatur nuncians, nuncia-
tio ad hæredem transfertur, licet obligatio ac in-
ſtantia tranſeat; Nam nunciatio in facto potius
3 conſiſtit, & eſt tantum præparatio futuri judicii;
Sed ex parte nunciati tranſit ad hæredem, qvia
realis eſt hujus reſpectu *Donell, l. 15. c. 45. lit. H.*
4 Sed qvod de alienatione in *§. pen.* dictum cum
*Gloſſa Car. Ruinus in rep. L. hoc edicto n. 39. h. t.*
*vol. 5.* intelligit de voluntaria alienatione, non
verò neceſſaria.

## ad L. Operis novi. 10.

*SUMMARIA.*

*Nunciatio qvibus verbis fiat. n. 1.*
*Reſpectu nunciati tranſit in ſucceſſorem ſingularem. 2.*

1 NUnciatio novi operis fit in rem, hujusmodi
verbis: *nuncio, ne qvid operis fiat*, non his, *ne*
*facias*, ut ex Duareno *Hillig. l. 15. cap. 45. lit. L.*
tradit, ubi *lit. ſeq.* Florentinam lectionem de-
2 fendit. Et ſic reſpectu nunciati in ſucceſſorem et-
iam ſingularem tranſit, per *l. ult. h. t.*

## ad L. Qvi viam. 14.

*SUMMARIUM.*

*AN habenti ſervitutem competat nunciatio tantum in ſervitute urbana.*

EX *hac lege* ſolent Doctores probare, qvod qvidem habenti ſervitutem competat nunciatio novi operis, ſed tantum in ſervitute urbana, non autem in ruſtica, qvia in ruſticis prædiis ob ſtata tempora mora periculoſa, *Don. d. c. 45. lit. H. & qvos ibi refert Hill.* & hanc communem eſſe ſententiam teſtatur *Ant. Faber. l. 19. conject. c. 5.* ſed diſcedit *Coraſius l. 5. miſcell. c. 25. ab Hilligero relatus*, & præcipue *Lud. Rologninus in rep. hujus legis vol. 5.* qvi *num. 22.* caſum proponit, ubi vicinus, qvi mihi viam debet, lapidibus eam ſternit. Alium caſum proponit *n. 24.* Sed tutior eſſe videtur ſententia communis.

## ad L. Si priusqvam. 15.

*SUMMARIUM.*

*LEgis hujus communis Dd. explicatio probatur, rejecta confutatione Zaſii.*

COmmuniter hanc legem ita intelligunt & hoc exinde ſummarium eliciunt, in Confeſſoria vel Negatoria actione, ſi reus ſit contumax, officio judicis eum cogendum eſſe ad cautionem, ſe nihil innovaturum, donec de jure ſuo docuerit, & actoris partes ſuſtinuerit. Sed hunc ſenſum confutare nititur *Alciatus lib. 3. parergon. c. 16. Zaſ. l. 1. intell. ſing. 64. & ad h. t. pag. 26. & alii*, ſed qvia ſenſus æqvitati & coërcendæ contumaciæ aptus, non puto diſcedendum ab ea interpretatione, qvæ apud veteres recepta, per *L. minime. 23. de LL.*

## ad L. Prætor ait. 20.

*SUMMARIA.*

*Nunciatus poſt nunciationem etiam iniqve factam exſtructa demoliri cogitur. n. 1.*
*Decernuntur ad hoc mandata demolitoria ſine clauſula. 2.*
*Nunciatio qvatenus oblata ſatisdatione ſuper indemnitate remittenda. 3.*
*Judex inaudito nunciante non recte admittit nunciationem. 4.*
*Nuncians optionem habet an cautionem recipere, an verò intra tres menſes iniqvitatem ædificantis docere velit. 5. & 12.*
*Qvibus caſibus continuatio operis ſub cautione non concedenda. 6. 7. 8.*
*Tertium caput interdicti hujus. 9.*
*Non prohibendus ædificans ſi injuſtitia nunciantis notoria. 10.*
*An judex proclivior ſit ad remiſſionem nunciationis qvam prohibitionem, ſi nunciato maximum incommodum exinde immineat. 13.*
*Qvid ſi de juſtitia utrinque dubitetur. 14.*
*Si ædificatio ſtatuto prohibita non permittenda eſt ſub cautione ædificatio. 15.*

SI nunciatus perrexerit in ædificando, ſive Jus 1
ædificandi habuit, ſive non habuit, demoliri
poſtea cogitur, qvod poſt nunciationem exſtru-
xit. *Gail. d. obſ. 16. n. 1. Carpz. l. 1. reſp. 6. n. 7. Mindan.*
*d. l. 2. c. 32. n. 10. & Lancellottus de Attentatis part.*
*3. c. 28. n. 79. Grattianus Diſc. for. tom. 2. c. 384. n. 24.*
*& ſeq.* Ideoqve decernuntur Decreta & Mandata 2
demolitoria ſine clauſula, per qvæ id tantum de-
moliendum eſt, qvod poſt nunciationem novi
operis ædificatum. *Gail. l. 1. obſ. 16. n. 15. Mev. p. 5.*
*dec. 103. n. 21. & ſeqq.* Qvando nunciatus non 3
verbis tantum, ſed re ipſa fidejuſſores præſen-
tando ſe ad ſatisdationem præſtandam offert
ſuper indemnitate, tunc remitti debet nuncia-
tio, *§. 5. h. l.* & ibi *Zaſ.* qvod intelligendum, ſi lis
intra menſes 3, non finita ſit, *l. un. C. h. t. Fach. lib.*
*8. c. 48. Trentac. in h. t. reſol. un. Gail. d. l. num. 17.*
*Mindan. c. 31. n. 26. Dn. Mev. p. 2. dec. 179. & ſeq.* ubi
agit de Appellatione interpoſita à ſententia ſu-
per novi operis nunciatione; Judex autem, 4
anteqvam remittat nunciationem, debet prius
audire nunciantem, ne remiſſa nunciatione de
cautio-

cautionis idoneitate cognoſcere neceſſe habe-
5 at, præſertim cum nunciens optionem habeat,
an cautionem recipere, an verò intra 3. menſes
iniqvitatem ædificantis docere velit. *l. un. C. h. t.*
6 *Mev p. 3. dec. 379.* Si tamen ex Actis conſtet ædi-
ficationis iniqvitas, vel periculum ædium nun-
ciantis, aut incendii, non eſt ſub cautione con-
cedendum opus, ſed inhibitio repetenda. *Mev. p.*
7 *3. dec. 308. Mindan. de Mand. l. 2. c. 31. n. 8.* Idem ſi
ſtatuto prohibitum ædificium, licet altera pars
neget, ſtatutum in hoc caſu locum habere;
nam interim pro ſtatuto dicendum Jus, & inhi-
8 bitio facienda. *Dn. Mev. p. 3. dec. 401.* Licet in-
terdum concurrentibus circumſtantiis etiam
ante lapſum. 3. menſium id fieri poſſit. *Carpz. l.*
9 *1. reſ. 7. Dn. Struv. hic num. 12.* Tertia pars Inter-
dicti, proponitur in *§. 9. & ſ.* ſi enim ſatisdatum
ſit de demoliendo in eventum, aut per nuncia-
tionem factum, ne ſatisdaretur, prohibetur vis
fieri ædificanti, qvia propter ſatisdationem ſa-
tis ſecurus eſt is, qvi nunciavit; qvod conſtitu-
tum in favorem ædificiorum, ſplendoremqve
10 urbium. *Molin. diſp. 706. n. 44.* Sed ſi notoria
eſſet injuſtitia nunciantis, non prohibendus
ædificans *Petr. Frid. de Mandatis. l. 2. c. 31. Caballi-*
11 *nus de Div. & indiv. p. 3. n. 134.* Sicut è contrario,
ſi Jus nunciantis, & injuria nunciati ſit notoria,
non facienda remiſſio ſed omninò prohibendus
eſt ædificans. *Dn. Mev. p. 2. dec. 179.* qvia non
eſt locus proviſionali ſententiæ, qvando prin-
12 cipale definiri poteſt. *Caballinus d. l. n. 133.* Dein-
de oblata ſatisdatio acceptanda non eſt, ſi in-
tra præſtitutum tempus ſcilicet. 3. manſium *l.*
*un. C. h. t.* aut qvadrimeſtre Jure Lubec. nun-
cians docere velit de ſuæ nunciationis jure, &
ædificantis injuſtitia, per *d. l. un.* & qvampri-
mum rem eam aggrediatur nuncians. *Dn. Mev. p.*
13 *2. dec. 180.* Sane judicem procliviorem eſſe debe-
re ad remiſſionem, qvam ad prohibitionem,
qvando minus præjudicii atqve incommodi in-
de nuntianti, gravius autem nunciato, cùm
impeditur, imminet, ſcribit *Dn. Mev. d. dec. 180.*
14 Sed hoc mantellum non debet eſſe negligentiæ
judicum, ſed tantum de cauſa dubia, qvando
de juſtitiâ utriusqve dubitatur, accipiendum
15 eſt. Non eſt admittenda cautio, nec permitten-
da ædificatio, ſi ædificatio ſtatuto prohibita,
*Dn. Mev. p. 4. dec. 236.* ideoqve cum nuncians ſta-
tim cauſas prohibitionis allegaviſſet, licet in
termino Juris communis vel ſtatutario non co-
gnita fuerit cauſa, non hoc tamen præjudicat
nuncianti, qvia terminus non cognitioni, ſed
actioni proponendæ præſcriptus *D. Mev. p. 4.*
*dec. 237.*

## ad L. Cui opus novum, 22.

### *SUMMARIA.*

*Nunciatio novi operis tranſit ad heredem qvoad patientiam, non qvoad pœnam. n. 1.*
*Qvæ hic pœna intelligatur. 2.*
*Binæ limitationes ſubnectuntur. 3.*

Nunciatio novi operis tranſit ad hæredem ra- 1
tione patientiæ, ut ædificatum pati teneatur deſtructi, ſed non ad impenſas, nam ratione impenſarum eſt hæc pœna. Sed reſtitutio etiam pœna vocatur: Putarem diſtingvendum eſſe inter pœnam damni & pœnam ſenſus, ut mihi jam liceat illam diſtinctionem hic applicare; ſeu, ſi mavis, inter pœnam privativam & poſiti-
vam. Carere ædificio vel lucro per defunctum 2
qvæſito eſt pœna damni ſeu privativa, ſed erogatio ex proprio marſupio eſt pœna ſenſus ſeu poſitiva Lud. Bologninus *L. qui viam h. t. n. 40. 42. & 48. tom. 5. repet.* admodum gloriatur ſuper ſuâ hujus legis interpretatione inventa. conf. etiam
*Car. Molin. de Dividuo p. 3. n. 132. & ſeqq.* Ubi du- 3
as limitationes proponit, ſcilicet qvod loqvatur de reſtitutione proviſionali pœnali 2. de eo tantum caſu ſi is, qvi attentavit, moritur ante litem conteſtatam. Conf. *Arg. hic th. 20.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Nunciatio novi operis qvatenus tranſeat ad ſucceſſorem ſingularem. n. 1.*
*Rem qvamlibet cum ſuo onere tranſire colligitur. 2.*
*Exempla. 3. 5.*
*An & fundus emphyteuticus ratione laudemii non ſoluti. 4.*

Nunciatio novi operis tranſit etiam ad em- 1
ptorem ſeu ſucceſſorem ſingularem, non
qvidem ut pœnam debeat, ſed ut patiatur tolli.
*Hill. in donell. d. l. 15. c. 45. lit. T.* Notant hîc 2
Dd. rem qvamlibet tranſire cum ſuo onere.
*Petr. Barb. in L. Poſt dotem. num. 5. ff. ſolut. matr.*
*A. Barb. Locuplet. lib. 16. cap. 40. Axiom. 12. Finckelib. obſ. 13. n. 6.* Ut autem per exmpla pro- 3
cedamus, declaramus id ex *Dn. Manzio in Cent.*
*deciſ. qv. 21. & 22.* Tributa v. g. ſunt onera realia,
& ſeqvuntur qvemvis fundi poſſeſſorem *L. 7. de*
*Publican.* ubi plura. Sed de Laudemio qværi- 4
tur, qvod qvidem reſpectu fundi emphyteutici
ſolvitur, qvia tamen reſpectu pretii varium eſt,
& ex contractu debetur, & de eo non extat textus, qvod hypothecam habeat jure; ideoqve videtur Manzio non ſeqvi poſſeſſorem, niſi per
indirectum, dum Dominus vellet ob non ſolutum Laudemium vindicare rem. Eadem ratio
vectigalis non ſoluti: nam licet Emptor & terti- 5
us non teneatur vectigal à Venditore non ſolutum ſolvere, integrum tamen Fiſco merces, ut commiſſas, intra tempora legitima vindicare. *Dn. Manzius d. q. 22. in fin.*



Digitized by Google

# TITULUS II.
# De damno infecto & de ſuggrundis & protectionibus.

## Ad L. Damnum. 2.

*SUMMARIUM.*

*Damnum qvid?*

IN L. 2. notetur definitio damni infecti, qvod ſit damnum nondum factum, qvod tamen futurum timetur ex ruinoſis ædibus vicini.

## ad L. 3.

DAmnum eſt Deminutio patrimonii: ergò qvando Parrimonium tuum non deminuo, ſed lucrum tuum adventitium meæ utilitatis gratiâ intercipio, non eſt damnum *Berous vol. 3. conſ. 142. n. 14.*

## ad L. Dies cautioni. 4. §. 5.

*SUMMARIA.*

*NUnciatio damni infecti qvando ad domum fieri poteſt. n. 1.*

*Qvibus caſibus citatio ad domum in prima citatione ſufficiat. 2.*

*Qvi citationem ſcire præſumitur, tenetur ſe juramento purgare 3.*

*Certo domicilio deſtitutus locum, qvo citationes inſinuandæ, deſignare debet. 4.*

*Domicilium in diverſis territoriis habenti citationes fieri poſſunt ad poſſeſſiones, qvas in judicio poſſidet. 5.*

*Si in uno judicio citatio nonniſi in perſonam facta valeat, in alio verò, à qvo citationis executio per ſubſidiales petitur, citatio ad domum ſufficiat, ſecundum cujus ſtylum executio facienda? 6.*

*Qvando contra hereditatem ſine curatore procedatur. 7. 8.*

*Areſtum intra triceſimum diem peti poteſt. 9.*

*Diſpoſitio legis cum qvalitate loqventis ceſſat ceſſante ipſa qvalitate. 10.*

*Qvod extenditur. 11.*

*Citatio valvis parti Civitatis affixa ob impeditum ingreſſum vim citationis Edictalis habet. 12.*

*Judex juſtitiam denegans vel adminiſtrationem negligens in dolo eſſe præſumitur. 13.*

*Judex officium ſuum non impertitur niſi imploratus. 14.*

*Actio contra judicem ob denegatam juſtitiam datur etiam in heredes. 15.*

*In rationem inqviritur. 17. 18.*

*Secus ſi judex de ſyndicatu conveniendus. 16.*

*An delicta in amittendo tranſeant in hæredes. 18.*

1 QVando non adeſt perſona, cui denunciandum damnum infectum, tunc ad domum
fieri poteſt. Ex qvo probant licet prima citatio 2
debeat fieri ad perſonam *l. 13. §. 1. ff. de expenſ. lit.*
*de qvo pluribus Hilliger in Donell. l. 23. c. 2. lit. E &*
*not. & ego in proc. civ. c. 3. n. 32. & ſeqq.* citationem
ad domum tamen ſufficere etiam in primâ citatione, ſi reus ipſe in faciem citari non poſſit.
Vid. *Hillig. in Donell. lib. 23. c. 2. lit. D. & Dn. Mev.*
*p. 3. dec. 81. n. 6.* Vel ſi neſciatur, ubi commoretur
citandus; vel qvia peregrè abeſt *d. l. Dn. Mev.*
item ſi citandus eſt in urbe; ibi enim citationem ad domum ſufficere tradit *Caſtr. hic. n. 2.* &
ſi ſemel in judicio litem conteſtatus eſt. *Caſtr. n.*
*3.* Sed ſi præſumptio ſit, qvòd ad notitiam ejus 3
pervenerit citatio, debet ſe juramento purgare.
*Dn. Mev. d. l.* Præſtat autem ad ulteriores cita- 4
tationes expediendas, ut is, qvi nullum certum
domicilium habet, certum locum deſignet, qvo
loco citationes & decreta inſinuanda. *Dn. Mev.* 5
*p. 3. dec. 143.* Sic ſi domicilium alter in altero territorio habeat, poſſunt Decreta & Mandata judicialia ad poſſeſſiones, qvas in judicio poſſidet, de qvibus agitur, inſinuari; qvia ſibi imputet, qvod Procuratorem ad Acta non conſtituerit; & colonus, qvi eſt in poſſeſſione, magis & obligatus citationem ſuo Domino tradere qvàm actor, ſicut etiam hoc conſvetudine receptum teſtatur *Dn. Mev. p. 5. dec. 321.* Sed qvid 6
ſi in judicio hæc obſervantia ſit, ut citatio nonniſi in perſonam facta pro legitima habeatur; in alio verò judicio, à qvo petitur citationis executio per ſubſidiales, ſufficiat citatio ad domum, an ſecundùm illius, an hujus ſtylum executio facienda? prius rectè affirm. *Dn. Mevius*
*p. 4. dec. 328.* qvia cauſa principaliter illud judicium tangit. Si non ſit, cui denuncietur do- 7
mi, poteſt libellus ad ipſas ædes affigi; ut ſi hæreditas nondum ſit adita, qvia ſcilicet in morâ
periculum eſt. Unde rectè colligitur, qvoties in 8
morâ periculum, contra jacentem hæreditatem etiam ſine curatore procedi poſſe. *Gail. 2. obſ. 130.*
*n. 6. & 8.* & ibi *Grav. n. 14. & hos ſeqvens Finckelth.*
*obſ. 15. n. 9.* Et ex hoc loco poteſt defendi illa 9
ſententia, qvod etiam intra 30. diem, licet executio peti non poſſit, *Nov. 115. c. 5. §. 1.* poſſe tamen arreſtum peti, qvia periculum eſt, ne ab alio præveniatur; nec hæreditas propterea inqviratur aut hæres, ut contra *Coler. de proceſſ.*
*Execut. p. 2. c. 3. n. 397. & Berlichium p. concl. 74. n.*
*103.* ſtatuit *Arumæus lib. 2. dec. 4. & Finckelth.*
*d. obſ. 15.* Ex §. *hoc, Toties. 5.* probant etiam 10
Doctores, qvòd diſpoſitio legis cum qvalitate loqventis ceſſet, qvando ipſa qvalitas ceſſat.
*Hieron. Gratus. caſ. 63. num. 16. vol. 1. Menoch.*
*Remed. Adip. poſſ. 12. num. 94. & qvos ibi refert.*

Qvod

Digitized by Google

11 Qvod extendit *Gratus conſ. 43. n. 16. vol. 1.* licet
12 ex majori parte illa qvalitas competat. Ex qvo
probant Practicam, ſi nuncius in Civitatem non
admittatur, tunc citationem valvis portæ Ci-
vitatis affigi poſſe; & talis citatio propter impe-
ditum acceſſum vel ingreſſum Civitatis, vim
citationis Edictalis habet, qvæ perinde citatum
arctat, ac ſi in perſonam facta eſſet, cum veriſi-
mile ſit, eam ad notitiam civitatis perveniſſe.
13 *Gail. 1. obſ. 55. n. 2. & 3.* Ex §. 7. cujus ſenſus pla-
nus eſt, colligunt Dd. qvod judex, qvi juſtitiam
alteri vel denegat, vel adminiſtrationem negli-
git, præſumatur hoc facere dolo malo. *Schrade-
rus de feudis. p. 10. ſect. 4. n. 176. Pruckman. vol. 2.*
14 *conſ. 19. num. 147.* Debet vero hoc Judicium
poſtulari, & ideò vulgarem regulam ex *h. §.* pro-
bant, qvod Judex ſuum officium impertiri non
15 ſoleat, niſi imploratus. *Ricc. Collect. deciſ. 411. Ant. Barb. l. 9. c. 89. axiom. 5.* Actio contra Ma-
giſtratum, qvi juſtitiam denegavit, hic dicitur
dari hæredi, qvod eſt planum: ſed etiam dicitur
dari contra hæredem utiqve Magiſtratus, cùm
tamen Magiſtratus ejus, qvi de ſyndicatu pote-
16 rat conveniri, hæres non teneatur de ſyndicatu,
cùm ex delicto non tenetur hæres, niſi lite conte-
ſtatâ, & ſic de ſyndicatu non debet reſpondere
hæres. *Paris de Puteo de Syndicat. verbo: hæres. num. 4. Balduin. in l. 15. num. 3. de Judic. Berlich. p. 2. decad. 192. num. 9.* ideoqve in denegatâ ju-
ſtitia ſpeciale eſſe oportet, ut & hæres teneatur,
17 aut mendoſa hujus §. lectio. Qvamvis autem
ideò hanc actionem in hæredes tranſire putent,
qvia ſit rei perſecutoria; hæc tamen ratio non
qvadrat, qvia actio hæc eſt pœnalis reſpectu de-
linqventis; ergo in hæredem non tranſit. vid.
*P. Barb. ad l. 15. & 14. ff. de Gudic. n. 91. & ſeq.*
18 Hic illam rationem ponit, qvod delicta in omit-
tendo tranſeant in heredem *n. 96.* ubi id aliqvot
exemplis probat. Delicta in omittendo in hære-
dem tranſire, qvod ſi amittamus, dici poſſet, ſi
qvis ex ſtatuto fluvii ripas non munivit, ipſius
hæredes etiam ad damna, eluvione fluminis alii
data, reſarcienda teneri.

## ad L. Evenit. 6.

*SUMMARIA.*

*Autione non præſtitâ non datur actio de damno dato. n. 1. 2.*

*Cautione præſtitâ Dominus non tenetur de damno extrinſecus dato. 3.*

1 SI datum ſit damnum à ruinoſis vicini ædibus,
& nulla mihi præſtita ſit cautio, nulla mihi
contra eum datur actio; adeò ut vicinus etiam
ad rudera amovenda, ſi ea pro derelictis habere
velit, non teneatur, *hic & l. 7. §. 1. h. t. Zaſ. tom.*
2 *3. p. 43.* Hoc in omnibus inanimatis locum
habet, & ideò neceſſaria fuit cautio ſuper da-
mnis futuris, ut uta Dominus ex cautione te-
neretur. *Molin. tr. 2. de J. & J. diſp. 703. n. 2. & ſeq. P. Greg. lib. 4. c. 26.* Sicut etiam præſtitâ cautione non tenetur Dominus de damno extrinſecus dato, v. gr. vi fluminis *l. 24. §. 3. & ſeq. h. t. Petr. Greg. c. 26. n. 8. Molin. d. l. n. 49.*

## ad L. Prætor ait. 7. pr.

*SUMMARIUM.*

*CAutionem petens de calumnia jurare tenetur.*

QVi ratione damni ex ædibus aliâqve re im- 1
minentis ſibi de indemnitate caveri petit,
debet jurare de calumnia, ſe ſincerè eam cautionem petere, non animo vexandi, *hic & l. 13. §. 3. h. t. Molin. diſp. 703. n. 7.*

## ad L. Hoc amplius. 9.

*SUMMARIA.*

*USufructuarium ob abuſum fundi expelli poſſe colligitur. n. 1.*

*Idem in Emphytevſi. 2.*

EX hac *l. 9. §. fin.* colligunt uſufructuarium ob abuſum & deteriorationem fundi expelli conſ. *l. 2. ff. ſi uſufr. pet.* licet enim uſufructuarius cautionem præſtiterit, ex qva conveniri poteſt, unum tamen remedium alterum non tollit. Qvod in emphytevſi etiam verum eſſe dicit *Pinell. ad l. 1. C. de Bonis mat. p. 2. n. 60. & ſeq.* qvæ amiſſio tamen foret revocabilis, *Pacianus conſ. 32. n. 63.* Vid. *not. ad l. 1. ff. qvemadm. uſufr. cav.*

## ad L. His qvi 12. & L. Si finita. 15. §. ſi qva ſint. 24. & 25.

*SUMMARIA.*

*MIſſione ex ſecundo decreto facta denegatur creditoribus pignoris perſecutio. n. 1.*

*Secus primo decreto. 2.*

EX creditoribus, qvibus domus oppignorata 1
eſt, potior eſt ille, qvi, cum non caveretur, in
poſſeſſionem miſſus & poſſidere juſſus eſt. Sed
id videtur abſurdum, ut pignus Prætorium præ-
feratur conventionali. Sed textus hi intelligen-
di de eo caſu, qvando non eſt præſtita cautio, &
in pœnam contumaciæ interpoſitum ſit ſecun-
dum decretum, merito creditori pignoris perſe-
cutio denegabitur. *d. §. 25.* Prætorium pignus eſt 2
ex decreto primo, & qvamdiu hic ſubſiſtit Præ-
tor, manet ſalva creditori conventionalis pigno-
ris perſecutio; ſed ſecundo decreto interpo-
ſito, non eſt amplius pignus Prætorium, ſed
habet jam miſſus Jus poſſidendi & uſucapien-
di. vid. *Bach. in Tr. de Pign. lib. 4. cap. 7. num. 3.* licet aliter diſtingvat *Zaſius ad hunc textum legis 12. n. 6.*



Digitized by Google

## ad L. Qvi bona fide. 13.

### *SUMMARIA.*

*Conducens ædes ruinoſas ſcienter, cautionem petere non poteſt, nec emigrare ante finitum tempus. n. 1.*
*B. f. poſſeſſori non cavetur. 2.*
*Conciliatio* l. h. §. 9 cum. l. 11. h. t. 3.
*Cautionem petens in ſecunda inſtantia tenetur jurare de calumnia, licet in primâ juratum. 4.*
*Delationem juramenti calumnia in appellationis inſtantia iterari poſſe probatur. 5.*
*In ſtipulatione hâc certum tempus exprimendum. 6.*
*Qvæ ſingulariter notanda ex* §. ult. h l.

1 QVi ſciens ruinoſas ædes conducit, non po-
teſt cautionem petere, nec eam ob cau-
ſam ante finitum tempus emigrare, ut hoc ex §.
6. probant, *Chriſtinæus vol. 3. dec. 113. n. 3. Gail. 2.
obſ. 29. n. 10. Lauterbach. ad tit. de Locat. §. 1. th. 24.*
2 Qvando Dominus ruinoſarum ædium probare
vult, actorem non eſſe Dominum, qvia à non
Domino emerit, tunc actori non datur actio,
3 *h. §. 9. h. l.* cui obſtare videtur *l. 11. h. t.* Ideoqve
hic recenſeri opinionem Marcelli, non probari,
tradit *Auth. Colleg. Argent. h. t. th. 7. n. 15.* ſed re-
ſponderi poteſt, ni fallor, in *l. 11.* creditori tantum
dari hanc actionem, ſed de emptore, qvi à non
Domino emit, nihil ibidem haberi, vel bonæ fi-
dei poſſeſſori non dari, qvia à Domino cauſam
non habet, ut fructuarius, ſuperficiarius & credi-
tor. *Hill. in Donell. l. 15. c. 46. lit. E.* cum Argent.
ferè *Zaſius hic.* conſ. *Bachov. de Pignor. l. 3. c. 7.*
4 *num. 2.* Licet qvis in primâ inſtantiâ juraverit
de calumnia, ſi tamen in ſecundâ petat ſibi cave-
ri, denuò juramentum præſtare tenetur, qvia po-
teſt fieri, ut in ſecundâ inſtantiâ calumnietur,
5 per *§. 12. h. L. & 16. Zaſ.* Unde probatur, jura-
mentum calumniæ in ſecundâ ſeu Appellationis
Inſtantiâ deferri poſſe, licet in primâ juratum
ſit, *Scaccia de Judic. l. 2. c. 1. n. 166. Anton. delre de
juram. calum. c. 19. n. 8.* ſcil. appellanti, non facilè
appellato; qvia pro ſe præſumtionem habet: niſi
6 nova præſumtio calumniæ accedat. Certum
tempus autem exprimendum eſt in ſtipulatione,
ne in infinitum obligetur *§. ult. h. l.* Unde no-
tant infinitatem in omnibus negotiis eſſa vitan-
dam. *Bart. l. 9. c. 53. axiom. unico. Klock. vol. 2.
conſ. 41. n. 257.* Notavit ex verbis ultimis etiam
caſus ſeqviores & triſtes ſperari *Hillig. in Donel-
lum lib. 15. c. 46. lit. C.*

## ad L. Si finita. 15.

### *SUMMARIA.*

*Miſſio ex primo decreto qvando fit. n. 1.*
*Effectus primi decreti. 2.*
*Miſſio plurium debet fieri æqvaliter. 3.*
*Qvando miſſio ex ſecundo decreto. 4.*
*Effectus ſecundi decreti. 5.*
*Dominum fieri & longo tempore dominium acqvirere an contraria. 6.*
*Decretum primum & ſecundum an detur in prædiis vectigalibus & emphyteuticis. 7.*
*Emphyteuſin etiam in domibus conſiſtere poſſe colligitur. 8.*

IN hâc Lege propria ſedes eſt materiæ de primo 1
& ſecundo Decreto: nam (1.) contra non ca-
ventem ob ruinoſas ædes (imò etiam contra
contumacem non comparentem in judicio) ſta-
tuitur in §. 11. qvòd actor mittendus ſit ex pri-
mo Decreto in eam partem domûs, qvæ ruino-
ſa eſt §. 12. qvod explicatur in tribus §§. ſeqv.
ſi pars ruinoſa ſit diſtinctum ædificium & ſpa-
tio disjunctum, in partem tantùm fiat miſſio; ſi
verò ſit una domus contigua, in totam domum.
Effectus hujus primi Decreti eſt ſola cuſtodia, 2
& ut tædio compoſſeſſionis adductus Dominus
caveat. Ideò miſſus non poſſidet, nec uſuca-
pere nec præſcribere poteſt illam Domum §. 16.
Qvando autem plures immittuntur, æqvaliter 3
ſunt immiſſi, non pro ratâ damni. Si verò per
aliqvod temporis ſpatium à judice definiendum
Dominus adhuc non compareat, cum juſta cau- 4
ſa videbitur, etiam poſſidere jubendus eſt
miſſus, cùm Dominus videatur pro derelicto
habere §. 21. & hoc vocatur ſecundum Decre-
tum, ad qvod Prætor non debet facilè feſtinare,
præſertim ſi ex juſtâ cauſâ abſit Dominus, vel in
eâ ſit ætate, cui ſubvenire debeat §. 22. Effe- 5
ctus ſecundi Decreti eſt, ut Dominus dejiciatur
de poſſeſſione vel emittatur §. 23. & immiſſus
fiat Dominus; ut ex multis textibus colligi po-
teſt; præſertim ex *§. 15. & 33. hujus legis*, nec 6
ſunt contraria Dominum fieri, & dominium
longo tempore adqvirere; qvia miſſus ex ſecun-
do decreto fit Dominus, ſi prior poſſeſſor fuit
Dominus; ſi non, poteſt dominium longo tem-
pore adqvirere. *Donell. lib. 15. cap. 46. & ibi
Hill. lit. L.* Et tale Decretum primum & ſecundum 7
datur etiam in prædiis vectigalibus & emphy-
teuticis, ut poſſeſſor per ſecundum Decretum
conſtitutus eodem modo poſſideat, qvo poſſe-
dit emphyteuta. Obiter autem ex §. 26. colligi- 8
tur, qvod emphyteuſis etiam in domibus con-
ſiſtere poſſit, ut & ex *Nov. 120. c. 1. Hilliger in Do-
nell. l. 9. cap. 13. lit. F.* Vid. de hâc materiâ plura in
*Ord. Cam. Part. 3. tit. 43. Speculator in tot. tit. de
primo & ſecundo Decreto. Weſenb. in π. h. t. Um-
mius ad Proc. Diſp. 6. th. 4. & ſeq.*

## ad L. Damni infecti. 18. §. 5.

### *SUMMARIUM.*

*Piſtor certæ familiæ panem coqvere certo pretio promittens, an pro eodem pretio teneatur familia aucta.*

EX hoc & ſeq. §. decidunt nonnulli qvæſtio-
nem: An piſtor, qvi certo pretio mihi & fami-
liæ

liæ meæ panem coqvere promſit, pro eodem pretio teneatur familiæ auctæ? De qvo Panormit. in *c. qvanto 16. X. de Cenſ. in ſin. Marſil. ſing. 134. num. 2. & Zaſius 2. ſingul. R. c. 15.* Sed negativa fortè æqvior, qvam tuetur *Jaſon. in l. qvo minus num. 143. ff. de flumin. & Decius conſ. 355. n. 2. & 3.* & reſpondetur ad hunc textum qvod ſtipulator de rebus inferendis etiam cogitaſſe præſumendus ſit.

## ad L. In ſtipulatione, 23.

*SUMMARIUM.*

*Cautio ſi plures ædium Domini ab omnibus in ſolidum juſtè peti poteſt.*

SI domus ruinoſa habeat plures Dominos, tunc vicinus juſte petit, ut ab omnibus Dominis caveatur in ſolidum; niſi velint permittere ſocii, ut in ædes immittatur vicinus, cæteroqvin pro parte etiam caveri poteſt. *l. 6. §. 7. ff. communi div. Bach. in Tr. v. 1. d. 10. th. 3. lit. H.*

## ad L. Fluminum. 24.

*SUMMARIA.*

*In flumine publico qvatenus ædificare vel deſtruere liceat. n. 1.*
*Qvod damnum hic in ſtipulationem veniat. 2.*
*Puteum fodere licet, qvamvis vicini putei vena præcidantur. 3.*
*Limitationis in textu explicatio. 4.*
*Qvilibet in ſuo qvid facere poteſt, etiam in damnum alterius, modo abſit animus nocendi. 5.*

1 IN princ. dicitur in flumine publico ædificare
licere & deſtruere; qvod ita intelligendum
videtur, non ut ædificans fiat Dominus, ſed qvod
ad uſum piſcandi & navigandi id facere lice-
2 at. *Bach. ad tit. de rerum div. n. 6.* Cæterum
non omne damnum venit in hanc ſtipulationem;
ſed ſi malè exſtructæ ædes, ſi materia ſit
vitioſa, ſi à vetuſtate paries fundatur aut ventrem
faciat; non item ſi à terræ motu, aut alio
caſu fortuito, v. gr. ſi tegulæ vento dejectæ;
qvod in hac lege prolixè traditur. *Donell. l. 15. c. 46. lit. H. pag. mihi 1424.*
3 In *§. ult.* notabili traditur, mihi licere puteum
fodere, etiamſi vicini putei venæ præcidantur;
additur exceptio: niſi tam altè foderim, ut nocumentum
proximo intulerim, qvod *Bereng. in*
4 *repet. l. un. C. de ſentent. Qvæ pro eo qvod interest
num. 84.* de qvo caſu intelligit, qvando qvis
præter ſolitum morem profundè nimis fodit;
5 nam tunc extra culpam eſſe non videtur. Communiter
ex hoc §. colligunt, qvemlibet poſſe
qvid facere in ſuo, licet id alteri noceat, modo
non fiat animo nocendi, aut modo non ſervitus
debeatur. conſ. *Pariſ. vol. 1. conſ. 112. n. 12. & 14. conſ. 129. num. 1. Menoch. conſ. 226. num. 24. & ſeq.*

## ad L. Proculus, 26.

*SUMMARIA.*

*Ædificans aliqvid in ſuo, qvo ipſo commodum vicini tollitur, non tenetur ne damno, licet de indemnitate caverit. n. 1.*
*Res noſtras meliores reddere licet, etiam cum vicini incommodo. 2.*
*Qvod exemplo molendini declaratur. 3. 4.*
*Qvi fodiendo in ſuo alterius parieti nocet, an id facere poſſit. 5.*
*Qvomodo in flumine ædificare licitum. 6.*
*An qvis rem fœtidam in ſuo habere poſſit. 7.*
*Novum opus nunciari neqvit, niſi in meo qvid fiat. 8.* 1

QVando in ſuo aliqvid qvis ædificat, licet
commodum vicini tollat, v. gr. proſpectum,
vel aqvæ fluxum, non tamen tenetur de damno,
licet de indemnitate caverit. *hic & l. 24. §. ult. & l. 2. infr. de aqv. pluv. arc. Gail. 2. obſ. 69. num. 12.* nam ſingulis licitum eſt in ſuo
qvid facere. *Gail. 2. obſ. 69. num. 8. & 11. Cothm. conſ. 727. vol. 1. Dn. Richter dec. 6. num. 6. & ſeq. Cagnolus in L. Nullus videtur. 55. de R. J. num. 3. Panlhacus in repet. d. l. un. C. de ſent. qvæ pro eo*
*qvod. n. 83. Menoch. conſ. 43. num. 17.* & res ſuas 2
facere meliores etiam cum vicini incommodo.
*Menoch. l. 6. præſ. 29. n. 3. & ſeq.* modò animus
nocendi & æmulatio abſit. Nam ſi vicinus aliqvandiu
uſus ſit mea aqva, patiente me, id qva-
ſi lucrum eſt, *Panlhacus. d. l.* Et ideò jure per- 3
mittente id lucrum adimere poſſum ad meum
commodum *Don. l. 26. c. 22.* Et ideò Dominus
molendini ſuperioris aqvatici, ſi aqva privata,
ſcilicet flumen privatum ſit, vel locus, poteſt
aqvam retinere & in ſuos uſus conſumere, vel
avertere in ſuum commodum: nam inferioris
molendini Domino nihil juris eſt in aqvam,
qvam ſuperior præoccupavit. *Dn. Mev. p. 4. dec.*
*39.* Ubi limitat, niſi ſuperioris Dominus ſit eti-
am inferioris molendini Dominus, & mihi infe- 4
rius locaverit; nam tunc mihi uſum præſtare
debet. Hoc tamen caſu ſuperior non tenetur
aperire viam, ut aqvæ fluant, ſed ad ſuum uſum
poteſt etiam retinere aqvam. *vid. Dn. Mev. d. p.*
*4. dec. 40.* Aliud, ſi damnum dedit fodiendo al- 5
terius puteo vel parieti. *l. 24. §. ult. h. t.* & ibi
*Bart. & Caſtr. Rauchbar. part. 1. qvæſt. 27. num. 7. & 8.* ideoqve ſuſpecta deciſio *Carpzovii p. 2. dec. 108.* de latrina, qvam qvis in ſuo pariete ædificat,
licet alter de fœtore & ingrato aſpectu conqveratur.
Nam poteſt qvis ſuum reddere melius,
licet lucrum alterius intervertat; ſed qvòd aliqvis
commoditatem ſuam cum alterius damno
procurare poſſit, ex allegatis ab ipſo textibus
non probatur; ſicut & allegatus ab ipſo *Rauchbarus*
de lucro interverſo ſe loqvi teſtatur. *num. 7.*
Et poteſt qvis in flumine aliqvid ædificare, ne
tamen vicinis qvoad fluminis uſum noceat. 6
*Petr. Friderus. l. 2. de Mandatis. c. 38. num. 6. & 7.*
Et non poteſt qvis habere in ſuo, qvod odore of-
fendat vicinos freqventer tranſeuntes *Petr. Gregor. l. 4. ſyntagm. c. 7. n. 29. Cæpolla de Serv. Urb* 7

*Præd. c. 65. n. 7. Ripa de Peſte c. 8. n. 78. Menoch. conſ. 26. n. 15.* ideò ſi puteus propè ſit & in eum ex latrinâ vicini putidus humor & fœtidus deſtillet, agi poteſt cum Domino latrinæ, ut hic
8 eam non habeat. *L. Si qvando. §. fin. ff. de Serv. Urb. Præd. Cæpolla d. l. & Petr. Greg. n. 15.* Collige porro non poſſe nunciari novum opus, ubi non aliqvid fit in meo, nec contra ſervitutem mihi debitam, nec contra publicam utilitatem. *not. in l. 5. §. 9. de Nov. op. nunc.*

## ad L. Plures. 27.

### *SUMMARIA.*

*SI plures ſint domini ædium, qvibus damnum ex vicina domo imminet, ſingulis in ſolidum præſtanda cautio. n. 1.*
*Si plures Domini ædium ruinoſarum, pro parte tantum præſtant cautionem. 2.*
*Qvid ſi alteruter non caveat. 3.*
*Simplex cavens in ſolidum caviſſe cenſetur. 4.*
*Simplex promiſſio plurium qvando de ſolido intelligatur. 5.*

1 EGo & tu ſumus Domini harum ædium, qvibus damnum ex vicina domo imminet, qværitur: an ſingulis nobis in ſolidum debeat alter præſtare cautionem? & affirmatur, ideoqve damnoſa eſ-
2 ſet nobis ſtipulatio partis damni cujusqve. Sed in caſu inverſo, ſi nos ambo eſſemus Domini ruinoſarium ædium, tunc qvilibet pro parte ſua tan-
3 tum debet promittere indemnitatem; qvamvis ſi non caveat alteruter, in totas ædes fiat immiſ-
4 ſio, qvia hæc imitatur naturam pignoris, qvod eſt indiviſibile. Si autem ſimpliciter caveremus, videbimur in ſolidum caviſſe, & ideo proteſtari debemus, me cavere pro parte mea me
5 tangente occaſione ædium. Unde colligere licet, ſimplicem promiſſionem plurium de ſolido intelligi ubi fit occaſione rei communis plurium & indiviſæ. Vid. *Ronchegallus ad l. Reos. §. cum tabulis. n. 10. ff. de duobus reis.*

## ad L. Si ædibus. 32. & duas ſeq.

### *SUMMARIA.*

*CEſſat cautio ex h. t. ſi remedium ordinarium adſit. n. 1.*
*Hinc ſocius ſocio non caveat. 2.*
*Non locator inqvilino. 3.*
*Inqvilinus emigrans pro præterito tempore penſionem ſolvere debet. 4.*
*Qvid ſi non ſolvat. 5*

1 FRuſtra petitur cautio ex hoc titulo, ſi alia
2 via mihi proſpectum; Ideo mihi conſocio habenti proprias ædes vicinas communibus ruinoſis, non datur hoc remedium extraordinarium, cum actione pro ſocio mihi conſulere
3 poſſim, per *l. 32. Donell. l. 15. c. 46. lit. G.* Et ideo in *d. l.* inutilis ſtipulatio dicitur, non qvod, licautum ſit à volente, hæc cautio omni effectu deſtituatur; ſed qvod ſocius cavere non cogatur, expeditior ſit via ordinaria, minus utile vero hoc remedium. *Hill. d. lit. G.* Sic non ha- 4
bet hoc remedium inqvilinus, qvia is poteſt emigrare ex ruinoſis ædibus, aut ex conducto agere, ſi prohibeatur emigrare. *l. 33.* qvod in *l. 34.* declaratur, licet conductor ob ruinoſas ædes emigrare poſſit, teneri tamen eum ſolvere penſionem pro præterito tempore; alioqvin 5
ejus res pro pignore tamdiu retineri poſſe: locatorem tamen teneri res illas in tutiorem locum transferre, ne ruina opprimantur; nam alias actione pignoratitia tenebitur.

## ad L. Inter qvos. 39.

### *SUMMARIA.*

*COmmunis paries an ſit an minus, unde cognoſcatur, diverſæ regulæ ſuppeditantur. n. 1. 2.*
*Cautio à qvo petenda. 3.*
*In reparando pariete, occaſione vicinarum ædium destructo, qvæ in æſtimationem veniant. 4.*
*Delicatarum & voluptuariarum expenſarum rationem à judice haberi non debere, colligitur. 5.*

COmmunis paries an ſit an minùs, his regu- 1
lis ſolet diſcerni. (1.) qvando nulla utrinqve apparent ſigna proprietatis alterutrius, præſumitur communis. (2.) qvando utrinqve aliqvid fuit immiſſum, ſed non ultra dimidium parietis, & tunc erit communis pro diviſo. (3.) qvando utrinqve eſt aliqvid immiſſum penetrans totum parietem, & tunc eſt communis pro indiviſo. Idem eſt, ſi non qvidem totùm parie- 2
tem penetret, ultra tamen partem mediam transeat. (4) ſi ab unâ parte tantùm aliqvid ſit immiſſum, tunc illius tantùm præſumitur (5.) qvando ab unâ parte qvid immiſſum, qvod penetret totum, ab altera parte tantùm, ad dimidium, hoc caſu illius eſſe videtur, & hic tantùm jure ſervitutis qvid immiſſum præſumitur. Sicut has regulas proponunt. *Bart. hic Cæpolla de ſerv. Urb. Præd. & Menoch. conſ. 1237.* Conf. *Surdus conſ. 126. vol. 1.* Petenda eſt cautio à Do- 3
mino, vel, ſi ſuper Dominio litigetur, à poſſeſſore, qvi interim cavebit eventualiter repetiturus à Domino. per §. 1. & ſtipulatio utilis eſſe poteſt Domino, fundi & ſuperficario, ſi vel in fundo vel ſuperficie damnum detur §. 2. Et hic admittitur procurator ſine mandato cum cautione de rato, qvia negotium moram vix patitur. *§. 3. h. l.* Si totus paries ruat occaſione vicinarum 4
ædium, de qvibus promiſſum eſt de damno infecto, æſtimabitur impenſa novi parietis facti; ſi verò factus eſt vitioſus, æſtimabitur impenſa refectionis. Utrobiqve tamen moderatè, & illud attendendum, qvòd jam meliorem habeat parietem. Voluptuariarum rerum tamen ratio 5
non habetur *§. ult. h. t.* Inde Dd. concludunt,

deli-

delicatarum & voluptuariarum expenſarum rationem à judice haberi non debere *Gail. 1. obſ. 151. num. 1.*

## ad L. Cum poſtulaſſem. 44.

*SUMMARIA.*

*INterpellatio extrajudicialis non conſtituit in moram eum, qvi officio judicis tantum convenitur. n. 1.*
*Debitor ad intereſſe extrinſecum non condemnatur, niſi judicialiter interpellatus fuerit. 2.*
*In poſſeſſionem miſſus ſi actione hypothecaria conventus expenſas meliorationum repetere poteſt. 3.*
*An & emtor. 4.*
*Qvæ hic communis ſententia. 5. 6.*

1 COlligit ex hac lege, qvæ planum habet ſen-
ſum, *Bart.* qvi hunc textum dicit ſingula-
rem, qvod interpellatio extra judicialis non
conſtituat in morâ eum, qvi officio judicis tan-
2 tum convenitur. Unde probatur, qvando de-
bitor ad intereſſe extrinſecum condemnandus
eſt, ſcilicet qvando devalvata jam eſt pecunia,
qvod tunc neceſſe ſit, ut fuerit judicialiter in-
terpellatus *Jaſon. in L. Vinum. 22. n. 15. de Reb.
Cred. Berlich. dec. 156. n. 16.*

3 Paragraphi primi autem hæc ſpecies: In poſ-
ſeſſionem miſſus ſum prædii, in qvo nonnulla
refeci, poſtea à creditore hypothecario conve-
nior, qværitur an mihi expenſæ reſtituendæ?
4 Qvod hic affirm. Sed annon emptor poteſt ex-
penſas petere? Neg. qvia emtor voluntate ſua
contrahit & potuit ſibi à venditore cavere; hic
ſecus. Sed huic obſtare videtur, *L. Paulus 29. §.
Domus de Pignor.* ſed ibi agitur de ædibus ex-
uſtis & denuò exſtructis, hîc verò de ædibus
tantùm refectis. *Cujac. hic Paulus, Buſius hic:
5 Sande l. 3. t. 15. d. ult.* Pleriqve tamen ſentiunt,
omnes poſſeſſores conventos hypothecaria
actione poſſe impenſas petere, aut cum fructi-
bus compenſare. *Sande d. l. Covarruv. l. 1. reſol.
cap. 8.* conf. *Dn. Mevius p. 5. dec. 397. Theſaur. p. 1.
q. 71. n. 4.* qvi in argumentum adducit, *d. §. do-
mus & l. 2. C. de prædiis Navicul.* & ad hunc tex-
tum reſpondet, qvod loqvatur de emptore ſci-
6 ente omis. Et hinc *Bart.* mirabilem, ut vocat,
concluſionem elicit, qvod qvivis poſſeſſor, qvi
refecit rem bona fide, ſi conveniatur à credito-
re actione hypothecaria, non teneatur rem me-
lioratam tradere; ſed qvod poſſit offerre valo-
rem rei ante meliorationem, ſeu primam æſti-
mationem *Theſaur. d. l. Corſetus ſing. 181. Covarr. l. 1. reſol c. 8. n. 2. & 3. Neguzant. de Pign. p. 5. memb. 4. num. 18. & 21. Manzius in deciſ. 95. præſertim num. 47. & ſeqq.* qvæ ſententia æqviſſima & in Praxi retinenda.

## ad L. A qvo fundus. 45.

*SUMMARIA.*

*DIverſa facti ſpecies ad hanc legem proponitur. n. 1. 2.*
*An judex terminum à lege ſtatutum abbreviare poteſt. 3.*

COmmuniter ita intelligunt hanc legem Dd. 1
qvando confeſſoria agitur, ſi pro conſtitu-
enda ſervitute aliqvid fieri debuiſſet adver-
ſus contumacem, ex primo decreto in poſſeſſio-
nem loci, in qvo ſervitus conſtituenda fuerat,
immitti; ex ſecundo certum terminum ſtatui,
intra qvem ſi agere ſuperſederit, amplius non
audiendum. Sed aliter *Alciatus lib. 1. paradox. c. 9.* 2
qvi ſpeciem facti ita conſtituit: Poſſidebas tu in-
juſte domum meam, interimqve dum poſſideres,
vicino, qvi te dominum exiſtimabat, Jus ſervi-
tutis conceſſiſti, ut ſcilicet poſſit ædificare, qvod
& fecit: nunc ego vindico domum meam, qvæ-
ritur, nunqvid pendente lite, poſſim eodem tem-
pore agere contra vicinum, qvod illa conceſſio à
te non potuerit fieri? Et reſpondetur, id fieri poſ-
ſe; & ſi vicinus ſe non defenderit, poſſeſſionem
ad me eſſe transferendam. Ex hoc textu etiam 3
probare voluerunt Dd. qvod Judex poſſit cer-
tum tempus præſtituere, vel tempus à lege præ-
ſtitutum abbreviare; qvod ultimum tamen rectè
negat *Bologninus in repet. l. 15. h. t. §. Lutia. num.
6. num. 422.* conf. *Menoch. remed. 3. retin. poſſ.
num. 211.*

## ad L. Ult.

*SUMMARIUM.*

*DOmus an demoliendi cauſa vendi poſſit.*

DOmum non licet vendere demoliendi cauſa ad negotiationem, bene tamen licet vendere ad publicum opus; Sed ſi ad negotiandum vendatur, emptor pretium ſolvit, & ſimul jacturam facit pretii traditi, ſi cum *l. 52. de contrah. empt.* conciliat *hanc. l. Hill. in Don. l. 9. c. 10. lit. D. Pac. cent. 5. qvæſt 6.* vid. notat *ad d. l. 52. ff. de contrah. Empt.*

# TITULUS III.

# De Aqva & aqvæ pluviæ arcendæ.

## Ad L. Si cui.

*SUMMARIA.*

*ACtio aqvæ pluviæ arcendæ qvando locum habeat. n. 1.*
*Caſus exceptus. 2.*
*Prodeſſe ſibi unusqvisqve non prohibetur, dum alii non nocet. 3.*
*An teneatur hac actione is, qvi in ſuo fundo fodiens fontem vicini avertit. 4.*

*Omnem æmulationem prohibitam eſſe colligitur. 5.*
*In dubio qvis præſumitur ædificare ad ſuam utilitatem, non ad æmulationem. 6.*
*Removens opus aliqvod, qvod naturalem aqvæ curſum impediebat, hac actione non tenetur. 7. 9.*
*Limitatur. 8.*
*Servitutem diſcontinuam non acqviri, niſi per poſſeſſionem temporis immemorialis colligitur. 10.*
*Ad præſcriptionem ſervitutis non requiritur titulus. 11.*

1 QVando qvis fecerit opere manufa-
cto, ut aqva pluvia aliter flueret,
qvàm hactenus fluxit, & ego exinde
damnum timeo, dátur mihi actio
contra eum, qvi id fecit, ut major fluxus fieret,
vel citatior, vel vehementior; nam hæc actio
de damno futuro dicitur. *Petr. Greg. l. 4. t. 17.*
2 *num. 8.* Excipitur autem caſus, ſi agri colendi
cauſa qvid fiat per *§. 3. 5. & ſeqq. h. l.* id eſt, qvic-
qvid neceſſe eſt fieri, ſine qvo ſerere aut arare
neqvit vicinus, ſive ſint foſſæ ſive ſulci aqvarii,
non verò aqvarios ſulcos transverſos *§. 9. h. l.*
3 *Donell. l. 15. cap. 47. lit. F. & ibi Hilliger.* Non
enim eſt prohibitum, aliqvid in meo facere, qvò
aqva pluvia retineatur, nec aliqvid in meo fa-
cere, qvo aqva in vicino ſuperfluens ad meum
fundum derivetur, modò opus in alieno non
fiat, additur hic pro ratione regula: Prodeſſe
ſibi unusqvisqve non prohibetur, dum alii non
nocet. *Ronchegallus plures referens ad l. 3. §. ubi
duo. n. 74. de Duobus reis. Raudenſis lib. 2. Reſp. 12.
n. 17.* Datur enim hæc actio, ut aqva pluvia non
noceat, non ut proſit, *Oldendorp. Claſſ. 6. art. 21.
def. 1. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ. 19. n. 21. P. Gre-*
4 *gor. lib. 4. t. 17. n. 9. & Theſaur. Deciſ. 245.* Qvi
in ſuo fundo fodiens vicini fontem avertit, non
tenetur hâc actione, neqve doli, ſi non animo
5 nocendi hoc fecit. *§. 12.* Colligunt ex hoc §.
omnem æmulationem eſſe prohibitam, qvando
ſcil. qvis cum injuriâ alterius & animo nocen-
di, non utilitatis ſuæ gratiâ ædificat, cui mali-
tiæ indulgendum non eſt. *hic & l. Opus novum.
3. ff. de Oper. publ. Gail. 2. obſ. 69. n. 28. Riminal-*
6 *dus vol. 4. conſ. 443. n. 10. & ſeq.* In dubio autem
præſumor non ad æmulationem, ſed ad utilita-
tem meam ædificare. *Gail. d. l. num. 30. Menoch.
l. 2. A. Q. caſ. 156.*

7 In §. 22. dicitur, qvando opus aliqvod exta-
bat, qvod naturalem curſum aqvæ impediebat,
ſi illud tollatur eo effectu, ut aqva ad inferiora
loca ſecundum naturalem curſum defluat, eo
caſu qvi opus illud removit non tenetur; qvia
inferiora loca à natura hanc ſervitutem natu-
8 ralem debent ſuperioribus locis. Aliud autem
ſi ideo qvid remotum, ut majore impetu de-
fluat, aliud etiam qvando aqva naturalem ſu-
um curſum habebat, & ad illum impedien-
dum opus factum *Berous vol. 3. conſ. 139. num. 29.*
9 Datur enim qvædam ſervitus non ab homine
impoſita, ſed à naturâ conſtituta, ut ſcil. inferior
fundus aqvam ex ſuperiori profluentem excipi-
at *§. pen. & ult. h. l.* nam pro hoc onere habet
commodum, ut etiam pingvedo ex ſuperiori
fundo defluat. *Don. lib. 11. c. 9. lit. A. Harpr. in §.
inſt. de ſervit. Præd. n. 9. & ſeq.* Colligit etiam ex 10
verbo (VETUSTATEM) *Gail. 2. obſ. 66. num. 7.* ſervi-
tutem diſcontinuam non acqviri, niſi per poſſeſ-
ſionem temporis immemorialis: & ex verbis,
NEQVE VI NEQVE PRECARIO colligit. *Don. l. 11. c.
12. poſt. lit. B.* ad præſcriptionem ſervitutis non 11
reqviri titulum; cum ſcientia Domini hîc reqvi-
ratur.

## ad L. In Summa. 2.

### *SUMMARIA.*

*VEtuſtas in fundis pro lege habetur. n. 1.*
*Foſſam qvis purgare teneatur. 2.*
*Agger ruptus an à Domino fundi, in qvo ruptus, reficiendus. 3.*
*Qvid ſi ob utilitatem publicam agger factus. 4.*
*An qvis in ſuo teneatur pati, qvod ſibi non nocet, alteri vero prodeſt. 5.*
*Qvæ hic concluſio Cephali. 6.*
*Fruſtra impedit, qvicunqve intereſſe docere non poteſt, ubi ſimul exemplum. 7.*
*Limitatio.* l. 9. ff. de ſervit. 8.
*Exceptio* TUA non intereſt *omnem excludit agentem. 9.*
*Si lapſus ad reſtitutionem ſine magno labore pervenire non valeat, an uti poſſit compenſatione clanculariâ. 10.*
*Articuli pro immemoriali præſcriptione qvomodo formandi. 11.*

VEtuſtas in fundis pro lege habetur. *Gail. 2.* 1
*obſ. 68. n. 2. P. Gregor. d. t. 17. n. 16. A. Barb.
l. 19. c. 13. Ax. 2.* Hinc ſi foſſa vetus ſit, & aqva 2
non defluat, ſed reſtagnet; qvia inferior non
purgavit foſſam, agi poteſt cum Domino infe-
rioris foſſæ, ac purget *§. 1. h. l. & Don. l. 15. c. 47.
poſt lit. T.* qvod idem de foſſa recenti affirma-
tur §. 4.

In §. 5. proponitur qvæſtio, ſi ruptus ſit ag- 3
ger in fundo tuo, an poſſim te convenire ad re-
ficiendum? Diſtingvitur an natura fecerit, an-
non. Si illud non tenetur reficere; ſi autem ag-
geris facti nulla exſtet memoria, idem eſt. Sed
ſi hominum memoria agger à te factus, poſſum
actione pluviæ arcendæ agere ad reficiendum.
Sed & illo caſu agi poteſt, ut aggerem reficere
mihi permittat, qvia illi non nocet, & mihi id
prodeſt. Sed ubi ob utilitatem publicam agger 4
factus, id onus eſt poſſeſſoris, cujus eſt fundus;
niſi alius alii ſervitutem debeat, vel ab omni-
bus accolis communi ſumtu aggeres facti.
*Dn. Mev. p. 4. dec. 138.* Aurea hic habetur regu-
la: Æqvitas ſuggerit, ut permittatur mihi ali- 5
qvid facere in ſundo vicino, ſi ipſi non noceat,
mihi autem proſit, licet jure deficiamur; & te-

tenentur

nentur omnes in ſuo pati, qvod ſibi non nocet,
alteri verò prodeſt. *Heig. part. 1. qv. 38. n. 45. & ſeq. Berlicb. part. 2. concl. 22. n. 70.* conf. *P. Barb.*
6 *in l. 2. p. 2. n. 40. ff. ſolut. matr.* ubi regulam de-
clarat, & ex æqvitate valere putat. *Cephalus lib. 5. conſ. 702. in fine*, ubi concludit in hypotheſi
ſua, ſi nullum, vel modicum & non conſidera-
bile damnum eſſe poſſit Eccleſiæ, utilitas autem
maxima & incomparabilis Domino reſultare
7 poſſit, hujus petito deferendum eſſe. Et fru-
ſtrà aliqvid impedire vult, qvicunqve inter-
eſſe docere non poteſt. *Dn. Mev. p. 4. dec. 276.*
ubi exemplum habet in creditoribus, qvi reſi-
8 gnationem domus ab avo donatæ volebant
9 impedire. Ex hoc textu affertur limitatio *Legis 9. ff. de Servit.* & multæ aliæ deciſiones. Et qvod
exceptio TUA NON INTEREST omnem ex-
10 cludat agentem. *Petr. Peck. in c. 56. de R. J. lib. 6. n. 7.* Ex hoc etiam textu deducunt, eum qvi
ab alio læſus eſt, ſi reſtitutionem ſine magno la-
bore conſeqvi non poſſit, uti poſſe tacita com-
penſatione & clancularia; nam alter qvi læſit,
vel debitum denegat, irrationabilis eſt, ſi id æ-
grè ferat; præſertim cùm obligatus ad re-
ſtitutionem *Steph. Fagundez. de J. & J. l. 1. c. 13.*
11 *num. 22.*

Ex §. 8. colligunt, qvod articuli pro immemorabili præſcriptione ita formandi ſint, ut qvis dicat ſe audiviſſe à ſenioribus & qvi memoriam rei habuerunt, vel probabiliter rem ſcire potuerunt. *Molin. de Jur. Primog. lib. 2. c. 6. n. 31. & Klocb. vol. 1. conſ. 29. n. 359. & ſeq.*

## Ad L. Apud Trebatium. 3.

### *SUMMARIA.*

*AQvam pluviam qvatenus qvilibet colligere poſſit. n. 1.*
*Servitus derivandi aqvam pluviam per alterius aream non includit effuſionem aqvæ fœtidæ. 2.*
*Uſufructuarius an hâc actione conveniri poſſit. 3.*

1 AQvam pluviam colligere, & per rivulos de-
ducere cuilibet licet, modò non ſit aqva
ſpurca ac fœtida, tunc id non licet. Vid. *Berous*
2 *vol. 3. conſ. 143. in fine.* Unde colligitur, eum,
qvi habet ſervitutem derivandi pluviam aqvam
per alterius aream, non tamen debere eum effun-
dere aqvam fœtidam.
3 §. final. ita declarant, qvod uſufructuarius
non habeat actionem hanc, nec poſſit hâc actio-
ne conveniri, qvod ſermo ſit de actione di-
recta; nam utilis competit. *Donell. l. 10. c. 11. in fine & l. 15. cap. 47.* qvod etiam *Godofr. hic* no-
tavit.

## ad L. Si tertius. 6.

*ACtio hac contra pl.. es in ſolidum non datur. n. 1.*
*Qvod extenditur ratione communis fundi, & proprii activè & paſſivè. 2.*

*Actio hac eſt perſonalis in rem ſcripta 3. 4.*
*Damnum ante L. C. datum demolitione operis facta, qvo remedio recuperari poſſit. 5.*
*Qvid in damno poſt L. C. dato. 6.*

EX hac Lege notandum 1. qvòd actio hæc con- 1
tra plures non in ſolidum detur, ſed pro par-
te contra ſingulos §. 1. h. t. ſcilicet ratione damni;
nam operis reſtitutio per partes fieri neqvit. *Donell. l. 15. c. 47. lit. H.* Ideo autem damni reſtitu-
tio per partes fit, qvia non ex dolo, ſed facto
communi culpoſo, & magis diſpoſitione legis
conveniuntur. *Marianus Socinus in rep. l. 4. §. Cato de Verb. Oblig. n. 152. vol. 6.* Id etiam verum, 2
ſi communi fundo & proprio vel ex communi &
proprio noceatur in §. 2. & 3.

Ex §. 5. notandum, qvod actio hæc non ſit 3
in rem, ſed perſonalis, qvia habet præſtationes
ſc. damni, perſonales. Sed qvia tamen ſeqvi- 4
tur poſſeſſorem, ideoqve rectè vocatur in rem
ſcripta. Vid. *Donell. l. 15. cap. 47. in fine & ibi Hill. lit. I.* qvi refert Duarenum nodum in ſcirpo qvæ-
rentem.

Ex §. 6. notant, ſi damnum ante litem conte- 5
ſtatam datum, demolitionem operis tantum fa-
ciendam; poſt litem conteſtatam, ſi damnum
contingat, etiam damni æſtimationem eſſe præ-
ſtandam; qvia officio judicis ea maximè incum- 6
bunt, qvæ poſt litem conteſtatam contingunt.
Sed interim damnum ante litem conteſtatam da- 7
tum per Interdictum qvod vi aut clam recupe-
rari poteſt. *l. 14. §. pen. h. t.*

## ad L. In diem. 9. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*VOlenti nulla fit injuria. n. 1.*
*Conſenſum ſemel declarutum revocare non licet. 2.*
*Contractus excepti remiſſivè. 3.*

NOn videtur injuriam accipere, qvi ſemel 1
voluit, & qvi conſenſum ſemel præbuit,
poſteà eundem revocare non poteſt, v. g. ſi pater
ſemel conſenſerit nuptiis filii, ſi Dominus ſe- 2
mel conſenſerit obligationi feudi. Excipiun- 3
tur qvidam contractus, in qvibus pœnitentia
conceditur, de qvibus hic *Gloſſa* prolixius agit.

## ad L. Supra. 11.

### *SUMMARIA.*

*JUre ducendi aqvam in præjudicium alterius, cui ſervitus conſtitum, uti non licet. n. 1.*
*Si unus vel plures à pluribus læſi, uno agente cæteri liberantur. 2.*
*Si ad deſtruendum agatur contra eum, qvi non fecit, hic ſaltem patientiam præſtat. 3.*

IN princ. dicitur, eum, qvi habet Jus ducendi 1
aqvam ita poſſe ducere, ne aliis noceat in ſervi-
tute antea conſtituta. Senſus eſt planus, plana
etiam

etiam ratio decidendi; nam omnis conceſſio ſalvo jure tertii intelligenda.

2 In §. 1. dicitur, qvod ſi unus ex Dominis fundi, cui nocitum eſt, ſeparatim ab aliis agat, vel contra unum vel contra ſingulos ſimul; Vel ſi ſinguli agant cum uno ſeparatim ab aliis Dominis fundi, unius ſolutione aliorum actio perimitur: & illi contra hos ſuccurritur. conf. *Ronchegallus ad l. 3. §. ubi duo. num. 64.*
3 Si agam de aliqvo reſtituendo vel deſtruendo, cum eo, qvi non fecit, ille tantum patientiam ſuam præſtare, ſed actor impenſas ferre tenetur §. 2.

## ad L. Si prius. 17. §. 1.

*SUMMARIA.*

*HAbens ſervitutem aqvaductus per rivum, non per lapidem manu ſtratum aqvam ducere poteſt. n. 1.*

*Conceſſiones Principum vel Eccleſiæ explicandæ ſunt ſecundum formam conſvetam. 2.*

9 HAbens ſervitutem aqvæductus, facere poteſt rivum in fundo ſerviente, per qvem aqvam ducat ad prædium Dominans, ſed non poteſt ducere per lapidem manu ſtratum, qvia ita noceretur alteri. *Capoll. de S. R. P. c. 4. n. 1. & 19.*

2 Colligitur ex hâc lege, conceſſionem ab Eccleſiâ vel Principe factam ſemper intelligendam ſecundum formam conſvetam, & ſecundum id, qvod conſvetum eſt fieri in eo loco. *Caſtr. hic & Dd. & Franc. de Clapperiis in deciſ. c. 35. q. 4. n. 3. & cauſ. 42. q. 2. n. 3.*

## ad L. Labeo. 19.

*SUMMARIUM.*

*EXſtructa ſciente & patiente vicino an deſtrui poſſint.*

SI qvis ædificat in ſuo vel alieno ſciente & patiente vicino, non poteſt vicinus agere, ut opus deſtruatur; qvamvis ad damnum datum poſtea agi poſſit. *Petr. Ravennas ſing. 865. P. Barboſ. in L. Quæ dotis. 35. n. 171. Cravett. conſ. 204. num. 19.*

## ad L. Si in meo. 21.

*SUMMARIUM.*

*VEnas aqvæ ſalientis qvatenus qvis in ſuo fundo recidere poſſit.*

VEnas aqvæ ſalientis in tuo fundo potes recidere, ſi non ſervitutis Jure tenearis, aut niſi ex æmulatione & animo nocendi facias. vid. not. *ad L. Fluminum. 24. §. fin. & ad L. Proculus. 26. ſupra tit. primo.*

## ad L. Ult.

VEtuſtas pro titulo eſt, & in omnibus qvæſtionibus circa flumina, aqvæductus, fines, paſcua, molendina &c. obſervanda. *Weſenb. p. 2. conſ 67. n. 2. Rauchbarus p. 2. q. 27. n. 9. Capolla de R. S. P. c. 4. 25.*

# TITULUS IV.

# De Publicanis, Vectigalibus & commiſſis.

## ad L. Prætor ait. 1.

*SUMMARIA.*

*COntra publicanos vi à tranſeuntibus aliqvid extorqventes qvatenus detur actio pœnalis. num. 1.*

*Qvid hinc colligatur. 2.*

*Qvibus caſibus pater vel dominus ex delicto filii vel ſervi conveniri poſſint. 3. 4. 5.*

*Civitas ex delicto gubernatoris extra officium à Civitate commiſſum delinqventis non obligatur. 5.*

1 SI publicani aliqvid extorſerint vi à tranſeuntibus, ſi id reſtitutum non erit, in duplum datur actio intra annum, poſtea in
2 ſimplum. Exinde colligitur in §. 4. reſtituendi facultatem dari publicano, & hanc pœnitentiam ab omni pœna etiam liberare, qvod in furto & rapinâ ſecus; unde hanc actionem Arbitrariis accenſent. *Menoch. lib. 1. A. Q. quæſt. 5. num. 9. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 18. th. 8. lit. D.* Et *ex §. Familia. 5.* colligitur etiam pro libe- 3
ris, pro ſervis mihi ſervientibus me obligari, ſi in officio, qvod eis à me commiſſum, delinqvant. *Bart. hic. Abbas in c. 1. de Reſtit. ſpoliat. n. 6. & c. Jaſon in l. 1. C. de ſerv. fugit.* Aliàs verò ob de- 4
lictum filii non tenetur pater, niſi ejus connivenita ac culpa concurrat. *Goden. conſ. 108. num. 14.* Nec ex delicto Gubernatoris obliga- 5
tur Civitas, ſi ille extra officium ſibi à Civitate commiſſum deliqvit, ut deducit *Caſtrenſis lib. 1. Conſil. 424. n. 6.* Aliqvando pater condemna- 6
tus, cum filius connivente patre bombardam aliqvoties in pago exploſiſſet, & incendium excitaſſet. De familiâ bonâ habendâ vid. *Aſflict. dec. 82. n. 4.*

## ad L. Si publicanus. 4.

*SUMMARIA.*

*EX delicto publicani in qvantum teneatur dominus. num. 1.*

Pro

*Pro iis, quæ proprii uſus cauſa aſportantur, vectigal non ſolvitur. 2.*

1 EX delicto publicani non tenetur hæres, niſi
quatenus ad ipſum pervenit, quod planum.
Sed in §. 1. habetur, quod quis ſui uſus cauſa ſe-
2 cum vehit, quod id vectigal non præſtet; jung.
*l. 5. C. de Vectigal. Klock. vol. 1. conſ. 10. n. 574. &
ſeqq. videantur notata ad d. l. 5.* Sed hæc paſſim
non obſervari notat *Koppen. dec. 50. n. 34.*

## ac L. Hoc edicto. 5.

*SUMMARIA.*

*PUblicanus offerendo pecuniam ante ſententiam liberatur à pœna infligenda. n. 1.*

*Cur hic ut in debito contra regulam purgatio moræ admittatur, inquiritur. 2.*

1 POena infligenda publicano, ab eo evitari po-
teſt, ſi offerat pecuniam non tantum ante li-
tem conteſtatam, ſed & poſt eam, ante ſenten-
tiam. Quod negotium faceſſit Doctoribus diſ-
putantibus de purgatione moræ; nam regula-
riter hæc non habet locum in delictis. *L. qui ea*
2 *mente ff. de furtis.* Ideoque nonnulli reſpon-
dent cum *Bartolo*, deſtinguendo inter pœnam
debitam & conventione, & ex præſcripto legis.
Hæc pœna legalis eſt. Sed quia pœnæ legales
non ſemper admittunt purgationem moræ;
ideò alii rationem dicunt hanc, quia quatenus
læſus ad pœnam agit, de mero lucro agit. conf.
*Joh. Crottus in rep. L. Si inſulam. n. 54. de Verb.
Obl. & Jac. de Nigris in rep. d. l. n. 217. 219. & 220.*
forte hic etiam adminiſtratio delictum minuit.

## ad L. Imperatores. 7.

*SUMMARIA.*

*ONera fundi ab anteceſſore contracta tranſeunt ad novum poſſeſſorem. n. 1. 2.*

*Limitationes* Manzii *ſubnectuntur.*

*Magiſtratuum in hac cauſa conniventia. 3.*

*Collecta quoque ſequuntur ſucceſſorem. 4.*

*An & canon emphyteuticus 5.*

*Cenſus indiſtincte tranſit in novum poſſeſſorem. 6.*

*Idem in penſionibus Eccleſiaſticis & decimis prædialibus. 7.*

*Ob tributa emphiteuta & conductor ceu poſſeſſores conveniri poſſunt. 8.*

*Privilegium pupillorum in denunciatione mercium alio transvehendarum 9.*

1 NOvus poſſeſſor fundi tenetur ad tributa &
onera fundi contracta ab anteceſſore, quia
ſunt onera realia. *Donell. l. 15. c. 44. lit. B. & ibi Hill.*
quod quidem limitat *Manzius in cent. decis q. 21.*
2 *n. 14.* quod ex æquitate aliud dicendum. Item
niſi negligentia collectandi imputari poſſit. Sed
vereor, ut hæ limitationes in judicio allegari
3 valeant. Verum tamen eſt Magiſtratus ſæpe
connivere poſſeſſoribus, & poſtea totum prædi-
um auferre. In Primatu Magdeburg. habetur,
ni fallor, ſtatutum, quod ſi magiſtratus intra
quinquennium tributa non exegerit, amittere
eum actionem. Sic etiam Collectæ, licet quo- 4
dammodò mixta onera dicenda, ſequuntur ta-
men poſſeſſorem, *Manzius d. l. num. 8.* De Canone 5
emphyteutico diſputatur. Pro eo non eſſe obli-
gatum fundum tradit *Rodericus de Ann. redit. l. 2.
q. 22. n. 93. & quos refert Manzius d. l. n. 24.* ſed
canonem illum inter hypothecaria & privile-
gita debita computari teſtatur *Dn. Richter de
Privil. Cred. d. 5. p. m. 106* & apud nos ita pronun-
ciari ſolet. Cenſus ſive ſit reſervativus ſive con- 6
ſtitutivus, in quemcunque poſſeſſorem tranſit.
*Rodericus d. q. 22. n. 42. Manzius d. l. n. 34.* Idem in 7
penſionibus Eccleſiaſticis, *Manzius d. l. n. 42. &
ſeq.* & in decimus prædialibus. *Manz. d. l. n. 50.*
Colligitur etiam, quod ob tributa conveniri 8
poſſit emphyteuta ceu poſſeſſor. *Donell. l. 9. c. 14.
lit. O.* & conductures *Garcias de Expenſis c. 14. n.
19.* quæ tamen conductor à locatore repetit.
*Garcias d. l. n. 8 Klock de Contribut. c. 11. num. 169.
ſeqq. D. Lauterbach. ad tit. Locati. §. 2. th. 19.*
In §. 1. *hujus legis* habetur privilegium pupil- 9
lorum: licet illi, qui cum mercibus transvehun-
tur ſtatim debeant denunciare merces, ne alias
in commiſſum cadant: indulgetur tamen ex
Principis gratia ſpatium menſtrum pupillis.
Unde ex hac lege in genere non poteſt determi-
nari tempus, intra quod ceſſatum eſſe oporteat,
quo bona in commiſſum cadant, aut ſubhaſten-
tur *Menoch. l. 2. Arb. quæſt. caſu 55. n. 7.*

## ad L. Fraudati. 8.

*SUMMARIA.*

*POena fraudati vectigalis ad hæredes tranſit. n. 1.*

*Fraus unius ex hæredibus in vectigalibus commiſſa non nocet reliquis. 2.*

*Idm in ſociis 3.*

POena fraudati vectigalis etiam ad hæredes 1
tranſit. vide *notata ad l. 14* Sed hoc notan- 2
dum, ſi unus hæredum fraudavit vectigalia, ad
cæteros pœnam non tranſire; & ideò ſi plures
focii, & unus fraudavit, æquiſſimum videtur, ut
ſaltem fraudatoris portio mulctam ſentiat. *Hill.* 3
*in Donell. lib. 9. cap. 12. lit. C. Roſenthal de feudis
cap. 5. cond. 41. Boerius de Regal. cap. 2. n. 210. Diſſen-
tit. P. Frid. de Mandatis lib. 2. c. 43. n. 8.* qui tamen
non negabit non exiſtente ſocio ſolvendo per
reſtitutionem etiam conſuli debere.

## ad L. Locatio. 9.

*SUMMARIA.*

*IN ſubhaſtatione licitator non admittitur ſine cautione. n. 1.*

*Licitationem ex calore licitantis ultra ſolitam penſionem non eſſe admittendam, an recte* expr. h. l. *colligatur. 2.*

*Ad*

*Ad conducenda vectigalia nemo invitus compelli poteſt.* 3.
*Reliqvatores ſine ſufficienti cautione non admittuntur ad conductionem.* 4.
*Ex pluribus conductoribus vectigalium, ſi unus non ſolvendo, pro eo tenentur reliqvi.* 5.
*Publicanus ob vi extorta & Civiliter & criminaliter punitur.* 6.
*Per pœnam corporalem, aut mortis, non tollitur Civilis perſecutio ad damna & intereſſe privatorum.* 7.
*An & hodiè obtineat.* 8.
*Sententia* Carpzovii *improbatur.* 9.
*Transactio homicida cum parte læſa non liberat à pœnâ ordinaria.* 10.
*An ſolutio vectigalium per non uſum tollatur.* 11.
*Res exercitui parata vectigalibus non ſubjacent.* 12.
*Vendens triremem an ad vectigal teneatur.* 13.
*Prædia fiſci non ſubjacent vectigalibus, ſecus ſi mercatoribus vendita.* 14.
*Privilegia conceſſa rebus propter perſonas mutatâ perſonâ deſinunt.* 15.
*Exemplum in prædiis Eccleſiaſticis ad Laicos translatis.* 16.

1 IN ſubhaſtatione vel in alio negotio ubi licitationes admittuntur, non aliter animoſus
licitator admittitur, niſi cautionem præſtiterit;
nam fiſcus non admittit ullum licitatorem ſine
cautione: ſemper enim idoneum reqvirit
2 *Dambud. de Subhaſt. c. 4. n. 16.* Ex hoc etiam princ.
qvidam probare voluerunt, licitationem ex
calore licitantis ultra ſolitam penſionem non
eſſe admittendam; ſed hoc refutat *Tiraqv. de*
3 *Retr. conſang. §. 1. 18. n. 3. & ſeqq.* Ad conducenda vectigalia invitus nemo compellitur, ne
qvidem is, qvi antea conduxerat §. 1. Exceptio
4 habetur in *l. 11. §. fin. h. t.* Reliqvatores, id eſt,
qvi fiſco jam antea ex adminiſtratione debitores facti, & nondum ſolverunt, ad conditionem, niſi admodum idoneis datis fidejuſſoribus, admittendi non ſunt. §. 2. & 3. *h. l.*
5 Ex §. 4. colligitur, ſi plures conduxerint vectigalia, & unus ſolvendo non ſit ob publicum
intereſſe, cæteros ratione hujus deficientis portionis in ſolidum obligari, & ideò alter alterius
minus jam idonei, vel ad paupertatem vergentis, portionem in ſe transferri, rectè deſiderat,
*hic & l. 46. fin. de jure fiſci. l. 11. & 13. Ad Municip. Ant. Matt. in tract. de Auctionibus l. 2. c. 6. n. 5.*
6 *Dn. Struvius ad h. t. th. 39.* Qvod publicanus extorſit, de eo civiliter & criminaliter punitur;
alterum enim utilitas privatorum, alterum vi-
7 gor publicæ diſciplinæ poſtulat §. 5. *h. l.* Unde
probatur, per pœnam corporalem aut mortis
non eſſe ſublatam Civilem perſecutionem ad
damna & intereſſe privatorum, vel reſtitutionem rei ablatæ aut æſtimationis ejus cùm hæc
ſint ſeparata, & ſe mutuò conſeqvantur. *Covarr. l. 2. reſol. c. 10. n. 7. Fachin. q. 1. n. 64. & q. 10. n. 61. & q. 22. n. 30. & q. 26. num. 7. Rauch. pr. c. 10. n. 17.*

*Pingizer q. 49. n. 53. Finckelth. obſ. 59.* & qvos præterea Petr. Heigius *part. 1. q. 23.* refert. *n. 21. & ſeq.* 8
loqvens de homicidio & furto: ubi rectè ſubjicit; an verò ideò à prædicto regulari jure recedendum ſit, qvòd plerumqve hactenus poſt ſupplicium à damnato exactum, nihil ultrà pars
læſa petere conſveverit, valde ambigo. Neqve
enim ideò alius prohibetur legum beneficio uti,
cùm leges ſemper loqvantur, & à non uſu earum
ad earum derogationem argumentum haud
procedat, nec valeat allegatio imperitorum Advocatorum; Nunqvam hoc factum fuit, Ergò
fieri non debet, cùm fiendum curſu temporis
non tollatur. Hactenus Heigius. Confer *not. in proc. meo. Crimin. c. 9. n. 65.* Et hanc *Heigius d. n. 21.*
communem Doctorum opinionem dicit Et li- 9
cet *Carpz. p. 2. dec. 190. n. 7.* non minimum errorem à Doctoribus committi dicat; non minimam
tamen addit rationem: nam qvæ qvæſo conſeqventia? pœna furti criminalis eſt exorbitans;
Ergò non tenentur hæredes æſtimationem rei abreptæ & conſumtæ reſtituere. Eſt argumentum à ſeparatis: reſtitutio rei aut æſtimationis
non eſt pœna, ſed pertinet ad Civile judicium.
Et ſi hæc ratio concluderet, etiam rem furtivam
extantem poſſet retinere hæres, contra *art. 213. conſt. Carol.* & licet in *de art.* de reſtitutione
æſtimationis nihil habeatur, propterea tamen
hæc non eſt abolita. Illud ſuave, qvod mors
omnia tollat; ſed non tollit mors Civile judicium conditionis; non tollit æs alienum furis,
ad qvod etiam ſolutio hæc æſtimationis pertinet.
Ex hoc etiam apparet, qvàm abſurda ſit ſenten- 10
tia eorum, qvi dicunt, qvando homicida cum
parte læſa tranſigit, præſertim juſſu ſuperioris;
qvod tunc ſit abſolvendus à pœnâ ordinariâ
Mi Bone alterum publicæ diſciplinæ vigor, &
juris Divini rigor, alterum utilitas privatorum
exigit. Vid *proc. meus crimin. d. c. 9. n. 64.* Licet de 11
certis mercibus non fuerit diu ſolutum vectigal, ſi tamen id ſemel conſtitutum, & publicani indulgentiâ id non ſolutum, non prohibetur publicanus ab aliis exigere §. 6. *h. l.* Diſtingvit igitur *Franc. de Clappertis. p. 2. cauſa 52. q. 3.*
an vectigal ſolâ præſcriptione vel conſvetudine
introductum, & tunc jus contrariâ conſvetudine & præſcriptione poſſit tolli; an verò ſit conſtitutum à principe, & tunc uſus non attenditur, ſed per uſum partis retinetur jus totum
vectigalis, arg. *l. 17. pr. ff. de aqv. pluv. arc.* à contrario ſenſu. *Franc. de Clapp. p. 2. cauſ. 52. q. 3. & c. 57. qvæſt. un.* Res exercitui paratæ vectiga- 12
libus non ſubjacent; hinc qvæſitum, qvia triremes tuendi & defendendi. Imperi gratia pa- 13
rantur, an ſi qvis triremem vendit, gabella & vectigal debeatur? Qvod affirmandum, qvia *hic §.*
de rebus cibi victusqve propriè loqvitur, & qvia
res vel perſonæ habentes privilegium ob militiam, tam diu eo fruuntur, donec in militiâ
verſantur. *Franc. de Clappertis p. 2. cauſ. 52. q. 2.*

Fiſcus

14 Fiſcus autem de ſuis fundis non ſolvit vectigalia,
ſed mercatores, qvi fundos fiſcales emunt, ſol-
15 vunt vectigalia: Unde regulam faciunt, qvod
privilegia conceſſa rebus propter perſonas, mu-
tatâ perſonâ deſinant. *Natta conſ. 218. num. 7. lib.
1. Tiraq. de Retr. conſang. §. 1. gl. 13. n. 12. Menoch.
conſ. 744. n 17. Rimınald. l. 1. conſ. 59. n. 59.* Et
prædia Eccleſiaſtica ad Laicas translata immu-
nitatem admittunt *Klock. de Contrib. c. 11. n. 201.*

## ad L. Vectigalia, 10.

### *SUMMARIA.*

*Sine Imperatoris conſenſu nemo aliqvid in vectiga-
libus diſponere valet. n. 1.*

*Nec hodie Imperator abſqve Electorum conſenſu. 2.*

*Publicani ob non ſolutas penſiones ſtatim à condu-
ctore repellendi. 3.*

*An hoc bono publico conducat, inqviritur. 4.*

1 Sine Imperatoris præcepto neqve à Præſide
neqve à Procuratore Cæſaris nova vectigalia
imponi poſſunt, nec reformari, nec diminui, *hic
& l. 1. C. Vectigalia nova inſtitui non poſſe. Myn-
ſing. cent. 5. obſ. 31. Molin. tr. 2. de J. & J. diſp. 666.
Trentac. de Jure Fiſci. reſol. 5. n 2. Farin. qv. 172.*
2 *num. 83.* Et hoc neqvidem hodie ſolus Impe-
rator vectigalia conſtituit, niſi ex conſenſu omni-
um Electorum, non verò majoris partis *ex Ca-
pitulatione* Auguſtiſſimi Imperatoris Leopoldi
3 *art. 21. Dn. Cruſius ad cap. 9. A. B. in fine.* Publi-
cani verò qvando penſiones non ſolvunt, ſtatim
4 poſſunt repelli à conductione *§. 1. h. l.* Sed an
hoc expediat, altioris indaginis eſt: nam me-
tuendum, ne novus conductor minus liceatur,
& publicanus à futuris penſionibus liberetur;
ideò ſeqveſtrationem proventuum vel vectiga-
lium, eſſe medium ſecuriſſimum, docuit Sena-
tus Provinciæ per *L. Litibus. 20. C. de Agric. &
cenſ.* ut refert *Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. c. 76.
qv. un.*

## ad L. Cotem. 11.

### *SUMMARIA.*

*Quæ hoſti ſine periculo capitis & confiſcationis
navis vendi non poſſunt. n. 1.*

*Qvid ſi hoſtiles merces vectæ magiſtri culpâ. 2.*

*Si res hoſtiles mixtæ mercibus amicorum, licet cul-
pa magiſtri, de conſvetudine hæ cum illis con-
fiſcantur. 3.*

*Qvibus caſibus conductores vectigalium inviti in
conductione retineri poſſint. 4.*

*Iiſdem tantum caſibus conductor prædii publici ad
reconductionem compelli poteſt. 5.*

*Conductor, qvi prædium Civitatis fructuoſius reddi-
dit, præferendus eſt aliis. 6.*

1 Frumentum, ſales, arma, & qvicqvid mate-
riæ ad ea conficienda vel acuenda ſervit, ut
cotes, hoſtibus vendi neqveunt, ſine periculo
capitis & confiſcationis navis. *hic & l. 1. & 2. C.
quæ res export. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 95. num. 23.
& ſeq. Don. lib. 9 c. 12. lit. B.* ubi negat, in vagi-
nis id locum habere, & *Dn. Thabor in Armament.
c. 2. th. 8.* confer. etiam *Molin. tr. 2. diſp 343. in fin.* 2
*Stracha de Mercat. part. 4. n. 13.* Sed ſi magiſtri
culpa merces hoſtiles vectæ, navis reddenda per 3
*§. 2. h. l.* Illa ſane conſvetudo iniqva, ſi culpa
magiſtri res hoſtiles mixtæ mercibus amicorum,
non tantum illæ, ſed & hæ confiſcentur. vid. *Dn.* 4
*Marqv. de Mercat. l. 2. c. 4. n. 34.* Qvamvis au-
tem alias conductores in conductione inviti re-
tineri non poſſunt, aliud tamen in conductori-
bus vectigalium, ſi (1.) proximè præterito tem-
pore conduxerint (2.) Si maximos fructus ſint
conſecuti (3.) non reperiatur alius conductor.
*Peregr. de Jur. Fiſci l. 6. tit. 5. n. 6. Vultej. in pr. Inſt.
de Locat. n. 10. Boër. deciſ. 249. n. 2. Carpz. p. 1. dec.
238. n. 24. Mantic. de tac. & amb. convent. lib. 5. tit.
3. n. 30. Dn. Struv. Exerc. 39. th. 37. Zaſ. n. 14.* vid.
*notata à me ad L. congruit. 4 C. de Locat. præd. ci-
vil.* Et ſic abſolutè compelli conductor prædii 5
publici non poteſt; niſi hæc reqviſita concur-
rant: ut curiam Friſicam, hanc legem ita decla-
raſſe ſententionando refert *Sand. l. 3. tit. 6. def. 4.*
Et ſi conductor prædium Civitatis fructuoſius 6
reddidit, ipſi prærogativam competere ex *d. l.
congruit,* tradit *H. Piſtor. obſ. 162. n. 8.* ubi ita ju-
dicatum aſſerit.

## ad L. Commiſſa, 14.

### *SUMMARIA.*

*Perſecutio commiſſi competit adverſus qvemvis
poſſeſſorem. n. 1.*

*Reqviritur hic ſententia declaratoria. 2.*

*Qvid hodie obtineat. 3.*

*Hæc perſecutio in qvantum adverſus heredem de-
tur. 4.*

*Confiſcationis pœna præſcribitur per qvinqvenni-
um. 5.*

*Qvod ad jus detractionis extenditur. 6.*

*Defraudatio collectarum an pœnâ confiſcationis ex-
emplo vectigalium coërcenda. 7.*

*Qvæ pœna à Judæis in hoc caſu ſumenda. 8.*

Res qvæ incidit in commiſſum vindicatur ab
hærede, ut & à qvolibet poſſeſſore; nam 1
ſtatim deſinit eſſe ejus, qvi crimen contraxit, &
ſic hæc actio de commiſſo qvemlibet poſſeſſo-
rem ſeqvitur. *Maſcard. concl. 836. Peregr. de Ju-
re Fiſci l. 4. tit. 5. n. 42. Taſch. concl. 12. n. 19. l. 1. G.
Bach. d. th. 9. lit. D. Dn. Mauzius in cent. dec. q. 75.
n. 14. Roſenth. de feud. c. 5. concl 36.* Ut tamen 2
opus ſit ſententia Declaratoria. *Gail. 2. obſ. 51.
Farin. qv. 173. num. 4.* Qvamvis de conſvetudi- 3
ne publicani ſoleant res detinere, licet poſtea
ſententiæ ſe ſubmittere cogantur. *Kopper. dec. 50.
n. 11.* Et qvatenus res pervenit ad hæredem. *Fa-* 4
*rin. q. 173. n. 48. Sixtinus de Regal. l. 2 c. 6. n. 171.*
Sed pœna huic per qvinqvennium præſcribitur. 5
*l. 2. C. de vectigal. & commiſſ. Guido Papæ ſingul.
875.* Qvod ad detractionis Jus ſeu ad decimam 6
ſeu qvindenam extendit. *Dn. Mevius. p. 2. dec. 163.*
Sed utrum defraudatio collectæ, ſi qvis bona 7
collectanda reticeat, trahat poſt ſe pœnam con-

ſiſcationis bonorum exemplo vectigalium? Re-
ctè hoc negatur a *Dn. Manzio in cent. deciſ. q. 75.*
qvia odioſa extendenda non ſunt, & arbitraria
pœna dictata reticentiæ bonorum collectando-
rum ſtatuta reperitur in *Rec. de anno 1544. §. 61.*
*incip.* doch ſollen gemeine Gewerck-Leute *&c.*
8 Et Judæis in ſpecie in §. *ſeq. 62.* pœna confiſca-
tionis dimidiæ bonorum dictitatur. Conſentit
*Klock. de contrib. c. 10. n. 78. & ſeqq.* diſſentit verò
*Beſoldus conſ. 91. n. 70. & ſeqq.*

## ad L. Cæſar. 15.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis proponitur & deciditur. n. 1.*
*Contractus Principum vim legis habere infer-*
*tur. 2.*

1 CÆſar cotorias locaverat hac lege, ut nemo
poſt Idus Martii cotes ex Inſula Candia eve-
heret; qvidam verò conductorum jam ante Idus
Martii cum cote ſolverat, ſed à tempeſtate re-
pulſus denuo poſt Idus Martii ſolvit? qværitur
an contra legem contractus fecerit? qvod nega-
tur, qvia ante Idus evehere volebat, ſed tempe-
2 ſtate impeditus non potuit. Ex *h. L. 15.* qvæ *legis*
meminit inferunt Dd contractus Principum vim
legis habere *Gail. 2. obſ. 127. n. 8. Carpz. p. 2. dec.*
*134. in fin.* imo poſt Deum, qvi omnium arctiſſi-
mè ex contractu obligatur; nemo hominum ar-
ctius ex contractu obligatur qvam Princeps.
Sibi ipſi enim tulit hanc legem non aliis. Vid.
*Hill. ad Donell. l. 12. cap. 22. lit. Z.*

## ad L. Fin. §. 8.

### *SUMMARIA.*

*IGnominia non excuſat à pœna commiſſi. n. 1.*
*Qvid ſi error intervenerit. 2. 3.*
*Excuſantur, qvi neceſſitate coacti onera ſua expoſue-*
*runt. 4.*
*Tranſiens citra monitum publicani vectigal offerre*
*debet. 5.*
*Immunia mancipia profiteri tenetur tranſiens. 6.*
*Excuſantur minores. 7.*
*Coloni factum illicitum non præjudicat Domino. 8.*
*Factum aurigæ non ſolventis vectigal an innocenti*
*Domino præjudicet. 9. 10.*
*Nuda profeſſio mercium ceſſare facit commiſſum, licet*
*vectigal non ſolutum. 11.*
*Tutorem ſolutionem differre poſſe an rectè ex §. 12.*
h. l. *colligatur. 12.*
*Pœna commiſſi contra defunctum non exercita contra*
*heredes exerceri non poteſt. 13.*
*Qvomodo hoc intelligendum 14.*

1 IN *h. l.* prioribus paragraphis agitur de ſervis;
ſed ex §. 5. *Kopp. n. dec. 50. n. 2.* notandum igno-
rantiam non excuſare à pœna commiſſi, qvod
qvia iniqvum videtur (Videatur *Dn. Marqvar-*
*dus de Mercaturis lib. 2. cap. 4. n. 41. & ſeq.*) ideò
2 affectata & craſſa ignorantia intelligo: Si au-
tem error intervenerit, publicanus duplicato
vectigali contentus eſſe debet, per §. *10. hujus*
*legis.* Sed ſi errore viæ delatæ merces in ali- 3
qvem locum, excuſandum putat mercatorem
*Dn. Marqvardus d. tr. l. 2. c. 3. n. 84. Farin. q. 173.*
*n. 45. Fabianus de Monte de Empt. vend. q. 4. princ.*
*n. 51. Menoch. conſ. 98. Fuſcus concl. 30. lit. D. &*
*concl. 12. lit. G. Klok de Collect. c. 19. n. 540.* Ut & 4
ſi vi tempeſtatis aut metu piratarum, aut repa-
randæ navis cauſa, navis appulerit, qvo alias
ventura non eſſet §. *8. h. l. Marq. d. l.* Qvicqvid
enim ex neceſſitate factum, id pœnam commiſ-
ſi non meretur *hic & l. 15. h. t. Farin. q. 173. n. 44.*
*Roſenth. d. c. 5. concl. 47. Peregr. de Jure fiſci lib. 6.*
*c. 5. n. 31.* Non tenetur verò publicanus mo- 5
nere tranſeuntem ut vectigal ſolvat; nam licet
hoc non factum, offerre tamen vectigal debet
tranſiens, per §. *6.* modo non decipiat. Manci- 6
pia autem ad uſum mecum portata immunia
ſunt, facienda tamen profeſſio. §. *9. Ceph. conſ.*
*451. n. 268.* minori etiam ignoſcendum eſſe di-
citur in *d. §. 9.* Qvod pleriqve poſt menſem de 7
reſtitutione in integrum intelligunt, qvia deli-
ctum non eſt in committendo ſed omittendo.
*Oddus de Reſtit. q. 82. art. 4. n. 50. Mauritius de*
*Reſt. q. 248. Farin. q. 173. n. 47.* ſi modò dolus ab-
ſit. *Maurit. d. l.* Paragraphi autem 11. hæc eſt
ſpecies: Colonus in prædio ferrum illicite con- 8
fecit, per qvod forte arma ferrea intelligenda.
*Ant. Matt. ad l. 48. ff. tit. 10. cap. 1. n. 3.* qværitur,
an id domino præjudicet? qvod negatur. Un- 9
de probari poteſt ſententia eorum, qvi putant
factum aurigæ non ſolventis vectigal innocenti
Domino non præjudicare, *l fin. hac §. 4. Dd. in*
*l. 8. h. t. Boër. dec. 178.* ubi hanc ſententiam
communem dicit. *Curvetta conſ. 696. n. 2.* Sed 10
multi dicunt contrarium eſſe receptius; qvi ta-
men ſolent declarare ſuam ſententiam, ut no-
ceat aurigæ factum Domino, ſi hic ſolvendo, ſed
ſi ſolvendo non ſit, dari Domino reſtitutionem.
*Farin. q. 173. n. 50. Roſenth. de feud. l. 5. concl. 4.*
*lit. D. Card. Tuſch. concl. 14. n. 3. lit. G. Rol. à Valle*
*conſ. 42. n. 30. vol. 3.* Cùm qvis profeſſus eſt mer- 11
ces, ſi tamen publicanus dederit prorogationem
aut dilationem, & vectigal non fuerit ſolutum,
ceſſat commiſſum, qvia ſufficit profeſſio; & ve-
ctigal à publicano vel ejus fidejuſſoribus re-
peritur: unde probant tutorem differre poſſe ſo- 12
lutionem, ſed id benè non probatur. Vid.
*l. qui Romæ. §. 1. ff. de V. O. & Cunonem de pactis*
*c. 21. n. 30.* & tutor qvidem poteſt differre, ſed
in ſui præjudicium, ut ex hoc §. probatur.
Pœna autem commiſſi exerceri non poteſt con- 13
tra hæredem, ſi contra defunctum non fuit exer-
cita. §. *pen. h. l. fin.* qvod ita intelligit *Farin. d.*
*q. 173. n. 48.* Res ipſa cecidit in commiſſum ipſo
jure, & ideo vindicare poteſt fiſcus ab hærede, ſi 14
res vel merces illæ ad hæredem pervenerunt;
ſed pretium earum rerum, ſi ad hæredem res il-
læ non pervenerunt, hæres præſtare non tene-
tur, per *l. 14. h. t.*

# Titulus V.
# De Donationibus.

## ad L. Donationes. 1.

*SUMMARIA.*

*Donatio alia eſt pura, alia conditionalis. n. 1.*
*Conditio donationi annexa eſt vel ſuſpenſiva vel reſolutiva. 2.*
*Donatio porro alia propria alia impropria. 3.*
*Donatio remuneratoria an propria an verò impropria. 4.*

1 Donatio alia eſt pura, alia conditionalis,
qvâ hoc agitur, ut tum demum accipien-
tis res fiat, qvando conditio impletur. *Man-
tic. de tacit. & ambig. convent. l. 13. t. 4. n. 14.*
2 *& ſeq.* Conditio autem annexa donationi eſt
vel ſuſpenſiva, vel reſolutiva, illa facit conditio-
nalem donationem; Nam ſi conditio ſit reſo-
lutiva, ipſa donatio eſt pura, ut de venditione
ſupra diximus. Si v. g. ſponſus ſponſæ ſpe fu-
turarum nuptiarum donet, ſtatim valida eſt do-
natio. Sed præſumitur iſta donatio facta ſub
conditione reſolutiva, ut ſi nuptiæ non ſeqvan-
3 tur, dona reſtituantur. Deinde alia donatio eſt
propria, alia impropria. Propria eſt, qvæ fit purè
ex merâ liberalitate, & eſt irrevocabilis: Impro-
pria contra. *Moz. de contr. tit. de Donat. ſub rubr.*
4 *Diviſio Donationum n. 3.* Remuneratoria donatio
an propria, an impropria eſt? Diſtingvo utrum
ſint talia merita, qvibus nec actio nec reten-
tio eſt; & talis remuneratoria donatio ex ho-
neſtate & liberalitate oritur: nam alias omnis
donatio provocata beneficiis impropria eſſet.
5 Sed qvando talia merita præceſſerunt, ex qvibus
actio vel retentio datur, ea impropria ut in ſpe-
cie *legis 27. h. t. l. 1. ff. de Extraord. cognit. Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 19. th. 2. lit. A. Pinellus. in L. 1. p. 3. C. de Bon. mat. n. 60.* conferatur *Mantica de tac. & amb. convent. lib. 13. tit. 2. Molina de J. & J. tr. 2. d. 292.*

## ad L. Si cum 2. & 3.

*SUMMARIA.*

*Filius voluntate patris donare poteſt. n. 1.*
*Debitor donandi animo rectè delegatur. 2.*
*Qvid ſi cauſa ex qva debitor delegatur ſit erronea. 3.*
*Si qvid donatum ſub conditione, qvâ pendente donator moritur, ea impleta citra conſenſum heredis dominium ipſo jure tranſit in donatarium. 4.*
*Promiſſio, qvæ per literas facta, ſi literas mittens ante earum acceptationem decedat, non valet. 5.*
*Idem ſi nuncius mortuus. 6.*
*Si qvid ex falſa cauſa donatum ceſſante cauſa an qvoqve deficiat donatio. 7.*

1 Filius poteſt voluntate patris donare, & poteſt
pater delegare filium ſuum mihi donandi
2 gratia, ut & alium ſuum debitorem mihi donan-
di animo delegare poteſt. Sed ſi cauſa, ex qva
debitor delegatur, ſit erronea ac nulla, mihi op- 3
poni poteſt exceptio doli, de qvo alibi. Et id habe-
tur in *l. 2. ejusqve princ. & §§. qvatuor ſeqq.* Sed
*§. 5.* proponitur hoc thema: Si mihi aliqvid 4
donatum ſit eâ conditione, ut non ſtatim, ſed
eveniente aliqvo caſu res illa accipientis fiat, ſi
interim donator decedat, non eſſe neceſſe, ut hæ-
res donatoris conſentiat, ſed impletâ conditione
dominium ipſo jure in me tranſit. *P. Barb. in
rubr. ff. tit. ſol. matr. part. 4. n. 40.* Si iis, qvi li- 5
teras, pactum aut promiſſionem continentes
mittit moriatur, priusqvam accipiantur ab eo,
cui mittuntur, nullum id pactum eſt. *Jaſon ad L.
admonendi n. 138. ff. de Jurejur. Cuno de pact. c. 14.
n. 15.* Idem ſi nuncius mortuus *Cuno d. l. n. 16.* 6
Et ex *§. ult. & L. 3.* notetur, qvando ex falſa 7
cauſa qvid donatum, qvod tunc ceſſante cauſa
deficiat etiam donatio, ſi cauſa ſit finalis aut per
modum conditionis proponatur; ſecus ſi ſit
cauſa tantùm impulſiva, qvæ tantùm movet
cum aliis, certe non principaliter. *Tiraq. in tr. ceſſante cauſa. limit. 1. Donell. lib. 14. cap. 10. & ibi Hill. lit. C.*

## ad L. Affectionis. 5.

*SUMMARIA.*

*Donatio facta ob cauſam præteritam honeſtam vel inhoneſtam an valeat. n. 1. 3.*
*Congreſſum cum meretrice vendibilem vel locabilem eſſe an rectè hic colligatur. 2.*

Donatio facta ob cauſam præteritam hone- 1
ſtam vel inhoneſtam, præteritam tamen,
valet, ita ut meretrici non tantum exceptio, ſed
& actio competat *Ceph. conſ. 523. n 122 & ſ. Covarr.
in c. peccatum. de R. J. in 6. p. 2. §. 2. n. 2.* Qvi tamen ex 2
hoc textu malè colligit, etiam congreſſum cum
meretrice eſſe rem vendibilem & locabilem;
nam diſtingvere debebat inter cauſam impulſi-
vam, & inter materiam contractus; illa non eſt
de eſſentiâ contractus, & non vitiat contractum;
qvando verò ipſa materia & ſubſtantia contra-
ctus eſt improbata â Jure Romano Germanico,
ut contractus locationis cum meretrice initus,
tunc talis contractus non ſubſiſtit. Sed donatio 3
ob cauſam inhoneſtam præteritam facta cæteris
paribus valida eſt. Sane ubi matrimonium non
ſubſtitit, nec eſſe potuit, non ſubſiſteret donatio
*arg. l. 27. de uſufr. leg. Cephal. conſ. 390. n. 79.*

## ad L. Filiofamilias. 7.

*SUMMARIA.*

*Filiusfamilias etiamſi liberam bonorum adminiſtrationem habeat, donare non poteſt. n. 1.*
*Ampliatio in mortis cauſa donatione declaratur. 2.*
*Variæ limitationes. 3.*
*Qvi in peculio caſtrenſi & peculio adventitio extraordinario. 4.*

1 Filiusfamilias non poteſt donare, etiamſi libe-
ram bonorum adminiſtrationem habeat. Ad-
ditur hic ratio generalis, qvod libera admini-
2 ſtratio non ad id concedatur, ut perdat. Am-
pliatur regula in §. 4. ut etiam mortis cauſa do-
nare non poſſit, qvod cum Ruino declarat *Ceph.*
*conſ. 487. n. 49.* ſcilicet, ſi rem tradat & in præ-
judicium patris; ſecus ſi in præjudicium filii
tendat promisſio, & non patris, conf. idem *Ce-*
3 *phalus conſ. 531. n. 14.* Limitatur autem primò,
niſi filius habuerit juſtam cauſam donandi (2.) ſi
hoc nominatim ei conceſſum §. 2. qvod tamen
iterum declaratur §. 5. ut fiat ſpecialiter. vid.
*not. ad l. 25. §. 1. tit. ſeq. Mauritius de reſt. q. 24.*
(3.) niſi filius eſſet Senatoriæ dignitatis §. 3. vel
nobilis, de qvo *Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern.*
4 *part. 3. n. 56. & ſeq.* Hæc autem ad peculium
caſtrenſe & qvaſi caſtrenſe non pertinent §. *ult.*
ut nec ad adventitium, cujus uſumfructum pa-
ter non habet *l. ult. §. 5. C. de bon. mat. Covarr.*
*in rubr. de Teſtam. part. 3. n. 11. Ricc. collect. deciſ.*
*793. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 19. th. 3. lit. C.*

## ad L. In ædibus. 9.

*SUMMARIA.*

*Donatio non ſemper fit per traditionem corporis. n. 1.*

*Donatio excedens qvingentos ſolidos inſinuatione indiget. 2.*

*Fundi donati fructus pendentes aut percepti non veniunt in computationem. 3.*

*Res aliena donari non poteſt, tamen uſucapi. 4.*

1 Donatio non ſemper fit per traditionem cor-
poris, ſed etiam per remiſſionem, per gra-
tuitam habitationem, per pactum de non pe-
2 tendo ad tempus. Donatio excedens qvingen-
3 tos ſolidos indiget inſinuatione. Sed qværitur,
ſi qvis fundum donet, an etiam fructus penden-
tes aut percepti in computationem veniant?
Qvod hic negatur, qvia non fructus donati, ſeq.
4 fundus, aliud ſi fructus donati. Donari non
poteſt, niſi qvod ejus fieri poteſt, cui donatur;
ideoqve res aliena donari non poteſt, qvamvis
conditio uſucapiendi transferatur. *Bach. d. diſp.*
*19. th. 5. lit. B.*

## ad L. Abſenti. 10.

*SUMMARIA.*

*Donatio abſenti facta qvatenus valeat. n. 1. 5.*

*Donatio ſine acceptatione non valet. 2.*

*De Notario pro abſente donationem acceptante remiſſive. 3.*

*An donatio facta Eccleſiæ & piæ cauſa ſine cujusqvam acceptione valeat. 4.*

1 Abſenti facta donatio non valet, niſi ut inter-
veniat nuncius ad id deſtinatus, vel epiſto-
la & abſens donationem acceptaverit *Clar. §. Do-*
*natio. qv. 12. Garcias ad l. 1. n. 7. de pactis. Ricc.*
2 *collect. deciſ. 45. Dec. conſ. 35.* & ſic ſine accepta-
tione donatio non valet. *Hartm. Piſtor. l. 1. q. 13.*
*Trentacinq. l. 3. tit. de donat. reſol. 1. Sande l. 5.*
*tit. 1. def. 1.* ubi Ant. Fabrum refutat, & ſic ſi
abſens ante acceptationem decedat, non eſſe rem
donatam hæredis, judicatum fuiſſe refert *Sande*
*d. l.* De Notario pro abſente acceptante dona- 3
tionem vid. *Theſſaur. deciſ. 70. & Zaſ. h. t. n. 67.* Sed
an donatio facta Eccleſiæ & piæ cauſæ ſine cujus- 4
qvam acceptatione valet? Negat *Clarus d. q. 12.*
*in fine.* Sed qvia ejusmodi donationes DEO fi-
unt, & Majeſtas Divina his donationibus cle-
mentiſſimè annuere præſumitur, rectius dici-
tur, valere hanc donationem ſine acceptatione.
Imo donatio abſenti facta valet, ſi abſens ratum 5
habuerit qvandocunqve, nam hic tantum nega-
tur dominium rei donatæ non adqviri abſenti, ut
vult *Ceph. vol. 4. conſ. 492. n. 20.*

## ad L. Qvi ex donatione. 12.

*SUMMARIA.*

*Donator habet beneficium competentiæ n. 1.*

*Qvod extenditur. 2.*

*Donator an ea, qva creditoribus debet, deducere poſſit. 3.*

Donator, qvi ex donatione convenitur, habet 1
privilegium competentiæ, ut teneatur in id,
qvantum facere poteſt, *hic & L. Divus Pius. 29.*
*de R. J. Zanger. de Except. part. 2. c. 15. num. 13.*
*Manz. in patroc. paup. decad. 3. qv. 1. n. 37. & ſeq.*
Licet conſtitutum vel alius contractus concur- 2
rat, qvia origo attendenda eſt. *Manz. d. loc. n. 39.*
*l. 33. pr. h. t.* Et donator deducit ea, qvæ credi- 3
toribus debet ex oneroſa cauſa; non verò, qvæ
ex ſimili liberalitatis cauſa debet. *hic & l. 19. ff.*
*de re judic.* qvod in reliqvis, qvi beneficium
competentiæ habent, ſecus eſt. *Donell. l. 27. cap.*
*9. & ibi Hill. lit. KK. & LL.*

## ad L. Qvi mihi. 13.

De *l. 13.* vide *l. 35. de Acqvir. Rer. Dom.*

## ad L. Poſt contractum. 15.

*SUMMARIA.*

*Criminis reus ante ſententiam donare poteſt. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Poſt ſententiam non poteſt. 3.*

*Donatio an fraudulenta eſſe poſſit ante delictum commiſſum. 4.*

*Lectio* hujus legis *remiſſivè. 5.*

Poſt contractum crimen ante ſententiam li- 1
cet donare; modò non in fraudem fiſci ſed
bona fide fiat, aut dominium rerum propter 2
crimen ipſo jure tranſierit in fiſcum; aut ob cri-
minis qvalitatem adminiſtratio bonorum ſta-
tim ſit interdicta: ſed poſt ſententiam non po- 3
teſt donare, qvia bona ſunt publicata aut liberis
addicta, per *Auth. Bona damnatorum. C. de bon.*
*damnat. Donell. & ibi Hill. l. 9. c. 10. lit. CC. Moz.*
*de donat. §. de perſonis n. 27.* Sed fraudulenta 4
poteſt eſſe donatio ſi fiat ante delictum, & mox
ſeqvatur delictum. *Bart. hic & ex eo Cephalus*
*conſ. 325. n. 60.* Vid. de Lectione hujus L. hic *Godofr.* 5
*Wiſſenb. h. th. 10.* Repetitiones duæ reperiuntur
in *vol. 5. tract. repetit.* Una eſt *Petri de Montepico:*

Altera

6 Altera *Johann.Hannibalis* qvi *num. 15. 17. & 24.* varios intellectus adducit; Sed utilitas hujus legis non eſt adeò magna noſtris moribus, qvibus excepto crimine Majeſtatis rarò confiſcantur bona ob crimen capitale.

## ad L. Ex hac ſcriptura. 16.

*SUMMARIUM.*

*VErba enunciativa in teſtamentis qvando diſpoſitionem inducant.*

VErba enunciativa in teſtamentis benignâ interpretatione pro diſpoſitivis habentur, qvando non propter aliud & incidenter, ſed propter ſe inducuntur. *Bart. hic & Aug. Barb. lib. 5. c. 13. axiom. 1. lim. 5.* nam verba enunciativa adjuvant materiam, ſuper qva facta eſt enunciatio, & tunc inducunt præſumptionem & ſemiplenam probationem; & tunc dicitur emiſſa propter ſe, præſertim qvando probata ſunt verba inter easdem perſonas *l. optimam 14. C. de Contr. et Comm. ſtip.* vel qvando verſamur in antiqvis. *Beſoldus conſ. 118. n. 34.*

## ad L. Ariſto. 18. §. fin.

*SUMMARIA.*

*QVibus caſibus donator de evictione teneatur? n. 1. 2.*

*Donator ſi promiſſis non ſteterit ad intereſſe tenetur. 3.*

1 DOnator non tenetur ad evectionem, niſi doloſè alienam rem dederit, ut me mergetet, ubi actio de dolo locum habet, *hic & l. ad res donatas. ff. de ædil. Edict.* qvod communiter intelligunt, ſi à traditione donatio inceperit, non verò ſi à promiſſione ubi evictionem præſtandam volunt, arg. *l. 1. C. de jur. dot.* de qvo *Trentac. lib. 3. de donat. reſ. 2. Dn. Richter deciſ. 23.* conf. *Boër. dec. 67. Caballinus de Evict. §. 4. n. 4.*
2 *Berlich. p. 2. concl. 24. n. 71.* Sic eiam ſi donatio ſub modo vel remunerandi animo ſacta, donatorem ad evictionem præſtandam teneri putant, vid. *Franzk. ad tit. de Evict. 423. & 498. Zæſ. ad tit. de Evict. n. 13. Dn. Struv. Ex. 27. th. 17. Richter dec.*
3 *23. n. 6.* Idem ſi ex donatione defuncti qvid dederit. *Richter d. l. n. 5.* & donator, ſi promiſſis non ſteterit, ad intereſſe tenetur. *Richt. d. l.*

## ad L. Eum qvi. 22.

*SUMMARIA.*

*DOnator uſuras poſt moram non præſtat. n. 1.*
*Nec fructus non extantes poſt moram. 2.*

1 EX donatione non debentur uſuræ, qvia donatio non eſt bonæ fidei contractus, ex qvo tamen non ſeqvitur, qvod ſit contractus ſtricti juris. *Hill. in Donell. l. 8. c. 15. lit. E.*) & donator
2 ex liberalitate convenitur. Eadem ratio fructuum non extantium poſt moram. *Wiſſenb. hic th. 2. Dn. Struv. th. 12.*

## ad L. Modeſtinus. 23.

*SUMMARIA.*

*DOnatio excedens 500. ſolidos ſine inſinuatione non valet. n. 1.*

*Qvæ exceptio etiam prodeſt fidejuſſori. 2.*

*Excipitur reciproca donatio. 3.*

*Inſinuationi ſub juramento renunciari poteſt. n. 4.*

*Donationes de rebus futuris ſine inſinuatione valent. 6.*

*Exempla. 5. 7. 8.*

SIne inſinuatione non valet donatio excedens 1
500. ſolidos *l. pen. C. h. t.* Eaqve exceptio eti- 2
am fidejuſſori competit *l. 24. h. t.* cujus rei rationes exponit *Dn. Richter. dec. 22. n. 58.* qvarum
potiſſima eſt excluſio fraudis. Excipiunt tamen 3
reciprocam donationem. *Berlich. p. 3. concl.*
*3. n. 25. Richter d. l. num. 61.* Inſinuationi tamen 4
ſub juramento renunciari poteſt, per tradita *Gail. l. 2. obſ. 39. num. 12. Clarus §. donatio q. 18.*
*Gomez. t. 2. reſol. 4. num. 8. &c.* Creditor tamen 5
futuri temporis uſuras remittere vel minuere poteſt ſine inſinuatione, licet ſummam 500. ſo-
lidorum excedant. Unde regulam generalem 6
faciunt: qvando id, qvod donatur, non competit donatori de præſenti, ſed de futuro, non eſt neceſſaria inſinuatio. *Gomez. tom. 2. reſol. t. 4. n. 10. & Molin. de J. & J. diſp. 279. num. 13.*
Sic qvando patet liberis remittit uſumfructum 7
bonorum, non eſt hæc prohibita donatio, nec inſinuatione opus eſt *Berlich. p. 2. dec. 168.* Sic
inſinuatio donationis non reqviritur, qvando 8
aliqvis ſibi delatum, v. gr. feudum non vult acqvirere, ſed ſtatim refutat in proximè ſucceſſuros. *Berlich. dec. 168. n. 12.*

## ad L. Nuda. 26.

*SUMMARIA.*

*VErba nuda non probant donationem. n. 1.*
*An verba enunciativa probent. 2.*

*Declaratio legis. 3.*

NUda ratio non facit debitorem: hinc verba 1
de donando vel debendo nudè, ſine conventione aut pactione dicta vel ſcripta, non probant donationem. Unde probat *Carpz. p. 3. c. 9.*
*def. 24.* qvòd verba enunciativa non probent, 2
niſi à præſente præſenti dicta; ubi tamen excipit verba enunciativa, in teſtamento circa hæ-
redis inſtitutionem appoſita. Declarat hanc le- 3
gem *Hilliger. in Donell. l. 23. c. 7. lit. H.* qvod nuda ratio non faciat debitorem, ſed probet tamen, cum in rationes relatum eſt ex aliqva cauſa deberi, v. g. mutui; nam tunc fides ex rationibus iſtis peti poteſt.

## ad L. Aqvilius. 27.

*SUMMARIA.*

*DOnans facultatem habitandi ex cauſa remunerationis donationem revocare non poteſt. n. 1.*

*Qvid ſi expellatur donatarius. 2.*

*Remuneratoriam donationem non revocari ob ingratitudinem, nec inſinuatione indigere, colligitur. 3.*

*Remuneratoria donatio inter conjuges non prohibetur. 4.*

*An hoc ad donationem reciprocam reſtringendum. 5.*

*Donatio remuneratoria exceſſiva an in ſuo exceſſu inſinuatione indigeat. 6.7.*
*Si tutor accepiat ſummam donatam exceſſivam ab avia donatrice loco neptis donatariæ, an quia hæc donatio invalida, nepti hypothecа competat, in bonis tutoris. 8.*
*Donatio exceſſiva invalida eſt ſi donans velit, non ſi tertius excipiat. 9.*
*Idem in revocatione donationis propter ſupervenientiam liberorum. 10. 12.*
*Qvod & procedit in aliis caſibus privativis exempla. 11.*
*Detinenti rem ex juſta cauſa datur remedium poſſeſſorium, ſi ſpolietur. 13.*
*Exemplum in colono ſpoliato. 14.*
*Remiſſio debiti liqvidi ex certa cauſa, an donationis inſtar ſe habeat. 15.*
*An judici poſt præſtitum officium aliqvid donare liceat. 16.*

1 AB eo, cui facuitas habitandi ex cauſa remu-
nerationis conceſſa, non debet avocari do-
2 natio; ſed ſi expellatur, ſuccurritur ipſi officio
Judicis. Nec obſtat *L. Lucius. 32. h. t.* qvia illa
*Lex,32.* loqvitur de donatione ſimplici, hæc verò
de remuneratoria *Bach. d. diſp. 19. th. 2. lit. A.*
3 *Zaſ. h. t. n. 58. Wiſſenb. th. 16.* Inde colligunt re-
muneratoriam donationem non revocari ob in-
gratitudinem, nec opus habere inſinuatione, &c.
*Tiraqv. ad L. Si unqvam, in verbis: donatione largitus. num. 14. Gail. 2. obſ. 39. & obſ. ſeq. num. 8.*
*Mynſ. 4. obſ. 75. Pruckm. vol. 2. conſ. n. 348. Carpz.*
4 *p. 2. dec. 124. num. 4.* Et remuneratoriam dona-
tionem inter conjuges eſſe licitam multis au-
thoritatibus confirmat *Matth. Cuno olim Ordinar. hujus Fac. in tr. de pactis c. 6. n. 195.* ubi oc-
currit rationibus *Pinelli ad l. 1. C. de bon. mat.*
5 *p. 3. num. 62.* Sed hoc de reciproca donatione
ſeu viciſſitudinariâ intelligit *Carpz. p. 2. dec. 124.*
nam ſi non viciſſim qvid donatum & qvidem
æqvale, qvod tunc non valeat donatio inter
conjuges, vel exceſſiva. Sed ex eo nimis vide-
tur reſtringi ratio hujus legis; nam ſic traditio
Doctorum de remuneratoria donatione peri-
ret; qvia inter remuneratoriam donationem
& reciprocam eſt diſcrimen, ut ipſe agnoſcit
6 *Carpz. d. l. num. 12.* Hoc verò largior, genera-
lem mentionem meritorum non ſufficere, niſi
merita appareant proportionata; nam alias
qvilibet poſſet eludere legem de donatione ex-
ceſſivâ inſinuandâ *Klock. in tr. de contrib. c. 16.*
*ſect. 1. num. 185. Ricc. collect. deciſ. 679. Treutl. & Bach. d. th. 2. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3.*
7 *num. 61.* Qvamvis autem ab hâc ſententia com-
muni recedat *Finckelth. obſ. 103. num. 22. & qvos refert num. 25.* neſcio tamen, an conſtitutiones
illæ Codicis de exceſſivâ donatione actis inſi-
nuanda, donationi huic remuneratoriæ conve-
niant; præſertim cum opinio Doctorum com-
munis contraria ſit. Sed oportebit terminos
habiles præſupponer, ut de inſignibus & æqvi-
valentibus meritis conſtet, ut nulla intercedat
præſumptio fraudis. Qva occaſione qværo, ſi 8
avia nepti donaret 2000. thal. & eos etiam tuto-
ri numeraret, an hæc donatio valida; & ſi
non ſit valida, an nepti competat hypotheca in
bonis tutoris? Prius negatur ob *l. 27. C. de donat.* poſterius affirmandum putarem; nam in
ſuſpenſo eſt, an non valitura ſit hæc donatio, ſi
avia ad mortem usqve perſeveret in hac volun-
tate, qvod aviam facturam certum erat, cum
alios deſcendentes non haberet & tutor omni-
nò ut tutor accepit. Et donatio exceſſiva eſt 9
invalida, ſi hoc velit donans, non ſit tertius id
excipiat. Sic licet per ſupervenientiam libero- 10
rum revocetur ipſo jure donatio, per *legem ſi nunqvam. C. de Rev. don. Clarus §. Donatio. q. 23. num. 8. Dn. Struv. Exerc. 40. th. 15.* hæc tamen
valet, ſi donator velit: ſicut Dominus poteſt
privare Vaſallum feudo ob feloniam, ſcilicet ſi
velit Dominus: Sic Emphyteuta ſi per tricenni- 11
um non ſolverit canonem, poteſt expelli, ſi
Dominus velit. Filius poteſt teſtamentum pa-
ternum impugnare, & nullum dicere, & eſt
nullum, ſi filius velit; ſicut hæc doctè deducit
*Tiraqv. ad L. Si unqvam, verbo (revertatur) n. 10. & ſeq.* Et ſic donationem ut ſupervenientes li- 12
beros non revocari, reſpondit Facultas die 4.
Martii anno 1667. Colligitur etiam ex *h. l.* de- 13
tinenti rem ex juſta cauſa, licet verè non poſſi-
denti, dari remedium poſſeſſorium, ſi ſpolietur,
*Pinell. ad l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 40. & Menoch. rem 17. recup. poſſ. n. 21.* ſicut etiam de-
tentori commodatario colono inqvilino com-
petit remedium retinendæ poſſeſſiones, qvia fa-
cilius datur retentio qvam recuperatio *Menoch.*
*rem. ult. retin. poſſ. n. 18. &c.* Et hinc colonum 14
etiam ſpoliatum reſtitutionem petere poſſe vul-
gò receptum, *Menoch. rem recup. poſſ. ult. n. 2. & 18.* ex æqvitate ſcilicet, ad exemplum inter-
dicti Unde vi. *Hillig. in Donell. l. 15. c. 31. lit. E.*
& ſic mandatum ex hoc capite juſtificatum
fuiſſe à Senatu Friſico refert *Joh. à Sande l. 5. t. 4. d. 2.* Colligitur etiam remiſſionem debi- 15
ti liqvidi, qvæ ex certâ cauſâ fit, ſe donatio-
nis inſtar non habere, ſed qvaſi contractum in-
nominatum. *Dn. Mevius p. 2. deciſ. 148.* In hac 16
lege *Bart.* tradit licere judici qvid donare poſt-
qvam fecit officium, qvia remuneratio non eſt
proprie donatio. *Zaſius in l. 33. de Rebus cred. & qvos refert Ant. Matth. ad lib. 48. Pandect. t. 8. c. 1. num. 8.* Sed confutari poteſt hic error 17
communis ex *l. ult. C. ad legem Juliam repetund. l. 4. ff. Eodem l. 1. §. 2. ff. de Calumniat.*
Et vitioſa lectio qva pro Rhetorem Prætorem
olim legebatur. Sic enim Judex DEUM non
timens libentius pro locuplete ob ſpem dona-
tionis ſententiam ferret. vid. *Alciatus in L. Principalibus de Reb. cred. & l. 2. parerg. c. 49. Ant. Matth. d. l.*



Digitized by Google

## ad L. Donari videtur. 29. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*IN l. 29. Donatio ſimplex deſcribitur. n. 1.*
*Qvi confitetur in judicio, ſibi debitorem non teneri, videtur eum ex cauſa donationis liberare. 2.*
*Donans bona viventis indignum ſe tota hæreditate reddit, licet partem tantum donet. 3. 4.*

1 DOnati hic dicitur, qvod nullo jure cogente
conceditur; qvæ definitio eſt donationis
ſimplicis, de qvo *Hillig. in Don. l. 12. c. 2. lit. O.*
2 Et confeſſio falſa ſcienter facta in judicio, qvan-
do fateor te non debere, eſt donatio, ob calorem
judicii, cum & pro judicato teneatur, qvi ſciens
falſum fatetur. *Donell. l. 28. c. 1. lit. O.*
3 In §. *ult.* agitur de paciſcente circa bona
viventis, ſi qvis contra jus Gentium donet bona
viventis, qvia ſperat ſucceſſionem, & ea tan-
qvam ſua donet, non tantum invalida eſt dona-
tio, ſed ſi aliqvando is, cujus viventis bona do-
naverat, moriatur, & ad donantem perveniat
hæreditas ea, ipſi adimitur, & ad fiſcum defertur.
conf. *Marcus-Ant. in repet. l. hac conſultiſſima §. ex
imperfecto C. de teſtam. n. 1. vol. 8. Cagnolus in l. fin.
C. de pactis. n. 6. Vasq. l. 2. de ſucc. creat. § 18. n. 2. 59.*
4 Probant etiam ex hoc §. *ult.* Si qvis partem bo-
norum viventis donet, tota hæreditate ſe redde-
re indignum. *Cagn. d. l. n. 120.*

## ad L. Donationes. 31,

*SUMMARIA.*

*DOnationes inter marem & concubinam licitæ ſunt. n. 1.*
*Mater donationem filiæ factam ob cautionem generi rem donatam uſus gratia uxori traditam fuiſſe, an revocare poſſit? 2.*
*Mater rem extra dotem genero ſuo nomine filiæ eâ præſente tradens, donare præſumitur. 3.*
*Si res ad uſum donetur an proprietas ſimul donata cenſeatur juxta §. 1. h. l. 4.*
*An, ſi adſcendens adhibeat deſcendentem adſtipulandum ſuper reſtitutione dotis, id animo donandi feciſſe recte ex h. l. §. 1. præſumatur, remiſſivè. 5.*
*Pactum, ut depoſitum mihi aut me mortuo tibi reſtituatur, an donationem inducat. 6.*

1 DOnationes inter virum & uxorem ſunt pro-
hibitæ, ſed non eæ, qvæ inter marem & con-
cubinam fiebant; ideoqve licet concubina poſt-
ea in uxorem ducta, donatio tamen præcedens
non infirmatur.
2 In §. 1. habetur hæc ſpecies: Mater filiæ
donaverat res, & præſente marito tradiderat fi-
liæ. Gener deinde cavit, res has uſus gratia u-
xori traditas fuiſſe, qværitur, an ob hanc mariti
cautionem mater poſtea, forte ob offenſionem,
hanc donationem revocare poſſit? qvod nega-
tur, qvia mater non ſeparavit uſum à proprieta-
te, ſed hoc tantum diſpoſuit, ut res hæ eſſent in
filiæ peculio, non in dote. Vid. *Menoch. l. 2. A.*
3 *Q. caſu 88. n. 34.* Vulgo probant ex hoc §. ca-
ſum qvo mater res extra dotem genero ſuo, no-
mine filiæ, ea præſente tradit, qvod mater do-
naſſe præſumatur *Menoch. d. l. n. 33.* Bart. etiam 4
ex *hoc* §. elicit regulam, qvod ſi res donetur ad
uſum, qvod proprietas donata videatur; qvod
merito refutat *Menoch. d. l. 35.* conferatur *Gratia-
nus tomo 2. diſc. for. c. 216. n. 28. & 29.* ubi videtur
à Menochii ſententia in *d. n. 34.* diſcedere; & *P.
Barboſa in l. qvæ dotis n. 26. ff. ſoluto matr.* refu-
tat eorum opinionem, qvi ſtatuunt ex *h.* §. qvod 5
ſi aſcendens adhibeat deſcendentem ad ſtipulan-
dum ſuper reſtitutione dotis, qvod id fecerit do-
nandi animo; ut refert *Menoch. l. 3. præſ. 10. in
fine.*
Ex §. *pen.* notetur, pactum, ut depoſitum 6
mihi, aut mortuo tibi reſtituatur, non inducere
donationem; qvod declarant Dd. ex *l. 29. §. fin.
de pact. dotal.* niſi tu ſis conjunctus vid *Barb. ad
d. l. qvæ dotis 34. n. 39. & n. 139.* ubi pluribus hac
de re agit.

## ad L. Lucius. 32.

*SUMMARIA.*

*HAbitatio donata morte donantis finitur. n. 1.*
*An precarium potius præſumatur qvàm donatio. 2.*

HAbitatio donata hoc habet ſpeciale, ut mor- 1
te donantis finiatur, & hæredes donatoris
prohibere poſſint habitationem ita, ut donata-
rius vivus cogatur habitationem relinqvere;
qvia videtur precario conceſſa *Dn. Manzius ad
tit. de uſu & habit. n. 108.* ubi refert *Cujac. l. 17. obſ.
37. & lib. 21. obſ. 38.* id Legi Cinciæ adſcribentem,
Rationem illam de precario exagitat *Alciatus
tomo. 3. ad l. 2. ff. ſi certum petatur. n. 16. & ſeq.* Un- 2
de patet, qvam infirma ſit collectio, qva vulgo
colligunt, precarium potius qvàm donationem
præſumi. Sed qvia durum eſt à communi & re-
cepta interpretatione recedere, huic aſſurgere
melius eſt. Videatur *Covarr. l. 3. reſol. c. 15. n. 5.*
hac de re pluribus agens. Et *Maſcardus* brevi-
ter ex *h. l.* concludens, precarium potius præſumi
qvàm donationem, in *tract. de Probat. concl. mihi
1204. n. 4. & ſ.*

## ad L. Qvi id qvod. 33. §. 2.

*SUMMARIA.*

*MUtus & ſurdus caſu tales donare poſſunt non naturâ tales. n. 1.*
*Mutus & ſurdus in criminalibus an ex ſua confeſſione ſignis declarata condemnari poſſit. 2.*
*Mutus & ſurdus naturâ talis nec in teſtem produci nec jurare poteſt. 3.*

MUtus & ſurdus donare poſſunt, qvod intelli- 1
gendum videtur ſecundum *l. diſcretis. C. qvi
teſtam.* nam ſi ſimul mutus & ſurdus natum, non
caſu, non poteſt donare *Godofr. Ule Honded. vol. 1.
conſ. 37. n. 14.* & poteſt mutus & ſurdus caſu fa-
ctus omnes contractus conſenſu conſtantes ce-
lebrare. *Hond. d. l. n. 16. & vol 2. conſ. 99. n. 17.* Sed 2
qvomodo mutus & ſurdus poteſt condemnari in
criminalibus? R. qvia confeſſio ex ſignis non

poteſt eſſe certa & infallibilis, ideoqve ſurdus & mutus non poteſt ex ſuâ confeſſione condemnari, ſed tantùm ex teſtium depoſitionibus, qvi ipſum plenè de delicto convincant. *Carpz. p. 2. dec. 189 n. 13.* licet in caſu, ubi extraordinaria pœna irroganda, ſigna evidentia ſufficere poſ-
3 ſint. *Carpz. d. l. 11.* Sic & mutus & ſurdus ſi natura talis, neqve in teſtem produci neqve jurare poteſt; nam hic dementi comparatur, & licet ſigna edere poſſit, qvæ aliqvi intelligunt, ea tamen incerta. *Farin. q. 61. oppos. 11. & 39. Maſcard. concl. 1365. n. 24. & ſeq. Lancellottus Conradus de offic. prætoris §. 2. tit. de teſtibus, verſic. perſonis teſtium, verbo: mutus & ſurdus.* Hic nec torqveri poteſt, *Farin. q. 41. n. 98. Zanger. de qvæſt. c. 1. n. 44.* conf. *not. ad L. 4. §. 2. pactis.*

### ad L. pen.

*SUMMARIA.*

P*ater permittens filio ſtipulari ſibi, qvod ipſius nomine mutuum dedit, donare cenſetur. n. 1.*
*Qvod non extenditur ad non conjunctos. 2.*

Pater mutuum dedit filii nomine, & fecit ut 1
ſtipuletur ſibi filius, mutuum ſibi reddi, ex eo videtur perfecta donatio. Unde videtur col- 2
ligi, licet ex mutuo, meo nomine dato, mihi qværatur actio, non tamen donandi animum præſumi, niſi conjunctio perſonarum ac ſtipulatio concurrat. Barboſa igitur *ad L. qvi dotis 34. n. 32. ff. ſol. matr.* refutat eorum opinionem, qvi putant, ſtipulationem filii hoc efficere, ut non præſumatur animus donandi; niſi aliunde hoc conſtet. Sed adverſatur huic *l. 29. §. fin. ff. de pact. dotal.*

### ad L. fin. §. fin.

Qvando aſcendens contrahit nomine deſcendentium, & obligationis inſtrumentum tradit, videtur illis donare. Vid. *P. Barb. in L. qvæ dotis. 34. l. 29. & 35. ff. ſolut. matr.*

## Titulus VI.
# De mortis cauſa donationibus & capionibus.

### Ad L. Julianus. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

D*onationis mortis cauſæ ſpecies. n. 1. 2.*
*Senex decrepitus præſumitur mortis cauſa donare. 3.*

1 Donatio mortis cauſa fit vel ob periculum certum jam imminens vel propter incertum mortis eventum, ſolâ cogitatione mortis expreſſâ *hic & l. 35. §. 4. h. t, Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 19.*
2 *th. 9. lit. A.* Prius ſubdiſtingvitur: utrum fiat donatio mortis cauſa hoc fine, ut ſtatim fiat donatarii; an verò ut poſt mortem donantis fiat acci-
3 pientis, per *hanc l.* Periculi certi imminentis exempla in ſeqq. legibus proponuntur. ubi ex *l. 5.* notandum exemplum ſenectutis deſeſſæ. Nam ſenex decrepitus præſumitur mortis cauſa donare. *Menoch. l. 2. Arb. qvæſt. caſu 60. n. 13.*

### ad L. Qvi pretio. 8. & 18.

*SUMMARIA.*

M*ortis cauſa capio qvomodo differat à m. c. donatione. n. 1.*
*Mortis cauſa capionis diverſæ ſpecies ſubjiciuntur. 2.*

1 Mortis cauſa capio ad donationem cauſa mortis habet ſe ut genus ad ſpeciem. Illa enim eſt acqviſitio alicujus rei, qvæ propter alicujus mortem obvenit, & retinet nomen generis; ubi ſpeciale nomen deficit, *hic & l. 18. & 31. h. t. Cuj. ad l. 18. tom. 1. p. 2264. Covarr. part. 3.*
2 *rubr. de teſtam. n. 38. Donell. l. 8. c. 24. lit. D.* Nam ſunt & aliæ ſpecies mortis cauſa capionis. Nam mortis cauſa capitur qvod hæredi dat ſtatu liber, vel legatarius conditionis implendæ cauſa, vel qvod hæredi dat creditor hæreditarius, ut adeat hæreditatem. *Hic & l. 31. §. 2. ff. h. t. Cujac. ad l. 18. h. t. tomo 1. p. 2264. Cov. parte 3 Rubr. de Teſt. n. 38. Dn. Struvius hic th. 31. Wiſſenb. ad h. t. th. 19.*

### ad L. Marcellus, 15.

*SUMMARIA.*

M*ortis cauſa donationes ad exemplum legatorum revocantur. n. 1.*
*Mortis c. donatio in qvibus conveniat cum legatis. 2.*
*In qvibus diſſentit. 3.*

Donationes mortis cauſa ad exemplum lega- 1
torum revocatæ ſunt, *hic & l. 17. h. t. Virgil. Pingizer. qvæſt. Sex. 13. n. 38. Carpz. p. 2. dec. 124. n. 10.*
Nam cum legatis in effectu convenit donatio 2
mortis cauſa (1.) qvod morte confirmetur, ut legata. (2.) ſola pœnitentia revocetur, (3.) nec, ſi exceſſiva ſit, indigeat inſinuatione, (4.) reqvirat qvinqve teſtes *l. fin. C. h. t.* (5.) ut legatarius ita & donatar ius mortis cauſa gravari poteſt *l. 9. C. de fideicom.* (6.) locum habet falcidia. *l. 5. C. de l. Falc.* (7.) Jus adcreſcendi *l. un. §. 14. C. de Caduc. toll* (8.) dominium ipſo jure adqviritur. (9.) Teſtamento everſo conſervatur. (10.) donatario ſubſtitui poteſt, & (11.) habet locum cautio Mutiana. Differt autem donatio mortis cauſa à lega- 3
tis (1.) qvod illa non poſſit conferri in abſentem & ignorantem (2.) à filio familias fieri poſſit patre conſentiente *l. 25. §. 1. h. tit. Berl. p. 3. concl. 1. n. 7. & ſeq.* (3.) valeat hæreditate etiam non adita (4.) hæc evaneſcit per reconvaleſcentiam ipſo jure (5.) annua donatio mortis cauſa eſt tantum pura &c. *conf. Hill. in Don. l. 14. c. 33. lit. E.* de qvibus convenientiis & differentiis vid. *Barb. d. diſp. 19. th. 9. lit. B. Schneidw. in §. 1. Inſt. de donat n. 24. Gomez. tom. 2. reſol. 1. 4. n. 16. Tiraq. de LL. connub. gl. 5. n. 68. Hillig in Don. l. 14. c. 33. lit. E. Simon. de Prætis l. 2. interp. 1. dub. 1. ſolut. 12.*

## ad L. Si debitor. 14.

DOnatio mortis cauſa, licet ad fraudandos creditores non ſit facta, tamen rreſcinditur, ſi defunctos non ſolvendo. Nam ſicut legata hoc caſu non ſubſiſtunt, ſed potior cauſa creditorum, ita idem in donatione mortis cauſa.

## ad L. Si filiofamiliâs. 23.

*SUMMARIA.*

*DOnatio m. c. facta filiofamilias an morte ipſius extingvatur. n. 1.*
*Donatio m. c. licet res tradita ſit, præmoriente donatario exſtingvitur. 2.*
*Qvid ſi & heredibus donatarii donatum. 3.*
*Donatio filiofam. ab extraneo facta qvotuplex. 4.*

1 DOnavi filiofamiliâs tuo mortis causâ, filius
autem tuus mihi præmoritur, qværitur, an
extincta donatio? Reſp. aut donavi intuitu tui,
aut intuitu filii. Si illud, non eſt extincta donatio,
2 niſi moriaris; ſed ſi hoc, benè. Unde nota (1.)
donationem mortis cauſa, licet res tradita ſit,
qvia hîc de conditione agitur, præmoriente tamen
donatario extingvi. *hic & l. fin. h. t.* qvia lex
præſumit donatorem voluiſſe donare donatario,
non heredi. *Menoch. l. 1. conſ. 84. n. 15. & l. 3. præſumt. 37. n. 43.*
3 Qvid ſi ergò donem tibi & tuis
hæredibus? ſic morte tuâ non videtur extincta
4 donatio. *Card. Tuſch. Concl. 672. lit. D.* (2.) collige,
donationem filiofamiliâs ab extraneo factam
eſſe duplicem: nam alia fit intuitu patris, & hæc
ad profectitium peculium pertinet, alia verò intuitu
ipſius filii.

## ad L. Tam is 25. §. 1.

*SUMMARIA.*

*FIliusfam. ne ſine patris conſenſu expreſſo donare m. c. non poteſt. n. 1. 3.*
*Qvod extenditur, licet clauſula codicillaris adjecta. 2.*
*Limitatur. 4. 5.*

1 FIlius licet cum patris etiam conſenſu teſtari
non poſſit, tamen cum patris conſenſu donare
poteſt mortis cauſa: ratio differentiæ ex verbis
legis 12. Tabb. deſcendit, *vid. Hill. in Don. l. 6.*
2 *cap. 5. lit. K.* nec firmatur donatio facta à filio ſine
conſenſu patris per clauſulam codicillarem. *Covarr. p. 3. Rub. de Teſt. n. 11.* & hic conſenſus patris
ſemel præditus irrevocabilis eſt *Petr. Peck. de Teſt.*
3 *conjugum L. 3. c. 3. n. 3. & ſeq. Tiraq. de LL. connub. gl. 5. n. 91. & Bertich. p. 3. concl. 1. n. 25. qvos refert Carpz. L. 2. Juriſpr. Ecceleſ. def. 59. n. 12* Expreſſus tamen, in
hanc donationem & ſpecialiter directus patris
conſenſus reqviritur *l. 7. §. 11. 5. præced. Enenkel Baro de priv. par. & libb. priv. 16. n. 10. Aſcanius Clement. de patria poteſt. effectu 10. n. 1. Zepperus de Co-*
4 *dicil. c. 5. n. 25. Carpz. p. 3. c. 1. def. 22. n. 2.* Sed limitatur
hoc, niſi donatio fiat ipſi patri, qvia in rem
ſuam author eſſe neqvit. *Theſ. p. 2. q. 37. n. 2.* Idem
ſi per indirectum id fiat. *Theſſ. n. 4.* qvi ſublimitat
ſi in nepote donetur avo &c. *n. 6.* conſ. *Covarr. p. 3. Rubr. X. de Teſt. n. 9. Hill. in Don. l. 14. cap. 33. lit. G.*

Sed & ſine patris permiſſione fieri poſſe donatio- 5
nem mortis cauſa, qvoad præjudicium filii, non
patris, ſi per promiſſionem fiat, tradunt Dd. qvorum
ſententiam refert *Cephalus l. 4. conſ. 487. n. 49. & conſ. 531. n. 14.*

## ad L. Ubi ita. 27.

*SUMMARIA.*

*PActum adjectum de non revocandâ donatione m. c. efficit donationem inter vivos n. 1.*
*Reſpondetur ad* l. 13. §. 1. & l. 38. §. 4. h. t. & N. 87. pr. & §. 2. 3.
*An ſi in donatione m. c. mentio fiat haredum donatarii intelligatur donatio inter vivos. 4.*
*Ampliatur deciſio legis hujus. 5.*
*Limitatur. 6. 7.*
*Juramentum teſtamento additum efficit iſtud irrevocabile. 8.*
*An donatio comprehendes omnia bona preſentia & futura ut inter vivos valeat. 9.*
*Qvid ſi adjectum pactum de non revocando. 10.*

QUando pactum additur de non revocandâ 1
donatione mortis causâ, qvia contra naturam
ejus eſt, cum donatio mortis cauſa ſemper
ſit revocabilis, ideò propter factum hoc donatio
illa intelligitur inter vivos. *Carpz. part. 3. Juriſpr. c. 1. d. f. 39. P. Barb. in L. Qva dotis n. 113. ſeq.*
ubi hoc ampliat. *ff. ſolut. matr. Mantica de Conject. ult. vol. lib. 1. tit. 13. n. 5.* ubi plures refert *Bach d. th. 9. lit. A.* ſcilicet ratione effectus, qvatenus eſt irrevocabilis.
*Theſſ. p. 2. q. 53. Wammeſius conſ. car. 153.*
*n. 11.* Nec obſtat *l. 13. §. 1. & l. 28. §. 4. h. t.* qvia ibi de- 2
cidirur tantùm qvæſtio, an hoc pactum addi
poſſit, non verò ad naturam hujus donationis
alteret; nec obſtat *Nov. 87. pr. & §.* qvia ibi donatio
mortis cauſa qvoad dici eſt Vid. *Fach. l. 5. c.*
*23. Gutt. de Jur. confirm. L. 1. c. 12. n. 2. & Bach. d. loc.* 3
*Carpz. part. 3. c. 1. d. 10. Richt. dec. 22. n. 4.* ubi præjudicium
allegat. Qvod verò *Dn. Richter d. dec. 22.* 4
*n. 10.* tradit, ſi in donatione mortis cauſa etiam
hæredum donatarii mentio fiat, qvod tunc in
donationem inter vivos tranſeat, idqve communiter
volunt Dd. qvos refert *Menoch l. 3. præſ. 35. n. 7.* ejus rei rationem non invenio; nam & legari
poteſt Titio & ejus hæredi, & habet hæredis
adjectio hunc effectum, qvòd non mortuo donatario
hæres tamen acqvirat: ſed qvòd adjectio
hæredis irrevocabilem faciat donationem
mortis cauſa, de eo valdè dubito cum illis, qvos
recenſet *Menoch. d. l. n. 8.* Sed ut dixi communis
illa traditio eſt. Ampliatur deciſio hujus legis, 5
licet teſtator non dixerit, ſe nullo caſu revoca-
turum *Mantica d. t. 13. n. 8.* Limitare videtur *Man-* 6
*tica d. loco n. 7.* ſi promiſſio de non revocando,
poſt donationem ſemel perfectam facta, & executionem
reſpiciat. Putatem etiam, ſi donatio 7
facta in teſtamento, & addita promiſſio de non
revocando, eam pro donatione mortis cauſa habendam,
& corruente teſtamento corruere, licet
aliter *Mantica d. l.* Sed ſi juramentum teſtamen- 8
to additum, hoc redditur irrevocabile, licet plu-
ſibus

ribus diſſentientibus *Theſſ. d qv. 53.* ubi dicit con-
trariam opinionem eſſe nutritivam peccati Hanc
legem notabiliter etiam limitant, ſi qvis omnia
9 bona præſentia & futura donet; nam hæc dona-
tio inter vivos facta non valet ex recepta Docto-
rum ſententia, à qva (qvicqvid in Scholis diſpu-
tetur) in foro recedendum non eſt. *Carpz. p. 2.
conſt. 12. def. 26. & lib. 5. reſp. 65. num. 5.* & alias per
hanc vivam aliqvis conſeqvi poſſet, qvod per vi-
am teſtamenti tantum concedunt jura. *Mantica de*
10 *conject. ult. vol. l. 13. c. 26. n. 16.* Si autem adda-
tur tali donationi omnium bonorum, præſenti-
um futurorum, pactum de non revocando,
hoc tamen non efficeret donationem inter vi-
vos, ſed maneret donatio mortis cauſa; ne vi-
deatur donator viam elegiſſe, per qvam ſua diſ-
poſitio irrita reddatur. *l. 3. ff. de Teſt. mil.* & pa-
ctum hoc nullius erit effectus. *Rol. à Valle l. 1. conſ.
65. n. 15.*

## ad L. Si mortis cauſa. 29. & L. ſeq.

### *SUMMARIA.*

*REi donata tradita dominium qvando tranſeat ante mortem donatoris ad donatarium, & qvando manere cenſeatur penes donantem usqve ad ipſius mortem n. 1. 2.*

*Qva utroqve caſu competant, donatori actiones ad repetendam rem donatam. 3.*

*Donatario præmoriente donatio revocata cenſetur. 4.*

*Donatio in caſum periculi facta ceſſante periculo extingvitur ipſo jure. 5.*

*Qvod limitatur, ſi ob bene merita donatio facta. 6.*

1 QVando res cauſa mortis donata traditur do-
natario, comparat hic dominum, ſed revo-
cabile; ſi ſcilicet ita tradatur, ut ſtatim fiat acci-
pientis, qvod in dubio præſumendum. *arg. l. 8.*
2 *ff. de jur. dot. Donell. l. 14. c. 33. circa finem.* Qvan-
do verò ita traditur, ut tunc demùm eſſet dona-
tarii, qvando mors donantis intervenerit; tunc
3 dominium manet penes donantem usqve ad
ipſius mortem. Si ergo ſtatim dominium trans-
latum in donatarium, datur rei vindicatio utilis,
4 vel ex pœnitentia condictio; ſi verò dominium
non receſſit, datur rei vindicatio directa. Dici-
tur etiam hic in fine, eo ipſo videri revocatam
donationem, ſi donatarius ante donatorem è vi-
5 ta diſceſſerit. *Mol. tr. 2. diſp. 287. n. 3. & 9. Gom.
lib. 2. reſol. c. 4. n. 19. & ſeq.* Sed qvæſtionis eſt
in *hâc L. 29.* ſi qvis in periculo conſtitutus, intui-
tu periculi donet mortis cauſa, ac deſinente pe-
riculo ipſo jure pereat donatio mortis cauſa?
qvod communiter affirmant, nec neceſſaria eſt
6 nova declaratio, per allegata *Berlichii p. 2. dec.
184. n. 5. & qvos refert n. 8.* Sed excipiendus ca-
ſus, ubi ob benè merita fit donatio mortis cauſa,
v. g. uxori, vel ob vinculum ſangvinis, ut puto:
nam tunc præſens periculum nec unica, nec prin-
cipalis videtur cauſa donationis. Et ſic judica-
tum refert *Berlich. d. l. n. 10. & ſeqq.*

## ad L. Inter mortis. 38.

### *SUMMARIA.*

*DOnatio mortis c. debet fieri præſente donatario. 1.*

*Donatio hac nemine acceptante abſenti facta. valet ut legatum vel fideicommiſſum. 2.*

DOnatio mortis cauſa reqvirit præſentiam 1
donatarii, & in hoc convenit cum donatio-
ne inter vivos. *Covarr. part. 3. rubr. de Teſt. n. 17.*
Qvando autem nemine acceptante fit donatio 2
mortis cauſa, valet donatio hæc abſenti facta,
non ut donatio; ſed ut legatum vel fideicom-
miſſum particulare, ſi qvinqve teſtium ſolenni-
tas adſit. *Covarr. d. part. 3. n. 17. Gomez. d. loc. n 18.
Molin. d. diſp. 287. n. 6. Carpz. d. conſt. 1. def. 35.
Bach. th. 9. lit. A.*

## ad L. Seja. 42. pr.

### *SUMMARIA.*

*SI in donatione mentio fit mortis, donatio mortis cauſa præſumitur. n. 1.*

*Qvod variè limitatur. n. 1.*

*Qvo caſu clauſula conſtituti & reſervati uſusfructus ceſſet ut indicium donationis inter vivos. 3.*

*Donatarius m. c. non tenetur cavere donatari. 4.*

*In dubio donatio inter vivos præſumitur, ſi non ſit facta mentio mortis, licet donans in metu mortis conſtitutus fuerit. 5.*

*Qvibus caſibus, licet mentio mortis non adjecta, donatio m. c. intelligatur. 6.*

*Conventio conjugum, ut alterutro mortuo ſuperſtes liberis non exiſtentibus ſuccedat qvando cadat in ſpeciem donationis inter vivos. 7. 8. 9.*

SPeciem facti habet *Cujac. con. 4. p. 223.* Id verò 1
potiſſimum colligunt, donationem mortis
cauſa præſumi, qvando mortis fit mentio, qvam
regulam limitant: ſi ratione executionis tan- 2
tum mortis fiat mentio, ſicut Jure Saxon. gerada
inter vivos donari ſolet, & traditio in caſum
mortis differri. vid. *Menoch. lib. 3. præſumpt. 35.
n. 4.* vel qvando duo teſtes tantum adhibiti, *arg.
l. 3. ff. de Teſtam. mil. Menoch. d. l. num. 5. Carpz p.
3. conſt. 1. def. 41* qvando hæredum facta mentio,
de qvo ſupra *ad l. 27.* qvando donatio facta irre-
vocabiliter, excepta ſupervenientia liberorum.
*Men. n. 17.* de qvibus & aliis limitationibus *Men.
d. l. & Maſc. concl. 562. Barb. in L. qvæ dotis 34. n. 110.
& ſeq. ff. de ſol. matr. Carpz. conſt. 1. def. 41.* Hoc 3
tamen ex hac lege colligitur licet Dd. communi-
ter ſtatuant, clauſulam conſtituti & reſervati u-
ſusfructus eſſe indicium donationis inter vivos,
*Dn. Richt. dec. 22. n. 6.* hoc tamen fallit, qvando ſi-
mul dictum, ut, ſi donatarius præmoreretur, do-
natio eſſe irrita, qvod donationi mortis cauſa
convenit. vid. *Joh. à Sande l. 5. tit. 1. def. 3.* Ex fine 4
princ. notetur, qvod donatarius mortis cauſa
non teneatur cavere donatori, niſi ſponte id fa-
ciat, cum donator ad libitum eam donationem
revocare poſſit. *P. Barb. ad l. 41. de jud. n. 52. & ſeqq.*
Donatio etiam facta ab infirmo, vel in metu 5
mortis conſtituto, non tamen præſumitur mor-
tis cauſa facta, ſed potius inter vivos, niſi in ipſa
dona-

donatione mentio mortis injecta. Nam mors
videtur potius cauſa impulſiva qvam finalis.
*Petr. Barboſa in L. Qvæ dotis. n. 86. ſol. matr.* id-
eoqve declaranda ſententia *Menochius l. 3. præſ.
36. n. 10.* qvod tempore peſtis præſumatur do-
natio mortis cauſa, multo magis præſumitur in-
ter vivos, *Rocc. collect. deciſ. 225. Bach. d. th. 9.
lit. A.* conf. *Zoeſ. h. t. n. 2.* ſi à ſano homine fiat.
*Clarus §. donatio. q. 4. n. 2. & ſeq. Menoch. l. 2.
præſumt. 26. n. 2.* Cæval. dec. 42. n. 10. *Dn. Richter.*
6 *deciſ. 22. n. 9.* Interdum tamen, licet nulla men-
tio facta mortis, ex aliis circumſtantiis haberi
pro donatione mortis cauſa poteſt; ut ſi non
poſſet valere ut donatio inter vivos, & adhibiti
eſſent 5. teſtes, qvi in omni donatione mortis
cauſa reperiuntur. *l. fin. C. h. t. Menoch. lib. 3.
præſ. 36. num. 7.* Si inter conjuges convenerit, 7.
ut altero mortuo ſuperſtes liberis non exiſten-
tibus ſuccedat, id cadere in ſpeciem donationis
inter vivos, tradit *Dn. Richter dec. 22. n. 20.* ſed
hoc intelligo de caſu, ubi mutuò promittunt, ſe
nolle illam voluntatem mutare; qvem ſenſum
præ ſe fert præjudicium Lipſienſe ibidem alle-
gatum; qvò tamen caſu non poſſet donatio in- 8
ter vivos ſubſiſtere, ſi de omnibus bonis præſen-
tibus & futuris loqveretur, ex ſententia Docto-
rum communi: ſed illam reciprocam conven- 9
tionem de ſucceſſione factam revocari poſſe, &
ſic donationem mortis cauſa eſſe, ſæpius reſpon-
ſum memini.

# LIBRI XL.
## TITULUS I.
## De Manumiſſionibus.

### Ad Rubr.

*SUMMARIA.*

*Dimiſſio hominum adſcriptitiorum ſeu proprio-
rum qvot modis hodiè fiat. n. 1.*

*In Electoratu Brandenburgico qvibus caſibus Do-
minus prædia ruſticorum emere poſſit invito
ruſtico. 2.*

*Dominus emens prædium ruſticum in numerata pe-
cunia ſolutionem facere tenetur. 3.*

*An omnes ruſticos emendo ipſorum prædia extermi-
nare poſſit. 4.*

1 DE Manumiſſionibus qvidem hodiè raris-
ſimè lites in foro moventur, ſed tamen
de dimiſſione hominum adſcriptitiorum
ſeu propriorum ſæpiſſimè; qvæ his fieri poteſt
modis ſi dimittantur à gleba, qvod fit duplici-
ter (1.) authoritate legis, ut ſi filius ſtudia tra-
ctet, tunc dimittit eum lex. (2.) Aut arbitrio
Domini, qvando certa pecunia data proprius
homo à Domino ſe redimit. Secundus modus
eſt, ubi Dominus permittit in caſu chariſtiæ vel
belli ruſticos relinqvere ſua prædiola, qvo ta-
men caſu ceſſante calamitate publicâ, ſi ſuccur-
rere non potuit, æqvum eſt, ut revocentur; ſe-
cus ſi habuerit media conſervandi miſeros ho-
mines, & ex avaritia tamen ea denegarit. III.
Qvando ipſe Dominus adimit prædium ruſtico,
tunc hic manere & aliud accipere non tenetur,
ſed libere poteſt ſe in alium locum conſerre *Dn.*
2 *Mev. p. 2. dec. 234.* In Electoratu Brandenb.
poteſt Dominus prædia ruſticorum emere et-
iam invito ruſtico in ſeqventibus caſibus (1.) ſi
ruſticus relegandus eſt ob delictum & Dominus
pro prædio tantundem ſolvat, qvod alius ſol-
vere paratus eſt. Deinde nullo delicto præce-
dente, ſi pro ſe & liberis ædificiis novis opus
habeat, & ea nullibi habeat, licet ipſi ruſticos
exterminare pro præſenti pretio, Er darff einen
und den andern Bauren außkauffen/ da ſie der
außgekaufften Bauren Güter ſelbſt gebrauchen
wollen; doch daß ſie den Bauren/ ſo ſie außkauf-
fen wollen/ ihre Güter Wirderung/ was ſie gel-
ten/ möchten bezahlen/ ut ſonant verba *Reverſa-
lium Elector. de qvo Joach. Schepl. de conſuet.
March. p. 4. tit. 7.* ubi notandum, qvòd Domi- 3
nus præſente pecuniâ debeat emere, baar/
qvia gravatus in uno relevandus eſt in alio,
*Schepl. d. l. §. 4. 5. & 6.* Sed illud ad dimidiam
pretii partem reſtrictum in *Reverſ. de anno 1611.*
Non eſt verò licitum omnes ruſticos itâ exter- 4
minare, nec facile ultra duos, nec prædium ibi
pro animalibus vel ovibus extruere; ſed pro
propriâ tantum habitatione, & ſic non ob utilita-
tem, ſed neceſſitatem. *Schepl. d. l. q. 2.*

### ad L. Qvi pœnæ. 8.

EX hac lege notandum, poſt crimen etiam an-
te damnationem ex crimine Majeſtatis, pro-
hiberi te manumittere, & libertas dàta ipſo jure
non valet. *Joh. Hannibal. in rep. L. Poſt contra-
ctum. n. 11. ſupra de Donat.*

### ad L. Servus. 9.

*SUMMARIUM.*

*MAnumiſſio ſervi, qvi manumitti prohibitus, ipſo
jure nulla eſt.*

SErvus manumitti prohibitus, ſi manumitti-
tur; manumiſſio ipſo jure eſt nulla: nam ju-
dice prohibente alienatio facta non transfert do-
minium; qvia factum Judicis æqvipollet facto
legis. *L. more. 5. ff. de Juriſdict. vid. not. ad l. 26.
ff. de contrah. emt.*

### ad L. Apud eum. 14.

*SUMMARIUM.*

*JUriſdictioni contenſioſæ, non voluntariæ, paris vel
inferioris judicis ſe ſubmittere licet.*

Po-

POteſt quidem quis ſe ſubmittere jurisdictioni paris velin inferioris judicis, ſed hoc in voluntariæ jurisdictionis exercitio fieri non debere, ex hac lege colligunt Dd. ex duplici ratione: qvia actus voluntariæ jurisdictionis per procuratorem expediri poſſunt; imo qvilibet, apud ſe expedire tales actus poteſt, ſi cognitio cauſæ non ſit neceſſaria. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 24. n. 6. & ſ. & qvos refert Hilliger ad Donell. l. 17. cap. 10. lit. C.*

### ad L. Cauſam minor. 20. §. ult.

*SUMMARIUM.*

*COnventio in caſum non impleti contractus de executione facienda propria autoritate licita eſt.*

LIcitum eſt pactum, ut ſi non impleatur contractus, manum injicere liceat, aut fundum oppignoratum propria authoritate ingredi. *l. 3. C. de pignor. Neguz. in tr. de pignor. p. art. 4. n. 8. & ſeq. Col. de proceſſ. Execut. part. 1. c. 5.* ſed de eo alibi plenius actum.

### ad L. Servum dotalem. 21.

*SUMMARIA.*

*MAritus ſolvendo exiſtens ſervum dotalem manumittere poteſt, ſecus ſi non ſolvendo. n. 1.*
*Quod ultimum limitatur. 3.*
*Quid ſi ſervus manumiſſus libertatis conſervandæ ergo ſui pretium offerat. 2.*

MAritus ſervum dotalem manumittere poteſt, ſi maritus non ſit ſolvendo, manumiſſio nulla eſt, qvia regula in §. *ſemel. inſt. qvibus ex cauſis manumittere non licet*, non procedit, qvando Dominus eſt temporalis & non exiſtit ſolvendo. Poteſt tamen ſervus ſui pretium offerre, & ſic ſe in libertate conſervare. *P. Barb. ad l. 1. ff. ſol. matr. p. 5. n. 80.* Secus autem ſi conſentiente uxore id fiat. Utile eſſe hoc poſſit in hominibus propriis in dotem marito datis, & à marito libertatis. 1 2 3

### ad L. Gajus. 23.

NOn poteſt contractus pro parte probari, & pro parte reprobari, ſed aut totus acceptandus, aut totus reprobandus eſt. *Tiraq. de contr. convent. ad fin. tit. n. 1.* conferantur *notata ad l. 16. ff. de Admin. tut.*

## TITULUS II.

# De manumiſſis vindictâ.

### Ad L. Si pater filio. 4.

*SUMMARIUM.*

*MInor in manumiſſionem ſervi oppignorati extra conſilium conſentire poteſt.*

EX hac L. in fine notetur minorem, licet ſine conſilio manumittere non poſſit, poſſe tamen conſentire in manumiſſionem ejus ſervi, qvi ſibi obligatus; nam aliud eſt manumittere, aliud in manumiſſionem conſentire, aut eam non impedire. *Cagn. ad l. aliud eſt vendere 160. de R. J. & ad Rub. C. de pact. n. 35. Bened. de Capra reg. 59. n. 29.*

### ad L. Juſta cauſa. 9.

*SUMMARIA.*

*LIbertatio Domini ex periculo vitæ aut famæ an juſta manumiſſionis cauſa. n. 1.*
*Famam vitæ æqviparandam eſſe colligitur. 2.*
*An hæc æqviparatio in omnibus procedat. 3.*

1 JUſta cauſa manumiſſionis eſt, ſi ſervus Dominum ex periculo vitæ aut famæ liberavit: unde vulgò probare ſolent regulam, qvòd fama vitæ æqviparanda. *Freherus de fama l. 2. c. 10.* ſed qvàm ineptè interdum hoc allegatur vide *Carpz. p. 4. Jurispr. c. 10. d. 6. & Wiſſ. diſp. 17. vol. 2. num 6.* Nam hæc duo a pari non procedunt; nam cujus famæ, multo magis vitæ parcendum. *l. 38. §. 9. ff. ad L. Jul. de Adult.* honor læſus vindicari poteſt, non vita. Vid. *Barboſa locupl. l. 6. cap. 8. axiom. 4. in fin.* 2 3

### ad L. Si collectaneus. 13.

CÆtera plana: ſed ſolet hæc l. allegari in qvæſtione, an minor poſſit eſſe Procurator, de qvo *Hill. in Don. l. 18. c. 3. lit. T.* & notata ſupra ad *L. 51.* de Procuratoribus, & *ad l. 12. C. Eodem.*

### ad L. Apud Proconſulem. 17.

AD L. 17. vide notata *à Donello* & ibi *Hilligero. l. 13. c. 8. lit. II. & KK.*

## TITULUS III.

# De manumiſſionibus, qvæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur.

SUmma hujus brevis tituli eſt, qvod etiam Civitates poſſint manumittere ſervos ſuos, ſed per Curatores ſuos, licet privati id per Procuratorem facere neqveant.

TITU-

# Titulus IV.
# De manumiſſis Teſtamento.

## Ad L. 1. & 5.

*SUMMARIA.*

*IN directa libertatis datione ſub pluribus conditionibus attenditur conditio leviſſima. n. 1.*

*In fideicommiſſaria ſpectatur ſcriptura noviſſima. 2.*

1 PLuribus in locis teſtamenti vel codicilli relicta eſt libertas ſervo, & forte ſub diverſis conditionibus, & qværitur, qvæ conditio attendenda, vel qvis modus? & Reſpondetur leviſſimam conditionem eſſe attendendam, per qvam facile conſeqvi poteſt libertatem, *l. 1 §. pen. de leg. 1.* ſcilicet indirecta libertatis datione; niſi contraria
2 voluntas appareat. *l. 14. pr. de leg. 2.* Sed in fideicommiſſaria libertate noviſſima ſcriptura attendenda. *l. 90. ff. de Condit. & demonſtr. vid. Donell. lib. 8. c. 4. poſt lit. E.*

## ad L. ſi qvis. 2.

*SUMMARIA.*

*LIbertas in ſubſtitutione relicta debetur etiam ſi inſtitutus ſit heres. n. 1.*

*Extenditur hoc ad legata ad pias cauſas, licet inſtitutus iis nullo modo gravatus. 2.*

1 TItium inſtitui hæredem, & ſi hæres non erit, Stichum, ſervum meum inſtituo hæredem, & liberum pronuncio; licet Titius ſit hæres, competit tamen libertas Sticho, qvaſi utroqve
2 caſu & Gradu videatur relicta. Hoc Dd. extendunt ad piam cauſam, ut legata ad pias cauſas debeantur etiam à primo inſtituto, licet non gravato. *Tiraqu. in priv. pia cauſæ. 62. & qvos alleg. Menoch. conſil. 274. num. 52. & ſeq.* licet ipſe *num. 55. & conſ. 379. n. 39.* diſſentiat *vid. Hippolythus Rim. lib. 4. conſil. 358. num. 74. & n. 246. & ſeq. Mantica de conject. ult. vol. l. 8. t. 2. num. 17.* A libertate ad piam cauſam familiare eſt argumentum, & nodum in ſcirpo qværere videntur, qvia circa intellectum hujus legis (qvi tamen planus eſt) ſcrupulos movent.

## ad L. Si fructuarium. 6.

*SUMMARIUM.*

*LIbertas ſub conditione relicta ſervo, cujus uſus fructuarius heres erat, an exiſtente conditione debeatur.*

TEſtator proprietatem ſervi habens, cum qvi Uſum fructum ſervi habebat, inſtituit hæredem, & ſervo ſub conditione reliqvit libertatem. Hæres, qvia adiit hæreditatem, per confuſionem extinctus eſt uſusfructus, qvia hæres eſt Dominus; & ſi poſtea conditio datæ libertatis exiſtat, ſervo non poteſt exceptio doli opponi, qvia uſusfructus ſemel extinctus. *Caſtillo de uſufructu. c. 71. num. 11.* conſ. *l. 4. de uſufr. leg.*

## ad L. Si ita. 13.

*SUMMARIA.*

*RElictum ſub conditione ab alio implenda illo non implente, deficit relictum. n. 1.*

*Libertas ſub conditione à duobus ſervis implenda relicta an uno implente, ille liber fiat. 2.*

*Qvid in aliis conditionibus individuis. 3.*

UBi conditio, dependens à facto alterius, adjecta eſt acqviſitioni alicujus rei, & ideò implenda ante rem qvæſitam, ſi ab illo non impleatur, defectus conditionis facit deficere relictum ut ex *hac lege 13.* probant *Peregrinus de fideicom. art. 11. n. 86. Klock. vol. 2. conſ. 22. n. 32. Cephal. conſ. 252. num. 5. & 20.* Sed qværitur, 1
qvid ſi conditio duobus ſervis lata, ut illa impleta ad libertatem perveniant ambo, & unus impleat conditionem pro ſua parte, alter non, an ille conſeqvatur libertatem. Et diſtingvitur inter conditionem dividuam, qvæ ſcilicet in dando conſiſtit, qvo caſu affirmanda qvæſtio. Sed ſi duobus lata conditio rationum reddendarum, qvæ rationes ſeparari non poſſunt, unius mora impedit libertatem alterius *l. 13. §. 2. h. tit.* Sed 3
in aliis conditionibus individuis qvæ in faciendo conſiſtunt, v. gr. ſi inſulam ædificaverint, ſi ſi ſtatuam poſuerint, ex æqvitati alteri facienti ſuccurritur, per *l. 13. pr.* niſi aliud appareat ſenſiſſe teſtatorem.

## ad L. Libertas. 17.

*SUMMARIA.*

*COnditio negativa in libertatibus qvomodo intelligenda. n. 1.*

*Extenditur explicatio hujus rei ad relicta ad pias cauſas ſub conditione negativa. 2.*

*Si libertas poſt annos ſimpliciter relicta, qvot anni intelligantur. 3.*

EX §. 1. probant, qvod conditio negativa in libertatibus ita intelligenda, ut ſi cum primum poterit, non aſcenderit; nec igitur cautioni Mutianæ locus, nec manumiſſus poſtea aſcendendo libertatem emittit. Idqve in omni relicto piæ cauſæ ſub conditione negativa verum eſſe tradit *Tiraq. priv. pia cauſa. 58. Rota Romana noviſſ. deciſ. 677. part. 1. n. 13.*

Ex *§. ult.* apparet, ſi poſt annos juſſus ſis liber eſſe, ſufficiat biennium. *Ant. Faber. l. 6. conj. c. 12. in fine.* 3

## ad L. Servos legavit. 20.

*SUMMARIA.*

*SI ſervis, ſi promeruerint, libertas relicta, debetur, ſi aſſerens contrarium probare non poſſit. n. 1.*

*Demerita in dubio non præſumuntur. 2.*

*Negativam qvalitatis ab allegante probandam eſſe an recte ex* h. l. *colligatur. 3.*

1 SErvis, ſi premeruerint, libertas relicta eſt;
ſqværitur, cui probanda conditionis impletio
vel contrarium? Reſp. contrarium ſi qvis aſſe-
2 rat, illi eſſe hoc probnadum, qvia demerita non
præſumuntur, ſed merita. Unusqvisqve præ-
ſumitur juridice ſcil. bonus: & colligunt etiam,
3 negativam qvalitatis ab allegante eſſe proban-
dam. Contra qvam tamen ſententiam inſurgit
*Donell. 25. c. 2. lit. F.*

## ad L. Stichus. 21.

ADverbium Imo eſt particula correctiva, qvæ
præcedens corrigit. conf. *l. Imo. ff. de lib.
cauſa. c. innotuit. & ibi Panorm. n. 5. X. de Elect.
&c. accedens. X. ut lite non conteſt. Dn. Richter de
Adverb. lit. I. n. 8.*

## ad L. Uxorem. 29.

### SUMMARIA.

*POſthumus nomine patris proprio appellatus an
inde præſumatur patris mortui filius. n. 1.
Diſſentientes in hac re conciliantur. 2.*

1 EX hac L. notant poſthumum nomine patris
proprio appellatum præſumi filium patris
mortui. Idqve ceu ſingulare notant ex *hac l.
Petrus Gerhardi ſing. 75. num. 2. Alciatus lib. 4.
diſpunct. cap. 1. Alex. Raudens. in tr. de Anal. c. 30.
num. 59. Nevizanus conſ. 34. num. 39.* licet diſſen-
tiat *P. Barb. ad Rubr. ff. ſol. matr. p. 1. num. 14. &*
2 *Jaſon ab Alc. relatus.* In concordiam autem re-
ducuntur hæ opiniones, qvod illa de præſum-
ptione loqvatur, Barboſa verò de probatione
plena; non enim ſine cauſa in textu habentur
verba: *nomine patris vocitatus.*

## ad L. Stichus ſervus meus. 39.

### SUMMARIA.

*LIbertas ſervo relicta,* ſi heres eum alienaverit,
*inutilis eſt. n. 1.
Reſpondetur ad ea, qvæ in contrarium videntur. 2. 3.*

1 SI qvis ita legaverit libertatem Sticho; *cum
alienabitur ab hærede liber eſto*, fruſtra relin-
qvitur; qvia in id tempus confertur libertas,
qvo alienus erit. Sed huic opponitur, qvod
etiam alieno ſervo poſſit relinqvi hæreditas
*l. rogo tit. ſeq.* & qvod rei alienæ legatum vali-
2 dum. Caſtillo *de uſufr. c. 9. num. 31.* expedit
hanc difficultatem, qvod libertas ſervo alieno
relinqvi poſſit per modum damnationis, non
verò per modum vindicationis. conf. *Jacobus
de Nigris in rep. l. 1. § ſi qvis ita. de Verb. obl. n. 65.*
3 *vol. 6.* Eſt igitur veſtigium juris veteris. Sic
ergo non dubitarem, ſi qvis Eccleſiæ legarit
fundum, ſub ea conditione, ſi hæredes alienave-
rint, jure novo, ſublato hoc diſcrimine, valere id
legatum.

## ad L. Teſtamento. 51. §. 1.

### SUMMARIA.

*EX diſpoſitione teſtatoris damnum ſentiens deli-
qviſſe præſumitur. n. 1.
Civitas vel dominus miniſtrum ſuum ſine cauſa non
præſumitur deſtituere. 2.
Qvæ abdicatio per ſe cum injuria non eſt conjun-
cta. 3.
Subnectitur ſententia. 4.*

SPecies facti facilis: ubi teſtator pœnam infli- 1
xit vel ab adminiſtratione amovit, præſumi-
tur delictum. Unde videtur, Dominum vel 2
Civitatem officialem & miniſtrum ſuum ſine
cauſa non præſumi deſtituere; & ſic perpetui
miniſtri deſtitutionem videri gravare deſtitu-
tum, nec facile faciendam. Vid. *Sande l. 5. tit. 10.
def. 2. Gratianus t. 3. diſc. 590 n. 12.* Ex ipſa tamen 3
abdicatione per ſe non oritur injuria, Vid. *Dn.
Mev. p. 2. dec. 12.* niſi fiat ex cauſâ præſenti de-
licti. Subjicio ſententiam: Geben die Chur-
fürſtl. Brandenb. geheimten Räthe zum Be-
ſcheid/ daß Beklagter/ nachdem ihm der Stadt- 4
ſchreiber-Dienſt durch den Bürgermeiſter N.N.
auffgeſagt worden/ keine Urſache gehabt/ ſich ſol-
cher Verordnung zuwiderſetzen/ alldieweil die Loß-
kündigung nicht wegen einer/ Beklagten beyge-
meſſenen Beſchuldigung ſondern dahero/ daß das
ærarium Civitatis die erhöhete Beſoldung nicht
ertragen können/ und alſo ſalvo per omnia hono-
re & exiſtimatione des Beklagtē geſchehen/ dahe-
ro es auch poſt reſignationem ſich in des Stadt-
ſchreibers Dienſt weiter nicht eindringen kan ꝛc.

## ad L. Si qvis ſervo, 56.

### SUMMARIA.

*LIbertas ſervo & directè & per fideicommiſſum re-
licta inducit electionem in ſervo, an orcinus
an heredis libertus eſſe velit. n. 1.
Qvod extenditur ad eum, qvi vulgariter & per fidei-
commiſſum ſimul ſubſtitutus. 2.*

QVándo ſervo relinqvitur libertas & directo 1
& per fideicommiſſum, datur electio ſervo,
an defuncti orcinus, an hæredis libertus eſſe
velit. Ex qvo textu colligere ſolent, qvando 2
vulgaris & fideicommiſſaria ſubſtitutio con-
currunt, eodem ſcilicet tempore, qvod tunc
electio detur ſubſtitutio, qva ſubſtitutione uti
poſſit. Dd. plures refert, examinat, & declarat
*Menochius l. 4. præſumpt. 63. num. 6. & multis ſe-
qventibus.*

## ad L. Verum eſt. 58.

### SUMMARIA.

*LIbertas relicta ut & omne legatum pium per alie-
nationem voluntariam ademtum cenſetur.
n. 1. 3.
Redemtione facta reconvaleſcere præſumitur. 2. 4.*

QVando libertas relicta Pamphilo, isqve à vi- 1
vo teſtatore venditus, ademptum, videtur
legatum; ſed ſi redemit eundem, valebit lega- 2
tum, ex qvo duo colligunt (1.) Legatum pium 3
ademptum præſumi per alienationem volunta-
riam. *Menoch. l. 4. præſumt. 169. n. 17. Mantica de
conject. lib. 12. t. 16. num. 5. Maſcard. concl. 1287.
n. 102. Barry lib. 9. de Succeſſ. tit. 30. n. 3.* (2.) ſi 4
redemtus ſit ſervus, reconvaleſcit legatum, &
idem in omnibus legatis piis. vid. *l. 15. ff. de
adim. leg.*

### ad L. Titia. 59.

*SUMMARIA.*

*Libertas pediſſeqvis ſuis nominatim relicta debetur etiam illis, qvæ ante mortem relinqventis talis eſſe deſiit. n. 1.*

*Si ita in teſtamento cautum,* Titius, ſi rationes diligenter non reddiderit, liber non erit, *an hic data cenſeatur libertas. 2.*

*Particula NISI vis & effectus.*

1 Reliqverat Titia libertatem ſuis pediſſeqvis, ſed qvædam ante mortem pediſſeqva eſſe deſierat, & reſp. etiam eidem deberi legatam libertatem, tum qvia hoc favor libertatis ſvaſit, tum qvia earum nomina expreſſerat. *Wammeſ. conſ. 419. n. 5. vol. 1.*

2 In §. *fin.* Qvidam teſtamento ita cavit: *Oneſiphore, ſi rationes diligenter non reddideris, liber non eris*; non hic datur libertas, ſed adimitur. Nam his verbis adimitur potentia, ne poſſit ab hærede manumitti Oneſiphorus, niſi accuratè rationes reddiderit; ſed ſi rationes reddiderit, qvod tunc poſſit manumitti. Ergo libertas hic non relicta; ſed facultas manumitttendi in contrario caſu, ſi rationes diligenter reddiderit, conceditur hæredi. *Mantica de conject. ult. vol. l. 3. tit. 17. num. 8.* vid. *Covarr. de Matrimon. p. 2. cap. 4. §. 1. num. 12. in rep.* Vox ergo 3
Nisi ſubjecta negativæ non ponit contrarium actum. v. g. *non alienabo hoc prædium extra familiam*, non teneor his verbis in familia vendere. *Covarr. de matrim. part. 2. c. 4. §. 1. n. 8.* ubi *num. 18.* dicit, per hæc verba: *nullam habebo uxorem, niſi te*, non induci ſponſalia, nam negativa nihil infert, niſi aliqvid accedat extrinſecus. *Joh. Crotus in repet. l. 1. §. ſi ſtipulanti. n. 2. ff. de V. O.* Ex qvibus declaranda qvæ tradit *Dn. Rich-* 4
*ter in Adverb. in partit. Niſi.*

# Titulus V.
# De Fideicommiſſariis libertatibus.

### Ad L. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Libertas in teſtamento relicta ſaltim uno ex heredibus adeunte, debetur. n. 1.*

*Si nemo adeat addicitur ſervo hereditas. 2.*

1 Libertas in teſtamento relicta non debetur, niſi hæres adierit hæreditatem ſaltem unus, cæ-
2 teris latitantibus. Sed ſi nemo adierit poteſt unus ſervorum, qvibus legata libertas, hæreditatem capere, ſi creditoribus caverit de ſolido ſolvendo, idqve per Conſtitutionem Marci, de qvo alibi agitur pluribus.

### ad L. Ergo. 4.

*SUMMARIA.*

*Additur ſervo hereditas, licet abſtinens reſtitutionem petere poſſit. n. 1.*

*Reſtitutione hoc caſu facta libertas ſemel data non reſcinditur. 2.*

*Addictio hic fit, etiam invitis abſentibus & non citatis reliqvis. 3.*

*Citatio non neceſſaria, qvoties citando invito actus explicari poſſet, vel præſens actum impedire neqviret. 4.*

*Addictio prodeſt abſentibus. 5.*

*Qvid ſi poſt diem vel ſub conditione relicta libertas. 6.*

*Cautio idonea qva dicatur. 7.*

1 Addici poteſt, ut dixi, hæreditas liberto, cum certum erit, neminem fore hæredem, vel ſcriptum hæredem: ſi autem talis ſit hæres, qvi abſtinuit, qvi ob ætatem poſſet reſtitui, admittetur omnino ſervus, nec interim vacare debet hæreditas, nec ſervi libertas differri §. *1. h. l.* &
2 ſi is, qvi abſtinuerat, reſtituatur, non tamen reſcinditur libertas ſemel data §. *2. h. l.* Et
3 bona illa addici poſſunt etiam invitis & abſentibus ac non citatis cæteris per §. 3. unde pro- 4
bari ſolet, qvod ci[illegible]o regulariter non reqviratur, qvando actus invito eo, qvi citandus eſſet, explicari poteſt, vel ſi præſens actum impedire non poſſit. *Gail. 1. obſ. 13. num. 3. & lib. 2. obſ.*
*142. num. 2. & l. 1. de P. P. c. 5. num. 12.* conf. *Pro-* 5
*ceſſ. meus cap. 3. num. 24.* Abſentibus tamen pro- 6
derit addictio §. 4. Sed ſi poſt diem data liber-
tas aut ſub conditione, hæc expectanda § *5. &* 7
*ſeq.* Idonea autem cautio accipitur non tantum de ſatisdatione, qvæ fit per fidejuſſores, ſed etiam per obligationem pignorum, imò per qvamcunqve promiſſionem, qvâ alter contentus fuit. *Gail. 2. per §. 8. h. l. obſ. 47. n. 4. & de Arreſtis. c. 3. n. 4.* Cætera in hac lege plana & ab uſu remotiora.

### ad L. Decem legata. 6.

*SUMMARIA.*

*Pecunia ad liberandum ſervum relicta non venit in detractionem Falcidiæ. n. 1.*

*Diſpoſitio de toto legato præſtando inducit prohibitionem Falcidiæ tacitam. 2.*

Hæres non detrahit Falcidiam de pecunia ad 1
liberandum ſervum relicta, ſi aliàs non ſufficeret ad libertatem ſervo conferendam. Hic notabilem dicunt eſſe Gloſſam ac ſingularem, ſi teſtator juſſit, ut legatum totum præſtaretur, tunc prohibitionem Trebellianicæ vel falcidiæ eſſe ta- 2
citam ac validam. Qvam Gloſſam poſt alios notabilem dicit *Cephalus lib. 4. conſ. 471. n. 33. & conſ. 513. n. 36.* confer *notata ad Auth. Sed cum Teſtator. C. ad. l. Falc.*

### ad L. Cum fidei. 9.

*SUMMARIA.*

*Prohibitio alienationis non continet neceſſariam. n. 1.*

*Si res extraneo vendita ab eodem iterum vendatur, jus retractus non locum habet. 2.*

*In datione in ſolutum retractus proximitatis locum non habet. 3.*

1 SUb prohibitione alienationis non venit ne-
ceſſaria. Colligunt etiam ex *h. L.* qvod ſi res
2 extraneo ſit vendita, & hoc iterum vendente jus
retractûs non habeat locum. Vide qvos refert
*Dn. Riebt. conſ. 24. num. 46.* Sed maxime proba-
3 tur ex *h L.* qvod in datione in ſolutum retractus
proximitatis locum non habeat. *Tiraqv. de
Retr. p. 1. §. 1. gl. 14. num. 5. Pruckman. vol. 1. conſ. 4.
n 34.*

## ad L. Imperator. 12.

SErvus alienari vetitus, ſi bona fiſco acqviran-
tur, ſervus libertatem conſeqvetur: ſic ergo
qvi alienare prohibetur, etiam delinqvendo
alienare neqvit.

## ad L. Lucius. 14.

*QVomodo intelligendum ſi qvid in hæredis arbitrium confertur. n. 1.*

*An qvod in hæredis arbitrium collatum in boni viri arbitrium collatum cenſeatur. 2.*

*An Notarius in inſtrumento novum ac vetus nomen imo & & cognomen ponere debeat. 3.*

1 QVando libertas vel aliud qvid in hæredis ar-
bitrium confertur, intelligitur hoc ſi hæres
fit; nam ſi hæres non ſit, arbitrium ejus legata-
rio non obeſt. Species legis plana: ſed qvod *Bart.*
2 infert, qvod arbitrium hæredi collatum videa-
tur in boni viri arbitrium collatum, incertum eſt.
3 Incertum etiam eſt, qvod hinc colligunt Dd.
qvod Notarius in inſtrumento novum ac vetus
nomen, imò & cognomen contrahentium pone-
nere debeat, de qvo *Cagnolus in proœmio Pand.
n. 182. & ſeq.*

## ad L. Generaliter. 24. §. 11.

*SUMMARIA.*

*TEſtamentum in qvo poſthumus præteritus qvatenus valeat. n. 1.*

*Teſtamentum, agnatione poſthumi ruptum, an ſuſtineatur virtute clauſula codicillaris. 2. 3. 4.*

*Legatarius ſervum manumittere rogatus, legato agnito, an ſi ſervi pretium legatum ſuperet manumittere teneatur. 5.*

1 TEſtamentum in qvo poſthumus præteritus
non valet, niſi qvid à legitimo qvoqve hæ-
2 rede relictum. Qvando teſtamentum agnitione
poſthumi ruptum eſt, neqve directa, neqve fidei-
commiſſaria debetur libertas; niſi addita clau-
ſula codicillaris, ut legitimi etiam hæredes te-
neantur præſtare libertatem. *Gail. 2. obſ. 114.*
3 *num 1. & 2.* Hinc ex *hoc* §. probatur qvando-
cunqve à legitimo hærede qvid relictum, tunc
valere teſtamentum. Atqvi per clauſulam co-
dicillarem fit, ut à legitimo hærede qvid reli-
ctum videatur, Ergò valet tale teſtamentum,
cui dicta clauſula inſerta; licet poſthumi, Imò
licet liberi præteriti. *Jaſon in Auth. ex cauſa.
num. 23. C. de liber. præter. Gomez. l. 2. reſol. c. 5.
num. 24.* qvam ſententiam receptiſſimam eſſe tra-
dit *Barry lib. 10. tit. 16. n. 10. Zepperus de clauſula
codicillari c. 4. n. 19. Petr. Peck. de Teſtam. Conjug.*
licet diſſentiat *Carpz. p. 3. c. 9. def. 12.* Nam aliud 4
eſt dicere dementem fuiſſe patrem, aliud verò
hoc colore introductam eſſe qverelam. Color
eſt, non rei veritas. Sed ſecundum Carpzo-
vium, præſertim in loco, ubi jus Saxonicum vi-
get, reſponſum eſſe memini. Qvando legata- 5
rius ſuum hæredem manumittere rogatus, ſi
agnovit legatum, tenetur manumittere, licet ſer-
vi pretium legatum ſuperet. Secùs ſi ſervus alie-
nus *Dn. Struv. h. t. th. 47. Wiſſ. th. 15. Franc. de
Salgado in Labyr. p. 2. c. 4. n. 48.*

## ad L. Cum verò 26. §. 1.

*SUMMARIA.*

*SI heres interpellatus moram fecerit in manumittenda ancilla partus ſtatim ingenuus habetur, ſecus ſi non interpellatus. n. 1. 3.*

*Accommodatio hujus rei ad alios caſus remiſſivè. 2.*

QVando hæres non interpellatus moram fe- 1
cit in manumittenda ancilla, tunc partus
manumittendus; ſed ſi interpellatus non manu-
mittat, ex mora in perſonam ſtatim naſcuntur ex
ancilla ingenui liberi. Hunc textum ad mul- 2
tos caſus, præſertim, ubi te libertate vel pia cau-
ſa agitur, accommodari poſſe, notat *Cujac. l. 9.
ad l. diem functo n. 205.* ubi agit de Officiali,
moras nectente in ſuſcipiendo itinere. Sic igi- 3
tur partus ingenuus ob moram, mater verò non
eſt libera ante ſententiam. vid. *Hill. in Donell.
lib. 2. c. 12. lit E.*

## ad L. Invitus. 34. pr.

*SUMMARIA.*

*MAnumittendus invitus ab alio manumitti non debet, qvam in teſtamento diſpoſitum. n. 1.*

*Principem Civitatem invitam alienare non poſſe, colligitur. 2.*

INvitus is, cui fideicommiſſo libertas relicta 1
eſt, non eſt tradendus alteri, ut ab eo manumit-
tatur. Unde colligunt cum Gloſſa celebri hu-
jus legis, Principem non poſſe Civitatem in-
vitam alienare. Vid. *Ant. Fabr. lib. 1. commun.
concluſ. tit. de Jure quæſit. non tolled. concl. 8. Rimi-
nald. conſil. 601. n. 22. & ſeq. Nevizanus inter con-
ſilia Bruni conſil. 12. per totum,* qvi omnium uber-
rimè hanc materiam tractat conf. etiam *Jac. Pu-
teus p. 1. dec. 39. n. 3.*

## ad L. Inteſtamento. 38.

*SUMMARIA.*

*SI ab inteſtato libertas relicta cum fideicommiſſo qvodam, an liberis relinqventis utrumq; præſtandum. n. 1.*

*Ex teſtamento imperfecto ſi liberi ab inteſtato ſuccedentes voluntatem defuncti in uno impleverunt, & in altero implere teneri colligitur. 2.*

Ex

*Ex amore legatarii licito intenſo an præſumatur clauſula codicillaris. 3.*

*Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis qvoad libertatem & pias cauſas an à liberis obſervandum. 4. 5.*

1 PAter voluit, ut ancilla manumitteretur, & hoc
non in teſtamento, ſed ab inteſtato; & qværitur, an liberi debeant eam manumittere & fideicommiſſa præſtare, & ſi manumiſerint, an etiam hæc præſtanda? Aff. utrumqve: nam licet teſtari voluerit, & fortè non teſtatus ſit, valet tamen voluntas imperfecta (1.) favore libertatis (2.) ratione ſingularis affectionis honeſtæ erga legatariam. Et ſic non obſtat *l. 11. C. de Teſtament.*
2 *manumiſſ.* Colligunt nonnulli, qvando teſtamentum imperfectum, & liberi ab inteſtato ſuccedentes impleverunt voluntatem defuncti in uno, qvod ejusdem voluntatem in altero implere debeant. *Rittersh. de diff. Jur. Civ. & Can. l. 4. c.*
3 *10.* Colligunt alii ex amore legatarii licito, intenſo & affectione vehementi præſumi clauſulam codicillarem. *Tiraqv. in L. Si unqvam. verbo: Libertis num. 104. Mantic. lib. 1. de conject. ult. volunt. t. 9. num. 8. Carpz. p. 2. deciſ. 155. n. 8. & qvos refert Zipperus de Codicill. c. 4. num. 147.* ut in teſtamentis inter liberos, ad pias cauſas, & in militari *Carpz.*
4 *d. l.* Collige teſtamentum imperfectum ratione voluntatis qvoad libertatem, & qvæ huic æqviparantur, cauſas pias, obſervandum eſſe à liberis. *Tiraq. priv. pia cauſa.* nam ſi de imperfectione ratione ſolennitatis hic tantum, & non voluntatis
5 ageretur, de caſu indubitabili reſponderetur. Deinde loqvi legem de neceſſitate, non de honeſtate, ex verbo DEBENDI colligitur. Ergò ſcriptura continens piam cauſam, licet voluerit defunctus eam in teſtamento complecti, ſed non potuerit, tamen probat legatum pium. conf. *Wammeſium. v l. 1. conſ. 380. n. fin.* nec de legatis piis ex Jure Civili, ſed æqvitate Juris Canonici judicandum. *Carpz. p 3. c. 4. def. 33.* conferantur Dd. qvos magno numero refert ac ſeqvitur *Menoch. lib. 3. conſ. 224. num. 24. & per totum.*

## ad L. Thais ancilla. 41.

*SUMMARIA.*

*QVæ ad placitum hæredis diſpoſita, non relicta cenſentur præciſe hæredis, ſed boni viri arbitrio. n. 1.*

*Libertas legata, ſi legatarius intra certum tempus rationes reddiderit, non debetur, ſi elapſo termino offerantur. 2.*

*Purgatio moræ admittitur ad exceptionem qværenrendam, non actionem. 3.*

*Adducitur caſus juxta hunc textum deciſus ex* Berlich. 4.

*Qvod intra certum terminum fieri debet, eo elapſo, non admittitur. 5.*

*Cur hoc caſu purgatio moræ non admittatur. 6.*

*Recenſentur caſus qvidam, in qvibus poſt terminum probatorium elapſum auditur probare volens. 7.*

EX §. 4. hujus legis notetur, qvando ad placitum hæredis qvid diſponitur, non abſolute 1
heredis, ſed boni viri arbitrium & placitum intelligendum eſſe. *Beneven. Stracha tit. Mandati n. 34. Menoch l. 1. A. Qvæſt. 8. n. 8.*

Ex §. *intra 12.* notandum, qvando Pamphi- 2
lo libertas legata, ſi intra certum tempus rationes reddiderit, ſed is lapſo termino offerat rationes, qværitur an admittendus? videtur qvòd
ſic, qvia res videtur integra; Sed negatur, 3
qvia purgatio moræ admittitur ad exceptionem qværendam, non verò actionem. Unde caſum deciſum refert *Berlich. p. 1. dec. 154.* Ubi
inter creditorem & debitorem convenerat, qvo 4
denunciatio fieret dimidio anno ante terminum in nundinis paſchalibus vel Michaëlis. Denunciaverat autem debitor die 24. Octobr. poſt nundinas autumnales: audiendum non eſſe debitorem, reſponſum memorat *Berlich. d. l.*
qvod enim intra certum terminum fieri debet, 5
eo elapſo non admittitur. *Tiraq. de Retr. convent. §. 1. gl. 2. num. 45. Mod. Piſt. p. 2. conſ. 44. num. 5. Berlich. p. 2. d. 213. num. 2.* licet in continenti id fiat. *Jaſon in l. ita demum 13. num. 4. C. de Procur.* ſed ea materia, an & qvando purgari mo-
ra poſſit, alterius loci eſt. Sed hic propter- 6
ea dicunt purgationem moræ non admitti, qvia obligatio incipit a conditione præcedente. Vid. *Jac. de Nigris in repet. l. ſi inſulam* (6. vol.) *num. 323.* Et qvos ibi refert. Multos autem caſus refert
*Berlich. p. 1. concl. 40.* in qvibus poſt terminum 7
probatorium elapſum auditur probare volens, imò etiam poſt publicata atteſtata, inter qvos præcipuè hi ſunt, ſi judex feſtinaſſet nimis; ſi contra teſtes qvid velit probare; ſi per ocularem demonſtrationem qvid probare velit: item minor; item ſi ſententia non poſſit tranſire in rem judicatam, in matrimonialibus: item ſi exhibeantur articuli ad priorum declarationem &c. Vid. *Carpz. in Proc. tit. 13. art. 1. n. 172. & ſeqq.* & qvæ propoſui in *Proc. Civili cap. 18. n. 15.*

## ad L. Fideicommiſſa. 46.

*SUMMARIA.*

*LIbertatis datio collata in liberam voluntatem hæredis valet. n. 1.*

*Secus in aliis legatis. 2.*

SI teſtator libertatem ſervi in liberam volunta- 1
tem hæredis contulit, valet libertatis datio, favore piæ cauſæ; qvod facit, ut viri boni arbitrium videatur electum. *Covarr. in cap. cùm tibi 13. num. 15.*
*X. de teſtam.* Sed aliud in aliis legatis, aliud in 2
libertate relicta directa *p. §. 3. h. l. Vasqvius de Succeſſ. progreſſu §. 27. n. 16. & qvos refert Hilliger ad Don. l. 8. c. 15. lit. K.*

### ad L. Ult.

*SUMMARIUM.*

*Conditio adjecta in reſtitutione an cenſeatur repetita in ſubſtitutione.*

POſthumi heredes inſtituti & mancipiis relicta libertas, cum liberi ad pubertatem pervenerint, poſtea in caſu non natorum liberorum ſubſtituti alii, & legata libertas repetita, ut & in codicillis; qværitur an conditio initio propoſita, ſi liberi ad pubertatem pervenerint, videatur, repetita in ſubſtitutione & codicillis? qvod negatur, qvia regulariter non præſumitur repetita, per tradita, *Menochii lib. 4. præſumpt. 176. & ſ.* qvia conditio, ſi ad pubertatem pervenerint, ad perſonam pupilli reſtricta & cum hac conditione conjuncta, ſi heredes erunt *Menoch. l. 4. præſumpt. 43. n. 16.* vide *not. ad l. 73. de hered. inſtit.* Præcipuè iſta conditio non videtur repetita, qvæ inutile facit teſtamentum ſeu legatum. *l. 113. §. 4. de Leg. 1. Mantica de conject. l. 5. tit. 6. num. 7.*

# TITULUS VII.
# De ſtatu liberis.

### Ad L. 1.

STatu liberi qvi ſint, hic explicatur, qvod per ſe planum eſt.

### ad L. Statu liberos. 3. §. 14.

*SUMMARIUM.*

*PEcunia in terminos debita, an ante terminum ſolvi poſſit. n. 1. 2. 3.*

EX hac prolixa apud nos ferè obſoleta lege
1 excerpimus tantum *§. 14.* ubi dicitur, qvod
ſtatu liber offerendo pecuniam per terminos
ſolvendam ante terminos elapſos, & ita ante
diem libetetur. Ex qvo qvid ſpeciale eſſe in
ſtatu liberis concludit contra Dd. Cujac. qvod
2 debitor ante diem ſolvere invito creditori regulariter non poſſit. Sed contrarium concludunt Dd. communiter, ut teſtatur *Donell. l. 16. cap. 11. & qvos refert Hill. d. l. lit. B.* Et ad hunc
3 §. reſpondetur, qvod hic compenſatio inter uſurii cum operis ſervi fiat *Hill. d. l. lit. C.* ſed poſſunt contingere caſus, in qvibus anticipata ſolutio creditori poteſt eſſe noxia. Vid. *Dn. Richter p. 2. dec. 73.* & nos alibi.

### ad L. Cum hæres. 4. §. 5.

*SUMMARIA.*

*NOn deſinunt nobis ſervire, qvi ſervire cupientes propter adverſam valetudinem impediuntur. n. 1.*

*Ægrotis famulis an merces debeatur. 2.*

*Conciliatur* h. §. cum §. 2. h. *legis n. 3.*

1 NOtentur tantùm ex *hoc* §. verba finalia, illos
etiam nobis ſervire videri, qvos curamus
ægros, qvi cupientes ſervire propter adverſam
valetudinem impediuntur. Ex qvo probabilis
2 & æqva deducitur ſententia, qvòd ægris famulis etiam debeatur merces; & qvod paterfamiliâs ſuccurrere debeat ægrotantibus famulis qvod qvidem charitati tribuit cum aliis *Dn. Lauterbach. ad tit. de Locat. §. 2. t. 23.* Vid. *not. ad l.*
3 *15. §. 6. d. Locat.* conciliatur *hic* §. cum §. 2. hujus legis, qvod §. 2. loqvatur de impedimento, ex parte Domini; §. 5. ex parte ſervi, per *Gloſſam hic,* qvam extollit *Cephal. conſ. 1436. n. 102.* Ex §. 6. & 7. collige, favore libertatis admittendam eſſe particularem ſolutionem. *Mev. p. 3. dec. 236.*

### ad L. Statu. 5.

*SUMMARIA.*

*SErvus liber eſſe juſſus,* ſi rationes reddiderit, *liqvidum ſolvens, ſuper illiqvido cautione præſtita conditioni paruiſſe cenſetur. n. 1.*

*Liqvidum propter illiqvidum non debet retardari. 2.*

*Qvod variis exemplum declaratum vide in n. 3. & ſeq.*

*Cautio ratione illiqvidi præſtanda ſi à duobus offeratur præferturis, qvi reale & liqvidius jus habet.*

*Reſponſum pro hac re habetur. 9.*

*Conſvetudo qvadam Friſica ex* h. l. *defenditur. 10.*

*Limitatio adjicitur. 11.*

SI ſervus liber eſſe juſſus, *ſi rationes reddiderit* 1
reliqvum liqvidum ſolvit, de eo verò, qvod
adhuc obſcurum & illiqvidum eſt, ſatisdat, videtur conditioni paruiſſe. Nam liqvidum pro- 2
pter illiqvidum non debet retardari. Dd. refert
*Barb. locupl. l. 10. c. 21. axiom. l. 2.* ſic poteſt debi- 3
tor ſe ad liqvidum offerre, & ſuper illiqvido cavere *Reiger in verbo. Executio. n. 76. Dn. Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 72.* Unde con- 4
cludunt, qvod ſi conſangvineus uſurus jure retractus, verum pretium, qvo fundus extraneo venditus eſt, ignorat, eo caſu particularis depoſitio ſufficit, additâ poteſtate & obligatione, qvod reliqvum, ubi de pretio certior factus fuerit, ſolvere ſit paratus. *Gail. 2. obſ. 19. n. 17. P. Barb. in l. divortio. §. fin. n. 31. ſeq. ff. ſolut. matr. Cæpoll. Cautela. 27.* Sic ſi melioramenta 5
illiqvida, reſtitutio injungi poteſt, præſtitâ cautione. *Schonerus lib. 1. diſp. feud. 11. th. 46. Berlich. p. 2. concl. 32. n. 15. Moll. lib. 2. conſt. Sax. 25. n. 7.* qvamvis autem obſiſtat *Tiraqv. de Retr. convent. §. 7. gl. 1. num. 13.* videntur tamen hæ opiniones conciliari poſſe, utrùm periculum in morâ, an non; utrum brevi liqvida fieri poſſint, annon.
Sic ubi jus, ob qva retentio competit, illiqvi- 6
dum, cautio præſtatur & retentio ceſſat. *Dn. Mev. p. 4. dec. 53.* Et actio tutelæ, nec non red-
ditio rationum tutoris ob reputationes illiqvi- 7
das non debet differri, ſed hæ potius contrario judicio reſervandæ, *Dn. Mev. p. 5. dec. 133.* deſuper præſtitâ cautione. *Dn. Mev. d. p. 5. d. 134.*

Si

Digitized by Google

8 Si ſucceſſores mariti vel creditores liqvidam dotem ſolvere viduæ ſunt parati, vidua autem jus retentionis opponat, tota autem dos non ſit liqvida, ſed pars; poteſt liqvidum offerri, & de nondum liqvido, ſi modò ſtatim liqvidum fieri non poſſit; cautio præſtari *Dn. Mev. p. 4. dec. 263.*

9 Sed interdum fit, ut utraqve pars cautionem offerat v. gr. Comes Imperii fuit immiſſus in prædium, & aliqvot annis poſſedit; ſed aliqvod damnum dedit per culpam prædio, poſtea ex aliqvâ cauſâ feqveſtratur à Domino ſuperiori. Dn. Comes offerebat cautionem & relaxationem ſeqveſtrationis petebat; cautionem etiam offerebat Dominus prædii; Et hunc præferendum eſſe decrevimus menſe Oct. anno 1668 nam periculoſa adminiſtratio, & incertum, annon totum debitum conſecutus fuerit creditor. Et admittendus utiqve qvi reale & liqvidius Jus habet. vid. *Grevæus concl. pract. 148. conſil. 1. n. 6.*

10 Sic ex *hac L.* poteſt defendi Friſica conſvetudo, ſi conductor prætendat meliorationes, eæqve ſint illiqvidæ, qvod poſſit conductor compelli ad tradendam rem locatam præſtitâ cautione de ſolvendis meliorationibus, *Sande l. 3. t. 6. def. 5.* & hæc ſententia paſſim etiam à Doctoribus recepta. *Neguz. de Pign. memb. 4. part. 5. princ. num. 11. Schrader. de feud. p. 2. part. 19. princ. ſect. 2. num. 31. Roſenth. de feud. cap. 10. concl. 43. n. 220. Fachin. l. 7. c. 91.* Niſi expenſæ adjudicatæ 11
hoc modo, reſtituendam eſſe domum vel feudum, reſtitutis tamen PRIUS expenſis vel meliorationibus, qvo caſu cautio non admittitur. Nam qvando lex vel ſententia pro non liqvidis expenſis concedit retentionem, diſpoſitio hujus legis locum non habet. *P. Barb. ad L. Divortio. §. fin. num. 33. ff. ſol. matrim. Hartm. Piſt. p. 2. l. 2. qv. 42. num. 33.* & juxta illam ſententiam reſp. in Facult. menſe Julio anno 1660. Sic ſi Jus vi- 12
duæ vel ſororis uti volentis Jure retentionis, illiqvidum, hoc tollit cautio, *Dn. Mevius p. 2. deciſ. 15. & dec. 214. Carpz. l. 4. reſp. 20.* ſi tamen debitum eſt veroſimile, aut iis documentis innixum, qvæ nudâ negatione aut altioris indaginis exceptione non tolluntur, interea pro liqvido habetur debitum, & interea manet Jus retentionis, nec præſtitâ aut oblata cautione cedere tenetur. *Dn. Mev. p. 3. d. 369.* Sic pendente reſti- 13
tutione in integrum provideri debet per cautionem in caſum ſuccumbentiæ. *Dn. Mev. p. 2. dec. 298. num. 4.*

# TITULUS VIII.

# Qvi ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt.

## Ad L. Si Servus. 1.

SI ſervus venditus, ut intra certum tempus manumittatur, & venditor ac emptor ſine hærede deceſſerint, competit libertas ſervo, licet venditor mutaverit voluntatem. Unde colligunt, donationem mortis cauſa à donatore revocatam, non tamen ceſſare, ſi donator nullum reliqverit hæredem. *Covarr. part. 3. Rubr. de Teſtam. num. 35. Hippol. de Marſil. ſingul. 63.*

## ad L. Imperator. 7.

EX *h. l.* colligunt Jus manum injiciendi alii cedi poſſe. *Tim. de retr. conſang. §. 26. gl. 3. num. 24.*

# TITULUS IX.

# Qvi & à qvibus manumiſſi liberi non fiunt, & ad L. Æliam Sentiam.

## Ad L. Si optio. 3.

*SUMMARIA.*

*HEres manumittendo Jus optionis legatario conceſſum deminuere non poteſt. n. 1.*

*An tempore Pandectarum legatum conditionale fuiſſe rectè ex h. l. colligatur. 2.*

SI electio legatario data non poteſt hæres manumittendo Jus optionis deminuere, qvia omnes qvodammodo ſub conditione legati eſſe videntur; ex qva lege qvidam probare volunt, tempore Pandectarum legatum fuiſſe conditionale, & omnia corpora, ex qvibus qvid eligendum, eſſe in legato. Sed neutrum probatur, qvia duplex nota improprietatis in textu habetur (QVODAMMODO & VIDETUR) *Caballinus de div. & indiv. p. 2. n. 109. & ſeq.*

## ad L. Proſpexit. 12. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Rigor juris qvando æqvitati præferendus.*

ÆQvitatis qvidem præcipuè habenda eſt ratio *l. 8. C. de Judic.* ſcil. ſi veriſimile ſit hoc legem velle. Secus ſi apertè Lex contrarium velit, (ubi tamen non ſola generalitas verborum, ſed diſertiſſimè teſtata voluntas reqviritur) ubi valet, qvod hic habetur: Lex qvidem dura eſt, ſed ita eſt ſcripta. Non enim omnium legum rationes nobis notæ eſſe poſſunt. *Don. l. 1. c. 13.* Et ideò dicunt rigorem ſcriptum præfe-

rendum eſſe æqvitati. *Barb. in l. 1. part. 1. n. 88. ff. ſolut. matrim. Tiraq. in præfat. tract. de retract. n. 76. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 82. n. 15. & Gail. 2. obſ. 33. n. 8.* Duritiem hujus Legis mitigavit Imperator in *l. 32. C. de Adult. Wiſſenb. tb. 21. & Cothman. ad lib. 1. Cod. tit. de Legibus n. 178.*

### ad L. Si ſervo, 20.

*SUMMARIA.*

*Manumiſſio à non Domino facta non confirmatur per ſubvenientiam dominii. n. 1.*

*An hoc caſu manumiſſus à manumiſſore in ſervitutem vindicari poſſit. 2.*

1 PEr ſubvenientiam dominii non confirmatur manumiſſio, aliâs nulla, ſc. qvoad effectum conſeqvendi veram libertatem; ſed ſi manumiſ-
2 ſor eum velit vindicare in ſervitutem, poterit manumiſſus eum repellere exceptione ex *L. Filium. 31. ff. de liberali cauſa. P. Barb. in l. 1. ff. ſolut. matrim. part. 5. num. 32.* & in *L. Lucius Titius. num. 23. Pin. ad l. 1. part. 3. num. 83. C. de bon. matern.*

### ad L. Matrimonii cauſa. 21.

*SUMMARIA.*

*Manumiſſa matrimonii cauſa nubens manumiſſori poſt interpoſitas nuptias cum alio qvatenus non libera fieri dicatur. n. 1.*

*Liberi illegitimè nati an per ſubſeqvens matrimonium ſi nuptiæ fuerint intermediæ, legitimentur. 2.*

1 SI qvis matrimonii cauſa manumiſerit ancillam, ſed eam non ducat, ſed alius, eo vero mortuo ducat manumiſſor, non fiet libera, qvod intelligo ex prima manumiſſione, ut interim partus ſit ingenuus. Dura hæc lex eſt, qvod appellatione nuptiarum veniant tantum primæ, non obſtante favore libertatis. Unde forte colligi poſſet, liberos illegitime genitos non legitimari per ſubſeqvens matrimonium, ſi nuptiæ fuerint intermediæ. vid. *Tiraq. in L. Boves. §. hoc*
*ſermone. limit. 3. n. 18. ff. de V. ſign.* Sed non pu- 2
tarem eam duram legem trahendam eſſe ad conſeqventiam, qvæ potiſſimum ex æqvitate Juris Canonici dependet.

### ad L. In fraudem. 25.

*SUMMARIUM.*

*Libertates datæ in teſtamento in fraudem creditorum an prioribus creditoribus dimiſſis propter novos revocandæ.*

IN fraudem creditorum in teſtamento datæ libertates prioribus creditoribus dimiſſis propter novos creditores irritæ ſunt; ſcil. ſi omnes fuerint creditores tempore manumiſſionis fraudulendæ ne obſtet. *l. 15. qvæ in fraud. credit. v. Zaſ. tom. 5. pag. 79. num. 2. Nicol. de Paſſer. in concil. Legum. p. 535.*

### ad L. Heres ſervum, 28.

*SUMMARIA.*

*HÆres ſervum proprium, qvem teſtator legaverat alienando nihil agit. n. 1.*

*Reſpondetur* ad L. 112. §. 1. de leg. *1. 2.*

HÆres proprium ſervum à teſtatore legatum 1
alienando nihil agit. Sed obſtat *l. 112. §. 1.*
*de leg. 1.* Reſp. nihil agit, non qvoad effectum li- 2
bertatis datæ, qvæ rata eſt; ſed liberationis, qvia tenetur adhuc legatario ad æſtimationem manumiſſi. *d. §. 1. Donell. l. 2. c. 13. lit. E. & ibi Hilliger.*

## TITULUS X.

## De Jure Aureorum Annulorum.

### Ad L. Pen. & Ult.

*SUMMARIA.*

*Juris aureorum annulorum effectus. n. 1.*

*Hoc jus hodiè omnibus manumiſſis communicatum. 2.*

*Effectus beneficii reſtitutionis natalium. 3.*

1 LIbertini, qvi Jus aureorum annulorum impetraverunt, erant ingenui, imagine ſcilicet & ad vitam; reipſa verò Libertini, qvia juri patronatus non derogabatur. *Weſ. in ff. h. t. P. Gre-*
*gor. l. 14. c. 9.* Hodiè hoc Jus omnes manumiſſi ha- 2
bent. *Nov. 78. c. 1. & 2.* Sed plenius erat bene- 3
ficium reſtitutionis natalium, qvo plenam conſeqvebatur manumiſſus ingenuitatem, & ita facilè non audito Patrono non tribuebatur. *l. 2. tit. ſeq.*

## TITULUS XI.

## De natalibus reſtituendis.

### Ad L. Interdum. 2.

*SUMMARIA.*

*Petitio reſtitutionis natalium fieri debet conſentiente Patrono. n. 1.*

*Filium naturalem per ſe ipſum legitimationem à Principe petere poſſe colligitur. 2.*

*Natalium reſtitutio an à Principe fieri poſſit non conſentiente Patrono. 3.*

LIbertinus poteſt natalium reſtitutionem 1
petere, conſenſu tamen Patroni accedente. Unde concludunt Dd. poſſe filium na-
turalem per ſe ipſum petere legitimationem à 2
principe, licet id videatur ſoli parenti tribui in *Nov. 89. cap. 9.* qvia non eſt novum, unam legem per aliam ſuppleri; & ſufficit, ſi ex poſt-

facto

Digitized by Google

facto conſenſus parentis ſeqvatur. *Fr. de Clapperiis p. 2. deciſ. cauſ. 7. q. 1.* idem in avo, ſi in ejus poteſtatem recaſurus. *Fr. de Clapperiis d. l.*
3 Sed tamen non tantum conſentiente Patrono, ſed eo etiam non conſentiente poteſt libertus natalibus reſtitui, i. e. illi ſtatui, qvo omnes naſcimur; qvod ex hac lege probatur: qvia non facilè fieri ſolet non conſenitente Patrono; ergo interdum fieri poteſt, qvia Jus illud, qvod vivente adhuc liberto habebat, erat tantum in ſpe, qvod a Principe tolli poteſt, præſertim ſi cauſa adſit. vid. *Petrus Ant. de Petra de poteſt. Principis c. 30. n. 16. & ſeq.*

# Titulus XII.
# De liberali causâ.

## Ad L. 1. & L. Amplius. 3.

*SUMMARIA.*

*Pater poteſt filium in ſervitute exiſtentem in libertatem vindicare, & è diverſo. n. 1.*
*Qvod extenditur ad uxores & ſorores. 2.*
*Qvæ hic colligat Caſtillo. 3.*
*Uxor pro libertate mariti maritum defendere poteſt. 4.*

1 SI filius in ſervitute ſit, poteſt pater eum in libertatem vindicare, etiam nolentem; qvia non modica injuria eſt patri, habere fi-
2 lium in ſervitute, & è diverſo; qvod etiam uxo-
3 ri & ſorori permittitur. Unde probat Caſtillo de *Uſufr. c. 40. num. 29.* argumentando à morte civili ad naturalem, qvod filii in accuſatione & vindicatione mortis patris non ſint poſtponendi uxori; ſed una cum uxore admittantur,
4 nec tranſactio uxoris repellat filios. Ex *l. 3.* probat *Gail. lib. 1. obſ. 133. n. 8.* qvod uxor poſſit ſe interponere pro marito & eum defendere, ut libertati reſtituatur & à carcere liberetur; & teſtatur de praxi Cameræ, qvod uxoribus talibus caſibus mandata cum vel ſine clauſula dentur.

## ad L. Liberis. 7.

*SUMMARIA.*

*Qvibus caſibus ad libertatem proclamare licet. n. 1. & ſeqq.*
*Diſpoſitionis in §. 3.* h. l. *rationes varia ſuppeditantur. 4. 5.*
*Qvis actoris patres in hoc judicio ſuſtineat, & coram qvo judice, agendum, inqviritur. 6. 7.*

1 QVi ſe venundari paſſi ſunt, poſſunt ab libertatem proclamare, niſi de pretio participa-
2 rint, qvod extenditur § 1. Si minor 20. annis ſit, licet de pretio participarit. Extenditur etiam
3 in §. 2. ſi emptor ſciens emerit; nam tunc venditus indiſtinctè in libertatem proclamare poteſt. In §. 3. habetur mirus caſus: qvod ſi duo
4 emerint, alter ignorans conditionis, alter ſciens, tunc ignorantia unius ſcienti prodeſt; cui videtur obſtare *l. 5. ff de juris & fact. ignor.* Illius ra-
5 tiones tres adferuntur, qvia 1. venditio pro parte valere neqvit, iniqvum 2. eſſet, ut ignorans parte ſua privetur. 3. inconveniens, ut emptor ignorans plus habeat ſua parte; addo qvartam, qvia inconveniens, ut emptor ignorans, ſi pro ejus parte tantum ſubſiſteret emptio, in communionem cum alio incidat &c. Vid. *Marianus Socinus in rep. l. 4. §. Cato de V. Obl. n. 146. vol. 6. Joh. Hannibal. in rep. legis Naturaliter num. 127. ff. de Uſucap. vol. 5.*

In §. final. Agitur de ordinatione hujus 6
judicii, qvis actoris, qvis rei partes ſuſtinere debeat; nam ſi qvis in ſervitutis poſſeſſione ſit, i. e. ut ſervus poſſideatur, & in libertatem proclamet, actoris partes ſuſtinebit? ſi verò in libertatis poſſeſſione ſit, ſine dubio ille erit actor, qvi eum in ſervitutem petit. *P. Barb. in. l. Titia 35.*
*n. 2. ff. ſolut. matr.* Et ſic priori caſu ſeqvetur ſer- 7
vus ſui aſſertor forum ſui principalis, adeo ut abducere eum ex receptis locorum moribus liceat, ut in loco, qvo Dominus eſt, cauſa cognoſcatur; ſed poſteriori caſu, ibi cauſa cognoſcenda: ubi vindicatus verſatur, & multò magis, ſi tertius, ut ſuum ruſticum vel ſubditum, eum defendat. *Mev. p. 5. dec. 228.*

## an L. Igitur. 12. §. & generaliter. 3.

*SUMMARIA.*

*Liberum ſe eſſe ſine calliditate & citra rationem exiſtimans, cenſetur ſine dolo malo in poſſeſſione libertatis fuiſſe. n. 1.*
*A dolo cauſam etiam injuſtam excuſare colligitur. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*

QVoties qvis juſtis rationibus ductus vel non 1
ductus, ſine calliditate tamen, putavit, ſe liberum eſſe, ſine dolo malo in libertatis poſſeſſione fuiſſe videtur: unde probare ſolent regulam,
qvòd à dolo excuſet cauſa etiam injuſta. *Celſus* 2
*Burgalius in tr. de dolo l. 6. reg. 13. Baldus in repet. l. Celſus. part. 1. n. 14. ff. de Uſuc sp. & qvos allegat Aug. Barb. l. 3. c. 10. ax. ult.* Sed excipiuntur de-
licta & facta, per ſe prohibita, ubi dolus præſumi- 3
tur. *L. ſi non convitii. C. de Injur. Paris. conſ. 52. n. 33. & conſ. 78. n. 16. vol. 4. Maſcard. de probat. concl. 531. n. 10. Gail. de pace publ. lib. 1. c. 7. n. 13.* Et error injuſtus non excuſat à lata culpa *P. Barb. in l. ſi mora 10. n. 11. ff. ſolut. matrim.*

## ad L. Ordinata. 24.

*SUMMARIA.*

*Ante litem ſuper cauſà ſtatus ordinatam provocans ad libertatem neqve convenire alium neqve ab alio conveniri poteſt.*

SI is, qvi eſt in poſſeſſione ſervitutis vel patriæ poteſtatis, provocat ad libertatem; & lis ſuper causâ ſtatûs nondum ſit ordinata, neqve is con-

convenire alium, neqve ab alio conveniri poteſt; ſed aliud lite ordinata, qvia tunc conſideratur qvaſi liber *P. Barb. in d. l. Titia n. 2. & 3.*

### ad L. Si cui de libertate. 25.

*SUMMARIUM.*

*COnciliatur §. 2. h. l. cum l. 3. §. 10. ff. de Adqvir. poſſ.*

COnſtituto judicio liberali, Dominus deſinit poſſidere ſervum, ut dicitur in *§. 2. hujus legis*, cum qvo pugnare videtur *l. 3. §. 10. ff. de Adqvir. poſſ.* Reſp. illud intelligendum eſſe de ordinatione judicii ad id, ut judicium ritè peragatur, qvod cum ſervo non conſiſtit; non verò ad res cæteras, ſcilicet uſucapionem, & res per eum adqvirendas, per *d. §. 10. Donell. l. 5. cap. 12. lit. H. & ibi Hilliger.*

### ad L. Divi fratres. 27.

*SUMMARIA.*

*SI is, qvi cuidam ſtatus controverſiam movit, in termino non compareat, an pulſatus abſolutionem petere poſſit. n. 1.*

*Qvid hic colligatur. 2. 3.*

1 IN §. 1. agitur de abſolutione ab inſtantia ob abſentiam alterius. V. g. moviſti mihi controverſiam ſtatus, qvod tuus ſervus ſim; in termino abes, qvid mihi faciendum? Reſp. mihi electionem dari, an velim petere circumductionem actorum ac judicii, ſeu abſolutionem ab inſtantia; an verò velim offerre probationem, qvòd non ſim ſervus, & hoc caſu non pronunciandum, me eſſe ingenuum; ſed me non eſſe tuum ſervum: inter qvæ tuo multum intereſt. Si verò in libertatem me vindicare volo, circumductio judicii locum habet, non verò ut ſuper ſtatu pronuncietur; qvia ſententia ſuper ſtatu magni præjudicii eſt, & ſine contradictore non ſuſcipienda, cum omnibus aliis præjudicet: niſi evidentes probationes habeam meæ libertatis aut ingenuitatis. Collige naturam abſolutionis ab inſtantia. Vide qvos refert *Hill. in Donell. l. 17. c. 26. lit. H.*
Collige etiam ſententiam ſuper ingenuitate la- 2
tam omnibus præjudicare. Vide notata ad *l. 25.* 3
*de Statu hominum.*

### ad L. Filium. 31.

*SUMMARIUM.*

*LIbertas ſervo filii à patre data an confirmetur, filio patris herede exiſtente?*

PAter meus ſervum meum manumiſit, qvæ 2
manumiſſio nulla eſt, qvia non potuit id pater facere; ſed ſum hæres patris, qværitur, an 3
tunc valeat? Reſp. qvod non, per *l. 20. ſupra qvi & à qvibus*, ſed per indirectum teneor præſtare factum patris, & ſi non faciam, opponitur mihi doli exceptio, vel replica, *P. Barb. ad L. 39. ff. ſol. matr. n. 22. & ſeq.*

## TITULUS XVI.

## De Colluſione detegendâ.

### ad L. Ne qvorundam 1.

*SUMMARIA.*

*COlluſio in genere qvid. n. 1.*

*Qvomodo hoc loco deſcribatur. 2.*

*Colluſio probata facit ſervum ejus, qvi illam detexit. 3.*

1 COlluſio in genere eſt conventio fraudulenta inter actorem & reum, ut crimen tegatur; qvæ actorem non tantùm pœnæ ſubjicit *l. 15. C. de falſ.* ſed & ſententiam reddit nullam. Hîc autem eſt conventio actoris cum ſervo, ut ingenuus pronuncietur, qvo capax fiat bonorum. Sed ſi colluſio probetur, ſervus ejus fit, qvi colluſionem detexit. De colluſ. probat. vid. *Maſcard. concl. 322.*

### ad L. Cùm non juſto. 3.

QVæ per colluſionem geſta, ipſo jure ſunt nulla. *Wammeſ. conſ. 273. n. 2.*

# LIBRI XLI.

## TITULUS I.

## De acqvirendo rerum dominio.

IN hoc titulo ero eo brevior, qvo copioſius in Inſtitutionibus eodem titulo explicari ſolet ab Interpretibus.

### Ad L. Qvarundam. 1.

*SUMMARIA.*

*MOdus acqvirendi dominium alius juris Gentium, alius juris Civilis. n. 1.*

*An Princeps jus qvæſitum privato aufferre poſſit. 2.*

DUplex eſt modus adqvirendi dominium, a- 1
lius juris Gentium, alius juris Civilis, qvæ diſtinctio in Inſtitutionibus pluribus explicatur. Ejus diſtinctionis effectus locum habet in qvæ- 2
ſtione, an princeps jus qvæſitum privato auferre poſſit.? ubi diſtingvi ſolet, an id jus jure gentium, an verò jure civili qvæſitum; ut hoc, non illud auferre poſſit. vid. *Ant. de Petra. de poteſt. Prin.*

*principiis cap. 32. q. 3. n. 58. cit. paſſim*, licet alii indiſtinctè id negent, qvos refert *Hilliger. in Don. l. 5. c. 3. lit. A.* Sed de eo hujus loci non eſt ex profeſſo agere.

## ad L. Qvod enim. 3.

*SUMMARIA.*

*Res nullius qvatenus cedat occupanti. n. 1.*
*Contra prohibitionem domini fundum alienum ingrediens feras captas ſuas facit. 2.*
*Qvid ſi prohibitio à ſuperiori fiat. 3.*

1 QVod nullius eſt, cedit occupanti, ſcilicet
qvod nullius eſt, tam juris qvam poſſeſſionis ratione, facto tamen hominis eſſe poteſt; vel
qvod eſt qvidem in commercio, ſed tunc domino & poſſeſſore caret &c. Vid. *Hilliger. in Do-*
2 *nellum lib. 40. c. 7. lit. D.* Et licet qvis prohibitus ſit à Domino fundi in alieno fundo perſeqvi feras, faciet tamen ſuas; ſed injuriarum tenebitur, de qvo alibi.
3 Sed ſi à ſuperiori prohibeatur, non faciet ſuas, poteſt enim venatio privatis prohiberi, qva de materia *Theſaurus lib. 2. qv. 22.* agit pluribus, *& Dd. in materia venationum.*

## ad L. Naturalem. 5. §. 4.

*SUMMARIA.*

*EXamen apium, qvod ex meo alveo evolavit, non deſinit eſſe meum, donec in conſpectu meo eſt. n. 1.*
*Qvid de jure Saxon. obtineat. 2.*

1 EXamen apum, qvod ex meo alveo evolavit,
qvamdiu in conſpectu meo, & non difficilis ejus eſt perſecutio, tamdiu meum eſſe intelligi-
2 tur. Aliud videtur eſſe jure Saxon. ſed *Carpz. p. 3. dec. 295.* caſum proponit, ubi ex meo alveo v. g. evolavit in ramum arboris vicini, cujus ille tamen ramus in meum hortum propendit, ubi in puncto juris Civilis reſponſum eſſe pro me, teſtatur.

## ad L. Adeo. 7.

*SUMMARIA.*

*PEr alluvionem dominium acqviritur. n. 1.*
*Juriſdictio ad qvem hoc caſu pertineat. 2.*
*Vi fluminis adjecta qvomodo acqvirantur. 3.*
*Inſula in mari fit occupantis. 4.*
*Inſula in flumine nata cui acqviratur, diſtingvitur. 5.*
*Qvibusdam in regionibus de conſvetudine acqviritur Domino juriſdictionem habenti in flumine. 6.*
*Qvatenus hoc procedat in Germania ſuperiori. 7.*
*Si flumen ad priorem alveum redeat cui novus alveus derelictus adjudicandus. 8.*
*Flumen in dubio ratione juriſdictionis publicum eſt. 9.*
*Alveus fluminis ſiccatus vicinorum prædiis cedit. 10.*
*Juriſdictio & fines territoriorum motato alveo non mutantur. 11.*
*Qvod limitatur. 12.*
*Ob inundationem dominium non mutatur, licet poſſeſſio 13.*
*Qvod ultimum limitatur in ſubitaneo receſſu. 14.*
*Inundatio diu durans præſcriptionem non inducit 15.*
*Modus acqvirendi per ſpecificationem b. f. reqvirit. 16.*
*Commixtio rerum, facta voluntate dominorum, communionem inducit. 17.*
*An &, ſi ſine voluntate Dominorum facta. 18.*
*Jungens ſuis ædibus aliena tigna non poteſt conveniri actione reali. 19.*
*Secus ſi dirutum ædificium. 20.*
*Ædificans an tignum eximere poſſit ad evitandam pœnam dupli 21.*
*Arbor vicini, ſi in meo fundo radices egerit, an mea efficiatur. 22.*

PEr alluvionem, id eſt, ſucceſſivam adjectio- 1
nem terræ à flumine factam acqviritur dominium *§. 1. h. l.* ſed an juriſdictio etiam ejus 2
eſt, cujus eſt fundus, cui adjicitur? putem id omninò verum eſſe, qvia per flumina ſolent diſtingvi fines, Ergò id, qvod antea flumen erat, ſi jam exſiccetur, ei ſubeſt, cujus eſt vicinus ager ſubjectus. vid. *Bapt. Aymus de Alluv. Peregrinus de Jure Fiſci l. 8. Manzius dec 98. & qvos ille refert. Heig. p. 2. q. 40. Chriſtinæus vol. 4. dec. 85. Natta conſ. 286. n. 4. & ſeq. tomo 2. Tiraq. de retr. convent. §. 36. ad finem tituli gl. 2. num. 92.* Alienæ 3
telluris pars vi fluminis meo fundo adjecta non aliter, niſi coalitione, mea fit per *§. 2.* Inſula in 4
mari fit occupantis, ſed in flumine diſtingvitur.
Inſula fit (1.) qvando amnis agrum circum- 5
fluit. (2.) cùm alveum ſiccum relinqvit & circumfluit aqva (3.) cum paulatim colluendo locum eminentem facit. Primo caſu proprietas non mutatur; *hic §. 4. & l. 30. §. 2.* ſecundo & tertio modo fit inſula eorum, qvorum agris propior eſt inſula, per *§. 3. hujus legis* vid. *Colleg. arg. hoc tit. th. 28.* Hinc ergò inſula non acqviritur Domino, qvi juriſdictionem in flumine habet, ſed vicinis. *Hartm. Piſt. p. 4. q. 17. Heig. p. 2. qv. 40.* Niſi aliud ſit conſvetudine receptum, 6
ut in Galliis, de qvo *Chriſtinæus d. dec. 85. Perez. ad tit. Cod. de Alluv. in fin. Grænvvegen ad §.* [illegible]. *Inſt. de rer. div.* Qvorum ſententiam concedo 7
in Germania ſuperiori qvoad Juriſdictionem in inſulâ pedetentim ex arenâ collectâ enata; ſecus ſi in medio ſita diviſa fuerit, poſtea autem alteri terræ continenti propior fiat per *l. 56. §. 1. h. t.* De mutatione alvei in *§. 5.* agitur, in qvo 8
dicitur, ſi flumen ad priorem alveum redeat, derelictum novum alveum eorum fieri, qvi vicina prædia habuerunt, ſcilicet, ſi iidem Domini alvei fuerunt; nam alias æqvius eſt, alveum eorum eſſe, qvorum antea fuit, ne vicini cum alterius damno lucrum faciant. vid. *Card. Tuſchus. lit. A. Concl. 319. n. 9. Vivius dec. 498. n. 7. Bach. in Tr. hic th. 5. lit. G.* Qvod ad Juriſdictionem atti- 9
net, ita tenendum, flumen in dubio ratione Juriſdictionis eſſe publicum, qvod qvando ſit, alibi dicitur. Qvando flumen alveum deſerit, 10
fit,

11 ſit vicinorum. Sed Jurisdictio & fines territo-
rium non mutantur, ſi ſemel deſerat alveum:
12 idem ſi facto hominis derivetur, ſecus ſi pede-
tentim recedat, ut tradit *Dn. Manzius dec. 99.*

13 In §. 6. negatur ob inundationem mutari
dominium, licet poſſeſſio mutetur *l. 3. §. 17. tit.*
14 *ſeq.* Qvod tamen in ſubitaneo receſſu locum non
habet, propter *l. 30. §. 3. h. t. Duar. in d. §. 17. Hill.*
*in Don. l. 5. c. 12.* qvia in jure non habetur ratio
15 brevioris temporis; Domino tamen agri non
obſtabit præſcriptio, ſi vel diutiſſime inundatus
fuerit. *Alexander vol. 7. conſ. 57.*

16 In §. 7. agitur de ſpecificatione, cujus
exemplum cum vulgo conſtituitur in *§. 25. inſt.*
*h. t.* qvi ex hoc §. explicandus. Qvi modus
bonam fidem reqvirit juxta veriorem ſenten-
tiam, & Dominus factus pretium materiæ ſol-
vit, *arg. l. 23. §. 4. ff. de rei. vind.* De qvo alii fu-
17 ſius. Voluntate Dominorum commixtio re-
18 rum facta, res fit communis, §. 8. Idem ſi ſine
voluntate Dominorum id fiat §. 9. ſcilicet ſi di-
19 duci non poſſit. *Donell. l. 14. cap. 31.* Qvi aliena
tigna jungit ſuis ædibus, non poteſt conveniri
actione reali, ut vindicet, vel actione ad exhi-
20 bendum. Sed diruto ædificio agit rei vindica-
tione ad tigna *Dn. Struv. Exerc. 48. th. 28. Wiſſ.*
*th. 20.* præcipuè vid. *Dn. Thabor. in racemationi-*
21 *bus ad tit. de tigno juncto in tabula pag. 330.* Poſ-
ſe tamen ædificantem tignum eximere & ti-
gnum reſtituere, ſi velit effugere pœnam dupli,
ſtatuit *Donell. l. 4. c. 33.* ubi aliqvot profert ra-
tiones, qvibus tamen occurrit *Hillig. d. l. lit. C.*
22 Arbor vicini, ſi in meo fundo radices egerit, mea
efficitur, *§. ult.* nec obſtat *l. 6. §. ult. ff. arb. furt.*
*caſar.* aliud enim eſt radices agere in alieno,
aliud verò porrigere in alienum. *Hillig. l. 4. in*
*Don. c. 24. lit. B.*

## ad L. Qva ratione. 9.

*SUMMARIA.*

C*onciliatio* §. 2. h. l. *cum* §. 34. inſt. h. l. *remiſ-*
*ſivè. n. 1.*

*Procurator cum libera an dominium transferre poſ-*
*ſit, remiſſivè. 2.*

1 P*aragraphus. 2. hujus leg.* ſolet committi cum
*§. 3. inſt. h. t.* qvod remitto ad *Don. l. 4. c. 36. &*
*alios & ibi Hillig.* Ex §. 4. diſputare ſolent: An
2 procurator cum libera dominium transferre
poſſit? de qvo, qvia hæc paſſim traduntur, me
itidem remitto ad *Don. lib. 4. c. 15. & qvos ibi*
3 *allegat Hill. lit. D. & E.* Qvomodo ſine tradi-
tione rei, qvæ apud te fuit, dominium trans-
ferri poſſit, habetur in §. 5. cui qvid ſimile ha-
bui in *l. 9. §. fin.* ſupra de *Reb. cred.* qva de re
etiam in *tit. ſeq.* agetur. De traditione clavium
& per hanc poſſeſſionis translatione itidem age-
tur in *tit. ſeq.*

## ad L. In agris. 16.

*SUMMARIA.*

I*N agris limitatis alluvio locum non habet. n. 1.*
*Agri limitati qui fuerint remiſſivè. 2.*
*Judex, an in jurisdictione prorogata eam tantum*
*acqvirat jurisdictionem, qvam exercet in verè*
*ſubjectos. 3. 4.*

IN agris limitatis non habet locum alluvio. 1
Qvi fuerint agri limitati militibus aſſignati 2
tradit *Donell. lib. 4. c. 27. lit. E. & F. & ibi Hillig.*
Ex *hac lege* autem ſolent Dd. communiter pro- 3
bare, qvod judex, cujus Jurisdictio proroga-
tur, eam tantum Jurisdictionem adqvirat per
prorogationem in prorogantes, qvam exercet
in verè ſubditos; non aliam, qvia limitatam ha-
bet jurisdictionem ad cauſas certæ qvalitatis;
Ergo de aliis diverſæ qvalitatis non poterit co-
gnoſcere argt. *hujus legis.* Doctores refert *P. Bar-*
*boſa ad l. 1. art. 1. num. 77. de judic.* licet ipſe diſ- 4
ſentiat per *l. 1. Cod. de jurisdictione omnium ju-*
*dicium*, ſed confundit objectum cum qvalita-
te. Cæteris ejus rationibus facile reſponderi
poteſt.

## ad L. Traditio. 20.

*SUMMARIA.*

T*Raditio nihil amplius transfert, qvàm qvod a-*
*pud eum eſt, qvi tradidit. n. 1.*

*Creditor uſuras ſibi debitas alteri ut ſortem cedere*
*non poteſt. 2.*

TRaditio nihil aliud transferre poteſt, qvàm 1
qvod eſt apud eum, qvi tradidit. facit *L. Ne-*
*mo plus juris. 54. de R. J.* & ſimilia *Carpz. p. 1.*
*Jurispr. conſt. 28. def. 9. Harpr. in §. 40. num. 5. &*
*6. de R. D.* Ex qvo probare ſoleo, creditorem 2
non poſſe uſuras à me debitas ut ſortem tibi
cedere, qvia tu nihil per hanc ceſſionem, qvæ
eſt loco traditionis in corporalibus conſeqvi
poteris, qvam qvod ipſe habuit cedens. vide
not. *ad l. fin. C. de uſuris & l. ſi non ſortem 26. §. 1.*
*de Condict. Ind.*

## ad L. Niſi voluntate. 25.

*SUMMARIUM.*

S*I maritus uxori donet lanam, ut veſtem conficiat,*
*an veſtis confectæ dominium uxori acqviratur.*

MAritus donat uxori lanam, ut exinde ve-
ſtem conficiat, qværitur, an veſtis domini-
um adqviratur uxori? Vid. qvod non, qvia do-
natio lanæ inter conjuges non conſtitit; ſed
qvia bona fide factum fuit ab uxore veſtimen-
tum & conſenſu mariti ideoqve dominium eſt
uxoris: qvamvis autem hæc Domina efficia-
tur, tamen competit actio marito ad petendum
pretium lanæ. *L. Utilem. 31. ſupra de donat. inter*
*virum & ux. vid. Barboſa ad L. Quæ dotis 34. n. 70.*
*ff. ſoluto matr.*

## ad L. Sed ſi. 26.

*SUMMARIA.*

N*Avis ex alienis arboribus ædificata eſt ædifican-*
*tis. n. 1.*

*Reſpondetur* ad l. 61. de R. V. 2.

SI ex alienis arboribus qvis navem faciat, ejus 1
ſit navis, qvia cupreſſus v. g. non manet, ſed
eſt jam cupreſſea navis. Non igitur obſtat *l.*
*61. de*

2 *61. de R. V.* qvæ de tabulis jam ſectis agit. Vid. *Don. l. 4. c. 12. lit. C.* & ibi *Hill. alter Wiſſenb. v. 2. Diſp. 18. th. 23.*

## ad L. Nunqvam. 31. pr.

*SUMMARIA.*

*Traditio ſine juſto titulo non transfert dominium n. 1.*

*Theſauri definitio. 2.*

1 Nunqvam nuda traditio transfert Dominiũ,
ſed ita, ſi venditio vel alius juſtus titulus do-
nationis, dotis, permutationis, ſolutionis præ-
ceſſerit, *hic & l. 26. ff. de donat. L. tradit. 20. C.*
*de Pact. Harpr. in §. 40. Inſt. de R. D. n. 3.* conf.
*notata ad l. 6. C. ſiqvis ſibi vel alteri &c.* Theſau-
2 ri definitio habetur in §. 1. qvod ſit depoſitio
pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam Do-
minum non habeat; qvia qvis depoſuerit non
apparet, idem autem eſt, non eſſe & non appa-
rere: unde ſi de deponente ex præſumptioni-
bus apparere poſſit, non eſt theſaurus. Nam
pecuniæ aliàs reconditæ furtum fieri poteſt.
*Berlich. part. 2. concl. 66. n. 7. & 8. & n. 24. Carpz.*
*part. 2. conſt. 53. Ricc. collect. deciſ. 331.* de Theſauro
plura *Zaſ. ad h. t. n. 22. Dn. Struv. th. 53. Wiſſenb.*
*d. diſp. 18. th. 14. & ſeqq.* Sed de hâc materiâ dici
poſſent plura, ſi caſus hic tam freqventer contin-
geret; ſi autem alicui obtingat theſaurus, habe-
bit ubiqve legendi copiam.

## ad L. Etiam. 32.

*SUMMARIUM.*

*Dominium an per ſervos acqviratur etiam invitis Dominis.*

Dominium per ſervos acqviritur dominis etiam invitis *hic & l. 62. de V. O.* qvia licet beneficium invito non detur *L. 69. de R. J.* ex neceſſitate tamen juris hoc fit. Vid. *Donell. l. 9. c. 6. poſt lit. H. & lib. 12. c. 17. poſt lit. C.*

## ad L. Hereditas. 34.

*SUMMARIA.*

*Hereditas perſonam defuncti præſentat. n. 1.*

*Hereditatem in pœnas legales vel conventionales ex contractu defuncti incidere poſſe colligitur. 2.*

1 Hereditas perſonam defuncti repræſentat
*Gail. 2. o. ſ. 130. n. 10. Coler de proc. execut. p. 2. c.*
*3. n. 397. Berlich. p. 1. concl. 74. n. 104. A. Barb.*
2 *l. 8. cap. 6. axiom. 1* Et colligitur ex hoc, qvòd
hæreditas poſſit incidere in pœnas legales vel
conventionales ex contractu defuncti. *Capyc.*
*dec. 87. n. 9.*

## ad L. Procurator. 35.

*SUMMARIUM.*

*In translatione dominii per traditionem error in dominio abeſſe debet.*

Ut per traditionem transferatur dominium neceſſe eſt, ut tradens non erret in dominio, v. gr. ſi procurator rem ſuam ut meam traderet *Don. l. 4. c. 16 & ibi Hill. lit. A. Vult. in §. ſeqvens illa. 16. Inſt. de action. n. 53.*

## ad L. Cùm in corpus. 36.

*SUMMARIA.*

*Si in cauſa traditionis erretur an traditio inefficax. n. 1.*

*Reſpondetur ad l. 18. ff. de R. C. 2.*

Si in cauſa traditionis vel titulo erretur, traditio non eſt inefficax, qvia ſufficit & animus transferendi dominii, & titulus qvi utrinqve ſubeſt. Nec obſtat *l. 18. ff. de reb. cred.* qvia loqvitur de modo conſtituendæ obligationis. *Vultej. in §. per tradit. inſt. de R. D. n. 7. & 8. Harpr. in d. §. n. 23. & 24.* & conferantur *not. ad d. l. 18. Wiſſenb. d. l. th. 26. Zaſ. h. t. n. 90. Coll. Argent. h. t.*

## ad L. Non eſt novum. 46.

*SUMMARIA.*

*Res à non domino alienari poteſt. n. 1.*

*Qvod exemplis probatur. 2. 3.*

Non eſt novum, ut qvi dominium non habet, 1
poſſit tamen alienare rem; qvod hic ex- 2
emplo creditoris pignus alienantis probatur,
Sic etiam uſufructuario à teſtatore concedi pot- 3
eſt facultas alienandi in caſu neceſſitatis, per
tradita *Carpz. p. 3. c. 13. def. 13.* qvo facto tamen
nec proprietas legata, nec cautio uſufructuaria
remiſſa videtur. *Carpzov d. l.*

## ad L. Bonæ fidei. 48. pr.

*SUMMARIA.*

*Bona fidei poſſeſſor omnes fructus percipiendo ſuos facit revocabiles, conſumendo irrevocabiles. n. 1.*

*Reſponſio ad l. 45. de uſur. remiſſivè. 2.*

*Extenſionem vid. n. 3.*

*Rem pupilli uſucapi non poſſe colligitur. 4.*

*Qvid ſi mala fides ſuperveniat. 5. 6.*

*Fructus acqviruntur b. f. poſſeſſori etiam ex revitio reali laboranti. 7.*

Bonæ fidei poſſeſſor percipiendo fructus i. e. 1
à ſolo ſeparando ex aliena re ſuos interim
facit, non tantùm induſtriales, ſed etiam natu-
rales; ſed poſſunt à domino repeti, niſi con-
ſumpti ſint per *l. 40. circa fin.* Vid. *Carpz. part. 3.*
*conſt. 32. def. 28. Hartm. Piſt. p. 4. q. 26. Donellus lib. 4.*
*cap. 25. Harpr. in §. 35. inſt. de R. D. n. 35. & ſeq.* Qvod 2
autem *l. 45. uſur.* non obſtet, vid. ibi notat.
Extenditur hoc, licet fructus percipiantur ex re, 3
qvæ uſucapi non poteſt, ut re pupillari, & vi poſ-
ſeſſa, per *hunc textum.* Unde colligunt rem pu-
pilli uſucapi non poſſe, ſed fructus tamen bona
fide adqviri ex ea re poſſe. Vid. *Don. l. 5. c. 23. lit. A.* 4
*& B. & ibi Hill. & Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 22. th. 3.*
*lit. G. Coll. Argent. ad lib. 41. tit. 3. diſp. 9. n. 10.* Qvi 5
primò fructus bonâ fide percepit, ſi poſtea ſu-
perveniat mala fides, qværitur in §. 1. an tunc
etiam fructus ſuos faciat? & reſpondetur, pro
eo tempore, qvo in bona fide fuit, fructus eum
ſuos facere, non verò pro eo tempore, qvo
in mala fide fuit. *Covarr. l. 1. reſol. c. 3. num.*
*6. Menoch. remed. 15. recip. poſſ. num. 613. &*
*ſeqq.* Nec obſtat, qvod ſcientia ſuperveniens 6

uſucapionem non interrumpat *l. 13. ff. pro Emto-
re.* Reſpond. hîc, qvòd aliud ſit uſucapere, aliud
fructus ſuos facere: uſucapio una eſt; ſed acqvi-
ſitiones fructuum multæ ſunt & ſeparatæ. Vid.
*Bach. vol. 1. in Tr. diſp. 15. th. 12. lit. D. & Donell.*
7 *lib. 4. c. 24.* Sed valdè obſtat *l. 25. §. ult. de uſur.*
ſed confer ibi notata. Colligitur etiam ex hoc
§. etiamſi res vitio reali laboret, & ita uſucapi
non poſſit, tamen fructus à bonæ fidei poſſeſſore
acqviri. *Bach. d. l. lit. A. B. C.* ſicut apparet ex §.
*ult. h. l.* ubi de rei furtivæ fructibus non à fure,
ſed b. f. emptore perceptis agitur.

## ad L. Qvamvis, 50.

*SUMMARIA.*

*SIne decreto Prætoris in littore non ædificari de-
bet. n. 1.*

*An is, qvi in littore vel mari ædificare inchoavit,
poſſit alium venientem prohibere, ne eo loco
ædificet. 2.*

1 QVod in littore ædificatur, fit ædificantis per
*l. qvod in littore 14. ſupr. h. t.* ſed decretum
Principis vel Prætoris reqviritur. *hic & l. 2. §. 10.
ne qvid in loc. publ.* qvia jus hoc limitatum, ut
citra navigantium publicum incommodum fiat,
qvod providere Principis vel Prætoris eſt. *Bach.*
2 *in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 1. lit. F.* Sed qværitur, ſi
ego inchoaverim opus in mari vel littore facere,
an poſſim aliũ venientem impedire & prohibe-
re, ne eo loco ædificet vel pilas faciat? qvod vi-
detur negandum, per *l. ergo. 30. §. ult. h. t.* ubi
duo copulativè reqviruntur, ſed *Bart.* ibidem
affirmat, cum qvo communiter transeunt Dd. ut
fatetur *Jaſon in rep. qvo minus. n. 63. & ſeqq. ff. de
fluminibus vol. 5.* & adducit *l. 6. pr. ff. de rerum div.
per verbum. ædificant.* & Bachov. *ad d. l. 6. in li-
bro primo ff. Pandect.* dicit ſolum ipſum fieri ædifi-
cantis per occupationem, qva tamen ceſſante,
ceſſat dominium.

## ad L. Ea qvæ Civiliter. 53.

*SUMMARIA.*

*PEr procuratorem poſſeſſio acqviritur non domi-
nium. n. 1.*

*Qvod tamen mediante poſſeſſione acqviritur. 2.*

*Qvid ſi procurator ſibi accipiat. 3.*

*Obligatio mutui qvomodo alii acqviri poſſit. 4.*

1 QVæ in facto conſiſtunt, ut poſſeſſio, poſſunt
per qvemlibet nobis volentibus acqviri,
non verò qvæ in jure conſiſtunt, vel civiliter ac-
qviruntur, ut obligatio. vid. *Don. lib. 9. c. 7. &
Hilliger in Don. l. 12. c. 16. lit. C.* ſic nec dominium
qværitur per procuratorem, qvia dominium ac-
qviritur jure, qvod hîc deficit. *l. 20. §. 2. h. t. l. 8.*
2 *C. de Acqvir. poſſ.* Sed per poſſeſſionem & me-
diante hac Dominus tradens meo procuratori,
in me transferre volens Dominium, me facit
3 poſſeſſorem, & deinde Dominum. Sed qvid ſi
procurator ſibi accipiat, Reſp. ſi Dominus mi-
hi velit dare, procurator nihil aget *l. 37. §. ult.
h. t.* ſed qvantum ad me omninò in me transfert
dominium. *l. 13. ff. de donat. Pacius cent. 7. q. 90.
Donell. & ibi Hill. lit. C. lib. 1. cap. 10.* Obligatio 4
etiam mutui adqviritur alii per naturalem actum
numerationis. *l. 4. & 15. C. ſi certum pet. Coraſius in
rep. L. Frater à fratre ff. de cond indeb.* conſ. *Coll.
Argent. hic th. 58.* Aliter *Don. & ibi Hillig. l. 5. c. 10. lit.
C.* qvi *d. l. 13.* de obſcurâ *d. & ult.* de manifeſtâ vo-
luntate procuratoris accipit. *de l. 54. §. vid. l. 13. in
tit. ad L. Aqvil.*

## ad L. In laqveum. 55.

*SUMMARIA.*

*FEra incidens in laqveum in alterius fundo ſine con-
ſenſu Domini poſitum an ejus ſit, qvi laqveum
poſuit n. 1.*

*Qvid ſi conſenſu domini laqveus poſitus. 2.*

*Si qvis Piratam obſederit, qvi tamen poſtea ab aliis
capiatur, cujus ſit lucrum. 3.*

POſuiſti laqveum in meo fundo ſine meo con- 1
ſenſu, an aper in eo laqveo irretitus tuus ſit?
Reſp. non, qvia non habuiſti Jus laqveum in meo
fundo ponẽdi; ergo tunc tuus fiet, qvando exemi-
ſti; non ob laqveum à te poſitum, ſed qvia aper
nullius fuit. Ergo ſi ego exemero, ſi alius exe-
merit, meus vel illius erit. Secus autem ſi in 2
ſuo fundo poſuiſſet, aut in meo qvidem, ſed meo
conſenſu, tunc enim tantum captus fuiſſet tuus,
ſi modo ita conſtrictus, ut ſe non potuerit expe-
dire. conf. *Coll. Argent. h. t. th. 17. & Harpr. ad §.
feræ. num. 444. Leſſius de juſt. & jur. lib. 2. cap. 5.
dubit. 11. num. 48. & ſeqq.* Circa hunc textum 3
qværitur: ſi navis Maltenſis piratam inſeqvatur,
& in portu Siciliæ obſederit piratam, ut hic cum
ſuis nautis relicta triremi in terrã ſe recipere fue-
rit coactus, ibiqve à præſidiariis captus, an Eqves
Maltenſis captos illos petere poſſit à militibus,
cum pirata in proxima potentia captivitatis fue-
rit? Affirmat id *Cephalus l. 1. conſ. 136. per totum*
ubi hunc textum pluribus declarat. Sed ſcru-
pulo illa res non caret.

## ad L. Inſula. 56.

*SUMMARIUM.*

*INſula enata cui acqviratur.*

INſula cedit proximis Dominis riparum, ſecun-
dum latitudinem ripæ, ſi in medio ſit; ſi autem
uni ripæ proximior, adqviritur iis, qvi in illa par-
te prædia proxima habent, qvod hic ampliatur:
licet ſucceſſu temporis per alluvionem alii ripæ
proximior fiat, imo licet plane connectatur cum
adverſa ripa *Donell. l. 4. cap. 29. lit. D. Tuſchus
concl. 262* confer *in feudorum augmentis Roſenthal
de feudis.*

## ad L. Titius horreum. 60.

*SUMMARIA.*

*HOrreum mobile in alterius fundo poſitum non ce-
dit ſolo. n. 1.*

*Molendinum pnevmaticum à Vaſallo in feudali fun-
do poſitum allodiale eſſe an rectè ex* h. l. *colliga-
tur. 2. 3.*

HOrreum mobile ex tabulis confectum à 1
Titio non domino poſitum in fundo Seji,
non

non ſit Seji, qvia ſolo non cohæret, ut ædificium.
2 Unde nonnulli volunt molendinum pnevmaticum à Vaſallo in feudali fundo poſitum non eſſe feudale ſed allodiale, ut *Berlich. p. 3. concl. 42.*
3 *num. 25. & qvos ibi citat.* Sed qvia hæc alata molendina terræ ſunt infixa, & eâ deſtinatione fundata, ut ibi perpetua ſint, & in hac lege nulla defoſſionis ſit mentio, melius hoc negatur à *Carpz. vol. 3. reſp. 11. n. 47. & qvos refert Finckelth. obſ. 26.*

## ad L. Qvædam. 62.

*SUMMARIA.*

*QVa non poſſunt alienari per ſe, rectè alienantur cum univerſitate. n. 1.*

*Exemplum in jure Patronatus. n. 2.*

*Secus in jurisdictione & generali alienatione. 3.*

*Secus qvoqve, ſi ſtatutum prohibens alienationem utatur verbis ampliſſimis. 4.*

*Facilius aliqvid toleratur per indirectum qvàm directò. 5.*

*Qvod limitatur. 6.*

*Jus patronatus tranſit in conductorem ad longum tempus non in conductorem ſimplicem. 7.*

1 QVædam, qvæ non poſſunt alienari per ſe, poſſunt tamen cum univerſitate tranſire:
2 exemplum habemus in Jure Patronatus, qvod, qvia acceſſorium temporarium eſt, cum rebus tamen venditis tranſit. *Panorm. in cap. 7. num. 1. & 2. X. de Jure Patron. Finckelth. de Jure Patron.*
3 *c. 5. n. 11. Affl. dec. 319. num. 7.* Sed hoc in Jurisdictione locum non habere, nec univerſale eſſe, tradit *Menoch. l. 1. A. Q. qvæſt. 54. n. 49. Berlich. p. 2. dec. 166. n. 3.* Nec hoc in generali alienatione obtinet, ſed tantum univerſali. *Mandellus conſ.*
4 *218. num. 19.* Si etiam ſtatutum prohibens alienationem verbis ampliſſimis utatur, ne qvidem tunc res prohibita alienari tranſibit cum univerſitate, v. gr. ſi dicatur, rem hanc nec inter vivos nec per teſtamentum alienari debere.
5 Collige etiam, facilius aliqvid tolerari per conſeqventiam & per indirectum, qvàm directò.
6 *Carpz. p. 2. dec. 4. in fin.* Nec valet regula in his, de qvibus in contrarium eſt juris diſpoſitio, *L. pro haerede. 20. §. 2. ff. de Acqvir. hæred. Berlich. d. l. num. 2.* vel ſi qvis prohibitus eſt rem alienare.
*Berlich. d. l. num. 9.* Licet autem in conductorem 7
ſimplicem non tranſeat Jus Patronatus; tranſit tamen in conductorem ad longum tempus. *Berlich. d. l. n. 25. & ſeq.*

## ad L. Si is qvi. 63. §. fin.

*SUMMARIA.*

*CReditor immiſſus in fundum jure crediti theſaurum in eo fundo repertum pro dimidiâ tantum parte lucratur. n. 1. 3.*

*Qvid ſi actione pignoratitiâ conventus an ſuam partem reſtituere teneatur? 2. 4.*

*Fundum in ſolutum accipiens an theſaurum repertum durante adhuc reluitionis tempore ſolus lucretur. 5.*

*Ex fundo emphyteutico vel feudali in ſolutum dato, durante eluitionis tempore, laudemium non datur. 6.*

CReditor immiſſus in fundum jure crediti, re- 1
perit theſaurum, qværitur, an lucretur; & 2
an conventus actione pignoratitiâ reſtituere ſuam partem, qvam de theſauro jure retinuit,
teneatur? prius negatur, ſcil. qvòd totum reti- 3
neat; nam dimidiam partem debitori reſtituit, dimidiam retinet juxta *§. theſauros. inſt. de rer.*
*diviſ.* Poſterius videtur affirmandum, qvia 4
creditor omne id, qvod occaſione pignoris percepit reſtituere tenetur; ſed negatur, qvia jure inventoris retinet: nam non percepit theſauri partem ut creditor vel ut poſſeſſor, ſed ut inven-
tor. Tertiò qværitur, qvid ſi datio in ſolu- 5
tum facta fuerit & dominium impetratum, an tunc theſaurum totum retinebit, licet adhuc tempus reluitionis duret ſc. biennium? qvod negatur, ſed tranſacto illo tempore totum retinebit.
Ex qvo inferunt, qvando Emphyteuticus vel 6
feudalis fundus in ſolutam datur, durante biennali ſpatio, ad reluendum præſcripto, non debere dari laudemium, ſed tempore illo exacto. *Franzk. de Laudemio c. 16. n. 470. Hermannus Storre vol. nov. ff. Baſil. diſſ. 14. th. 110.*

# TITULUS II.

# De acqvirenda vel amittenda poſſeſſione.

## ad L. Poſſeſſio. 1.

*SUMMARIA.*

*POſſeſſio qvid. n. 1.*

*Poſſeſſio & facti & juris eſt. 2.*

*Infantes qvomodo poſſeſſionem acqvirant. 3.*

*Furioſi qvo caſu per alios acqvirant. 4. 8.*

*Qvomodo hodie. 5.*

*Ex fundo inutiliter uxori donato & tradito an acqviratur ipſi poſſeſſio? 6.*

*Acqviritur patri ignoranti per filium qvoad peculium. 7.*

*Acqviritur per ſervum b. f. poſſeſſum & ſervum communem in ſolidum. 9.*

*Et per impuberem. 10.*

*Qvomodo per Procuratorem & negotiorum geſtorem poſſeſſio acqviritur. 11. 12.*

*Rem ſibi tradendam alii tradere jubens qvomodo hic poſſideat. 13.*

*Acqviritur poſſeſſio etiam per nudum aſpectum & concurrentem traditionem. 14.*

*Municipes poſſidere non poſſunt. 15.*

*Qvid hodie obtineat. 16.*

POſſeſſio ab Azone definitur, qvod ſit corpo- 1
ralis rei detentio, corporis, animi, & juris
adminiculo occurrente: Nam poſſeſſio 2

eſt facti qvoad principia productiva poſſesſio-
nis, ſed eſt juris etiam ratione effectuum, qvos
ipſi jus ſuggerit: ut hic pluribus tractat Zaſius.
3 Adqvirimus autem poſſesſionem, per nosmet
ipſos, infantes per tutorem, vel etiam per ſe
ipſos, ſi ſunt proximi pubertati, & intelligunt
4 qvid agant; furioſi autem non adqvirunt poſ-
ſesſionem, niſi per ſervum habentem peculium;
5 qvia non intelligunt, qvid agant. Sed non dubi-
to dicendum eſſe, ſimpliciter in foro furioſis qvæ-
ri poſſesſionem per Curatorem. Hæc materia
6 uberius traditur in §. 2. *hujus l. 1.* conf. *Borcholt. in tr. de Adqvir. poſſ. c. 3. n. 4. & ſeqq.* Etſi fun-
dus à marito uxori inutiliter donetur, poſſesſio
tamen traditione, uxori per maritum facta, uxori
acqviritur, qvia ſcilicet mariti non intereſt, cui
acqviratur poſſeſſio, cùm eam à ſe transferre vo-
luerit. *Menoch. rem. 15. recup. poſſ. n. 451.* & ſic ex
inutili contractu poteſt acqviri poſſeſſio. *Zaſ. ad h. §. n. 5. tom. 3. pag. 82.*

7 In §. 5. & ſeqventibus uſqve ad *n. 20.* tra-
ctatur materia, qvod per alium etiam poſſimus
adqvirere poſſeſſionem; utpote per filium etiam
ignorans in rebus peculiaribus adqviro poſ-
ſeſſionem, & ſic etiam furioſus qvoad peculium
8 adqvirit §. 5. qvia dum antea peculii adminiſtra-
tio conceſſa ſervo, voluntas Domini concurre-
re præſumitur, ſi ſciret *Zaſ. ad d. §. 5. num. 10.*
9 Deinde per hominem bonâ fide à me poſſeſſum
poſſeſſionem adqviro §. 6. & per communem
ſervum etiam in ſolidum totius rei poſſeſſionem
adqviro §. 7. per uſufructuarium ſervum §. 8.
modo ille, per qvem apprehendo poſſeſſio-
10 nem, habeat intellectum §. 9. per impuberem
juxta diſtinctionem antea propoſitam §. 11. Sed
& impubes per ſervum adqvirit §. 13. & *c. 9.* Sed
qvia hodie hæc parum utilitatis ſpirant, hæc
transmitto & me remitto ad Zaſium, qvi ſingulos
§§. explicavit.

11 In §. 20. dicitur, qvod per procuratorem
qværatur mihi poſſeſſio, ſi ille non ſuo, ſed nomi-
ne meo acceperit; qvia aliàs nemo haberet poſ-
ſeſſionem, non prior Dominus, qvia transtulit;
12 non procurator, qvia ſibi non accepit, ſed ſi ne-
gotiorum geſtor accipiat nomine meo, non ci-
tius mea res fiet, qvàm ego ratum habeam. *l. communis 42. §. 1. h. tit.* ſed in procuratore aliud
*Borcholt. de acqvir. poſſ. c. 4. n. 30.* conf. *not. l. 24. ff. de negot. geſt.*

13 In §. *pen.* hæc ſpecies: Emi rem aliqvam
à Titio & ei mandavi, ut rem illam Procuratori
meo traderet, illa res mihi tradita videtur, ego
ergo posſideo per procuratorem. Sic debitor
meus meo juſſu pecuniam, qvam mihi debet,
alii dat, hic ego posſideo, licet pecuniam ipſe
non detineam. Sed interim non negandum
eſt, qvod non detineam, qvia in priori exemplo
ſufficit, qvod membro corporis præcipuo, ſci-
licet oculis, occupaverim. Et oculis tum ad-
14 prehendimus rem, cum res præſens eſt. Per
aſpectum ergo & concurrentem traditionem
acqviritur poſſesſio. *hic §. pen. & l. 18. §. 2. h. t. & l. 79. de ſolut. Borcholt. in tr. de adqvir. poſſ. c. 1. num. 22.*

In §. *ult.* dicitur, municipes non poſſe poſ- 15
ſidere, qvia univerſi conſentire non poſſunt,
qvam lectionem vulgarem præfert Florentinæ
*Borcholt. d. tr. cap. 4. n. 31.* Sed in foro hodie iſta 16
ſubtilitas ceſſat; non minus enim poſſidet uni-
verſitas qvàm privatus.

## ad L. Poſſideri. 3.

### *SUMMARIA.*

*Poſſeſſio acqviritur animo & corpore ſimul. n. 1. 6.*
*Acqviritur totius rei poſſeſſio cum parte hac ex-tertione qvæſita. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*
*Incerta pars poſſideri neqvit. 4.*
*In conſtituto poſſeſſorio pars conſtitui neqvit. 5.*
*Theſaurus non eſt pars fundi & non acqviritur ſimul cum fundo. 7.*
*Poſſeſſio ejusdem rei ex pluribus cauſis eſſe poteſt, non ita dominium. 8.*
*Una res à pluribus eodem jure in ſolidum poſſideri neqvit. 9.*
*Limitatur in juribus & ſervitutibus. 10.*
*Poſſeſſio ſolo animo amitti poteſt. 11.*
*Solo etiam animo retinetur. 12.*
*Animus retinendi qvomodo demonſtretur. 14.*
*Sponte poſſeſſionem derelinqvens qvomodo animo poſſidere poſſit? remiſſivè. 13.*
*Duo modi amittendæ poſſeſſionis ſuppeditantur. 15.*
*Amittitur etiam poſſeſſio per traditionem factam à colono & ſervo, qvos in prædio habuit dominus. 16.*
*Reſpondetur* ad l. ult. C. h. t. 2.
*Mutatio poſſeſſionis alternis vicibus in diverſis domiciliis non inducit amiſſionem poſſeſſionis civilis. 18.*
*Feræ in circumſeptis ſylvis vagantes, & piſces in concluſis ſtagnis natantes non poſſidentur. 19.*
*Qvid hodiè de piſcibus hoc caſu obtineat. 20.*
*Fundus a flumine aut mari occupatus non posſidetur. 21.*
*Non videtur posſidere ab hoſte posſidente expulſus. 22.*
*An tali caſu ejectus onera præſtare teneatur. 23.*
*Cauſa poſſesſionis ſine nova cauſa ſuperveniente mutari non poteſt. 24.*
*Qvod applicatur conductori, qvi rem conductam alio titulo retinere non poteſt. 25.*
*Variæ limitationes adjiciuntur. 26.*

POſſesſio acqvirenda eſt animo ac corpore; & 1
qvi partis poſſesſionem acqviſivit eâ mente, 2
ut totam rem velit posſidere, totius rei poſſeſ-
ſionem acqviſivit. *Maſcardus concl. 1190. n. 5. Thabor. ad Balb. l. 14. cap. 44. axiom. 19. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 14. n. 5.* ubi *n. ſeq.* id limitat: niſi alius ſit 3
in poſſesſione partis, per *l. 18. §. pen. ff. de Acqvir. poſſ.* Incerta pars ratione qvotæ & loci posſi- 4
deri neqvit, §. 2. *h. l.* v. gr. ſi dicas, te mihi tra-
dere partem fundi, nec addas, an dimidia, an
tertia

Digitized by Google

tertia ſit pars &c. *Paris vol. 1. conſ. 55. num 4.* Non
tamen neceſſe eſt, ut qvotitativa pars exprima-
tur, ſufficit ſi qvalitercunqve deſcribatur, ut ſci-
5 re poſſim, de qva parte tradens ſenſerit, *Paris de
vol. 1. conſ. 61. num. 28 & ſeq.* Hinc neqve in con-
ſtituto poſſeſſorio poteſt conſtitui pars, qvia in-
certa eſt, nec poteſt vendi ita: qvicqvid juris in
6 fundo hoc habeo, *Tiraq. in tr. de conſt. poſſ. part. 3.
lim. 19.* Solo autem animo nobis non qværitur
poſſesſio niſi præcedat naturalis actus, *§. 3. h. l. L.
licet C. h. t* ideoqve licet poſſideam domum, & ſci-
am eſſet heſaurum in ea defoſſum, non tamen
poſſideo theſaurum; ut contra Brutum & Mani-
7 lium hic ſtatuit *Paulus JCtus* & hinc theſaurus di-
verſum qvid eſt à fundo, ut pluribus tractat &
conſectaria inde elicit *Barboſa ad L. divortio. 8. §.
ſi fundum num. 35. & ſeq. ff. ſol. matr.* conf. *Bor-
cholt in d. tr. c. 3. num. 17. & ſeq.* ubi tamen vo-
8 cem theſauri aliter interpretatur. Ex plurimis
cauſis rem eandem poſſidere poſſumus, ſed do-
minium non niſi ex unâ causâ nobis obtingere
poteſt. *hic §. 4. & l. 159. de R. J.* qvia poſſesſio eſt fa-
cti, dominium autem Juris eſt, & qvod ſemel no-
ſtrum eſt, amplius noſtrum fieri neqvit. *Bronchorſt.
conſt. 3. aſſert. 94. Barboſa locupletatus lib. 14. cap. 64.
9 axiom. 7.* Plures eandem rem in ſolidum poſſi-
dere neqveunt *§. 5. h. l. Klock. vol. 1. conſ. 29. num.
171. & conſ. 50. num. 246. & ſeq.* ſcil. eodem reſpe-
ctu & fine, eodemqve genere poſſesſionis;
aliàs enim unus civiliter, alter naturaliter poſſi-
dere poteſt, Vid. *hic Zaſ. & Bolognetus. Bach.
in Tr. vol. 2. diſp. 21. th. 2. lit. D. & th. 4. lit. K.*
Et ſic plures diverſo jure & cauſa in poſſesſione
eſſe poſſunt, & ſi mandatum qvi habet de me im-
mittendo in bona tua, non ſtatim poteſt te
vel alium creditorem emittere & ejicere, qvia
uterqve diverſo modo poſſidere poſſumus *Me-
10 vius p. 1. dec. 142.* Fallit etiam regula hæc in ju-
ribus & ſervitutibus, ut per *l. 15 ff. commun. prædi-
or. & l. 4. ff. de aqva qvot. & æſt. Klock. de conſ.
29. num. 693.* ſic cùm pluribus cumulativè con-
ceſſa eſt Jurisdictio, ut qvilibet in ſolidum poſ-
ſit cognoſcere, qvilibet in ſolidum poſſidet, & lo-
cus eſt præventioni. *Menoch. lib. 2. præſ. 18. num.
11 36. & ſeq. Klock. d. l. num. 692.* Qvamvis
autem ſolo animo non poſſit adqviri poſſeſsio,
ſolo animo tamen amitti poteſt, ſi qvis in fundo
12 maneat; ſed amplius poſſidere nolit per
13 *§. 6. h. l.* Solo animo retinetur poſſesſio, licet
alius in poſſesſione ſit, *§. 7. h. l.* qvi ſponte poſ-
14 ſesſionem dereliqvit, qvomodo ille animo poſ-
ſidere poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 77.* Animus au-
tem poſſesſionem retinendi demonſtratur factis,
verbis, & ejus, qvi animum ſe habuiſſe dicit,
juramento ſtatur. *Maſcard. concl. 94.* & pluribus
15 *Borcholt. d. l. n. 14.*

In §. 8. traduntur duo modi amittendæ
16 poſſesſionis 1. ſi ſponte deſeruerim. 2 ſi vi de-
jectus ſim: ſed qværitur. ſi habeam colonos vel
ſervos in prædio & hi tradiderint, an tunc amit-
tam? Reſp, hîc qvòd ſic in *§. h.* nam pro TRA-
DIDERIM legendum eſſe TRADIDERINT, ut *Haloan-
drina Editio, Cujac. Donellus &c. qvos refert
Sande l. 5. tit. 4. def. 1.* Sed huic derogarì vide- 17
tur in *L. ult. C. h. t.* in qvâ vocabulum PRODI-
DERIT de traditione factâ intelligi poſſe, con-
textus docet *Menoch. remed. 14. recup. poſſ. n. 17.
Sande d. l.* confer *à me notata ad illam l. ult. C. h. t.*
Sed qværitur, ſi qvis diverſa domicilia habeat, 18
ut Nobiles Galli & Itali; aliud enim incolunt
hyberno, aliud æſtivo tempore, qværitur in-
qvam, an illi tamen utrumqve domicilium poſ-
ſideant, licet per ſemeſtre abſint; Et reſponſio
facilis, qvod animo retineant poſſeſſionem per
*§. ſaltus. 11. h. t. Borcholt. d. t. 2 c. 7. n. 2.* Etiam 19
earum ferarum, qvæ in ſylvis circumſeptis va-
gantur; & piſcium, qvi inconcluſis ſtagnis na-
tant, qviqve non ſunt injecti, nulla eſt poſſeſſio,
per *§. 14. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 2. lit. E.
Berlich. p. 5. concl. 51. num. 14.* licet autem diſtin-
ctionem illam inter piſcinam & lacum priva-
tum refellere nitatur *Grotius de jure B. & P. l. 2.
c. 8. n. 2.* eumtamen refellit *Dn. Thabor ad art.
conſt. crim. 169. th. 6.* Sed ſecundum hunc *articu-* 20
*lum 169.* piſces in lacubus aut ſtagnis privatis
exiſtentes etiam pro privatis habentur, & eo-
rum fit furtum. Qvando flumen aut mare oc- 21
cupat ſundum non videtur poſſideri *§. 17. h. l.*
vid. *Zaſ. ad h. § pag. mihi 119.* Ex hoc etiam pro- 22
batur, non viderì poſſeſſum agrum, ſi ab hoſte
me expulſo poſſideatur, & ita nec ſolvenda eſſe
onera aut canonem Emphyteuticum; ſecus ſi 23
aliqvos fructus percepi, & ii pereant, ubi rigo-
re juris enera debentur, *Dn. Mev. p. 4. dec. 402.*
ſi modò in conſcientia patiatur, qvâ in parte in-
opia debitoris cum indigentia creditoris con-
ferenda, & attendenda ubertas præteritorum
annorum &c. Nemo cauſam poſſesſionis ſine 24
novâ causâ ſuperveniente mutare poteſt *§. 19.
Baldus de præſcript. part. 4. partis 4. princ. qvæſt. 11.
n. 5. Klock. vol. 2. conſil. 6. n. 98. A. Barb. lib. 14. c. 44.
ax. 2.* declarat verò *Klock. vol. 2. conſil. 21. n. 86.* niſi
ſuperveniat, exempli gratia, titulus habilis gra-
tioſæ ſubrogationis. Unde Conductor non 25
poteſt alio titulo retinere rem conductam poſt
finita tempora conductionis, per *L. 25. C. de lo-
cat.* ſic qvando frater conduxerat à ſorore præ-
dium, & poſtea ſub prætextu hæreditariæ partis
vellet retinere, denegatum hoc, qvod contradi-
ctione ſororis res erat dubia, ideò reſtitutio in-
juncta, teſte *Dn. Mevio p. 3. dec. 301.* ſed poteſt ad-
di idem *Dn. Mevius p. 2. dec. 263.* ubi *d. l. 25.* limi- 26
tat cum *Menoch. rem. 11. recup. poſſ. n. 40.* niſi con-
ductor jus ſuum ignoravit, & aliter limitat idem
*Dn. Mevius p. 3. dec. 302.* ſi exceptio dominii ſit
liqvida & in continenti probanda. conſ. *Menoch.
d. rem 11. num. 38. & ſeqq.* & notata *ad d. l. 25.* ſed ſi
exceptio ex ipſo contractu locationis oriatur,
hæc ritè opponitur locatori v. g. pacti de venden-
do, *Dn. Mev. p. 3. dec. 323.*

## ad L. Si ex ſtipulatione. 5.

*SUMMARIA.*

*Virtute tituli poſſeſſionem rei emtæ, propria authoritate ingredi non licet. n. 1.*
*An hanc facultatem tribuat inveſtitura ſolennis. 2.*
*Limitatur. 3.*
*Excipitur acqviſitio feudi. 4.*
*Qvæ huic contraria videntur reſolvuntur. 5.*
*An juſta poſſeſſio, ſi pactum præceſſit, qvod propria authoritate ingredi liceat. 6.*

1 NOn poſſum virtute tituli ingredi poſſeſſio-
nem rei à me emtæ, *hic & l. 9. C. h. t. Oldra-*
2 *dus conſ. 1. n. 13. Cravetta conſ. 134. num. 24.* Sic
inveſtiturâ factâ per aliqvod ſignum, puta per
oſculum, traditionem enſis, annuli &c. non in-
telligitur data facultas apprehendendi poſſeſſio-
nem propriâ authoritate. *Franc. de Clapper. cauſ.*
*10. q. 1.* licet Dd. multi repugnent, qvos refert
3 *num. 1.* Limitationes hic proponit *Zaſius n. 9. &*
*ſeq.* ſi hoc actum expreſsè vel tacitè ut lic eat pro-
priâ authoritate ingredi, ut ſi evacuâſſet vendi-
tor ædes vel emtor ex probabili cauſa ſe non in-
4 vito venditore hoc facere ob amicitiam &c. ubi
*num. 10.* etiam excipit acqviſitionem feudi. *Me-*
5 *noch. rem. 4. adipiſc. poſſ. n. 592. Zaſ. hic p. 102.* Sed
videtur obſtare, qvod is qvi habet titulum, & re-
peritur in poſſeſſione, ab eodem habere præſuma-
tur poſſeſſionem *Cæpolla conſ. 4. n. 39. lib. 1. & Nat-*
6 *ta conſ. 443. n. 5. tom. 2.* Sed hoc in dubio intelli-
gendum; nam ſi conſtet creditorem ingreſſum
eſſe propriâ authoritate, vitioſa eſt poſſeſſio. Sed
qvid ſi debitor ita paciſcatur, qvòd liceat pro-
priâ authoritate ingredi fundum? Reſp. non ta-
men eſſe juſtam poſſeſſionem, niſi 1. res vacat, ut
limitat *Dn. Mevius p. 5. dec. 352.* Aut 2. niſi debi-
tor permittat eum ingredi; & ita videtur tradi-
diſſe: aliàs enim vitioſa eſt poſſeſſio, licet non
violenta. Vid. *notata mea ad l. 3. C. de pignor.*

## ad L. Clam poſſidere. 6. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Clam poſſidere qvis dicatur n. 1.*
*Peregre profectus relicta domo vacua poſſeſſionem civilem retinet. 2.*
*Clandeſtina poſſeſſio qvomodo in violentam transeat. 3.*
*Poſſeſſor Civilis alium violenter reſiſtentem expellere poteſt. 4.*
*Violentum poſſeſſorem impugnare deſiſtens poſſeſſionem amittit. 5.*

1 CLam poſſidet, qvi furtivè poſſeſſionem eſt
ingreſſus, ignorante eo qvem ſibi contro-
2 verſiam facturum ſuſpicabatur. Qvi verò pe-
regrè profectus neminem domi reliqvit, retinet
poſſeſſionem civilem, & is, qvi clam ingreſſus
eſt, ſeu furtivè, qvæ idem ſignificant *Borchole d.*
*tr. c. 6. num. 31.* ſi revertentem dominum non
admittat, vi magis poſſidet *Ruin. in repet. l. 1.*
*h. t. num. 15. Rubeus in repet. L. naturaliter. §. 1.*
*n. 26. h. t.* & ſic vitioſa ſeu clandeſtina poſſeſſio 3
tranſit in aliam vitioſam, ſcilicet violentam poſſeſ-
ſionem. Et colligitur ex hoc §. qvod poſſeſſor 4
civilis, qvi animo retinuit poſſeſſionem, poſſit ali-
um violenter reſiſtentem expellere, ſi poſſit id fa-
cere *l. 21. §. 2. ff. qvod vi aut clam. l. 29. ff. ad L. A-* 5
*qvil. Zaſ. hic num. fin.* Collige etiam eum, qvi re-
pellentem violentum poſſeſſorem amplius non
impugnat, ſed cedit re, qvâ prohibitus eſt, ſic a-
mittere poſſeſſionem, per *l. 7.* & hinc, qvi in petito-
rio agit, poſſeſſorio videtur renunciare, juxta *Dn.*
*Mev. p. 2. dec. 354. num. 2.* colligitur etiam, ſi ab-
ſente me poſſeſſio fundi mei occupata, & ſic ego
tantum civiliter poſſideam, nec velim occupan-
tem repellere, ſed malim in judicio poſſeſſionem
meam tueri, qvod tunc remedio retinendæ poſ-
ſeſſionis uti poſſidetis, uti poſſim *Menoch. rem. 3.*
*retin. poſſ. n. 35 Fridi rus de Interdict. tit. 7. n. 28.*

## ad L. Qvemadmodum. 8.

*SUMMARIA.*

*Poſſeſſio non amittitur, niſi animo & corpore ſimul. n. 1.*
*Reſpondetur* ad l. 3. §. 6. h. t. 2. 3.

QVemadmodum nulla poſſeſſio acqviritur, 1
niſi animo & corpore, ita nulla amittitur, ni-
ſi utrumqve in contrarium actum ſit. Obſtare 2
videtur *l. 3. §. 6. h. t.* Qvæ ita conciliari poſſunt,
qvòd in eo, qvi manet in fundo, ſolus animus
ad amittendum ſufficiat; ſed in eo qvi fundo ex-
cedit, non ſolum corporis exceſſus ſufficit, ſed
etiam affectio animi reqviritur. vid. *Fachin.*
*l. 8. cap. 21. Bach. in Tr. d. diſp. 21. th. fin. lit. G. Don.*
*l. 5. c. 13. Vult. in pr. inſt. de interdict. num. 25. & ſeq.*
*Pacius cent. 6. qvæſt. 96.* ubi *ex L. ferè. 153. de R. J.* 3
Qvæ eſt ejuſdem authoris & libri particulam Fe-
re hic repetendam eſſe dicit.

## ad L. Si qvis ante. 10.

*SUMMARIA.*

*Conductor, ſi precario rogaverit rem an à conductione videatur receſſum, & vice verſa. n. 1.*
*Aliud poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe. 2.*

IN *princ. hujus legis* habetur mira deciſio in ſub- 1
tilitate conſiſtens, ſi conduxerim rem, poſtea
vero precario rogaverim poſſeſſionem, me à
conductione receſſiſſe è contrario dici poſſet, ſi
rem precario poſſiderem, & poſtea conducerem
prius precarium eſſe ſublatum: Aliud autem pu-
tat eſſe *Borchols. d. tr. c. 6. num. 7.* ſi conduxiſſem
prius, & poſtea rogarem, ut in poſſeſſione eſ-
ſem? Nam aliud eſt poſſidere & in poſſeſſione eſ-
ſe; ut ſeqvitur in §. 1. Notetur igitur hic diſtin- 2
ctio, qvod aliud ſit poſſidere, aliud in poſſeſſione
eſſe, ut qvi immiſſus eſt. De qva diſtinctione
*Petr. Frid. Mind. de materia poſſeſſ. c. 2. num. 13. &*
*qvos refert Hill. in Donell. l. 5. c. 6. lit. I.*

in

In §. *fin.* dicitur, conductionem vel emtio-
nem uno nummo factam eſſe imaginariam. *Don.
& ibi Hill. l. 13. c. 1. lit. I.*

## ad L. Juſtè. 11.

*SUMMARIA.*

*Juſtè poſſidet, qvi Prætore autore poſſidet. n. 1.*
*Qvomodo hoc intelligendum. 2.*

1 JUſtè poſſidet, qvi authore Prætore poſſidet.
*Gail. 2. obſ. 76. num. 5. A. Barb. l. 14. c. 44. ax. 23.*
qvia non temere occupat poſſeſſionem. *l. 1. §. 9.
ff. qvod Legatorum. Menoch. rem. 2. adip. poſſ. q.
23. num. 84.* & ſic hoc pro attentato haberi ne-
2 qvit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 394. n. 1.* Sed intelligen-
da Lex, ſi juſtè vel legitimè abjudicata vel ablata
alteri ſit poſſeſſio, per competentem cauſæ co-
gnitionem. *Petrus Friderus Mind. de proceſſ. lib.
2. cap. 13. n. marg. 14.*

## ad L. Naturaliter. 12.

*SUMMARIA.*

*Uſufructuarius qvomodo poſſideat & qvis hujus poſſeſſionis effectus. n. 1. 2.*
*Petitorium inſtituens non prohibetur poſtea etiam poſſeſſorium inſtituere. 3.*
*Poſſeſſio qva ratione aliqvid commune cum dominio habeat. 4.*
*Petitorium an ab initio cum poſſeſſorio retinendæ cumulari poſſit. 5.*

1 USufructuarius naturaliter poſſidet, *hic &
l. 49. pr. h. l.* & ideò ei competit remedium
poſſeſſionis retinendæ *l. fin. ff. uti poſſid.* licet re-
ſpectu uſucapionis naturaliter poſſidere non
dicatur *§. 4. inſt. per qvas perſon. l. 6. §. 2. de pre-
cario*, vel poſſidet, ſed non ſibi ſed Domino.
2 Ergò corpore inſiſtit, ſed civiliter non poſſidet,
ergò nec uſucapit. *Menoch. rem. 1. recuper. poſſ.
num. 70. Bolognetus in l. 3. §. è contrario. num. 18.
Fachin. l. 8. c. 18. Don. lib. 5. c. 6. & l. 10. c. 7. lit. C.
Vultej. d. pr. inſt. de interdict. num. 19. Cujac. l. 9.
obſ. c. 33. Caſtillo de uſufr. c. 6. num. 28. & ſeqq. &
3 num. 34.* Nihil commune habet proprietas
cum poſſeſſione, & ideò, qvi antea rem vindi-
cavit, poteſt interdicto agere, cùm vindicando
rem non videatur renunciaſſe poſſeſſioni; nam
cum vindicavit, naturalem tantùm poſſeſſio-
nem adverſario conceſſit, dum ex interdicto
agit, civilem ſibi arrogat. *§. 1. h. l. Zaſ. hic
num. 15. Zang. de Except. cap. 1. num. 325.* Nihil
4 commune habet poſſeſſio cum Dominio ratio-
ne ſubſtantiæ, communia autem habent ratio-
ne naturæ, conſeqventiæ, connexitatis & no-
minis. Vid. *Hahnius ad Weſ. h. t. num. 8.* conf.
5 *Cujac. lib. 5. obſ. 34.* Ex hoc §. putant non-
nulli ab initio poſſe petitorium cum poſſeſ-
ſorio retinendæ cumulari. *Zaſ. ad tit. de in-
terdict. num. 9.* ſed communiter iſta ſententia
reprobatur. Vid. *Borcholt. tr. cap. 8. num. 57.
pag. 258.* videantur *in vol. 5. varia repet. h. §.
ut Acoromboni, Bolognini, Decii, Rubei, Fernani,
Coraſii.*

## ad L. Pomponius. 13.

*SUMMARIA.*

*Rerum amiſſarum dominium retinetur non poſſeſſio. n. 1.*
*An ratione iſtarum rerum detur aliqvod remedium poſſeſſorium 2.*
*Acceſſio poſſeſſionis ex perſona autoris an proſit in remedio poſſeſſorio. 4.*
*Poſſeſſio mariti prodeſt & viduæ & vice verſa in dote. 5. 8.*
*Poſſeſſio venditoris prodeſt emtori & vice verſâ, venditione reſoluta. 6.*
*Qvod limitatur, ſi alius interim poſſederit. 7. 16.*
*An continuatio temporum locum habeat in precariâ poſſeſſionis translatione. 9.*
*Subjungitur hic cautela Zaſii. 10.*
*An ratione rei juſſu judicis reſtituta locum habeat conjunctio temporum. 11.*
*Qvid in cauſa legati & donationis. 12.*
*Conjunctio hæc non prodeſt ei, qvi impropriam poſſeſſionem habet. 13.*
*Nec in vitioſa poſſeſſione. 14.*
*Vitium auctoris non nocet ſucceſſori, adminiculo autoris non utenti. 15.*

IN principio *hujus legis* agitur de re amiſsâ, 1
qvod declaratur exemplo lapidum in flumine,
qvod ea ſcilicet ſit adhuc in dominio meo, ſed
non in poſſeſſione. Unde concludit hic Zaſius, 2
mihi nullum competere ratione iſtarum rerum
remedium poſſeſſorium.

In *§. 1. & ſeqq.* agitur de adminiculo poſ- 3
ſeſſionis, qvo poſſeſſor utitur ex perſonâ autho-
ris, de qvo plenâ manu agi ſolet in *§. 8. inſt. de
uſucap.* Illud hîc noto; hoc non tantùm in u- 4
ſucapione, ſed etiam in remedio poſſeſſorio
utile eſſe; nam ſi antiqvior poſſeſſio obtineat,
ea & ex perſonâ autoris dijudicanda. *Dn. Mev.
p. 3. dec. 92.* ubi etiam id tradit in ſummario,
qvando præſens poſſeſſio dubia. Et poſſeſſio 5
mariti prodeſt & viduæ, & poſt mariti mor-
tem vidua repræſentat maritum, & in poſſeſſio-
ne, qvæ marito competiit, defendi debet, pen-
dente lite *Dn. Mev. p. 3. dec. 176.* Sicut autem 6
emptor utitur acceſſione temporis, qvo vendi-
tor rem poſſedit; ita etiam venditione reſoluta
utitur venditor acceſſione temporis empto-
ris. *§. 2. h. t. & ibi Zaſius.* Et ut poſſeſſio defun- 7
cti continuatur cum poſſeſſione hæredis, licet
hic ſero adierit hæreditatem, modo interea a-
lius non poſſederit; ita poſſeſſio venditoris cum
poſſeſſione emptoris continuatur & non inter-
rumpitur, niſi alius interim poſſideat *§. 4. h. l.*
Eadem continuatio poſſeſſionis in dote inter 8
maritum & uxorem ultro citroqve per §. 6. In
precaria poſſeſſionis translatione non habet 9
locum acceſſio, v. g. ſi ego per qvinqvennium
poſſedi, & tu à me precario poſſediſti per aliud
qvinqvennium, non continuantur hæc tempo-
ra, qvia qvi precario poſſidet, ſibi non poſſidet

verè & poſſeſſio eſt ſemper revocabilis, niſi revo-
cato precario; qvo caſu acceſſio temporis locum
10 habet §. 7. ubi *num.* 4. *Zaſius* cautelam proponit,
ut qvi conceſſit rei uſum alii precariò, ſi metuat
controverſiam; ſtatim revocet precarium. Con-
11 tinuatio & acceſſio temporis datur ei, cui vindi-
canti res juſſu judicis reſtituta, v. gr. ſi à te vin-
dica vi, qvi poſſediſti per 6. annos, & ego poſt re-
ſtitutionem factam poſſedi per 4. annos & alius
rem vindicet, poſſum acceſſione tui temporis uti,
& ſic res juſſu judicis reſtituta parat mihi præſcri-
12 ptionem §. 9. *h. l.* & ibi *Zaſius*. Et legatario datur
acceſſio ejus temporis, qvo defunctus teſtator
poſſedit §. 10. & donatario donatoris §. 11. Sed in
§. *pen.* & *ult.* duæ declarationes in materia con-
13 tinuatæ poſſeſſionis bene notandæ. Prima in §.
*pen.* qvod acceſſio poſſeſſionis non detur ei, vel
ex ejus perſona, qvi non propriam habet poſſeſ-
14 ſionem. Altera in §. *ult.* Vitioſa poſſeſſio v. g.
Clandeſtina, violenta, precaria, non accedit non
15 vitioſæ. *Donell. l. 5. c. 20. & ibi Hill. lit. C.* Vi-
tium verò non in re, ſed perſona authoris, em-
ptori non nocet, ſi adminiculo temporis autho-
ris uti nolit, per *l. 5. ff. de diverſ. & temp. præſc. & ibi notata. Don. dec. 20. lit. F. & ibi Hill. in notatis.*
16 Sicut etiam, ſi inter authorem & ſucceſſorem ali-
us medio tempore poſſederit, interrupta eſt
poſſeſſio *Boreh. d. tr. cap. 8. n. 31.* ubi in ſeqventibus
plura de hac materia habet & *Don. d. l. 5. c. 20.*

## ad L. Si qvis vi. 17.

### *SUMMARIA.*

*DEjectus ex poſſeſſione pro qvaſi poſſeſſore habetur. n. 1.*

*Dejector verè poſſidet. 2.*

*Dominium non amittitur nudâ voluntate 3.*

1 QVi ab alio dejicitur, habendus eſt pro eo ac
ſi poſſideret, qvia actionem ad recuperan-
dam poſſeſſionem habet; Ergò rem ipſam habe-
re videtur, *l. 143. de V. S.* Sed exinde non in-
fertur, qvòd verè poſſideat, ſed perinde haberi
debere, qvaſi verè poſſideret cum interdicto de
vi poſſeſſionem recuperare poſſit, *Borehols. d. tr. c. 6. n. 24. & cap. 8. num. 9.* & habetur pro poſſeſ-
ſore ratione commodi ſui, qvoad res, fructus &
2 damna, non in ſui gravamen. *Zaſ. hic. n. 4.* Sed
verè poſſidet dejector, qvia ſi dejectus verè poſ-
ſideret, haberet utiqve remedium retinendæ poſ-
ſeſſionis; & hæc poſſeſſio ejus, qvi dejecit, non
3 eſt otioſa reſpectu tertii. *l. fin. h. tit.* Dominium
autem non amittitur nuda voluntate Domini,
niſi actus, ſcilicet projectio, concurrat; ſed poſ-
ſeſſio ſolo animo amittitur. *Hillig. in Donell. l. 4. c. 13. lit. A.*

## ad L. Qvod meo. 18.

### *SUMMARIA.*

*COnſtitutum poſſeſſorium qvid & quotuplex. n. 1.*

*Emtor cum conſtituto poſſeſſorio primus, ſi res vendita duobus, præfertur ſecundo realem poſſeſſionem habenti. 2.*

*Pactum de non alienando contractui venditionis adjectum non extenditur ad venditionem cum conſtituto poſſeſſorio. 3.*

*Ratione rei conſtituto poſſeſſorio affectæ tertius poſſeſſor non poteſt opponere beneficium excuſſionis 4. 11.*

*Requiſita conſtituti poſſeſſorii. 5.*

*Immiſſio, permittente conſtitutario, in bonorum poſſeſſionem facta non præjudicat prioritatis qvæſtioni. 6.*

*Conſtitutum ſolo animo amittitur. 7.*

*Conſtitutarius an propriâ autoritate prædium, in qvo vidua jure retentionis eſt, occupare poſſit. 8. & ſeqq.*

*Qvid ſi Dominus non poſſidens rem ſub conſtituto poſſeſſorio promittat. 12.*

*Poſſeſſionem in alium transferre intendens amiſiſſe poſſeſſionem videtur, licet translatio effectu careat. 13.*

*Res emta juſſu emtoris in ædibus ſuis depoſita à jubente poſſidetur. 14.*

*Solo viſu & aſpectu poſſeſſio acqviri poteſt. 15.*

*Tantum præſcriptum videri quantum poſſeſſum probatur. 16.*

*Qvod limitatur. 17.*

QVod meo nomine poſſideo, poſſum alieno 1
nomine incipere poſſidere, ſi conſtituam,
me velle impoſterum alterius nomine poſſide-
re, qvod vocatur Conſtitutum Poſſeſſorium;
qvod duplex eſt, aliud ſimplex, aliud cum preca-
rio: illud naturalem & civilem poſſeſſionem
transfert, hoc tantùm civilem vid. *l. 15. §. 4. ff. de precario.* cujus effectum deſcribit *Tiraq. in eleganti Tract. de conſtit. poſſeſſ. p. 1. num. 3. & ſeqq.*
Et qvia per Conſtitutum transfertur utraqve 2
poſſeſſio, ideoqve ſi duobus qvis vendidit rem,
mihi primò cum Conſtituto Poſſeſſorio, & reti-
neat rem; tibi verò poſtea vendat rem & rea-
liter poſſeſſionem tradat, ego te nihilominus
ero potior, qvia antea poſſeſſionem naturalem
habui, ut omnes Dd. in hoc conſentire ſcri-
bit locupletiſſimus *Tiraqv. allegatis pluribus Dd. d. tr. p. 1. n. 21. & ſeqq.* modò ego pretium ſol-
verim. *Tiraqv. d. l. n. 27.* Sic ſi rem vendam, 3
ut non alienetur, nihil operatur ex parte ejus
hoc pactum, in qvem de facto res alienata eſt,
ſecus autem, ſi emtor conſtituat ſe venditoris
nomine poſſeſſurum. *Tiraqv. d. p. 1. num. 31.*
Et licet creditor contra tertium poſſeſſorem a- 4
gere non poſſit, niſi excuſſo debitore, aliud ta-
men eſt, ſi creditor Conſtitutum Poſſeſſorium
pro ſe habeat: nam tunc contra tertium poſſeſ-
ſorem agere poterit ex *l. fin. C. de acqvir. poſſeſſ.*
ad revocandam illam ſuam poſſeſſionem, qvam
ex Conſtituto obtinuerat. *Tiraq. d. l. n. 54.* conf.
de conſtituto hoc, qvod ad differentiam Obli-
gatorii, de qvo in *lib. 13. Pandect.* Poſſeſſorium
dicitur *Colerus de proc. execut. p. 1. c. 16. num. 182. & p. 3. c. 12. n. 87. Guido Papæ deciſ. 268.* conf.
illi qvos allegat *Ricc. collect. deciſ. 55. Mantic. de tac. & amb. convent. lib. 19. tit. 1. Menoch. l. 2.*

A. Q.

Digitized by Google

*A. Q. caſu 39. num. 6. & 7. Petr. Greg. l. 25. c. 18. n. 5.*
5 *& ſeq. Covarr. p. 2. qvæſt. cap. 29.* Sententia
reqviſita Conſtituti Poſſeſſori colligit *Beſold. in*
*theſ. pract. verbo: conſtitutum.* 1. Ut contractus,
cui additur, ſit licitus 2. Ut conſtituens hoc
tempore poſſideat. 3. Ut Conſtitutum ſit de re
certâ. 4. Ut conſtitutarius ſit præſens, aut juſto
tempore ratum habuerit. conf. notata *Habnii*
6 *ad h. t.* in *Weſenb. in fin.* Conſtitutarius ſi paſſus
fuerit alium in poſſeſſionem bonorum mitti,
qvia duo in ſolidum poſſidere neqveunt; ideo-
qve immiſſus interim in poſſeſſione defenditur
salvâ proprietatis qvæſtione. *Dn. Mev. p. 5. dec.*
7 *159.* Conſtitutum ſolo animo amittitur, qvia ſo-
lo animo conſtituitur. *Dn. Mev. d. p. 5. dec.*
8 *160.* Sed qværitur, an creditor, cui Coſtitutum Poſ-
ſeſſorium in optima forma factum, poſſit pro-
priâ authoritate occupare prædium, in qvo vi-
dua jure retentionis eſt, qvod negat. *Dn. Mev.*
*p. 5. dec. 350.* Nam ipſe debitor & multò magis
vidua audienda fuit, anteqvam via facti ingre-
deretur fundum; ſicut etiam conſtitutarius in-
vito debitore fundum propria authoritate oc-
cupare non debet, cum nec per expreſſum pa-
ctum hoc fieri poſſit, ut non ſit vitioſa poſſeſſio
violentia occupantis *l. 3. C. de pign. & ibi not.*
9 Ergò ſi non vacuus fundus judicis authoritate
opus eſt, *Dn. Mev. p. 5. 352.* præſertim vidua,
licet ipſa cum marito Conſtitutum Poſſeſſorium
fecerit, hoc tamen ipſi non præjudicat, qvia tunc
non habuit poſſeſſionem, ſed jure familiaritatis
erat cum marito in poſſeſſione; Ergò hanc con-
ſtituere ſuo nomine non potuit. 2. alius titulus
viduæ ſupervenit, ſcilicet Jus retentionis pro ſe-
10 curitate dotis, & 3. Ex potiore jure tertii deſi-
nit Jus conſtitutarii. 4. Viduæ remiſſio pigno-
ris non aliter valet, niſi alia bona ſuperſint, *L.*
*jubemus 21. C. ad Vellej.* nec 5. ultra decennium
operatur Jus conſtituti ex *Tiraq. de conſtit. poſſeſſ.*
*p. 3. limit. 21.* ut hæc plutibus docuit *Dn. Mevius*
11 *p. 5. dec. 353.* Conſtitutario etiam, ut dixi, com-
petit remedium ex *l. fin. C. de acqvir. poſſeſſ.*
contra eum, in qvem debitor alienavit poſſeſ-
ſionem, etiamſi hic ſecundus ſit conſtitutarius,
*Boër. dec. 112 num. 12. Gail. 2. obſ. 27. num. 31. Me-*
*noch. rem. 14. recup. poſſ. n. 24. & ſeqq. & n. 40.*
*& 41. Tiraq. de conſt. poſſeſſ. p. 1. n. 21.* magnum
12 numerum Doctorum referens. Sed ſi Domi-
nus Conſtitutum Poſſeſſorium faciens non poſ-
ſideat, ut ſi Dominus feudi vacaturum feudum
promittat cum Conſtituto Poſſeſſorio, remedia
poſſeſſoria expectanti contra Dominum non
dabuntur, ſed videtur tantùm poteſtas data va-
cuum feudum apprehendendi. *Berlich. p. 2. dec.*
13 *255.* Qvi autem amittere vult poſſeſſionem, &
in alium transferre, licet cum effectu non trans-
ferat in eum poſſeſſionem, tamen amiſiſſe vide-
14 tur per §. 1. Et adqviritur poſſeſſio, ſi jubeam
rem emtam in meis ædibus deponere; vel ſi
15 qvis horreum venditum mihi in turri demon-
ſtret, cum & oculis ſeu adſpectu adqviratur poſ-
ſeſſio per §. 2. *Zaſius ad d. §. n. 5.* 16

Ex *§. fin.* ubi dicitur exercitum eum tan-
tum partem qvam intravit, occupaſſe probare ſo-
lent tantum videri præſcriptum, qvantum poſſeſ-
ſum. *Carpz. p. 2. dec. 106. num. 9. Maſcardus concl. 14.*
*num. 23. & qvos refert Barb. lib. 14. c. 64. axiom. ult.* 17
Sed hoc limitat *Natta vol. 1. conſ. 98. n. 26.* qvem
refert *Maſcard. d. concl. 14. num. fin.* niſi agatur de
jurisdictione; ubi ſi non alius ſit in poſſeſſione
Jurisdictionis, præſcriptio extenditur.

## ad L. Qvi bona fide. 19.

### *SUMMARIA.*

*Conducens rem à ſe poſſeſſam in poſſeſſione eſſe deſi-*
*nit. n. 1.*

*Reg. Neminem cauſam poſſeſſionis mutare poſſe decla-*
*ratur. 2.*

COnducens à te rem à ſe poſſeſſam, amittit 1
poſſeſſionem; nam conductor ut talis non
poſſidet, licet dominium retineat, *Petr. Barb. ad*
*L. Si rem alienam ff. ſolut. mat. n. 109.* Et qvi rem
emit à non domino, poteſt eam conducere ab eo,
qvem comperit eſſe Dominum.

In §. unico declaratur ſuperior regula, 2
qvod nemo ſibi cauſam poſſidendi mutare poſſit,
qvod ſcilicet hoc intelligendum, dummodo non
relinqvat poſſeſſionem, & ex alio titulo incipi-
at poſſidere. Sed de hoc *Zaſius* hic agit, & Dd.
qvos ſupra citavi.

## ad L. Si qvis rem. 20.

### *SUMMARIA.*

*Commodatarius rem Domino ſine juſtâ cauſa de-*
*negans pro prædone habetur. n. 1.*

*Conductor ratione impenſarum habet jus retentionis,*
*donec expenſæ ſolvantur. 2.*

COmmodatarius etiam, qvi minimum juris in 1
re utenda habet, ſi rem nolit Domino vel ei,
cui Dominus vendidit, reſtituere, invertit poſſeſ-
ſionem, & pro prædone habetur, ſi non habet
cauſam juſtam. Ex qvo Dd. probant, ob impen- 2
ſas conductorem rem locatam retinere poſſe, do-
nec expenſæ ſolvantur. *Carpz. p. 2. conſt. 25. def. 21.*
*Dn. Mevius p. 3. dec. 43.*

## ad L. Interdum. 21.

### *SUMMARIA.*

*Qvomodo poſſeſſionem non habens eam transferre*
*poſſit? n. 1.*

*Declaratur exemplo bonæ f. poſſeſſoris. 2.*

QVomodo qvis poſſeſſionem in alium trans- 1
ferre poſſit, qvam ipſe non habet, explicatur
*in princ.* qvod qvia varios intellectus habet, ut
apparet ex *Gloſſa & Zaſio ad eam legem* vix pote-
rit firmiter probari. Hoc tamen colligitur; 2
poſſe b. f. poſſeſſorem à vero domino petere, ut
ſibi liceat precario rem retinere; qvo caſu poſ-
ſeſſionem veram in verum Dominum transfert,
qvam poſſeſſionem comperto errore non ha-
bebat: Idem eſt ſi qvis alienam rem precario
ſibi

ſibi à me conceſſam à vero domino conducat *§. ult. h. l.*

## ad L. Cum heredes. 23.

### *SUMMARIA.*

*Poſſeſſio, adita hereditate ſine apprehenſione nec in ſuum heredem tranſit. n. 1.*
*Idem in Eccleſia obtinet. 2.*
*Huic juri per ſtatutum derogari poteſt. 3.*
*Heres vacantem hereditatem propria autoritate occupare poteſt. 4.*
*Areſta ſuper bonis hereditariis qvando licita. 5. 6.*
*Diſtinctio inter poſſeſſionem juris & facti probatur. 7.*
*An heres reſtituendus contra creditorem poſſidentem bona defuncti juxta ac mandato manutenentiæ munitum. 8.*
*An lex hæc in feudis locum habeat. 9.*

1 ADitâ hæreditate jus qvidem, & dominium ad
hæredem tranſit, ſed non poſſeſſio, ſed hæc
apprehenſione naturali opus habet. *Molina de
Juſt. & Jure tract. 2. diſp. 3. n. 18. Cludius cap. 2.
ſyllog. rerum qvotid. n. 57.* Collige 1. poſſeſſio-
nem non tranſire, ne qvidem in ſuum hæredem
*Gail. l. 2. obſ. 129. & 152. Hill. in Don. l. 7. c. 10. lit. C.*
2 ubi communem hanc eſſe teſtatur. Eſt iſtud eti-
am in Eccleſia verum, licet in eam ſine traditio-
ne tranſeat dominium *L. ut inter C. de SS. Eccleſ.*
non tamen poſſeſſio ut vult *Matthesillan. ſing. 43.*
3 Sed huic juri derogari poteſt per ſtatutum, ut in
Galliâ. *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viſ.* & conf.
*Hill. l. 7. c. 8. lit. A. & c. 2. X. de Conſvet.* Dein-
4 de collige, poſſe hæredem hæreditatem propria
authoritate occupare, ſi ea vacet poſſeſſore, ut
ex hac lege probat *Rodericus Suarez. in declarat.
l. 8. tit. de las herencias lib. 3. foro legum. n. 1. Hill.*
5 *in Don. d. l. 7. c. 10. lit. C. in fin.* Qvamvis ob me-
tum contradictionis poſſit petere à judice pro-
tectionem (non immiſſionem) ne juri occupan-
di videatur renunciaſſe. *Dn. Mevius ad jus Lubec.*
6 *parte 2. tit. 2. art. 27. n. 13. Menoch. remed. 6. adip.
poſſ. n. 10. & ſ.* Idem jus occupandi vacua poſ-
ſeſſore bona hereditaria competit feudo vacan-
te, vaſallo mortuo, proximo Agnato, qvo caſu
tamdiu in poſſeſſione defenditur, qvamdiu alio-
rum contradicentium intentio non eſt liqvida;
Nam qvando liqvidum eſt æqvè cæterorum jus,
per viam Arreſti cæteris conſuli poteſt contra
eos, qvi fraude poſſeſſionem aliorum anticipa-
runt vel anteverterunt, ſed cæterorum jus liqvi-
dum eſſe opotet, ut ex *Gailio de Arreſt. Imp. c. 11.
n. 33. & Cothm. vol. 2. Reſp. 55. n. 94.* tradit *Dn.*
7 *Mevius p. 3. dec. 135.* Ex dictis apparet, non eſſe
abſurdam diſtinctionem inter poſſeſſionem ju-
ris & facti, vel potius inter jus poſſidendi & a-
ctualem poſſeſſionis apprehenſionem: Illud
enim jus ad heredem tranſit. *Goden conſ. 16. n. 41.
Schurffius cent. 3. conſ. 44. n. 6. qvos refert Dn. Me-*
8 *vius p. 3. deciſ. 338. n. 2.* Sed qvid ſi creditor jam
antea occupaſſet bona defuncti, & mandatum
manutenentiæ impetraſſet, an heres reſtituendus?
Aff. hoc *Carpzovius parte 3. dec. 225.* licet enim hæ-
res nondum ſit in poſſeſſione, jus tamen habet
nanciſcendi poſſeſſionem; Et creditor per ſubre-
ptionem causâ nondum cognita interpretaſſe
cenſetur mandatum manutenentiæ; Unde hæres
eſt in poſſeſſionem inducendus & prius manda-
tum caſſandum, poſtqvam de fraude creditoris &
nullitate tituli apparet. In feudis locum non ha- 9
bere hanc legem putant nonnulli, ut videre eſt *ex
Cephalo conſ. 30. n. 10. & 21.* qvi tamen loqvitur de
agnatis in inveſtitura vocatis & *Achilles Perſonalis*
referens & illum ſuum promotorem laudans in
tract. *de adipiſc. poſſ. n. 104.* qvi tamen de hæredi-
bus loqvitur. Sed neutri calculum adjicio, qvia
rationem non video, licet immiſſionem judicia-
lem non faciendam eſſe non negem.

## ad L. Si aliqvam rem. 28.

### *SUMMARIA.*

*PRopriam rem conducens an poſſeſſionem amittat diſtingvitur. n. 1.*
*Tres caſus hic diſtingvuntur. 2. 3.*
*Inſtrumentum recognitionis vel emphyteuſeos non probat dominium vel poſſeſſionem contra tertium. 4.*

SI propriam rem conducam, qværitur; an 1
poſſeſſionem amittam, diſtingvendum eſt, an
ignorans rem meam conducam, an ſciens; illo
caſu non amitto; ignorans enim amittere poſ-
ſeſſionem neqvivi, *L. Si me in vacuam. 34. h. t.*
ſi ſcivi, tunc ſubdiſtingvendum, an conducam
rem meam ut alienam, an ut meam: ſi ut alie-
nam, transfero poſſeſſionem, ſi ut meam, tunc
aut ratione proprietatis conduco, & actus eſt
nullus, ſicut etiam emtio & ſtipulatio rei meæ;
aut ratione poſſeſſionis, & tunc valet conductio
ut & emtio & ſtipulatio. Tres autem caſus di- 2
ſtingvendi ſunt, monente *Petro Barb. ad L. Si a-
lienam. 12. n. 99. ff. ſolut. matr.* 1. An Dominus
& poſſeſſor alicujus rei, ſi ſcienter eam condu-
xit ab alio, videatur amittere dominium, an ve-
rò 2. poſſeſſionem, 3. in qvibus caſibus do-
minium vel poſſeſſio amittatur, an illa acqvira-
tur ei, à qvo rem conduxit: Primo caſu non a-
mittitur dominium, qvia hoc non amittitur, niſi
transferatur dominium in alium, *L. Neqve utilem
20. ff. Ex qvib. cauſ. Major.* qvæ eſt communis
ſententia Dd. hîc teſte *Barboſa d. l. 99.* Qvod 3
tamen limitandum, niſi locator etiam ſciat rem
eſſe conductoris, tunc enim tacita eſſet acce-
ptatio. Secundo caſu dicendum, poſſeſſionem
amitti per tradita *Barb. d. l. n. 109.* Tertio ca-
ſu dicendum, amiſſam poſſeſſionem acqviri lo-
catori, non qvidem per contractum locationis,
ſed per actum poſſeſſorium, qvem exercet con-
ductor nomine locatoris ut pulcrè explicat
*Barboſa num. 112. & ſeq.* Hunc legem explicâ-
runt

runt *Johannes & Alex. de Immola*, *Paulus Ripa*
4 *& alii. Vid. Wammes. conſ. 215. num. 8.* Colli-
gunt etiam inſtrumentum recognitionis vel
Emphyteuſeos non probare dominium vel poſ
ſesſionem contra tertium, ut ex Dd. hujus loci
refert *Franc. de Clapper. p. 2. dec. cauſ. 74. q. 2. num. 1.*

## ad L. Poſſeſſionem pupillum. 29.

*SUMMARIUM.*

*Pupillus qvam poſſeſſionem amittere poſſit.*

PUpillus amittere poteſt poſſesſionem naturalem, corpore, non animo: Qvod enim facti eſt, id poteſt amittere, non vero, qvod juris. Sed notat hic *Cujac. ad h. l. tom. 2. pag. mihi 1312.* qvod amisſio hæc corporalis nullius ſit in jure effectus, nec amittit pupillus Jus, qvod ex naturali poſſesſione oritur. conſ. *Harprecht ad §. 1. de Uſucap. num. 11. & 12.*

## ad L. Qvi univerſas. 30.

*SUMMARIA.*

*ÆDibus & navi poſſeſſis cœmenta & lapides non poſſidentur. n. 1.*

*Varii modi amittendi poſſeſſ. recenſentur. 2.*

1 ÆDibus & navi poſſesſis cœmenta & lapides
non posſidentur, qvia non lapides, tegu-
læ, ſed fundum, tectum, parietes, ſunt partes
domus. *Gipban. ad h. l. n. 5.* qvem refert *Hill. ad*
*Don. lib. 5. cap. 9. lit. E.*

2 In *§§. ſeqventibus* recenſentur varii modi,
qvibus rei poſſesſio amittitur; ut ſi res fiat ſacra,
religioſa; item ob immisſionem vicini, ob cau-
tionem non præſtitam de damno infecto. Item
ob occupationem factam à flumine, item trans-
formationem in aliam ſpeciem, & ſim. de qva
materia cum prolixe agatur in *Coll. Arg. tb.*
*ult. h. t. Donell. l. 5. c. 13. per totum* plura non
addam.

## ad L. Fundi venditor. 33.

*SUMMARIA.*

*IN poſſiſſionem mitti à venditore certioratus an propria authoritate ingredi poſſit. n. 1.*

*Procurator an Domino mortuo poſſeſſionem rei venditæ tradere poſſit diſtingvitur. 2.*

*Heres mandatum a defuncto datum ratificare cenſetur ſi ſciens mortem defuncti non revocet. 3.*

1 VEndiuor ſignificat me debere in poſſesſio-
nem mitti, qværitur, an propria authoritate
posſim conſeqvi poſſesſionem? Negatur, ſed
2 debeo expectare, dum mittar. Et procurator
venditoris ſciens mortem venditoris & heredes
tradere nolle; ſi tamen tradat poſſesſionem juſte
non facit, juſte autem transfert, ſi vel neſciat
mortuum, vel hæredes ſciant & non prohi-
3 beant. *Donell. l. 5. c. 18. lit. C. & ibi Hillig.* Un-
de colligitur, mandatum licet morte finiatur,
ſi tamen hæres ſciens non revocet, videri eum
ratificare mandatum à defuncto datum. *Ant.*
*Rubeus in Rep. l. non ſolum. §. morte n. 21. & ſeq. ff.*
*de Novi operis nunciat.* conſer. *Covarr. in Pract.*
*quæſt. cap. 11. n. 21. & 2.*

## ad L. Si in me vacuam. 34.

*SUMMARIUM.*

*Conciliatio* l. 18. h. t. *tum* l. 1 h. 34.

DIctum ſupra ad *l. 18. h. t.* non amitti poſſeſſionem, etiamſi alteri non adqviratur, cujus contrarium hic dici videtur. Videtur diſtingvendum: an res præſens tradatur, an verò rei abſentis poſſeſſio ita tradatur, ut posſit eam alter occupare propria authoritate, vel accipere à meo procuratore; & hoc caſu non amittitur poſſesſio, niſi adqviratur illi cui, adqviri volui. *P. Barb. ad l. ſi alienam l. 2. n. 108. & ſeq. ff. ſol. matr.* Aliter *Afflictus. dec. 301. num. 4.*

## ad L. Exitus. 35.

*SUMMARIA.*

*PEtitorium non inſtituitur anteqvam poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis terminatum. n. 1.*

*Petitorium rei corporalis primo inſtitutum cum poſſeſſorio cumulari poſſe, an rectè inferatur. 2.*

POſſeſſorium retinendæ poſſesſionis ptius ter- 1
minari debet, qvam petitorium inſtituatur, ut
appareat, qvis actoris partibus fungatur. Unde
inferunt, cum de poſſesſione rei corporalis agi- 2
tur, & actor primo petitorium, poſtea poſſeſſo-
rium intendat, hoc caſu non admitti utriusqve
judicii cumulationem, qvod tamen melius ex ra-
tione ſeu repugnantia utriusqve judicii, qvam
ex hoc textu probari aſſerit *Men. remedio 3. ret.*
*poſſ. n. 513. & ſ.* conſ. *Afflictus dec. 155. n. 5.*

## ad L. Intereſſe. 39.

*SUMMARIA.*

*REi ſeqveſtratæ poſſeſſio de partium conſenſu amittitur. n. 1.*

*Reſpondetur* ad l. 18. §. 1. ff. depoſ. 2.

REi ſeqveſtraræ de partium conſenſu perdi- 1
tur poſſesſio, niſi cauſa cuſtodiæ ſeqveſtre-
tur, cui non obſtat *l. 17. §. 1. ff. de depoſ.* qvia *in*
*d. §. 1.* vocabula DEPOSITA referenda eſt ad proxi-
mum, ſcil. poſſesſionem *Don. l. 5. c. 13. lit. F.* vel di-
ſtingvendum: an ſeqveſtratio fiat in certitudinis 2
cauſa, dum uterqve posſidere ſe dicit, annon: de
qvo *Pacius l. 4. q. 80. Gædd. de Seqveſt. c. 1. n. 130.*
*Hill. d. l. Zaſius part. 2. Antinom. num. 4. p. 79. Menoch. rem. 3. retin. poſſiſſ. q. 11. n. 86.*

## ad L. Si de eo fundo. 40. §. ult.

TU es in poſſesſione ſervi mei vel alterius rei meæ, cujus verè ſum Dominus: ſi clam poſſesſionem rei occupem, & conveniar à te recuperanda poſſesſione, qværitur an posſim tibi objicere exceptionem dominii? hoc *arg. hujus §.* multi affirmant, qvos refert *Menoch. rem. 1. recup. poſſ. num. 142.*

## ad L. Qvi jure familiaritatis. 41.

*SUMMARIA.*

*ACtus qvi ſit jure familiaritatis vel amicitiæ non tribuit poſſesſionem n. 1.*

Qvod

uſucapionem non interrumpat *l. 13. ff. pro Emtore*. Reſpond. hic, qvòd aliud ſit uſucapere, aliud fructus ſuos facere: uſucapio una eſt; ſed acqviſitiones fructuum multæ ſunt & ſeparatæ. Vid. *Bach. vol. 1. in Tr. diſſ. 15. th. 12. lit. D. & Donell.*
7 *lib. 4. c. 24.* Sed valdè obſtat *l. 25. §. ult. de uſur.*
ſed confer ibi notata. Colligitur etiam ex hoc §. etiamſi res vitio reali laboret, & ita uſucapi non poſſit, tamen fructus à bonæ fidei poſſeſſore acqviri. *Bach. d. l. lit. A. B. C.* ſicut apparet ex §. *ult. h. l.* ubi de rei furtivæ fructibus non à fure, ſed b. f. emptore perceptis agitur.

## ad L. Qvamvis. 50.

*SUMMARIA.*

*SIne decreto Prætoris in littore non ædificari debet. n. 1.*

*An is, qvi in littore vel mari ædificare inchoavit, poſſit alium venientem prohibere, ne eo loco ædificet. 2.*

1 QVod in littore ædificatur, fit ædificantis per *l. qvod in littore 14. ſupr. h. t.* ſed decretum Principis vel Prætoris reqviritur. *hic & l. 2. §. 10. ne qvid in loc. publ.* qvia jus hoc limitatum, ut citra navigantium publicum incommodum fiat, qvod providere Principis vel Prætoris eſt. *Bach.*
2 *in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 1. lit. F.* Sed qværitur, ſi
ego inchoaverim opus in mari vel littore facere, an poſſim aliũ venientem impedire & prohibere, ne eo loco ædificet vel pilas faciat? qvod videtur negandum, per *l. ergo. 30. §. ult. h. t.* ubi duo copulativè reqviruntur, ſed *Bart.* ibidem affirmat, cum qvo communiter transeunt Dd. ut fatetur *Jaſon in rep. qvo minus. n. 63. & ſeqq. ff. de fluminibus vol. 5.* & adducit *l. 6. pr. ff. de rerum div. per verbum. ædificant.* & Bachov. *ad d. l. 6. in libro primo ff. Pandect.* dicit ſolum ipſum fieri ædificantis per occupationem, qva tamen ceſſante, ceſſat dominium.

## ad L. Ea qvæ Civiliter. 53.

*SUMMARIA.*

*PEr procuratorem poſſeſſio acqviritur non dominium. n. 1.*

*Qvod tamen mediante poſſeſſione acqviritur. 2.*

*Qvid ſi procurator ſibi accipiat. 3.*

*Obligatio mutui qvomodo alii acqviri poſſit. 4.*

1 QVæ in facto conſiſtunt, ut poſſeſſio, poſſunt per qvemlibet nobis volentibus acqviri, non verò qvæ in jure conſiſtunt, vel civiliter acqviruntur, ut obligatio. vid. *Don. lib. 9. c. 7. & Hilliger in Don. l. 12. c. 16. lit. C.* ſic nec dominium qværitur per procuratorem, qvia dominium acqviritur jure, qvod hic deficit. *l. 20. §. 2. h. t. l. 8.*
2 *C. de Acqvir. poſſ.* Sed per poſſeſſionem & me-
diante hac Dominus tradens meo procuratori, in me transferre volens Dominium, me facit
3 poſſeſſorem, & deinde Dominum. Sed qvid ſi
procurator ſibi accipiat, Reſp. ſi Dominus mihi velit dare, procurator nihil aget *l. 37. §. ult. h. t.* ſed qvantum ad me omninò in me transfert dominium. *l. 13. ff. de donat. Pacius cent. 7. q. 90. Donell. & ibi Hill. lit. C. lib. 1. cap. 10.* Obligatio 4
etiam mutui adqviritur alii per naturalem actum numerationis. *l. 4. & 15. C. ſi certum pet. Ceraſius in rep. L. Frater à fratre ff. de cond. indeb.* conf. *Coll. Argent. hic th. 58.* Aliter *Don. & ibi Hillig. l. 5. c. 10. lit. C.* qvi *d. l. 13.* de obſcurâ *d. & ult.* de manifeſtâ voluntate procuratoris accipit. *de l. 54. §. vid. l. 13. in tit. ad L. Aqvil.*

## ad L. In laqveum. 55.

*SUMMARIA.*

*FEra incidens in laqveum in alterius fundo ſine conſenſu Domini poſitum an ejus ſit, qvi laqveum poſuit n. 1.*

*Qvid ſi conſenſu domini laqveus poſitus. 2.*

*Si qvis Piratam obſederit, qvi tamen poſtea ab aliis capiatur, cujus ſit lucrum. 3.*

POſuiſti laqveum in meo fundo ſine meo con- 1
ſenſu, an aper in eo laqveo irretitus tuus ſit? Reſp. non, qvia non habuiſti jus laqveum in meo fundô ponẽdi; ergo tunc tuus fiet, qvando exemiſti; non ob laqveum à te poſitum, ſed qvia aper nullius fuit. Ergo ſi ego exemero, ſi alius exe-
merit, meus vel illius erit. Secus autem ſi in 2
ſuo fundo poſuiſſet, aut in meo qvidem, ſed meo conſenſu, tunc enim tantum captus fuiſſet tuus, ſi modo ita conſtrictus, ut ſe non potuerit expedire. conf. *Coll. Argent. h. t. th. 17. & Harpr. ad §. feræ. num. 444. Leſſius de juſt. & jur. lib. 2. cap. 5.*
*dubit. 11. num. 48. & ſeqq.* Circa hunc textum 3
qværitur: ſi navis Maltenſis piratam inſeqvatur, & in portu Siciliæ obſederit piratam, ut hic cum ſuis nautis relicta triremi in terrã ſe recipere fuerit coactus, ibiqve à præſidiariis captus, an Eqves Maltenſis captos illos petere poſſit à militibus, cum pirata in proxima potentia captivitatis fuerit? Affirmat id *Cephalus l. 1. conſ. 136. per totum* ubi hunc textum pluribus declarat. Sed ſcrupulo illa res non caret.

## ad L. Inſula. 56.

*SUMMARIUM.*

*INſula enata cui acqviratur.*

INſula cedit proximis Dominis riparum, ſecundum latitudinem ripæ, ſi in medio ſit; ſi autem uni ripæ proximior, adqviritur iis, qvi in illa parte prædia proxima habent, qvod hic ampliatur: licet ſucceſſu temporis per alluvionem alii ripæ proximior fiat, imo licet plane connectatur cum adverſa ripa *Donell. l. 4. cap. 29. lit. D. Tuſchus concl. 262* confer *in feudorum augmentis Roſenthal de feudis.*

## ad L. Titius horreum. 60.

*SUMMARIA.*

*HOrreum mobile in alterius fundo poſitum non cedit ſolo. n. 1.*

*Molendinum pnevmaticum à Vaſallo in feudali fundo poſitum allodiale eſſe an rectè ex* h. l. *colligatur. 2. 3.*

HOrreum mobile ex tabulis confectum à 1
Titio non domino poſitum in fundo Seji,

non

non fit Seji, qvia ſolo non cohæret, ut ædificium.
2 Unde nonnulli volunt molendinum pnevmaticum a Vaſallo in feudali fundo poſitum non
eſſe feudale ſed allodiale, ut *Berlich. p. 3. concl. 42.*
3 *num. 25. & qvos ibi citat.* Sed qvia hæc alata
molendina terræ ſunt infixa, & eâ deſtinatione
fundata, ut ibi perpetua ſint, & in hac lege nulla defoſſionis fit mentio, melius hoc negatur à
*Carb. vol. 3. reſp. 11. n. 47. & qvos refert Finckelth. obſ. 26.*

## ad L. Qvædam. 62.

*SUMMARIA.*

*QVæ non poſſunt alienari per ſe, rectè alienantur cum univerſitate. n. 1.*

*Exemplum in jure Patronatus. n. 2.*

*Secus in jurisdictione & generali alienatione. 3.*

*Secus qvoqve, ſi ſtatutum prohibens alienationem utatur verbis ampliſſimis. 4.*

*Facilius aliqvid toleratur per indirectum qvàm directò. 5.*

*Qvod limitatur. 6.*

*Jus patronatus tranſit in conductorem ad longum tempus non in conductorem ſimplicem. 7.*

1 QVædam, qvæ non poſſunt alienari per ſe,
poſſunt tamen cum univerſitate tranſire:
2 exemplum habemus in Jure Patronatus, qvod,
qvia acceſſorium temporarium eſt, cum rebus
tamen venditis tranſit. *Panorm. in cap. 7. num. 1.
& 2. X. de Jure Patron. Finckelth. de Jure Patron.*
3 *c. 5. n. 11. Affl. dec. 319. num. 7.* Sed hoc in juriſdictione locum non habere, nec univerſale eſſe,
tradit *Menoch. l. 1. A. Q. qvæſt. 54. n. 49. Berlich.
p. 2. dec. 166. n. 3.* Nec hoc in generali alienatione
obtinet, ſed tantum univerſali. *Mandellus conſ.*
4 *218. num. 19.* Si etiam ſtatutum prohibens alienationem verbis ampliſſimis utatur, ne qvidem
tunc res prohibita alienari tranſibit cum univerſitate, v. gr. ſi dicatur, rem hanc nec inter
vivos nec per teſtamentum alienari debere.
5 Collige etiam, facilius aliqvid tolerari per conſeqventiam & per indirectum, qvàm directò.
6 *Carpz. p. 2. dec. 4. in fin.* Nec valet regula in his,
de qvibus in contrarium eſt juris diſpoſitio, *L.
pro hæred. 20. §. 2. ff. de Acqvir. hæred. Berlich. d. l.
num. 2.* vel ſi qvis prohibitus eſt rem alienare.
*Berlich. d. l. num. 9.* Licet autem in conductorem 7
ſimplicem non tranſeat Jus Patronatus; tranſit
tamen in conductorem ad longum tempus.
*Berlich. d. l. n. 25. & ſeq.*

## ad L. Si is qvi. 63. §. fin.

*SUMMARIA.*

*CReditor immiſſus in fundum jure crediti theſaurum in eo fundo repertum pro dimidiâ tantùm parte lucratur. n. 1. 3.*

*Qvid ſi actione pignoratitiâ conventus an ſuam partem reſtituere teneatur? 2. 4.*

*Fundum in ſolutum accipiens an theſaurum repertum durante adhuc reluitionis tempore ſolus lucretur. 5.*

*Ex fundo emphyteutico vel feudali in ſolutum dato, durante eluitionis tempore, laudemium non datur. 6.*

CReditor immiſſus in fundum jure crediti, re- 1
perit theſaurum, qværitur, an lucretur; & 2
an conventus actione pignoratitiâ reſtituere
ſuam partem, qvam de theſauro jure retinuit,
teneatur? prius negatur, ſcil. qvòd totum reti- 3
neat; nam dimidiam partem debitori reſtituit,
dimidiam retinet juxta *§. theſauros. inſt. de rer.
diviſ.* Poſterius videtur affirmandum, qvia 4
creditor omne id, qvod occaſione pignoris percepit reſtituere tenetur; ſed negatur, qvia jure
inventoris retinet: nam non percepit theſauri
partem ut creditor vel ut poſſeſſor, ſed ut inventor. Tertiò qværitur, qvid ſi datio in ſolu- 5
tum facta fuerit & dominium impetratum, an
tunc theſaurum totum retinebit, licet adhuc tempus reluitionis duret ſc. biennium? qvod negatur, ſed transacto illo tempore totum retinebit.
Ex qvo inferunt, qvando Emphyteuticus vel 6
feudalis fundus in ſolutum datur, durante biennali ſpatio, ad reluendum præſcripto, non debere
dari laudemium, ſed tempore illo exacto.
*Franzk. de Laudemio c. 16. n. 470. Hermannus
Storre vol. novi ſſ. Baſil. diſſ. 14. th. 110.*

# TITULUS II.

# De acqvirenda vel amittenda poſſeſſione.

## ad L. Poſſeſſio. 1.

*SUMMARIA.*

*POſſeſſio qvid. n. 1.*

*Poſſeſſio & facti & juris eſt. 2.*

*Infantes qvomodo poſſeſſionem acqvirant. 3.*

*Furioſi qvo caſu per alios acqvirant. 4. 8.*

*Qvomodo hodie. 5.*

*Ex fundo inutiliter uxori donato & tradito an acqviratur ipſi poſſeſſio? 6.*

*Acqviritur patri ignoranti per filium qvoad peculium. 7.*

*Acqviritur per ſervum b. f. poſſeſſum & ſervum communem in ſolidum. 9.*

*Et per impuberem. 10.*

*Qvomodo per Procuratorem & negotiorum geſtorem poſſeſſio acqviratur. 11. 12.*

*Rem ſibi tradendam alii tradere jubens qvomodo hic poſſideat? 13.*

*Acqviritur poſſeſſio etiam per nudum aſpectum & concurrentem traditionem. 14.*

*Municipes poſſidere non poſſunt. 15.*

*Qvid hodie obtineat. 16.*

POſſeſſio ab Azone definitur, qvod ſit corpo- 1
ralis rei detentio, corporis, animi, & juris
adminiculo occurrente: Nam poſſeſſio 2

eſt facti qvoad principia productiva poſſeſſio-
nis, ſed eſt juris etiam ratione effectuum, qvos
ipſi jus ſuggerit: ut hic pluribus tractat Zaſius.
3 Adqvirimus autem poſſeſſionem, per nosmet
ipſos, infantes per tutorem, vel etiam pet ſe
ipſos, ſi ſunt proximi pubertati, & intelligunt
4 qvid agant; furioſi autem non adqvirunt poſ-
ſeſſionem, niſi per ſervum habentem peculium;
5 qvia non intelligunt, qvid agant. Sed non dubi-
to dicendum eſſe, ſimpliciter in foro furioſis qvæ-
ri poſſeſſionem per Curatorem. Hæc materia
6 uberius traditur in §. 2. *hujus l. 1.* conf. *Borcholt. in tr. de Adqvir. poſſ. c. 3. n. 4. & ſeqq.* Etſi fun-
dus à marito uxori inutiliter donetur, poſſeſſio
tamen traditione, uxori per maritum facta, uxori
acqviritur, qvia ſcilicet mariti non intereſt, cui
acqviratur poſſeſſio, cùm eam à ſe transferre vo-
luerit. *Menoch. rem. 15. recup. poſſ. n. 451.* & ſic ex
inutili contractu poteſt acqviri poſſeſſio. *Zaſ. ad h. §. n. 5. tom. 3. pag. 82.*

7 In §. 5. & ſeqventibus uſqve ad *n. 20.* tra-
ctatur materia, qvod per alium etiam poſſimus
adqvirere poſſeſſionem; utpote per filium etiam
ignorans in rebus peculiaribus adqviro poſ-
ſeſſionem, & ſic etiam furioſus qvoad peculium
8 adqvirit §. 5. qvia dum antea peculii adminiſtra-
tio conceſſa ſervo, voluntas Domini concurre-
re præſumitur, ſi ſciret *Zaſ. ad d. §. 5. num. 10.*
9 Deinde per hominem bonâ fide á me poſſeſſum
poſſeſſionem adqviro §. 6. & per communem
ſervum etiam in ſolidum totius rei poſſeſſionem
adqviro §. 7. per uſufructuarium ſervum §. 8.
modo ille, per qvem apprehendo poſſeſſio-
10 nem, habeat intellectum §. 9. per impuberem
juxta diſtinctionem antea propoſitam §. 11. Sed
& impubes pet ſervum adqvirit §. 13. & *c. 9.* Sed
qvia hodie hæc parum utilitatis ſpirant, hæc
transmitto & me remitto ad Zaſium, qvi ſingulos
§§. explicavit.

11 In §. 20. dicitur, qvod per procuratorem
qværatur mihi poſſeſſio, ſi ille non ſuo, ſed nomi-
ne meo acceperit; qvia aliàs nemo haberet poſ-
ſeſſionem, non prior Dominus, qvia transtulit;
12 non procurator, qvia ſibi non accepit, ſed ſi ne-
gotiorum geſtor accipiat nomine meo, non ci-
tius mea res fiet, qvàm ego ratum habeam. *l. communis 42. §. 1. h. tit.* ſed in procuratore aliud
*Borcholt. de acqvir. poſſ. c. 4. n. 30.* conf. *not. l. 24. ff. de negot. geſt.*

13 In §. *pen.* hæc ſpecies: Emi rem aliqvam
à Titio & ei mandavi, ut rem illam Procuratori
meo traderet, illa res mihi tradita videtur, ego
ergo posſideo per procuratorem. Sic debitor
meus meo juſſu pecuniam, qvam mihi debet,
alii dat, hic ego posſideo, licet pecuniam ipſe
non detineam. Sed interim non negandum
eſt, qvod non detineam, qvia in priori exemplo
ſufficit, qvod membro corporis præcipuo, ſci-
licet oculis, occupaverim. Et oculis tum ad-
14 prehendimus rem, cum res præſens eſt. Per
aſpectum ergo & concurrentem traditionem
acqviritur poſſeſſio. *hic §. pen. & l. 18. §. 2. h. t. & l. 79. de ſolut. Borcholt. in tr. de adqvir. poſſ. c. 1. num. 22.*

In §. *ult.* dicitur, municipes non poſſe poſ- 15
ſidere, qvia univerſi conſentire non poſſunt,
qvam lectionem vulgarem præfert Florentinæ
*Borcholt. d. tr. cap. 4. n. 31.* Sed in foro hodie iſta 16
ſubtilitas ceſſat; non minus enim poſſidet uni-
verſitas qvàm privatus.

## ad L. Poſſideri. 3.

### SUMMARIA.

*Poſſeſſio acqviritur animo & corpore ſimul. n. 1. 6.*
*Acqviritur totius rei poſſeſſio cum parte hac ex-tentione qvæſita. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*
*Incerta pars poſſideri neqvit. 4.*
*In conſtituto poſſeſſorio pars conſtitui neqvit. 5.*
*Theſaurus non eſt pars fundi & non acqviritur ſi-mul cum fundo. 7.*
*Poſſeſſio ejusdem rei ex pluribus cauſis eſſe poteſt, non ita dominium. 8.*
*Una res à pluribus eodem jure in ſolidum poſſideri neqvit. 9.*
*Limitatur in juribus & ſervitutibus. 10.*
*Poſſeſſio ſolo animo amitti poteſt. 11.*
*Solo etiam animo retinetur. 12.*
*Animus retinendi qvomodo demonſtretur. 14.*
*Sponte poſſeſſionem derelinqvens qvomodo animo poſſidere poſſit? remiſſivè. 13.*
*Duo modi amittendæ poſſeſſionis ſuppeditantur. 15.*
*Amittitur etiam poſſeſſio per traditionem factam à colono & ſervo, qvos in prædio habuit dominus. 16.*
*Reſpondetur* ad l. ult. C. h. t. 2.
*Mutatio poſſeſſionis alternis vicibus in diverſis domiciliis non inducit amiſſionem poſſeſſionis civilis. 18.*
*Feræ in circumſeptis ſylvis vagantes, & piſces in concluſis ſtagnis natantes non poſſidentur. 19.*
*Qvid hodiè de piſcibus hoc caſu obtineat. 20.*
*Fundus a flumine aut mari occupatus non posſidetur. 21.*
*Non videtur posſidere ab hoſte posſidente expulſus. 22.*
*An tali caſu ejectus onera præſtare teneatur. 23.*
*Cauſa poſſeſſionis ſine nova cauſa ſuperveniente mutari non poteſt. 24.*
*Qvod applicatur conductori, qvi rem conductam alio titulo retinere non poteſt. 25.*
*Variæ limitationes adjiciuntur. 26.*

POſſeſſio acqvirenda eſt animo ac corpore; & 1
qvi partis poſſeſſionem acqviſivit eà mente, 2
ut totam rem velit posſidere, totius rei poſſeſ-
ſionem acqviſivit. *Maſcardus concl. 1190. n. 5. Thabor. ad Balb. l. 14. cap. 44. axiom. 19. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 14. n. 5.* ubi *n. ſeq.* id limitat: niſi alius ſit 3
in poſſeſſione partis, per *l. 18. §. pen. ff. de Acqvir. poſſ.* Incerta pars ratione qvotæ & loci posſi- 4
deri neqvit, *§. 2. h. l.* v. gr. ſi dicas, te mihi tra-
dere partem fundi, nec addas, an dimidia, an

tertia

tertia ſit pars &c. *Paris vol. 1. conſ. 55. num 4.* Non
tamen neceſſe eſt, ut qvotitativa pars exprima-
tur, ſufficit ſiqvalitercunqve deſcribatur, ut ſci-
5 re poſſim, de qva parte tradens ſenſerit, *Paris de*
*vol. 1. conſ. 61. num. 28 & ſeq.* Hinc neqve in con-
ſtituto poſſeſſorio poteſt conſtitui pars, qvia in-
certa eſt, nec poteſt vendi ita: qvicqvid juris in
6 fundo hoc habeo, *Tiraq. in tr. de conſt. poſſ. part. 3.*
*lim. 19.* Solo autem animo nobis non qværitur
poſſeſſio niſi præcedat naturalis actus, *§. 3. h. l. L.*
*licet C. h. t.* ideoqve licet poſſideam domum, & ſci-
am eſſet heſaurum in ea defoſſum, non tamen
poſſideo theſaurum; ut contra Brutum & Mani-
7 lium hic ſtatuit *Paulus JCtus* & hinc theſaurus di-
verſum qvid eſt à fundo, ut pluribus tractat &
conſectaria inde elicit *Barboſa ad L. divortio. 8. §.*
*ſi fundum num. 35. & ſeq. ff. ſol. matr.* conf. *Bor-*
*cholt in d. tr. c. 3. num. 17. & ſeq.* ubi tamen vo-
8 cem theſauri aliter interpretatur. Ex plurimis
cauſis rem eandem poſſidere poſſumus, ſed do-
minium non niſi ex unâ cauſâ nobis obtingere
poteſt. *hic §. 4. & l. 159. de R. J.* qvia poſſeſſio eſt fa-
cti, dominium autem Juris eſt, & qvod ſemel no-
ſtrum eſt, amplius noſtrum fieri neqvit. *Bronchorſt.*
*conſt. 3. aſſert. 94. Barboſa locupletatus lib. 14. cap. 64.*
9 *axiom. 7.* Plures eandem rem in ſolidum poſſi-
dere neqveunt *§. 5. h. l. Klock. vol. 1. conſ. 29. num.*
*171. & conſ. 50. num. 246. & ſeq.* ſcil. eodem reſpe-
ctu & fine, eodemqve genere poſſeſſionis;
aliàs enim unus civiliter, alter naturaliter poſſi-
dere poteſt, Vid. *hic Zaſ. & Bolognettus. Bach.*
*in Tr. vol. 2. diſp. 21. th. 2. lit. D. & th. 4. lit. K.*
Et ſic plures diverſo jure & cauſa in poſſeſſione
eſſe poſſunt, & ſi mandatum qvi habet de me im-
mittendo in bona tua, non ſtatim poteſt te
vel alium creditorem emittere & ejicere, qvia
uterqve diverſo modo poſſidere poſſumus *Me-*
10 *vius p. 1. dec. 142.* Fallit etiam regula hæc in ju-
ribus & ſervitutibus, ut per *l. 15 ff. commun. prædi-*
*or. & l. 4. ff. de aqva qvot. & æſt. Klock. de cenſ.*
*29. num. 693.* ſic cùm pluribus cumulativè con-
ceſſa eſt Jurisdictio, ut qvilibet in ſolidum poſ-
ſit cognoſcere, qvilibet in ſolidum poſſidet, & lo-
cus eſt præventioni. *Menoch. lib. 2. præſ. 18. num.*
11 *36. & ſeq. Klock. d. l. num. 692.* Qvamvis
autem ſolo animo non poſſit adqviri poſſeſſio,
ſolo animo tamen amitti poteſt, ſi qvis in fundo
12 maneat; ſed amplius poſſidere nolit per
13 *§. 6. h. l.* Solo animo retinetur poſſeſſio, licet
alius in poſſeſſione ſit, *§. 7. h. l.* qvi ſponte poſ-
14 ſeſſionem dereliqvit, qvomodo ille animo poſ-
ſidere poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 77.* Animus au-
tem poſſeſſionem retinendi demonſtratur factis,
verbis, & ejus, qvi animum ſe habuiſſe dicit,
juramento ſtatur. *Maſcard. concl. 94.* & pluribus
15 *Borcholt. d. l. n. 14.*

In §. 8. traduntur duo modi amittendæ
16 poſſeſſionis 1. ſi ſponte deſeruerim. 2. ſi vi de-
jectus ſim: ſed qværitur, ſi habeam colonos vel
ſervos in prædio & hi tradiderint, an tunc amit-
tam? Reſp, hîc qvòd ſic in *§. h.* nam pro TRA-
DIDERIM legendum eſſe TRADIDERINT, ut *Haloan-*
*drina Editio, Cujac. Donellus &c. qvos refert*
*Sande l. 5. tit. 4. def. 1.* Sed huic deregari vide- 17
tur in *l. ult. C. h. t.* in qvâ vocabulum PRODI-
DERIT de traditione factâ intelligi poſſe, con-
textus docet *Menoch. remed. 14. recup. poſſ. n. 17.*
*Sande d. l.* confer *à me notata ad illam l. ult. C. h. t.*
Sed qværitur, ſi qvis diverſa domicilia habeat, 18
ut Nobiles Galli & Itali; aliud enim incolunt
hyberno, aliud æſtivo tempore, qværitur in-
qvam, an illi tamen utrumqve domicilium poſ-
ſideant, licet per ſemeſtre abſint; Et reſponſio
facilis, qvod animo retineant poſſeſſionem per
*§. ſaltus. 11. h. t. Borcholt. d. t. 2. c. 7. n. 2.* Etiam 19
earum ferarum, qvæ in ſylvis circumſeptis va-
gantur; & piſcium, qvi in concluſis ſtagnis na-
tant, qviqve non ſunt injecti, nulla eſt poſſeſſio,
per *§. 14. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 2. lit. E.*
*Berlich. p. 5. concl. 51. num. 14.* licet autem diſtin-
ctionem illam inter piſcinam & lacum priva-
tum refellere nitatur *Grotius de jure B. & P. l. 2.*
*c. 8. n. 2.* eumtamen refellit *Dn. Thabor ad art.*
*conſt. crim. 169. th. 6.* Sed ſecundum hunc *articu-* 20
*lum 169.* piſces in lacubus aut ſtagnis privatis
exiſtentes etiam pro privatis habentur, & eo-
rum ſit furtum. Qvando flumen aut mare oc- 21
cupat fundum non videtur poſſideri *§. 17. h. l.*
vid. *Zaſ. ad h. § pag. mihi 119.* Ex hoc etiam pro- 22
batur, non videri poſſeſſum agrum, ſi ab hoſte
me expulſo poſſideatur, & ita nec ſolvenda eſſe
onera aut canonem Emphyteuticum; ſecus ſi 23
aliqvos fructus percepi, & ii pereant, ubi rigo-
re juris onera debentur, *Dn. Mev. p. 4. dec. 402.*
ſi modò in conſcientia patiatur, qvâ in parte in-
opia debitoris cum indigentia creditoris con-
ferenda, & attendenda ubertas præteritorum
annorum &c. Nemo cauſam poſſeſſionis ſine 24
novâ cauſâ ſuperveniente mutare poteſt *§. 19.*
*Baldus de præſcript. part. 4. partis 4. princ. qvæſt. 11.*
*n. 5. Klock. vol. 2. conſil. 6. n. 98. A. Barb. lib. 14. c. 44.*
*ax. 2.* declarat verò *Klock. vol. 2. conſil. 21. n. 86.* niſi
ſuperveniat, exempli gratia, titulus habilis gra-
tioſæ ſubrogationis. Unde Conductor non 25
poteſt alio titulo retinere rem conductam poſt
finita tempora conductionis, per *L. 25. C. de lo-*
*cat.* ſic qvando frater conduxerat à ſorore præ-
dium, & poſtea ſub prætextu hæreditariæ partis
vellet retinere, denegatum hoc, qvod contradi-
ctione ſororis res erat dubia, ideò reſtitutio in-
juncta, teſte *Dn. Mevio p. 3. dec. 301.* ſed poteſt ad-
di idem *Dn. Mevius p. 2. dec. 263.* ubi *d. l. 25.* limi- 26
tat cum *Menoch. rem. 11. recup. poſſ. n. 40.* niſi con-
ductor jus ſuum ignoravit, & aliter limitat idem
*Dn. Mevius p. 3. dec. 302.* ſi exceptio dominii ſit
liqvida & in continenti probanda. conf. *Menoch.*
*d. rem 11. num. 38. & ſeqq.* & notata *ad d. l. 25.* ſed ſi
exceptio ex ipſo contractu locationis oriatur,
hæc ritè opponitur locatori v. g. pacti de venden-
do, *Dn. Mev. p. 3. dec. 323.*

## ad L. Si ex ſtipulatione. 5.

*SUMMARIA.*

*Virtute tituli poſſeſſionem rei emtæ, propria autoritate ingredi non licet. n. 1.*
*An hanc facultatem tribuat inveſtitura ſolemnis. 2.*
*Limitatur. 3.*
*Excipitur acqviſitio feudi. 4.*
*Qvæ huic contraria videntur reſolvuntur. 5.*
*An juſta poſſeſſio, ſi pactum præceſſit, qvod propria authoritate ingredi liceat. 6.*

1 NOn poſſum virtute tituli ingredi poſſeſſionem rei à me emtæ, *hic & l. 9. C. h. t. Oldra-*
2 *dus conſ. 1. n. 13. Cravetta conſ. 134. num. 24.* Sic
inveſtiturâ factâ per aliqvod ſignum, puta per
oſculum, traditionem enſis, annuli &c. non intelligitur data facultas apprehendendi poſſeſſionem propriá authoritate. *Franc. de Clapper. cauſ.*
*10. q. 1.* licet Dd. multi repugnent, qvos refert
3 *num. 1.* Limitationes hic proponit *Zaſius n. 9. &*
*ſeq.* ſi hoc actum expreſsè vel tacitè ut lic eat propriâ authoritate ingredi, ut ſi evacuâſſet venditor ædes vel emtor ex probabili cauſa ſe non in-
4 vito venditore hoc facere ob amicitiam &c. ubi
*num. 10.* etiam excipit acqviſitionem feudi. *Me-*
5 *noch. rem. 4. adipiſc. poſſ. n. 592. Zaſ. hic p. 102.* Sed
videtur obſtare, qvod is qvi habet titulum, & reperitur in poſſeſſione, ab eodem habere præſumatur poſſeſſionem *Cæpolla conſ. 4. n. 39. lib. 1. & Nat-*
6 *ta conſ. 443. n. 5. tom. 2.* Sed hoc in dubio intelligendum; nam ſi conſtet creditorem ingreſſum
eſſe propriâ authoritate, vitioſa eſt poſſeſsio. Sed
qvid ſi debitor ita paciſcatur, qvòd liceat propriâ authoritate ingredi fundum? Reſp. non tamen eſſe juſtam poſſeſſionem, niſi 1. res vacat, ut
limitat *Dn. Mevius p. 5. dec. 352.* Aut 2. niſi debitor permittat eum ingredi; & ita videtur tradidiſſe: aliàs enim vitioſa eſt poſſeſsio, licet non
violenta. Vid. *notata mea ad l. 3. C. de pignor.*

## ad L. Clam poſſidere. 6. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Clam poſſidere qvis dicatur n. 1.*
*Peregre profectus relicta domo vacua poſſeſſionem civilem retinet. 2.*
*Clandeſtina poſſeſſio qvomodo in violentam transeat. 3.*
*Poſſeſſor Civilis alium violenter reſiſtentem expellere poteſt. 4.*
*Violentum poſſeſſorem impugnare deſiſtens poſſeſſionem amittit. 5.*

1 CLam poſſidet, qvi furtivè poſſesſionem eſt ingreſſus, ignorante eo qvem ſibi contro-
2 verſiam facturum ſuſpicabatur. Qvi verò peregrè profectus neminem domi reliqvit, retinet
poſſesſionem civilem, & is, qvi clam ingreſſus
eſt, ſeu furtivè, qvæ idem ſignificant *Borcholt d.*
*tr. c. 6. num. 31.* ſi revertentem dominum non
admittat, vi magis poſſidet *Ruin. in repet. l. 1.*
*h. t. num. 15. Rubeus in repet. L. naturaliter. §. 1.*
*n. 26. h. t.* & ſic vitioſa ſeu clandeſtina poſſeſſio 3
tranſit in aliam vitioſam, ſcilicet violentam poſſeſſionem. Et colligitur ex hoc §. qvod poſſeſſor 4
civilis, qvi animo retinuit poſſeſſionem, poſſit alium violenter reſiſtentem expellere, ſi poſſit id facere *l. 21. §. 2. ff. qvod vi aut clam. l. 29. ff. ad L. A-* 5
*qvil. Zaſ. hic num. fin.* Collige etiam eum, qvi repellentem violentum poſſeſſorem amplius non
impugnat, ſed cedit re, qvâ prohibitus eſt, ſic amittere poſſeſſionem, per *l. 7.* & hinc, qvi in petitorio agit, poſſeſſorio videtur renunciare, juxta *Dn.*
*Mev. p. 2. dec. 354. num. 2.* colligitur etiam, ſi abſente me poſſeſſio fundi mei occupata, & ſic ego
tantum civiliter poſſideam, nec velim occupantem repellere, ſed malim in judicio poſſeſſionem
meam tueri, qvod tunc remedio retinendæ poſſeſſionis uti poſſidetis, uti poſſim *Menoch. rem. 3.*
*retin. poſſ. n. 35 Friderus de Interdict. tit. 7. n. 28.*

## ad L. Qvemadmodum. 8.

*SUMMARIA.*

*Poſſeſſio non amittitur, niſi animo & corpore ſimul. n. 1.*
*Reſpondetur* ad l. 3. §. 6. h. t. 2. 3.

QVemadmodum nulla poſſeſſio acqviritur, 1
niſi animo & corpore, ita nulla amittitur, niſi utrumqve in contrarium actum ſit. Obſtare 2
videtur *l. 3. §. 6. h. t.* Qvæ ita conciliari poſſunt,
qvòd in eo, qvi manet in fundo, ſolus animus
ad amittendum ſufficiat; ſed in eo qvi fundo excedit, non ſolum corporis exceſſus ſufficit, ſed
etiam affectio animi reqviritur. vid. *Fachin.*
*l. 8. cap. 21. Bach. in Tr. d. diſp. 21. th. fin. lit. G. Don.*
*l. 5. c. 13. Vult. in pr. inſt. de interdict. num. 25. & ſeq.*
*Pacius cent. 6. qvæſt. 96.* ubi *ex L. ferè. 153. de R. J.* 3
Qvæ eſt ejusdem authoris & libri particulam Ferè hic repetendam eſſe dicit.

## ad L. Si qvis ante. 10.

*SUMMARIA.*

*Conductor, ſi precario rogaverit rem an à conductione videatur receſſum, & vice verſa. n. 1.*
*Aliud poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe. 2.*

IN *princ. hujus legis* habetur mira deciſio in ſub- 1
tilitate conſiſtens, ſi conduxerim rem, poſtea
vero precario rogaverim poſſeſſionem, me à
conductione receſſiſſe è contrario dici poſſet, ſi
rem precario poſſiderem, & poſtea conducerem
prius precarium eſſe ſublatum: Aliud autem putat eſſe *Borcholt. d. tr. c. 6. num. 7.* ſi conduxiſſem
prius, & poſtea rogarem, ut in poſſeſſione eſſem? Nam aliud eſt poſſidere & in poſſeſſione eſſe; ut ſeqvitur in §. 1. Noteturigitur hic diſtin- 2
ctio, qvod aliud ſit poſſidere, aliud in poſſeſſione
eſſe, ut qvi immiſſus eſt. De qva diſtinctione
*Petr. Frid. Mind. de materia poſſeſſ. c. 2. num. 13. &*
*qvos refert Hill. in Donell. l. 5. c. 6. lit. I.*

in

In §. *fin.* dicitur, conductionem vel emtio-
nem uno nummo factam eſſe imaginariam. *Don.
& ibi Hill. l. 13. c. 1. lit. I.*

## ad L. Juſtè. 11.

*SUMMARIA.*

*Juſtè poſſidet, qvi Prætore autore poſſidet. n. 1.*
*Qvomodo hoc intelligendum. 2.*

1 Juſtè poſſidet, qvi authore Prætore poſſidet.
*Gail. 2. obſ. 76. num. 5. A. Barb. l. 14. c. 44. ax. 23.*
qvia non temere occupat poſſeſſionem. *l. 1. §. 9.
ff. qvod Legatorum. Menoch. rem. 2. adip. poſſ. q.
22. num. 84.* & ſic hoc pro attentato haberi ne-
2 qvit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 394. n. 1.* Sed intelligen-
da Lex, ſi juſtè vel legitimè abjudicata vel ablata
alteri ſit poſſeſſio, per competentem cauſæ co-
gnitionem. *Petrus Friderus Mind. de proceſſ. lib.
2. cap. 13. n. marg. 14.*

## ad L. Naturaliter. 12.

*SUMMARIA.*

*Uſufructuarius qvomodo poſſideat & qvis hujus
poſſeſſionis effectus. n. 1. 2.*
*Petitorium inſtituens non prohibetur poſtea etiam
poſſeſſorium inſtituere. 3.*
*Poſſeſſio qva ratione aliqvid commune cum dominio
habeat. 4.*
*Petitorium an ab initio cum poſſeſſorio retinenda
cumulari poſſit. 5.*

1 Uſufructuarius naturaliter poſſidet, *hic &
l. 49. pr. h. l.* & ideò ei competit remedium
poſſeſſionis retinendæ *l. fin. ff. uti poſſid.* licet re-
ſpectu uſucapionis naturaliter poſſidere non
dicatur *§. 4. inſt. per qvas perſon. l. 6. §. 2. de pre-
cario*, vel poſſidet, ſed non ſibi ſed Domino.
2 Ergò corpore inſiſtit, ſed civiliter non poſſidet,
ergò nec uſucapit. *Menoch. rem. 1. recuper. poſſ.
num. 70. Bolognetus in l. 3. §. è contrario. num. 18.
Fachin. l. 8. c. 18. Don. lib. 5. c. 6. & l. 10. c. 7. lit. C.
Vultej. d. pr. inſt. de interdict. num. 19. Cujac. l. 9.
obſ. c. 33. Caſtillo de uſufr. c. 6. num. 28. & ſeqq. &
3 num. 34.* Nihil commune habet proprietas
cum poſſeſſione, & ideò, qvi antea rem vindi-
cavit, poteſt interdicto agere, cùm vindicando
rem non videatur renunciaſſe poſſeſſioni; nam
cum vindicavit, naturalem tantùm poſſeſſio-
nem adverſario conceſſit, dum ex interdicto
agit, civilem ſibi arrogat. *§. 1. h. l. Zaſ. hic
num. 15. Zang. de Except. cap. 1. num. 325.* Nihil
4 commune habet poſſeſſio cum Dominio ratio-
ne ſubſtantiæ, communia autem habent ratio-
ne naturæ, conſeqventiæ, connexitatis & no-
minis. Vid. *Hahnius ad Weſ. h. t. num. 8.* conf.
5 *Cujac. lib. 5. obſ. 34.* Ex hoc §. putant non-
nulli ab initio poſſe petitorium cum poſſeſ-
ſorio retinendæ cumulari. *Zaſ. ad tit. de in-
terdict. num. 9.* ſed communiter iſta ſententia
reprobatur. Vid. *Borcholt. tr. cap. 8. num. 57.
pag. 258.* videantur *in vol. 5. varia repet. h. §.
ut Acoromboni, Bolognini, Decii, Rubei, Fernani,
Coraſii.*

## ad L. Pomponius. 13.

*SUMMARIA.*

*Rerum amiſſarum dominium retinetur non poſ-
ſeſſio. n. 1.*
*An ratione iſtarum rerum detur aliqood remedium
poſſeſſorium 2.*
*Acceſſio poſſeſſionis ex perſona autoris an proſit in re-
medio poſſeſſorio. 4.*
*Poſſeſſio mariti prodeſt & vidua & vice verſa in do-
te. 5. 8.*
*Poſſeſſio venditoris prodeſt emtori & vice verſâ, ven-
ditione reſoluta. 6.*
*Qvod limitatur, ſi alius interim poſſederit. 7. 16.*
*An continuatio temporum locum habeat in precariâ
poſſeſſionis translatione. 9.*
*Subjungitur hic cautela Zaſii. 10.*
*An ratione rei juſſu judicis reſtitutæ locum habeat
conjunctio temporum. 11.*
*Qvid in cauſa legati & donationis. 12.*
*Conjunctio hac non prodeſt ei, qvi impropriam poſ-
ſeſſionem habet. 13.*
*Nec in otioſa poſſeſſione. 14.*
*Vitium auctoris non nocet ſucceſſori, adminiculo au-
toris non utenti. 15.*

In principio *hujus legis* agitur de re amiſsâ, 1
qvod declaratur exemplo lapidum in flumine,
qvod ea ſcilicet ſit adhuc in dominio meo, ſed
non in poſſeſſione. Unde concludit hic Zaſius, 2
mihi nullum competere ratione iſtarum rerum
remedium poſſeſſorium.

In *§. 1. & ſeqq.* agitur de adminiculo poſ- 3
ſeſſionis, qvo poſſeſſor uitur ex perſonâ autho-
ris, de qvo plenâ manu agi ſolet in *§. 8. inſt. de
uſucap.* Illud hîc noto; hoc non tantùm in u- 4
ſucapione, ſed etiam in remedio poſſeſſorio
utile eſſe; nam ſi antiqvior poſſeſſio obtineat,
ea & ex perſonâ autoris dijudicanda. *Dn. Mev.
p. 3. dec. 92.* ubi etiam id tradit in ſummario,
qvando præſens poſſeſſio dubia. Et poſſeſſio 5
mariti prodeſt & viduæ, & poſt mariti mor-
tem vidua repræſentat maritum, & in poſſeſſio-
ne, qvæ marito competiit, defendi debet, pen-
dente lite *Dn. Mev. p. 3. dec. 176.* Sicut autem 6
emptor utitur acceſſione temporis, qvo vendi-
tor rem poſſedit; ita etiam venditione reſoluta
utitur venditor acceſſione temporis empto-
ris. *§. 2. h. t. & ibi Zaſius.* Et ut poſſeſſio defun- 7
cti continuatur cum poſſeſſione hæredis, licet
hic ſero adierit hæreditatem, modo interea a-
lius non poſſederit; ita poſſeſſio venditoris cum
poſſeſſione emptoris continuatur & non inter-
rumpitur, niſi alius interim poſſideat *§. 4. h. l.*
Eadem continuatio poſſeſſionis in dote inter 8
maritum & uxorem ultro citroqve per §. 6. In
precaria poſſeſſionis translatione non habet 9
locum acceſſio, v. g. ſi ego per qvinqvennium
poſſedi, & tu à me precario poſſediſti per aliud
qvinqvennium, non continuantur hæc tempo-
ra, qvia qvi precario poſſidet, ſibi non poſſidet

verè & poſſeſſio eſt ſemper revocabilis, niſi revo-
cato precario; qvo caſu acceſſio temporis locum
10 habet §. 7. ubi *num.* 4. *Zaſius* cautelam proponit,
ut qvi conceſſit rei uſum alii precariò, ſi metuat
controverſiam; ſtatim revocet precarium. Con-
11 tinuatio & acceſſio temporis datur ei, cui vindi-
canti res juſſu judicis reſtituta, v. gr. ſi à te vin-
dicavi, qvi poſſediſti per 6. annos, & ego poſt re-
ſtitutionem factam poſſedi per 4. annos & alius
rem vindicet, poſſum acceſſione tui temporis uti,
& ſic res juſſu judicis reſtituta parat mihi præſcri-
12 ptionem §. 9. *h. l.* & ibi *Zaſius*. Et legatario datur
acceſſio ejus temporis, qvo defunctus teſtator
poſſedit §. 10. & donatario donatoris §. 11. Sed in
§. *pen.* & *ult.* duæ declarationes in materia con-
13 tinuatæ poſſeſſionis bene notandæ. Prima in §.
*pen.* qvod acceſſio poſſeſſionis non detur ei, vel
ex ejus perſona, qvi non propriam habet poſſeſ-
14 ſionem. Altera in §. *ult.* Vitioſa poſſeſſio v. g.
Clandeſtina, violenta, precaria, non accedit non
15 vitioſæ. *Donell. l. 5. c. 20. & ibi Hill. lit. C.* Vi-
tium verò non in re, ſed perſona authoris, em-
ptori non nocet, ſi adminiculo temporis autho-
ris uti nolit, per *l. 5. ff. de diverſ. & temp. præſc. & ibi notata Don. dec. 20. lit. F. & ibi Hill. in notatis.*
16 Sicut etiam, ſi inter authorem & ſucceſſorem ali-
us medio tempore poſſederit, interrupta eſt
poſſesſio *Boreh. d. tr. cap. 8. n. 31.* ubi in ſeqventibus
plura de hac materia habet & *Don. d. l. 5. c. 20.*

## ad L. Si qvis vi. 17.

### *SUMMARIA.*

*DEjectus ex poſſesſione pro qvaſi poſſeſſore habe-tur. n. 1.*
*Dejector verè posſidet. 2.*
*Dominium non amittitur nudâ voluntate 3.*

1 QVi ab alio dejicitur, habendus eſt pro eo ac
ſi posſideret, qvia actionem ad recuperan-
dam poſſesſionem habet; Ergò rem ipſam habe-
re videtur, *l. 143. de V. S.* Sed exinde non in-
fertur, qvòd verè posſideat, ſed perinde haberi
debere, qvaſi verè posſideret cum interdicto de
vi poſſesſionem recuperare posſit, *Borcholt. d. tr. c. 6. n. 24. & cap. 8. num. 9.* & habetur pro poſſeſ-
ſore ratione commodi ſui, qvoad res, fructus &
2 damna, non in ſui gravamen. *Zaſ. hic. n. 4.* Sed
verè poſſidet dejector, qvia ſi dejectus verè poſ-
ſideret, haberet utiqve remedium retinendæ poſ-
ſesſionis; & hæc poſſesſio ejus, qvi dejecit, non
3 eſt otioſa reſpectu tertii. *l. fin. h. tit.* Dominium
autem non amittitur nuda voluntate Domini,
niſi actus, ſcilicet projectio, concurrat; ſed poſ-
ſesſio ſolo animo amittitur. *Hillig. in Donell. l. 4. c. 13. lit. A.*

## ad L. Qvod meo. 18.

### *SUMMARIA.*

*COnſtitutum poſſeſſorium qvid & quotuplex. n. 1.*
*Emtor cum conſtituto poſſeſſorio primus, ſi res vendita duobus, præfertur ſecundo realem poſ-ſesſionem habenti. 2.*
*Pactum de non alienando contractui venditionis ad-jectum non extenditur ad venditionem cum conſtituto poſſeſſorio. 3.*
*Ratione rei conſtituto poſſeſſorio affectæ tertius poſſeſ-ſor non poteſt opponere beneficium excuſſionis 4. 11.*
*Reqviſita conſtituti poſſeſſorii. 5.*
*Immiſſio, permittente conſtitutario, in bonorum poſ-ſeſſionem facta non præjudicat prioritatis qvæ-ſtioni. 6.*
*Conſtitutum ſolo animo amittitur. 7.*
*Conſtitutarius an propriâ autoritate prædium, in qvo vidua jure retentionis eſt, occupare poſſit. 8. & ſeqq.*
*Qvid ſi Dominus non poſſidens rem ſub conſtituto poſſeſſorio promittat. 12.*
*Poſſeſſionem in alium transferre intendens amiſiſſe poſſeſſionem videtur, licet translatio effectu ca-reat. 13.*
*Res emta juſſu emtoris in ædibus ſuis depoſita à ju-bente poſſidetur. 14.*
*Solo viſu & aſpectu poſſeſſio acqviri poteſt. 15.*
*Tantum præſcriptum videri qvantum poſſeſſum probatur. 16.*
*Qvod limitatur. 17.*

QVod meo nomine poſſideo, poſſum alieno 1
nomine incipere poſſidere, ſi conſtituam,
me velle impoſterum alterius nomine poſſide-
re, qvod vocatur Conſtitutum Poſſeſſorium;
qvod duplex eſt, aliud ſimplex, aliud cum preca-
rio: illud naturalem & civilem poſſeſſionem
transfert, hoc tantùm civilem vid. *l. 15. §. 4. ff. de precario.* cujus effectum deſcribit *Tiraq. in ele-ganti Tract. de conſtit. poſſeſſ. p. 1. num. 3. & ſeqq.*
Et qvia per Conſtitutum transfertur utraqve 2
poſſeſſio, ideoqve ſi duobus qvis vendidit rem,
mihi primò cum Conſtituto Poſſeſſorio, & reti-
neat rem; tibi verò poſtea vendat rem & rea-
liter poſſeſſionem tradat, ego te nihilominus
ero potior, qvia antea poſſeſſionem naturalem
habui, ut omnes Dd. in hoc conſentire ſcri-
bit locupletiſſimus *Tiraqv. allegatis pluribus Dd. d. tr. p. 1. n. 21. & ſeqq.* modò ego pretium ſol-
verim. *Tiraqv. d. l. n. 27.* Sic ſi rem vendam, 3
ut non alienetur, nihil operatur ex parte ejus
hoc pactum, in qvem de facto res alienata eſt,
ſecus autem, ſi emtor conſtituat ſe venditoris
nomine poſſeſſurum. *Tiraqv. d. p. 1. num. 31.*
Et licet creditor contra tertium poſſeſſorem a- 4
gere non poſſit, niſi excuſſo debitore, aliud ta-
men eſt, ſi creditor Conſtitutum Poſſeſſorium
pro ſe habeat: nam tunc contra tertium poſſeſ-
ſorem agere poterit ex *l. fin. C. de acqvir. poſſeſſ.*
ad revocandam illam ſuam poſſeſſionem, qvam
ex Conſtituto obtinuerat. *Tiraq. d. l. n. 54.* conf.
de conſtituto hoc, qvod ad differentiam Obli-
gatorii, de qvo in *lib. 13. Pandect.* Poſſeſſorium
dicitur *Colerus de proc. execut. p. 1. c. 16. num. 182. & p. 3. c. 12. n. 87. Guido Papæ decif. 268.* conf.
illi qvos allegat *Ricc. collect. decif. 55. Mantic. de tac. & amb. convent. lib. 19. tit. 1. Menoch. l. 2.*

A. Q.

*A. Q. caſu 39. num. 6. & 7. Petr. Greg. l. 25. c. 18. n. 5.*
5 *& ſeq. Covarr. p. 2. qvæſt. cap. 29.* Sententia
reqviſita Conſtitui Poſſeſſori colligit *Beſold. in
theſ. pract. verbo: conſtitutum.* 1. Ut contractus,
cui additur, ſit licitus 2. Ut conſtituens hoc
tempore poſſideat. 3. Ut Conſtitutum ſit de re
certâ. 4. Ut conſtitutarius ſit præſens, aut juſto
tempore ratum habuerit. conſ. notata *Habnii*
6 *ad h. t.* in *Weſenb. in fin.* Conſtitutarius ſi paſſus
fuerit alium in poſſeſſionem bonorum mitti,
qvia duo in ſolidum poſſidere neqveunt; ideo-
qve immiſſus interim in poſſeſſione defenditur
ſalvâ proprietatis qvæſtione. *Dn. Mev. p. 5. dec.*
7 *159.* Conſtitutum ſolo animo amittitur, qvia ſo-
lo animo conſtituitur. *Dn. Mev. d. p. 5. dec.*
8 *160.* Sed qværitur, an creditor, cui Coſtitutum Poſ-
ſeſſorium in optima forma factum, poſſit pro-
priâ authoritate occupare prædium, in qvo vi-
dua jure retentionis eſt, qvod negat. *Dn. Mev.
p. 5. dec. 350.* Nam ipſe debitor & multò magis
vidua audienda fuit, anteqvam via facti ingre-
deretur fundum; ſicut etiam conſtitutarius in-
vito debitore fundum propria authoritate oc-
cupare non debet, cum nec per expreſſum pa-
ctum hoc fieri poſſit, ut non ſit vitioſa poſſeſſio
violenti occupantis *l. 3. C. de pign. & ibi not.*
9 Ergò ſi non vacuus fundus judicis authoritate
opus eſt, *Dn. Mev. p. 5. 352.* præſertim vidua,
licet ipſa cum marito Conſtitutum Poſſeſſorium
fecerit, hoc tamen ipſi non præjudicat, qvia tunc
non habuit poſſeſſionem, ſed jure familiaritatis
erat cum marito in poſſeſſione; Ergò hanc con-
ſtituere ſuo nomine non potuit. 2. alius titulus
viduæ ſupervenit, ſcilicet Jus retentionis pro ſe-
10 curitate dotis, & 3. Ex potiore jure tertii deſi-
nit Jus conſtitutarii. 4. Viduæ remiſſio pigno-
ris non aliter valet, niſi alia bona ſuperſint, *L.
jubemus 21. C. ad Vellej.* nec 5. ultra decennium
operatur Jus conſtituti ex *Tiraq. de conſtit. poſſeſſ.
p. 3. limit. 21.* ut hæc pluribus docuit *Dn. Mevius*
11 *p. 5. dec. 353.* Conſtitutario etiam, ut dixi, com-
petit remedium ex *l. fin. C. de acqvir. poſſeſſ.*
contra eum, in qvem debitor alienavit poſſeſ-
ſionem, etiamſi hic ſecundus ſit conſtitutarius,
*Boër. dec. 112. num. 12. Gail. 2. obſ. 27. num. 31. Me-
noch. rem. 14. recup. poſſ. n. 24. & ſeqq. & n. 40.
& 41. Tiraq. de conſt. poſſeſſ. p. 1. n. 21.* magnum
12 numerum Doctorum referens. Sed ſi Domi-
nus Conſtitutum Poſſeſſorium faciens non poſ-
ſideat, ut ſi Dominus feudi vacaturum feudum
promittat cum Conſtituto Poſſeſſorio, remedia
poſſeſſoria expectanti contra Dominum non
dabuntur, ſed videtur tantùm poteſtas data va-
cuum feudum apprehendendi. *Berlich. p. 2. dec.*
13 *355.* Qvi autem amittere vult poſſeſſionem, &
in alium transferre, licet cum effectu non trans-
ferat in eum poſſeſſionem, tamen amiſiſſe vide-
14 tur per §. 1. Et adqviritur poſſeſſio, ſi jubeam
rem emtam in meis ædibus deponere; vel ſi
15 qvis horreum venditum mihi in turri demon-
ſtret, cum & oculis ſeu adſpectu adqviratur poſ- 16
ſeſſio per §. 2. *Zaſius ad d. §. n. 5.*

Ex §. *fin.* ubi dicitur exercitum eum tan-
tum partem qvam intravit, occupaſſe probare ſo-
lent tantum videri præſcriptum, qvantum poſſeſ-
ſum. *Carpz. p. 2. dec. 106. num. 9. Maſcardus concl. 14.
num. 23. & qvos refert Barb. lib. 14. c. 64. axiom. ult.* 17
Sed hoc limitat *Natta vol. 1. conſ. 98. n. 26.* qvem
refert *Maſcard. d. concl. 14. num. fin.* niſi agatur de
jurisdictione; ubi ſi non alius ſit in poſſeſſione
Jurisdictionis, præſcriptio extenditur.

## ad L. Qvi bona fide. 19.

### *SUMMARIA.*

*Conducens rem à ſe poſſeſſam in poſſeſſione eſſe deſi-
nit. n. 1.*

*Reg. Neminem cauſam poſſeſſionis mutare poſſe decla-
ratur. 2.*

Conducens à te rem à ſe poſſeſſam, amittit 1
poſſeſſionem; nam conductor ut talis non
poſſidet, licet dominium retineat, *Petr. Barb. ad
L. Si rem alienam ff. ſolut. mat. n. 109.* Et qvi rem
emit à non domino, poteſt eam conducere ab eo,
qvem comperit eſſe Dominum.

In §. unico declaratur ſuperior regula, 2
qvod nemo ſibi cauſam poſſidendi mutare poſſit,
qvod ſcilicet hoc intelligendum, dummodo non
relinqvat poſſeſſionem, & ex alio titulo incipi-
at poſſidere. Sed de hoc *Zaſius* hic agit, & Dd.
qvos ſupra citavi.

## ad L. Si qvis rem. 20.

### *SUMMARIA.*

*Commodatarius rem Domino ſine juſtâ cauſa de-
negans pro prædone habetur. n. 1.*

*Conductor ratione impenſarum habet jus retentionis,
donec expenſæ ſolvantur. 2.*

Commodatarius etiam, qvi minimum juris in 1
re utenda habet, ſi rem nolit Domino vel ei,
cui Dominus vendidit, reſtituere, invertit poſſeſ-
ſionem, & pro prædone habetur, ſi non habet
cauſam juſtam. Ex qvo Dd. probant, ob impen- 2
ſas conductorem rem locatam retinere poſſe, do-
nec expenſæ ſolvantur. *Carpz. p. 2. conſt. 25. def. 21.
Dn. Mevius p. 3. dec. 43.*

## ad L. Interdum. 21.

### *SUMMARIA.*

*Qvomodo poſſeſſionem non habens eam transferre
poſſit? n. 1.*

*Declaratur exemplo bonæ f. poſſeſſoris. 2.*

Qvomodo qvis poſſeſſionem in alium trans- 1
ferre poſſit, qvam ipſe non habet, explicatur
*in princ.* qvod qvia varios intellectus habet, ut
apparet ex *Gloſſa & Zaſio ad eam legem* vix pote-
rit firmiter probari. Hoc tamen colligitur; 2
poſſe b. f. poſſeſſorem à vero domino petere, ut
ſibi liceat precario rem retinere; qvo caſu poſ-
ſeſſionem veram in verum Dominum transfert,
qvam poſſeſſionem comperto errore non ha-
bebat: Idem eſt ſi qvis alienam rem precario
ſibi

runt *Johannes & Alex. de Immola, Paulus Ripa*
4 *& alii. Vid. Wammes. conſ. 215. num. 8.* Colli-
gunt etiam inſtrumentum recognitionis vel Emphyteuſeos non probare dominium vel poſſeſſionem contra tertium, ut ex Dd. hujus loci refert *Franc. de Clapper. p. 2. dec. cauſ. 74. q. 2. num. 1.*

## ad L. Poſſeſſionem pupillum, 29.

### *SUMMARIUM.*

*Pupillus qvam poſſeſſionem amittere poſſit.*

PUpillus amittere poteſt poſſeſſionem naturalem, corpore, non animo: Qvod enim facti eſt, id poteſt amittere, non vero, qvod juris. Sed notat hic *Cujac. ad h. l. tom. 2. pag. mihi 1312.* qvod amiſſio hæc corporalis nullius ſit in jure effectus, nec amittit pupillus Jus, qvod ex naturali poſſeſſione oritur. conf. *Harprecht ad §. 1. de Uſucap. num. 11. & 12.*

## ad L. Qvi univerſas. 30.

### *SUMMARIA.*

*ÆDibus & navi poſſeſſis cæmenta & lapides non poſſidentur. n. 1.*

*Varii modi amittendi poſſeſſ. recenſentur. 2.*

1 ÆDibus & navi poſſeſſis cœmenta & lapides
non poſſidentur, qvia non lapides, tegulæ, ſed fundum, tectum, parietes, ſunt partes domus. *Gipban. ad h. l. n. 5.* qvem refert *Hill. ad Don. lib. 5. cap. 9. lit. E.*

2 In *§§. ſeqventibus* recenſentur varii modi,
qvibus rei poſſeſſio amittitur; ut ſi res fiat ſacra, religioſa; item ob immiſſionem vicini, ob cautionem non præſtitam de damno infecto. Item ob occupationem factam à flumine, item transformationem in aliam ſpeciem, & ſim. de qva materia cum prolixe agatur in *Coll. Arg. tb. ult. h. t. Donell. l. 5. c. 13. per totum* plura non addam.

## ad L. Fundi venditor. 33.

### *SUMMARIA.*

*IN poſſeſſionem mitti à venditore certioratus an propria authoritate ingredi poſſit. n. 1.*

*Procurator an Domino mortuo poſſeſſionem rei venditа tradere poſſit diſtingvitur. 2.*

*Heres mandatum a defuncto datum ratificare cenſetur ſi ſciens mortem defuncti non revocet. 3.*

1 VEnditor ſignificat me debere in poſſeſſio-
nem mitti, qværitur, an propria authoritate
poſſim conſeqvi poſſeſſionem? Negatur, ſed
2 debeo expectare, dum mittar. Et procurator
venditoris ſciens mortem venditoris & heredes
tradere nolle; ſi tamen tradat poſſeſſionem juſte
non facit, juſte autem transfert, ſi vel neſciat
mortuum, vel hæredes ſciant & non prohi-
3 beant *Donell. l. 5. c. 18. lit. C. & ibi Hillig.* Un-
de colligitur, mandatum licet morte finiatur,
ſi tamen hæres ſciens non revocet, videri eum
ratificare mandatum à defuncto datum. *Ant. Rubeus in Rep. l. non ſolum. §. morte n. 21. & ſeq. ff. de Novi operis nunciat.* confer. *Covarr. in Pract. qvæſt. cap. 11. n. 21. & 2.*

## ad L. Si in me vacuam. 34.

### *SUMMARIUM.*

*Conciliatio* l. 18. h. t. *cum* l. *h.* 34.

DIctum ſupra ad *l. 18. h. t.* non amitti poſſeſſionem, etiamſi alteri non adqviratur, cujus contrarium hic dici videtur. Videtur diſtingvendum: an res præſens tradatur, an verò rei abſentis poſſeſſio ita tradatur, ut poſſit eam alter occupare propria authoritate, vel accipere à meo procuratore; & hoc caſu non amittitur poſſeſſio, niſi adqviratur illi cui, adqviri volui. *P. Barb. ad l. ſi alienam l. 2. n. 108. & ſeq. ff. ſol. matr.* Aliter *Afflictus. dec. 301. num. 4.*

## ad L. Exitus. 35.

### *SUMMARIA.*

*PEtitorium non inſtituitur anteqvam poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis terminatum. n. 1.*

*Petitorium rei corporalis primo inſtitutum cum poſſeſſorio cumulari poſſe, an rectè inferatur. 2.*

POſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis prius ter- 1
minari debet, qvam petitorium inſtituatur, ut
apparcat, qvis actoris partibus fungatur. Unde
inferunt, cum de poſſeſſione rei corporalis agi- 2
tur, & actor primo petitorium, poſtea poſſeſſo-
rium intendat, hoc caſu non admitti utriusqve judicii cumulationem, qvod tamen melius ex ratione ſeu repugnantia utriusqve judicii, qvam ex hoc textu probari aſſerit *Men. remedio 3. ret. poſſ. n. 513. & ſ.* conſ. *Afflictus dec. 155. n. 5.*

## ad L. Intereſſe. 39.

### *SUMMARIA.*

*REi ſeqveſtrata poſſeſſio de partium conſenſu amittitur. n. 1.*

*Reſpondetur* ad l. 18. §. 1. ff. depoſ. 2.

REi ſeqveſtratæ de partium conſenſu perdi- 1
tur poſſeſſio, niſi cauſa cuſtodiæ ſeqveſtre-
tur, cui non obſtat *l. 17. §. 1. ff. de depoſ.* qvia *in
d. §. 1.* vocabula DEPOSITA referenda eſt ad proxi-
mum, ſcil. poſſeſſionem *Don. l. 5. c. 13. lit. F.* vel di-
ſtingvendum: an ſeqveſtratio fiat in certitudinis 2
cauſa, dum uterqve poſſidere ſe dicit, annon: de qvo *Pacius l. 4. q. 80. Gædd. de Seqveſt. c. 1. n. 130. Hill. d. l. Zaſius part. 2. Antinom. num. 4. p. 79. Menoch. rem. 3. retin. poſſeſſ. q. 11. n. 86.*

## ad L. Si de eo fundo, 40. §. ult.

TU es in poſſeſſione ſervi mei vel alterius rei meæ, cujus verè ſum Dominus: ſi clam poſſeſſionem rei occupem, & conveniat à te recuperanda poſſeſſione, qværitur an poſſim tibi objicere exceptionem dominii? hoc *arg. hujus §.* multi affirmant, qvos refert *Menoch. rem. 1. recup. poſſ. num. 142.*

## ad L. Qvi jure familiaritatis, 41.

### *SUMMARIA.*

*ACtus qui ſit jure familiaritatis vel amicitiæ non tribuit poſſeſſionem n. 1.*

*Qvod*

Digitized by Google

*Qvod verificatur in fructibus jure qvodam familiaritatis perceptis. 2.*
*Alia exempla vid. n. 3. 4. & 5.*
*Familiaritatis cauſa qvando qvid præſumatur. 6.*

1 ACtus qvid fit jure familiaritatis vel amicitiæ, non tribuit poſſeſſionem *confer Cothman. v. 4. conſ. 39. n. 25. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 160. num 13. Honded. vol. 1. conſ. 65. n. 57. Klock. vol. 1. conſ. 21. n. 99. & ſeq. & conſ. 29. n. 561. & conſ. 50. n.*
2 *254.* Hinc licet ex perceptione fructuum colligatur poſſeſſio *l. 2. C. h. t. & l. Litibus. C. de agric. & cenſit.* non tamen hoc locum habet; qvando fructus percepti jure qvodam familiaritatis; Uti per *hanc legem Maſcardus concl. 1189. n. 8.* concludit; Nam familiaritatis cauſa præſumitur potius, qvàm qvod voluerit dominium acqvirere.
3 *Cornæus conſ. 292. vol. 3. & conſ. 63. lib. 4.* Sic maritus qvi ducit uxorem, qvæ jure retentionis utitur, in alienis bonis potius familiaritatis cauſa & ut uxoris curator ſe geſſiſſe præſumitur, qvàm ut ſe ad rationes reddendas obligârit *Dn. Mev. p. 2.*
4 *dec. 219.* Et vitricus in bona defuncti inductus non eſt poſſeſſor bonorum defuncti, ſed jure familiaritatis tantùm utitur. *Dn. Mev p. 4. dec. 392.* ubi *n. 12.* ait, peſſimi exempli & iniqvum valdè fore, hoc indulgere vitrico, ut poſſeſſor habeatur bonorum, qvæ anteceſſor liberis in hæreditatem reliqvit &c. & hoc jus familiaritatis amittit maritus, qvando domo conjugis & liberorum
5 decedit *Dn. Mev. d. p. 4. dec. 345.* Sic uxor mariti bonis fruitur jure familiaritatis, & ita nullum videtur ex parte mulieris Conſtitutum Poſſeſſorium, qvod uxor cum marito facit. *Dn.*
6 *Mev. p. 5. dec. 353. n. 1. & ſeq.* Familiaritatis autem cauſa præſumitur, ſi alia cauſa non appareat. *Menoch. l. 2. arb. qvæſt. caſu 160. num. 20. Dn. Manz. cent. deciſ. qv. 28. num. 24. Card. Tuſchus concl. 411. num. 3. lit. P.* præſertim, qvando duo poſſident, alter ſine titulo & tunc hic jure familiaritatis poſſidere præſumitur. *Tuſchus d. l. n. 4.* præſertim in conjugibus *Tuſchus d. l. num. 5. & ſ.* in filiis & fratribus. *Men. l 2. arb. qvæſt. caſu 160. n. 13.*

## ad L. Si qvis fundum. 43.

### SUMMARIA.

*CEſſat præſcriptio qvoad partem fundi qvam poſſeſſor alienam ſcit. n. 1.*
*Scientia rei alienæ inducit malam fidem. 2.*

SI qvis partem fundi alienam eſſe ſcit, ſive pars
1 pro diviſo, ſive pro indiviſo ſit, non poteſt eatenus præſcribere, ſed reliqvas partes præſcribere poteſt. Colligunt exinde ex ſcientia rei alienæ
2 fluere malam fidem, & qvi ſcit ſe teneri ad aliqvid dandum, in mala fide eum verſari *Cephal. vol. 2. conſ. 161. n. 31. & vol. 4. conſ. 455. n. 84. Klock. vol. 1. conſ. 28. num. 241.*

## ad L. Si peregre. 44.

### SUMMARIA.

*PEr oblivionem reconditi theſauri qvoad locum nno amittitur poſſeſſio. n. 1.*
*In poſſeſſore juſto convenit poſſeſſio & jus poſſidendi. 2.*
*Poſſeſſionem relinqvens ſine animo retinendi amittit poſſeſſionem 3.*

SI qvis theſaurum recondiderit peregre prote- 1
cturus, poſtea autem loci oblitus reperire locum non potuerit, qvod ſæpe factum memini, an poſſeſſionem amiſerit, qværitur? Qvod negatur hic in *pr.* ubi notant Doctores, qvod in 2
poſſeſſore juſto conveniant poſſeſſio & jus poſſidendi *Donell. l. 5. c. 6. lit. H.* In §. 1. habetur ratio, cur ex peculio etiam ignoranti qværatur poſſeſſio; qvæ in textu perſpicuè habetur. Qvando nos ipſi poſſidemus & recedimus, amit- 3
timus, ſi animus adſit relinqvendi poſſeſſionem; nam animo ſolo retinetur poſſeſſio §. 2. *h. t.* Vid. *not. l. 4. C. h. t.* conf. *Socin. jun. vol 1. conſ. 146.*

## ad L. Si rem mobilem. 47.

### SUMMARIA.

*POſſeſſio rei apud alium depoſita aut commodata qvatenus amittatur ob denegatam à commodatario vel depoſitario reſtitutionem. n. 1.*
*Rerum mobilium vilis & abjecta eſt poſſeſſio. 2.*
*Qvod explicatur n. final.*
*Ex* Can. de Redintegranda *ſi ob res mobiles agatur, qvid probandum? n. 3. 4.*

SI rem tibi commodatam aut penes te depo- 1
ſitam tibi poſſidere & non reddere conſtitueris, confeſtim amitto poſſeſſionem, licet ignorans: qvod intelligunt Dd. ſi rem illo loco moveris aut depoſueris tibi animo lucrandi. Verbum enim CONSTITUERIS cum effectu accipiendum, ſcilicet contrectando & loco movendo. *Donell. l. 5. cap. 12. lit. D. Ant. Matth. ad l. 47. tit. 1. num. 4.* Notandum etiam ex *hac lege*, qvod 2
rerum mobilium vilis & abjecta ſit poſſeſſio. conf. *l. 3. §. 3. & §. 13. h. t. Franc. Baldus in repet. legis. Celſus in tit. primo qværit Bartolus. n. 8.* ubi ait, in rebus mobilibus non præſumi continuationem poſſeſſionis. Ex qvo etiam hoc deduci- 3
tur, licet actor agens ex remedio canonis REDINTEGRANDÆ, non debeat, niſi antiqviorem ſuam & recentiorem rei poſſeſſionem probare, *Menoch. rem. 15. recuper. poſſ. n. 383.* id tamen limitari in rebus mobilibus, ubi neceſſe eſt probare tempore ſpoliationis v.g., venditionis, rem à ſe poſſeſſam fuiſſe. *Menoch. rem. 15. n. 406. qvem laudat Carpz. p. 1. Juriſpr. conſt. 6. def. 8. in fin.* & hujus ſententiæ etiam eſt Speculator, licet diſſentiat *Panorm. ad c. cum ad ſedem. 15 n. 15. X. de reſtit. ſpoliat.* Et cum de eqvo alicui vendito ex hoc 4
remedio ageretur, pronunciatum à nobis ſcio, debere actorem probare, qvod tempore eo, qvo eqvus rei venditus in poſſeſſione fuerit; præſertim cùm reus aliqvas præſumtiones opponeret, qvod venditor eqvi tunc eqvum pro ſuo poſſederit. Sed illud qvod hic dicitur abjectam eſſe rerum mobilium poſſeſſionem noſtrates fortè de ſuppellectili vili intelligerent.

ad L.

### ad L. Prædia. 48.

*SUMMARIA.*

C*Aſus legis proponitur. n. 1.*
*Epiſtola an probet traditionem. 2.*
*Ex inſtrumento poſſeſſionem non probari poſſe an recte ex* h l. *colligatur. 3. & ſeqq.*

1 DOnavi tibi prædium per epiſtolam, & dixi, me tradidiſſe poſſeſſionem; poſtea ſervus ex eo prædio ad te pervenit, qvem remittis, & per eum poſſeſſionem apprehendis & ſic jam
2 demùm poſſeſſionem conſeqveris; Ergò epiſtola, licet traditionis meminit, non probat traditionem, qvia, qvando dicitur in inſtrumento, me promiſiſſe, licet omnia videantur ſolenniter acta, tamen hoc eſt intelligendum, qvando partes ſunt præſentes, at qvando per epiſtolam res agitur, ibi partes ſunt abſentes, ergò ſi præſumeremus traditionem hîc eſſe factam inter abſentes per epiſtolam, hæc præſumtio naturæ repugnaret. *Cujac. in l. 10. Reſp. Papin. tom. 4.*
3 *p. 1135.* Sed exinde non videtur inferri poſſe, qvod poſt Dd. infert *Weſſenb. in π. ad h. t. n. 6.* qvaſi ex inſtrumento non poſſit probari poſſeſſio; nam hæc Lex de omni inſtrumento non loqvitur, & ſic nec de eo, qvod juſſu utriusqve partis præſentis ſcriptum; ſed de epiſtola; *Cujac. d. l. in fin.* nam ex publico Inſtrumento poteſt probari poſſeſſio. *Poſtius de Manuten. vol. 2.*
4 *dec. 4. & ſeq. Dn. Mev. p. 4. dec. 293.* Licet autem ex inſtrumento poſſit probari poſſeſſio, vel ejus translatio, debet tamen fieri id inſtrumentum in rei præſentia, ut Notarius cum teſtibus videat rem, ejusqve translationem. Dd. hic, qvos refert *Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. cauſa 74. q. 2. n. 4.* Et hoc etiam inſtrumentum contra ter- 5
tium probat, ſi accedat ſolutio penſionis canonis &c. *Car. Ruinus vol. 4. conſ. 40. n. 5. quem refert Franc. de Clapper. d. l. r. 7.*

### ad L. Poſſeſſio qvoqve 49. §. 1.

NOtandum hic tantum putavi, qvod hic poſſeſſio dicatur juris eſſe, ſcilicet qvod ex jure multa mutuetur: alias ratione ſui facti eſt, qvod pluribus explicat *Donell. lib. 5. c. 6. poſt lit. H.*

### ad L. Qvarundam rerum. 51.

SIne actu corporis proprii videtur acqviſita poſſeſſio, ſi rei abſenti cuſtodem appoſuero. *Zaſ. in l. 3. pr. h. t. n. 7.*

### ad L. Adverſus extraneos. ult.

*SUMMARIA.*

P*Oſſeſſio dejicientis qvatenus defendi poſſit remedio aliqvo poſſeſſorio.*

QVi poſſidet, utiqve remedio aliqvo poſſeſſori uti poteſt contra tertium, à qvo dejicitur vel turbatur vid. *l. 1. §. ult. & l. 2. in fin. uti poſſid. Weſſenb. vol. 2. diſp. 19. h. t. th. 20.* & ſic poſſeſſio dejicientis deſtituitur qvidem effectu reſpectu dejecti, ſed non reſpectu tertii, & cedere poſſeſſione juſſus, debet ſcire ejus jus, cui cedere debet, *Dn. Mev. p. 1. dec. 256. n. 7.*

# TITULUS III.
# De uſurpationibus & uſucapionibus.

### Ad L. Bono publico, 1.

*SUMMARIA.*

R*Atio introductæ uſucapionis n. 1.*
*An aliqva ſpecies præſcriptionis juris gentium ſit, inqviritur. 2.*

1 BOno publico uſucapiones ſunt introductæ, ne rerum dominia ſemper eſſent incerta; qvia potuit Princeps, ad reſarciendas lites & in pœnam negligentiæ priorum Dominorum, hunc modum acqvirendi introducere. *Molin. de J. & J. diſp. 4. n. 7. Balthaſar. tit. 9. re-*
2 *ſol. Bavar. 1. n. 3 Donell. l. 5. c. 30.* Sed dubium, annon Jure Gentium introducta ſit qvædam præſcriptio, qvod videtur negandum, dum à Jure Romano fuiſſe eam introductum dicunt. Sed verius videtur aliqvam ſpeciem præſcriptionis, præſertim immemorialem Jure Gentium agnitam; nam ex hoc tempore videtur colligi neglectio jurium præhabitorum per *Cap. II. Judicum n. 28. Grotius de J. P. & B. l. 2. c. 4. n. 2. Habn. ad π. Weſenb. n. 9. h. t.*

### ad L. Uſurpatio. 2.

*SUMMARIUM.*

D*Efinitio uſurpationis in* h l. *2. an perfecta.*

USurpatio & Uſucapionis interruptio, qvæ tamen perfecta definitio non eſt, ſed eſt definitio nominis, propoſitæ materiæ conveniens, in qva effectus ponitur pro cauſa; nam per uſurpationem interrumpitur uſucapio. Poteſt autem interrumpi uſucapio etiam ſine uſurpatione; ut ſi res mobilis curru excidat, pecus aberret, flumen inundatum. Hæc rectè *Donell. l. 5. cap. 21. lit. B. & ibi Hilliger.*

### ad L. Uſucapio, 31.

*SUMMARIA.*

U*Sucapionis deſcriptio. n. 1.*
*Ejus declaratio & qvibus caſibus uſucapio qvaſi dormiat 2. 3.*

USucapio hic definitur, qvòd ſit adjectio (ra- 1
tione adqvirentis non amittentis ita dicta, *Benev. Stracha in tr. de adjectio. p. 1. n. 13.*) Dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti; de qva definitione *Gilcken in tr. de præſcript. l. 1. c. 2. num. 6. & ſeq. Don. & ibi Hill. lib. 5. c. 5. Harpr. in pr. Inſt. h. t. n. 6. & ſeqq.* & non eſt neceſſe ut omnia reqviſita cujusqve rei
in definitione contineantur. Notetur autem 2
continuitatem poſſeſſionis reqviri, i. e. ut currere non deſinat. Hoc fit, qvando aliqvo actu

eſt facti qvoad principia productiva poſſeſſio-
nis, ſed eſt juris etiam ratione effectuum, qvos
ipſi jus ſuggerit: ut hic pluribus tractat Zaſius.
3 Adqvirimus autem poſſeſſionem, per noſmet
ipſos, infantes per tutorem, vel etiam per ſe
ipſos, ſi ſunt proximi pubertati, & intelligunt
4 qvid agant; furioſi autem non adqvirunt poſ-
ſeſſionem, niſi per ſervum habentem peculium;
5 qvia non intelligunt, qvid agant. Sed non dubi-
to dicendum eſſe, ſimpliciter in foro furioſis qvæ-
ri poſſeſſionem per Curatorem. Hæc materia
6 uberius traditur in §. 2. *hujus l. 1.* conſ. *Borcholt. in tr. de Adqvir. poſſ. c. 3. n. 4. & ſeqq.* Etſi fun-
dus à marito uxori inutiliter donetur, poſſeſſio
tamen traditione, uxori per maritum facta, uxori
acqviritur, qvia ſcilicet mariti non intereſt, cui
acqviratur poſſeſſio, cùm eam à ſe transferre vo-
luerit. *Menoch. rem. 15. recup. poſſ. n. 451.* & ſic ex
inutili contractu poteſt acqviri poſſeſſio. *Zaſ. ad h. §. n. 5. tom. 3. pag. 82.*

7 In §. 5. & ſeqventibus uſqve ad *n. 20.* tra-
ctatur materia, qvod per alium etiam poſſimus
adqvirere poſſeſſionem; utpote per filium etiam
ignorans in rebus peculiaribus adqviro poſ-
ſeſſionem, & ſic etiam furioſus qvoad peculium
8 adqvirit §. 5. qvia dum antea peculii adminiſtra-
tio conceſſa ſervo, voluntas Domini concurre-
re præſumitur, ſi ſciret *Zaſ. ad d. §. 5. num. 10.*
9 Deinde per hominem boná fide á me poſſeſſum
poſſeſſionem adqviro §. 6. & per communem
ſervum etiam in ſolidum totius rei poſſeſſionem
adqviro §. 7. per uſufructuarium ſervum §. 8.
modo ille, per qvem apprehendo poſſeſſio-
10 nem, habeat intellectum §. 9. per impuberem
juxta diſtinctionem antea propoſitam §. 11. Sed
& impubes per ſervum adqvirit §. 13. & *c. 9.* Sed
qvia hodie hæc parum utilitatis ſpirant, hæc
transmitto & me remitto ad Zaſium, qvi ſingulos
§§. explicavit.

11 In §. 20. dicitur, qvod per procuratorem
qværatur mihi poſſeſſio, ſi ille non ſuo, ſed nomi-
ne meo acceperit; qvia aliàs nemo haberet poſ-
ſeſſionem, non prior Dominus, qvia transtulit;
12 non procurator, qvia ſibi non accepit, ſed ſi ne-
gotiorum geſtor accipiat nomine meo, non ci-
tius mea res fiet, qvàm ego ratum habeam. *l. communis 42. §. 1. h. tit.* ſed in procuratore aliud
*Borcholt. de acqvir. poſſ. c. 4. n. 30.* conſ. *not. l. 24. ff. de negot. geſt.*

13 In §. *pen.* hæc ſpecies: Emi rem aliqvam
à Titio & ei mandavi, ut rem illam Procuratori
meo traderet, illa res mihi tradita videtur, ego
ergo poſſideo per procuratorem. Sic debitor
meus meo juſſu pecuniam, qvam mihi debet,
alii dat, hic ego poſſideo, licet pecuniam ipſe
non detineam. Sed interim non negandum
eſt, qvod non detineam, qvia in priori exemplo
ſufficit, qvod membro corporis præcipuo, ſci-
licet oculis, occupaverim. Et oculis tum ad-
14 prehendimus rem, cum res præſens eſt. Per
aſpectum ergo & concurrentem traditionem
acqviritur poſſeſſio. *hic §. pen. & l. 18. §. 2. h. t. & l. 79. de ſolut. Borcholt. in tr. de adqvir. poſſ. c. 1. num. 22.*

In §. *ult.* dicitur, municipes non poſſe poſ- 15
ſidere, qvia univerſi conſentire non poſſunt,
qvam lectionem vulgarem præfert Florentinæ
*Borcholt. d. tr. cap. 4. n. 31.* Sed in foro hodie iſta 16
ſubtilitas ceſſat; non minus enim poſſidet uni-
verſitas qvàm privatus.

## ad L. Poſſideri. 3.

### SUMMARIA.

*Poſſeſſio acqviritur animo & corpore ſimul. n. 1. 6.*
*Acqviritur totius rei poſſeſſio cum parte hac extentione qvæſita. 2.*
*Qvod limitatur. 3.*
*Incerta pars poſſideri neqvit. 4.*
*In conſtituto poſſeſſorio pars conſtitui neqvit. 5.*
*Theſaurus non eſt pars fundi & non acqviritur ſimul cum fundo. 7.*
*Poſſeſſio ejusdem rei ex pluribus cauſis eſſe poteſt, non ita dominium. 8.*
*Una res à pluribus eodem jure in ſolidum poſſideri neqvit. 9.*
*Limitatur in juribus & ſervitutibus. 10.*
*Poſſeſſio ſolo animo amitti poteſt. 11.*
*Solo etiam animo retinetur. 12.*
*Animus retinendi qvomodo demonſtretur. 14.*
*Sponte poſſeſſionem derelinqvens qvomodo animo poſſidere poſſit? remiſſivè. 13.*
*Duo modi amittendæ poſſeſſionis ſuppeditantur. 15.*
*Amittitur etiam poſſeſſio per traditionem factam à colono & ſervo, qvos in prædio habuit dominus. 16.*
*Reſpondetur* ad l. ult. C. h. t. 2.
*Mutatio poſſeſſionis alternis vicibus in diverſis domiciliis non inducit amiſſionem poſſeſſionis civilis. 18.*
*Feræ in circumſeptis ſylvis vagantes, & piſces in concluſis ſtagnis natantes non poſſidentur. 19.*
*Qvid hodiè de piſcibus hoc caſu obtineat. 20.*
*Fundus a flumine aut mari occupatus non poſſidetur. 21.*
*Non videtur poſſidere ab hoſte poſſidente expulſus. 22.*
*An tali caſu ejectus onera præſtare teneatur. 23.*
*Cauſa poſſeſſionis ſine nova cauſa ſuperveniente mutari non poteſt. 24.*
*Qvod applicatur conductori, qvi rem conductam alio titulo retinere non poteſt. 25.*
*Variæ limitationes adjiciuntur. 26.*

Poſſeſſio acqvirenda eſt animo ac corpore; & 1
qvi partis poſſeſſionem acqviſivit eâ mente, 2
ut totam rem velit poſſidere, totius rei poſſeſ-
ſionem acqviſivit. *Maſcardus concl. 1190. n. 5. Thabor. ad Balb. l. 14. cap. 44. axiom. 19. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 14. n. 5.* ubi *n. ſeq.* id limitat: niſi alius ſit 3
in poſſeſſione partis, per *l. 18. §. pen. ff. de Acqvir. poſſ.* Incerta pars ratione qvotæ & loci poſſi- 4
deri neqvit, §. 2. *h. l.* v. gr. ſi dicas, te mihi tra-
dere partem fundi, nec addas, an dimidia, an
tertia

tertia ſit pars &c. *Paris vol. 1. conſ. 55. num 4.* Non
tamen neceſſe eſt, ut qvotitativa pars exprima-
tur, ſufficit ſiqvalitercunqve deſcribatur, ut ſci-
5 re poſſim, deqva parte tradens ſenſerit, *Paris de
vol. 1. conſ. 61. num. 28 & ſeq.* Hinc neqve in con-
ſtituto poſſeſſorio poteſt conſtitui pars, qvia in-
certa eſt, nec poteſt vendi ita: qvicqvid juris in
6 fundo hoc habeo, *Tiraq. in tr. de conſt. poſſ. part. 3.
lim. 19.* Solo autem animo nobis non qværitur
poſſeſſio niſi præcedat naturalis actus, *§. 3. h. l. L.
licet C. h. t.* ideoqve licet poſſideam domum, & ſci-
am eſſet heſaurum in ea defoſſum, non tamen
poſſideo theſaurum; ut contra Brutum & Mani-
7 lium hic ſtatuit *Paulus JCtus* & hinc theſaurus di-
verſum qvid eſt à fundo, ut pluribus tractat &
conſectaria inde elicit *Barboſa ad L. divortio. 8. §.
ſi fundum num. 35. & ſeq. ff. ſol. matr.* conf. *Bor-
cholt in d. tr. c. 3. num. 17. & ſeq.* ubi tamen vo-
8 cem theſauri aliter interpretatur. Ex plurimis
cauſis rem eandem poſſidere poſſumus, ſed do-
minium non niſi ex unâ cauſâ nobis obtingere
poteſt. *hic §. 4. & l. 159. de R. J.* qvia poſſeſſio eſt fa-
cti, dominium autem Juris eſt, & qvod ſemel no-
ſtrum eſt, amplius noſtrum fieri neqvit. *Bronchorſt.
conſt. 3. aſſert. 94. Barboſa locupletatus lib. 14. cap. 64.
9 axiom. 7.* Plures eandem rem in ſolidum poſſi-
dere neqveunt *§. 5. h. l. Klock. vol. 1. conſ. 29. num.
171. & conſ. 50. num. 246. & ſeq.* ſcil. eodem reſpe-
ctu & fine; eodemqve genere poſſeſſionis;
aliàs enim unus civiliter, alter naturaliter poſſi-
dere poteſt, Vid. *hic Zaſ. & Bolognetus. Bach.
in Tr. vol. 2. diſp. 21. th. 2. lit. D. & th. 4. lit. K.*
Et ſic plures diverſo jure & cauſa in poſſeſſione
eſſe poſſunt, & ſi mandatum qvi habet de me im-
mittendo in bona tua, non ſtatim poteſt te
vel alium creditorem emittere & ejicere, qvia
uterqve diverſo modo poſſidere poſſumus *Me-
10 vius p. 1. dec. 142.* Fallit etiam regula hæc in ju-
ribus & ſervitutibus, ut per *l. 15 ff. commun. prædi-
or. & l. 4. ff. de aqva quot. & æſt. Klock. de conſ.
29. num. 693.* ſic cùm pluribus cumulativè con-
ceſſa eſt Jurisdictio, ut qvilibet in ſolidum poſ-
ſit cognoſcere, qvilibet in ſolidum poſſidet, & lo-
cus eſt præventioni. *Menoch. lib. 2. præſ. 18. num.
11 36. & ſeq. Klock. d. l. num. 692.* Qvamvis
autem ſolo animo non poſſit adqviri poſſeſſio,
ſolo animo tamen amitti poteſt, ſi qvis in fundo
12 maneat; ſed amplius poſſidere nolit per
13 *§. 6. h. l.* Solo animo retinetur poſſeſſio, licet
alius in poſſeſſione ſit, *§. 7. h. l.* qvi ſponte poſ-
14 ſeſſionem dereliqvit, qvomodo ille animo poſ-
ſidere poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 77.* Animus au-
tem poſſeſſionem retinendi demonſtratur factis,
verbis, & ejus, qvi animum ſe habuiſſe dicit,
juramento ſtatur. *Maſcard. concl. 94.* & pluribus
15 *Borcholt. d. l. n. 14.*

In §. 8. traduntur duo modi amittendæ
16 poſſeſſionis 1. ſi ſponte deſeruerim. 2 ſi vi de-
jectus ſim: ſed qværitur. ſi habeam colonos vel
ſervos in prædio & hi tradiderint, an tunc amit-
tam? Reſp, hîc qvòd ſic in *§. h.* nam pro TRA-
DIDERIM legendum eſſe TRADIDERINT, ut *Haloan-
drina Editio, Cujac. Donellus &c. qvos refert
Sande l. 5. tit. 4. def. 1.* Sed huic derogari vide- 17
tur in *l. ult. C. h. t.* in qvâ vocabulum PRODI-
DERIT de traditione factâ intelligi poſſe, con-
textus docet *Menoch. remed. 14. recup. poſſ. n. 17.
Sande d. l.* confer *à me notata ad illam l. ult. C. h. t.*
Sed qværitur, ſi qvis diverſa domicilia habeat, 18
ut Nobiles Galli & Itali; aliud enim incolunt
hyberno, aliud æſtivo tempore, qværitur in-
qvam, an illi tamen utrumqve domicilium poſ-
ſideant, licet per ſemeſtre abſint; Et reſponſio
facilis, qvod animo retineant poſſeſſionem per
*§. ſaltus. 11. h. t. Borcholt. d. t. 2. c. 7. n. 2.* Etiam 19
earum ferarum, qvæ in ſylvis circumſeptis va-
gantur; & piſcium, qvi inconcluſis ſtagnis na-
tant, qviqve non ſunt injecti, nulla eſt poſſeſſio,
per *§. 14. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 2. lit. E.
Berlich. p. 5. concl. 51. num. 14.* licet autem diſtin-
ctionem illam inter piſcinam & lacum priva-
tum refellere nitatur *Grotius de jure B. & P. l. 2.
c. 8. n. 2.* eum tamen refellit *Dn. Thabor ad art.
conſt. crim. 169. th. 6.* Sed ſecundum hunc *articu-* 20
*lum 169.* piſces in lacubus aut ſtagnis privatis
exiſtentes etiam pro privatis habentur, & eo-
rum ſit furtum. Qvando flumen aut mare oc- 21
cupat fundum non videtur poſſideri *§. 17. h. l.*
vid. *Zaſ. ad h. § pag. mihi 119.* Ex hoc etiam pro- 22
batur, non videri poſſeſſum agrum, ſi ab hoſte
me expulſo poſſideatur, & ita nec ſolvenda eſſe
onera aut canonem Emphyteuticum; ſecus ſi 23
aliqvos fructus percepi, & ii pereant, ubi rigo-
re juris onera debentur, *Dn. Mev. p. 4. dec. 402.*
ſi modò in conſcientia patiatur, qvâ in parte in-
opia debitoris cum indigentia creditoris con-
ferenda, & attendenda ubertas præteritorum
annorum &c. Nemo cauſam poſſeſſionis ſine 24
novâ causâ ſuperveniente mutare poteſt *§. 19.
Baldus de præſcript. part. 4. partis 4. princ. quæſt. 11.
n. 5. Klock. vol. 2. conſil. 6. n. 98. A. Barb. lib. 14. c. 44.
ax. 2.* declarat verò *Klock. vol. 2. conſil. 21. n. 86.* niſi
ſuperveniat, exempli gratia, titulus habilis gra-
tioſæ ſubrogationis. Unde Conductor non 25
poteſt alio titulo retinere rem conductam poſt
finita tempora conductionis, per *L. 25. C. de lo-
cat.* ſic qvando frater conduxerat à ſorore præ-
dium, & poſtea ſub prætextu hæreditariæ partis
vellet retinere, denegatum hoc, qvod contradi-
ctione ſororis res erat dubia, ideò reſtitutio in-
juncta, teſte *Dn. Mevio p. 3. dec. 301.* ſed poteſt ad-
di idem *Dn. Mevius p. 2. dec. 263.* ubi *d. l. 25.* limi- 26
tat cum *Menoch. rem. 11. recup. poſſ. n. 40.* niſi con-
ductor jus ſuum ignoravit, & aliter limitat idem
*Dn. Mevius p. 3. dec. 302.* ſi exceptio dominii ſit
liqvida & in continenti probanda. conf. *Menoch.
d. rem 11. num. 38. & ſeqq.* & notata *ad d. l. 25.* ſed ſi
exceptio ex ipſo contractu locationis oriatur,
hæc ritè opponitur locatori v. g. pacti de venden-
do, *Dn. Mev. p. 3. dec. 323.*

## ad L. Si ex ſtipulatione. 5.

*SUMMARIA.*

*VIrtute tituli poſſeſſionem rei emta, propria authoritate ingredi non licet. n. 1.*
*An hanc facultatem tribuat inveſtitura ſolennis. 2.*
*Limitatur. 3.*
*Excipitur acqviſitio fendi. 4.*
*Qva huic contraria videntur reſolvuntur. 5.*
*An juſta poſſeſſio, ſi pactum præceſſit, qvod propria authoritate ingredi liceat. 6.*

1 NOn poſſum virtute tituli ingredi poſſeſſio-
nem rei à me emtæ, *hic & l. 9. C. h. t. Oldra-*
2 *dus conſ. 1. n. 13. Cravetta conſ. 134. num. 24.* Sic
inveſtiturâ factâ per aliqvod ſignum, puta per
oſculum, traditionem enſis, annuli &c. non in-
telligitur data facultas apprehendendi poſſeſſio-
nem propriâ authoritate. *Franc. de Clapper. cauſ.*
*10. q. 1.* licet Dd. multi repugnent, qvos refert
3 *num. 1.* Limitationes hic proponit *Zaſius n. 9. &*
*ſeq.* ſi hoc actum expreſsè vel tacitè ut liceat pro-
priâ authoritate ingredi, ut ſi evacuâſſet vendi-
tor ædes vel emtor ex probabili cauſa ſe non in-
4 vito venditore hoc facere ob amicitiam &c. ubi
*num. 10.* etiam excipit acqviſitionem feudi. *Me-*
5 *noch. rem. 4. adipiſc. poſſ. n. 592. Zaſ. hic p. 102.* Sed
videtur obſtare, qvod is qvi habet titulum, & re-
peritur in poſſeſſione, ab eodem habere præſuma-
tur poſſeſſionem *Cæpolla conſ. 4. n. 39. lib. 1. & Nat-*
6 *ta conſ. 443. n. 5. tom. 2.* Sed hoc in dubio intelli-
gendum; nam ſi conſtet creditorem ingreſſum
eſſe propriâ authoritate, vitioſa eſt poſſeſſio. Sed
qvid ſi debitor ita paciſcatur, qvòd liceat pro-
priâ authoritate ingredi fundum? Reſp. non ta-
men eſſe juſtam poſſeſſionem, niſi 1. res vacat, ut
limitat *Dn. Mevius p. 5. dec. 352.* Aut 2. niſi debi-
tor permittat eum ingredi; & ita videtur tradi-
diſſe: aliàs enim vitioſa eſt poſſeſſio, licet non
violenta. Vid. *notata mea ad l. 3. C. de pignor.*

## ad L. Clam poſſidere. 6. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*CLam poſſidere qvis dicatur n. 1.*
*Peregre profectus relicta domo vacua poſſeſſionem civilem retinet. 2.*
*Clandeſtina poſſeſſio quomodo in violentam transeat. 3.*
*Poſſeſſor Civilis alium violenter reſiſtentem expellere poteſt. 4.*
*Violentum poſſeſſorem impugnare deſiſtens poſſeſſionem amittit. 5.*

1 CLam poſſidet, qvi furtivè poſſeſſionem eſt
ingreſſus, ignorante eo qvem ſibi contro-
verſiam facturum ſuſpicabatur. Qvi verò pe-
2 regrè profectus neminem domi reliqvit, retinet
poſſeſſionem civilem, & is, qvi clam ingreſſus
eſt, ſeu furtivè, qvæ idem ſignificant *Borcholt d.*
*tr. c. 6. num. 31.* ſi revertentem dominum non
admittat, vi magis poſſidet *Ruin. in repet. l. 1.*
*h. t. num. 15. Rubeus in repet. L. naturaliter. §. 1.*
*n. 26. h. t.* & ſic vitioſa ſeu clandeſtina poſſeſſio 3
tranſit in aliam vitioſam, ſcilicet violentam poſſeſ-
ſionem. Et colligitur ex hoc §. qvod poſſeſſor 4
civilis, qvi animo retinuit poſſeſſionem, poſſit ali-
um violenter reſiſtentem expellere, ſi poſſit id fa-
cere *l. 21. §. 2. ff. qvod vi aut clam. l. 29. ff. ad L. A-* 5
*qvil. Zaſ. hic num. fin.* Collige etiam eum, qvi re-
pellentem violentum poſſeſſorem amplius non
impugnat, ſed cedit re, qvâ prohibitus eſt, ſic a-
mittere poſſeſſionem, per *l. 7.* & hinc, qvi in petito-
rio agit, poſſeſſorio videtur renunciare, juxta *Dn.*
*Mev. p. 2. dec. 354. num. 2.* colligitur etiam, ſi ab-
ſente me poſſeſſio fundi mei occupata, & ſic ego
tantum civiliter poſſideam, nec velim occupan-
tem repellere, ſed malim in judicio poſſeſſionem
meam tueri, qvod tunc remedio retinendæ poſ-
ſeſſionis uti poſſidetis, uti poſſim *Menoch. rem. 3.*
*retin. poſſ. n. 35 Fridrus de Interdict. tit. 7. n. 28.*

## ad L. Qvemadmodum. 8.

*SUMMARIA.*

*POſſeſſio non amittitur, niſi animo & corpore ſimul. n. 1.*
*Reſpondetur* ad l. 3. §. 6. h. t. 2. 3.

QVemadmodum nulla poſſeſſio acqviritur, 1
niſi animo & corpore, ita nulla amittitur, ni-
ſi utrumqve in contrarium actum ſit. Obſtare 2
videtur *l. 3. §. 6. h. t.* Qvæ ita conciliari poſſunt,
qvòd in eo, qvi manet in fundo, ſolus animus
ad amittendum ſufficiat; ſed in eo qvi fundo ex-
cedit, non ſolum corporis exceſſus ſufficit, ſed
etiam affectio animi reqviritur. vid. *Fachin.*
*l. 8. cap. 21. Bach. in Tr. d. diſp. 21. th. fin. lit. G. Don.*
*l. 5. c. 13. Vult. in pr. inſt. de interdict. num. 25. & ſeq.*
*Pacius cent. 6. qvæſt. 96.* ubi *ex L. ferè. 153. de R. J.* 3
Qvæ eſt ejusdem authoris & libri particulam FE-
RE hic repetendam eſſe dicit.

## ad L. Si qvis ante. 10.

*SUMMARIA.*

*COnductor, ſi precario rogaverit rem an à conductione videatur receſſum, & vice verſa. n. 1.*
*Aliud poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe. 2.*

IN *princ. hujus legis* habetur mira deciſio in ſub- 1
tilitate conſiſtens, ſi conduxerim rem, poſtea
vero precario rogaverim poſſeſſionem, me à
conductione receſſiſſe è contrario dici poſſet, ſi
rem precario poſſiderem, & poſtea conducerem
prius precarium eſſe ſublatum: Aliud autem pu-
tateſſe *Borcholt. d. tr. c. 6. num. 7.* ſi conduxiſſem
prius, & poſtea rogarem, ut in poſſeſſione eſ-
ſem? Nam aliud eſt poſſidere & in poſſeſſione eſ-
ſe; ut ſeqvitur in §. 1. Notetur igitur hic diſtin- 2
ctio, qvod aliud ſit poſſidere, aliud in poſſeſſione
eſſe, ut qvi immiſſus eſt. De qva diſtinctione
*Petr. Frid. Mind. de materia poſſeſſ. c. 2. num. 13. &*
*qvos refert Hill. in Donell. l. 5. c. 6. lit. I.*

in

In §. *fin.* dicitur, conductionem vel emtionem uno nummo factam eſſe imaginariam. *Don. & ibi Hill. l. 13. c. 1. lit. I.*

## ad L. Juſtè. 11.

### *SUMMARIA.*

*JUſtè poſſidet, qvi Prætore autore poſſidet. n. 1.*
*Qvomodo hoc intelligendum. 2.*

1 JUſtè poſſidet, qvi authore Prætore poſſidet.
*Gail. 2. obſ. 76. num. 5. A. Barb. l. 14. c. 44. ax. 23.*
qvia non temere occupat poſſesſionem. *l. 1. §. 9.*
*ff. qvod Legatorum. Menoch. rem. 2. adip. poſſ. q.*
*22. num. 84.* & ſic hoc pro attentato haberi ne-
2 qvit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 394. n. 1.* Sed intelligen-
da Lex, ſi juſtè vel legitimè abjudicata vel ablata
alteri ſit poſſesſio, per competentem cauſæ co-
gnitionem. *Petrus Friderus Mind. de proceſſ. lib.*
*2. cap. 13. n. marg. 14.*

## ad L. Naturaliter. 12.

### *SUMMARIA.*

*USufructuarius qvomodo poſſideat & qvis hujus poſſeſſionis effectus. n. 1. 2.*
*Petitorium inſtituens non prohibetur poſtea etiam poſſeſſorium inſtituere. 3.*
*Poſſeſſio qva ratione aliqvid commune cum dominio habeat. 4.*
*Petitorium an ab initio cum poſſeſſorio retinendæ cumulari poſſit. 5.*

1 USufructuarius naturaliter poſſidet, *hic &*
*l. 49. pr. h. l.* & ideò ei competit remedium
poſſesſionis retinendæ *l. fin. ff. uti poſſid.* licet re-
ſpectu uſucapionis naturaliter poſſidere non
dicatur *§. 4. inſt. per qvas perſon. l. 6. §. 2. de pre-*
*cario*, vel poſſidet, ſed non ſibi ſed Domino.
2 Ergò corpore inſiſtit, ſed civiliter non poſſidet,
ergò nec uſucapit. *Menoch. rem. 1. recuper. poſſ.*
*num. 70. Bolognettus in l. 3. §. è contrario. num. 18.*
*Fachin. l. 8. c. 18. Don. lib. 5. c. 6. & l. 10. c. 7. lit. C.*
*Vultej. d. pr. inſt. de interdict. num. 19. Cujac. l. 9.*
*obſ. c. 33. Caſtillo de uſufr. c. 6. num. 28. & ſeqq. &*
3 *num. 34.* Nihil commune habet proprietas
cum poſſesſione, & ideò, qvi antea rem vindi-
cavit, poteſt interdicto agere, cùm vindicando
rem non videatur renunciaſſe poſſesſioni; nam
cum vindicavit, naturalem tantùm poſſesſio-
nem adverſario conceſſit, dum ex interdicto
agit, civilem ſibi arrogat. *§. 1. h. l. Zaſ. hic*
*num. 15. Zang. de Excepi. cap. 1. num. 325.* Nihil
4 commune habet poſſesſio cum Dominio ratio-
ne ſubſtantiæ, communia autem habent ratio-
ne naturæ, conſeqventiæ, connexitatis & no-
minis. Vid. *Hahnius ad Weſ. h. t. num. 8.* conf.
5 *Cujac. lib. 5. obſ. 34.* Ex hoc §. putant non-
nulli ab initio poſſe petitorium cum poſſeſ-
ſorio retinendæ cumulari. *Zaſ. ad tit. de in-*
*terdict. num. 9.* ſed communiter iſta ſententia
reprobatur. Vid. *Borcholt. tr. cap. 8. num. 57.*
*pag. 258.* videantur *in vol. 5. varia repet. h. §.*
*ut Acoramboni, Bolognini, Decii, Rubei, Fernani,*
*Coraſii.*

## ad L. Pomponius. 13.

### *SUMMARIA.*

*REum amiſſarum dominium retinetur non poſſeſſio. n. 1.*
*An ratione iſtarum rerum detur aliqvod remedium poſſeſſorium 2.*
*Acceſſio poſſeſſionis ex perſona autoris an proſit in remedio poſſeſſorio. 4.*
*Poſſeſſio mariti prodeſt & vidua & vice verſa in dote. 5. 8.*
*Poſſeſſio venditoris prodeſt emtori & vice verſâ, venditione reſoluta. 6.*
*Qvod limitatur, ſi alius interim poſſederit. 7. 16.*
*An continuatio temporum locum habeat in precariâ poſſeſſionis translatione. 9.*
*Subjungitur hic cautela Zaſii. 10.*
*An ratione rei juſſu judicis reſtitutæ locum habeat conjunctio temporum. 11.*
*Qvid in cauſa legati & donationis. 12.*
*Conjunctio hac non prodeſt ei, qvi impropriam poſſeſſionem habet. 13.*
*Nec in vitioſa poſſeſſione. 14.*
*Vitium auctoris non nocet ſucceſſori, adminiculo autoris non ucenti. 15.*

IN principio *hujus legis* agitur de re amiſsâ, 1
qvod declaratur exemplo lapidum in flumine,
qvod ea ſcilicet ſit adhuc in dominio meo, ſed
non in poſſeſſione. Unde concludit hic Zaſius, 2
mihi nullum competere ratione iſtarum rerum
remedium poſſeſſorium.

In *§. 1. & ſeqq.* agitur de adminiculo poſ- 3
ſeſſionis, qvo poſſeſſor uitur ex perſonâ autho-
ris, de qvo plenâ manu agi ſolet in *§. 8. inſt. de*
*uſucap.* Illud hîc noto; hoc non tantùm in u- 4
ſucapione, ſed etiam in remedio poſſeſſorio
utile eſſe; nam ſi antiqvior poſſeſſio obtineat,
ea & ex perſonâ autoris dijudicanda. *Dn. Mev.*
*p. 3. dec. 92.* ubi etiam id tradit in ſummario,
qvando præſens poſſesſio dubia. Et poſſesſio 5
mariti prodeſt & viduæ, & poſt mariti mor-
tem vidua repræſentat maritum, & in poſſesſio-
ne, qvæ marito competiit, defendi debet, pen-
dente lite *Dn. Mev. p. 3. dec. 176.* Sicut autem 6
emptor utitur acceſſione temporis, qvo vendi-
tor rem poſſedit; ita etiam venditione reſoluta
utitur venditor acceſſione temporis empto-
ris. *§. 2. h. t. & ibi Zaſius.* Et ut poſſesſio defun- 7
cti continuatur cum poſſesſione hæredis, licet
hic ſero adierit hæreditatem, modo interea a-
lius non poſſederit; ita poſſesſio venditoris cum
poſſesſione emptoris continuatur & non inter-
rumpitur, niſi alius interim poſſideat *§. 4. h. l.*
Eadem continuatio poſſesſionis in dote inter 8
maritum & uxorem ultro citroqve per §. 6. In
precaria poſſesſionis translatione non habet 9
locum acceſſio, v. g. ſi ego per qvinqvennium
poſſedi, & tu a me precario poſſediſti per aliud
qvinqvennium, non continuantur hæc tempo-
ra, qvia qvi precario poſſidet, ſibi non poſſidet

verè & poſſeſſio eſt ſemper revocabilis, niſi revo-
cato precario, qvo caſu acceſſio temporis locum
10 habet §. 7. ubi *num. 4. Zaſius* cautelam proponit,
ut qvi conceſſit rei uſum alii precariò, ſi metuat
controverſiam; ſtatim revocet precarium. Con-
11 tinuatio & acceſſio temporis datur ei, cui vindi-
canti res juſſu judicis reſtituta, v. gr. ſi à te vin-
dicavi, qvi poſſediſti per 6. annos, & ego poſt re-
ſtitutionem factam poſſedi per 4. annos & alius
rem vindicet, poſſum acceſſione tui temporis uti,
& ſic res juſſu judicis reſtituta parat mihi præſcri-
12 ptionem §. 9. *h. l.* & ibi *Zaſius*. Et legatario datur
acceſſio ejus temporis, qvo defunctus teſtator
poſſedit §. *10.* & donatario donatoris §. *11.* Sed in
§. *pen. & ult.* duæ declarationes in materia con-
13 tinuatæ poſſeſſionis bene notandæ. Prima in §.
*pen.* qvod acceſſio poſſeſſionis non detur ei, vel
ex ejus perſona, qvi non propriam habet poſſeſ-
14 ſionem. Altera in §. *ult.* Vitioſa poſſeſſio v. g.
Clandeſtina, violenta, precaria, non accedit non
15 vitioſæ. *Donell. l. 5. c. 20. & ibi Hill. lit. C.* Vi-
tium verò non in re, ſed perſona authoris, em-
ptori non nocet, ſi adminiculo temporis autho-
ris uti nolit, per *l. 5. ff. de diverſ. & temp. præſc. & ibi notata. Don. dec. 20. lit. F. & ibi Hill. in notatis.*
16 Sicut etiam, ſi inter authorem & ſucceſſorem ali-
us medio tempore poſſederit, interrupta eſt
poſſeſſio *Borch. d. tr. cap. 8. n. 31.* ubi in ſeqventibus
plura de hac materia habet & *Don. d. l. 5. c. 20.*

## ad L. Si qvis vi. 17.

### *SUMMARIA.*

*Dejectus ex poſſeſſione pro qvaſi poſſeſſore habe-tur. n. 1.*
*Dejector verè poſſidet. 2.*
*Dominium non amittitur nudâ voluntate 3.*

1 QVi ab alio dejicitur, habendus eſt pro eo ac
ſi poſſideret, qvia actionem ad recuperan-
dam poſſeſſionem habet; Ergò rem ipſam habe-
re videtur, *l. 143. de V. S.* Sed exinde non in-
fertur, qvòd verè poſſideat, ſed perinde haberi
debere, qvaſi verè poſſideret cum interdicto de
vi poſſeſſionem recuperare poſſit, *Borcholt. d. tr. c. 6. n. 24. & cap. 8. num. 9.* & habetur pro poſſeſ-
ſore ratione commodi ſui, qvoad res, fructus &
2 damna, non in ſui gravamen. *Zaſ. hic. n. 4.* Sed
verè poſſidet dejector, qvia ſi dejectus verè poſ-
ſideret, haberet utiqve remedium retinendæ poſ-
ſeſſionis; & hæc poſſeſſio ejus, qvi dejecit, non
3 eſt otioſa reſpectu tertii. *l. fin. h. tit.* Dominium
autem non amittitur nuda voluntate Domini,
niſi actus, ſcilicet projectio, concurrat; ſed poſ-
ſeſſio ſolo animo amittitur. *Hillig. in Donell. l. 4. c. 13. lit. A.*

## ad L. Qvod meo. 18.

### *SUMMARIA.*

*COnſtitutum poſſeſſorium qvid & qvotuplex. n. 1.*
*Emtor cum conſtituto poſſeſſorio primus, ſi res vendita duobus, præfertur ſecundo realem poſ-ſeſſionem habenti. 2.*
*Pactum de non alienando contractui venditionis ad-jectum non extenditur ad venditionem cum conſtituto poſſeſſorio. 3.*
*Ratione rei conſtituto poſſeſſorio affectæ tertius poſſeſ-ſor non poteſt opponere beneficium excuſſionis 4. 11.*
*Reqviſita conſtituti poſſeſſorii. 5.*
*Immiſſio, permittente conſtitutario, in bonorum poſ-ſeſſionem facta non præjudicat prioritatis qvæ-ſtioni. 6.*
*Conſtitutum ſolo animo amittitur. 7.*
*Conſtitutarius an propriâ autoritate prædium, in qvo vidua jure retentionis eſt, occupare poſſit. 8. & ſeqq.*
*Qvid ſi Dominus non poſſidens rem ſub conſtituto poſſeſſorio promittat. 12.*
*Poſſeſſionem in alium transferre intendens amiſiſſe poſſeſſionem videtur, licet translatio effectu ca-reat. 13.*
*Res emta juſſu emtoris in ædibus ſuis depoſita à ju-bente poſſidetur. 14.*
*Solo viſu & aſpectu poſſeſſio acqviri poteſt. 15.*
*Tantum præſcriptum videri qvantum poſſeſſum probatur. 16.*
*Qvod limitatur. 17.*

QVod meo nomine poſſideo, poſſum alieno 1
nomine incipere poſſidere, ſi conſtituam,
me velle impoſterum alterius nomine poſſide-
re, qvod vocatur Conſtitutum Poſſeſſorium;
qvod duplex eſt, aliud ſimplex, aliud cum preca-
rio: illud naturalem & civilem poſſeſſionem
transfert, hoc tantùm civilem vid. *l. 15. §. 4. ff. de precario.* cujus effectum deſcribit *Tiraq. in ele-ganti Tract. de conſtit. poſſeſſ. p. 1. num. 3. & ſeqq.*
Et qvia per Conſtitutum transfertur utraqve 2
poſſeſſio, ideoqve ſi duobus qvis vendidit rem,
mihi primò cum Conſtituto Poſſeſſorio, & reti-
neat rem; tibi verò poſtea vendat rem & rea-
liter poſſeſſionem tradat, ego te nihilominus
ero potior, qvia antea poſſeſſionem naturalem
habui, ut omnes Dd. in hoc conſentire ſcri-
bit locupletiſſimus *Tiraqv. allegatis pluribus Dd. d. tr. p. 1. n. 21. & ſeqq.* modò ego pretium ſol-
verim. *Tiraqv. d. l. n. 27.* Sic ſi rem vendam, 3
ut non alienetur, nihil operatur ex parte ejus
hoc pactum, in qvem de facto res alienata eſt,
ſecus autem, ſi emtor conſtituat ſe venditoris
nomine poſſeſſurum. *Tiraqv. d. p. 1. num. 31.*
Et licet creditor contra tertium poſſeſſorem a- 4
gere non poſſit, niſi excuſſo debitore, aliud ta-
men eſt, ſi creditor Conſtitutum Poſſeſſorium
pro ſe habeat: nam tunc contra tertium poſſeſ-
ſorem agere poterit ex *l. fin. C. de acqvir. poſſeſſ.*
ad revocandam illam ſuam poſſeſſionem, qvam
ex Conſtituto obtinuerat. *Tiraq. d. l. n. 54.* conf.
de conſtituto hoc, qvod ad differentiam Obli-
gatorii, de qvo in *lib. 13. Pandect.* Poſſeſſorium
dicitur *Colerus de proc. execut. p. 1. c. 16. num. 182. & p. 3. c. 12. n. 87. Guido Papæ deciſ. 268.* conf.
illi qvos allegat *Ricc. collect. deciſ. 55. Mantic. de tac. & amb. convent. lib. 19. tit. 1. Menoch. l. 2.*

A. Q.

*A. Q. caſu 39. num. 6. & 7. Petr. Greg. l. 25. c. 18. n. 5.*
5 *& ſeq. Covarr. p. 2. qvaſt. cap. 29.* Sententia reqviſita Conſtituti Poſſeſſori colligit *Beſold. in theſ. pract. verbo: conſtitutum.* 1. Ut contractus, cui additur, ſit licitus 2. Ut conſtituens hoc tempore poſſideat. 3. Ut Conſtitutum ſit de re certâ. 4. Ut conſtitutarius ſit præſens, aut juſto tempore ratum habuerit. conf. notata *Hahnii*
6 *ad h. t.* in *Weſenb. in fin.* Conſtitutarius ſi paſſus fuerit alium in poſſeſſionem bonorum mitti, qvia duo in ſolidum poſſidere neqveunt; ideoqve immiſſus interim in poſſeſſione defenditur ſalvâ proprietatis qvæſtione. *Dn. Mev. p. 5. dec.*
7 *159.* Conſtitutum ſolo animo amittitur, qvia ſolo animo conſtituitur. *Dn. Mev. d. p. 5. dec.*
8 *160.* Sed qværitur, an creditor, cui Coſtitutum Poſſeſſorium in optima forma factum, poſſit propriâ authoritate occupare prædium, in qvo vidua jure retentionis eſt, qvod negat. *Dn. Mev. p. 5. dec. 350.* Nam ipſe debitor & multò magis vidua audienda fuit, anteqvam via facti ingrederetur fundum; ſicut etiam conſtitutarius invito debitore fundum propria authoritate occupare non debet, cum nec per expreſſum pactum hoc fieri poſſit, ut non ſit vitioſa poſſeſſio violentia occupantis *l. 3. C. de pign. & ibi not.*
9 Ergò ſi non vacuus fundus judicis authoritate opus eſt, *Dn. Mev. p. 5. 352.* præſertim vidua, licet ipſa cum marito Conſtitutum Poſſeſſorium fecerit, hoc tamen ipſi non præjudicat, qvia tunc non habuit poſſeſſionem, ſed jure familiaritatis erat cum marito in poſſeſſione; Ergò hanc conſtituere ſuo nomine non potuit. 2. alius titulus viduæ ſupervenit, ſcilicet Jus retentionis pro ſe-
10 curitate dotis, & 3. Ex potiore jure tertii deſinit Jus conſtitutarii. 4. Viduæ remiſſio pignoris non aliter valet, niſi alia bona ſuperſint, *L. jubemus 21. C. ad Vellej.* nec 5. ultra decennium operatur Jus conſtituti ex *Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. p. 3. limit. 21.* ut hæc pluribus docuit *Dn. Mevius*
11 *p. 5. dec. 353.* Conſtitutario etiam, ut dixi, competit remedium ex *l. fin. C. de acqvir. poſſeſſ.* contra eum, in qvem debitor alienavit poſſeſſionem, etiamſi hic ſecundus ſit conſtitutarius, *Boër. dec. 112. num. 12. Gail. 2. obſ. 27. num. 31. Menoch. rem. 14. recup. poſſ. n. 24. & ſeqq. & n. 40. & 41. Tiraq. de conſt. poſſeſſ. p. 1. n. 21.* magnum
12 numerum Doctorum referens. Sed ſi Dominus Conſtitutum Poſſeſſorium faciens non poſſideat, ut ſi Dominus feudi vacaturum feudum promittat cum Conſtituto Poſſeſſorio, remedia poſſeſſoria expectanti contra Dominum non dabuntur, ſed videtur tantùm poteſtas data vacuum feudum apprehendendi. *Berlich. p. 2. dec.*
13 *255.* Qvi autem amittere vult poſſeſſionem, & in alium transferre, licet cum effectu non transferat in eum poſſeſſionem, tamen amiſiſſe vide-
14 tur per §. 1. Et adqviritur poſſeſſio, ſi jubeam rem emtam in meis ædibus deponere; vel ſi
15 qvis horreum venditum mihi in turri demonſtret, cum & oculis ſeu adſpectu adqviratur poſ-
ſeſſio per §. 2. *Zaſius ad d. §. n. 5.* 16

Ex *§. fin.* ubi dicitur exercitum eam tantum partem qvam intravit, occupaſſe probare ſolent tantum videri præſcriptum, qvantum poſſeſſum. *Carpz. p. 2. dec. 106. num. 9. Maſcardus concl. 14. num. 23. & qvos refert Barb. lib. 14. c. 64. axiom. ult.* 17
Sed hoc limitat *Natta vol. 1. conſ. 98. n. 26.* qvem refert *Maſcard. d. concl. 14. num. fin.* niſi agatur de jurisdictione; ubi ſi non alius ſit in poſſeſſione Jurisdictionis, præſcriptio extenditur.

## ad L. Qvi bona fide. 19.

### *SUMMARIA.*

*Conducens rem à ſe poſſeſſam in poſſeſſione eſſe deſinit. n. 1.*

*Reg. Neminem cauſam poſſeſſionis mutare poſſe declaratur. 2.*

Conducens à te rem à ſe poſſeſſam, omittit poſſeſſionem; nam conductor ut talis non poſſidet, licet dominium retineat, *Petr. Barb. ad L. Si rem alienam ff. ſolut. mat. n. 109.* Et qvi rem emit à non domino, poteſt eam conducere ab eo, qvem comperit eſſe Dominum. 1

In §. unico declaratur ſuperior regula, 2
qvod nemo ſibi cauſam poſſidendi mutare poſſit, qvod ſcilicet hoc intelligendum, dummodo non relinqvat poſſeſſionem, & ex alio titulo incipiat poſſidere. Sed de hoc *Zaſius* hic agit, & Dd. qvos ſupra citavi.

## ad L. Si qvis rem. 20.

### *SUMMARIA.*

*Commodatarius rem Domino ſine juſtâ cauſa denegans pro prædone habetur. n. 1.*

*Conductor ratione impenſarum habet jus retentionis, donec expenſæ ſolvantur. 2.*

Commodatarius etiam, qvi minimum juris in 1
re utenda habet, ſi rem nolit Domino vel ei, cui Dominus vendidit, reſtituere, invertit poſſeſſionem, & pro prædone habetur, ſi non habet
cauſam juſtam. Ex qvo Dd. probant, ob impen- 2
ſas conductorem rem locatam retinere poſſe, donec expenſæ ſolvantur. *Carpz. p. 2. conſt. 25. def. 21. Dn. Mevius p. 5. dec. 43.*

## ad L. Interdum. 21.

### *SUMMARIA.*

*Qvomodo poſſeſſionem non habens eam transferre poſſit? n. 1.*

*Declaratur exemplo bonæ f. poſſeſſoris. 2.*

Qvomodo qvis poſſeſſionem in alium trans- 1
ferre poſſit, qvam ipſe non habet, explicatur *in princ.* qvod qvia varios intellectus habet, ut apparet ex *Gloſſa & Zaſio ad eam legem* vix poterit firmiter probari. Hoc tamen colligitur; 2
poſſe b. f. poſſeſſorem à vero domino petere, ut ſibi liceat precario rem retinere; qvo caſu poſſeſſionem veram in verum Dominum transfert, qvam poſſeſſionem comperto errore non habebat: Idem eſt ſi qvis alienam rem precario

ſibi

runt *Johannes & Alex. de Immola*, *Paulus Ripa*
4 *& alii. Vid. Wammes. conſ. 215. num. 8.* Colli-
gunt etiam inſtrumentum recognitionis vel
Emphyteuſeos non probare dominium vel poſ
ſeſſionem contra tertium, ut ex Dd. hujus loci
refert *Franc. de Clapper. p. 2. dec. cauſ. 74. q. 2. num. 1.*

## ad L. Poſſeſſionem pupillum. 29.

*SUMMARIUM.*

*Pupillus qvam poſſeſſionem amittere poſſit.*

PUpillus amittere poteſt poſſeſſionem naturalem, corpore, non animo: Qvod enim facti eſt, id poteſt amittere, non vero, qvod juris. Sed notat hic *Cujac. ad h. l. tom. 2. pag. mihi 1312.* qvod amiſſio hæc corporalis nullius ſit in jure effectus, nec amittit pupillus Jus, qvod ex naturali poſſeſſione oritur. conf. *Harprecht ad §. 1. de Uſucap. num. 11. & 12.*

## ad L. Qvi univerſas. 30.

*SUMMARIA.*

*ÆDibus & navi poſſeſſis cœmenta & lapides non poſſidentur. n. 1.*

*Varii modi amittendi poſſeſſ. recenſentur. 2.*

1 ÆDibus & navi poſſeſſis cœmenta & lapides
non poſſidentur, qvia non lapides, tegulæ, ſed fundum, tectum, parietes, ſunt partes domus. *Gipban. ad h. l. n. 5.* qvem refert *Hill. ad Don. lib. 5. cap. 9. lit. E.*

2 In *§§. ſeqventibus* recenſentur varii modi,
qvibus rei poſſeſſio amittitur; ut ſi res fiat ſacra, religioſa; item ob immiſſionem vicini, ob cautionem non præſtitam de damno infecto. Item ob occupationem factam à flumine, item transformationem in aliam ſpeciem, & ſim. de qva materia cum prolixe agatur in *Coll. Arg. tit. ult. h. t. Donell. l. 5. c. 13. per totum* plura non addam.

## ad L. Fundi venditor. 33.

*SUMMARIA.*

*IN poſſeſſionem mitti à venditore certioratus an propria authoritate ingredi poſſit. n. 1.*

*Procurator an Domino mortuo poſſeſſionem rei venditæ tradere poſſit diſtingvitur. 2.*

*Heres mandatum à defuncto datum ratificare cenſetur ſi ſciens mortem defuncti non revocet. 3.*

1 VEnditor ſignificat me debere in poſſeſſio-
nem mitti, qværitur, an propria authoritate
poſſim conſeqvi poſſeſſionem? Negatur, ſed
2 debeo expectare, dum mittar. Et procurator
venditoris ſciens mortem venditoris & heredes
tradere nolle; ſi tamen tradat poſſeſſionem juſte
non facit, juſte autem transfert, ſi vel neſciat
mortuum, vel hæredes ſciant & non prohi-
3 beant. *Donell. l. 5. c. 18. lit. C. & ibi Hillig.* Un-
de colligitur, mandatum licet morte finiatur,
ſi tamen hæres ſciens non revocet, videri eum
ratificare mandatum à defuncto datum. *Ant. Rubeus in Rep. l. non ſolum. §. morte n. 21. & ſeq. ff. de Novi operis nunciat.* confer. *Covarr. in Pract. qvæſt. cap. 11. n. 21. & 2.*

## ad L. Si in me vacuam. 34.

*SUMMARIUM.*

*Conciliatio* l. 18. h. t. *tum* l. h. 34.

DIctum ſupra ad *l. 18. h. t.* non amitti poſſeſſionem, etiamſi alteri non adqviratur, cujus contrarium hic dici videtur. Videtur diſtingvendum: an res præſens tradatur, an verò rei abſentis poſſeſſio ita tradatur, ut poſſit eam alter occupare propria authoritate, vel accipere à meo procuratore; & hoc caſu non amittitur poſſeſſio, niſi adqviratur illi cui, adqviri volui. *P. Barb. ad l. ſi alienam l. 2. n. 108. & ſeq. ff. ſol. matr.* Aliter *Afflictus. dec. 301. num. 4.*

## ad L. Exitus. 35.

*SUMMARIA.*

*PEtitorium non inſtituitur anteqvam poſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis terminatum. n. 1.*

*Petitorium rei corporalis primo inſtitutum cum poſſeſſorio cumulari poſſe, an rectè inferatur. 2.*

POſſeſſorium retinendæ poſſeſſionis prius ter- 1
minari debet, qvam petitorium inſtituatur, ut
appareat, qvis actoris partibus fungatur. Unde
inferunt, cum de poſſeſſione rei corporalis agi- 2
tur, & actor primo petitorium, poſtea poſſeſſorium intendat, hoc caſu non admitti utriusqve judicii cumulationem, qvod tamen melius ex ratione ſeu repugnantia utriusqve judicii, qvam ex hoc textu probari aſſerit *Men. remedio 3. ret. poſſ. n. 513. & ſ.* conf. *Afflictus dec. 155. n. 5.*

## ad L. Intereſſe. 39.

*SUMMARIA.*

*REi ſeqveſtrata poſſeſſio de partium conſenſu amittitur. n. 1.*

*Reſpondetur* ad l. 18. §. 1. ff. depoſ. 2.

REi ſeqveſtratæ de partium conſenſu perdi- 1
tur poſſeſſio, niſi cauſa cuſtodiæ ſeqveſtre-
tur, cui non obſtat *l. 17. §. 1. ff. de depoſ.* qvia *in
d. §. 1.* vocabula DEPOSITA referenda eſt ad proxi-
mum, ſcil. poſſeſſionem *Don. l. 5. c. 13. lit. F.* vel di-
ſtingvendum: an ſeqveſtratio fiat in certitudinis 2
cauſa, dum uterqve poſſidere ſe dicit, an non: de
qvo *Pacius l. 4. q. 80. Gædd. de Seqveſt. c. 1. n. 130. Hill. d. l. Zaſius part. 2. Antinom. num. 4. p. 79. Menoch. rem. 3. retin. poſſeſſ. q. 11. n. 86.*

## ad L. Si de eo fundo. 40. §. ult.

TU es in poſſeſſione ſervi mei vel alterius rei meæ, cujus verè ſum Dominus: ſi clam poſſeſſionem rei occupem, & conveniat à te recuperanda poſſeſſione, qværitur an poſſim tibi objicere exceptionem dominii? hoc *arg. hujus §.* multi affirmant, qvos refert *Menoch. rem. 1. recup. poſſ. num. 142.*

## ad L. Qvi jure familiaritatis. 41.

*SUMMARIA.*

*ACtus qvi fit jure familiaritatis vel amicitiæ non tribuit poſſeſſionem n. 1.*

*Qvod*

Digitized by Google

*Qvod verificatur in fructibus jure qvodam familiaritatis percepti. 2.*
*Alia exempla vid. n. 3. 4. & 5.*
*Familiaritatis cauſa qvando qvid præſumatur. 6.*

1 ACtus qvid fit jure familiaritatis vel amici-
tiæ, non tribuit poſſeſſionem *confer Cothman. v. 4. conſ. 39. n. 25. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 160.
num 13. Honded. vol. 1. conſ. 65. n. 57. Klock. vol. 1.
conſ. 21. n. 99. & ſeq. & conſ. 29. n. 561. & conſ. 50. n.*
2 *254.* Hinc licet ex perceptione fructuum colli-
gatur poſſeſſio *l. 2. C. h. t. & l. Litibus. C. de agric.
& cenſit.* non tamen hoc locum habet; qvando
fructus percepti jure qvodam familiaritatis; Uti
per *hanc legem Maſcardus concl. 1189. n. 8.* conclu-
dit; Nam familiaritatis cauſa præſumitur po-
tius, qvàm qvod voluerit dominium acqvirere.
3 *Cornæus conſ. 292. vol. 3. & conſ. 03. lib. 4.* Sic ma-
ritus qvi ducit uxorem, qvæ jure retentionis uti-
tur, in alienis bonis potius familiaritatis cauſa &
ut uxoris curator ſe geſſiſſe præſumitur, qvàm ut
ſe ad rationes reddendas obligârit *Dn. Mev. p. 2.*
4 *dec. 219.* Et vitricus in bona defuncti inductus
non eſt poſſeſſor bonorum defuncti, ſed jure fa-
miliaritatis tantùm utitur. *Dn. Mev p. 4. dec. 392.*
ubi *n. 12.* ait, peſſimi exempli & iniqvum valdè
fore, hoc indulgere vitrico, ut poſſeſſor habeatur
bonorum, qvæ anteceſſor liberis in hæredita-
tem reliqvit &c. & hoc jus familiaritatis amitit
maritus, qvando domo conjugis & liberorum
5 decedit *Dn. Mev. d. p. 4. dec. 345.* Sic uxor ma-
riti bonis fruitur jure familiaritatis, & ita nul-
lum videtur ex parte mulieris Conſtitutum Poſ-
ſeſſorium, qvod uxor cum marito facit. *Dn.*
6 *Mev. p. 5. dec. 353. n. 1. & ſeq.* Familiaritatis au-
tem cauſa præſumitur, ſi alia cauſa non appareat.
*Menoch. l. 2. arb. qvæſt. caſu 160. num. 20. Dn.
Manz. cent. deciſ. qv. 28. num. 24. Card. Tuſchus
concl. 411. num. 3. lit. P.* præſertim, qvando duo
poſſident, alter ſine titulo & tunc hic jure fami-
liaritatis poſſidere præſumitur. *Tuſchus d. l. n.
4.* præſertim in conjugibus *Tuſchus d. l. num. 5. & ſ.*
in filiis & fratribus *Men. l. 2. arb. qvæſt. caſu 160. n. 13.*

## ad L. Si qvis fundum. 43.

*SUMMARIA.*

*CEſſat præſcriptio qvoad partem fundi qvam poſſeſſor alienam ſcit. n. 1.*
*Scientia rei alienæ inducit malam fidem. 2.*

SI qvis partem fundi alienam eſſe ſcit, ſive pars
1 pro diviſo, ſive pro indiviſo ſit, non poteſt ea-
tenus præſcribere, ſed reliqvas partes præſcribere
poteſt. Colligunt exinde, ex ſcientia rei alienæ
2 fluere malam fidem, & qvi ſcit ſe teneri ad aliqvid
dandum, in mala fide eum verſari *Cephal. vol. 2.
conſ. 161. n. 31. & vol. 4. conſ. 455. n. 84. Klock. vol.
1. conſ. 28. num. 241.*

## ad L. Si peregre. 44.

*SUMMARIA.*

*PEr oblivionem reconditi theſauri qvoad locum nno amittitur poſſeſſio. n. 1.*
*In poſſeſſore juſto conveniunt poſſeſſio & jus poſſidendi. 2.*
*Poſſeſſionem relinqvens ſine animo retinendi amittit poſſeſſionem 3.*

SI qvis theſaurum recondiderit peregre profe- 1
cturus, poſtea autem loci oblitus reperire lo-
cum non potuerit, qvod ſæpe factum memini,
an poſſeſſionem amiſerit, qværitur? Qvod ne-
gatur hic in *pr.* ubi notant Doctores, qvod in 2
poſſeſſore juſto conveniant poſſeſſio & jus poſ-
ſidendi *Donell. l. 5. c. 6. lit. H.* In *§. 1.* habetur
ratio, cur ex peculio etiam ignoranti qværatur
poſſeſſio; qvæ in textu perſpicuè habetur.
Qvando nos ipſi poſſidemus & recedimus, amit- 3
timus, ſi animus adſit relinqvendi poſſeſſio-
nem; nam animo ſolo retinetur poſſeſſio *§. 2.
h. t.* Vid. *not. l. 4. C. h. t.* conf. *Socin. jun. vol. 1.
conſ. 146.*

## ad L. Si rem mobilem. 47.

*SUMMARIA.*

*POſſeſſio rei apud alium depoſita aut commodata qvatenus amittatur ob denegatam à commodatario vel depoſitario reſtitutionem. n. 1.*
*Rerum mobilium vilis & abjecta eſt poſſeſſio. 2.*
*Qvod explicatur n. final.*
*Ex* Can. de Redintegranda *ſi ob res mobiles agatur, qvid probandum? n. 3. 4.*

SI rem tibi commodatam aut penes te depo- 1
ſitam tibi poſſidere & non reddere conſtitue-
ris, confeſtim amitto poſſeſſionem, licet igno-
rans: qvod intelligunt Dd. ſi rem illo loco mo-
veris aut depoſueris tibi animo lucrandi. Ver-
bum enim CONSTITUERIS cum effectu accipien-
dum, ſcilicet contrectando & loco movendo.
*Donell. l. 5. cap. 12. lit. D. Ant. Matth. ad l. 47. tit. 1.
num. 4.* Notandum etiam ex *hac lege*, qvod 2
rerum mobilium vilis & abjecta ſit poſſeſſio.
conf. *l. 3. §. 3. & §. 13. h. t. Franc. Baldus in repet.
legis. Celſus in tit. primo qværit Bartolus. n. 8.* ubi
ait, in rebus mobilibus non præſumi continua-
tionem poſſeſſionis. Ex qvo etiam hoc deduci- 3
tur, licet actor agens ex remedio canonis RED-
INTEGRANDÆ, non debeat, niſi antiqviorem ſuam
& recentiorem rei poſſeſſionem probare, *Menoch. rem. 15. recuper. poſſ. n. 383.* id tamen limita-
ri in rebus mobilibus, ubi neceſſe eſt probare
tempore ſpoliationis v. g., venditionis, rem à ſe
poſſeſſam fuiſſe. *Menoch. rem. 15. n. 406. qvem
laudat Carpz. p. 1. Jurispr. conſt. 6. def. 8. in fin.* &
hujus ſententiæ etiam eſt Speculator, licet diſſen-
tiat *Panorm. ad c. cum ad ſedem. 15 n. 15. X. de reſtit.
ſpoliat.* Et cum de eqvo alicui vendito ex hoc 4
remedio ageretur, pronunciatum à nobis ſcio,
debere actorem probare, qvod tempore eo, qvo
eqvus rei venditus in poſſeſſione fuerit; præſer-
tim cùm reus aliqvas præſumtiones opponeret,
qvod venditor eqvi tunc eqvum pro ſuo poſſe-
derit. Sed illud qvod hic dicitur abjectam eſſe
rerum mobilium poſſeſſionem noſtrates fortè de
ſuppellectili vili intelligerent.

ad L.

### ad L. Prædia. 48.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis proponitur. n. 1.*
*Epiſtola an probet traditionem. 2.*
*Ex inſtrumento poſſeſſionem non probari poſſe an recte ex h l. colligatur. 3. & ſeqq.*

1 DOnavi tibi prædium per epiſtolam, & dixi,
me tradidiſſe poſſeſſionem; poſtea ſervus
ex eo prædio ad te pervenit, qvem remittis, &
per eum poſſeſſionem apprehendis & ſic jam
2 demùm poſſeſſionem conſeqveris; Ergò epiſto-
la, licet traditionis meminit, non probat tra-
ditionem, qvia, qvando dicitur in inſtrumento,
me promiſiſſe, licet omnia videantur ſolenni-
ter acta, tamen hoc eſt intelligendum, qvando
partes ſunt præſentes, at qvando per epiſtolam
res agitur, ibi partes ſunt abſentes, ergò ſi præ-
ſumeremus traditionem hîc eſſe factam inter
abſentes per epiſtolam, hæc præſumtio naturæ
repugnaret. *Cujac. in l. 10. Reſp. Papin. tom. 4.*
3 *p. 1135.* Sed exinde non videtur inferri poſſe.
qvod poſt Dd. infert *Weſſenb. in π. ad h.t. n. 6.*
qvaſi ex inſtrumento non poſſit probari poſſeſ-
ſio; nam hæc Lex de omni inſtrumento non
loqvitur, & ſic nec de eo, qvod juſſu utriusqve
partis præſentis ſcriptum; ſed de epiſtola; *Cu-
jac. d. l. in fin.* nam ex publico Inſtrumento po-
teſt probari poſſeſſio. *Poſtius de Manuten. vol. 2.*
4 *dec. 4. & ſeq. Dn. Mev. p. 4. dec. 293.* Licet au-
tem ex inſtrumento poſſit probari poſſeſſio,
vel ejus translatio, debet tamen fieri id inſtru-
mentum in rei præſentia, ut Notarius cum teſti-
bus videat rem, ejusqve translationem. Dd. hîc,
qvos refert *Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. cauſa 74. q.*
*2. n. 4.* Et hoc etiam inſtrumentum contra ter- 5
tium probat, ſi accedat ſolutio penſionis canonis
&c. *Car. Ruinus vol. 4. conſ. 40. n. 5. qvem refert Franc.
de Clapper. d. l. n. 7.*

### ad L. Poſſeſſio qvoqve 49. §. 1.

NOtandum hic tantum putavi, qvod hic poſſeſſio dicatur juris eſſe, ſcilicet qvod ex jure multa mutuetur: alias ratione ſui facti eſt, qvod pluribus explicat *Donell. lib. 5. c. 6. poſt lit. H.*

### ad L. Qvarundam rerum. 51.

SIne actu corporis proprii videtur acqviſita poſſeſſio, ſi rei abſenti cuſtodem appoſuero. *Zaſ. in l. 3. pr. h. t. n. 7.*

### ad L. Adverſus extraneos. ult.

*SUMMARIA.*

*Poſſeſſio dejicientis qvatenus defendi poſſit remedio aliqvo poſſeſſorio.*

QVi poſſidet, utiqve remedio aliqvo poſſeſſori uti poteſt contra tertium, à qvo dejicitur vel turbatur vid. *l. 1. §. ult. & l. 2. in fin. uti poſſid. Weſſenb. vol. 2. diſp. 19. h. t. th. 20.* & ſic poſſeſſio dejicientis deſtituitur qvidem effectu reſpectu dejecti, ſed non reſpectu tertii, & cedere poſſeſſione juſſus, debet ſcire ejus jus, cui cedere debet, *Dn. Mev. p. 1. dec. 256. n. 7.*

## TITULUS III.

## De uſurpationibus & uſucapionibus.

### Ad L. Bono publico. 1.

*SUMMARIA.*

*Ratio introductæ uſucapionis n. 1.*
*An aliqva ſpecies præſcriptionis juris gentium ſit, inqviritur. 2.*

1 BOno publico uſucapiones ſunt introductæ,
ne rerum dominia ſemper eſſent incerta;
qvia potuit Princeps, ad reſarciendas lites
& in pœnam negligentiæ priorum Domi-
norum, hunc modum acqvirendi introducere.
*Molin. de J. & J. diſp. 4. n. 7. Balthaſar. tit. 9. re-*
2 *ſol. Bavar. 1. n. 3 Donell. l. 5. c. 30.* Sed dubium,
annon Jure Gentium introducta ſit qvædam
præſcriptio, qvod videtur negandum, dum à Ju-
re Romano fuiſſe eam introductum dicunt. Sed
verius videtur aliqvam ſpeciem præſcriptionis,
præſertim immemorialem Jure Gentium agni-
tam; nam ex hoc tempore videtur colligi ne-
glectio jurium præhabitorum per *Cap. II. Judi-
cum n. 28. Grotius de J. P. & B. l. 2. c. 4. n. 2. Hahn.
ad π. Weſenb. n. 9. h. t.*

### ad L. Uſurpatio. 2.

*SUMMARIUM.*

*Definitio uſurpationis in h l. 2. an perfecta.*

UſUrpatio & Uſucapionis interruptio, qvæ tamen perfecta definitio non eſt, ſed eſt definitio nominis, propoſitæ materiæ conveniens, in qva effectus ponitur pro cauſa; nam per uſurpationem interrumpitur uſucapio. Poteſt autem interrumpi uſucapio etiam ſine uſurpatione; ut ſi res mobilis curru excidat, pecus aberret, flumen inundatum. Hæc rectè *Donell. l. 5. cap. 21. lit. B. & ibi Hilliger.*

### ad L. Uſucapio. 31.

*SUMMARIA.*

*Uſucapionis deſcriptio. n. 1.*
*Ejus declaratio & qvibus caſibus uſucapio qvaſi dormiat 2. 3.*

USucapio hic definitur, qvòd ſit adjectio (ra- 1
tione adqvirentis non amittentis ita dicta,
*Benev. Stracha in tr. de adjectio. p. 1. n. 13.*) Domi-
nii per continuationem poſſeſſionis temporis
lege definiti; de qva definitione *Gilcken in tr. de
præſcript. l. 1. c. 2. num. 6. & ſeq. Don. & ibi Hill.
lib. 5. c. 5. Harpr. in pr. Inſt. h. t. n. 6. & ſeqq.* &
non eſt neceſſe ut omnia reqviſita cujusqve rei
in definitione contineantur. Notetur autem 2
continuitatem poſſeſſionis reqviri, i. e. ut cur-
rere non deſinat. Hoc fit, qvando aliqvo actu

intertumpitur. Sed interdum dormit qvaſi uſu-
capio, imprimis in caſu emergentis impedimen-
ti in perſona ejus, contra qvem præſcribitur, pu-
ta infirmitatis, impuberis ætatis, inundationis
aqvarum, hoſtilitatis, peſtis, ſcilicet qvando il-
le Jus ſuum deducere in judicio non valet; nam
agere non valenti non currit præſcriptio. *l. 1. C.*
3 *ac annal. præſcript. vid. Carpz. p. 2. dec. 116. num.*
*18. vid. not. ad l. 35. ſ. pr. de S. R. P.* Sic & tempore
vacantis regni aut Eccleſiæ dormit præſcriptio,
*c. de qvarta. C. auditis. 15. X. de præſcript. & ibi Pa-*
*norm. Balbus de præſcript. p. 2. partis 6. princ. n. 7.*
*Franc. Nicomettus in rep. cap. qvoniam contra. n. 653.*
*X. de probat. L. Molin. de juſt. & jur. tr. 2. d. 78. n. 7.*
*Carpz. p. 2. dec. 116. n. 21.*

## ad L. Seqvitur. 4. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*Pupillus an uſucapere poſſit. n. 1.*
*Caſus §. 5. h. l. proponitur. 2.*
*Res furtivæ uſucapi non poſſunt, niſi res in poteſtatem domini iterum venerint. 3.*
*Qvid ſi in ejus poteſtatem venerint, cui res ſurrepta. 4. 5.*
*Qvomodo pupillo vel furioſo res ablata in poteſtatem redeat. 6.*
*Recipiens rei ablatæ æſtimationem rem in poteſtatem recipere cenſetur. 7.*
*Idem ſi res alii volente domino tradita. 8.*
*Idem ſi ſurreptum a ſe pignus debitor diſtraxerit. 11.*
*Lana ex ovibus furtivis à b. f. poſſeſſore an uſucapi poſſit. 9.*
*Vitium furtivitatis an tranſeat ad veſtimentum ex re furtiva confectum. 10.*
*Occupans fundum, de qvo dominus à tertio dejectus an uſucapere poſſit. 12.*
*Ingrediens vacantem fundum in* L. ult. C. unde vi *non incidit. 13.*
*Reſpondetur ad contrarios textus. 14.*
*Si rem meam per vim alii auferam, non videtur in meam poteſtatem veniſſe. 16.*
*An Juriſdictio amittatur non utendo, ſi alius eam mihi adimat, & exerceat. 17.*
*Libertas contra ſervitutem præſcribitur. 18.*

1 IN L. 4. §. 2. agitur de pupillo & dicitur, eum
uſucapere poſſe, ſi authore tutore poſſideat;
aut, ſi id non ſit, ſi habeat animum poſſidendi;
qvod in pupillum pubertati priorem cadit, imo
eum, qvi infantiam eſt ingreſſus, qvia id favo-
rem ejus reſpicit. *Gilken de præſcr. p. 3. cap. 1. num.*
*22.*
2 In §. 5. diverſa diverſorum interpretatio:
Optima videtur *Hilligeri ad Don. l. 5. c. 26. lit. D.*
qvi ſpeciem ejus §. his verbis proponit: defun-
ctus ex re depoſita vel commodata fructus per-
cepit: hæres ignorat eos ex talibus rebus eſſe,
poſſidet igitur eos pro ſuo & uſucapit. *l. 2. in*
3 *fin. ff. pro ſuo.* Lex Attinia prohibebat rei fur-
tivæ uſucapionem ob vitium reale, qvod non
tollitur, niſi res in Domini poteſtatem iterum
4 venerit. Sed qværitur, qvid ſi in ejus poteſta-
tem venerit, cui res ſurrepta? Reſp. in hoc §. non
tolli vitium furti. Sed præſcriptione immemo-
riali hoc vitium tolli ſtatuit *Dn. Mev. p. 2. dec. 101.*
Sufficit autem rem veniſſe ad eū, per qvem poſſi- 5
deo, ſcilicet depoſitarium, qvi rem meam ven-
ditā pœnitentia ductus redemit. *§. 10.* Neceſſe au-
tem eſt, ut ſciat Dominus rem ſuam eſſe, & fuiſſe
ſubreptam, & in ſuam poteſtatem rediiſſe per *l. 7.*
*§. 7. ff. pro emptore Ciſnerius ad h. l. §. 12. qvem refert*
*Coll. Arg. ad h. t. th. 8.* Si pupillo autem vel fu- 6
rioſo res ablata, ſufficit tutorem vel curatorem id
ſcire *§. 11. h. l.* Idem ſi in tutoris poteſtatem veni-
at *l. 56. §. 4. de furtis.* niſi ipſe tutor ſurripuerit *l. 7.*
*§. 3. pro empt. Hillig. ad Donel. l. 5. c. 28. lit. A.* Ita au-
tem redeat neceſſe eſt, ut avelli neqveat, *§. 12. h. l.*
ſcilicet ex eadem cauſa, qvæ recepta eſt; Nam ſi
vi recipit continuo res reſtituenda. *Hill. in Don.*
*l. 5. c. 28. lit. D.* Res furtiva in poteſtatem meam 7
veniſſe dicitur, ſi æſtimationem recepi §. 13. qvia
ita videor vendidiſſe, & brevi manu tradidiſſe.
Sic res ad me rediiſſe videtur, ſi ea tibi me vo- 8
lente tradita, qvia per Procuratorem adqviri
poteſt poſſeſſio §. 14. Lana ex ovibus furtivis a 9
bonæ fidei poſſeſſore uſucapi poteſt: *§. lana. 19.*
qvem §. de conſumpta lana & agnis intelligit
*Donellus. l. 4. c. 26. lit. D. & ibi Hill.* conf. *Copus*
*fructibus l. 2. tit. 4. c. 7. n. 23. qvem refert Menoch.*
*remed. 15. recup. poſſ. num. 582. & ſeq* Si ex lana 10
furtiva veſtimentum fiat & hoc furtivitatis vi-
tio laboret §. 20. ſi debitor ſurripuit pignus à ſe 11
datum, & diſtraxit, res videtur ad Dominum
rediiſſe, ita ut avelli neqveat, qvippe jam diſtra-
cta eſt, ne obſtet *l. fin. vid. Don. l. 5. c. 28. lit. B.*
*& ibi Hill. pluribus hac de re agens.* Species Pa-
ragraphi 22. hæc eſt: Dejeciſti me de fundo, 12
ſed non poſſediſti, ſed eum vacuum reliqviſti,
ideoqve alius intravit & poſſidere cœpit fun-
dum vacuum & diu poſſedit, qværitur an uſu-
capere poſſit? Videtur qvòd non, qvia fundus
vi poſſeſſus videtur, & ſic laborat vitio reali. Sed
negatur hoc, qvia licet vi ſim dejectus, non ta-
men eſt fundus vi poſſeſſus. Unde probat *Me-* 13
*noch. remed. 13. recuper. poſſ. num. 22.* eum, qvi
vacantem fundum ingreditur, non incidere in
pœnam *Legis ult. C. unde vi. &c.* reſpondet *ad l. 9.*
*§. ult. ff. de acqvir. dom dom. & L. falſus. 43. §. ſi ja-*
*ctum. 11. ff. de furtis.* qvòd, aliud ſit, ſi qvis rem 14
vacuam occupet, qvæ tamen ab alio animo ad-
huc poſſidetur, de qvo loqvuntur textus con-
trarii. Unde colligit, facilius rem mobilem 15
furtivam fieri, qvam rem immobilem vi poſſeſ-
ſam. Si ego poſſeſſorem rei meæ mihi ablatæ, 16
qvam habes, vi dejecero, non videtur in pote-
ſtatem meam veniſſe, qvia poſſeſſio per in-
terdictum unde vi avelli poteſt §. 26. h. l.
Si qvis me ſervitute viæ utentem vi dejecerit
& impedierit, longo tempore amitto ſervitu-
tem. Ubi qværit *Bart. num. 6.* ſi qvis me 17.
Juriſdictionem habentem dejecerit, & ipſe
Jus dixerit, an amiſerim Juriſdictionem non
uten-

Digitized by Google

utendo? Et reſpondetur qvod non, ſi Juriſdictio caſtro annexa; nam utor ea Juriſdictione per eum, qvi me dejecit, qvam deciſionem laudat *Ceph. conſ. 459. num. 11. & 23. & qvos ibi refert.*

18 In *§. fin.* dicitur libertas contra ſervitutem præſcribi, licet ſervitus ex Lege Scribonia non præſcribatur; de qva materia pluribus *Hilliger in Donell. l. 11. c. 11. lit. A. Weſenbec. in π. tit. de ſervit.*

## ad L. Naturaliter. 5.

*SUMMARIA.*

*INterruptio alia naturalis, alia Civilis. n. 1.*
*Exempla naturalis interruptionis. 2.*

1 INterruptio præſcriptionis, qvæ & uſurpatio dicitur, *l. 2. h. t.* de qvâ *Donell. l. 5. c. 21. lit. B.* duplex eſt, naturalis vel civilis. Illa eſt, cùm unum ex reqviſitis uſucapionis ceſſat; Hæc per actum Juridicum. *Franciſ. Balbus in tr. de præſcript. part. 3. part. 6. qv. 1. Molin. de J. & J. tr. 2. diſp. 78. n. 10. & ſeq. & qvos citat Hillig. d. c. 21. lit. C.*

2 Hîc autem habetur exemplum naturalis interruptionis, qvando qvis de poſſeſſione vi dejicitur; ſed exemplum tantùm hoc eſt. *Don. d. c. 21. poſt lit. C.* Nam & captivitate fit interruptio *l. 15. h. t.* & re Domino locatâ *l. 21. & 33. §. 3. h. t.* conf. *Covarr. in cap. Poſſeſſ. part. 2. §. 12. n. 1. & ſeq. Molin. d. l. n. 10.*

## ad L. In uſucapionibus. 6. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*TEmpus uſucapioni præſcriptum qvando completum cenſeatur.*

TEmpus uſucapioni præſcriptum complevisſe qvis intelligitur ultimo poſtremi anni die cœpto, licet non finito; non enim currit tempus à momento ad momentum i. e. non eſt neceſſe, ut eadem hora, qva qvis cœpit poſſidere, uſucapionem perficiat *Donell. l. 5. c. 19. lit. C. & D. & ibi Hill.* In *l. ſeq.* habetur exemplum, qvoties enim in ætate aut facto certorum annorum numerus reqviritur, annus ultimi diei initio completus videtur. *l. 132. & 134. de Verb. ſign.* cui non obſtat *l. 6. de obl. & act.* vid. *Don. d. l. lit. D.*

## ad L. Uſucapionem. 9.

*SUMMARIA.*

*REs ſacra qvatenus ſacra uſucapi non poſſunt. n. 1.*
*Res eccleſiaſtica & civitatis qvot annis præſcribantur. 2.*
*Res Civitatis qvomodo in textu explicandæ. 3.*

1
2 USucapi non poſſunt res ſacræ ſcil. conſecratæ; nam aliæ, ut prædia Eccleſiaſtica 40. annis præſcribuntur. *Auth. qvas actiones C. de SS. Eccleſ.* & res civitatum, qvæ centum annis præſcribuntur, per *L. ut inter 23. C. de SS. Eccle. & liber. homin.* Sed de hoc alibi dictum, ſcilicet Imperatorem in *Nov. 131 c. 6.* plus ſenſiſſe, minus dixiſſe; nam abſurdum videtur Civitatem habere centenariam præſcriptionem, Eccleſiam ultra alterum tantum minorem. De Ci- 3
vitatis rebus qvod hic dicitur Hill. *in Don. l. 5. cap. ult. lit. F.* intelligit non de patrimonialibus rebus Curiæ, ſed publicis ſeu Univerſitatis, qvarum proprietas nullius eſt.

## ad L. Si aliena. 10.

*SUMMARIA.*

*IN emptore uſucapiente reqviritur b. f. & tempore traditionis & tempore contractus, ſecus in aliis contractibus. n. 1.*
*In rationem diverſitatis inqviritur. 2.*

HOc inter cæteros contractus & emptionem 1
intereſt, qvòd in cæteris contractibus ſufficiat adeſſe bonam fidem tempore traditionis, ſed in emptione etiam tempus contractus reqviritur. *Weſ. in π. tit. pro Emptore. n. 3. Balbus part. 2. partis 3. princ. qv. 7. & Harpr. in pr. h. t. n. 75. & ſeq. Gukenius de uſucap. p. 2. memb. 1. c. 14.* Bach.
*in not. ad Weſenb.* hanc rationem allegat, qvæ mi- 2
hi compendioſior cæteris videtur, cùm res aliena in emptionem deduci poſſit, etiam ubi conſtat rem eſſe alienam, facilè emtor poſſet ſubdubitare de bonâ ſide. Sed vix eſſe poteſt bona fides in traditione, qvin fuerit etiam in contractu.

## ad L. Pignori. 13.

*SUMMARIA.*

*REs pignori data nulla præſcriptioni ſubjecta eſt. n. 1.*
*Pignus emens contra debitorem præſcribere poteſt. 2.*

REs pignori data præſcribi non poteſt, qvia 1
pro alieno poſſidetur, qvin nec 30. annis acqviritur, ſi ſciat eſſe rem pignori datam; qvia adeſt mala fides: qvin & ſi neſciat rem eſſe pignori datam, ſed hoc probetur liqvidò nec 30. annis, imò nec immemoriali tempore præſcribibitur, qvia ubi de vitioſo contractûs initio conſtat, nulla eſt præſcriptio immemorialis temporis.
Remitto me ad allegata ad *L. 6. §. 3. de pign. act.* 2
Sed ſi qvis emat pignus, ille præſcribere poteſt contra debitorem vid. *Carpz. p. 2. conſt. 1. def. 4.*

## ad L. Si is qvi pro emptore. 15.

*SUMMARIUM.*

*POſſeſſio ante captivitatem, an proſit poſtea vel ipſi captivo redeunti vel heredi?*

POſſedit Titius aliqvandiu fundum bonâ fide, poſtea verò ab hoſte captus, qværitur: an prior poſſeſſio ipſo in captivitate moriente proſit hæredi, vel ipſi redeunti proſit? negatur hoc, ſed aliud in ſervo. Vid. de famoſâ potiùs qvam utili lege, & ejus cum *l. 12. §. 2. de Captivis* conciliatione *Alciatus lib. 6. paradox. c. 2.* vid. *Joh. Annibal. ad L. naturaliter de acqvir. poſſeſſ. n. 37. Berengarius Fernandus in repet. d. l. §. nihil commune n. 61. vol. 5. repet. juris.* Peculiarem tractatum in hanc legem ſcripſit *Sebaſt. Maſſa.* & conf *Cujac. t. 2. p. m. 1343. & qvos refert Hilliger in Donell. lib. 5. cap. 20. lit. L.*

## ad L. Si per errorem. 17.

*SUMMARIUM.*

*AN per ſententiam erroneam & injuſtam transferatur uſucapiendi conditio.*

PEr ſententiam erroneam & injuſtam datur juſtus titulus & uſucapiendi conditio. *Molinaus conſ. 17. num. 29. Klock. vol. 1. conſ. 2. n. 46.* Sed reqvirunt Dd multi, qvos recenſet *Gilkenius de praſcript. p. 2. memb. 1. cap. 21. n. 7.* ſi ſententia rite & ſecundum juris ordinem lata; ſed hanc limitationem ſublimitat & declarat *Gilken d. l. n. 9.* cum aliis, qvos allegat, ſed infeliciter, ſi nullitas ſit notoria, ut ſi citationem omiſit: nam ſi judex ſine citatione ſententiam fert, ſpoliat ut privatus.

## ad L. Si hominem. 19.

*SUMMARIA.*

*AN reſoluto contractu venditionis venditori proſit tempus qvo emtor poſſedit. n. 1.*

*Reſolutionem contractus ex præcedenti contractu non eſſe novum contractum an recte ex h. l. colligatur. 2.*

*Lectio verborum finalium.* h. l. *3.*

*Pacta reſolutiva contractibus adjecta ipſo jure effectum ſortiuntur. n. 4.*

1 CAſus eſt talis: vendidi ſervum hâc conditione reſolutiva, ut ſi diſpliceret, intra annum reſtitueretur, qværitur: ſi poſtea diſpliceat &
2 reſtituatur, an mihi proſit illud tempus, qvo emptor poſſedit? & id affirm. Angelus ex verbis finalibus hic concludit, ſi ex pacto in præcedenti contractu contento reſolvatur contractus non eſſe novum contractum, nec laudemium aut gabellam qvaſi de novo contractu ſolvendam: nam reſolutio contractus ex contractu præcedenti non eſt novus contractus, ſed prioris executio; & ea qvæ finiunt ad executionem alicujus diſpoſitionis, non inducunt novam diſpoſitionem, ſed regulantur ſecundum naturam diſpoſitionis ejus, ad cujus executionem fiunt. *Tiraq. de Retr. convent §. 6. gl. 2. num. 17. Franc. de Clapper. cauſ. 26.*
3 *q. un. n. 4. & ſeqq.* ſed licet hæc vera ſint, ex verbis tamen finalibus ſcrupulus oritur, ſed alia exemplaria legunt in fine negativè fortè rectius. Ex
4 *hac l. 19.* etiam colligunt, extra materiam Addictionis in diem alia pacta reſolutiva contractus illum ipſo jure retrò reſolvere, & dominium in venditorem transferre. *Bruſſel. in tr. de condit. l. 4. t. 5. n. 1. & 8. Covarr. L. 3. reſol. c. 8. num. 2. & qvos refert Dom. Lauterbach. ad tit. de addict. in diem. th. 11.*

## ad L. Poſſeſſio. 20.

*SUMMARIUM.*

*POſſeſſio defuncti non prodeſt ſucceſſori, ſi alius in apprehenſione poſſeſſionis prior fuit herede.*

COntinuatio poſſeſſionis defuncti in ſucceſſorem qvoad effectum uſucapionis inducta impeditur, ſi alter eam poſſeſſionem apprehenderit prius, qvàm ſucceſſor eam actu acqviſiverit. *Covar. l. 3. reſol. c. 5. n. 6. verſ. ſic & interdicto. Menoch. remed. 1. recuper. poſſ. n. 396.*

## ad L. Ei, à qvo. 21.

*SUMMARIA.*

*REi ſua conductio vel emtio non valet. n. 1.*

*Qvibus caſibus emtor & conductor à pari judicentur. 2.*

*Ex locato agenti ratione rei locatæ, ejus conductor Dominus, nocet exceptio dominii. 3.*

COnductio rei ſuæ non valet, & per talem con- 1
ductionem locator non retinet poſſeſſionem, ſed perdit. Idem in emptore. Unde col- 2
ligitur, conductorem & emptorem à pari judicari; ſi Dominus conducat rem ſuam, ſive emat, qvæ comparatio in effectibus, de qvibus hic ſermo eſt, intelligenda; ſcilicet an valeat contractus, & an interumpatur præſcriptio. Sed in
remediis reſtitutoriis differentia. vid. *Barboſa ad* 3
*l. ſi alienam. 13. n. 119. ff. ſoluto matrim.* Bart. hic. tradit, ſi contra eum, qvi ſuam rem conduxit, agatur actione locati, ad rem reſtituendam, poſſe opponi exceptionem dominii; qvia locatio non valuit, ſecus ſi qvis ex *l. ſi qvis conductionis C. Locati* agat.

## ad L. Eum qvi ædes. 23.

*SUMMARIA.*

*SIngulæ partes non poſſidentur ſed totum integrale. n. 1.*

*Unam eandemqve rem non debere diverſo jure cenſeri, colligitur. 2.*

TOtum integrale poſſidetur, non verò partes. 1
ſingulæ ut tigna & lapides, & ideò dum in- 2
tegra domus hæc, non præſcribitur ut talis. Colligitur communiter regula, qvod una eademqve res non debeat diverſo jure cenſeri; qvod de corporali, non verò intellectuali conſideratione concedit *Menoch. conſ. 1040. n. 6. & 7.* ubi eſt diverſa relatio & diverſus reſpectus. *n. 51. & conſ. 736. n. 4. Men. d. l. n. 7 Ceph. conſ. 736. n. 4.*

## ad L. Ubi lex 24.

*SUMMARIA.*

*BOna fides non facit prohibitam uſucapionem licitam. n. 1.*

*Probibita alienatione omnem uſucapionem prohibitam cenſeri, an rectè ex* h. l. *colligatur. 2.* 1

SI per legem prohibita uſucapio, bona fides non prodeſt, nec uſucapio locum habet, qvia
adeſt error juris. vid. *Balb. part. 5. princ. qv. 4. & Ca-* 2
*val. in ſpecul. qv. 13* Ex hac nonnulli volunt probare, qvod prohibita alienatione omnis uſucapio cenſeatur prohibita. Sed eam conſeqventiam rectè negat *Pinellus de Bon. mat. ad auth. Niſi Triennalis. n. 28.*

## ad L. Sine poſſeſſione. 25.

SIne poſſeſſione uſucapio & præſcriptio contingere non poteſt, qvia eſt fundamentum uſucapionis, *hic & l. 31. §. 1. h. t. Harpr. in pr. h. t. n. 262.* & hoc etiam in ſervitutum præſcriptione locum habet. *Carpz. l. 1. reſp. 36.*

### ad L. Nunqvam ſuperficies. 26.

SUperficies non poteſt uſucapi ſine ſolo, ſcilicet ſi qvis ſuperficiem à putativo ſuperficiario emerit, hoc vero ſuperficiario non præjudicaret. vid. *Hill. in Don. l. 20. c. 8. lit. N.*

### ad L. Celſus 27. & L. Qvod vulgo. 11. ff. pro emptore.

*SUMMARIA.*

*USucapio non admittitur in præſcriptione longi temporis, ſi juſtus titulus & verus abſit. n. 1.*

*Secus in præſcriptione longiſſimi temporis, & ſervitutum. 2. 3.*

1 JUſtus titulus reqviritur ad uſucapionem, ſine
qvo non admittitur uſucapio. Ergò non ſuffi-
cit, ſi qvis exiſtimet, ſe habere titulum; niſi juſto
errore ductus putaverit, ſe habere titulum *l. 11. ff.*
*pro emtore.* nam alius error eſt injuſtus circa jus
& facta propria; alius juſtus in facto proprio, ſed
cum perſvaſione alterius, alius verò juſtiſſimus
in facto alieno. *Balb. in repet. h. l. & Balthaſ. d. t.*
*9. reſol. Bav. 8. n. 13. & ſeq. Franc. de Clapperius cau-*
2 *ſa 22. q. 2. n. 3.* Sed procedit ſuperior regula in
præſcriptione longi temporis, non longisſimi.
*Baldus hic n. 4. & 15.* Nec in præſcriptione ſervi-
3 tutum, qvia ibi ſufficit error ſupinus ſufficiens ad
bonam fidem. *Balbus d. l. num. 12.*

### ad L. Rerum mixtura. 30.

*SUMMARIA.*

*COmpoſitio corporum triplex. n. 1.*

*Harum ſpecierum effectus in uſucapione. 2.*

1 COmpoſitio corporum triplex eſt. (1) eſt na-
turalis & phyſica. (2.) fit applicatione &
conglutinatione, qvod contiguum vocant. (3.)
fit ex pluribus corporibus loco diſcretis, de qvâ
diviſione *Petr. Greg. l. 1. Syntagm. c. 8. num. 1. Ol-*
*dradus conſ. 154. num. 9. Barb. part. 3. rubr. ff. ſolut.*
*matr. n. 4. Donell. l. 20. c. 4. lit. K. & ſeqq. & ibi*
2 *Hilliger* plures citans. In ſecundâ ſpecie, ſi rem
jungam alii corpori, & reſtent 10. vel pauciores
dies ad uſucapionem, uſucapere non deſino. In
tertiâ ſpecie non deſino, licet plures dies reſtent,
per §. 1. de qvo videri poteſt *Claudius de Seiſſelio*
*in rep. legis naturaliter num. 16. b. t. vol. 5. Gilken de*
*Præſcr. p. 3. cap. 1. in fine.*

### ad L. Nunqvam 31. pr.

*SUMMARIA.*

*ERror juris impedit uſucapionem qvod ampliatur. n. 1.*

*Limitationem vid. n. 2.*

*Error juris non nocet præſcriptioni longiſſimi temporis. 3.*

*Tempus uſucapionis continuum eſt. 5.*

1 NUnqvam in uſucapionibus juris error poſ-
ſeſſori prodeſt, qvod ampliatur in *l. 32. §. 1.*
*h. t.* licet qvis juſtè poſſideat, ſe tamen injuſtè poſ-
ſidere putet, non uſucapiet rem; qvia bona fides
deeſt, & juris error impedit uſucapionem. Hinc
colligit ad *d. l. 32. §. 1. Cujac. tom. 2.* interdum
plus valere opinionem erroneam in jure, qvàm
rei veritatem. Qvod de errore juris dictum, id 2
tamen Dd. pleriqve limitant; niſi jus ipſum ſit
controverſum. *Covarr. in d. cap. poſſeſſor. part. 2.*
*§. 7. num. 9. Balb. in d. l. Celſus. num. 17. Gilk. part. 2.*
*membr. 1. c. 3. n. 2.* & qvos citat *Harpr. in pr. h. t.*
*n. 87.* à qvibus tamen ipſe diſſentit. Sic licet er-
ror juris impediat præſcriptionem longi tempo- 3
ris, qvæ titulum reqvirit; non tamen impedit
præſcriptionem longiſſimi temporis, ubi ſola fi-
des bona ſine titulo ſufficit *Covarr. d. §. 7. num. 6.*
ubi pro hàc declaratione adducit *c. pervenit X.*
*de empt. & vendit.* & plures citat Dd. Verba in *l.*
*31. principio, Initio venditionis*, ſunt dubia. vid. *Hil-* 4
*ligerum in Don. l. 3. c. 13. lit. G.* non eſt operæ pre-
tium id excutere, cum hodie non ſit de ſubſtantia
contractus pupillaris, ut tutor in ipſo contractu,
non poſt, authoritatem ſuam interponat, ſi fo-
rum conſideremus. Tempus autem uſucapio-
nis eſt continuum, ut non eximantur dies feriati 5
§. 1. & furor ſuperveniens priorem poſſeſſionem
non tollit, nec eam injuſtam reddit, aut contra,
*§. 3. & 4. h. l.*

### ad L. Cœptam. 40.

COepta uſucapio à defuncto poteſt etiam ante aditam hæreditatem impleri, idqve jure ſingulari; cum aliàs vacet, & à nemine poſſideatur. *Menoch. rem. 13. recup. poſſ. n. 46.* & multò magis igitur id tempus hæredi computabitur *d. l. 31. §. penult.*

### ad L. Cùm vir. 42.

*SUMMARIUM.*

*VItium reale, qvod uſucapionem impedit, tollitur per ſuperveniens dominium.*

VItium reale, qvod uſucapionem impedit, v. gr. ſi fundus dotalis venditur, vel res furtiva, tollitur per ſuperveniens dominium; ſi forte maritus lucretur dotem ex pacto vel teſtamento, vel venditor rei furtivæ Domino ſuccedat. *Petr. Barb. in l. 1. ff. ſolut. matr. part. 5. num. 18. & 23.* & ſic hoc loco, qvod ab initio vitioſum, tractu temporis convaleſcere poteſt; & ideò regulam contrariam ad ultimas voluntates reſtringit. *Harpr. ad §. 1. h. t. num. 16.*

### ad L. Pro ſoluto. 46.

INter alios titulos, qvibus uſucapio competit, datur etiam titulus pro ſoluto; qvi locum habet, qvando res promiſſa vel aliud pro eâ volenti ſolvitur, de qvo *Gilk. part. 2. membr. 1. cap. 22. num. 1. Petr. Gregor. lib. 40. ſyntagm. c. 7. num. 5.*

# Titulus IV.
# Pro Emptore.

## ad L. 1. & 3.

*SUMMARIA.*

*Pro emtore poſſidet qvi litis æſtimationem ſolvit. 1.*

*Transactio an titulum poſſeſſionis tribuat. 2. 3.*

1 POſſeſſor, qvi litis æſtimationem actori rem
vindicanti ſolvit, pro emtore incipit poſ-
ſidere, per *l. 1.* qvia litis æſtimatio ſimilis
eſt emptioni, qvod in cauſa Transactionis
etiam verum eſſe probat *Gilken de præſcript. part.
2. m. 1. c. 13. n. 9. & Vaſq. l. 2. Illuſt. c. 67. n. 2. Do-*
2 *nell. ad l. 33. C. de transact. n. 5.* Et qvamvis *Me-
noch. conſ. 1236. num. 1. & 2.* diſtingvat, an res à reo
actori detur transactionis cauſa, an verò accepta
litis æſtimatione actor rem penes reum dimittat,
poſteriori tamen caſu etiam titulum poſſeſſionis
tribui tradit *Tiraq. de Retr. conſang. §. 1. gl. 14.
num. 64.*

## ad L. Pro emtore. 2.

*SUMMARIA.*

*IN uſucapione pro emptore qvæ reqviruntur. n. 1.*

*Res ſub conditione vendita pro emtore uſucapi non poteſt. 2.*

*Res emta cum pacto commiſſorio uſucapi poteſt. 3.*

*Idem in addictione in diem & aliis conditionibus reſolutivis. 4.*

*Si aliud traditum, aliud venditum, traditum uſucapi non poteſt. 5.*

*Si res tradita major qvam fuit vendita uſucapio locum habet. 6.*

*Qvod limitatur. 7.*

*Bona pupilli ſub haſta tutor emere poteſt. 8.*

*Idem in Procuratore mandatu domini auctionem faciente. 9.*

*Res vendita à pupillo non domino ſine tutoris autoritate contra dominum ab emtore uſucapi poteſt. 10.*

*Poſſeſſio minoris ſine decreto judicis rectè transfertur. 11.*

*Datur uſucapiendi facultas ementi à furioſo. 12.*

*Emtori an proſit ad uſucapionem tempus venditoris. 13.*

*Qvi rem mobilem bona fide uſucapere cepit, ſi conventus litis æſtimationem præſtet, an procedat uſucapio 14.*

1 IN uſucapione pro emptore reqviritur bona fi-
des & tempore contractus & traditionis, ut ſu-
pra dictum; qvod in principio hujus legis repe-
ritur, & oportet veram eſſe venditionem, ut &
2 ſupra dictum *ad L. Celſus tit. præced.* Si ſub con-
ditione venditio facta, pendente conditione,
qvia nondum eſt venditio, pro emptore uſuca-
3 pio locum non habet *per §. 2. h. l.* Lex commiſ-
ſoria non facit emptionem conditionalem, qvia
eſt conditio reſolutiva, & ideò res empta inte-
rim uſucapi poteſt *per §. 3.* Idem in adjectione 4
in diem §. 4. Idem ſi conditio alia reſolutiva ad-
datur; ſcilicet, ſi intra certum diem diſpliceat,
reddatur. § *5. h. l.* Si vero aliud traditum, aliud 5
venditum, in tradito non habet locum uſucapio
qvia illud non eſt traditum; ſed ſi res traditur 6
major, qvàm fuit vendita v. gr. ampliores fundi
fines, tunc procedit in amplioribus finibus uſu-
capio, qvia accedunt fundo & partes non poſſi-
dentur, ſed totus fundus. *§. 6.* Aliud autem ſi 7
ſcivit partem eſſe alienam. *l. 4. h. t. Cujac. ad h. l.
tom. 1. p. 1484.* Si minoris aut pupilli bona ſub 8
haſta vendantur, tutor emere poteſt; nam licet
alias pupilli bona emere non poſſit, hic tamen
palam id facit, & expedit pupillo propius ha-
bere emptorem, nec in longinqvo qværere, mo-
do bona fide id faciat, neqve minoris qvam par
erat; nam tunc tutelæ judicio teneretur. *§. 8. h. l.*
Et ſicut tutor rem pupilli, qvæ tamen erat verè
aliena, poteſt ſub auctione ſibi emere, ita idem
licet procuratori, qvi ex mandatu Domini 9
auctionem facit bonorum ejus *§. 9* ubi exten-
ditur, ſi procurator in utilitatem Domini ſine
ſpeciali mandato res qvasdam diſtraxerit. Se-
qventes *§§. qvinqve* de ſervis loqventes, ut ſo-
leo, prætereo.

In §. 15. dicitur, ſi à pupillo emero ſine au- 10
thoritate tutoris, qvem pro pubere habeo, qvod
poſſim contra alium, cujus ea res eſt, uſucapere;
ideoqve non obſtat, *l. 11. ſupr. de acqvir. rer. dom.
l. 29. de acqvir. poſſ.* qvia de tertio non loqvuntur,
ſed de pupillo, in cujus incommodum poſſeſſio
non tranſit. *Harpr. in §. Inſt. de uſucap. n. 12.*
Colligunt ex hoc textu, poſſeſſionem minoris 11
ſine decreto judicis transferri poſſe, licet non do-
minium. *Neguz. de pignor. part. 4. n. 18. circa fin.
Menoch. rem. 5. adipiſc. poſſ. n. 24.*

In §. 16. agitur de furioſo, à qvo, dum eum 12
pro ſano habui; rem emi, datur uſucapiendi fa-
cultas, licet nulla detur actio, contra furioſum
ſcilicet; per hunc §. ſed datur tamen contra ter-
tium, cujus res fuit, vid. *Don. l. 20. c. 8. lit. Q. &
ibi Hilliger.* Emptori prodeſt ad uſucapionem 13
tempus venditoris, qvod à Tribon. ita mutatum
putat *Borcholt in tr. de acqvir. poſſ. c. 8. num. 36.*
Sed vid. *Hillig. in Don. l. 5. c. 20. lit. A.*

In *§. ult.* hæc ſpecies, emi à Sempronio 14
rem alienam mobilem, qvam incipio uſucapere;
ob bonam fidem & titulum; ſed convenior poſt-
ea à Titio, cui ſolvo litis æſtimationem, an in-
terrumpitur poſſeſſio ut uſucapio? Negatur,
qvia litis conteſtatione non interrumpitur uſu-
capio. vid. *Carpzov. p. 2. c. 7. d. 6.* ſed ſi etiam
rem immobilem hic intelligas, nec ſic longi
temporis præſcriptio interpellatur; qvia neceſ-
ſe eſt, ut ſeqvatur ſententia. Sed ſi litis æſtima-
tionem adverſario ſolverim; mutatur cauſa poſ-
ſeſſio-

ſeſſionis, qvod fieri poteſt, qvando duo, qvi intereſſe habent, conſentiunt. vid. *Cujac. ad lib. 54. Pauli ad Edict. tom. 1. p. 1489.* conf. *Donell. l. 5. c. 21.*

## ad L. Emtor fundi. 4.

MAla fides in parte, ſi ſcilicet ea ſit incerta ratione loci aut qvotæ, ſed ſi ſit certa pars, verbi gratia, jugera duo Auſtralia vel pars tertia indiviſa, tunc in cæteris partibus non impeditur uſucapio.

## ad L. Qvi fundum. 7.

*SUMMARIA.*

*POſſeſſio defuncti an conjungatur cum poſſeſſione heredis, ſi ſervi hereditarii poſſeſſionem reliqverint. n. 1.*

*In parte additâ fundo novâ præſcriptione opus eſt. 2.*

*Tutor in re pupilli qvatenus domini loco habeatur. 3.*

*In emtore uſucapiente reqviritur etiam bona fides eo tempore, qvo amiſſam poſſeſſionem recuperat. 4.*

*Qvi ſciens à non domino, vel domino qvidem, at alienare vetito emit, in mala fide eſt. 5.*

*De J. Can. b. f. reqviritur per totum poſſeſſionis tempus. 6.*

*Dolus Procuratoris ratione rei minoris vendita non impedit uſucapionem in emptore. 7.*

*Res furtiva cenſetur reverſa in poteſtatem domini, ſi eam ſurreptam eſſe neſciat. 8.*

1 IN principio dicitur, licet poſt mortem teſtatoris ſervi hæreditarii relinqverint poſſeſſionem,
tamen defuncti tempus, qvo poſſedit, prodeſt hæredi, & cum ejus tempore conjungitur *Berebolt. de Adqvir. poſſ. c. 8. n. 31.* qvod intelligo ſi non ali-
2 us interim poſſedit. In parte addita fundo novâ præſcriptione opus eſt, *§. 1. h. l.* & ſic acceſſorium non ſeqvitur naturam rei principalis in hoc exemplo *Romanus ſing. 577. Petr. Peck. ad cap. acceſſorium. 42. lib. 6 ampliat. 5.*
3 Ex *§. 3.* allegari ſolet regula: Tutorem in re pupilli Domini loco haberi, cùm tutelam adminiſtrat, non cùm pupillum ſpoliat. *Guttierez. de tutelis p. 1. c. 1. n. 15. & ſeqq. Donell. l. 3. c. 12. lit. C.* Loqvitur autem *§.* de re alienari non vetita, & qvæ adeo uſucapi poteſt. *Hill. in Don. l. 5.*
4 *c. 23. lit. B.* Non autem tantum eo tempore emptorem in bona fide eſſe oportet, qvo primus adeptus eſt poſſeſſionem; ſed & eo, qvo amiſſam poſſeſſionem recuperavit *§. 4. h. l.* Sed his hodie non eſt opus, poſtqvam Jure Can. ho-
5 die omni tempore opus eſt bona fide. Qvi ſciens à non domino, vel Domino qvidem, ſed alienare vetito emit, in mala fide eſt *§. 5.* & bona fides
6 jure Canonico, ut jam dixi, toto tempore poſſeſſionis adeſſe debet, & ideò ſi poſſeſſor hypothecæ intra decennium ſcientiam ejus rei conſeqvatur, qvòd alteri ſit obligata, ob malam fidem ſupervenientem hypothecariæ actioni non præſcribet. *Dn. Mev. p. 4. dec. 284.* unde puto, rarám eſſe præſcriptionem etiam perſonalium actionum, ut debitor ſpatio 30. annorum neſciat ſe debere, de qvo alibi, & actio hypothecaria, etiam inepta actione perſonali mota, interrum-
pitur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 49.* Dolus autem pro- 7
curatoris, qvi ex mandato meo rem minus vendidit tibi, tuam uſucapionem non impediet. *§. 6.* 8
Et in *§. 7.* dicitur, rem furtivam non dici poſſe reverſam in poteſtatem Domini, ſi eam ſubreptam eſſe neſciat.

## ad L. Si qvis cum ſciret. 8.

*SUMMARIA.*

*EMtor ob ſcientiam, venditorem pretium conſumturum eſſe, non videtur eſſe in m. f. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Mutuo dans ludi cauſa non habet repetitionem. 3.*

*Limitatio remiſſivè. 4.*

*Maritus contra creditores, qvi uxori ad luxum trediderunt, ex* h l. *exceptionem habet. 5.*

QVi emit ab eo, qvem ſcit conſumturum pre- 1
tium, bonæ fidei poſſeſſor eſt, niſi ſciat eum conſumturum in turpem uſum v. gr. daturum
ſcorto. Hic eſt communis intellectus, qvi pro- 2
batur per *l. 12. §. 11. ff. Mandati Caſtr. hic Duaren. in l. 6. ff. de V. O. Cujac. t. 1. p. 2318. & t. 2. p. 1357.*
Licet aliter *Zaſ. tom. 5. p. 80.* Et ſi qvis ludi cau- 3
ſa mutuò dederit, non habet repetitionem, per *hanc l. & l. 2. §. 1. ff. qvar. rerum actio non datur.* Et ita reſponſum in Facult. menſe Januario anno
1654, qvod tamen limitat *Rauchbarus p. 2. q. 25. n.* 4
*43. Carpz. l. 6. reſp. 96. num. 15.* Sed hæc limitatio perverſis moribus magis, qvam juri congrua eſt.
Et marito contra creditores, qvi ad luxum credi- 5
derunt uxorj, exceptionem ex *h. l.* dedimus menſe Aug. anno 1661.

## ad L. Qvod vulgo. 11.

*SUMMARIA.*

*PUtativus titulus non eſt idoneus ad uſucapionem. n. 1.*

*Limitatur, ſi res tradita ex falſa cauſa. 2. 3.*

PUtativus titulus eſt inidoneus ad uſucapio- 1
nem ſcilicet qvando poſſideo aliqvam rem, & exiſtimo rem illam me exemto habere, & id
credo ſine aliqvâ probabili causâ; ſecus ſi ſit 2
cauſa credendi, ut ſi qvis dedit, qvaſi mihi emptum, ut hic, ſi qvis rem ut legatam mihi tradit, cùm tamen legatum ſit codicillis ademptum. *l. 4.*
*ff. pro legato.* Et in ſummâ, qvando mihi tradita eſt 3
ex falsâ causâ, tunc uſucapio, ex eâ causâ, ut ſi ob dotem vel aliam, falſam tamen, detur. conf. *Cujac. ad h. l. tom. 2. p. 1997.*

## ad L. Alienam. 13.

*SUMMARIA.*

*EXtra judiciales interpellationes non interrumpunt præſcriptionem. n. 1. vide tamen Cothman. v. 4. conſ. 9. n. 7.*

*Qvod extenditur ad præſcriptionem longiſſimi temporis. 2.*

Balbi *exceptio & limitatio ſubjicitur. 3.*

*Qvibus caſibus & judicialis actus inſufficiens ad interruptionem præſcriptionis 4.*

*Præjudicium Cameræ Brandenburg. Elect. refertur, qvo & extrajudiciali interpellationi effectus veræ interpellationis tributus. 5.*

1 POſſedi bonâ fide fundum, & in eo ædifico do-
mum, ut mihi nuncias novum opus, ſed non
per judicem; ſed tantùm extrajudicialiter, qvæ-
ritur, an per hoc interrupta præſcriptio? Qvod
negatur, qvia per actus & interpellationes ex-
trajudiciales præſcriptio non interrumpitur. *A-
lex. l. 5. conſ. 89. n. 17. Surdus dec. 5. n. 6. Wurmſer.
lib. 1. obſ. pract. tit. 45. obſ. 9. n. 5. Simon de prætis
de interpr. ult. vol. l. 5. int. 2. dub. 2. n. 194. Koppen.
dec. 57. n. 70. Gail. 1. obſ. 74. n. 20. Mod. Piſt. v. 1.*
2 *conſ. 12. n. 35. Moll. l. 2. ſemeſt. c. 11. n. n. 2.* Et licet
lex hæc loqvatur de præſcriptione longi tem-
poris, idem tamen eſt in præſcriptione longiſſi-
mi temporis. *Balbus de præſcript. part. 3. partis 6.
q. 4. n. 18.* ubi exceptionem habet ex *L. Si fun-*
3 *dum. C. de R. V.* Et excipit, ſi qvis alius caſus ex-
ceptus in jure reperiatur; deinde limitat: niſi de-
nunciatio extrajudicialis exprimeret aliqvid,
per qvod inducitur mala fides *Balb. d. l. n. 20.* li-
cet id diſplicere videatur *Pinello ad Auth. niſi tri-
cennalis n. 15.* dicerem tamen non qvidem inter-
rumpi præſcriptionem propriè; ſed induci ma-
4 lam fidem. Surdus *dec. 5. n. 6.* noſtri textus reſo-
lutionem extendit, ut locum habeat, licet judi-
cialiter fuerit citatus, ſed ad examen teſtium ad
perpetuam rei memoriam vel generaliter per E-
dictum. Sic ſi qvis ad agendum provocet dif-
famatorem, non videtur renunciare præſcriptio-
ni, ſi actio præſcripta, *Dn. Mev. p. 3. dec. 23.* imò
ſi qvis nondum completa præſcriptione provo-
cet, & interim, anteqvam agat diffamator, præ-
ſcribatur actio, puto ſalvam eſſe præſcriptionem
actori, cum nullibi habeatur, per hanc provoca-
tionem præſcriptioni etiam currenti renunciari.
Sed memini præjudicii Cameræ Electoralis Bran- 5
denburg. qvo interpellationi extrajudiciali effe-
ctus interpellationis tributus; procul dubio
qvia bona fides labefactata per eandem, qvæ ta-
men ut dixi, toto tempore adeſſe debet.

### ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*OB credulitatem de mandato admittitur longi temporis uſucapio. n. 1.*

*Ex diuturnitate temporis accedente juſtâ credulitate præſumitur mandatum. 2.*

SI qvis alterum habere credat mandatum, pro- 1
babiliter poteſt longo tempore uſucapere Un-
de collige, ex diuturnitate temporis accedente 2
juſtâ credulitate præſumi mandatum. *Menoch. l.
2. præſ. 33. n. 17.* ſi præſertim alia adminicula con-
currant. *Boër. dec. 281. num. 17. & qvos refert Hilliger
in Don.*

# TITULUS V.
# Pro hærede vel pro poſſeſſore.

### Ad L. Qvi legatorum. 2.

*SUMMARIA.*

*REs apud defunctum depoſita aut ei commodata ab herede uſucapi non poteſt. n. 1.*

*An filius mortuo parente rem titulo donationis à patre acceptam pro herede uſucapere poſſit. 2.*

*An ex hoc textu probari poſſit, qvod ſui heredes non poſſint pro herede uſucapere. 3.*

*Donationem inter patrem & filium non valere colligitur. 4.*

*Qvod limitatur. 5.*

1 REs apud defunctum depoſita aut ei com-
modata ab hærede uſucapi non poteſt,
qvia hæres cauſam poſſeſſionis ſibi muta-
2 re non poteſt. *per §. 1.* Pater filio rem donatam
tradidit, qværitur, an filius mortuo parente
pro herede rem eam poſſit uſucapere? Reſp.
qvòd non, qvia filius ita ſibi mutaret cauſam
poſſeſſionis, cùm tamen poſſeſſionem natura-
lem etiam vivo patre habuerit, & ſic qvoad por-
tiones coheredum non uſucapit. *Pinellus part. 2.
rubr. C. de bon. matern. num. 40. Faebin. lib. 6. c.
11. Hill. in Don. l. 5. c. 14. lit. I. & K. Gilken. de
præſcript. p. 2. memb. 1. cap. 16. n. 16.* qvi tamen
putat *per l. 32. ff. de Donat. inter virum & uxor*
huic legi derogati. *Bach. d. diſp. 22. th. 5. lit. H.*
3 *& Harpr. in pr. Inſt. num. 128.* Ideoqve non pot-
eſt ex hoc textu probari, qvòd ſui hæredes non
poſſint pro hærede uſucapere. Nam ſic fruſtra
JCtus de hac ſpecie dubitaſſet. Colligitur etiam, 4
non valere donationem inter patrem & filium *hic
& l. 26. C. de Donat. inter Vir.* Qvod limitat 5
*Berlich. p. 2. dec. 168.* niſi per modum repudiatio-
nis lucrifiat; ut ſi pater uſumfructum bonorum
filii filio remittat, vel feudum delatum refutet,
arg. *l. 6. pr. & §. 1. de his qvæ in fraud. credit.*

### ad L. Pleriqve. 3.

*SUMMARIA.*

*VErborum* pro herede *geminus ſenſus evolvitur. n. 1.*

*Res defuncto commodata aut apud eum depoſita ab herede uſucapi poteſt. 2.*

*Reſpondetur ad* h. l. *8. contrariam. 3.*

*Titulus pro herede an ſufficiens ad uſucapionem. 4.*

*Mala fides defuncti an noceat heredi acceſſione temporis defuncti non utenti. 5.*

VErba pro hærede duplicem habent ſignifica- 1
tionem 1. Ut ſignificent intentionem hære-
dis, qvando poſſeſſor putat ſe heredem eſſe, ut in
materiâ petitionis hæreditatis; & ſic hîc non ca-
pitur. 2. Ut ſignificent verum titulum hæredis,
& ſic hoc loco. Deinde in poſteriori ſignificatu 2
qværitur, an v. gr. res defuncto commodata, aut
apud eum depoſita poſſit ab herede uſucapi, pro
here-

herede ? Qvod hoc non poſſit fieri, probatur ex
*l.2.§.1.h.t.* & ex perſpicuo textu *Legis finalis C.h.t.*
qvam legem *Bachov. in Treutl. vol. 2. diſp. 22. th.
5. lit. A.* de hærede falſo intelligendam eſſe pu-
tat, qvæ reſponſio literæ non congruit. Dein-
de facit *l. 4. C. de præſcript. long. temp. & §. 2.
inſt. de uſucap.* ubi dicitur, rem defuncto commo-
datam, aut apud eum depoſitam uſucapi poſſe
3 ab emptore, cui res illa ab hærede vendita. Sed
qvid de hâc lege noſtra; *Bach. de action. diſp. 3.
th. 21.* putat intelligi poſſe de caſu aliqvo ſpe-
ciali; ſed contorta eſt reſponſio. Ego dixerim
relictum hîc eſſe veſtigium veterum diſſenſio-
num & referri, non probari opinionem qvo-
rundam; durum tamen fateor, hunc errorem
plerisqve JCtis à Pomponio adſcribi; aut ſup-
plenda eſt Lex ex aliis, ſi modò defunctus titu-
lum ſpecialem & bonam fidem habuit. Ideoqve 4
puto titulum pro hærede non eſſe per ſe ſuffici-
entem ad uſucapionem, niſi defunctus bonâ fide
ex vero ſpeciali titulo, vel ex titulo probabili, ex
cauſa crediti poſſederit, tunc enim heres pro hæ-
rede poſſidet; ſed ſimul ex titulo etiam defuncti.
Vid. *Dn. Hahn. ad Weſenb.* Et non video, qvomo- 5
do mala fides defuncti non impediat uſucapio-
nem hæredis, licet acceſſione temporis defuncti
uti nolit; & qvale futurum ſit diſcrimen inter
hæredem & ſucceſſorem ſingularem, ſi uterqve
non obſtante malâ fide anteceſſoris uſucapionem
à ſuâ poſſeſſione implere poſſit. Vid. *Bachov.
d. theſ. 21.*

# Tit. VI.
# Pro Donato.

## Ad L. Pro donato. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Donatio inter patrem & filium non valet. n. 1.*
*Confirmatur tamen morte. 2.*
*Qvomodo hoc cum* §. 1. h. l. *conciliandum. 3. 4.*

1 Pater filio non poteſt donare, qvia ſic ſibi
ipſi acqvirere, & donare videretur. *Gom.
tom. 2. reſol. c. 4. n. 25. Don. & Hill. ibi lib. 9.
c. 5. lit. D. Beuſt. ad l. 1. ff. de Jurejur. num. 120.*
2 Sed omninò donatio inter patrem & filium, ma-
ritum & uxorem morte confirmatur *per l. 32. ff.
3 de donat. inter vir. & ux.* Sed intelligendus eſt
*hic §. 1.* de eâ qvæſtione, an uſucapio valeat rei a-
lienæ donatæ à patre, vivente patre, ita ut conti-
nuetur poſt mortem patris? qvod videtur ne-
gari, non verò, qvod poſt mortem patris non
incipiat filius rem alienam de novo uſucapere.
4 vid. *Hunn. in Treutl. v. 2. d. 20. q. 15.* Aut faten-
dum; hîc reperiri reliqvias juris veteris abro-
gati. Aut dicendum, de datione in peculium
hic ſermonem eſſe, ut volunt communiter, refe-
rente *Coraſio in rep. legis frater a fratre n. 48. 68. ff.
de Cond. indeb. vol. 2.*

## ad L. Si vir uxori. 3.

*SUMMARIUM.*

*Errorem juris, ſi ſit intermixtus errori facti, non
impedire uſucapionem an rectè ex* h. l. *colli-
gatur.*

Communiter ex *h. l.* probant, errorem juris
ſi ſit intermixtus errori facti, non impedire
uſucapionem, ſed id ex hoc textu non ſeqvitur;
nam hic in genere tantum error erat, qvod dona-
tionem indiſtinctè valere putaverit, ſed in ſpe-
cie hac contractus, ubi donans non redditur
pauperior, nullus eſt error juris. *Covarr. in cap.
poſſeſſor. par. 2. m. 1. c. 3. num. 46. & ſeq. Harpr. in
§. inſt. de uſucap. num. 90.* qvamvis concedi poſ-
ſit, ſi error facti cum errore juris concurrens
huic præponderet, uſucapionem non impediri.
*Gilken. d. loc.*

# Tit. VII.
# Pro derelicto.

## Ad L. Nemo poteſt. 6.

*SUMMARIA.*

*Ex falsâ opinione pro derelicto non uſucapitur.
n. 1.*
*Res pro derelicta uſucapta ſi iterum derelinqvatur ſit
communis. 2.*
L.h. *exceptio vid. 3.*

1 Nemo poteſt pro derelicto uſucapere, qvi
falsò exiſtimaverit, rem pro derelicta eſ-
ſe habitam, ſed inqvies, ſi verè pro dere-
licta habita eſt, ſtatim erit inventoris *l. 1. h. t.*
Ad qvid igitur neceſſaria uſucapio? Reſp. ſi res
aliena derelicta ſit. *Cujac. hic & conf. Gilk. p. 2. m.
1. c. 20.* nam ſi res eſſet derelinqventis, rediret ad
priſtinam ſuum naturam, & fieret communis;
ſed ſi ejus non fuit, non poteſt Dominus rei do-
minio privari, niſi per uſucapionem. Sed ſi res 2
aliena à te pro derelictâ habita, & à me inventa
ac uſucapta, iterum à me derelinqvatur, qværi-
tur an res illa fiat communis, an verò ad prio-
rem dominum redeat. Reſp. affirmandum eſſe
prius, negandum poſterius, qvia prior Dominus,
dum ego uſucepi, dominium ſuum amiſit. vid.
*Cujac. l. 21. obſ. 8.* Patitur autem hæc lex exce-
ptionem ex *l. 11. ff. pro emptore*, qvod in $\pi$. ex- 3
plicat *Weſenb. h. t.* qvod exemplo declarari po-
teſt: ſi profundè ebrius pecunias ejiciat, & tu
colligas, qvaſi pro derelictis habitas. Sanè ſi res
dere-

derelicta ab hoſpite in ædibus meis, non ſio dominus, ſi occupaverim. *Carpz. p. 3. c. 31. def. 17.*

### ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*SErvus, cui alimenta denegantur, ſi ea ab alio ſuppeditentur, ab hoc tanqvam pro derelicto habitus acqviri poteſt. n. 1. & 2.*

1 SEmpronius Thetidem ut ex ancillâ ſuâ natam
vindicat, nutrix Thetidis alimenta pro Thetide
petit. Sempronius negat, ſe idoneum eſſe ad
nutrimenta exhibenda, debere ali à patre, à qvo
fuit manumiſſa, qværitur an rectè? Ratio in
textu, qvod Thetis videatur habita pro derelicta.
Colligo ex eo textu, qvod homo proprius, 2
cui deficienti aliàs alimenta debentur, ſi Dominus alimenta neget, poſſit ab alio eum ſuſcipiente acqviri, tanqvam rem pro derelicto habitam, imò ſi infans pro derelicto habitus & publicæ miſericordiæ expoſitus, ſtatim fit liber. *Cujac. ad h. l. tom. 1. & l. 2. de infant. expoſ. & ibi mea notata.*

## TITULUS VIII.
## Pro Legato.

### Ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*USucapio pro legato qvatenus valeat. n. 1.*
*Si legatum non jure relictum, an valeat uſucapio. 2.*
*Res legata tradita an repeti poſſit, ſi ſuperveniat alius heres, hereditatis petitionem inſtituens. 3.*

1 PRo legato valebit uſucapio, ſi teſtator rem
alienam ut ſuam legavit, & hæres mihi
non incapaci *per l. 7.* ſolvit. Sed qvid ſi
2 legatum non jure relictum ab impubere, vel coram
ſolis qvatuor teſtibus. Valebit ne titulus,
valebit ne uſucapio? Sed error hic juris eſſet, qvi
nunqvam prodeſt uſucapienti *per L. nunqvam. tit. 3. hujus libr.* Reſp. hæres errat in jure, legatarius
errat tantùm in facto, v. gr. ſi legatarius exiſtimavit
defunctum teſtatorem fuiſſe puberem, cum
tamen fuerit impubes, vel legatarius non vidit
Codicillum. Sic error juris in hærede tradente
non nocet legatario. Sed qvid ſi poſt rem lega- 3
tam traditam adveniat alius, qvi hæreditatis petitionem inſtituat? Nam traditio à putativo hærede facta non videtur præjudicare vero hæredi. Reſp. non dabitur petitio hæreditatis contra legatarium, qvia hic titulo ſingulari poſſidet. vid. *Gilken de uſurp. p. 2. memb. 1. cap. 17.* iſte autem hæres, qvi tradidit, non poteſt repetere, comperto ſuo errore; qvia condictio indebiti non datur ei, qvi in jure erravit.

## TITULUS IX.
## Pro Dote.

### Ad L. Titulus eſt. 1.

*SUMMARIA.*

*TItulus pro dote qvando locum habeat. n. 1.*
*A qvo tempore hac uſucapio incipiat. 2.*
*Ceſſante matrimonio an ceſſet uſucapio. 3.*

1 TItulus pro dote locum habet, ſi res aliena
in dotem data, & duo hîc qværuntur. 1. à
qvo tempore incipiat uſucapio? Reſp. in
2 §. 2. qvod ante nuptias etiam incipiat, niſi expreſsè
in traditione dictum, non ante ejus fieri
debere dotem, qvàm nuptiæ ſint ſecutæ, vel niſi
dos æſtimatò data ſit, *l. 2. h. t. Gilken d. part. 2. m. 1. c. 19.* Secundò qværitur, qvid ſi matrimonium 3
ſit nullum? Reſp. in §. *pen. l. 1.* ceſſare uſucapionem pro dote, de qvo *P. Barb. part. 4. rubr. ff. ſolut. matr. n. 16. Joh. Hannibal in repet. rubr. de ſoluto matrimonio. num. 53. & ſeq.* licet aliter *Decius conſ. 324. n. 3.*

## TITULUS X.
## Pro ſuo.

### Ad L. Pro ſuo. 1.

*SUMMARIUM.*

*Titulus pro ſuo variis exemplis declaratur.*

TItulus pro ſuo vel concurrit cum aliis titulis, interdum tamen aliis deficientibus hic qvaſi ſubſidii loco habetur, v. gr. ſi gemmam ab aliô perditam in littore maris inveniam, ſi hoſtem deprædatus inter alias res reperiam res civium, qvas pro hoſtilibus habeam, aut pecuniam alicubi defoſſam pro theſauro poſſideam, aut ſi rem meam mobilem uſucepiſti, & ego poſtea caſu recipiam rem illam, neſciens uſucaptam; nam tunc pro meo poſſidere incipio, & ſim: qvibus exemplis hoc declarat *Gilken part. 2. m. 1. c. 20. n. 5. & Bach. in Tr. d. diſp. 22. th. 5. lit. Q. & Vaſq. l. 2. controverſ. c. 68. n. 3. Petr. Greg. Syntagm. juris univ. lib. 40. c. 7. n. 12.*

### ad L. Si ancillam. 3.

*SUMMARIA.*

*SCientia rei alienæ qvando interrumpat uſucapionem. n. 1.*
*Reſciſcens rem alienam eſſe, an Domino denunciare teneatur. 2.*

EX hac lege collige; Qvod ſuperveniens ſcien- 1
tia rei alienæ tunc demum uſucapionem interrumpat, ſi diſtinctè ſciat, cujus illa res ſit. & qvidem

Digitized by Google

qvidem certò, non confuſè; Et licet ſciat, non tamen potuerit denunciare, v. gr. ob abſentiam Domini, vel ſi denunciaverit, & Dominus non repoſcat. Sed ſi denunciare potuit & non fecit, ſed clam habuit, ſic non uſucapit. conf. *de hac l. Joh. Hannibal. in repet. L. Naturaliter. num. 82.*
2 *de uſucap. vol. 5.* Notetur ex hac lege, qvod qvis reſciſcens rem alienam, & non denunciet Domino vero, qvod tunc non tantum contra fidem Chriſtianam, ſed etiam Juſtitiam Civilem agat; & clam rem poſſideat. *Bartolus hic* negat hoc locum hâbere in re immobili, qvia clam haberi neqvit res immobilis. Sed licet ad denunciandum forte non teneatur in foro ſoli, puto tamen in mala fide eum verſari, dum re aliena ſciens fruitur.

# LIBRI XLII.

## TITULUS I.

## De Re judicatâ, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus.

### Ad L. Qvi pro. 2.

*SUMMARIA.*

*Sententia continere debet vel condemnationem vel abſolutionem n. 1. 3.*

*An judici liceat verba aeqvipollentia uſurpare. 2.*

1 Sententia debet continere condemnationem vel abſolutionem *Z. ſ. hic n. 6. Marant. tit. de ſentent. n 126. Surd. concl. 132. n. 7. lit.* G. ut ta-
2 men judici liceat verba æqvipollentia uſurpare, v. gr. declaro hunc debitorem eſſe, vel mihi videtur reum nihil debere, & ſim. *arg. l. 29. pr. & l. 5. §. 1. ff. h. t. Umm. ad Proceſſ. diſp. 29. n. 43. Matthe-*
3 *ſilanus* ad *L. 3. C. de Sententiis n. 1. & ult.* Nec datur tertium *Hilliger in Don. l. 27. c. 2. lit. D.* Et qvæ neutrum continet, ea non eſt ſententia definitiva. *Matthæſil. ad l. ult. n. 1.*

### ad L. Qvi pro. 2.

*SUMMARIA.*

*Judex ſtatutum tempus ſolutionis expediendæ arctare vel producere non poteſt. n. 1.*

*Qvod limitatur, cujus exempla qvædam recenſentur. 2. & ſeqq.*

*Omnem terminum legalem ex juſtâ cauſa à judice arctari vel prorogari poſſe colligitur. 5.*

*In cauſis ſummariis & ſi partes in contradictoriis verſentur, & actori & reo onus probandi imponi poteſt. 6.*

1 Condemnati, præſertim ex actione in perſonam, habent certum ſpatium expediendæ ſolutionis, ſcilicet 4. menſes. Illud tempus judex non poteſt arctare vel producere, niſi ex juſtâ causâ, qvales cauſas recenſet *Ummius diſp.*
2 *ult. th. 3. n. 17.* Exempla duo habet *l. 2.* ſi alimen-
3 ta decernantur, ſi minori ſubveniendum. Ex priori colligit *Dn. Mevius p. 4. dec. 400.* qvòd condemnatus ad ſalaria ſacerdotibus ſolvenda non debeat habere 4. illos menſes, (niſi promittat, ſe etiam tamdiu jejunare velle, ſic peregrinis creditoribus brevius ſpatium largiendum.
4 *Manz. in tent. deciſ. 179. n. 11. & ſeq.* Huc referunt cauſam dotis *Bald. Nov. de dote p. 9. priv. 12.* Et hinc colligit *Zaſ. n. 3.* omnem terminum lega- 5
lem ex juſta cauſâ à judice prorogari vel arctari poſſe. Collige etiam, licet alias reus ad pro- 6
bandum non teneatur, niſi actor ſuam intentionem probaverit, ſi tamen partes in contradictoriis verſentur, & in cauſis ſummariis, poſſe judicem utriqve ſimul probationem imponere, qvod aliàs in duplicibus judiciis & interdictis tantum fieri ſolet. *Berlich. p 2. dec. 256.*

### ad L. Qvi damnare. 3.

*SUMMARIA.*

*Qvi poteſt condemnare, poteſt etiam abſolvere, & vice verſa. n. 1.*

*Poſterius varias admittit exceptiones. 2, 3.*

Qvi poteſt condemnare aliqvem, ille etiam 1
poteſt abſolvere & vice verſa. Sed hoc po- 2
ſterius habet exceptiones in Clerico, qvi â laico abſolvi, non condemnari poteſt; In judicibus delegatis, qvibus alterutrum tantum commiſſum, & ſim. qvas refert hic *Zaſius.* Exemplum 3
ex *l. ult. §. 1. C. ubi Senatores* refert *Donell. l. 27. c. 5. lit. A.* Si etiam ad reum refertur, non procedit regula, nocentem poteſt condemnare; non etiam abſolvere. *Hill. d. l. A.* Et prohibita condemnatione favore perſonæ, non etiam prohibita cenſetur abſolutio. *Menoch. l. 1. Arb. quaſt. q. 43. Hill. d. l. lit. B.*

### ad L. Si ſe non. 4.

*SUMMARIA.*

*Ex ſententia poſt rem judicatam oritur actio judicati & executio. n. 1.*

*An executio detur contra eum, qvi alium defendit, diſtingvitur. 2.*

*Si ſententia lata contra univerſitatem executio fit contra cives. 3.*

*Qvid ſi civitas bonis communibus deſtituta. 4.*

*Condemnatus ad ſolutionem non liberat ſe per cautionem ab executione. 5.*

*Qvod limitatur in condemnato ex magna cauſa, exempla. 6.*

*Nova conventio vel adſecuratio poſt rem judicatam*

non

*non tollit effectum rei judicatæ. 7.*
*Judex tempus ſolutionis prorogare poteſt ſine cauſâ. 8. 10.*
*An & ſine cauſa arctare poſſit inqviritur. 11.*
*Judex tempus ſolutionis coarctans addere debet tempus, qvod ad legitimam dilationem deeſt. 9.*
*Condemnatus qvis non cenſetur ſi non ritè condemnatus. 12.*
*Exceptionem nullitatis executionem impedire colligitur. 13.*
*Qvomodo hoc intelligendum vid. 14.*
*Solviſſe dicitur condemnatus, qvocunqve genere ſe perfectè liberet. 15.*
*Reſponſio ad* l. 49. ff. de ſolut. *remiſſive. 16.*
*Solutionem jurato promittens an poſſit uti compenſatione. 17. 18.*
*Non verè id ſolvitur, qvod avocari poteſt. 19.*

1 EX ſententia, qvando in rem judicatam abiit,
& per appellationem non fuit ſuſpenſa, oritur
2 actio rei judicatæ vel executio. Sed qværitur hic,
an executio detur contra eum, qvi alium defendit. Reſp. aut is, qvi alium defendit, hoc facit ex
mandatu ſuperioris, ut tutor vel curator; aut ex
mandatu ejus, ad qvem res pertinet, ut procurator rei, & contra hos non datur executio. Sed
datur contra eum, qvi ſine mandato alium defendit, qvi in ſpecie defenſor dicitur, vel contra
procuratorem in rem ſuam, ſcilicet ceſſionarium, & qvi ſe liti obtulit pro reo principali *§. 1. h. l.*
3 conf. *Don. lib. 27. c. 3. A. B. & not.* Qvando Sententia lata contra univerſitatem; non contra
Syndicum, vel actorem, ſed contra municipes &
4 cives, fieri debet executio, *§. 2. h. l.* & ſi civitas
non habeat communia bona, per collectam colligitur ſumma, qvod hic pluribus exeqvitur
5 *Bart. & Franc. de Clapper. cauſa 27. q. 1. n. 2.* Si
qvis condemnatus ſit ad ſolvendam pecuniam,
non evitat executionem, ſi offerat ſatisfactionem per cautionem fidejuſſoriam, niſi ex magna
6 cauſa *per §. 3.* Magnæ cauſæ exempla ſunt, ſi v. gr.
alicui condemnato abeundum ſit Reip. cauſa,
aut ob peſtem graſſantem. Notanda autem ratio ex textu, qvod Prætor noluerit obligationes
ex obligationibus fieri, *Hering. de fidej. c. 4. n. 34.*
ubi hac de lege in præcedentibus & ſeqventibus
plura. Sic nuper in Facultate noſtra audivimus
fidejuſſorem condemnatum, principalem debi-
7 torem in lite ſubſtituere volentem. Si poſt rem
judicatam vel nova conventio fiat, vel nova adſecuratio; non videtur receſſum à re judicata,
nec victor privilegiis, qvæ habet ex re judicata,
puta paratæ executionis & ſimilia, videtur renunciaſſe. *§. 4. h. l.* & ibi Dd. licet *Zaſius* contra
diſputet hic *num. 6.* conferatur *Donell. l. 27. c. 2.*
8 *poſt lit. K.* Si judex ſpatium ſolvendi amplius 4.
menſibus proroget, prorogatio valet, ſi conci-
9 ſius, addendum eſt tempus, qvod deeſt ad legiti-
10 mam dilationem 4. menſium, *§. 5. h. l.* Ex qvo
ſeqvitur, judicem ampliare poſſe ſpatium illud
ſine causâ, ſed coarctare ſine cauſa non poſſe;

de qvo caſu *hunc §.* intelligunt Dd. Dici etiam 11
poteſt cum *Donello lib. 27. c. 4.* qvod non prohibeatur judex terminum arctare; ſed tunc non
videtur arctare tempus, qvando breviorem terminum ſtatuit, niſi vetet, rem longius differri,
ſive id fiat verbis, ſive re ipſa. Conferatur
*Bachov. ad l. 7. ff. de feriis num. 3.* ubi ait, arctari poſſe terminum, ſi reus locuples & parata habeat media. Nam terminus exeqvendi judicati in favorem rei præſtitutus. Condemna- 12
tum eum non dicimus, qvi non eſt ritè condemnatus. *§. 6. h. l. Menoch. de A. Q. lib. 1. qu. 90.*
*num. 9.* Unde colligunt exceptionem nullitatis 13
impedire executionem ſententiæ. *Bart. & Zaſ.*
*hic.* Qvod intelligunt, qvando nullitas in con- 14
tinenti probari poteſt, vel ex actis indicia ac
præſumtiones apparent; non verò, ſi ſit altioris
indaginis, & difficilioris probationis. *Lancellotus de Attentat. c. 17. num. 99. Covarr. p. 2. qq.*
*c. 25. in pr. Mynſing. cent. 4. obſ. 64. Caldas ad L.*
*Si Curatorem habens. 3. C. de reſtit. min. verſ. per*
*qvod priſtinum Jus. num. 20.* Solviſſe dicitur o 15
mnis, qvi qvâcunqve ratione perfectè ſe liberat
ab obligatione. *§. 7. h. l.* Obſtare videtur *l. 49 ff.* 16
*de ſolut.* cui reſpondet *Zaſius hic*, illam Marciani ſubtilitatem non curo, ſed hunc textum præfero. Colligunt hic Dd. eum, qvi juravit, ſe 17
ſoluturum, poſſe uti compenſatione, ſi modò
non habuit tempore juramenti illud debitum,
ex qvo vult compenſare. Nam non præſumitur
cogitaſſe de ſuperveniente debito, & compenſationi renunciaſſe; qvod tamen veroſimiliter
factum cenſetur, ſi tempore juramenti mutuum
fuerit debitum. *Covarr. c. qvamvis. p. 2. §. 4. n.*
*9. Bach. in Tr. v. 1. d. 25. th. 11. lit. A. Trentacinq.*
*lib. 3. tit de compenſ. reſol. 1. num. 7. Lauterbach.*
*ad tit. de compenſ. th. 3.* Sed hoc exiſtimo, debi- 18
torem juramento ad ſolutionem obſtrictum
non liberare ſe à perjurio aut malæ conſcientiæ
periculo, ſi procuravit poſterius debitum mutuum; ſed tunc, ſi ipſi non qværenti obtigerit;
imò ſi qvis poſſit ſolvere, ſecurius faciet, ſi ſolvat juxta *Gutierez de juram. confirm. p. 3. c. 6.*
*num. 8.*

In §. *ult.* notatur, eum non ſolviſſe, qvi rem
dedit, qvæ avocari poſſet, de qvo uberius agit
*Donellus l. 27. c. 2. aut lit. M.*

## ad L. Ait prætor, 5.

### *SUMMARIA.*

*SEntentia in ſe incerta per relationem ad certum certa fit & valet. n. 1.*
*Sententia ex actis probatoriis explicari debet. 2.*
*Caſum ſecundum horum deciſum vid. 3.*

LIcet ſententia qvantitatem certam non ex- 1
primens ſit nulla *l. 1. Cod. de ſent. quæ ſine certa qvant.* tamen ſufficit, ſi referat ſe ad acta, qvæ
certam qvantitatem continent. Unde natum 2
id vulgatum, ſententiam ex Actis probatoriis
præfer-

Digitized by Google

præſertim, explicandam, *Mattheſilanus ſing. 141. Hillig. in Don. l. 27. c. 6. lit. M. Carpz. l. 3. reſp. 97.*
3 *num. 12.* Unde cum in ſententia dictum: Daß
Titius vor Cajo mit dem Einſpruchs-Rechte zu
hören/ dubium erat, an Titius ſimpliciter ad retractum admiſſus, an verò ad actionem tantùm? & poſterius placuerat, qvia 1. Vox hören ulteriorem actionem ſignificat, & in Actis nondum de retractu ipſo, ſed de interventione actum fuerat, ita deciſum refert *Dn. Mev. p. 3. dec. 344.*

## ad L. Miles 6. & L. 18.

### *SUMMARIA.*

*Militibus ſagatis datur beneficium competentiæ. n. 1.*

*Qvod extenditur ad ſacerdotes. 2.*

*Alternativè condemnatus in alterutrum conveniri poteſt. 3.*

*Sententia interpretationem recipit ex jure communi. 5.*

*Victor propria autoritate ſententiam pro ſe latam exeqvi non poteſt. 6.*

*Qvod limitatur. 7.*

*Actio judicati perpetua eſt. 8.*

*Caſus exceptus vid. 9.*

*Contra heredem ex inſtrumento an executivè agi poſſit. 10.*

1 Milites armatæ militiæ habent beneficium
competentiæ, i. e. ut non poſſint eorum facultates in ſolidum excuti; ſed relinqvenda eis ſint ſubſidia vitæ neceſſaria. *Weſenb. conſil. 50. n. 17. Manz. in patroc. Pauper. decad. 3. qvæſt. 1. num. 71.*
2 Qvod etiam ad Sacerdotes communiter extenditur,, ut milites CHRISTI, *per c. Odoardus X. de ſolut.*
3 *Zaſius hic num. 9.* Decem dare aut noxæ dare condemnatus, actione judicati rectè in decem conventur, *§. 1. h. l.* qvia noxæ deditionem ex Lege
4 habet. *Donell. l. 17. c. 2. poſt lit. N.* Et unum eſt in
obligatione, & aliud in ſolutione, & ſic ſolum id petetur, qvod in obligatione eſt. Id autem in ſolutione eſſe dicitur, qvod pro re debita poteſt ſolvi, licet peti non poſſit. *Zaſ. hic num. 3. Jac. de Nigris in rep. rubr. de Verb. Obl. num. 129, 132, 134,*
5 *& 136.* Colligunt hinc Dd. ſententiam, licet ſit
ſtricti juris, recipere tamen interpretationem ex jure communi. *Gail. 1. obſ. 106.*
6 In *§. 2* qværitur, an victor ſententiam pro
ſe latam ipſe propria authoritate exeqvi poſſit? qvod negatur, adeò ut furti vel rapinæ crimen videatur committere, niſi judex commiſerit
7 victori executionem; qvod fieri poſſe ex *L. Do-*
*tis autem. C. ſol matr. & L. Pignoris. C. de pignerat. act.* à contrario ſenſu hic probat *Zaſius n. 2.* aut in mora ſit periculum *Zaſ. hic. num. 4. & ſeq.*
8 Actio judicati perpetua eſt, qvia rei perſecuto-
ria & in hæredem tranſit. Licet actio principalis ſit ex delicto v. gr. furti. *Donell. l. 27. c. 3.*
9 *lit. C. D.* ubi Hill. *lit. C.* excipit cauſam ſtipula-
tionis judicio ſiſti ob actionem injuriarum interpoſita, qvæ ad hæredem non tranſit *l. 10. §. 2. ff.*
*ſi qvis cautionibus.* Unde probant, qvia actio ju- 10
dicati eſt paratæ executionis, ideò, ubi ex inſtrumento executivè agitur, etiam contra hæredem executivè agi poſſe. *Neguz. de pign. p. 4. pr. n. 20.* modò liqveat eſſe hæredem; nam ſi hoc neget, ordinario in proceſſu hoc probandum. *Dn. Mev. p. 4. dec. 144.*

## ad L. Intra dies. 7.

### *SUMMARIUM.*

*Condemnatus ante lapſum temporis ſolutioni deſtinati an ſolutionem anticipare, vel compenſatione uti poſſit?*

Tempus qvadrimeſtre datur judicatis commiſerationis gratia. Ergo poteſt anticipare ſolutionem, vel compenſatione uti ante lapſum iſtius temporis, v. gr. qvando condemnatus eſſem ad mille thaleros & ego offere vellem bona mea in ſolutum, creditor verò ſpem foveret, mihi acceſſuram eſſe hæreditatem opimam, an recuſare poteſt acceptationem in ſolutum, qvia expectandus eſt finis temporis qvadrimeſtris? Qvod negandum eſſet ex *hac lege.* adeoq; pereat, ſi intra ſpatium datum à judice liberatur reus, qvia in mora non eſt, ideo nec pœnam moræ dependet. *Hilliger ad Donell. l. 27. cap. 4. lit. D.*

## ad L. In depoſiti. 12.

### *SUMMARIUM.*

*Ex contractu depoſiti vel commodati conventus, an ſi doloſè interverterit poſſeſſionem, poſſit petere ab actore, ut ſibi jura ſua contra tertium cedat. n. 1. & 2.*

Ille, qvi ex contractu depoſiti vel commodati 1
conventur, licet dolo interverterit poſſeſſionem, debet tamen ei actor cedere jura ſua contra tertium. Nec *l. 69. & 71. ff. de R. V.* qvia ibi non
habet reus cauſam poſſidendi ab actore; hic au- 2
tem habet ab actore cauſam poſſidendi, ut in *l. 36. ff. de Donat. inter virum & ux.* Deinde reus in contractu non deliqvit, ſed in poſſeſſione vid. hic *Zaſ.*

## ad L. Si qvis ab alio. 13.

### *SUMMARIA.*

*Promittens ſatisdare pro debitore tenetur ad intereſſe eatenus, qvatenus reus non eſt ſolvendo. n. 1. & 3.*

*Generalis exceptio:* Tua non intereſt, *colligitur. 2.*

*Vani timoris nullam æſtimationem eſſe colligitur. 4.*

*In obligationibus faciendi poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe. 5.*

*In obligationibus facti neminem preciſè teneri factum præſtare colligitur. 6.*

Qvi ſe obligat ad ſatisdandum, factum pro- 1
mittit, ſcilicet ſe daturum fidejuſſorem & ideò ac ſi interſit alterius, ad intereſſe tenetur.
Unde colligitur generalis exceptio: Tua non in- 2
tereſt. *Zaſ. hic n. 7.* Tunc autem intereſt, qvan- 3
do principalis debitor in totum (ubi intereſſe eſt debitum) vel pro parte (ubi intereſſe dicitur,

tur, qvanto minus à debitore conſeqvi poteſt)
4 non eſt ſolvendo. Collige vani timoris nullam eſſe
5 æſtimationem. In obligationibus faciendi poſt
6 moram ſuccedit obligatio ad intereſſe. Ex qvo
colligere ſolent Dd. qvòd in obligationibus facti
nemo præcisè teneatur factum præſtare. vid. not.
*l. 72. de V. O.* vid. *Donell. lib. 15. c. 3.*

## ad L. Qvod juſſit. 14.

### *SUMMARIA.*

*SEntentiam interlocutoriam judex revocare poteſt. 1. 2.*
*Caſus excepti. vid. 4.*
*Definitiva non revocatur. 3.*
*An is, cui probatio trium membrorum injuncta, uno ut ſupervacaneo non probato, ob hoc condemnandus. 5.*
*Rationes pro affirmat. vid. n. 6.*
*Pro negativâ, qvæ prævalent, vid. n. 7.*
*Sententia ſub conditione probationis lata an interlocutoria. 8.*

1 SEntentia interlocutoria ab ipſo judice qvi tulit,
per contrariam ſententiam revocari poteſt,
nam qvod de decreto hìc dictum, Dd. de ſenten-
tia interlocutoria communiter intelligunt, teſte
*Dn. Mevio, p. 2. dec. 374. n. 3. Rulandus de Commiſſ.
p. 3. lib. 9. cap. 14. Dambud. in praxi civ. cap. 146.*
2 *Donell. & ibi Hill. l. 27. c. 1. lit. E.* Sed mutare qvi-
dem judex poteſt decretum aut ſententiam inter-
locutoriam, non tamen tenetur, niſi cauſæ adfe-
rantur æqvæ ac probabiles, & judex ſuperior ſine
appellatione non poteſt ejus abolitionem manda-
re, vel judex non tenetur parere, niſi, ut dixi,
cauſas videat probabiles. *Dn. Mev. d. dec. 374.*
3 Sed aliud in ſententia definitiva, ubi judex ſemel
functus eſt ſuo officio. *Gail. 1. obſ. 81. num. 16. Ricc.*
4 *collect. deciſ. 294.* Caſus autem, qvibus interlocu-
toria non poteſt revocari, proponit *Ummius diſp.
19. ad Proceſſ. n. 21. Moller. l. 4. ſemeſtr. c. 1. & qvos
alleg. Hill. in Donell. l. 27. c. 1. lit. E.* v. g. ſi inter-
locutoria ſententia jam ſit executioni data; nam
tunc ſine conſenſu partium revocari neqvit, ſic
nec declaratoria poteſt; nec qvæ vim definitivæ
habet. *Corſetus ſing. 292. & duobus ſeqq.* qvi *ſing.
296.* ait, ſententiam judicis, qva ſe incompeten-
tem pronunciat, mutari non poſſe. Sed ſi inter-
locutoria notoriè injuſta, etiam ſine citatione re-
5 vocari poteſt, per tradita ejusdem *ſing. 95.* Hac
occaſione qvæſtionem hanc proponam atqve
examinabo, ſi judex ſententiam ferat interlocu-
toriam, qvod reus probare debeat, v. g. Titium
emiſſe prædium, & pecuniam ſolviſſe, & eam
qvidem de ſuo patrimonio, hìc qværitur, ſi
priora duo probet, tertium verò non poſſit
probare, qvod tamen ſupervacaneum eſt, &
probatum non relevat, an, inqvam, is, cui pro-
batio trium membrorum injuncta, debeat con-
demnari, eò, qvòd tertium non probârit, qvod
tamen eſt ſupervacaneum. Videtur qvæſtio-
6 nem affirmare *Dn. Mevius p. 2. dec. 301.* 1. qvia
ſententia lata, qvod conjunctim omnia probanda,
nec 2. judex poteſt poſt ſententiam qvicqvam mu-
tare, 3. alteri parti jus eſt qvæſitum &c. Sed mi-
hi, tanti Viri authoritate ſalva, dura hæc ſententia
viſa eſt 1. errorem judicis in ſententia interlocuto- 7
ria commiſſum, præjudicare parti. 2. Regula eſt,
ſententiam interlocutoriam ſemper poſſe reforma-
ri, in qvo dubio ſubſiſtendum. 3. nec ex hoc er-
rore dici poteſt jus qvæſitum parti non revocabi-
le. 4. ſub juſto clypeo actor ſuccumberet. 5. Ju-
dex poſſet facilè partem ſimpliciorem circumve-
nire unico verbo addito, qvod ſi non poſſit pro-
bare, licet eſſentialia reqviſita contractus proba-
verit, ſuccumberet actor. Et licet ſententia ita 8
concepta; daß reus die Libellirte ſummam zu zah-
len ſchuldig, es möchte denn derſelbe erweiſen
erſtlich &c. nihilominus tamen hæc ſententia re-
ſolvitur in interlocutoriam, & verè interlocutoria
eſt, & ſic emendabilis comperto errore; imò mon-
ſtroſa mihi videretur talis ſententia, niſi receptam
ſcirem.

## ad L. A Divo. 15.

### *SUMMARIA.*

*MAgiſtratus delegans delegati judicis ſententiam exeqvi tenetur. n. 1.*
*Delegatum Principis ſententiam à ſe latam executioni mandare non poſſe, an ex h. l. rectè probetur. 2.*
*Sententia alibi lata qvando judex alius exeqvi poſſit. 3.*
*Coram alio judice actio judicati intendi poteſt. 4.*
*Ordo executionis qvomodo ſe habeat? vid. 5. & 36.*
*Bonorum tres ſpecies conſtituuntur. 6.*
*In teſtamento legatis mobilibus & immobilibus non continentur annui reditus. 7.*
*Qvid in aliis materiis hic dicendum vid. 8. & ſeqq.*
*Executio contra dictum ordinem facta nulla eſt. 12.*
*Executio qva tollit victus media nulla eſt, exempla habentur. 13. 14.*
*Emtor rerum ſubhaſtatarum pro executione ſi deficit addicuntur pignora, creditore petente. 15.*
*Creditori data addictione, jure pignoris poſſeſſionem & continuare & meliora tempora diſtractionis expectare licet. 16.*
*Caſus excepti vid. 17.*
*Immiſſio in bona facta qvando in addictionem degeneret. 18.*
*Creditor [illegible] omnium bonorum debitoris petere poſſit. 19.*
*Creditor pignore addicto ſemel contentus non auditur ſi poſtea inſufficientiam pro qvantitate debiti animadvertat. 20.*
*An ſolutio præſumatur, ſi immiſſus per tot annos poſſedit feudum, ut ſolutionem accipere potuerit. 21.*
*Qvid hic de jure Saxon. obſervetur remiſſive. 22.*
*Si in executione tertius intervenit contradictor an hic audiendus dilatâ executione. 23.*

Qvid

*Qvid ſi uxor interveniat ratione bonorum dotalium vel paraphernalium. 24. 25. 26.*
*De qvibus exceptionibus in executione oppoſitis executor cognoſcere poteſt. 27.*
*Judex inferior ſuperioris judicata ſine alia cauſa cognitione exeqvi tenetur. 28.*
*An in rem litigioſam executio fieri poſſit. 29.*
*Creditor pignora obligata diſtrahere non valet. 30.*
*An Creditor debitori pignus vendere & ſolvere volenti conſenſum ſuum denegare poſſit. 31.*
*Creditor potior non poteſt impedire diſtractionem qvo minus ſuperfluum concreditoribus addicatur. 32.*
*Qvod extenditur ad viduam, qvæ jus retentionis in bonis mariti ex ſtatuto habet. 33.*
*Poſt diſtractionem pignoris ceſſat officium executoris. 34.*
*An & ſi pretium ab emtore non ſit ſolutum. 35.*

1 COntinet hæc lex nobilis ordinem executionis judicati, & qvidem 1. dicitur in pr. eos,
qvi judices dederunt, eorum ſententias exeqvi.
2 *Don. l. 27. c. 3. lit. G. & ibi Hilliger.* Ex hac lege
voluerunt nonnulli probare, qvod nec delegatus Principis etiam de jure Civ. ſententiam a ſe
datam executioni dare poſſit; ſed reſpondet
*Menoch. lib. de Arb. qvæſt. q. 74. num. 55* in hoc
principio agi de delegato ab alio Magiſtratu,
non verò à Principe; aut poſſe intelligi de eo
delegato, cui certa pars cauſæ commiſſa. *Langevallius in rep. Legis Imperium ff. de Jur. d. num.*
3 *172. vol. 1.* Si autem ſententia alibi dicta, alius
judex non exeqvitur, niſi deſuper per literas mutui compaſſus fuerit reqviſitus, vel à ſuperiore
inferiori fuerit injunctum. *Gail. 1. obſ. 115. n. 16.
Mynſ. c. 3. obſ. 68. Ranchb. p. 1. q. 50. n. 20. Coler.
de Proceſſ. pact. 3. c. 8. n. 3. Berlich. part. 1. concl.*
4 *79. num. 12. Covarr. pract. qvæſt. 10. n. fin.* Poteſt tamen coram alio judice actio judicati intendi. *Dn.
Strykius ad h. t. th. 16. Wiſſenb. th. 9.*
5 In §. 2. continetur ordo executionis, qvo
pignora capi & vendi debent, incipiendum enim
à mobilibus & moventibus. His non repertis
ad immobilia, & demum his deficientibus ad
jura & nomina, de qvo *Coler. de proceſſ. execut.
part. 3. c. 9. per tot. Carpz. in tr. de proceſſ. tit. 25.*
6 *art. 2. per tot.* & alii. Ex hoc §. probatur communiter, qvod bonorum tres ſint conſtituendæ
ſpecies, ſcil. mobilia, immobilia, & nomina ac
7 jura. Ex qvo porrò ſeqvitur in teſtamento legatis tibi mobilibus & immobilibus annuos reditus non videri legatos, ut adeò propriè intelligamus verba, ne nimis gravare videatur teſtator hæredem, & ita pronunciatum refert *Sande*
8 *d. l. 4. t. 4. def. 6. Carpz. p. 2. dec. 2. n. 15.* In aliis
autem materiis, qvando ad alterutrum membrum referendi ſunt annui reditus, ſi perpetui
ſint, ad immobilia referuntur, ſi temporalia, ad
9 mobilia. Alii verò diſtingvunt melius inter
annuos reditus perſonales & reales, conf. *Franzk.*
*dec. 1.* & in genere, ſi actiones & nomina pro
rebus mobilibus habentur, ſi pro immobili,
pro immobilibus. *Gail. 2. obſ. 11. num. 10. Treutler.
lib. 3. tit. de donat. reſp. 3. num. 14. & qvos refert
Finckelth. obſ. 20. n. 3.* In ſtatutis etiam nomina 10
pro mobilibus non habentur v. g. ex hypotheca
generali non datur actio contra tertium ratione
bonorum mobilium, ubi ſub mobilibus non
comprehendi nomina reſpondiſſe Scabinos
Lipſ. refert *Carpz. d. l. d. 2.* Sed ubi neceſſe eſt 11
nomina ad mobilia vel immobilia referre, ut in
exemplis, qvæ refert *Carpz. d. l. n. 16.* tunc aliter
ſe res habet. Ex *hoc* §. colligunt Dd. executio- 12
nem contra formam hic præſcriptam factam
eſſe nullam, ſicut & addictio rei ante æſtimationem facta injuſta & nulla eſt. Sic nulla & iniqva 13
eſt executio, qvæ tollit victus media, ut cerevifiæ braxatio, unde victum qvis qværit, negetur;
nam hic ordo executionis non habetur, ſed in
bona debet fieri executio, & integra eſſe debent,
per qvæ victus qværitur: Ideoq; mandatum
datum eſſe pro caſſandâ prohibitione, & obſervando legitimo executionis modo decretum
eſſe refert *Dn. Mev. p. 5. dec. 208.* Sic non debet 14
fieri executio in ea media, per qvæ victus paratur, ut inſtrumenta. *l. 7. C. qvæ res pignor.* Si 15
res ſubhaſtatæ pro executione emtorem non inveniant, pignora capta per judicem addicuntur
actori, ſi hoc petat creditor *§. 3. h. l.* poteſt enim
vel diſtractionem ac ſubhaſtationem petere,
per qvam ubi diſtrahi neqvit, tandem perveni- 16
tur mediante juſta æſtimatione ad addictionem:
vel poteſt pignoris jure continuare poſſeſſionem, & meliora tempora diſtractionis expectare *Dn. Mev. p. 4. dec. 304.* ubi addit duas exceptiones (1.) ſi creditor ſemel addictionem ele- 17
gerit, (2.) ſi poſt finitum concurſum res ad diſtribuenda inter creditores bona pervenerit.
Qvamvis autem immiſſio in bona facta non ſit 18
addictio; ſecus tamen eſt, ubi mediante æſtimatione res tradita. *Dn. Mev. p. 4. dec. 305.* Sed qvid 19
ſi creditor petat, ut debitoris bona omnia taxentur, qvò melius poſſit eligere res ſibi addicendas? Reſp. ſi æſtimatio bonorum longè excedat qvantitatem ſummæ debitæ, creditorem
non eſſe audiendum; ſed ipſum potius eligere
debere, & poſtea pro qvantitate debiti adjudicationem eſſe faciendam, cum *Dn. Mevio p. 5.
dec. 115.* pro eâ qvantitate, qvæ debetur, qvando ſcilicet inter partes nihil ſpecialiter actum
de valore, ſed pignus ſimpliciter addictum;
nam tunc in totum debitum addictum videtur,
ut & ſi pignus addictum in qvantitate debiti 20
non ſufficiat, nihil amplius petere poſſit, ſua
veluti transactione excluſus: qvam vulgarem
expoſitionem laudat *Don. l. 27. d. c. 3. lit. AA. &
Zaſ. hic num. 3. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 9.
num. 9. Berlich. p. 1. c. 56. n. 43. Mev. p. 4. dec. 26.
Ranchb. p. 1. q. 46. n. 19.* ubi ita deciſum refert. conf.
*Cagnolus ad l. 2. C. de Reſc. vend. n. 164. Hering.*

*de fidejuſſ. c. 20. §. 13. n. 25. & ſeq. Salgado in Labyr. credit. p. 3. cap. 2. n. 93. & ſeq. Caldas de Empt.*
21 *c. 17. num. 21.* Arg. *h. §.* puto probari poſſe illam ſententiam Doctorum, qvando immiſſus creditor per tot annos poſſedit feudum, ut ſolutionem accipere potuerit, qvòd præſumatur ſolatio, & ſic jus retentionis expiret, ubi id competit, donec probetur contrarium per rationes
22 redditas. *Mev. p. 4. dec. 55.* licet aliter *Franzk. ad tit. de diſtract. pign. n. 85. & ſeq.* Jure Saxon. verò qvid obſervetur vid. *Carpz. ad tit. 25. art. 4.*
23 *num. 133.* Si in executione interponat ſe tertius contradictor, & dicat, rem non eſſe debitoris, tunc executor ſummariè de hoc cognoſcet, & cognito, rem non eſſe contradictoris, interim faciet executionem, & tertio reſervabit rei vindicationem in ordinario judicio, interim proficiet adjudicatio actori, ut poſſit uſucapere. *§. 4. h. l. Zaſ. hic & Don. d. l. 27. & c. 3. & qvos ibi laudat Hill. lit. D.* & hoc proviſionale decretum eſt, qvo proſpicitur creditori, & non nocet ter-
24 tio: & hoc etiam locum habet, qvando creditor agit contra maritum, & uxor intervenit pro dote, juxta *l. 29. C. de jure dot.* utut enim ex inſtrumento paratiſſima detur executio, id tantum reſpectu debitoris verum eſt, non tertii; &
25 ſic tertius audiendus, & ſic etiam uxor; ubi diſtingvi debet, an habeat ſpecialem hypothecam ratione dotis, an generalem; Illo caſu creditor ſtatim excluditur per interventionem; ex hac non, niſi alia media deſint, qvæ omnia ac-
26 curatè tradit *Dn. Mev. p. 4. dec. 59.* Multò magis impeditur immiſſio, qvando facienda eſt immiſſio in in ipſa bona uxoris dotalia vel paraphernalia; ſed in fructos maturos poteſt immiſſio fieri, ſi maritus alia bona habeat, ex qvibus onera matrimonii ferri qveant. vid. *Carpzov.*
27 *p. 3. dec. 270. n. 18. & ſeqq.* Sed qværitur, de qvibus exceptionibus in executione oppoſitis executor cognoſcere poſſit? Reſp. aut exceptio opponitur ſententiæ, & tunc ſi non manifeſtò frivola, remittitur ad Judicem mandantem executionem *Dn. Mev. p. 1. d. 143.* aut verò opponitur modo executionis, qvo ordine & in qvæ bona debeat fieri executio, & de eo cognoſcit executor. vid. not. in *Proceſſu meo civ. c. 29. num. 12.*
28 Sed qvoad merita cauſæ non, ſed inferior Judex ſuperioris judicata & mandata ſine alia cauſæ cognitione exeqvi tenetur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 235.*
29 Qværitur autem, an in rem litigioſam poſſit fieri executio? qvod ex hac lege videtur affirmandum, ſed negatur ex *l. 2. C. qvando fiſcus vel privatus.* Nam hic textus de re, ob qvam hoc tempore demum controverſia movetur, poteſt in-
30 telligi. *Carpz. de proceſſ. tit. 25. art. 2. n. 47.* Si pignora creditori obligata, hic qvidem pignora diſtrahere præcisè non tenetur, ſicut & creditor, cui plura obligata pignora, electionem habet. *Coler. d. c. 9 n. 29. H. Piſt. p. 3. q. 12. n. 7.*
31 Si tamen debitor velit vendere pignus & ſolvere, creditor conſentire cogetur, & pignus debitori exhibere ſub cautione. *§. 5. h. l. & l. 6. ff. de pignor. Act. Neguz. de Pignor. m. 1. p. 6. num. 22. Bach. de pignor. l. 3. c. 30. n. 3.* Colligitur ex hoc §. 5. Cre- 32
ditorem potiorem non poſſe diſtractionem impedire, ut ſcil. ſuperfluum ſeqventibus addicatur. *Dn. Mev. p. 4. dec. 320. n. 6. & dec. 346. vid. not. ad l. 6. de pign. act.* Et hoc extendunt ad viduam, 33
qvando ei datur retentio in bonis mariti ex ſtatuto, qvod inſtantibus creditoribus poſſit cogi, ut exhibeat & relaxet bona à lege oppignorata, ut ex iis diſtractis viduæ & creditoribus ſatisfiat: pluribus hoc tradit *Salgado in Labyrintho p. 1. cap. 11. n. 7. & ſeqq.* ubi plures citat. Videatur etiam *Molina de J. & J. d. 538. n. 5.* Sed ſi diſtractum 34
jam ſit pignus, ceſſat cognitio & officium executoris, *§. 6. h. l.* ſi pretium ſit ab emptore ſolutum; ſed ſi non ſit ſolutum, qvia ſemel diſtraxit execu- 35
tor, non facilè ſe interponet executor, niſi ut res auferatur emptori, ut præſenti pecunia diſtrahatur. *§. 7. & ibi Zaſius.* Judex deficiente alio me- 36
dio nomina capiet, ſi ſcil. confeſſa; aliàs ſi neget tertius, ſe debere, ordinario proceſſu opus erit. *Coler. de Proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 464. & ſeq. Berlich. part. 1. concl. 80. n. 37.* & id etiam locum habet, ſi omnia bona, & ſic etiam nomina oppignorata; nam & tunc executio in nomina ceſſat, ſi ea controverſa, aut nondum probata, probatio verò petenti executionem injungi poteſt. *Dn. Mev. p. 4. dec. 65.*

## ad L. Sunt qvi. 16.

### *SUMMARIA.*

*BEneficium competentiæ qvibus competat. n. 1. 3. in & Nobilibus. 2.*

AGitur in hac & ſeqq. LL. de beneficio com- 1
petentiæ, per qvod condemnatus non niſi deductis alimentis neceſſariis exigitur. Et hoc tribuitur 1. ſociis omnium bonorum, per hanc *l. 16.* Sed & competit ſociis unius negotiationis, *L. verum eſt. 63. ff. pro ſocio.* ſcilicet illis abſolutè, his tantum reſpectu illius negotiationis. *Pacius cent. 4. q. 10. Zaog. de Except. p. 2. c. 15. n. 11. Dn. Manzius in patroc. pauperum dec. 3. q. 1. n. 53. & ſeq.* aliter Marqvard. *de Mercat. l. 2. c. 11. n. 14. & ſeq.* 2. Parentibus. 3. Patrono ejusqve liberis & parentibus *L. 17.* 4. Marito, ſi ad dotem conveniatur reſtituendam *d. l. 17.* 5. Militi, in *d. l. 17.* qvod de Nobi- 2
libus etiam intelligunt nonnulli; ſed alii de ſolo milite actu militante id aſſerunt *Carpz. p. 3. deciſ. 260. Georg. Acacius Enenkel de privil. militum lib. 2. priv. 19.* & hunc alioſqꝫ ſeqvens *Finckelthaus 113. n. 15. & Colerus de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. num. 129. Dn. Manzius d. q. 1. num. 87.* ubi teſtatur, nunqvam ſe vidiſſe, in concurſibus creditorum aliqvid aſſignari pro alimentis debitori nobili, qvod & ego teſtari poſſum; nam longè plurimæ ſententiæ in concurſibus creditorum conceptæ fuerunt, nunqvam tamen hujus beneficii & in vicinis provinciis habita fuit ratio. Vaſallo tamen, licet

licet immiſſi ſint creditores, incumbit onus præſtandi ſervitia, per tradita *Finckelthaus d. l. num. 20.* qvod intelligo, ſi habeat expenſas, aut eas à Domino accipiat. 6. Donatori, qvi ex donatione convenitur *l. 19. §. 1.* de qvibus perſonis *Zaſ. & Dd. h. l. & Manz. tr. de patroc. pauper. part. 3. q. 1. & ſeq.*

## ad L. Inter eos, 19.

*SUMMARIA.*

*INter eos, inter qvos beneficium competentiæ datur, melior eſt conditio occupantis. n. 1.*

*An fruens beneficio hic deducere poſſit æs alienum. 2.*

*Donator indiſtinctè habet jus competentiæ. 3.*

*Caſus ſic deciſus vid. 4.*

1 INter eos, qvi beneficium competentiæ habent,
occupantis melior eſt conditio, nec deducitur
æs alienum, ne creditor nimis gravetur; donator
tamen æs alienum deducere poteſt *per hanc l. §. 1.*
2 qvia pingvius donatori ſuccurrendum, qvàm ei,
qvi verum debitum perſolvere compellitur. *Dn.
Manzius d. q. 1. num. 50.* ubi in ſeqventibus id li-
3 mitat in donatione ob cauſam &c. Ex §. 1. note-
tur donatorem habere Jus competentiæ, & hic
non diſtinguo, utrùm à traditione inceperit dona-
tio, an verò à promiſſione, ſicut in materia evi-
4 ctionis. *not. l. 18. §. ult. de donat.* Sic cùm mater
filiæ promiſiſſet augmentum dotis 1000. thal. &
500. ſolviſſet, reliqvum qvò minus ſolveret, pau-
pertatem allegaret, gener verò juratam ſpecifica-
tionem & immiſſionem in dotalitii proventus ur-
geret, in utroqꝫ repulſam tulit gener his verbis:
Weil Klägers Forderung ex mera donatione &
maternâ pietate herrühret/ ſo kan man die Be-
klagte mit einem Cörperlichen Eyde nicht gra-
viren; auch vermag Kläger an das jenige/ ſo die
Beklagte ex bonis defuncti mariti zu heben hat/
nicht zu gelangen/ dann ſolches Beklagtin zu ih-
rem Unterhalt gelaſſen werden muß: ita deciſum
in Cam. Brand. die 9. Januar. anno 1652. in cauſa
W. contra Anna von H.

## ad L. Non tantùm. 20.

MAritus ab uxore conventus habet beneficium competentiæ, non tantum qvando ſuper dote reſtituenda convenitur, qvod durante matrimonio fieri neqvit, ſed qvando ex alio contractu convenitur.

## ad L. Sicut autem 21. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*PAter uxoris & pater mariti an habeant beneficium competentiæ. n. 1.*

*Privatur privilegio in pœnam mendacii, qvi cauſam privilegii negat. 2.*

*Qvod applicatur omnibus beneficio competentiæ fruentibus. 3.*

*Limitatio ſubjicitur. n. fin.*

1 SOcer ſive pater uxoris (nam aliud in patre
mariti) non habet beneficium competen-
tiæ, qvando ob dotem promiſſam convenitur,
niſi conſtante matrimonio conveniatur, per *l. ſeq.*
ne repugnet *l. 17. ff. ſolut. matr.* qvia ſolutò ma-
trimonio ceſſat affinitas. *Pacxent. 5. qv. 64. Bach. in
Tr. vol. 2. diſp. 24. th. 4. lit. H. pag. 563. Ziegerus d. c.
15. n. 33. & n. 36. Dn. Manzius decade 3. q. 1. n. 70.*
qvi plures citat *Zaſius ad h. L. n. 8. & ſeq. P. Barboſa
ad l. maritum 13. ff. ſol. matrim. n. 59. & ſ.* ubi ra-
tionem vulgarem examinat, qvod major ſit obli-
gatio inter ſocerum & nurum, qvàm inter ſoce-
rum & generum. Qvi autem negat cauſam pri- 2
vilegii, ille amittit privilegium in pœnam men-
dacii. *§. 1. legis 22. Ric. collect. deciſ. 208. Wammeſ.
conſ. 8. n. 10. cent. 4.* Et hoc de omnibus iis, qvi ha- 3
bent beneficium competentiæ, intelligendum, ut
ſi filiusfamilias pro patrefamilias ſe geſſerit *l. 4. §.
1. ff. qvod cum eo*, ſi maritus ſe neget maritum &c.
Vid. *Dn. Manzius dec. 3. patroc. pauperum. q. 7.
num. 42 & ſeqq.* Qvi id limitat *n. 51.* ſi in nega- 4
tione usqꝫ ad litis conteſtationem perſiſtat. Vid.
*not. ad l. 10. §. 1. de fidejuſſ.*

## ad L. Et ſi fidejuſſor. 24. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*FIdejuſſor cum debitore principali non habet beneficium competentiæ. n. 1.*

*Fidejuſſor an pro dote accedere poſſit. 2.*

*Beneficium competentiæ non tranſit ad hæredes. 3.*

*Competit hoc beneficium defenſori. 4.*

*Exceptio vid. 5.*

SI fidejuſſor ſit acceptus, non proderit ei bene- 1
ficium competentiæ, ſi perſona, pro qva fide-
juſſit, in qvantum facere poteſt, condemnanda
eſſet; qvia tale beneficium perſonale eſt, *l. 36. pro
ſocio l. 13. h. t. Dn. Manzius q. 10. n. 7 & multis ſeq.*
Sed qvomodo poterit pro dote fidejuſſor accede- 2
re? Reſp. is fidejuſſor ſoluto matrimonio acceſſit,
ut reſpondet *Hering. de fidejuſſ. c. 6. n. 164.* Bene- 3
ficium competentiæ non tranſit ad hæredes, *hic
& l. 41. h. t. Molin. de J. & J. diſp. 415. num. 11. Dn.
Manz. d. decad. 3. qvæſt. 10. n. 28. & ſeqq.* competit
tamen defenſori, per *l. 15. ff. ſolut. matr.* qvod de- 4
fenſor eadem actione conveniatur; qvâ maritus,
non autem fidejuſſor. *Zaſ. h. t. n. 162.* Exceptio 5
in filio communi. *l. 18. ff. ſol. mat.*

## ad L. Si convenerit. 26.

*SUMMARIA.*

*SEntentia qvoqꝫ fertur ex conventione contrahentium. n. 1.*

*Exemplum, ſi pactum inter duos de beneficio competentiæ alias non competenti. 2.*

INter conſentientes ex ipſorum conventione 1
ſententia ferenda, ut qvaſi ex re judicata uter-
qve conveniri poſſit, ut major fides ſit rei extra-
judicialiter geſtæ, poteſt peti, ut pars volens
condemnetur. Et v. g. ſi conventum inter duos, 2
ut beneficium competentiæ debitori, aliàs nul-
lum privilegium habenti, competat, omnino
juxta hanc conventionem pronunciandum erit
Sed contra conveniri non licet, qvando benefi- 3
cium

cium competentiæ ob reverentiam mihi datur, & paciſcar, ne uti poſſem hoc beneficio, non valebit pactum. *l. alia. 14. §. 1. ff. ſol. matr. Rnland. de commiſſ. part. 3. lib. 7. c. 3. n. 4. & Hill. in Don. lib. 17. c. 3. lit. D.*

## ad L. Præſes. 27.

*SUMMARIA.*

*Condemnatus in uſuras uſurarum contra leges, an ſi appellationem non ritè inſtituerit, teneatur ex ſententiâ hac injuſtè lata. n. 1. 2.*

1 PRæſes me condemnaverat ad uſuras uſurarum appellavi, ſed non juſto tempore, ergo tranſit ea ſententia in rem judicatam. Sed obſtat, qvòd hæc ſententia ſit contra jus conſtitutionum: Ergo ipſo jure nulla erit. Et ſic appellatione non habet opus *l. 2. C. quando provocare non eſt neceſſe l. 1.*
2 *ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcind.* Reſp. hanc legem intelligendam eſſe, ubi uſuræ uſurarum expreſsè non ſunt adjudicatæ, ut hic reſpondet *Zaſius.* Vel dici poſſet, hic remedium appellationis cum nullitate fuiſſe conjunctum, & ſic appellatione deſerta etiam nullitatis qverelam finitam, per tradita *Dn. Mevii p. 4. dec. 389.*

## ad L. Duo judices. 28.

*SUMMARIA.*

*SI ſententia à duobus judicibus delegatis diverſimode lata, reqviritur declaratio delegantis. n. 1.*
*Reſpond. ad* L. inter pares infra. h. t. 2.

1 SI duo Judices delegati diverſas ferant ſententias, in pend[illegible]ti eſt negotium, & expectatur delegantis decl[illegible]tio. *Zaſ. hic Borell. tom. 2. deciſ. t. 30. n. 305.* in arbitris neutri ſtatur *l. 17. §. 6. de ar-*
2 *bitr. Bach. vol. 2. diſp. 23. th. 2. lit. G.* Sed obſtare videtur *l. inter pares infra h. t.* Reſp. *Mattheſil. ſing. 110. n. 3.* qvod hæc *l. 28.* loqvatur in duplicibus judiciis, qvam reſponſionem divinatoriam vocat *Pet. Barb. in l. in tribus de judic. n. 59.* Ideoq; communiter hanc legem de delegatis judicibus intelligunt. Sed *l. inter pares* de ordinariis *Zaſ. hic n. 3.*

## ad L. Ad Tempus. 29.

*SUMMARIA.*

*TEmpus judicati condemnatis datum extenditur ad heredes & fidejuſſores. n. 1.*
*Idem obſervatur in Camera Imperiali. 2.*

1 TEmpus qvadrimeſtre judicati, qvod condemnatis datum, cauſæ magis qvàm perſonæ datum eſt, & ſic hæredibus etiam datur, & ideò etiam fidejuſſoribus datur. *l. ult. §. ult. C. de uſur. rei judic. Maſcardus de probat. concl. 102. num. 8.*
2 *Hering. de fidejuſſ. cap. 27. p. 4. num. 58.* Et qvoniam in Camera Imperiali tempus judicatis dari ſolitum eſt arbitrarium, plerumqve verò ſex menſium; Ideoq; idem etiam fidejuſſoribus dandum. *Hering. d. l. num. 60.* Aliqvando plus temporis hæredibus conceditur, per *l. fin. C. ſi pendente appell. mors &c. Zaſ. hic.*

## ad L. Cum prolatis. 33.

*SUMMARIA.*

*SEntentia contra expreſſum Jus lata ipſo jure nulla eſt. n. 1.*
*Aliud ſi de jure litigatoris pronunciatum & Jus ipſum controverſum. 2.*

CUm nominatim aliud Jus dicit Judex, qvàm 1
lege cautum eſt, ſententia ipſo Jure eſt nulla. *l. 19. de ff. de appell. l. 1. §. 2. ff. quæ ſent. ſine appell.* Sed aliud, ſi de jure litigatoris pronunciet, *d. §. 2.* 2
ut ſi legem juſtam eſſe fateatur, non exiſtimet tamen cauſam præſentem per eam juvari. *Don. l. 27. c. 6. lit. B.* vel ubi Jus ipſum controverſum. *Hill. d. c. 6. lit. B.*

## ad L. Divus. 33.

*SUMMARIA.*

*COntra ſententiam ex falſis teſtimoniis latam reſtitutio datur. n. 1.*
*Donelli reqviſitum improbatur. 2.*
*Sententia ex falſa cauſa lata errore reperto corruit. 3.*
*Sententia ex falſis inſtrumentis lata an ipſo jure nulla, an verò per reſtitutionem. 4. & ſeqq.*

SI ex falſis teſtimoniis ſententia lata, reſtitutio 1
datur contra ſententiam, *Bach. in Tr. d. diſp. th. 5. lit. B. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 15. n. 2.* Qvamvis au- 2
tem *Donell. l. 27. c. 7.* corruptionem teſtium reqvirat, communiter tamen id negant *Trentac. lib. 2. reſol. tit. de ſentent. reſol. 3. n. 22. Hill. d. c. 7. lit. D. & Vaſq. part. 2. controv. l. 2. c. 36. n. 4.* Probatur 3
etiam ſententiam ex falſa cauſa latam reperto errore corruere, per *l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrum. Dn. Mev. p. 3. dec. 103.* Sed an ſententia ex falſis teſti- 4
moniis aut falſis inſtrumentis lata ſit ipſo jure nulla, an verò ope reſtitutionis, id verò dubium eſt. Et communior eſt ſententia, qvòd ope reſtitutionis. Dd. *vide in tit. C. ſi ex falſ. inſtrum. &c.* allegatos, ut tamen qvadriennium ab initio utile ſit, & ſcienti tantum currere incipiat. *Oddus de reſtitut. q. 20. art. 4.* Sed qvia currit tempus ſententiam im- 5
pugnandi ex falſi crimine ad 20. annos. *Innoc. 3. in c. 6. X. de Except.* cum tamdiu criminali judicio falſi agere liceat, & in hoc judicio reqviritur, ut adverſarius de falſo convincatur, *l. 2. C. ſi ex falſ. inſtr.* qvod poſt 20. annos non licet; ideò dubia mihi jam illa ſententia Doctorum, qvod opus ſit reſtitutione. Qvin potius dixerim ſententiam ex falſo 6
teſtimonio latam, vel falſo documento, eſſe ipſo jure nullam, ita tamen ut agendo nullitas, niſi intra 20. annos, adduci non poſſit. Nam 1. in *l. 1. C. ſi ex falſ. inſtr.* dicitur, qvòd qvæſtio de falſo contra talem ſententiam opponi poſſit. Sed hoc intra vicennium, ergò non intra qvadriennium, ergò nec per reſtitutionem. 2. per *l. 2. d. t.* ubi dicitur, ex integro cauſam agendam eſſe, qvæ verba inferre ſolent nullitatem, ut in *l. 6. C. quando provoc. non eſt nec. 3. per d. c. 6. X. de Except.* ex qvo manifeſtò hæc ſententia probatur, qvòd intra

intra 20. annos retractari poſſit ſententia, qvod de reſtitutione dici neqvit. Ad verba (in integrum reſtituo) qvod attinet, ea etiam in nullitate uſurpantur, ut in *l.3. §.9. ff. de Jure jur.* Et ſanè ſi per reſtitutionem ſuccurreretur, nihil peculiare contineretur hic. *Comſius in rep. L. Admonendi. num.32. & ſeqq. ff. de Jurejur. vol 2.*

### ad L. Si victum. 34.

*SUMMARIA.*

*INcarceratus contra impedientem alimentorum ſuppeditationem habet actionem ad intereſſe. n.1.*

*Incarcerato pauperi alimenta præſtare tenetur accuſator. 2.*

*Alimentis non præſtitis ab accuſatore, incarceratio relaxatur. 3.*

*In qvantum alimenta præſtanda. 4.*

*Qvæ hic qvantitas determinata de Jure Lubecenſi. 5.*

1 QVi impedit, ne incarceratus accipiat alimenta & neceſſaria, tenetur ad intereſſe incarce-
2 rato, qvæ actio ſolventi pœnalis eſt. Ideò exinde ſeqvitur, incarceratum ſe ipſum exhibere debere, ſi habeat, unde ſe alat; ſed ſi alere ſe ipſum non poſſit, accuſator ipſi, ſed neceſſaria tantum, alimenta præſtare debet, *ar. c.176. conſ.* conf. *Manz. n. cent.*
3 *deciſ.q.46.* Qvo nomine cavere debet accuſator petens incarcerationem, & ſi incarcerationem petens alimenta pauperi non ſuppeditet, relaxandus eſt incarceratus. *Jaſon hic n.2. & ſeq. Guido Papa dec.201. Hippol. de Marſ. in pract. crim. §. attingam.*
4 *num.74.* Et non tenetur tamen ita eum exhibere, ut ſe ſolebat exhibere, ſed ad neceſſaria tantùm; neqve tenetur uxorem ac liberos ejus alere. *Dn. Mev.*
5 *p.3. dec.194.* Qvantitas iſtorum alimentorum æſtimatorum taxata fuit octo ſolidis Lubecenſibus. *Dn. Mev. p.3. dec.224.*

### ad L. Imperatores. 35.

*SUMMARIA.*

*SUb prætextu inſtrumentorum novorum poſtea repertorum res judicata non retractatur. n.1.*

*Extenditur hoc cum diſtinctione ad transmiſſionem actorum ſub prætextu mancorum 2.*

*Limitationes vid. n.3. & ſeqq.*

1 SUb prætextu inſtrumentorum novorum, poſtea repertorum, res judicata retractari ne-
2 qvit, *hic & l.4. C. de re judic.* Et ita nec ſub prætextu mancorum actorum, qvòd nonnulla documenta non ſimul transmiſſa fuerint, poteſt impugnari ſententia; qvia propriæ negligentiæ hoc imputabit producens. *Dn. Mev. p. 4. dec.191.* ſed hoc tamen cum diſtinctione inter perſonas intelligendum eſſe puto, ne ſimplicioribus ſua
3 ſimplicitas noceat. Excipitur hîc negotium publicum, i.e. cauſa fiſci vel civitatis *l.16. & ſeq. de V.S. Don. lib.28. c.7. lit.D. & ibi Hilbg. & Mynſ. cent. 4. obſ.60. numer.7. Menoch. l.2. A.Q. caſu 15.* & ita cives contra Senatum admiſſi à Facult. noſtra menſ. Octob. anno 1658. cum cives recepiſſent in ſe ſolutionem alicujus ſummæ, qvæ tamen, ut ex documentis denuò repertis apparuit, in civitatis utilitatem nunqvam verſa erat. Idem in mi- 4
noribus & pupillis, in Eccleſiâ; & in his terminis, ubi nova inſtrumenta produci poſſunt, etiam novi teſtes produci qveunt. *Mynſ. d. cent.4. obſ. 66. in fin.* Heredes etiam ob juſtam ignorantiam no- 5
va inſtrumenta producere poſſunt, *Berlich. p.1. dec. 40.* confer. *Jaſon. hic Tuſch. lit conc. 269. lit. R.* Vo- 6
lunt tamen Doctores vi clauſulæ: SI QVÆ MIHI JUSTA CAUSA, per medium reſtitutionis in integrum ſuccurri, qvi nova inſtrumenta reperit. *Boër. dec. 276. & qvos refert Manz. ad tit. ex qvib. cauſ. maj. num 153.* Et ita in Camera Brandeb. admiſ- 7
ſos ſcio, ſi probabilem ignorantiam juramento docere potuerint.

### ad L. Pomponius. 36.

*SUMMARIUM.*

*JUdicum unus, ſibi non liqvere juret, cæteri judicare poſſunt.*

SI ex pluribus judicibus datis unus juret, ſibi non liqvere, hoc qvieſcente reliqvi judicant, non qvod cogi neqveat; ſed qvia & ſi diſſentiret, plurium ſententia obtineret *Donell. l.26. c.1. lit. E. & ibi Hilliger. varios citans, ac Zaſius hic.* Exinde colligitur etiam, neminem admitti, ſi ob potentiam partis alterius nolit ſuffragium ferre.

### ad L. Inter pares. 38.

*SUMMARIA.*

*SI paria ſint vota judicum, cuinam ſententiæ locus relinqvendus. n.1.2.*

QVando paria ſunt vota ordinariorum judicum, tunc ſtatur illi ſententiæ, qvæ pro liber- 1
tate eſt, vel alia cauſa favorabili, vel qvæ minorem ſummam continet, *hic & cap. ult. X. h.t. Z. ſ. hic Borell. ad tit. 30. n. 28. & 311. Donell. l.27. c.8. Ricc. coll deciſ.512. Carpz p 1. dec.82. n.30. & ſeqq. & p.1. jur. pr. for. conſt.27. def. ult. Farin. qvæſt.65. num.152.* Si autem alioqvin omnia paria, ac vota æqvalia, 2
pro reo ferenda eſt ſententia, qvia ejus partes favorabiliores. *Carpz. d. def fin.*

### ad L. Duo ex tribus. 39.

*SUMMARIA.*

*PLuribus judicibus datis uno abſente à præſentibus ſententia ferri non poteſt. n.1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Idem obſervatur in arbitris. 3.*

*Qvid jure Can. hic diſpoſitum vid. 4.*

*Si omnes præſentes & unus diſſentiat plurium votum prævalet. 5.*

*Si unus ex pluribus mortuus, reliqvorum juriſdictio exſpirat. 6.*

*Si reſponſum ſapientum ſecundum ordinem judicii petitum contrariatur ſententiæ judicis, ſententia judicis ipſo jure nulla eſt. 7.*

DUo ex tribus judicibus datis non poſſunt ſen- 1
tentiam ferre abſente tertio, ex qvacunqve cauſâ, qvia ille tertius potuiſſet in aliam ſententiam pertrahere præſentes, niſi cum hâc clau- 2

ſulâ delegati, ut abſente ſecundo vel tertio pergi
3 poſſit. Idem eſt in arbitris *l. 17. §. fin. ff. de arbitr.*
4 Licet autem jure Canon. id in arbitris mutatum,
*in cap. fin. de Arbitr. in 6.* ut duo, abſente tertio, vo-
cato tamen & ſine cauſâ juſtâ abſente, definire ta-
men cauſam poſſint, id tamen ad arbitros à parti-
bus electos reſtringendum eſſe monet *Alex. ad h.*
5 *L.* Sed præſente & diſſentiente tertio duo con-
cludent, *per hanc L.* aut ſi tertius juret, ſibi non li-
qvere, ut ad *l. 36.* dictum. *Bach. d. l. Umm. diſp.*
6 *19. th. 6. numer. 27.* Sed ſi judex unus ex iis tribus
mortuus, an etiam reliqvorum jurisdictio expira-
vit? ita dicendum per *c. uno delegatorum. X. de Of-
fic. judicis deleg. Alev. hic num. 2. Jaſon. n. 3. Menoch.*
7 *conſ. 340. n. 1. & ſeqq.* Ex hâc etiam Lege poteſt col-
ligi, qvando judices per ordinationem judicii ju-
bentur conſilium ſapientum reqvirere, v. g. ſi de
nullitate vel iniqvitate ſententiæ ab illis ipſis latæ
agatur, tunc ſententia eſt ipſo jure nulla, ſi ipſi de-
ſuper pronuncient. *Dn. Mev. part. 3. dec. 231.*

## ad L. Commodis. 40.

### *SUMMARIA.*

*Conceditur executio in præmia Athletarum in ſubſidium. n. 1.*

*Idem in feudis & libris literatorum. 2. & 3.*

1 IN commoda & præmia Athletarum poteſt
executio fieri, ſi alia bona deficiant, aliàs non,
per *h. l.* collatam cum *l. Spem. C. quæ res pignor.*
2 *oblig. poſſ.* Hinc & in feudis in ſubſidium executio
3 fieri poteſt *Gail. 1. obſ. 117. n. 1. & ſeq.* Libros etiam
literatorum in ſubſidium capi poſſe, tradunt
*Coler. part. 2. de proc. c. 3. num. 148. Carpz. p. 1. conſt.
29. def. 31.*

## ad L. Neſennius. 41.

### *SUMMARIA.*

*Beneficium competentiæ donatori datum contra donatarium extingvitur, ſi delegatio alicui tertio facta. n. 1. & 2.*

*An hoc qvoq; ad maritum & ſocerum pertineat, inqviritur. 3.*

*Ceſſionarius an patiatur exceptiones perſonales. 4.*

*Quæ exceptiones & in executione opponi poſſint. 5. 6.*

*An inter has numeranda exceptio excuſſionis. 7.*

1 LIcet is, qvi promiſit donare, habeat benefi-
cium competentiæ, ut deducat neceſſaria vi-
tæ ſubſidia, ſi à donatario conveniatur; ſi tamen
delegetur alicui tertio, donator contra tertium
non opponet hoc beneficium competentiæ, ſive
tertius habeat cauſam lucrativam, ſive onero-
ſam; qvod ex tribus exemplis patet. Sed qvo-
2 modo ſine ſuâ culpâ amiſit privilegium? Reſp.
non ſine culpâ ſuâ, qvia in delegationem utiqve
conſenſit. Sed hæc ad maritum & ſocerum non
3 pertinent. Nec obſtat *L. ſi extraneus. 33. ff. de
Jure Dotium*, nam tres caſus hic diſtingvit *Zaſius*,
aut extraneus promiſſor dotis delegatur per
mulierem marito, & perdit privilegium; aut
extraneus promittit marito dotem contempla-
tione mariti, licet tendat in profectum uxoris, &
hoc caſu, qvia nulla delegatio, retinetur privile-
gium; aut 3. extraneus, non marito, ſed uxori do-
nat, & tunc retinetur privilegium, *per d. l. 33.* Ob-
ſtare videtur *l. 32. ff. ſolut. matr.* ſed ibi indefinitè
dotem, qvam accepit, promiſiſſe videtur alteri, &
ita, qvod in effectu eſt, exigi poteſt, vid. *Zaſ. hic.* Ex 4
dictis patet, ceſſionarium omninò pati etiam ex-
ceptiones perſonales, ſive actione directâ ſive u-
tili utantur, modò ſit ceſſio ex cauſa lucrativâ,
non oneroſa. *l. 4. §. 13. de except. doli.* conf. *Zang.
de Except. p. 3. num. 73. Sand. de ceſſ. cap. 13. §. 8. & ſeq.*
Exceptio, qvæ non impugnat ſententiam, ut be- 5
neficii competentiæ, etiam in executione opponi
poteſt, *per §. fin. hic & l. 1. C. h. t. Gail. 1. obſ. 113. n.
5. Zanger lib. 2. de except. c. 15. num. 4. & Zaſ. lib. 2.
ſingul. reſponſ. c. 1.* ita exceptio beneficii Inventarii
in executione opponitur, & ſi rejecta, datur ap-
pellatio. *Dn. Mev. p. 1. dec. 145.* Si beneficium, 6
qvod debitoribus indulget conſtitutio noviſſi-
ma Imperii, etiam in executione ſententiæ oppo-
ni poteſt. *Dn. Mevius p. 2. dec. 327. num. 4.* Nec o-
pus eſt appellatione, niſi beneficium denegatum.
*Dn. Mev. d. l.* ita etiam exceptio legis Anaſtaſianæ
contra ceſſionarium plus dato exigentem oppo-
ni poteſt in executione, ſi antea non oppoſita &
rejecta. *Dn. Mev. p. 3. 186.* De exceptione ex- 7
cuſſionis qværitur: an hæc inter præcedentes
numeranda? hanc non qvatenus ordinem judi-
cii reſpicit, ſed qvatenus eam allegat tertius hy-
pothecæ poſſeſſor, eum in finem, ut prius excu-
tiatur ipſe debitor principalis, poſt ſententiam
opponi poſſe; nec per eam ſententiam impugna-
ri, ſed modificari ſtatuunt *Ronchegall. in l. 3. §. ubi
duo. num. 125. ff. de duobus Reis. Stracha de Merca-
turis. particula 3. partis ult. princ. tit. de Except. n.
8. Cravetta lib. 5. conſ. 911. numer. 7. Neguz. de pign.
p. 8. membro 1. numer. 31. Rota Genuenſis dec. 91. n.
27.* & omnium latiſſimè *Menoch. conſ. 1244. num. 64.
& multis ſeqq.*

## ad L. Paulus. 42.

### *SUMMARIA.*

*Sententia, in qua expenſa officio judicis debita & alia acceſſoria omiſſa, eadem die ſuppleri poteſt. num. 1. 4.*

*Idem valet in uſuris officio judicis debitis. 2.*

*Pronunciatio de uſuris an in genere fieri poſſit. 3.*

*De expenſis qua jure obligationis debentur, etiam poſt ſententiam pronunciari poteſt. 4.*

*Expenſa, ſi officio judicis debita in ſententiâ abſolutoria omiſſa, & poſt eam peti poſſunt. 5.*

*Qvod extenditur ad ſumtus in concurſus proceſſum factos. 6.*

*Idem in expenſis, qua ob contumaciam debentur. 7.*

SUper acceſſoriis v. gr. expenſis, intereſſe & 1
fructibus, ſi judex eorum in ſententiâ mentio-
nem non fecerit, eodem die ſententia ſuppleri
poteſt. *Dd. hic & Sichard. ad l. 1. C. de ſentent.*

*ex bre-*

Digitized by Google

*ex brevic. recitand. n. 57.* qvia hæc inſunt ſententiæ
*l. 35. §. 1. de rei vindic.* & ita judex magis declarat
ſententiam, qvàm emendat; ſi autem altero die
fieret iſta additio, non ineſſet ſententiæ ut pars, arg.
2 *l. 12. ff. de duob. reu. Donell. l. 20. c. 1. lit. K.* Idem in
uſuris ex officio judicis debitis; nam licet harum
poſt ſententiam, qvâ non adjudicatæ, nulla ſit peti-
tio per *l. 49. §. 1. de act. empti*, ſecus tamen, ſi eodem
die addantur, *Dn. Mev. p. 3. dec. 420. num. 6.* per
declarationem tamen vidi ex intervallo additas:
3 Sufficit ſanè in genere de uſuris pronunciari,
qvando ſcilicet rationum redditio reqviritur, ut
in concurſu creditorum, & qvando incertum eſt,
qvid de capitali adhuc reſiduum. *Dn. Mev. p. 4.*
*dec. 56.* ubi ita deciſum mit der Erklärung/ daß
die Zins-Forderung ad punctum rationum aus-
4 geſtellet ꝛc. Sed qvod de expenſis hic dicitur, id
cum diſtinctione notandum; nam vera eſt hæc
Lex de expenſis officio judicis debitis, non de iis,
qvæ jure obligationis debentur; ut ſi in docu-
mento reſtitutio expenſarum promiſſa: nam hoc
caſu etiam poſt ſententiam de expenſis, qvarum
nulla in ſententia facta erat mentio, pronunciari
poteſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 293. Berlich. p. 1. deciſ. 126.*
5 *n. 4.* Sed & illæ expenſæ, qvæ officio judicis de-
bentur, etiam poſt ſententiam abſolutoriam poſ-
ſunt peti per *art. 12. & ſeq. conſt. crim. Carol.* ut tra-
6 dit *Mev. d. l.* Sic etiam qvi expendit ad expedien-
dum concurſus proceſſum nonnulla & qvidem in
utilitatem omnium creditorum, & qvatenus talia,
etiamſi hæ expenſæ in ſententia omiſſæ fuerint,
poſſunt tamen peti; qvia non officio judicis, ſed
actione negotiorum geſtorum debentur. *Dn. Mev.*
*p. 3. dec. 353.* & citandi ſunt tamen illi creditores
privilegiati, ad qvos aliqvid ex bonis debitoris
7 pervenit. *Dn. Mev. p. 3. dec. 354.* Sic expenſæ, qvæ
ob contumaciam debentur, poſt ſententiam latam
adjudicari debent. *Mynſ. c. 4. obſ. 48. Berlich. d. l. n.*
*5.* ſed qvod ibidem de officio judicis differit. *n. 9.*
videtur eſſe contrarium huic Legi. Sanè ſi malè
in expenſas condemnaſſet, hic error emendari
non poſſet. *Matthesilanus ad l. 3. num. 8. C. de Sen-*
*tent. & inter.*

## ad L. Paulus. 43.

### SUMMARIA.

*Condemnatio plurium in unâ ſententia non in ſo-lidum facta cenſetur. n. 1.*

*Extenſio* Bartoli *vid. n. 2.*

1 SI plures condemnantur in unâ ſententiâ, non
cenſentur in ſolidum damnati, ſed qvilibet
pro parte; qvod Bartolus de eo etiam caſu in-
telligit, ubi duo in ſolidum aliàs tenentur, & di-
viſionis beneficio renunciarunt: nam nihilomi-
nùs novum ex ſententia exurgit beneficium di-
viſionis, qvia eſt, qvod creditori imputari poſ-
ſit, cur non contra unum egerit. *Zaſ. hic numer. 5.*
2 ubi Bartoli ſententiam communem dicit. *Ron-*
*chegall. in l. 3. §. ubi duo. num. 133. & in l. 16. num.*
*22. ff. de duob. reis.*

## ad L. Ex contractu. 44.

### SUMMARIA.

*Sententia contra pupillum heredem lata, an ſi poſt abſtineat pupillus per reſtitutionem, obliget ſubſtitutum ſuccedentem. n. 1. 2.*

*Geſta per tutorem vel Prælatum non infirmantur, ſi ipſis remotio contigerit. 3.*

*An liberum ſit ſententiam in pupillum vel tutorem concipere. 4.*

*Sententia lata ſuper majoratu vel primogenitura contra poſſeſſorem præjudicat ipſius ſucceſſori. 5.*

*Transactio ex cauſa neceſſaria ſuper re fideicommiſſo gravata, valida eſt. 6.*

*Sententia lata contra eum, qui priorem locum habet, nocet qvoq; ei, cui poſt illum jus defertur. 7.*

*Idem obſervatur in ſubſtitutione fideicommiſſaria. 8.*

*Sententia ab herede gravato obtenta contra debitorem hereditarium prodeſt qvoq; fideicommiſſario. 9.*

PUpillus adit hæreditatem Caji, convenitur à 1
Titio, & à tutoribus bonâ fide defenditur &
condemnatur, poſtea verò abſtinet ab hæreditate,
data ipſi à Prætore reſtitutione. Succedit igitur
ſubſtitutus, qværitur an ſententia contra pupillum
lata etiam obliget ſubſtitutum? videtur qvòd
non ob regulam in *l. ſæpe h. t.* & qvia non bene-
ficio pupilli ſuccedit, ſed jure ſuo. Sed affirma- 2
tur; nam qvod pupillus reſtituatur, non debet re-
dundare in præjudicium alterius, qvi cum pupil-
lo litigavit, & pupillus fuit verè hæres. *Hondedeus*
*vol. 1. conſ. 28. num. 15.* ubi *n. 19.* contrariis occurrit,
& loqvitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria. Un-
de notetur exceptio regulæ ejus, qvæ habetur in
*d. l. ſæpe*, & qvas ſummatim recenſui ad *l. 25. de*
*ſtat. hom.* & in proceſſu civ: plenius *cap. 27. n.*
*74. & ſeqq. & Hondед. d. conſ. 28.* Notetur hic, 3
qvòd geſta per tutorem, Prælatum & ſimiles, li-
cet hi poſtea removeantur, valida tamen mane-
ant, præſertim judicialia & bona fide geſta *Zaſ. hic*
*n. 6. Tiraq. de primogen. q. 35. n. 8.* Qvi etiam colli- 4
git liberum eſſe, ſententiam in pupillum, vel tuto-
rem concipere *Zaſ. n. 8.* ſed tutius eſt utriusqve
mentionem facere. Colligitur etiam ex hoc textu, 5
qvod ſententia lata ſuper Majoratu aut primoge-
niturâ contra poſſeſſorem præjudicet ſucceſſori,
qvi poſt ipſum vocatur. *Covarr. pract. qvæſt. 13. n.*
*6. plures citans. Carpzov. p. 3. dec. 254. n. 13.* Colligunt 6
etiam ex *hac lege*, transactionem ſuper re fidei-
commiſſo gravata eſſe validam, ſi fiat ex cauſa
neceſſaria. *Cephal. conſ. 346. num. 18. & per totum.*
*Honded. d. conſ.* Sententia lata contra eum, qvi 7
priorem locum habet, nocet ei, cui poſt illum
jus defertur. *Pinell. ad l. 1. C. de Bon. mat. parte 3.*
*n. 49. pag. 323.* ubi occurrit contrariis. Et idem 8
eſſe in ſubſtitutione fideicommiſſaria tradit *Be-*
*roius vol. 2. conſ. 102. num. 45.* Et ſi hæres gravatus 9
con-

contra debitorem hæreditarium obtinuerit ſententiam, hæc fideicommiſſariis qvoqve prodeſt, ut pluribus deducit *Berous d. conſ. 102. n. 46.* Nec audiendum puto Petrum Stellam *in rep. legis Augerius §. qvi Romæ ff. de V. O. n. 100. & ſ. vol. 6.*

## ad L. Acta. 45. & ſq.

### *SUMMARIA.*

*Acta circumduci non poſſunt, niſi conſentientibus partibus & judice. n. 1.*

*Sententia in criminalibus lata an ullo modo à judice mutari poſſit. 2. 3.*

*Sententia contra indefenſos minores lata ipſo jure nulla eſt. 4.*

*Secus in criminalibus & ſpiritualibus, & ſi pro minore lata. 5.*

1 Acta, ſeu ſcripta judicialia non poſſunt circumduci, i. e. deſtrui, niſi conſentientibus partibus & judice; nam poteſt intereſſe judicis ob publicam utilitatem, ut non circumducantur. Solet à Principe interdum impetrari, ut Acta præſertim criminalia aboleantur, vel ſigillo Principis obſignentur à nemine aperienda, præſertim ſi tertius ex confeſſione partis gravetur, & ipſius fa-
2 ma ſugilletur. Sententia etiam in criminalibus lata non poteſt à judice mutari, nec pœna augeri aut minui *§. 1. h. l.* ſane mulcta minui poteſt *per L. illicitas §. fin. ff. de offic. præſ. d. Zaſius hic num. 5.*
3 Sed ſententiæ verba duriora aut incommoda, aut ſuperflua emendare vel tollere judici licet poſt latam ſententiam, *per l. 46.* tenore tamen ſententiæ in ſubſtantialibus ſalvo manente, unde fieri poteſt, ut verba in publicatione ſententiæ aliter interdum ſonent, qvam in copia ſententiæ ſcripta; qvod tamen non fieret, ſi ex ſcripto ſententia prælegeretur, de qvo in *proceſſu civ. meo c. 27. n. 46.*
4 Contra indefenſos minores ſententia non eſt ferenda, & lata ipſo jure eſt nulla, *§. ult. h. l. & l. 54. h. t.* aliud ſi pro minore lata *L. non eò minus. C. de*
5 *procurat.* aliud etiam in criminalibus & ſpiritualibus.

## ad L. De unoqvoqve. 46.

### *SUMMARIA.*

*Ad ſententiam citandi omnes, qvorum intereſt. n. 1. & ſeqq.*

*Citatio ad omnem actum præjudicialem neceſſaria. 4.*

*Non valet ſtatutum contrarium. 5.*

*Nec hic defectus à Principe ſuppleri poteſt. 6.*

*Citatio qvoq; in poſſeſſorio ſummario & æſtimatione bonorum neceſſaria. 7. & 8.*

*Qvid in Areſto. 9.*

*Caſus ubi Citatio non eſt neceſſaria. 10.*

*Omnia in judicio producta parti adverſæ communicanda. 11.*

*Executio citationem requirit. 12.*

*Citatio an neceſſaria, ſi ſuper deſertione appellationis pronunciandum. 13.*

1 De unoqvoqve negotio præſentibus omnibus, qvos cauſa contingit, judicare oportet, alias judicatum tantum inter præſentes tenet. Collige 1. ad ſententiæ publicationem partes eſſe citandas. *Gail. 1. obſ. 109. Hill. l. 23. c. 2. lit. A.* 2. Ci- 2
tandum etiam eſſe tertium, cujus intereſt. 3. Decla- 3
rationem ſententiæ faciendam eſſe citatis partibus. *Sichard. in l. 1. C. de ſent. ex brevic. recit. num. 51. Pruckm. vol. 1. conſ. 14. num. 122.* 4. Citationem 4
etiam ad qvemlibet alium actum judicii reqviri. *Recc. collect. deciſ. 205.* 5. Et ad confirmationem actus tendentis in præjudicium tertii, eamqve non debere fieri altera parte non citata. *Dn. Mev. p. 1. dec. 6.* nec valet ſtatutum aut conſvetudo, ut qvis 5
non citetur ad actum ſibi præjudicialem. *Clem. Paſtoralis. §. cæterum de re judic. Franc. de Clapperius cauſ. 35. q. 2.* Nec Princeps poterit hunc de- 6
fectum supplere, niſi notoria omnia partium jura, ut in *l. 2. §. 2. ff. de admin. rer. civ.* ubi exceptio *Franc. de Clapp. in ſuis deciſ. cauſ. 62. q. 2.* 6. In 7
poſſeſſorio ſummario etiam reqviri citationem. Et 7. æſtimationem bonorum faciendam citatis 8
partibus *Dn. Mev. p. 1. dec. 30.* Et 8. qvamvis 9
Areſti impoſitio abſente debitore fieri poſſit, ad juſtificationem tamen Areſti debitor omnino vocandus. *Dn. Vice Praeſes Mevius p. 6. dec. 4.* Si ta- 10
men metus armorum & periculum in mora, cognitio cauſæ etiam ſine citatione fieri poteſt. *Dn. Mev. p. 2. dec. 237.* Probatur etiam ex *h. l.* omnia, 11
qvæ ab alterâ parte in judicio producuntur, & ad acta recipiuntur, communicanda parti eſſe, ut reſpondeat. *Dn. Mev. p. 2. dec. 349.* Nec ipſa executio ſine citatione prævia poteſt fieri, per tradita *Dn. Mevii p. 3. dec. 409. num. 5.* Hinc cùm Prætor 12
immiſſionem feciſſet ſine citatione partis, & hoc factum prætextu conſvetudinis excuſaret, ſententia lata in Facultate menſe Sept anno 1667. immiſſionem eſſe nullam & reſcindendam. Licet 13
etiam *Dn. Mev. p. 4. dec. 176.* ſtatuat licere ſuper deſertione appellationis pronunciare, non citato appellante, qvando ex actis apparet; putarem tamen citationem eſſe prius adhibendam; qvid ſi enim ſontica habuerit impedimenta, præſtabit certè jura intacta ſervare, qvàm poſtea in integrum reſtituere.

## ad L. Et exheredatum. 49.

### *SUMMARIA.*

*Filiusfam. exheredatus aut paterna hereditate abſtinens habet beneficium competentiæ. n. 1.*

*An tali caſu filius æs alienum deducat? 2.*

Filiusfamilias contrahit mecum, poſtqvam ille 1
exhæredatus aut abſtinuit paterna hæreditate, à me convenitur, habet ille privilegium, ut conveniatur ita, ut neceſſaria alimenta ipſi relinqvantur; de qvo dictum ſupra in *tit. qvod cum eo*; Sed 2
qværitur, an æs alienum, qvo aliis obſtrictus, deducere poſſit, ut donator? Qvod hic negatur, qvamvis æs alienum privilegiatum deducendum eſſe, hic putet *Zaſius.*

ad

## ad L. Contumacia. 53.

*SUMMARIA.*

*Pœnæ, quibus contumacia litigantium coërcetur. num. 1. 2.*

*Contumax quis dicatur. 3.*

*Quæ contumaciam excuſent. vid. 4.*

1 Contumacia reorum, qvi jus dicenti non ob-
temperant, litis damno coërcetur, non qvod
contumax ſemper condemnandus ſit; nam & pro
contumace poteſt ſententia ferri, ut tamen ad ex-
penſas condemnetur, per *l. 13. C. de judic. & ibi not.*
*Dn. Mev. p. 5. dec. 181.* ſed qvia ob contumaciam con-
demnatus non habet beneficium appellationis
*l. 73. §. ult. & l. 75. ff. de judic.* & ſine ullo remedio
parere cogitur judicato *l. 47. §. 1. h. t. Cujac. tom. 2.*
*p. 325. Don. lib. 27. c. 6. lit. H. & lib. 28. c. 3. lit. E. & F.*
*& ibi Hillig.* Sic etiam ad reviſionem non admitti-
tur, ſi contumax qvis fuit, vel deſeruit appellatio-
2 nem. *Dn. Mev. p. 4. dec. 353.* Qvamvis ſint & aliæ
pœnæ, ſicut ob contumaciam ſolet Bannum infli-
gi, qvando contempta eſt Cæſarea Majeſtas. *Gail. 1.*
*de P. P. c. 7. num. 40.* ſic & relegatio temporalis, ob
contumaciam contra ſupremum Dicaſterium cum
injurioſis verbis commiſſam, dicto menſ. Sept. an-
no 1667.

3 Contumax eſt, qvi tribus edictis propoſitis,
ſcilicet ſi neſciatur ubi ſit, *P. Barb. ad l. ad perem-*
*ptorium 68. n. 108 ff. de judic.* vel uno pro tribus, ſeu
peremptoriè evocatus, præſentiam ſui facere con-
4 temnit, per *§. 1. h. t.* non igitur contumax, qvi impe-
ditus valetudine, & ob negotium majus *§. 2. h. t.*
nec qvi privilegium fori habet *§. fin.* nec qvi ad
Auditorium majus vocatur *§. fin. Don. d. c. 6. poſt lit.*
*H.* nec in contumaciam procedi debet, ſi non ſit
exacta certitudo inſinuatæ citationis ac mandati;
nam tunc revocãda citatio, & jubenda pars ritè in-
ſinuare iſtud mandatum *Dn. Mev. p. 3. dec. 222.* ubi
formulam habet, wird auff ſuchen in contumaci-
am noch nicht / ſondern aus bewegenden Urſa-
chen renovatio mandati und Kläger ſolches zu
Beklagten Wiſſenſchafft gebührend zu bringen/
die inſinuation zu dociren ſchuldig erkant/ &c. Sed
*Cagnol. ad l. un. §. 1. ff. Si qvis jus dic. n. 21.* ſi actus
non multum ſit præjudicialis, unicam citationem
ſufficere tradit *Barb. d. l. n. 16.* ubi de materia contu-
maciæ in præcedentibus & ſeqventibus plura con-
ferri poſſunt, qvæ notavi in *proc. civ. c. 4.*

## ad L. Contra pupillum. 54.

*SUMMARIA.*

*Contra pupillum minorennem & Reip. cauſa abſentem an citatio Edictalis peremtoria fieri poſſit. n. 1.*

*Contumax non eſt, qvi relicto inferiori judice, coràm qvo cauſam egit, vocatus ſuperioris cognitioni ſe ſubmittit. 2.*

*Juriſdictio judicis inferioris an præoccupata cenſeatur, ſi per hunc citatus citetur poſtea ex eadem cauſa ad ſuperiorem. 3. 4.*

Dicitur hic primo, qvod contra pupillum & 1
minorennem & Reip. cauſa abſentem citatio
peremptoria edictalis fieri non poſſit, qvod intelli-
go in civilibus; nam in criminalibus minorennes
ſæpe citantur per Edictum. Deinde dicitur, 2
qvod qvi cauſam ſuam egit coram inferiore judi-
ce, ſi poſtea à majore vocetur, qvod non ſit contu-
max, ſi relicto inferiori ſuperioris cognitioni ſe ſub-
mittat. Unde videtur ſeqvi, ſi qvis fuerit cita- 3
tus per minorem judicem, & fuerit poſtea ad ma-
jorem judicem citatus in eadem cauſa, qvod non
videatur præoccupata juriſdictio judicis inferio-
ris, qvod qvidem negat *P. Barb. ad L. ſi qvis poſt-*
*ea qvam 7. n. 10. & ſeqventibus* & ad hunc textum
reſpondet 1. qvod intelligendus ſit de eo caſu,
qvando in diverſis cauſis vocati, vel eodẽ tempo-
re ſimul vocati à ſuperiori & inferiori, qvo caſu
locus eſſet gratificationi, ſi à paribus vocaretur,
juxta Zaſium hic *n. 14.* Sed neutra reſponſio Bar- 4
boſæ digna, & verbis textus contraria. Dixerim
hanc legem obtinere in caſu ubi ſuperior impera-
re poteſt inferiori, & avocare ab eo cauſas, qvo
tandem inclinare videtur *Barb. n. 17.* Ego tamen
puto, vocatum à ſuperiore pendentiam litis co-
ram inferiori allegare debere, qvæ ſi rejiciatur, pa-
rere debebit ſuperiori.

## ad L. Judex. 55.

*SUMMARIA.*

*Judex ſententiam ſemel latam corrigere non poteſt. n. 1.*

*Sententia judicis per decretum transmiſſionis actorum irrita fit. 2.*

*Lata ſententia non licere ſuper expenſis pronunciare colligitur. 3.*

Judex poſteaqvam ſemel ſententiam dixit, judex 1
eſſe deſinit, & qvi ſemel vel pluris vel minoris
condemnavit, amplius corrigere ſententiam ſuam
non poteſt, ſemel enim malè vel benè officio ſuo
functus eſt. Solius autem Principis eſt, ſententiam
corrigere. *Vinc. de Franch. dec. 398. n. 4. Cacheran.*
*deciſ. 101. Ricc. collect. dec. 1474.* conf. *l. 14. & 62. h. t.*
Ex hâc lege etiam colligitur, poſtqvam transmiſ- 2
ſionem Actorum decrevit Judex, irritam eſſe pro-
nunciationem ipſius judicis, & ante omnia revo-
candam eſſe. *Dn Mev. p. 3. dec. 68.* qvod intelligo,
niſi nova cauſa præbeatur reſcindendi prioris de-
creti; ſæpe enim pars jubetur ſportulas trans-
miſſionis pro ſuâ parte inferre; qvod ſi non fecerit,
decretum illud mutatum iri, daß allhie ſolle geſpro-
chen werden &c. Colligitur latâ ſententiâ non lice- 3
re ſuper expenſis pronunciare, ſed vide *l. 42. h. t.*

## ad L. Poſt rem judicatam. 56.

*SUMMARIA.*

*A Sententia ſuper rebus paratam executionem habentibus, ut ex jurejurando lata, non datur appellatio. n. 1.*

*Qvod limitatur, ſi ex juramento ſuppletorio lata. 2.*

Res

1 RES judicata, juramentum & confeſſio judi-
cialis paratam habent executionem, & ideò
à ſententiâ tali, qvæ ex jurejurando lata, non
datur appellatio, ne ſcil. probatio in alterâ in-
ſtantia contra juramentum admittatur, qvod ju-
re prohibitum *Carpzov. p. 1. Juriſpr. Conſt. 15. def.*
2 *7.* Sed à ſententia ex juramento ſuppletorio da-
tur appellatio, per *l. generaliter §. 1. & 3. C. de reb.*
*cred. Carpzov. p. 1. c. 15. d. 8.* de *hâc L.* celebris
habetur repetitio *Roderici Svarez* in peculiari
tractatu; qvi in doctorum virorum mani-
bus eſt.

## ad L. Qvidam. 57.

### *SUMMARIA.*

*QVa ætas reqviratur in minori, ut judex eſſe poſſit. n. 1.*

*Reſpondetur ad* L. 41. ff. de arbitr. 2.

*Princeps ſciens ad officium inidoneum eligens diſpenſare creditur. 3. & 4.*

1 MAjor 18. annis poteſt eſſe judex delegatus &
ordinarius, ſed non minor 18. annis, ſed 20.
annis, ut interpretatur hunc textum *P. Barb. ad*
*l. cum prætor. §. fin. num. 91. & multis ſeqq. ff. de jud.*
ut ita minor 20. annis 18 annis major hic intelli-
gatur, qvi poteſt eſſe delegatus judex, ſi ex con-
ſenſu partium aſſumatur; vel ordinarius, ſi ex
certa ſcientiâ Princeps ipſum conſtituerit. Nec
2 obſtat *l. 41. ff. de arbit.* qvia ibi tantùm dicitur,
qvòd minor 20. annis non poſſit cogi. *Matth.*
*Steph. de juriſdict. l. 1. c. 17. num. 26. & ad Novell. in*
*proœm. num. 59. Bronchorſt. c. 1. aſſ. 85. Donell. & ibi*
*Hill. l. 17. c. 24. lit. G. H. J. Umm. diſp. 1. num. 46. Dn.*
*Struv. de judic. th. 10. Zaſ. d. t. num. 20. Dn. Ziglerus*
*ad Lancell. l. 3. tit. 1. §. 30. verſ. ad Legitimam.* licet
3 aliter *Wiſſ. de jud. th. 12.* Infertur ex *hac L.* qvando
Princeps creavit aliqvem Magiſtratum, qvi non
habet ætatem ſufficientem, qvod videatur circa
eam diſpenſare, qvod declarat *Petr. Barb. ad d. §.*
*fin. n. 112.* Idem eſt, ſi Princeps ſciens defectum e-
jus aliqvem elegerit ad certum officium; nam tunc
diſpenſaſſe creditur, ſed in præjudicium tertii id
non præſumerem; de qvo pluribus diſputat *Man-*
*dellus Conſ. 555. per totum.*

## ad L. Si cùm nulla. 58.

### *SUMMARIA.*

*AB executione Proceſſus non eſt inchoandum. n. 1.*

*Arreſta de jure Civili non ſunt licita. 2.*

*Judex ob nudam cautionem de indemnitate Arreſtum imponere non poteſt. 3.*

*An judici inferiori levi de cauſa ad Arreſtum procedenti competat actio ex hac cautione. 4.*

*Qvid reqviratur ut Arreſtum imponi poſſit. 5.*

*Relaxatio Arreſti favorabilis eſt, & qvando illa petenda. 6.*

*Pretio rei venditæ non facilè Arreſtum imponendum. 7.*

*Pro executione rei judicatæ favorabilia ſunt Arreſta. 8.*

AB executione proceſſus non eſt inchoan- 1
dum. *Ricc. deciſ. collect. 600.* & executio eſt
nulla, qvæ ſit juris ordine prætermiſſo. *A. Barb.*
*lib. 5. cap. 27. ax. 5.* Exinde rectè colligitur, non 2
eſſe licita Arreſta de jure Civili; nam eſt execu-
tio qvaſi qvædam facta reo inaudito, *Gail. de*
*Arreſt. Imp. c. 1. Hillig. in Donell. l. 17. c. 14. lit. L.*
ideoqve omnes ordinariâ juris viâ uti debent, nec
abſqve gravi causâ ad extraordinarium reme-
dium Arreſti accedere. *Dn. Mev. p. 3. deciſ. 315.*
Nec ideo Areſtum concedendum, qvia areſtans 3
cavet de indemnitate; nam judex non poteſt il-
licita concedere ſub prætextu hujus cautionis:
Sed ſuperior debet judicem inferiorem punire
ob Areſta nulliter impoſita. Et poſſet dubita- 4
ri, an judici inferiori tam leviter ad Arreſtum
procedenti competat contra areſtantem actio
ex illa cautione; qvia rei illicitæ nullum eſt man-
datum, nulla fidejuſſio, nulla indemnitas. Doce-
antur ergo inferiores judices cautius procedere,
nec ita ſub cautionis prætextu illicita concedere.
Ad Areſtum itaqve non ſufficit offerre liqvidum 5
debiti inſtrumentum, ſed reqviritur alia gravis
cauſa, ſine qvâ non conceditur, v. gr. ſi peregri-
nus ſit debitor, ſi durioris conventionis &c. a-
liàs, ſi fiat ſine gravi cauſa, is, qvi arreſtum paſ-
ſus, non tenetur reſpondere, niſi relaxato Arreſto,
qvia qvaſi ſpolium qvoddam eſt. *Dn. Mev. p. 3. dec.*
*233.* Etiam extra proceſſum relaxandum eſt *Carpz.*
*l. 4. Reſp. 38.* Et ob Arreſtum relaxandum dantur et- 6
iam mandata ſine clauſula. *Dn. Mev. p. 4. dec. 156.*
nec differenda eſt relaxatio ſub prætextu Rever-
ſalium ab arreſtato ſubſcribendarum. *Dn. Mev. p. 1.*
*dec. 184.* & exceptiones, qvæ altioris indaginis
ſunt, non debent impedire relaxationem Arreſti.
*Mev. d. l.* Nec venditori ſolutio per Arreſtum im- 7
pedienda, niſi in limine contractus emineat evi-
ctio, vel periculum poſtea accedat, adverſus qvod
cautum eſſe oportet. *Dn. Mev. dec. 157.* Favorabile 8
tamen eſt Arreſtum, petitum pro executione rei
judicatæ, qvod non obſervatis ſolennitatibus, qvæ
in proſecutione aliàs reqviruntur, non tamen ſi-
nitur, ſecundum tradita *Dn. Mevii p. 5. deciſ. 286.*
Conſtitutionem tamen imperii de Arreſtis 9
non ſuſtuliſſe prorogationem juriſdictionis,
qvæ ex Arreſtis oritur, tradit *Dn. Mevius p. 3.*
*dec. 56.*

## ad L. In Sententiis. 59.

### *SUMMARIUM.*

*SEntentia, in qva ſumma non eſt expreſſa vel per ſe vel per relationem ad aliud, nulla eſt.*

SEntentia debet eſſe de ſumma, & debet ſum-
mam deſcribere, aut ad libellum ſe referre,
in qvâ ſumma expreſſa; aliàs nulla erit ſenten-
tia. Sic injuſta ſententia viſa fuit, qvæ rem de-
bitoris creditori adjudicat, anteqvam, qvod
debetur, liqvidum. *Dn. Mev. p. 4. dec. 79.* Licet igi-
tur in ſententia ſumma non ſit expreſſa, ſufficit
tamen

tamen, ſi ad libellum vel acta ſe referat. Vid. *Dd. ad §. curarc. Inſt. de act.on.* Sententia in mortuum latam nulla eſt. *§. ult. h. l. Gail. l. 1. obſ. 109. n. 4.*

### ad L. Sæpe. pen.

*SUMMARIA.*

*Sententia inter duos lata tertio abſenti non præjudicat. n. 1.*
*Exceptio vid. 2.*
*Exempla exceptionis habentur. 3.*
*Qvi ſciens & tacitus patitur aliqvid in magnum ſui præjudicium fieri, cenſetur hoc ratum habere. 4.*
*An, ſi ſententia contra poſſeſſorem in genere lata ex judicato ſuper hypothecâ executivè agi poſſit indiſtinctè contra tertium. 5. 6.*

1 Regulariter ſententia inter duos lata tertio abſenti non præjudicat; cujus [illegible] datur exce-
2 ptio, ſi hæc tria concurrant. 1. Scientia ejus, cui præjudicari debet. 2. Ut hujus litis defenſio primo loco ſpectet ad eum tertium, licet litigantis interſit. 3. Ut in hac lite tractetur de jure & dominio litigantis, à qvô, velut ab authore proprio, conſtat jus vel dominium ipſius tertii, qvia hîc non ſine fraudis ſuſpicione tacet, & ut author vel venditor ſuperatus ſit ex eâ causâ, ex qvâ non potuiſſet dominium rei venditæ transferri in emptorem, adeò ut emptor ipſe ſuccubuiſſet, ſi egiſſet. *Covarr. in pract. qvæſt. c. 13. n. 5. & ſeq. P. Barb. in l. qvæ dotis. 34. n. 160. ff. ſolut. matr. Klock. vol. 2. conſ. 56. num. 1. & ſeq. Franc. de Clapper. p. 2. deciſ. cauſ. 68.*
3 *q. 1.* Exempla hic habentur 1. ſi creditor paſſus ſit debitorem de proprietate pignoris agere, de diverſa lectione legis *vide notata in proceſſ. civil. c. 27. n. 74.* aut 2. Maritus ſocerum de proprietate rei in dotem datæ, aut poſſeſſor venditorem patiatur agere de proprietate rei emptæ. conf. *Hartm. Piſtor. part. 4. qu. 29. Carpz. part. 1. conſt. 26. def. 15. Gail. 1. obſ. 126. n. 2. & Bach. d. diſp. 23. th. 5. lit. E.* ſic etiam Vaſallus agendo poteſt præjudicare domino ſcienti. *Roſenth. de feud. c. 9. concl. 26. n. 15.* & pater de re ad filium pertinente agens ſciente filio ei præjudicat Vid *Dn. Mev. p. 5. dec. 31.* Colli- 4
gunt etiam, eum, qvi ſciens & tacitus patitur id ab altero fieri, in qvo magnum ejus præjudicium agitur, cenſeri illud ratum habere. *Eerlich. dec. 98. n. 12.* ubi de ſubhaſtatione factâ in eo prædio, in qvo jus protimiſeos habeo, loqvitur. Occurrit 5
hîc mihi qvæſtio. An ex judicato ſuper hypothecâ executivè agi poſſit contra tertium, ſi ſententia contra poſſeſſorem in genere lata? *Carpzovius* hoc affirmat *p. 3. dec. 254.* ſi loqvatur de re litigioſa alienatâ, non repugnarem, non etiam negarem, ſi exemplum aliqvod ex *l. ſæpe de re judic.* applicari poſſet; ſed in genere non concedo, & argumenta videntur ab imparibus terminis ſumta, qvomodo qvæſo ſententia contra inauditum poſſeſſorem potuit ferri, præſertim innominatum? & qvomodo ſententia executioni dabitur contra eum, qvi in lite non fuit? Sunt qvidem in jure exempla, ut in *d. l. ſæpè*, & qvæ recenſui ad *l. 25. de ſtat. hom.* ſed in genere definitum non reperio. Tentari poſſit, ſi in tali caſu verſemur, ubi ſenten- 6
tia contra unum lata præjudicaret aliis; id tamen limitandum, ſi non in contumaciam ille condemnatus eſt, qvi præſens fuit, ob *l. 17. §. fin. ff. de inoff. teſt. l. 14. de appell.*

### ad L. ult.

Judex appellationis de uſuris medii temporis poteſt pronunciare. Vid. *not. ad l. 41. pr. de uſur.*

# Titulus II.
# De Confeſsis.

### Ad L. Confeſſus. 1.

*SUMMARIA.*

*Confeſſus pro judicato habetur. n. 1. 4.*
*Limitatur ſi poſt L. C. confeſſio facta. 3.*
*In criminalibus indiſtinctè ſententia neceſſaria eſt. 2.*
*Confeſſio judicialis etiam ſine cauſa valet. 5.*
*Qvid ſi contra confeſſionem judicialem judicatum. 6.*
*Confeſſio alterius alteri contradicenti non prodeſt. 7.*

1 Qvi ſtatim confeſſus, pro judicato habetur, i. e. qvod ſtatim condemnari poteſt exemplo juramenti *L. 26. §. ult. l. 37. §.*
2 *ult. de jurejur.* Sed hoc in Criminalibus non ſemper habet locum *Ricc. collect. deciſ. 912. Trentac. lib. 2. tit. de confeſſ. reſol. 2. n. 31.* ſed ibi indiſtinctè ſententia opus eſt, cùm ad pœnam, etiam ipſo jure inflictam, nemo teneatur ante
3 ſententiam *Zaſ. b. 1. n. 14. Wiſſenb. th. 18.* Sanè poſt litem conteſtatam ſi emanaverit confeſſio, ſententia opus eſt. *Dec. in c. At ſi Clerici. X. de judic. n. 27.* qvem refert *Maſcard concl. 344. n. 5. Back. ad Weſ. n. 5 Zaſ. n. 13. Dn. Struv. th. 22. Wiſſenb. th. 18.* Weſemb. vero malè inter ſummaria & ordinaria judicia diſtingvit, cum nullum judicium ſit tam ſummarium, ut non reqvirat ſententiam. Et confeſſo tantùm terminus ad ſolvendum eſt 4
aſſignandus *l. 21. de judic.* Confeſſio judicialis et- 5
iam ſine cauſa valet *Maſcard. concl. 345. n. 16. Carpz. deciſ. 126. n. 22.* conf. *not. ad l. 40. de pactis.* Si tamen 6
contra confeſſionem judicialem judicatum, non nocet confeſſio, ſi in alia lite objiciatur ei confeſſio *Modeſt. Piſtor. p. 4. q. 140. n. 30. Berlich. p. 2. dec. 169. n. 9. & ſeq.* nec confeſſio tua mihi pro- 7
deſt, qvando ei contradixi. *Menoch. conſ. 320. n. 24.* ubi relatis aliis dicit, ſi ego, contra qvem tu poſitiones formaſti, contrarias poſitiones formem, me non poſſe tuam poſitionem, ut confeſſionem allegare.

## ad L. Non fatetur. 2.

*SUMMARIA.*

*ERronea confeſſio facti non nocet confitenti. n. 1.*
*An error juris hic noceat confitenti, multis inqviritur. 2. & ſeqq.*
*Judex an errorem juris emendare poſſit. 5.*
*Confeſſio matris de morte filii non præjudicat ei in alia cauſa. 6.*

1 NOn fatetur, qvi errat; nam error facti usqve
ad ſententiam revocari poteſt *L. 7. C. de jur.*
*& fact. ignor.* Sed error juris nocet confitenti, per
hanc *L. 2. Donell. l. 28. c. 1. lit. P.* Sed illud valde
iniqvum videtur, qvod erronea confeſſio juris
noceat confitenti, primo ob regulam, qvod error
juris in damno rei amittendæ non noceat. *l. error*
2 *ff. de juris & facti ignor.* Reſpondet qvidem
*Donell. d. l.* errorem juris non nocere, ſed confeſ-
ſionem nocere. Sed error juris eſt cauſa confeſ-
ſionis. Ergo etiam damni, cauſa cauſæ eſt etiam
cauſa cauſati, qvaſi dicerem, ſi qvis ex errore ju-
ris indebitum ſolveret, non errorem, ſed ſolutio-
3 nem nocere; qvia ex errore eſt ſolutio. Et iniqviſ-
ſimum mihi videtur, ſi qvis ad poſitionem juris
reſpondeat erroneè, qvod propterea cauſa cadat.
Vidi qvidem ſæpius erroneas confeſſiones ab Ad-
vocatis acceptatas, ſed nunqvam legi nec audivi
talem rationem decidendi, licet reus fuiſſet ab-
ſolvendus; qvia tamen per errorem juris confeſſus
eſt articulum vel poſitionem tertiam, qvod filius,
qvi abſtinuit hæreditate paterna, factum tamen
patris præſtare debeat, ideò ex hac confeſſione ju-
ris erronea condemnatus eſt. In Facultate noſtra
erroneas confeſſiones juris nunqvam attendimus.
4 Non credo, ait hic *Zaſius n. 15.* qvod talis error
juris noceat, qvia ſua confeſſione erronea non po-
teſt juris ordinem & ſeriem evacuare *arg. l. Ne-*
5 *vio de Leg. 1.* Et judicis eſt errorem juris emenda-
re, & qvæ juris ſunt ſupplere *l. un. C. ut qvæ deſunt*
*Advocatis &c.* qvam iniqvum eſſet, pene dixerim
in foro inauditum, dicere: Hic fidejuſſor conven-
tus debuiſſet condemnari, qvia generaliter tan-
tum beneficiis omnibus renunciavit, qvæ renun-
ciatio in jure invalida, ſed qvia actor ad poſitio-
nem numero ſextam confeſſus eſt generalem re-
nunciationem ſufficere, Ergo Reus fuit abſolutus.
6 Confeſſio matris de morte filii non præjudicat ei
in alia cauſa. *Dn. Mev. p. 4. dec. 401.*

## ad L. Julianus. 3. L. qvi Stichum. 5. & L. fin.

*SUMMARIA.*

*COnfitens, rem certam ſe debere, tenetur ex ſua confeſſione, licet illa res antea ſine ejus culpa interierit. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

1 LEges hæ conjunguntur à Zaſio. Regula eſt:
qvicunqve dicit ſe debere Stichum, vel cer-
tam rem à ſe legatam, ille tenebitur ex confeſ-
ſione, licet illa res antea ſine ejus culpâ interie-
rit, & ita non debeatur; qvia ſufficit, qvòd antea
debuerit, & præſumitur ille agnoſcere, rem illam
poſt moram interiiſſe; & ſic ex hâc præſumptione
juris & in pœnam mendacii condemnatur ex con-
feſſione, ut æſtimationem rei peremptæ ſolvat,
licet confeſſio falſa. Sed hoc limitatur in *l. fin.* 2
ſi ſcil. qvi confeſſus fuerit, ſciverit rem interiiſſe;
nam ſi hoc incertum, non tenetur; nam qvomo-
do ignorans culpam præſumitur agnoſcere? *Zaſ.*
*t. 3. pag. 251.*

## ad L. Si is. 4.

*SUMMARIUM.*

*COnfeſſio erronea in L. Aqviliâ an revocetur prætextu erroris.*

COnfeſſio erronea in L. Aqvil. non revocatur
prætextu erroris, qvia actio L. Aqvil. contra
negantem datur in duplum; ideò qvi confitetur,
videtur hujus pœnæ metu fateri, & ſic tranſigere
*l. ea qvæ. C. de condict. indeb. Zaſ. hic & Padill. in l.*
*7. C. de jur. & fact. ignor. n. 28.*

## ad L. Certum. 6.

*SUMMARIA.*

*COnfeſſio debet eſſe certa. n. 1.*
*Confeſſio incerta admiſſa recipit interpretationem ad confitentis favorem. 2.*
*Confeſſio facta in judicio parte abſente qvibus caſibus noceat confitenti. 3. 5.*
*De J. Can. an omnis confeſſio judicialis abſenti parti proſit. 4.*
*Confeſſio extrajudicialis geminata vel acceptata præjudicat. 6.*
*Procuratoris confeſſio domino abſenti an noceat? diſtingvitur. 7. 8.*

COnfeſſionem oportet eſſe certam ratione rei 1
in ſubſtantia, qvantitate & qvalitate, & ſi
confeſſio ſit incerta, urgeri debet confeſſus, ut
certum qvid exprimat. *Zaſ. hic & Barb. l. 3. cap.*
*44. ax. 10.* Aliàs ſi confeſſio dubia & incerta, non 2
præjudicat confitenti, qvia interpretatio facienda
contra eum, qvi ſe in confeſſione fundat, ut ſuam
impleat probationem. *Rol. a Valle conſil. 11. num. 50.*
*l. 3. & qvos allegat Klock. conſ. 57. n. 2000. Vol. 1.*
nam confeſſio dubia recipit interpretationem ab
ipſo confeſſo ad ejus favorem *Menoch. conſ. 112. n.*
*21. & n. 33. & conſ. 929. n. 27.* Confeſſio facta in ju- 3
dicio parte abſente præjudicat confitenti, niſi præ-
ſente procuratore fiat, aut negotiorum geſtore,
& ſeqvatur, caſu præſertim poſteriori, ratihabi-
tio. *Wammeſ. conſ. 5. n. 6. cent. 4.* conf. *Zaſ. n. 4.*
Sed & aliis modis id limitat Zaſius hic, ſi confeſ-
ſio facta in ſcriptis, in libello, poſitione, litis con-
teſtatione, omninò præjudicat. Imò dixerim, 4
de æqvitate Canonicà omnem confeſſionem ju-
dicialem non erroneam prodeſſe, puto alteri,
licet per contumaciam abſenti, per tradita
*Ant. Gabrielii lib. 1. concl. 1. tit. de confeſſ. n. 46.*
nam ſi reus fateretur ſe debere, qvâ conſcientiâ
judex

judex actori probationem imponere poteſt? qvid
ſi actor ſuccumbat in probatione, poteſtne judex
talem reum confeſſum, ſalvâ conſcientiâ abſolve-
5 re? non putarem. Aliæ Exceptiones in confes-
ſione liberatoriâ, geminata & ſimil. habentur apud
*Ant. Gabrielium d. concl. per totam. Maſcard. concl. 347. Trentacinq. lib. 2. tit. de confeſſ. reſ. 1.* de qvo in
6 *l. 40. de pactis.* Sed etiam extrajudicialis confes-
ſio præjudicat, ſi geminata, vel à parte altera ac-
7 ceptata ſit. *Carpz. p. 1. c. 10. def. 21.* Legitimi admi-
niſtratoris vel procuratoris generalis confeſſio
non præjudicat Domino. *Rict. collect. deciſ. 167. Vid. deciſ. 384. n. 8. Borell. tomo 2. 1. 3. n. 88. & ſeq.* ſi ſcil.
Dominus probet rem ſe aliter habere, ſi ex inter-
vallo revocavit, non in continenti; nam hoc caſu
probatione non onerandus *Maſcardus concl. 369.*
8 Et procuratoris habentis ſpeciale mandatum, ut
& qvi habet mandatum cum liberâ confeſſio præ-
judicat Domino. *Vivius dec. 384. num. 8.* & maximè
id valet, ſi ipſum procuratorem neceſſitas adſtrin-
gat, ut reſpondeat ad poſitiones, ubi mens do-
nandi non præſumitur. *Zaſius hic num. 5. & 6. Menoch. conſ. 39. n. 54. Maſcard. l. 2. n. 14. de Prælati conſeſſ. Maſcard. concl. 67.* Pupilli confeſſio ſine
tutore facta ipſi non nocet, ſed minoris confeſſio
nocet confitenti, *§. 5. h. l.* ſed ex cauſa datur re-
ſtitutio. *Odd. de reſtit. q. 5. art. 8. & ſeq. Men. lib. 2. A. Q. caſu 268. Maurit. de reſtit. c. 327. Guttierez. ad Auth. Sacramenta puberum n. 13. Gomez. lib. 2. reſol. c. 1. n. 66. & qvos refert Hill. in Donell. l. 10. c. 10. lit. N.* & licet error non probetur. *Menoch. d. l. n. 4.*
modò non aliunde conſtet de crimine *Guttierez. d. l.* ſed communiter volunt, læſionem eſſe pro-
bandam, per *l. 9. §. 4. de jurejur. & ibi Dd. & Zaſ. num. 10. & Oddus d. l.* ſed in criminalibus aliud.
*Oddus d. q. art. 9. vid. not. infra ad l. 5. ff. de cuſtod. reorum.* Ut judicato ita & confeſſo datur tempus
qvadrimeſtre, qvando debitum eſt in qvantitate.
*§. fin. Zaſ. n. 13. Lin. Str. th. 22. Wiſſenb. th. 18.*

### ad L. Penult.

*SUMMARIA.*

*HEres confeſſus legatum alteri relictum an ab executore inqvirendi ergo in qvantitatem hereditatis dato abſolvi poſſit, ſi executor heredis confeſſionem erroneam comperiat. n. 1.*

*Qvid hic colligatur. 2.*

*Beneficium inventarii etiam in executione opponi poſſe colligitur. 3.*

PEtrus conveniebatur à Cajo de legato, Petrus 1
fatetur deberi, ſed hæreditatem eſſe ære alieno
exhauſtam, ideoqꝫ Judex cauſam alii committit,
ut qvantitatem hæreditatis examinet. Executor
comperit legatum nullum eſſe relictum, nec fidei-
commiſſum, & ſic erroneam fuiſſe confeſſionem
Petri, qværitur, an datus executor poſſit Petrum
abſolvere, & diſtingvitur; aut ideo abſolvendus,
qvia confeſſio erronea, & hæc cauſa ad ſuperio-
rem remittenda; aut ideò abſolvendus, qvia hæ-
reditas exhauſta ære alieno; & ob hanc cauſam ab-
ſolvere poteſt executor; qvia primo caſu impu-
gnaret directò confeſſionem, qvæ pro condemna-
tione habetur, ſed poſterior exceptio reſpicit ejus,
ſcil. executoris, officium commiſſum, *Petr. Barb. ad L. Si Prætor. 75. pr. n. 54. & ſeq.* Colligitur ergò, 2
qvòd, ſi confeſſus in executione aliqvid vult oppo-
nere, qvod contradicat confeſſioni factæ; execu-
tor cauſam remittat ad ſuum judicem, ubi de reſti-
tutione agetur; ſed ſi opponat aliqvid, qvod non
repugnat confeſſioni, ſed eam tantum modificat,
poteſt ipſum confeſſum audire, & allegatione pro-
bata abſolvere. vid. *hic Zaſ.* Colligitur ex *hac lege*
beneficium Inventarii etiam in executione opponi
poſſe, de qvo vide *not. ad l. 41. §. fin. de re judic.*

# Titulus III.
# De Ceſſione Bonorum.

### Ad Rubricam.

*SUMMARIA.*

*CEſſio bonorum qvid & qvibus bonis cedere permiſſum. n. 1.*

*Hoc beneficium non prodeſt fidejuſſori. n. 2.*

*Ceſſionis beneficium qvo fine & ex qvâ cauſa obligationis detur. 3.*

*Effectus ipſius vid. n. 4.*

*Civitates, an hoc beneficio uti poſſint. 5.*

*Ceſſio bonorum ab herede facta an ſit ſignum repudiatæ hereditatis. 6.*

1 CEſſio bonorum eſt tale privilegium, qvod
datur iis, qvi caſu aut culpâ levi in pau-
pertatem inciderunt, ut cedendo bonis à
moleſtiis & pœnis decoctorum liberentur;
ideoqꝫ ſi qvis culpa lata in paupertatem inciderit,
vel dolosè æs alienum contraxerit, meritò ei de-
negandum hoc flebile beneficium *Beneven. Stracha de decoctor. num. 8. Scaccia de Commerc. §. 7. gl. 5. n. 148. & ſeq.* contra qvod tamen ſæpè peccatur
hodiè, cùm perverſi decoctores hodiè admitti ſo-
leant. Eſt autem beneficium perſonale, nec juvat 2
fidejuſſorem. *§. fin. inſt. de Replic. M. Colerus de proceſſ. execut. p. 1. c. 6. n. 113. Alb. Brunus de ceſſ. bon. q. 9. princ. n. 1. 2. & 6. Scaccia de judic. lib. 2. c. 7. n. 352. & in tr. de commerc. §. 7. gl. 5. n. 147.* Ceſſionis bene- 3
ficium eo fine datur debitoribus (non qvidem ex
delicto obligatis, ſed ex ſtatuto, vel contractu, ut
plures citat *Franc. de Clapper. in dec. cauſa 19. q. un. n. 1. & 2.*) à Lege Julia, ut debitores cedendo bonis
carceris injurias poſſint evitare *l. 4. C. h. t.* ſic ergò
beneficium eſt, nec invito obtrudendum, ſi para-
tus ſit omnibus ſolvere *Dn. Mev. p. 2. dec. 327.* Cujus 4
effe-

effectus eſt, ut ſiſtat omnes proceſſus particulares,
poſtqvam oblatio bonorum omnium creditoribus
5 in genere facta eſt. *Dn. Mev. p. 5. d. 26.* Hinc qværi-
tum, qvia civitates carceris pœnam metuere non
poſſunt, an civitates etiam ad beneficium poſſint
admitti, qvod affirm. qvia & Eccleſia admittitur,
& contrariis reſpondet *Caſpar Manz. in cent. dec. q. 2.*
ubi de remediis agit, qvibus obæratis civitatibus
occurri poſſit, & *q. 3.* de excuſſione civitatum de-
6 bitricum. Sed qværi hic poteſt; An ſi hæres ceſſit
bonis, hoc ſit argumentum repudiatæ hæreditatis?
negat hoc *Dn. Mev. p. 4. dec. 227.* qvod ex hoc potius
aditio colligatur, qvia nemo cedit alienum. Sed
intentio cedentis attendenda, an potius cedendo
repudiare voluerit; nam hereditatem ſi propriè
ceſſit, ſuum ceſſit, & tunc ſi poſtea vult ſolvere cre-
ditoribus, non opus eſt reſtitutione, ſed concurſus
abolebitur, arg. *l. 4. § 1. ff. de bon. author. jud. poſſid.*

## ad L. Creditori. 1.

*SUMMARIUM.*

*Mutuò dans ad refectionem ædium ruinoſarum qvatenus habeat hypothecam privilegiatam.*

HÆc lex propriè ad hunc titulum non pertinet, ſed ad titulum de privilegiis creditorum, & ſumma ejus eſt: Qvod is, qvi credit ad refectionem ædium collapſarum, vel ruinoſarum, præferatur aliis creditoribus, adeò ut etiam hypothecis prioribus præferatur *l. 1. ff. in qvibus cauſis pign. tacit. Nov. 97. c. 3.* ſi modo (1.) res refecta extet, (2.) ad eam refectionem pecunia mutuo data. (3.) res exinde refecta. *Carpz. p. 1. c. 28. def. 105. & ſeq.*

## ad L. In perſonalibus. 2.

*Mutuò dans alicui ad ſolvendum creditoribus ſuis ſuccedit in borum jus. n. 1.*

*Idem in qvæſtore fiſci ad debita non exacta ſolvenda condemnato. 2.*

1 QVi ſuo debitori ſolvit, ut exinde alii credito-
ri privilegiato ſolvatur, ſuccedit in ipſius
jus, licet tantum chirographarius ſit, i. e. licet ſine
conſtitutione hypothecæ ipſi crediderit. v. gr. mu-
tuavit tibi Titius ad prædium tuum reficiendum,
hic habet hypothecam & privilegium prælationis
reale, ut dixi ad L. 1 ſi tibi mutuò dem mille, ut
hæc ſolvas Titio, etiamſi non convenerit, ut præ-
dium tuum, qvod Titio obligatum, mihi eſſet pi-
gnori, ſuccedo tamen Titio in ejus jure, & ſic hæc
eſt declaratio *§. finalis l. ſi venteri. 24. ff. de privil.*
2 *credit.* Unde probatur, qvæſtorem fiſci negligen-
tem exigere fiſci debita, & ideò condemnatum
fiſco ad ſolvenda debita non exacta, ſuccedere in
privilegium fiſci. *Franc. de Clapp. in ſuis deciſ. p. 2. cauſa 58. q. un. n. 1. vid. not. ad d. §. ult.*

## ad L. Is qvi 3. & 5.

*SUMMARIA.*

*Bonis cedens ante diſtractionem bonorum ceſſionem revocare poteſt, ſi paratus creditoribus ſatisfacere. n. 1.*

*Cedens dominium rerum ſuarum non amittit ante diſtractionem. 2.*

*Ceſſio principaliter tendit in favorem debitoris. 3.*

*Cedentem compelli non poſſe ad ceſſionem faciendam, ſi creditoribus paratus ſatisfacere. 4.*

*Qva ſatisfactio non reqvirit per omnia paratam pecuniam, ſufficit etiam ſolutio particularis. 5.*

CEdens bonis ante bonorum venditionem po- 1
teſt pœnitere, & ſatisfacere creditoribus, per
*l. 5.* nam finis ceſſionis eſt, ut creditoribus ſatis-
fiat, qvi ſi obtineatur, nulla cura eſt de mediis *Dn.* 2
*Mevius p. 2. dec. 328. n. 7. Salgado loco mox citando,*
qvia cedens non amittit dominium rerum ſuarum
ante ceſſionem *l. 4. C. h. t. Brunus q. 14. pr. n. 2. Sal-
gado in Labyr. p. 1. c. 14. num. 29. & ſeqq.* Ceſſio
enim facta non abſolutè ſed conditionaliter; ſi cre-
ditores ſua jura probaverint. *Salgado d. l. n. 34.
& ſeqq.* Sola adminiſtratio cedenti prohibita.
*Salgado. n. 37.* Et ceſſio principaliter tendit in 3
favorem debitoris. *Bart. hic & Coll. Arg. h. t. th. 16.*
modò bona nondum diſtracta ſint: Sed licet di-
ſtracta ſint à creditoribus, ſi tamen in ædibus vel
alio fundo ſibi reſervaverit facultatem reluendi ad
certum tempus, & creditores conſenſerint, dabi-
tur actio contra creditores, ſi diſtraxerint inſcio
debitore, ut pronunciatum die 31. Mart. anno 1653.
Ex *hâc Lege* etiam ſeqvitur, non poſſe cedentem 4
compelli ad ceſſionem faciendam, qvando credi-
toribus juxta leges ſatisfacere eſt paratus. *Dn. Mev.
p. 2. dec. 328.* Ubi idem eſſe dicit, licet non omnia 5
in parata pecunia offerat, vel particularem ſolu-
tionem, per *Nov. 4. c. 3.* nam loco pecuniæ habet
beneficium dationis in ſolutum.

## ad L. Is qvi bonis. 4. & L. Qvi bonis. 6.

*SUMMARIA.*

*Cedens, ſi ad pingviorem fortunam pervenerit, denuò conventus habet beneficium competentiæ. n. 1.*

*Ceſſio bonorum fit interveniente cautione idonea, & quæ illa ſit. 2. & 3.*

*Ceſſat beneficium competentiæ, ſi ei renunciatur, vel alienatio rerum in fraudem creditorum facta. 4.*

QVi ceſſit bonis, ſi denuò aliqvid acqvirit, po- 1
teſt denuò conveniri, ſalvo tamen beneficio
competentiæ *l. 4. h. t. & §. ult. inſt. de Action.* ſed
ſi poſtea modicum acqviſiverit, præter alimenta,
non debet conveniri iterum. *P. Barboſ. in L. Ma-
ritum. n. 14. ff. ſolut. matr.* Jubetur autem præ- 2
ſtare idoneam cautionem, per *C. Odoardus. 3. X. de
ſolut. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 183. num. 20. Schneidew.
ad §. fin. n. 15. inſt. de Action.* qvod de fidejuſſoria
aut pignoraticia accipit *Hering. de fidejuſſ. c. 5. n.
88.* ſed qvis vellet hodiè facilè fidejubere pro eo,
qvi bonis jam exutus eſt? ideoqve in *l. 4. C.
de prec. imperat. offer.* dixi, admittendam eſſe
juratoriam cautionem, ut etiam id appro-
batum memini in Camerâ Elector. Ita etiam
hoc

hoc loco id admitterem, qvale Decretum Cam. Spir. adducit etiam *Hering. d.l.num. 98.* & ſic etiam *Covarr. l. 2. reſol. c. 1. n. 6. Brunus de ceſſ. bon. q. 7.*
3 *princ. n. ult.* Hoc tamen verum eſt, ſi qvis pro ea re fidejubeat, eum conditionaliter ſe obligaſſe, & creditorem teneri probare, debitorem ad meliorem fortunam perveniſſe, ex qvo tamen non ſeqvitur, qvod infert *Hering. num. 99.* fidejuſſorem dicis causâ tantùm interveniſſe. vid. plura de hâc cautione apud *Menoch. l. 2. A. Q. c. 183. num. 20.*
4 *Schneid. ad §. ult. inſt. de Act. n. 15.* Sed ceſſat beneficium competentiæ, ſi cedens renunciavit eidem, aut creditores compererint, debitorem in ipſorum præjudicium res qvasdam alienaſſe, ut difficilis ſit earum perſecutio, ſi hoc probare poſſint; nam & ab initio ſi de fraude conſtitiſſet non fuiſſet admiſſus ad ceſſionem, ergò poſt ceſſionem non admittetur ad novum beneficium. *Brunus q. 28. qvæſt. 4. princ. n. 5. Coll. Arg. h. t. th. 13.*

## ad L. Pen.

### *SUMMARIA.*

*Cedere volens non auditur, niſi prius agnoverit debitum. n. 1.*

*Cedens omnia bona ſua jurato deſignare tenetur. 2.*

*Debitor debitum negans an admittendus ad ceſſionem. 3.*

*Concurſum creditorum non eſſe admittendum, niſi urgente ære alieno, colligitur. 4.*

1 QVi conventus à creditore opponit, ſe velle cedere bonis, non eſt audiendus, niſi prius agnoverit debitum, qvia interim poſſunt proba-
2 tiones interire. *Coll. Arg. th. 5. h. t.* Colligit hinc *Zaſ. num. 5.* qvòd cedens omnia ſua bona juratò deſignare teneatur. *Zaſ. hic verſ. qvarto collige. Mynſing. ad §. ult. inſt. de Act. num. 10. & ibi Schneid. num. 15. Alb. Brunus de ceſſ. bon. q. princ. 5. num. 1. Hering. de fidejuſſ. c. 5. num. 81. & ſeqq. Dn. Mev. Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 26. Dn. Struv. exerc.*
3 *44. th. 27.* Sed qvid ſi inficiatus fuerit debitum debitor, an poteſt admitti ad ceſſionem? Affirmo etiam *arg. hujus textus*, qvia in hoc caſu debitor primò agnoſcere noluit, & ita negavit, & pœnæ mendacii non ſunt extendendæ. *Men. l. 2. A. Q. caſu 276. num. 1. & 8. Berlich. p. 1. dec 12. num. 7. Pacianus de probat. l. 1. c 19. num. 78.* & judicatus bonis cedere poteſt, qvi utiqve negavit *l. 1. C. h. t.* & ita ſentiunt *Afflictus dec. 379.* & *Trentac. Hill. in Donell. l. 27. c. 9. lit. EE Fachin. l. 13. controv. c. 69.*
4 *Harpr. ad §. fin. inſt. de Act. num. 15.* Colligitur etiam ex hac lege, concurſum creditorum non eſſe admittendum, niſi urgente ære alieno. *Dn. Mev. p. 4. dec. 226.* & excitatum concurſum eſſe caſſandum. *l. 7. §. 3. ff. qvib. ex cauſ. in poſſ. Dn. Mev. d. l. num. 8.*

## ad L. ult.

### *SUMMARIA.*

*Ceſſio qvomodo fiat. n. 1.*

*Qvid ſi creditores nolint debitorem admittere ad ceſſionem. 2.*

*Qvid hic noviſſimè ſtatutum in March. Elect. 3.*

*Concurſus proceſſus qvomdo breviter abſolvendus. 4*

CEſſio bonorum fieri poteſt in jure vel extra jus, 1
etiam qvibuscunqve verbis, etiam per nuncium, vel per epiſtolam, abolitis veterum verbis ſolennibus; Ideoq; non eſt dubium, poſſe debitorem privatim ſuis creditoribus offerre bona. Sed 2
qvando tamen creditores noluit, ipſum admittendum eſſe ad ceſſionem, v. g. qvia dilapidavit bona, & ſic creditores fraudare voluit &c. omninò ſuper hac qvæſtione incidenti coram judice agi poteſt. *Duar. h. t. 1. 2. Coll. Arg. h. t. n. 11.* Sæpe vidi hodiè controverſiam hanc moveri à creditoribus, qvod non ſit neceſſaria; nam ſæpe cedunt bonis imaginariè, & fictitiè, & tamen manent in bonis & adminiſtrant bona, ideò abuſus hujus rei hodiè maximus. Cui mederi voluit Sereniſſimus Ele- 3
ctor Brandenburgicus in Receſſu de anno 1653. §. 33. ubi his verbis utitur: Daß in concurſibus creditorum, ſo bald ein formatus concurſus entſtanden/ und der Zuſtand eines obærati debitoris zur ordentlichen liqvidation ſeiner Schulden gediegen/ der curſus uſurarum ſiſtiret werden ſoll/ nur daß die liqvidation proceſſe dem Creditorem zu Schaden und Nachtheil nicht von einem Jahre zum andern vorſetzlich protrahiret/ ſondern auffs ſchleunigſte zur Endſchafft und gäntzlicher Richtigkeit gebracht/ auch immittels den Debitoribus die reditus an ſich zu nehmen und in ihren Nutzen zu wenden/ nicht geſtattet/ ſondern die obærati debitores aus den Güttern geſchafft/ und die ſämptliche Nutzungen den creditoren zu gute ſeqveſtriret und fleiſſig adſerviret/ oder auch den creditoribus potiora jura habentibus auff Abſchlag ihrer Zinſen oder Capitalien abgefolget werden. Qvomodo autem breviter concurſus 4
proceſſus abſolvendus, tractat *Dn. Mev. p. 4. dec. 86.* Præcipuè neceſſarium eſt, ut jubeantur in certo termino omnes creditores comparere, qvi Jus aliqvod prætendunt, etiam ii, qvi immiſſionem impetrarunt in unam vel alteram particulam bonorum, ut conſtituatur curator, qvi ſingulorum creditorum documenta recognoſcat, ac exceptiones, ſine calumnia tamen, opponat, qva de cauſa Contradictor vocatur. Poſtqvam in tribus terminis omnium jura liqvidata, conſtituendus eſt terminus creditoribus ad deducenda jura prioritatis, qva in parte partes ſuas non debet interponere curator, ſed hæc qvæſtio ſingulos creditores inter ſe diſceptantes concernit.

# TITULUS IV.
# Qvibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

## Ad L. Tres ferè cauſæ. 1.

*SUMMARIA.*

*Cauſæ ex qvibus miſſio fit in univerſa bona. n. 1.*
*Qvid hic de jure novo. 3.*
*Miſſio in ruinoſas ædes non eſt in univerſa bona. 2.*
*In actionibus perſonalibus & realibus qvomodo miſſio fiat, vid. 4.*

1 TRes hic referuntur cauſæ, ex qvibus miſſio
fit in bona univerſa 1. ob rem ſervandam,
ut petitum debitum ſit ſecurum. 2. ob legata
præſtanda. 3. Si vidua petat bonorum
poſſeſſionem ob uterum, & in his exemplis
2 fit immiſſio in univerſa bona, ſed 4. miſſio in rui-
3 noſas ædes non eſt in univerſa bona; verum jure
novo nec prima nec ſecunda miſſio eſt in univerſa
bona, ſed pro ratione debitæ qvantitatis, per *Nov.
53. c. 4. Auth. & qvi jurat. C. de bonis author. jud.*
4 *poſſid.* ſed tertia ſpecies manſit incorrecta. Sed
miſſio in ædes ruinoſas, ut dixi non fit in omnia
bona, nec in actione perſonali, qva certa ſpecies,
non qvantitas petitur. *Zaſius hac l. tom. 3.*

## ad L. Prætor ait. 2.

*SUMMARIA.*

*Contra reum, qvi non defenditur, miſſio decernitur in bona, licet cautio de judicio ſiſti oblata ſ. n. 1.*
*Qvomodo qvis indefenſus dicatur, habetur. 2. & 3.*

1 QVando reus citatus non facit ſui copiam, neqve
defenditur, tunc fit miſſio in bona, &
qvidem ea immiſſio fiet, licet fidejuſſorem de judicio
ſiſti dederit, multo magis contra eos, qvi
non caverunt. *Donell. l. 23. c. 41. poſt lit. M.* Nam
licet proviſio hominis tollat proviſionem legis,
hic tamen hæc media ſunt ſubordinata, & immiſſio
in bona expeditior videtur, qvàm ut fidejuſſor
2 conveniatur. Et qvidem is videtur copiam ſui
non facere, qvi latitat, i. e. qvi ita ſe ſubducit, ut
poteſtatem ſui non faciat, ſeu, qui eum convenit,
copiam ejus non habeat. *Dn. Mev. p. 6. dec. 41. n. 2.*
3 Etiam ille non defendi videtur, qui non latitat,
i. e. metu litis ſe non abſcondit, ſed qui ex alia cauſa
abeſt, ſed ſemel, cum præſens eſſet, vocatus,
neminem reliqvit qvi eum defendat §. 2. Is autem,
qvi ab initio non defenditur, poſtea tamen
tempore oportuno, qvando deterior conditio
actoris nondum eſt facta, offertur. §. 3. E contrario,
ſi ab initio defendatur, & poſtea defenſio deſeratur,
rectè dicitur non defendi.

## ad L. Apud. 3.

*SUMMARIA.*

*In bona pupilli, ſi non defenditur, miſſio fit ex primo decreto. n. 1.*
*Qvid hinc probetur. 2.*
*Qvæ requirantur ad miſſionem in bona pupilli. 3.*
*Gravamen, qvod ineſt primo decreto, per demonſtrationem melioris juris facilè reparari poteſt. 4.*
*Vacante hereditate, qvando creditores ex primo decreto immiſſionem petere poſſint. 5.*
*Legatarius eligere poteſt vel miſſionem in bona defuncti, vel heredis. 6.*
*Heredem adeundo hereditatem cum legatario & creditoribus qvaſi contrahere, colligitur. 7.*

SI non defendatur pupillus, licet fraudulenter 1
latitare non videatur, atq; ita ſecundum decretum
& venditionem bonorum pati non poſſit,
ex primo tamen decreto patietur immiſſionem, ut
res creditori ſalva ſit, qvia iniqvum eſt, eum, qvi
cum pupillo non contraxit, ejus adultiorem ætatem
expectare debere. Unde probatur, ætatem 2
minoris non auferre jus creditori, & qvod privilegiatus
ſuccedens non privilegiato non utatur
privilegio ſuo. poſt *Matth. Col. de proceſſ. p. 2. c. 3.
n. 220. Manz. in cent. dec. 424. n. 3.* Sed vocandi ta- 3
men prius ſunt tutores & cognati *l. 5. §. 1. h. t.* &
ut alimenta pupillo ſubminiſtrentur *l. fin. tit. ſeq.
Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 24. th. 2. lit. C.* Ex hoc 4
textu colligitur, ſi qvid gravaminis inſit primo decreto,
id tamen facilè per demonſtrationem melioris
juris reparari poſſe, & ſic jus partis non abſorberi,
& ſic nec appellationem admitti. *Mev. p. 5.
dec. 351.* Hinc etiam vacante hæreditate poſt tem- 5
pora Inventario conficiendo deſtinata, ſi vel non
adſit qvi adeat, vel adire volens differat, vel adeunti
controverſia fiat, poſſunt creditores immiſſionem
ex primo decreto petere. *Mev. p. 5. dec. 344.*
Legatarius habet electionem, an velit miſſionem 6
petere in bona defuncti, an verò in bona hæredis,
forte pupilli. Illo caſu ad primum & ſecundum
decretum perveniri poteſt. Sed in pupilli bona
poteſt qvidem petere immiſſionem ex primo decreto,
poſt 6. menſes *l. 5. §. Imperator. 16. ff. ut in
poſſeſſ. legat.* non vero ex ſecundo; ſed venditio differenda
in tempus pubertatis *§. ult. h. l.* Collige, 7
hæredem cum legatario adeundo hæreditatem
qvaſi contrahere. Idem communiter dicitur de
creditoribus. vid. *hic Zaſius* qvamvis in ſcholis hac
de re diſputetur; ſed ſine magno operæ pretio.

## ad L. Hæc autem. 5.

*SUMMARIA.*

*Immiſſio in bona pupilli qvando concedenda. n. 1.*
*Qvando res per ſententiam definitivam determinari poteſt, non eſt locus ſententiæ proviſionalis. n. 2.*

TUnc datur immiſſio in bona pupilli, ſi non 1
defendatur, de qvo prius conſtare debet Prætori,

tori, anteqvam decernat immiſſionem; Reqvi-
rendi enim prius tutores, cognati, & affines, ut
pluribus hic explicat Zaſius. Sed ſi ſit, qvi de-
fendat pupillum, huic immiſſioni locus non eſt.
2 Unde regulam colligunt, qvando res per ſenten-
tiam definitivam determinari poteſt, non eſſe lo-
cum proviſionali ſententiæ. *Caballinus de Divid. & Indiv. p.3. n.133.*

## ad L. Fulciminis. 7. pr.

### *SUMMARIA.*

*Miſſus rei ſervandæ cauſa non eſt alendus ex bonis. n. 1.*
*Ob latitationem fraudationis cauſa fit miſſio ex ſecundo decreto in bona latitantis indefenſi. 2.*
*Si non latitet, miſſio fit ex primo decreto. 3.*
*Qvis fraudulenter latitare dicatur. 4.*
*Si latitatio fraudulenter fit non contra omnes creditores, illi tantum mittuntur, contra qvos fit. 5.*
*Latitatio hic non debet eſſe momentanea. 6.*
*Qvomodo hic contra furioſum, qvi latitare non poteſt, procedendum. 7.*
*Qvod extenditur ad prodigum alioſqve, qvi curatoribus ſubjiciuntur. 9.*
*An ex* §. 11. h. l. *aliqvid ſpeciale colligi poſſit. 8.*
*In aliena Civitate degens qvatenus latitare videatur. 10.*
*Exceptio qvatenus miſſionem impediat. 11.*
*Contra dominum ac patrem ex contractu filiifam. vel ſervi fit miſſio, licet nihil ſit in peculio. 12.*
*Reſpondetur* ad l. 50. de peculio. *13.*
*In actionibus in rem qvomodo miſſio fiat. 14.*
*In petitione hereditatis miſſio fit in bona hereditaria. 15.*
*In petitione hereditatis ob latitationem per nimiam contumaciam miſſio fit cum lucro fructuum percipiendorum. 16.*
*An hoc ad alios caſus extendendum. 17.*

1 Rei ſervandæ cauſâ in poſſeſſionem miſſus, ex
bonis non eſt alendus. Exceptio *in L. pen. ſupr.
ut in poſſ. leg. ut.* & in Carbon. Edict. & immiſſ. ventr.
de qvibus ſupra.

In §. 1. incipit JCtus agere de ſecundo de-
creto, de qvo etiam omnes *§§. ſeqq. in h. l.* ſunt
2 intelligendi. *Hillig. in Donell. l.23. c. 12. lit. E.* Et di-
citur qvod contra eum, qvi fraudationis cauſa
latitat, ſi non defendatur, ejus bona poſſideri
3 & vendi poſſe ex decreto Prætoris; ſed ſi non la-
titet, abſens tamen ſit & non defendatur, in bo-
na tantum mittitur: qvod ex *l. 21. §. pen. ff. Ex
qvibus cauſis majores &c.* ſupplendum putat
4 *Hilliger. l.23. c. 11. lit. I.* In ſeqventibus autem
§§. prolixè explicatur, qvid ſit fraudulenter la-
titare. Nam non qvævis latitatio ſufficit, cum
ex probabili vel ex culpa nimioqve timore ho-
minis qvis latitare poſſit. ſed ut latitet frauda-
tionis cauſa i. e. ut credat juſtum creditoris peti-
tionem. *§. 2. & 4. h. l.* Et licet qvis latitaret frau-
dulenter, ut Demoſthenes Angina vel Argen-
tangina potius laborans, ſi tamen non reſpectu
creditorum, & eorum fraudandorum cauſa lati-
tet, non habet locum miſſio ex ſecundo decre-
to. *§. 5. h. l.* Fraudationis tamen cauſâ latitare
dicitur, licet etiam alius cauſas concurrentes
habeat. *§. 6.* Qvod ſi latitet, ut me & te frau- 5
det, nobis tantum datur decretum ſecundum,
non aliis creditoribus, adverſus qvos non latita-
vit, & in qvorum fraudem ſe non abſentavit. *§. 7.*
Et latitatio illa non debet eſſe momentanea; ſed 6
durans aliqvandiu per §. 8. Unde facile colligi- 7
tur, furioſum non poſſe dici latitare, cum in eum
fraudis ſuſpicio non cadat §. 9. Ideoqve dandus
ei ex officio eſt curator vel defenſor §. 10. *h. l.* &
ſi valde urgeat æs alienum, etiam ad venditionem
bonorum, qvantum ſatis eſt, perveniri poteſt §. 11.
& qvidem eo ordine, qvo in miſſione ventris cau-
ſa proceditur; qvæ venditio non tam ob contu-
maciam fit, qvam, qvia ipſi furioſo expedit liberari
à curſu uſurarum. *Hill. in Don. l. 23. c. 11. lit. F.* Qvod 8
vero in §. 11. dicitur, qvod venditis bonis ſupereſt,
reddendum eſſe furioſo, ex eo non ſeqvitur hoc
ſpeciale eſſe, ut recte contra *Cujacium notat Hill. ad
Don. d. l. 23. cap. 14. lit. A.*

In §. 12. Extenditur ad prodigum alioſqve, 9
qvi curatoribus ſubjiciuntur. Qværitur au- 10
tem: an qvis, ſi in aliena civitate ſit, latitare
videatur? & reſpondetur in Paragrapho 13.
poſſe aliqvem latitare, ſi ſit præſens, & non la-
titare, licet abſens ſit. Hoc verò tantum atten-
di, an occurſum creditoris vitet. Ut autem hoc
ſciatur, inveſtigatur hoc per denunciationem
ad domum. *l. 4. §. 5. de damno infecto. Hillig. d. l.
23. Cap. 13. lit. C.* Si qvis autem ſub conditione 11
vel in diem debeat vel purè debeat, ſed exce-
ptione munitus ſit, miſſioni non eſt locus, *§. 14.
h. l.* ſcilicet hoc effectu, ut pignoris executio-
nem habeat, aut venditionem peragere poſſit; mit-
titur, ſi initium ſpectes per *l. 6 pr. h. t.* non, ſi
effectum, *Pacius l. 7. qvæſt. 11. & qvos refert Hill. d.
l. 23. c. 11. lit. L.* Contra Dominum ac patrem 12
ex contractu ſervi aut filiifamilias fit miſſio, li-
cet nihil ſit in peculio, qvia ſufficit, qvod per
ſervum aut filium adqviri poſſit. Non obſtat 13
*l. 50. de pecul.* qvæ loqvitur de caſu, ubi conſtat
nihil eſſe in peculio. vid. *Donell. d. l. 23. cap. 11. &
ibi Hillig. lit. N.* Sed an etiam in actione in rem 14
ad miſſionem perveniri poſſit, qværitur in *§. 16.
& 17.* qvod affirmatur, ita tamen, ut ſi latitet
fraudationis cauſa, in cætera bona fieri poſſit
miſſio, ſed ſi tantum abſit, tantum in rem peti-
tam. Sed ſi petitione hæreditatis agatur, miſſio 15
in bona hæreditaria fiat. *§. pen.* Sin autem ſine
latitatione miſſio & venditio fiat, ipſo jure ea
nulla *§. 2. h. l.* Conferri poteſt *Urcurrus in rep.
L. Si finita. §. Julianus ff. de Damno infecto n. 143.
& multis ſeqq. Lud. Bolgnius ibidem num. 171. &
multis ſeqventibus. Speculator & alii.* Contra 16
eum, qvi petitione hæreditatis conventus per
nimiam contumaciam latitabat, ita fiebat im-



Digitized by Google

miſſio, ut & fructus percipiendi lucro cederent immiſſi, qvod *Don d.c.12.lit.E.* ſpeciale eſſe putat in
7 petitione hæreditatis. Alii generalius intelligunt, ut ob nimiam contumaciam poſſit etiam verus poſſeſſor ex primo decreto conſtitui v. gr. ſi dicat ſe nolle venire, poſt *gloſſ. hic Men. rem.3. retin. poſſ. n. 185. & ſeq. Coler. de proceſſ. execut. p.3. c.12. n.46.* Sed *Gæld. de ſeqveſtrat. c.2. n.15. & Hill. d.l. hunc §.* de ſecundo decreto intelligunt.

## ad L. Si diu. 8.

*SUMMARIUM.*

*HÆreditas jacens primum decretum patitur, conſtituto etiam curatore.*

SI diu (qvod tempus communiter arbitrio judicis committunt) incertum, ſitne hæres extiturus, poteſt etiam miſſio contra hæreditatem jacentem decerni, & curator conſtitui. *Gail. 2. obſ. 150. n. 8. Arumæus lib. 2. dec. 4. n. 44.* Sed ad ſecundum decretum non venitur, ſed conſtituto curatore proceditur ordinariè. *Zaſius hic n. 4.*

## ad L. Cum legatorum. 12.

*SUMMARIA.*

*MIſſus ex primo decreto verè non poſſidet. n. 1.*
*Excipitur miſſio ex actione reali. 2.*
*Aliæ exceptiones remiſſivè. 3.*

1 MIſſus ex primo decreto tantum habet cuſto-
2 diam, non veram poſſeſſionem. Communiter autem excipiunt miſſionem ex actione reali in rem petitam *arg. l. 2. C. ubi in rem actio l. pen. §. pen. C. de praeſc. 30. ann. Menoch. rem. 3. ret. poſſ. num. 209.* licet ipſe recedat *Coler. de proc. execut. p. 3. c. 12. num. 45. Scaccia de judic. l. 1. c. 96. n. 8. Gail. de Areſtis c. 1. n. 7.* & qvos refert *Hilliger. ad Don. l. 23. c. 12. lit. C.* Alias exceptiones refert *Colerus d. n. 45. & ſeqq.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*CReditori impedito, ne poſſideat bona debitoris, ad qvid teneatur impediens. n. 1.*
*Legatarius ſub conditione herede latitante poteſt petere miſſionem, licet non exiſtat conditio vel poſtea deficiat. 2.*
*Conciliatio §.* ult. h. l. cum l. 6. h. t. *remiſſivè. n. 3.*

QVi prohibet creditorem, ne poſſideat bona 1
debitoris, tenetur ei actione in factum ad intereſſe. Speciale eſt favore ultimarum volunta- 2
tum, ut qvamvis legati præſtatio habeat dilationem temporis, qvia relictum eſt in diem vel ſub conditione, qvod pro eo cavendum ſit, vel miſſio fieri poſſit, licet nulla ſuperveniat cauſa ſuſpicionis. *Molin. de jure primogen. l. 1. c. 15. num. 1. & ſeq. P. Barb. in l. 8. §. interdum n. 38. ff. ſolut. matr.* Imo licet conditio poſtea deficiat in pœnam hæredis, ſpernentis ultimam voluntatem & latitantis. *Zaſ. hic num. 1.*

In *§. ult.* negatur, creditorem conditiona- 3
lem immittendum eſſe, qvod tamen affirm. *l. 6. h. t.* ſed vide *Zaſ. h. t. n. 7. Wiſſenb. th. 3.* & ſuperius notata. *ad l. 7. §. 14. h. t.*

# TITULUS V.

# De rebus autoritate judicis posſidendis vel venundandis.

## Ad L. Venire. 1. & duas ſeqq.

*SUMMARIA.*

*BOna ubi diſtrahenda. n. 1.*
*Ubi conveniri poſſit is cujus bona diſtrahenda. 2. & 3.*

1 VEnire debent bona, ubi qvis defendi debuit, nec obſtat *l. 12. §. pen. h. t.* qvia hæc lex de decreto venditionis loqvitur, *d. §. pen.* autem de executione, qvæ fieri debet
2 in loco rei ſitæ. Sed qværitur: ubi defendi debet? Reſp. *in l. 2 & 3.* ubi domicilium habet, vel ubi contractum eſt. Seu in loco contractus, qvi hic definitur, qvod locus contractus principaliter ille ſit, in qvem ſolutio collata; & ſic non æſtimatur ex initio rei geſtæ, ſed ex ſolutione, in qvam obligatio collata, & ſic ab effectu. *hic & l. contraxiſſe 21. de Obl. &*
3 *Act.* Si vero nihil cautum de loco ſolutionis, locus contractus (qvem in ſpecie ita vocat *Coler. de proc. p. 2. c. 1. n. 51. & ſeqq.*) in qvo res geſta *l. 19. §. 2. de jud.* non verò, ubi confectum inſtrumentum probationis gratia. Secus ſi non aliter, qvam in ſcriptis partes contrahere voluerunt. *Don. l. 17. c. 14. & ibi Hill. l. C. & D. Unm. ad proc. d. 4. n. 5.*

## ad L. Si minor. 5.

*SUMMARIUM.*

*Minor an patiatur decretum ſecundum.*

LIcet minor non videatur fraudationis causâ latitare, poteſt tamen ad decretum ſecundum perveniri, ſive habeat curatorem ſive non; nam illo caſu habet regreſſum contra curatorem, de qvo *Hill. in Don. l. 23. c. 11. lit. P.* Hoc verò ſibi ipſi imputet, qvod non petierit: utroqꝫ tamen caſu datur ex cauſa reſtitutio *l. 9. ff. de Min.*

## ad L. Si non expedierit. 6.

*SUMMARIA.*

*PUpillus poſt immixtionem per reſtitutionem ſe abſtinens acqvirit id, qvod ex venditione paternorum bonorum ſupereſt. n. 1. 3. & 4.*
*Pupillus ſui nomine bona fide ante reſtitutionem geſta revocare non poteſt ſi poſtea abſtineat. 2.*
*Solutio, facta vigilanti creditori, aliis negligentibus, an revocanda. 3.*
*Solutum uni ex creditoribus ſimul inſtantibus etiam bonis non poſſeſſis revocatur. 4.*
*Judex qvatenus uni ex multis creditoribus gratificari poſſit. 5.*

Si pu-

1 SI pupillus ſe immiſcuit hæreditati paternæ, poſt-
ea per reſtitutionem recuperavit jus abſtinen-
di, tunc bona paterna venduntur, & qvod ſuper-
2 eſt, reſervatur pupillo. Si vero anteqvam reſti-
tutionem peteret pupillus vel minor, aliqvid in
judicio vel extra judicium actum eſt nomine pu-
pilli, & qvidem bona fide, poſtea ſi abſtineat, non
revocantur ea, qvæ bona fide geſta. Exemplum
3 habuimus in *l. ex contractu. 44. de Re judic.* Solu-
tio facta uni creditori, altero negligente, non re-
vocatur, ſed utroqve inſtante, in ſubſidium com-
municatur, qvod ſolutum eſt, vel pupillo reſtitue-
4 tur, ſi de ſuo ſolvit. Unde colligunt Dd. ſi duo
vel plures creditores ſimul inſtent, & uni gratifi-
cetur debitor, etiam bonis non poſſeſſis revoca-
bitur ſolutum. *Carpz. p. 1. c. 28. def. 78. Mev. ad Jus
Lubec. l. 3. tit. 1. art. 3. n. 25. & Struvius Exercitat. 44.
th. 77.* præſertim debitor, ſi dubitet, an ſolvendo
ſit, participat de fraude, ſi uni gratificetur. *Hartm.
Piſt. p. 3. q. 20. n. 3.* & ſic pronunciatum à nobis 4.
5 Junii anno 1653. Poterit tamen pendente concur-
ſu etiam gratificatio fieri uni creditori ex decreto
judicis, ſi gratificationis probabilis ratio, ſi ſecuri-
tas præſtatur ſolventi, & aliis creditoribus, qvi for-
tè potiores futuri ſunt, & cautio idonea præſtetur.
*Dn. Mev. p. 3. dec. 141.* aliàs verò gratificationi lo-
cus non eſt, ſed deponenda potius eſt pecunia.
*Dn. Mev. p. 4. dec. 255.*

## ad L. In venditionem. 8.

### *SUMMARIA.*

*MIſſio extenditur qvoq; ad ea bona, qvorum uſumfructum habet debitor. n. 1.*

*Miſſio qvatenus fieri poſſit in bona mariti dotalia vid. 2.*

*Qvomodo fructuarius pro domino habeatur, remiſſivè. 3.*

*Miſſi in bona ex primo decreto officium. 4.*

*In venditione neceſſaria emtor tenetur ſtare locationi debitoris. 5.*

*Qvod extenditur ad rem ex pacto de retrovendendo venditam. 6.*

*Fideicommiſſarius an teneatur ſtare locationi ab herede fiduciario initæ. 7. 8.*

*Conductor non tenetur ſtare locationi à venditore factæ. 9.*

*Si emtio nulla, conductor non tenetur cedere. 10.*

*Conductorem cedere debere emtori cum temperamento aliqvo intelligendum eſt. 11.*

*Creditor immiſſus an pro arbitrio prædium locare poſſit, & qvid ſi plures immiſſi. 12.*

1 MIſſus in bona, etiam in bona ea, qvorum u-
ſumfructum habet debitor, immiſſus intel-
2 ligitur *pr. h. l.* Unde probatur, creditorem in
bona mariti dotalia immitti poſſe, qvamdiu
3 maritus fert onera matrimonii. Qvomodo ve-
ro fructuarius pro Domino habeatur, vid. *Donell.*
4 *lib. 10. c. 2. ht. F.* Miſſus autem in bona ex primo
decreto non debet fundum negligere, ſed debet
fructus vendere vel locare, & ſi debitor locave-
rit ſine fraude, etiam pro minori penſione credi-
tor debet huic locationi ſtare. *Mantica de tac. &
amb. convent. l. 5. tit. 10. num. 25.* Ex qvo Dd. 5
cum Bart. communiter concludunt, qvod in ven-
ditione neceſſaria facta per judicem emtor tenea-
tur ſtare locationi debitoris; contra regulam in *l.
9. C. de locat. Tiraq. de retract. convent. §. 3. gl. 1. n.
15. Carpz. p. 2. c. 37. def. 4. num. 6. & lib. 5. Reſp. 17. n. 19.
Mantic. de tac. & amb. convent. L. 5. tit. 10. num. 10.
& 27. A. Barboſa ad l. 9. C. locati. n. 11. & 26.* Idqve 6
ad rem ex pacto de retrovendendo venditam ex-
tendunt *Berl. p. 2. concl. 45. n. 21. Franzk. ad tit. de
locat. n. 245.* Unde etiam qvidam ſtatuunt fidei- 7
commiſſarium teneri ſtare locationi ab herede fi-
duciario initæ, qvia actiones activæ & paſſivæ in
eum tranſeunt: Sed hoc rectè negant alii; nam
non hæredis, ſed teſtatoris perſonam repræſentat,
& teſtatoris factum præſtat, ut ita ea exceptio de
neceſſario ſucceſſore tam univerſalis non ſit, *Lud.
Molina de jure primogen. l. 1. c. 21. num. 3. Lauterb.
de Loc. §. 1. th. 30.* Sed ab his recedit *P. Barb. in L. 8
ſi fundum. 26. §. fin. num. 5.* nam ratio decidendi
hic non eſt in venditione neceſſaria, qvæ hic fa-
cta non eſt; cùm ex primo tantum decreto im-
miſſus ſit creditor: ſed in eo, qvod plenum do-
minium nondum ſit conſecutus; conſentit hic
*Zaſ. n. 4.* ubi alias regulæ illius, qvod emptor non
teneatur ſtare locationi venditoris, exceptiones
producit, ſed vide *notata ad l. 25. §. 1. & L. 32. ſupra
locati.* Sed communis tamen ſententia ex argu-
mento hujus videtur probari poſſe. Ex ſuperiori 9
regulâ, qvod emptor non teneatur ſtare locationi
à venditore factæ, colligit *Dn. Mev. p. 5. deciſ. 20.*
qvod nec conductor teneatur ſtare locationi à
venditore factæ, ſi res à locatore in alium transla-
ta per venditionem, vel alium contractum, qvia
correlatorum eadem ratio, & non debet claudi-
care contractus. Aliter limitat illam regulam, vel 10
declarat potius *Dn. Mev. p. 5. dec. 33.* ſi emtio
nulla; nam tunc conductor exceptione juris ter-
tii, qvæ intentionem actoris planè elidit, rectè ſe
defendere poteſt. Illud etiam pro declaratione 11
ſuperioris regulæ notandum, qvòd licet emtori
cedere debeat conductor, id tamen non ita accipi-
endum, qvaſi ſtatim, fortè fructibus nondum col-
lectis, vel iis collectis ſtatim è prædio diſcedere de-
beat; nam hoc civiliter intelligendum eſt, qvan-
do commodè diſcedere poteſt, & ſic cum tempe-
ramento aliqvo. *Dn. Mev. p. 5. dec. 340.* Creditor 12
autem locat prædium pro arbitrio, modò dolus
abſit, ſi autem plures ſint immiſſi creditores, pote-
rit per unum, cui hoc cæteri commiſerint, vel per
judicem locari prædium, qvi creditoribus diſſi-
dentibus partes ſuas interponet.

## ad L. Prætor ait. 9.

### *SUMMARIA.*

*IMmiſſus qvando fructus lucretur. n. 1. & 3.*

*Pœna, occaſione rei percepta, cui debeatur. 2.*

Immiſ-

*Immiſſio ob exigendam ſolutionem qvando decerni debeat. 4.*
*Creditor immiſſus expenſas repetit, etiamſi utilitas non exſtet. 5.*
*Debitore ſolvente, fructus à creditore immiſſo percepti computandi. 6.*
*Qvæ actio creditori ob impenſas competat. 7.*
*Qvam culpam creditor immiſſus præſtet. 8.*
*Qvalem Curator. 9.*
*Incendium culpa poſſeſſoris non præſumitur. 10.*
*Creditor ob contumaciam poſſidens melioris conditionis eſt, qvam qvi ex conventione. 11.*
*An creditor ad fructus non perceptos teneatur? 12. ſeqq.*
*Creditor tantum in rationes referre tenetur, qvanti locari poteſt prædium. 15.*
*Creditor immiſſus poſſeſſione non utendo, an jus ſuum amittat. 16. 17.*
*Actio in factum hoc caſu qvotuplex. 18.*

1 IMmiſſus ex primo decreto debet reſtituere fru-
ctus, & qvicqvid pœnæ nomine v. gr. compro-
2 miſſi, ab alio occaſione rei exegit. Qvod de
pœna autem hic dicitur, ejus rei aliqvot exce-
ptiones recenſet hic *Zaſius* 1. ſi ob contumaciam
perſonæ pœna ſoluta. *L. at ubi. 24. de petit. hæred.*
2. ſi conventionalis pœna ſoluta. 3. ſi is, cui res
reſtituenda ob furtum pœnam perſolvit, *l. 22. pr.
de pign. act.* 4. ſi ex contractu conſeqvar pœnam
3 ob deminutum meum commodum. Qvod *Zaſius*
hic pluribus declarat. Sed notandum, dupli-
cem eſſe immiſſionem moribus noſtris; 1. cuſto-
diæ tantùm, ob contumaciam, & de hàc intelligen-
da Lex hæc eſt; altera fit ob exigendam è bonis
ſolutionem, & hæc fructus transfert in credito-
4 rem, donec debitum ſolutum. Et hæc eſt ſpecies
effectivæ executionis, & fieri non debet, niſi liqvi-
dato debito, & ſi ſemel liqvidatum, ad novam li-
qvidationem creditor compelli non debet. *Dn.
Mevius part. 1. dec. 206.*

5 In *§. 2.* hujus legis dicitur, impenſas in
rem à creditore erogatas ei eſſe reſtituendas,
licet nulla impenſæ ſit utilitas v. gr. ſi villam
refecit; & ea nihilominus collapſa. Et ita
in cuſtodia ex primo decreto excuſatur eroga-
tio immoderatior, vel cum culpa facta, ſed ſi-
ne dolo. *Zaſius hic numer. 2.* ubi addit ratio-
nem: qvia ex neceſſitate cuſtodit rem, in qvam
immiſſus eſt, & qvidem ob contumaciam debi-
6 toris; ſecus in pignore conventionali. Si i-
gitur debitor ſolverit & ita immiſſioni finem
impoſuerit, aut curator bonis diſtrahendis da-
tus ſit, in computationem veniunt fructus à
creditore percepti, qvi debitori, aut curatori
7 ſolvendi. Et è contrario impendia in prædium
facta reſtituenda creditori, qvod in *§. 3. & 4.*
exemplis declaratur, & datur creditori non
qvidem negotiorum geſtorum actio, qvia ne-
ceſſariò impendit, ſed actio in factum utilis, vel
pro ſocio. In prædiis, in qvæ ſum immiſſus, 8
ſi damnum datum fuerit, ſolus dolus & culpa
lata a creditore præſtanda erit debitori, non
verò culpa levis, ut in pignore conventiona-
li, *§. 5. h. l.* qvia non ſum immiſſus ad poſſiden-
dum vel adminiſtrandum, ſed ad inqvietan-
dum debitorem. *Gloſſa. ad d. §. 5. Klock. t. 3. conſ.
169. numer. 23. Molin. ad conſvet. Pariſienſ. tit. 1. §.
6. gloſſ. 6. num. 12. Neguzant. de pignor. membr. 2.
part. 3. num. 34. Zaſ. ad h. §. tom 3. Koppen. dec. 38.
numer. 45.* Eadem ratio curatoris, cui nomine 9
creditoris data poſſeſſio, per *hunc §.* ſcil. ut de-
bitori latam tantùm culpam, creditoribus au-
tem levem etiam culpam ex conducto præſtare
teneatur. *Weſſenbach. ad tit. 8. hujus libri th. 15. pag.
279.* Collige, incendium non præſumi factum 10
culpa poſſeſſoris. *Zaſ. hic numer. 4.* Et pejo- 11
rem eſſe conditionem creditoris ex conventione
poſſidentis pignus, qvam qvi ex contumacia
debitoris poſſidet. *Zaſ. hic num. 5.* & curato-
rem bonorum æqviparari creditoribus, ut tan-
tùm de dolo & culpa lata teneatur *Zaſius d. l.*
Collige ex *h. l.* immiſſum creditorem non præ- 12
ſtare, niſi dolum & culpam latam, qvæ illi ſem-
per æqviparatur in civilibus; Sed obſtare vi-
detur *l. 2. C. de pignor. act.* ubi dicitur, præſtare
eum debere fructus, qvos non percepit, ſed per-
cipere potuit. *Mantic. de tacit. & amb. convent.
l. 10. tit. 8. numer. 5. & 6. Neguzant. de pignor. p. 5.
m. 5. numer. 1. Heſſer. de nat. red. loc. 1. num. 48.* Sed 13
hæc non ſunt contraria, qvia tenetur qvidem
de fructibus, qvos percipere potuit, ſed per la-
tam culpam non perceptis. Vel dici poteſt, 14
creditorem immiſſum ob contumaciam, la-
tam culpam tantùm præſtare, ſed creditorem
percipiendorum fructuum cauſa immiſſum præ-
ſtare culpam levem, ut aliàs adminiſtrator qvivis
ad eam culpam præſtandam obligatus eſt. Si cre- 15
ditor tantum non referat in rationes, qvanti loca-
ri potuiſſet, ſuperfluum tenetur præſtare; ſecus
ſi tantum intulerit, & reſtituat debitori: & præ-
ſtatur id damnum tamdiu, qvamdiu in poſſeſſio-
ne fuit; nam qvando deſeruit poſſeſſionem, non
tenetur *§. 6. h. l.* Collige ex *h. §.* ſi immiſſus cre- 16
ditor non utatur poſſeſſione, non propterea a-
mittere eum beneficium Prætoris, niſi per bien-
nium id fiat. *l. fin. C. h. t.* nec ſi deſerat, amittit
beneficium, niſi animo relinqvendi jus ſuum
diſcedat. Sed in immiſſione in ædes ruinoſas a- 17
liud eſt, ubi ob diſceſſum amittit jus; niſi id fiat
ex metu, & qvia periculum non averruncandum,
per *l. 15. §. penult. ff. de damno infecto. Zaſius in d.
§. penult. tom. 3. p. 74. & ad h. §. numer. 6.* De- 18
mum actio in factum, qvæ debitori datur con-
tra creditorem, eſt duplex: alia civilis ſc. ad
fructus; alia pœnalis ex dolo; Et hæc an-
nalis eſt, & ad hæredem non tranſit *§. penult.
& ult. h. l.*

ad

## ad L. Cum unus. 12.

*SUMMARIA.*

*UNius creditoris miſſio in bona, latitantis, prodeſt reliqvis, qvi ejusdem ſunt conditionis. n. 1.*

*Hæc immiſſio ſolutione debiti uni facta non tollitur. 2.*

*N. 1. fallit in pignore judiciali & in hypothecariis immiſſis. 3.*

*Reg: Qvi prior tempore &c. an qvoq; in pignore Prætorio locum habeat. 4. 5.*

*An unus immiſſus, ſi alius etiam impetret immiſſionem, habeat appellandi facultatem? 6.*

*Qvomodo hic conſulatur poſteriori immittendo. 7.*

*Decretum de immittendo non porrigitur ad bona debitoris, alibi extra territorium ſita. 8.*

*Prædium qvod poſſideri non poteſt, rectè dicitur non eſſe, qvod poſſideatur. 9.*

*Emphyteutæ fundo uti non valens habet remiſſionem canonis. 10.*

*Is, qvi à judice decreto facto realiter ob temporum injurias immitti non poteſt, pro realiter immiſſo habetur. 11.*

1 UNo ex creditoribus in bona latitantis immiſ-
ſio, cæteri qvoqve, qvi ſunt ejusdem conditio-
nis, immiſſi intelliguntur, qvæ immiſſio ſolutione
2 debiti uni facta non tollitur; qvia ſcil. hoc pri-
mum decretum eſt in rem, & non tam datum re-
ſpectu perſonæ impetrantis, qvàm reſpectu bono-
rum latitantis, & ſic primò immiſſus tantùm ja-
3 nuam aperit poſtea venientibus; qvod fallit in
pignore judiciali, arg. *l. 3. C. qvi pot. in pign. & ibi
Bald. Rauchbar. p. 2. q. 9. n. 39. & ſeq.* & fallit in hy-
pothecariis immiſſis. *Neguz. de pignor. m. 2 p. 3. n.*
4 *10.* Plures fallentias habet hic *Zaſius.* Sed hodiè
regulam, qvi prior tempore &c. etiam in pigno-
re prætorio locum habere putant *Gudelm. de jur.
Noviſſ. lib. 4. cap. 8. Ant. Faber in cod. ſuo tit. de bon.
author. jud. poſſ. def. 19. & 21. Dn. Struv. Exerc. 26.
th. 29. Wiſſenb. vol. 1. diſp. 4. th. 5.* cum qvibus ex
5 parte ſentire videtur *Dn. Mev. p. 4. dec. 109.* qvod
qvi prior immiſſus ex pignore partim prætorio,
partim judiciali, in fructibus præferendus ſit ei, qvi
poſtea immittitur, donec hic de potiore jure ſuo
docuerit, ſed *p. 5. dec. 3.* diſtingvit inter pignus præ-
torium, qvod nudæ cuſtodiæ causâ tantùm conſti-
tuitur, & inter illud, qvod conſtituitur à Prætore,
qvi poſſeſſionem & uſum contulit, ut non qvidem
in illo, ſed tamen in hoc regula; qvi prior tempo-
6 re &c. locum habeat. Sed qværitur: An unus im-
miſſus, ſi alius etiam immiſſionem impetret, habeat
appellandi facultatem? negat hoc *Dn. Mev. p. 4. dec.
85.* qvod intelligo de eo caſu, ubi altera immiſſio
fit citra præjudicium prioris; nam ſi prior pro
qvantitate debiti ſit immiſſus, & qvidem ex ſecun-
do decreto, non videtur ſecunda fieri poſſe ſine
7 prioris præjudicio ratione fructuum; Sed poſte-
rior immittendus habet duo media 1. ut poſſit pri-
ori offerre ſuum debitum, aut ut petat excuſſio-
nem bonorum, & ex iis tantum, qvantum ſuffi-
cit prius immiſſo, adſignari, in reliqva ſe immit-
ti. *Dn. Mev. p. 4. dec. 212.* Decretum de immit- 8
tendo non porrigitur ad bona debitoris, alibi
extra territorium ſita, licet ille judex rogari poſ-
ſit, ut exeqvatur decretum. Si prædium ſit inun- 9
datum, aut propter latronum potentiam poſſide-
ri non poſſit, rectè dicitur non eſſe, qvod poſſi-
deatur: Ex qvo Dd. communiter probant, Em- 10
phyteutam non teneri ad canonem ſolvendum,
ſi fundus ab hoſtibus occupatus ſit, & ab Emphy-
teuta coli non poſſit. *Fachin. l. 1. controv. 90. Don. l.
9. c. 14. lit. M. & ibi Hillig. Carpzov. p. 2. c. 38. def.
19. & lib. 1. Reſp. 91. Gail. 2. obſ. 23. num. 23.* ut no-
tavi *in l. 1. C. de jure Emphyt.* Colligitur etiam
ex *hoc §. & l. ſeq.* Si creditor immiſſionem pe- 11
tat, & judex decernat, ſed realiter immittere cre-
ditorem neqveat, ob hoſtilem exercitum, vel la-
trones, vel factum ipſius debitoris, vel qvia alii
immiſſi eum admittere nolunt, qvod tunc pro
realiter immiſſo habeatur. *Carpzov. p. 1. dec. 36. n.
6. & ſeq. qvi num. 8.* idem eſſe tradit in mora judi-
cis, ſi per eum ſtet, qvo minus immiſſio realiter
facta. vid. *not. ad l. 26. §. 1. de pignor. act.*

## ad L. Cum plures. 15.

*SUMMARIA.*

*MIſſi in bona poſſunt inventarium documentorum facere eorumq; copiam deſcribere. n. 1.*

*An is, qvi ſemel recognovit documentum, poſſit novam recognitionem petere. 2.*

*Recognitionem documentorum nec J. C. incognitam eſſe probatur. 3.*

*Proceſſus executivus ex inſtrumento recognito originem ſuam debet ſtatutis. 4.*

*Reus ſubſcriptionem jurato negans qvatenus abſolvatur. 5.*

*Actor diffeſſione facta intentionem ſuam ordinario proceſſu probare debet. 6.*

*Inſtrumenti fide approbata verbis vel factu vel exceptione opus non eſt. 7.*

*An recognoſcere juſſus ob non factam mentionem diffeſſionis juratæ juſtam habeat gravaminis cauſam. 8.*

*Recognitio ſpeciale mandatum reqvirit. 9.*

*Nec admittitur cohæres cum cautione de rato. 10.*

*An iſte, cujus documenta ob contumaciam pro recognitis habentur, ad alias exceptiones admittendus. 11.*

*Recognitio etiam reqviritur in ſummariſſimo proceſſu. 12.*

*Recognitione non eſt opus, ſi teſtibus probare velit producens. 13.*

*Recognitione non eſt gravandus reus, ſi nihil relevet. 14.*

*Qvando juramentum veritatis, qvando credulitatis, ſi juramento negetur recognitio manus. 15.*

*Qvomodo recognoſcenda ſcriptura in peregrina lingva. 16.*

*Qvid ſi documenta alibi exiſtant, & ſine magno periculo ad locum transferri non poſſint. 17.*

In hâc

1 IN hâc Lege dicitur, creditoribus in poſſeſſionem
bonorum debitoris miſſis, permittendum eſſe
facere inventarium documentorum, & copiam in-
ſtrumentorum ſummariè deſcribere & per capita;
2 qvi verò ſemel exemplificavit, aut recognovit do-
cumentum, ei non licet ultrò novam recognitio-
nem petere; niſi de calumnia juraverit, & non
plus, qvàm bis conferantur, de novo productione
inſtrumentorum petita. *L. 21. C. de fide inſtrum. &*
3 *ibi notata.* Ex hâc Lege probatur, recognitionem
documentorum nec jure civili eſſe incognitam;
4 ſed hoc paſſim per ſtatuta locorum introdu-
ctum, ut ſi inſtrumentum ſit recognitum, exe-
cutivè ex eo procedatur, ſin autem reus jurato
5 diffiteatur ſubſcriptionem (daß es ſeine Hand
und Siegel nicht ſey/ oder daß er nicht kenne die
Hand und Siegel) ut tunc, niſi actor ſuam
intentionem aliter probaverit, abſolvatur reus,
de qvo *Ord. Cam. p. 1. tit. 30. & Dd.* præſertim
fori Saxonici paſſim, poteſt videri poſt alios
Proceſſus *D. Friderici à Dn. D. Nicolao nuper e-*
6 *ditus, c. 53.* Si autem diffeſſione facta velit inten-
tionem ſuam probare actor, fiet proceſſus or-
7 dinarius *Dn. Mev. p. 3. dec. 172.* Si verò pars ver-
bis vel factis vel excipiendo, ita ut hoc fidem
documenti præſupponat; fidem inſtrumenti ap-
probaverit, non eſt opus, ut recognitio adhuc
8 fiat *Dn. Mev. p. 4. dec. 64.* Qvid ſi jubeatur ali-
qvis recognoſcere nulla mentione facta diffeſ-
ſionis juratæ, an hæc juſta gravaminis cauſa?
Hoc rectè negat *Dn. Mev. p. 4. dec. 147.* poteſt
enim evenire, ut non ſit opus diffeſſione, ut ſi
recognoſcat, vel non diffiteatur, vel ad reco-
9 gnitionem citatus non compareat. Recogni-
tionem autem ſpeciale mandatum reqvirere
notum eſt, qvia inſtar confeſſionis eſt. *l. 25. §. fin.
de probat. vid. Finckelthaus obſ. 110. q. 2.* ubi alios
citat *numer. 24. Carpzov. p. 1. c. 17. def. 18. numer. 4.*
10 *& def. 43.* Imò nec cohæres recogniturus cum
cautione de rato admittendus, per tradita
11 *Carpzov. p. 3. dec. 206.* Si autem ſub pœna juſſus
recognoſcere nolit, & ita poſtea documenta pro
recognitis habeantur, qværitur an iſte contu-
max ad alias exceptiones admittendus ſit? Vi-
detur qvod non ob contumaciam, ſed affirm.
nam ſi recognoviſſet, hoc factum fuiſſet ſalvis
exceptionibus, ergò ficta recognitio ulterius
progredi neqvit. *Carpzov. p. 3. dec. 235. num. 16. &*
12 *seqq.* Et illam recognitionem etiam in pro-
ceſſu ſummariſſimo reqviri, tradit *Finckelt. obſ.
117. numer. 8.* qvia regula eſt, qvòd ex documen-
tis nulla detur executio, niſi prius recognita. *Fri-
derus de Mand. l. 2. c. 74. num. 2. & c. 75. n. 6. Berlich.
p. 1. concl. 44.* cui regulæ tamdiu ſtandum, donec
13 probetur contrarium. Sanè non opus erit reco-
gnitione, ſi teſtibus velit probare producens,
fortè qvod fides juraturi ſuſpecta. *Carpz. p. 2. conſt.
17. d. 14.* vel qvando à teſtibus ſubſcriptum docu-
mentum, qvi recognoſcere valent *Carpz. d. conſt.*
14 *17. def. 24.* Vel ſi nihil relevet, tunc enim recogni-
tione gravandus non eſt reus. *Carpz. def. 25.* Si qvis
diffiteatur juramento recognitionem manus ſuæ, 15
juramentum erit veritatis; manus alienæ, erit
credulitatis. *Carpz. dec. 38. n. 7. & ſeq.* Sed qvid ſi 16
recognoſcenda ſit ſcriptura in peregrina lingva?
Reſp. per interpretes juratos ea in vernaculam
vertenda, aut per Notarium etiam juratum. *Carpz.
p. 3. dec. 234.* Et ſi documenta alibi exiſtant, & ſine 17
magno periculo ad locum transferri non poſſint,
etiam alibi coram Commiſſariis fieri poteſt reco-
gnitio, ut judicatum refert *Carpz. p. 3. dec. 235. n. 6.
& ſeq.* Plura de recognitione apud *Carpz. p. 1. conſt.
17. per totam. aliosq;* & conferri poſſunt, qvæ hac
de re propoſui in *Proceſſu Civ. cap. 19.* ſparſim.

## ad L. Cum bona. 16.

### *SUMMARIA.*

*IN bonis individuis debitoris emendis creditor præfertur aliis licitantibus, ſi idem pretium offerat. n. 1.*

*Creditoribus hic pluribus concurrentibus, is præfertur, qvi ſimul eſt cognatus debitoris. 2.*

*Creditor tantum, præfertur tantum cognato. 3.*

*Inter plures creditores non cognatos præfertur is, qvi eſt creditor majoris ſummæ. 4.*

*Occaſione hujus adducitur diſputatio agitata inter novercam & privignum. 5.*

*Proximus agnatus feudi venditioni ſe opponens non auditur, niſi creditoribus ſatisfacere, aut qvod alius offert, præſtare velit. 6.*

*Ubi ſtatutum receptum, ut proximus cognatus intra annum prædium avitum retrahere poſſit, ſufficit pretium promittere. 7.*

*In March. Elect. Brandeb. Sculteti pagani filius natu minimus conſeqvitur feudum ruſticum patris, ſtatuto ſimul jure retractus intra annum. 8.*

*Ubi ſtatutum, ut non poſſit qvis retractu conſangvinitatis uti, niſi jus Civitatis adqviſiverit, retrahenti debet injungi qvalificatio perſonæ ut jus Civitatis qværat. 9.*

*Qvi hic retrahere vult animo vendendi alteri, non admittitur. 10.*

*Qvid ſi dubitetur de animo retrahentis. 11.*

*Cives privilegiati an utantur jure retractus. 12.*

*Si bona locanda, an præferendus debitor. 13.*

*An creditor pacto protimiſeos munitus præferendus ei, qvi licitatus eſt, & qvi licitando vicit. 14.*

*In re individua emenda heres cum legatario concurrens præfertur legatario. 15.*

*Heres de familia præfertur extraneo. 16.*

*Præfertur etiam, qvi potiora jura & majorem partem in re dividenda habet. 17.*

*Qvando hæc procedant vid. 18.*

*Vidua præfertur prædefuncti mariti liberis. 19.*

*In March. Brand. Elect. ſuperſtitibus conjugibus relinqvuntur immobilia & liberis pretium. 20.*

*In hac obſervatione non nihil iniqvitatis latitare videtur. 21.*

*Ratio hujus obſervationis. 22.*

*Obſervatio hæc reſtringitur ad prædia ruſtica. 23.*

*Alia*

*Alia conſtitutio Electoralis huic obſervationi repugnans adducitur & præfertur. 24.*
*In diſtractione per ſubhaſtationem primus licitator, offerens augmentum, qvod alii obtulerunt, præfertur. 25.*

1 QVando bona debitoris ſunt diſtrahenda &
res ſine deterioratione aut injuriâ alterius
dividi non poteſt, & alii licitati jam ſunt, (nam
creditor primò licitari non debet, *l. 2. C. ſi in cauſa judicati*) & jam ita licitatio eſt facta, creditor
præfertur aliis, ſi idem pretium offerat, cùm jam
nihil interſit debitoris. Ex *Ant. Fabro lib. 5. con-*
2 *ject. c. 15. Hilliger. in Don. l. 23. c. 14. lit. D.* Sed
ſi concurrat cum aliis crediroribus, is debet præ-
ferri, qui ſimul eſt cognatus debitoris. *Berlich. p.*
3 *2. d. 30. n. 11. & ſeq.* Et qui creditor tantum eſt,
præfertur tantum cognato, *Salgado in Labyrintho*
4 *p. 2. c. 2. num. 14.* Et inter plures creditores præ-
5 fertur is, qui eſt creditor majoris ſummæ. Hinc
novercæ lis cum privigno de bonis immobilibus
paternis: illa nitebatur hac ratione: quia habe-
bat majorem partem reſpectu illatorum. Hic
verò allegabat 1. quod legitima non poſſit in im-
mobilibus præcisè aſſignari arg. *l. 32. C. de inoffic.
teſt. Beſold. conſ. 197. n. 9. Vult. Marp. conſ. 29. num.
125. vol. 1. Gratianus diſc. for. 404. in fine.* Deinde
æqvius ſemper viſum avita bona filio aſſignari, ſi
ſolvere pretium poſſit, *Prukman. vol. 2. conſil. 20.*
6 *n. 7.* & ita menſe Majo anno 1659. reſponſum. Et
licet proximus agnatus feudi venditioni velit ſe
opponere, ſive alius cognatus, nunquam tamen
audientur, niſi creditoribus ſatisfacere, aut quod
alius offert, præſtare velint, *Dn. Mev. p. 2. d. 172.*
7 Eſt ſtatutum paſſim locorum receptum, ut proxi-
mus cognatus intra annum poſſit retrahere præ-
dium avitum in Jure Saxon. Lubec. & ubi etiam
Jus commune viget, ubi ſufficit pretium promit-
8 tere, *Carpz. dec. 71.* In Marchiâ Brandenburg.
habemus ſtatutum, ut Sculteti pagani filius natu
minimus conſequatur feudum ruſticum patris,
quod Jus reſtrictum ad annum; intra quod tem-
pus revocare poteſt. Simile ſtatutum in Bremenſi
Ducatu, ni fallor, relativè allegat. *Dn. Mev. p. 5.
dec. 23.* ubi id etiam ad annum reſtringit: & ſic et-
iam in noſtro ſtatuto Marchio procederet, ut ma-
jorennis filius natu minimus poſt annum revoca-
9 re à fratre non poſſit. *Schepl. p. 3. tit. 2. §. 17.* Sunt
alicubi ſtatuta, ut non poſſit quis retractu conſan-
gvinitatis uti, niſi jus civitatis acquiſiverit, das
Bürger-Recht genommen / quo caſu retrahenti
injungenda qualificatio perſonæ, ut Civitatis Jus
quærat, non verò eſt neceſſe, ut ipſe inhabitet, ſuffi-
cit, ſi locare velit, modò non animo vendendi re-
10 trahat; nam hoc caſu non ſibi, ſed alii retraheret,
illo caſu ſibi, dum per conductorem poſſidet &
11 fruitur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 267.* Et quando dubium eſt,
debet retrahens jurare, quod ſibi retrahere velit,
& non alteri; præſertim ſi alibi domicilium jam
habeat, id non deſerturus. *Dn. Mev. p. 5. d. 268.*

Nec cives privilegiati, Nobiles, Doctores &c. à 12
jure retractus arcendi, qvia licet non ferant onera,
privilegiorum tamen civium capaces ſunt, nec id
in eorum præjudicium extendendum, qvod ipſo-
rum favori datum eſt. *Dn. Mev. p. 5. dec. 269.* Sed 13
qværitur: ſi bona locanda, an præferendus debi-
tor? hoc ex æqvitate videri poſſet, ſed ſine lege.
*Dn. Mev. p. 1. dec. 207.* Qværitur etiam, an ſi qvis 14
pacto protimiſeos munitus creditor, ei, qvi licita-
tus eſt, & qvi licitando vicit, præferendus ſit?
R. ſi intra tempora ſubhaſtationis veniſſet, nullum
mihi dubium eſt, qvin audiri debeat, cæteris pa-
ribus, ſi idem, qvod alii emptores offerant; nam
hæc Lex, ut apparet ex rubro, de venditione ſub
haſtâ, intelligenda. *Berlich. dec. 98. n. 4.* ſed qvan-
do licitator jam licitando vicit, qvia per edictum
omnes empturi citati, & ita etiam creditor hoc Jus
habens, ideò Jus protimiſeos allegari neqvit, ut
probat pluribus *Berl. d. l.* Sunt & alia exempla, 15
in qvibus in re individuâ alius alii præfertur, ut
hæres cum legatario concurrens, præfertur lega-
tario partis bonorum. *L. Non amplius. 26. §. fin. de
leg. 1.* Hæres qvi eſt de familia præfertur extraneo 16
*Berlich. p. 2. dec. ult. n. 5.* Et qvi plura & potiora
jura habet. *Berlich. d. l. num. 10.* Et qvi majorem 17
partem habet in re dividendâ. *l. 34. §. 2. ff. de do-
nat. Berlich. n. 24.* Sed ille plura exempla habet 18
eorum, qvi in licitatione rei alios vincunt, ſi cæ-
tera ſcilicet paria, & in pretio oblato conveniant,
nam alias præfertur is, qvi pluris licitatur. *Berlich.
d. l. num. 35.* Sic & vidua præfertur mariti præde- 19
functi liberis. *Berlich. d. l. n. 45. & ſeqq.* Sic in 20
Electoratu Brandenburgico viduo ſolent relinqvi
immobilia & liberis pretium, pro parte in certis
terminis ſolvendum, ex obſervatione, qvam ad-
ducit *Schepliz. de conſvet. March. p. 3. tit. 2. §. 17.*
qvod intelligo ſecundum verba ſtatuti, ſi commo-
dam diviſionem non admittant. Putavi tamen, 21
ſi dicere & animi ſenſa explicare mihi concedere-
tur, nonnihil iniqvitatis in tali conſvetudine (ſi
ea, de qvo dubito, invaluit) latitare, qvia ita bo-
na avita in aliam atq; aliam familiam transferun-
tur: Et ſi qvis memoria repetat familias in urbi-
bus, videmus qvomodo per hoc ſtatutum bona
parentis, avi &c. liberis auferantur, & v. gr. ad
viduam veniant, qvæ poſtea iſta ſuo ſecundo ma-
rito legat, vel liberis ſecundi matrimonii relin-
qvit. Sed id ex eo eſt, qvod in Marchia Branden- 22
burgica dimidia bonorum ad ſuperſtitem conju-
gem pertineat, & ita conjux relicta qvadruplo vel
triplo vel duplo plus in fundo habeat, qvam libe-
ri ſinguli. Dato uno inconvenienti ſeqvuntur
plura. Verùm videtur etiam illa adducta obſer- 23
vatio de prædiis ruſticis loqvi, & repugnare vi-
detur Conſtitutioni Electorali von Erbfällen zwi-
ſchen Ehe-Leuten in fine. Ubi habetur, qvòd ex 24
reciprocis donationibus Conjugum, eorum et-
iam, qvi liberos non habent, neuter conſeqvi de-
beat invitis hæredibus ſucceſſoribusq; ipſa bona
immobilia, quæ ei defunctus conjux vel dona-

verat vel reliqverat. Sin itaq; hoc juris eſt, qvi fieret, ut ædes, qvas maritus inhabitaret, liberis remotis atq; excluſis, novercæ adjudicaremus? Ita verbis utor Celeberrimi *Pruckmanni olim Cancellaris lib. 1. conſ. 26. num. 10. & 11.* ſecundum qvam ſententiam in Facultate contra vitricum pro privignis, qvorum Majorum ædes fuerant, pronun-
25 ciatum memini. Adnotandum etiam, in diſtractione per ſubhaſtationem primum licitatorem, ſi idem augmentum, qvod cæteri obtulerunt, offerat, aliis eſſe præferendum, *Carpz. p. 3. dec. 272. num. 3.* modò id fiat ſubhaſtatione præmiſſa. *Carpz. d. l. num. 6.*

## ad L. Qvæſitum. 17.

### *SUMMARIA.*

*PRivilegium, qvod impenſis funebribus competit, an extendendum ad funera conjugis & liberorum debitoris. n. 1. & 2.*

*Sponſa ratione dotis ante nuptias illatæ habet tantum privilegium perſonale. 3.*

1 PRivilegium, qvod impenſis funebribus competit, non tantùm de ipſo funere debitoris, ſed etiam conjugis & liberorum ejus intelligendum. *Carpz. p. 1. conſt. 28. def. 40.* idq; etiam jure Civili confirmat *Dn. Mevius p. 2. dec. 222.* licet jure Saxon.
2 ſecus. Sed ibi Dn. Mevius ad funeris deductionem patre & marito vivente reſtringit; nam poſt mortem & excitatum concurſum, tunc demum liberi ex bonis ſepeliendi, ſi ſint hæredes patris; non verò, ſi ſint creditores, & utantur jure retentionis.
3 Licet ſponſa ratione dotis ante nuptias illatæ privilegium tacitæ hypothecæ in bonis ſponſi non habeat, habeat tamen privilegium perſonale, ut chirographariis debitoribus præferatur. *§. 1. h. l. Hartm. Piſt. obſ. 110. & Carpz. p. 2. Juriſpr. conſt. 24. def. 5.* Fateor tamen, hanc eſſe qvæſtionem valde dubiam. Videatur hac de qvæſtione etiam agens Vanderanus *de privil. creditorum cap. 4.* ſed cum raro dos ante nuptias ſolvatur, ideò non multum laborarunt Dd. in hoc puncto; qvamvis ratio, qvæ in *lege ſeq.* habetur, etiam prærogatæ doti videatur competere.

## ad L. Dabimusqve. 19. & L. ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*PRivilegium pupilli in bonis tutorum datur etiam contra protutores & curatores debilium perſonarum. n. 1.*

*Qvod intelligitur in textu de privilegio perſonali. 2.*

*Hoc beneficium in bonis curatoris abſentis locum non habet. 3.*

1 PRivilegium, qvod pupilli habent in bonis tutorum, datur etiam contra protutores & curatores debilium perſonarum. *Zaſ. hic & Berlich. part. 1. concl. 67. n. 21. Neguz. de pign. m. 4. p. 2. princ. n. 7. & Dn. Richter. de priv. cred. diſſ. 8. p. mihi 215.* Sed ſermo hic videtur eſſe de perſo- 2
nali privilegio, dum dicitur, pupilli hæredi id non competere; nam hypotheca realis, qvam leges Codicis dant pupillo in bonis tutorum & curatorum, utiq; ad hæredes tranſit. Sed in bonis cu- 3
ratoris abſentis hoc beneficium perſonale non habet locum. *Carpz. dec. 135.*

## ad L. Si ventri. 24.

### *SUMMARIA.*

*IN bonis curatoris ventri dati qvatenus locum habeat privilegium. n. 1.*

*Credens ad ædificia reficienda privilegium habet. 2.*

*In bonis depoſitarii deponens habet privilegium perſonale, ubi ſimul ordinem ipſius vid. 3.*

*Qvid ſi res depoſita adhuc exiſtat. 4.*

*Regula, qvod dominus omni creditore ſit potior, limitatur. 5.*

*Deponens uſuras ſtipulans non fruitur privilegio. 6.*

*Secus, ſi ex natura contractus uſuræ debeantur. 7.*

*Ceſſante una ratione non ſtatim ceſſare alteram, colligitur. 8.*

*Qvatenus iſte, cujus pecunia credita ad creditores privilegiatos pervenit, in horum locum ſuccedat. 9.*

*Caſus ex hoc capite deciſus adducitur. 10.*

*Qvid ſi pars pecuniæ creditæ tantum pervenerit ad anteriorem creditorem, an poſterior creditor concurrat cum anteriore in hypothecâ. 11.*

*Creditor hypothecarius, ſi pecunia pervenit ad creditorem hypothecarium vel ad immiſſum ſuccedit in horum jus. 12.*

*Creditores, qvorum pecunia pervenit ad creditores paternos, qvatenus gaudeant jure ſeparationis. 13.*

*Mulier, cujus pecunia dotalis ſolvitur creditori, conſeqvitur jus creditoris ſine ceſſione. 14.*

*Regulariter aliàs hic ceſſio reqviritur. 15.*

*Alii caſus recenſentur, ubi jus ſucceſſionis in alterius locum in hâc materiâ locum habet. 16.*

*Conceditur jus fiſci qvæſtori ſolventi debita fiſco non exacta à debitore fiſci. 17.*

*An ſi ſervo in aurem dominus qvid dixerit, & mox ſervus aliqvem interficiat, ſervus hoc mandatu domini feciſſe videatur? 18.*

CUrator ventri ſi datus, in ejus bonis datur 1
privilegium, ſi partus naſcatur, aliàs non. Ad 2
ædificia reficienda, qvi credidit habet privilegium, de qvo alibi ſæpius actum. Sed in §. 2.
agitur de depoſitario. Nam in bonis depoſita- 3
rii deponens habet privilegium perſonale, ita tamen, ut poſtponatur privilegio pupilli, & pecuniæ ad refectionem domus mutuò datæ *P. Barb. l. 23. §. fin. n. 34. ff. ſolut. matr.* Aliud autem eſt, 4
ſi res depoſita adhuc exiſtat; nam in hâc deponens jure dominii omnibus creditoribus præfertur, de qvo caſu *l. 7. §. 2. ff. depoſiti* intelligit *Carpzov. p. 1. c. 28. d. 150. Dn. Richter de privil. diſſ. 11. p. 315. Salgado in Labyr. p. 1. c. 11. n. 106. & ſeqq.* conf. *Franzk. ad tit. ff. qvi potiores. n. 56. Donell.*

l. 23.

5 *l. 23. c. 15. & ibi Hilliger. lit. I.* Sed hanc regulam,
quòd dominus omni creditore ſit potior, limitat
*Dn. Mevius p. 3. dec. 351.* niſi ſit legatarius, qui qui-
dem dominus eſt, ſed creditoribus non præfertur.
6 Ex *hoc §.* notetur, quòd ſi depoſitarius uſuras ſti-
puletur, quòd tunc non fruatur privilegio; ſed
hoc perpetuum non eſt, per *l. 44. §. 1. ff. de admi-*
7 *niſtr. tut. Wiſſenb. vol 2. diſp. 28. th. 2.* Sic ſi ex
natura contractus debeantur uſuræ, privilegium
non amittitur, ut interdum Contradictores in con-
curſibus hoc male proponere ſolent; nam privi-
legium, quod habet venditor in re vendita, cujus
dominium ſibi reſervavit, non amittit privile-
gium petendo uſuras ex natura contractus, & ex
8 *l. curabit. C. de Act. Empti.* Colligunt etiam ex
*hoc §.* ceſſante unâ ratione, non tamen ſtatim ceſ-
ſare alteram. *Tiraq. in tr. ceſſante cauſa. limit. 22.*
9 *n. 1. Carpz. Juriſpr. Eccleſ. l. 2. d. 229. num. 12.* Cu-
jus pecunia ad creditores privilegiatos pervenit,
is in eorum locum ſuccedit; niſi intervallum tem-
poris intercedat inter numerationem & credito-
ris contentationem *§. fin. h. l.* ſed hoc de privile-
gio, quod cauſæ rei competit, intelligendum, non
quod perſonæ *P. Barb. in l. 41. n. 62. ff. ſolut. matr.*
confer. *l. 1. C. de his qvi in priorum creditorum.*
*Carpz. d. conſt. 28. def. 133. & deciſ. 125. Dn. Chemni-*
10 *tius de concurſ. credit. th. 222.* Et ex eo capite
Titius, cujus pecuniâ liberata erat hæreditas, à pa-
ternis creditoribus prælatus fuit fratri liquidati,
qui pecuniam feudalem à fratre ex transactione
11 petebat, menſe Januar. anno 1654. Sed quid ſi
non totum debitum anteriori creditori ſolutum,
& partem pecuniæ à me creditæ in alios uſus con-
verterit debitor, an poſſum cum creditore, cui
ſuccedere volui, concurrere in hypothecâ? Neg.
quia pignoris cauſa individua eſt, & ſic donec ali-
quid anteriori debeatur, non poſſum ei ſurroga-
12 ri, ut judicatum refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 123.* Il-
lud ex *hac lege* etiam colligitur, ſi pecunia mea
ad creditorem hypothecarium pervenerit, vel ad
immiſſum, propterea me ſuccedere in hypothe-
cam in jure immiſſionis, ſi ego fuerim etiam
hypothecarius creditor, ſicut judicatum die 4.
13 Octob. anno 1667. Unde apparet, jure ſepa-
rationis etiam frui eos creditores, qui licet non
crediderint patri, quorum tamen pecunia per-
venit ad creditores paternos, ſi ſcil. hi vel 1. pri-
vilegium habeant ex hâc lege, vel 2. pacto jus
ſuum transtulerint in eum, qui ipſis ſolvit, vel
3. ſi ſolvit alius creditor hypothecarius. *l. ult. C.*
*qvi in priorum creditorum locum. Dn. Mev. p. 4.*
14 *dec. 178. n. 7.* Aliàs ſi mulieris pecunia dotalis cre-
ditori ſolvatur, etiam eo caſu mulier ſine ceſſio-
ne conſeqvitur jus creditoris, arg. *l. res qvæ. 54.*
15 *de jur. dot. Dn. Mev. p. 4. d. 215.* Regulariter ve-
ro ceſſione opus eſt, quæ etiam ex actibus proba-
tur, qui indicant voluntatem cedendi, aut non
aliter ſolvendi, quàm cum conditione ſucceſſio-
nis. *Dn. Mev. p. 4. dec. 214.* Ubi ſucceſſionis in jus
16 alterius etiam hæc exempla recenſet: ſi judex
ob factam ſolutionem rem addicat pignoratam *l.*
*fin. C. de privil. fiſc.* vel ſolvens ſibi emit, & com-
parat rem ipſam oppignoratam, ſeu nomen. Ex
hoc §. fin. probatur, qvod, ſi qvæſtor ſit negligens 17
in exigendo debitorem fiſci, ſi in rationum expun-
ctione oneretur ſolutione illius debiti, illud recu-
peret à debitore, privilegio fiſci, & ſuccedat in
privilegium fiſci; & poſſit debitoris debitorem ex-
cutere, qvia privilegium fiſci eſt ceſſibile. *Franc. de*
*Clapper. p. 2. cauſa 58. q. un. n. 1.* conf. *notata ad l. 2.*
*de ceſſ. bon.* Ex arg. *§. fin.* Gloſſa Bart. & Docto- 18
res colligunt, ſi Dominus qvid in aurem ſervo di-
xerit, & ſervus mox aliqvem interficiat, qvod ſer-
vus fecerit mandatu Domini. *Cephal. conſ. 652. n.*
*9. 10. & 58. Rimin. aldus conſ. 85. n. 31.*

## ad L. Ait prætor. 25.

### *SUMMARIA.*

*Creditores colludentes cum debitore, qvi conſili-
um fraudis & fugæ cepit, amittunt privi-
legium. n. 1.*
*Qvid hinc colligatur. 2.*

Titius fraudaturus ſuos hæredes communicat 1
hanc rem cum Cajo, Cajus approbat conſili-
um, & mutuò ei dat, conſtitutâ ſibi hypothecâ, ut
cum ea pecunia aufugeret. Aufugit itaq; iſte Ti-
tius, ſed deprehenditur miſer, in carcerem conji-
citur, & bona ejus venduntur, inter qvæ etiam eſt
pecunia Caji. Sed qværitur: an Cajus uti bene-
ficio ſuo poſſit, & inter hypothecarios ſuum con-
ſeqvi? Neg. qvia propter fraudem nec actio ei da-
tur, nec privilegium. Unde collige, qvando de- 2
bitor & creditor uterqve eſt fraudis conſcius, &
res conſiſtit adhuc in terminis nudi contractus,
non opus eſſe Pauliana actione, ſed tantum dene-
gatur actio. vid. *Zaſ. ad h. l. tom. 3. p. 289.*

## ad L. Qvi in navem. 26. & 34.

### *SUMMARIA.*

*Credens ad navem exſtruendam, vel inſtruen-
dam, vel etiam emendam, an habeat privi-
legium reale? n. 1. 2.*
*An hæ LL. extendendæ ad eos, qvi ad alias res emen-
das crediderunt. 3.*

Qvi ad navem exſtruendam vel inſtruendam 1
credidit, vel etiam emendam, privilegium
habet; ſcilicet ut præferatur creditoribus chi-
rographariis, igitur videtur hæc L. de privilegio
perſonali intelligenda. vid. *not. ad l. 1. ff. in qvib.*
*cauſ. pign. tac. Dn Mev. p. 4. dec. 312.* Qvamvis 2
nonnulli intelligant de privilegio reali, ſi de hy-
pothecâ expreſsâ ſibi proſpexit creditor, ut de
domo certum eſt, per *l. 7. C. qvi potior. Carpz.*
*d. conſt. 28. def. 107. Richt. diſp. 7. de privil. cred.*
*ſect. 4.* Sed conferantur *notata ad d. l. 1.* ſed has
leges generaliter intelligit *Dn. Mev. d. dec. 312.*
de creditoribus, qvi ad navem non tantum 3



zed by Goog

ſed & alias res emendas crediderunt, qvod illi ſcil. habeant perſonale privilegium; ſed in nave ſpeciale aliqvod ſubeſſe putat *Donell. l. 23. c. 15. poſt lit. E.* ob neceſſarium uſum tum bellicum, tum ad commercia exercenda, resq; invehendas, & evehendas, qvod maximè in Belgio attendi memini.

## ad L. Si creditores. 31.

*SUMMARIA.*

*Debitore obærato mortuo, hæres ſi inidoneus, tenetur ſatisdare creditoribus. n. 1.*

*Unde inidoneus judicetur. vid. 2.*

*Non poſſunt ſatisdationem petere, qvi hanc conditionem ſcientes, diu in hæreditate hæredem morari paſſi ſunt. 3.*

*Creditores hæredem inidoneum dicentes, nec hoc probare valentes, tenentur injuriarum. 4.*

*Qvi allegat aliqvem non eſſe ſolvendo, id probare debet. 5.*

1 DEbitore obærato mortuo, ſi hæres inidoneus
2 dicatur, tenetur ſatisdare creditoribus. Inidoneus autem vel ſuſpectus judicatur non ex malis moribus, ut tutor, ſed ex facultatibus, & ſi qvid
3 alienaverit. Non autem poterunt hoc petere, ſi ejus conditionem ſcientes diu in hæreditate eum mo-
4 rari paſſi ſunt; Si autem creditores dixerint, inopia hæredem laborare, nec hoc probare poſſint, inju-
5 riarum tenentur. Unde probant, illum qvi allegat aliqvem non eſſe ſolvendo, debere id probare. *Jac. de Arena in tr. de exerſ. bon. n. 13. in fin. Francus de fidejuſſ. c. 3. n. 319. Berlich. p. 2. concl. 24. n. 142.*

## ad L. Privilegia. 32.

*SUMMARIA.*

*Privilegia ex qvo æſtimanda. n. 1.*

*Privilegia ejusdem tituli concurrunt. 2.*

*Exempla utriusqve vid. 3.*

*Privilegia nuda perſonalia nullum inter ſe habent ordinem. 4.*

*Lex hæc in qvibus privilegiis locum habeat. 5.*

1 PRivilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa, & ſi ejusdem tituli ſint, concurrunt,
2 i. e. ipſis pro ratâ ſimul ſolvitur, licet, temporis diverſitas adſit: ſic privilegium expenſarum funebrium præfertur mercedibus famulorum,
3 licet prioribus; qvia diverſi tituli: ſi autem duo deponentes ſint, re depoſita non extante
4 concurrunt. In judiciis autem paſſim receptum, ut privilegia nuda perſonalia, nullum habeant inter ſe ordinem. *Carpzov. d. conſt. 28. def. 149. Berlich. p. 1. concl. 70. n. 27. Richt. de privileg. cre-*
5 *dit. diſp. 11. pag. 315. Koppen. dec. 28. n. 40.* Verum Lex hæc, dum diverſitatem temporis non attendendam dicit, locum tantum habet in privilegiis illis ſingularibus, qvæ omnes hypothecas præcedunt; nam v. gr. mercedes famulorum poſtponuntur impenſis funebribus poſterioribus, & in privilegiis conjunctam habentibus hypothecam, v. gr. privilegium dotis præcedit privilegium ejus, cujus ſumtibus res refecta, &c.

## ad L. Antiochenſium. 37.

*SUMMARIA.*

*Antiochenſium privilegium in bonis debitorum ſuorum an à Severo Imperatore ademtum. n. 1.*

*Civitates municipales regulariter non habent hypothecam in bonis debitorum. 2.*

*Civitates acqvirunt jura fiſci per præſcriptionem immemorialem. 3.*

*A Principe non videntur privilegia ademta, niſi ab ipſo data. 4.*

ANtiochia habebat in bonis debitorum ſuo- 1
rum defunctorum privilegium & jus hypothecæ, qværitur, an ſit ademptum à Severo Imperatore, qvi omnia privilegia ademit? Reſp. neg. qvia id ab Imperatore non eſt datum. vid. *Cujac. tom. 4. p. 139.* Collige 1. regulariter Civitates Mu- 2
nicipales non habere hypothecam in bonis debitorum, licet habeant in bonis adminiſtratorum. arg. *l. 4. C. qvib. ex cauſ. major.* per tradita *Joh. à Sande l. 3. t. 12. def. 1. Hilliger. in Don. 23. cap. 1. lit. D.* 2. Civitates habere poſſe jura fiſci per præ- 3
ſcriptionem immemorialem, & 3. à Principe non videri privilegia ademta, niſi ab illo ipſo data. *Sande d. l.* conferantur in hanc legem tradita ab 4
*Alciato lib. 1. diſpunct. cap. 11. Cujac. lib. 10. obſ. 35.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Reſpublica habet tantum privilegium perſonale. num. 1.*

*An Civitas ob id, qvod merum Imperium habeat juribus fiſci utatur ratione pignoris taciti, qvod alias fiſco competit? 2.*

REſpublica habet privilegium tantùm perſo- 1
nale, qvo chirographariis creditoribus præfertur. *Benter. lib. 1. de prælat. debit. c. 10.* qvod etiam de aliis Civitatibus intelligo, qvæ reſpectu privatorum Reſpublicæ dicuntur *l. 8. ff. qvi pot. in pign. l. 4. C. eod. Treutl. d. diſp. 24. th. 6. lit. F. & Bach. Neguz. de pignor. m. 4. part. 2. num. 119. Weſenb. in π. h. t. num. 5.* Sed qværitur, an Civitas 2
ob id, qvod merum imperium habeat, juribus fiſci utatur ratione pignoris taciti, qvod aliàs fiſco competit? Rectè hoc negat *Dn. Mevius p. 5 dec. 373.* nam nihil cum fiſco aut Regalibus commune habet Merum Imperium, ſeu Jurisdictio criminalis; alioqvin & Nobilibus mero Imperio gaudentibus fiſci jura tribuenda eſſent.

TITU-

# Titulus VI. De Separationibus.

## Ad Rubricam.

### *SUMMARIA.*

*Beneficium ſeparationis, qvibus & contra qvos detur. n. 1.*

*Qvaſi ſeparatio datur inter venditoris & emtoris creditores. 2.*

1 Beneficium ſeparationis datur hæredibus de-
2 functi contra creditores hæredis. Sed &
hæc qvaſi ſeparatio eſt, qva petunt credito-
res, qvi hypothecam habuêre in re, illi, qvi
concurſum excitavit, venditâ, anteqvam vendi-
ta fuit, & ſunt omninò in re illi aliis creditoribus
præponendi; & juſtè hi diſtractionem, qvam
emtoris creditores facere volunt, impedire poſ-
ſunt. *Mev. p. 4. dec. 242.* & conſ. *Carpz. p. 1. conſt. 28. def. 22.*

## ad L. Sciendum. 1.

### *SUMMARIA.*

*Creditores defuncti utuntur ſeparatione, non creditores heredis. n. 1. 11.*

*Qvod limitatur. 12.*

*Exempla ſubjiciuntur. 2. & 4.*

*Qvid hic in feudis obſervetur. 3.*

*Datio fundi onerati in dotem à patre facta non præjudicat creditori. 5.*

*Heres an adjiciendo alios creditores prioribus præjudicare poſſit. 6.*

*An creditores defuncti ſi bona defuncti ſufficiant, debeant eſſe contenti qvarta uſurarum ex Conſtit. Noviſſ. 7.*

*Creditores defuncti jure ſeparationis præferuntur etiam creditoribus heredis anteriorem generalem habentibus. 8.*

*Idem, ſi fiſcus heredis creditor. 9.*

*Qvid in March. Brand. Elect. obſervetur. 10.*

*Qvaſi ſeparati qvomodo detur ratione bonorum fideicommiſſo univerſali gravatorum. 13.*

*Si in ſubſtitutione pupillari omnes inſtituti habent creditores, an hi omnes modo reciproco utantur jure ſeparationis. 14.*

*Bona filiifam. paganica ſeparantur à Caſtrenſibus, creditoribus id petentibus. 15.*

*Creditores defuncti qvatenus utantur jure ſeparationis. 16.*

*Per nudam acceptionem uſurarum non amittitur jus ſeparationis. 17.*

*Nec ſi cautio ab herede accepta. 18.*

*Separatio non impetratur, ſi commixtio facta bonorum hereditariorum cum heredis bonis. 19.*

*Secus in Marchiâ & Pomeran. 20.*

*Jure communi creditores patris in feudalibus non præferuntur filii creditoribus conſenſu Domini munitis. 21.*

*Qvid in March. Elect. obſervetur. 22.*

*Qvid in Neo-March. 23.*

*Ceſſat ſeparatio per qvinqvennii lapſum à tempore aditionis. 24.*

*Qvod tempus non currit lite pendente. 25.*

*Qvid in March. Brand. Pomer. & Megap. Duc. obſervetur. 26.*

*Petitio ſeparationis ab aliqvibus paternis creditoribus facta non prodeſt iis, qvi non petierunt. 27.*

*Impetrata ſeparatione, qvod ſupereſt ex bonis defuncti, cedit creditoribus heredis. 28.*

*Si non ſufficiant bona defuncti & aliqvid ſupereſt ex bonis heredis, creditores defuncti non habent regreſſum. 29.*

*Qvod limitatur. 31.*

*Cautela pro defuncti creditoribus ſeparationem petentibus. 30.*

QVando deceſſit Sejus relictis creditoribus 1
& ei ſucceſſit Titius, qvi & ipſe contraxit æs
alienum, ſi hic bunis cedat, poſſunt Seji credito-
res petere beneficium ſeparationis. Econtra hæ-
redis creditores petere hoc non poſſunt, qvia Ti-
tius adeundo hæreditatem onerosam, ſuos gra-
vare potuit creditores, non Seji. *Ziſ. hic & Don. lib. 23. c. 16. lit. D. Dn. D. David Mollerus diſput. inaugur. de hac materia th. 41. & ſeq.* datur tamen
exceptio in *§. 5. h. l.* Et ſic, licet hæredis credi- 2
tores habeant hypothecam generalem priorem,
præferuntur tamen defuncti creditores, qvia re-
gula, qvi prior tempore &c. tunc valet, qvando
idem eſt debitor. *Sande lib. 3. tit. 12. def. 17* & vi-
dua filii poſtponitur creditoribus paternis & chi-
rographariis *Dn. Mev. p. 4. dec. 178. Klock. vol. 3. conſ. 120. n. 7.* Qvod tamen in feudis non habet 3
locum *Carpz. p. 1. dec. 73.* & creditores alterius, 4
qvorum contentationem, ut ita loqvar, maritus
cum prædio in ſe ſuſcepit, qvaſi qvodam jure ſe-
parationis, gaudent, qvia hypotheca eorum
prior fuit mulieris hypothecâ in iis bonis.
*Dn. Mev. p. 5. dec. 261.* Ex hoc §. 2. etiam ſeqvitur, 5
patrem, qvi in dotem dat fundum, oneri ſubje-
ctum vel æri alieno, non poſſe gravare credito-
rem ſuum; & ſic etiam vidua dotem repetens
non poteſt præferri oneri illi, cum qvo res ad
maritum pervenit. *Dn. Mev. p. 3. dec. 13* Et hæres 6
adjiciendo alios creditores ſuis, aliis creditori-
bus præjudicare qvidem poteſt, ſed chirogra-
phariis tantùm, non hypothecariis. *Salgado in Labyr. p. 3. cap. 13. n. 68.* conſ. *Hill. in Donellum l. 23. c. 16. lit. D.* Sed an creditores defuncti. ſi 7
defuncti bona ſufficiant, debeant contenti eſſe
qvarta uſurarum ex Conſtitutione Noviſſ? Id
affirmat *Dn. Mev. p. 5. dec. ult.* Et hoc jure ſepara- 8
tionis gaudent creditores defuncti vel teſtato-
ris, licet hæredis creditores ſint hypothecarii, &
licet hypothecam generalem (qvæ etiam futura
bona adficit) anteriorem habuerint, per *§. 3. h. l.*

9 Et licet hæres debeat fiſco vel Civitati, tamen præ-
10 feruntur defuncti creditores §. 4. Verum in Mar-
chia Brand. Electorali debitæ contributiones &
tributa juri ſeparationis præponuntur, ex Receſſu
Provinciali.

11 In §. 5. qværitur: an etiam hæredis credito-
res poſſint petere ſeparationem bonorum hæredis
a bonis defuncti, ſi fortè ære alieno oneratam hæ-
reditatem adiit hæres, in perniciem ſuorum pro-
priorum creditorum? qvod negatur; nam ita ſuis
creditoribus per qvandam conſeqventiam præju-
dicare poteſt, non verò aliis alterius creditoribus,
12 qvi in eum inciderunt. Extra ordinem tamen ob
dolum, & magna ex cauſa, ſuccurri poſſet credito-
ribus hæredis, ſi hic doloſè oneratam hæreditatem
adiiſſet.

13 In §. 6. proponitur caſus, ubi hæredis credi-
tores poſſunt qvaſi ſeparationem petere, ſi ego
gravatus ad inſtantiam fideicommiſſarii coactus
fuerim adire hæreditatem (qvod hodie ob benefi-
cium Nov. primæ rarius fit) & interim fideicom-
miſſarius ſine hærede mortuus, & non ſit, cui re-
ſtituam; nam tunc mei hæredes qvaſi ſeparatio-
nem petere poſſunt, qvæ impropriè ita dicitur,
14 qvia bona nunqvam verè commixta. Si autem
qvis inſtituerit impuberem filium, ac huic pupilla-
riter ſubſtituat me, & ponamus, omnes nos habu-
iſſe creditores teſtator, impubes & ego, an illius
creditores contra impuberis & meos poſſunt ſepa-
ratione uti; item, an impuberis creditores contra
meos uti poſſunt? Utrumqꝫ affirmatur.

15 In §. 8. eſt hæc tantum ampliatio regulæ, nam
hic duo creditorum corpora utuntur beneficio.
Bona autem filiifamilias paganica ſeparantur à
caſtrenſibus, creditoribus id petentibus. *§. 9. Do-*
16 *nell. l. 23. c. 16. lit. A.* Illi autem tantum credito-
res poſſunt allegare beneficium hoc, qvi non no-
vandi animo ab hærede ſtipulati ſunt, neqꝫ uſu-
ras ab eo ea mente eligendo eum exegerunt. *§. 10.*
Unde falſo dicit *Zaſ. hic.* eum, qvi etiam ſine ani-
mo novandi ſeqvitur fidem hæredis, ſe privare
hoc beneficio: nam licet ſufficiat taliter qvaliter
hæredis perſonam ſeqvi; *l. 1. §. 15. h. t.* reqviritur
tamen, ut fiat animo eligendi hæredis *d. §. 15.* &
animo novandi. *h. §. 10.* conf. *Dn. Richt. diſp. 2. de
privil. credit. p. 41. Hill. d. c. 16. lit. G.* & diſtinctio-
nem hic haberi, utrum novandi animo ſtipulatus
ſit ab hærede, annon, tradit *Dn. Mevius p. 6. dec.
3. num. 7.* Sed novandi animus vel delegatio præ-
ſumitur, ſi qvis à tertio per longum tempus acce-
perit tanqvam à ſuo debitore *Dn. Mev. p. 2. dec.*
17 *241.* Qvid ſi pro debitore tertius ſolvat uſuras,
an propterea tertii fidem ſecutus ſum accipiendo?
annon accipere à tertio teneor? & ita, licet cre-
ditor ab hærede uſuras acceperit, imò exegerit,
non tamen hoc obſtat, qvò minus Jus ſeparatio-
nis detur: & multa præjudicia adducere poſſem,
qvippe cum hodiè novatio non præſumatur.
*l. fin. C. de Novat.* Imò ſi novum etiam obliga-
tionis documentum detur a filio, in dubio tamen
non videtur eſſe novatio. *Dn. Mevius p. 2. dec. 33.*
& ita in Facultate in concurſibus creditorum ſæ-
pe pronunciatum. Ex his patet explicatio §. 11. 18
Nam ſi qvis ſatisdationem vel cautionem ab hæ-
rede acceperit, videtur qvidem fidem hæredis ſe-
cutus, præſertim jure veteri; ſed poſt *d. l. & ex §.
10.* hoc intelligendum, ſi animo novandi hoc fa-
ctum eſſe appareat. Poſtqvam bona hæreditaria 19
bonis hæredis ſunt ita mixta, ratione corporum,
*Hill. d. l. 23. c. 16. lit. E.* ut ſeparari non poſſint, neqꝫ
ratione corporum, neqꝫ ratione qvantitatum, non
poteſt impetrari ſeparatio. *§. 12. h. l. Kleck. conſ. 120.
n. 5. Tuſch. concl. 185. lit. S. Treutl. d. diſſ. 24. th. 5.
lit. H.* Sed in Pomerania & noſtrâ Marchiâ, non 20
obſtante commixtione, datur ſeparatio etiam à
creditoribus non petita, modò conſtet, qvid ex
bonis paternis pervenerit, licet ab hærede ſit con-
ſumtum. *Dn. Mevius p. 1. dec. 40. & 254. p. 3. dec.
331. & p. 4. dec. 178.* Et licet aliàs creditores de- 21
functi non præferantur jure communi creditori-
bus filii in feudalibus, ſi conſenſu Domini muniti,
ut vult *Carpz. part. 1. dec. 73.* videtur tamen id in 22
Marchia Brandenb. non habere locum, ubi feuda
in ſubſidium æri alieno obnoxia ſcilicet ante an-
num 1653. contracto; & qvidem ita reſponſum me-
mini. Sed licet in Camera Electorali Branden- 23
burg. Neo-Marchica Jus commune circa feudalia
obſervetur, ſemper tamen creditores defuncti, et-
iam chirographarii, filii creditoribus, etiamſi hi
conſenſum Domini, & ſic hypothecam in feudis
habeant, præferuntur. Poſt qvinqvennium à 24
tempore aditionis computandum, non auditur
hæres petens ſeparationem, *§. 13. h. l.* nam hunc
de hærede intelligit *Theſſaur. l. 3. qvæſt. 55. n. 7.*
qvem ſeqvitur *Salgado in Labyrintho. p. 1. c. 9. n. 45.*
Nec qvinqvennium etiam currit lite pendente; 25
nam interim ſuſpenditur id qvinqvennium. *Theſ.
d. l. Salgado d. l. n. 46.* Qvod tamen non obſer- 26
vatur in Marchiâ Brandenburg. nec Pomeran. nec
Megapolitano Ducatu, ut infinitis præjudiciis pro-
bari poſſet. confer. *Mev. d. l.*

In §. 16. dicitur, ſi qvidam paterni credito- 27
res petierint ſeparationem, aliqvi non, his non
competere beneficium ſeparationis, qvod hodiè
in concipiendis ſententiis non attenditur; qvia,
ſi non petatur ab aliqvibus, omnibus tamen pa-
ternis creditoribus hoc Jus tribuitur; nam judex
ſupplet jura partium in facto certa, ſed ab Advo-
catis non allegata. Impetrata autem ſepara- 28
tione, ſi aliqvid ſuperſit ex bonis defuncti, id ce-
dit creditoribus hæredis; Sed ſi qvid ex bonis 29
hæredis ſuperſit præter opinionem creditorum,
creditores paterni ex illo ſuperfluo nihil poſſunt
petere; qvia bonis hæredis renunciarunt, dum
petierunt hæreditatem. *Salgado in Labyr. p. 1. c. 9.
n. 4.* Et hoc qvidem jure ſtricto. Svaderem cre- 30
ditoribus paternis, ut, ſi ſeparationis beneficium
peto-

petere velint, faciant id cum proteſtatione, ſi pa-
terna bona non ſufficiant creditoribus paternis, &
aliqvid ex bonis filii vel heredis ſuperſit, poſtqvam
omnibus hæredibus filii ſatisfactum, qvod ſibi id
reſervare eventualiter velint; qvæ cautela utilis
31 eſſe poſſet. Sed & tunc creditoribus defuncti ſuc-
curri poteſt, ſi poſſint probare juſtam & probabi-
lem ignorantiam, qva decepti petierunt hoc bene-
ficium. v. gr. ſi putarunt, omnia bona reperta fuiſſe
defuncti, qvod tamen non eſt; vel ſi magna clades
in bonis paternis contigit, per *l.5. h.t.* vel ſi debitor
fidejuſſori ſucceſſit per *l.3.* de qvo poſtea. Paragra-
pho *ult.* qvia à noſtris judiciis remotus, manum
non admoveo.

## ad L. Ab herede. 2.

*SUMMARIA.*

*HEreditate venditâ ab herede, vel in ſolutum data ſeparatio ceſſat. n.1.*
*An hoc adhuc hodiè locum habeat. 2.*
*Geſta ab herede ſunt rata habenda. 3.*
*Obligatio pignoris ab herede facta, petitâ ſeparatione evaneſcit. 4.*
*Alienatio rei vel conſumtio ante petitam ſeparationem ceſſare facit ſeparationem. 5.*
*Alienatio b. f. facta non præjudicat creditoribus paternis hypothecam habentibus. 6.*

1 NImis tardè petitur beneficium ſeparationis,
poſtqvam hæres patris vel defuncti hæredi-
tatem vendidit, vel in ſolutum dedit, ſed bona
2 fide, ſine dolo. Hoc hodie locum habere non
exiſtimo, cum, ut ſupra dictum, etiam commixtis
bonis in noſtris judiciis qvinqve, decem, & vigin-
ti annos Jus ſeparationis apud nos obſervari ſoleat.
Et ſi hæres vendidit, habet tamen pretium, qvod
in Univerſalibus ſuccedit loco rei, ſcilicet heredi-
3 tatis. Qvæ autem geſta ſunt ab herede, debent eſ-
ſe rata, ſed ſi uni oppignoraverit, petita ſeparatione
4 obligatio pignoris evaneſcit. *Salgado loco jam ci-*
5 *tando.* Collige ergo, alienatione facta per hære-
dem ſeu conſumptione bona fide facta, anteqvam
poſtuletur ſeparatio, impedit ſeparationem in re
6 alienata. *Salgado in Labyr. p. 1. cap. 9. n. 24.* Aliena-
tio etiam bona fide facta non præjudicat paternis
creditoribus habentibus hypothecam; nam res
tranſiret cum onere: niſi hæres facto Inventario
vendat ideo, ut venientibus primis creditoribus
ſatisfiat. *Theſſ. l. 3. q. 55. n. 10. ſeq.*

## ad L. Debitor. 3.

*SUMMARIA.*

*SI debitoris bona cum fidejuſſoris bonis per aditionem confuſa, ſeparatio peti poteſt. n. 1.*
*Qvid ſi bona fidejuſſoris non ſufficiant creditoribus, an poſſunt reverti ad principalem. 2.*

1 SI debitor ſucceſſerit fidejuſſori, licet ſit con-
fuſa obligatio, creditor tamen, ſi fidejuſſoris
bona ſibi ſufficere putet, petet ſeparationem bo-
norum, ut creditores debitoris à fidejuſſoris bo-
nis, qvæ aliàs per aditionem erant confuſa, abſti-
neant; qvia confuſio creditori præjudicare non 2
potuit, & ſi creditor ex bonis fidejuſſoris ſolidum
conſeqvi non poſſit, poterit etiam reverti ad bona
debitoris. *vid. hic Zaſ. ad h. t. pr. n. 1. Zæſ. ad h. t.
n. 2.* & ita pronunc. menſe Nov. 1643.

## ad L. Creditoribus. 4.

*SUMMARIA.*

*CReditores conditionales vel in diem & legatarii habent Jus ſeparationis. n. 1.*
*Qvando & qvomodo hi omnes ſeparationem petere poſſint, habetur. 2. 3.*

CReditores conditionales, vel in diem, imò 1
etiam legatarii poſſunt petere ſeparationem;
ſed hi deducto omni ære alieno chirographario
defuncti, qvia alias pignus non habent legatarii,
niſi omni ære alieno deducto: *Donell. l. 23. c. 10.
lit. C. & ibi Hill.* illi vero & iſti petent ſeparatio- 2
nem, non ut illis ſatisfiat; ſed ut caveatur. *Hering.
de fidej. c. 5. num. 74.* Qvamvis putem creditores 3
in diem certum petere poſſe ſolutionem, ſi interu-
ſurium temporis offerant. Inæqvalis igitur horum
creditorum & legatariorum conditio. *vid. Za-
ſius hic & Salgado in Labyr. p. 1. c. 8. num. 26, 28.
& num. 43.*

## ad L. Si Creditores. 5.

*SUMMARIA.*

*SI bona hereditaria non ſufficiant, defuncti creditores ad heredem reverti non poſſunt. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*
*Creditores, ſi ſuis ſpecialibus hypothecis contenti proteſtentur contra concurſum, non habent regreſſum, ſi ſpecialis hypotheca non ſufficiat. 3.*

SI creditores hæreditarii ſuum non ſint conſe- 1
cuti ex bonis defuncti, non poſſunt venire con-
tra hæredem, à cujus perſonâ ſemel receſſerunt, &
ſic jus ſeparationis ſe non extendit ultra bona de-
functi *Mevius p. 5. dec. 151.* ut ſupra dictum. Niſi 2
occaſione hæreditatis aliqvid ipſi de novo acceſſe-
rit, aut juſtiſſima ignorantiæ cauſa. *l. 1. §. pen. Don.
d. c. 16. lit. I. Richter. d. l. p. 46. Dn. Struv. ad h. t.
th. 62. & D. Moller. d. diſp. th. 33. Zæſ. in fine tit.* Ex 3
qvo etiam ſeqvitur, creditores, qvi ſuis ſpecialibus
hypothecis contenti, in concurſu credita ſua liqvi-
da reddere nolunt, ſed proteſtantur contra con-
curſum, (qvod hodiè multi faciunt, cujus practi-
cæ utilitas interdum exigua,) ſi hypotheca ſpecia-
lis non ſufficiat, non habere regreſſum ad cætera
bona; qvia eligendo unam cæteris renunciârunt.
*Dn. Mev p. 2. dec. 287.* Nec tuta eſt practica, ſi repe-
riatur qvis potiora jura habens etiam in illâ re.

## ad L. Penult.

*SUMMARIA.*

*LEgatarii habent beneficium ſeparationis. n. 1. 3.*
*Chirographariis non tribuit jus ſeparationis hypothecam. 2.*

1 ETiam legatarii defuncti habent hoc benefi-
cium ſoluto ære alieno, ut dictum ad *l. 4.* & ſic
2 multò magis chirographarii defuncti creditores,
qvi tamen per hoc beneficium non conſeqvuntur
hypothecam. *Dn. Mev. p. 5. dec. 115.* Et qvod 3
de legatariis dictum, adeo verum eſt, ut hi etiam
uxori dotatæ debitoris ultimi præferantur. *Mev.
p. 5. dec. 262.*

# TITULUS VII.
# De Curatore bonis dando.

## Ad L. Si qvis. 1.

*SUMMARIA.*

*HÆres conditionem implere nolens ad eam implendam compelli poteſt. n. 1.*

*Si non impleat dandus curator. 2.*

*Datur curator, ſi conditio ſit caſualis, ſubnectitur curatoris officium & poteſtas. 3.*

1 QVando hæres ſub conditione poteſtativâ
inſtitutus, tunc hæres poteſt compelli,
2 ut adeat, & conditionem impleat; aut ſi
nolit adire, licet impleatur conditio, dan-
3 dus eſt curator. vid. *Zaſius ad h. l.* Si autem condi-
tio ſit caſualis, dandus eſt interim curator, qvi bo-
na cuſtodiat, & æs alienum ſolvat venditis bonis,
qvæ moram non ferant, aut ſi æs alienum uſura-
rium hæreditatem gravet; qvi etiam agere poteſt,
ne actio tempore finiatur. *Donell. l. 23. c. 17. princ.*

## ad L. De curatore. 2.

*SUMMARIA.*

*CUrator bonis à qvo & qvomodo detur. n. 1.*

*Curatoris officium. 2.*

*Si curatores plures dati, in ſolidum dati videntur, niſi. &c. 3.*

*Curator invitus non datur. 4.*

*Qvod limitatur. 26.*

*Curator litis ad qvid conſtituatur, & qvomodo differat à curatore bonorum. 5. 7.*

*Salarium qvomodo ipſis conſtituendum. 6.*

*Retentione juris utentes an poſſint curatorem bonorum conſtituere. 8.*

*Liberi pendente concurſu non ſunt tolerandi in poſſeſſione. 9.*

*Liberis hæreditatem paternam aſpernantibus conſtituitur à creditoribus pro lubitu curator bonorum. 10.*

*Liberi an abſentione facta à paterna hereditate poſſint reſtitui. 11.*

*Si lite capta debitor moritur nullo relicto herede, ſed concurſu creditorum, an & qvomodo proceſſus reaſſumendus. 12.*

*Hereditati jacenti conſtituitur curator. 13.*

*An hic utatur jure patronatus hereditati adhærente. 17.*

*Qvomodo procedendum, ſi deſperetur de ſucceſſore defuncti nimis obærati. 15.*

*Bonis abſentis datur curator is, qvi abſenti ſangvine eſt proximus, cautione præſtita. 16. 18.*

*Qvid ſi dum maritus abeſt uxor moritur, an mariti cognatus proximus, an verò uxoris curatela conferenda? 17.*

*Datur etiam curator infanti defenſo & mulieri. 19.*

*Qvod officium eſt tranſitorium. 20.*

*Qvæ hic reqviratur cautio. 21.*

*Reſponſum Facultatis. 23.*

*An curatoris cætera bona abſenti tacitè oppignorata cenſeantur? 24.*

*Soror in cumulu bonis fratris Vaſalli abſentis excludit proximum agnatum. 25.*

*Cura ſemel acceptata an deponi poſſit? 26. 27.*

CUrator bonis datur à Prætore ex conſenſu ma- 1
joris partis creditorum, & ſi non conſtet, qvæ
major pars, eliget judex, qvod creditoribus uti-
lius, *Dn. Mev. p. 4. dec. 257.* imo judex ex
officio interdum eliget *Aſinius §. 3. cap. 103. &
ſeqq. Hill. in Don. l. 23. c. 17. lit. B.* in bonis liqvi-
datis vel liqvidandis debitoris. *Gail. 2. obſ. 130.*
Cujus eſt, nomine abſentis vel latitantis debito- 2
ris exigere nomina, & ſingulis creditoribus, qvæ
per eum geſta ſunt, rata habenda ſunt *l. 2. §. 1. h. t.*
Et ſi plures dati, in ſolidum videntur dati, niſi 3
aliud actum, ut ſi per regiones dati. *§. 2. Donell. d.
c. 17. in fine.* & invitus dari non poteſt *§. 2.* Qvam- 4
vis in curatoribus litis hodiè ſecus videatur, cùm 5
hæc cura hodiè ad munus Advocati pertinere vi-
deatur. Et hic curator aliàs Contradictor etiam
dicitur, qvi omninò in omnibus proceſſibus liqvi-
dationum conſtituendus, qvi creditoribus reſpon-
dere debet, & ſalarium non annuum, ſed pro tota 6
cauſa vel pro numero creditarum pecuniarum
promittendum; nam experientia docuit, curato-
res ſæpe diſtuliſſe labores forte, qvo diutius annuo
ſalario fruerentur. Sed à curatela litis diſtingvitur 7
curatela bonorum, illa jurisperito, hæc œconomi-
cæ rei perito committi ſolet. Et poſſunt creditores, 8
etiam vidua jure retentionis utente, tamen cura-
torem bonorum conſtituere; nam jus retentionis
non eſt neceſſariò conjunctum cum adminiſtratio-
ne. *Dn. Mevius p. 3. dec. 255.* Nec permittendum eſt 9
debitoris liberis, ut in poſſeſſione maneant pen-
dente concurſu, nam injungendum ipſis eſt, ut
reſpondeant, an velint hæredes eſſe, ſive cum be-
neficio Inventarii ſive non: & tunc ipſis tempora
conſveta relinqvenda ad deliberandum vel confi-
ciendum Inventarium. Sed ſi nolint hæredes eſſe, 10
creditores pro lubitu curatorem bonorum inſti-
tuent. *Dn. Mevius p. 3. dec. 256.* Memini verò aliqvos 11
aſpernatos fuiſſe hereditatem paternam, poſtea ve-
rò cum ex liqvidationibus viderent, non tam in-
gens alienum æs eſſe, qvin ex bonis poſſit ſolvi,
reſti-

reſtitutionem petierunt contra abſtentionem, qvi
etiam citatis creditoribus & auditis fuerunt reſti-
tuti, & poſſeſſionem paternorum bonorum recu-
perarunt.

12 Ex §. 1. colligunt, ſi lis cœpta cum defun-
cto, & defunctus nullum reliqverit hæredem, ſed
concurſum creditorum, hos ex officio citari de-
bere, & ſic horum creditorum etiam curatorem. Et
ſic tali caſu creditoribus per Edictum publicum
proceſſus ratio, & qvæ incumbebant defuncto
cum citatione ſub deſertionis & contumaciæ pœ-
na intimata eſt, referente *Dn. Mevio p. 4. dec. 145.*
13 Si hæreditas etiam ſit jacens, ſpes tamen eſt, fore
aliqvem hæredem, judex in hæreditate curato-
rem conſtituit, ne aliàs judicium contra hæredi-
tatem jacentem foret ipſo jure nullum. *Gail. d.
l. 2. obſ. 130. num. 3. Montan. de Tutel. c. 28. num. 56.
Salgado in Labyr. p. 1. c. 2. §. un. n. 3. Matthæſil. ſing.*
14 *4. num. 5. & ſ.* Et hic poteſt præſentare ad benefi-
cium vacans, ſi jus patronatus adhæreat hæredi-
15 tati. *Salgad. in Lab. l. 1. c. 14. numer. 91.* Qvan-
do verò defunctus fuit obæratus, & non ſpera-
tur heres, poteſt vel peti conſtitutio curatoris fa-
cienda à creditoribus, vel ad hos decernenda eſt
citatio, qvi ſunt inſtar hæredum. *Dn. Mev. p. 5.
dec. 287.* Nec tamen opus eſt, ut citentur credi-
tores ad reaſſumendum proceſſum, ſicut in hære-
dibus id receptum. *Dn. Mev. p. 5. d. 288.* nec cura-
tori neceſſaria eſt reaſſumtio litis. *Carpz. p. 1. d. 56.*
16 Datur etiam creditoribus non urgentibus curator
bonis abſentis, non vero, ſi ipſe abſens curatorem
reliqvit. *Theſſaur. l. 4. c. 65.* de cujus morte certò
non conſtat, qvæq; curatela datur petenti proxi-
mo cognato abſenti, ſi mortuo alias eſſet ſucceſſu-
rus, qvæ tamen curatio moribus noſtris potius
præmatura ſucceſſionis præoccupatio eſt, conſve-
tudine tamen approbata, qvæ proximo ſucceſſori
datur, cujuscunqve ſit conditionis aut ſexus,
præſtitâ tamen cautione, de qvo *Carpz. p. 3. def. 48.
& ſin. conſt. 15. & lib. 6. reſp. 63. Men. l. 2. A. Q. caſu. 150.*
17 Et hæc curatela abſentis mariti interim mortuâ
uxore, non hujus; ſed illius cognatis proximis
data; uti pronunciatum 19. Septemb. anno 1650.
18 Et hæc datur etiam abſenti minorenni, ſi alium
19 curatorem habeat. *Carpz. l. 5. reſp. 83.* Etiam in-
fanti defenſo, mulieri &c. *Joh. Heeſer de Retred.*
20 *loco 1. n. 21* Et tranſit ad hæredes. *Carpz. l. 6.*
21 *reſp. 63.* Reqvirit autem cautionem fidejuſſo-
riam; ſed qvid ſi cautionem præſtare non poſ-
ſit ob paupertatem? Reſp. juratoria ſufficiet, ſi
non ſuſpectus, vel ſi ſola domus vel pecunia fœ-
nori data cum arreſto, & ſic qvando periculum
diſſipationis non eſt, nec ita contrarius eſt *Dn.
Mevius p. 2. deciſ. 61.* confer. *Dn. Heeſer d. l. Fri-*
22 *ckelhaus. obſ. 100. num. 31. Carpz p. 3. c. 15. dec. 53.* Et
ita reſp. in Facult. anno 1653. menſe Nov. In de-
fectu fidejuſſionis curatori relictam eſſe admini-
ſtrationem, & ipſi mandatum, ut fructus annu-
os proximæ agnatæ actrici præſtaret, refert
*Sande l. 4. tit. 9. def. 8.* Sed etiam hunc caſum a- 23
liqvando reſolutum ſcio: abſentis ſoror ali-
qvando abſentis bona ſuæ curæ tradi petebat,
opponebat ſe affinis, qvi abſentis ſororem ha-
buerat in matrimonio, hâc licet defunctâ pete-
bat ſibi partem tradi bonorum, Reſponſum
menſe Junio anno 1661. ſororem ſe in vita abſen-
tis fundare, hunc verò in morte, ſed illa magis
præſumitur, ideoqve incumbere probationem
affini, qvòd viva uxore ſua abſens mortuus ſit.
conf. *Maſcard. concluſ. 1074. & Menoch. l. 6. præſ.
49. in fin.* Sed annon hujus curatoris cætera bo- 24
na abſenti obligata? Neg. qvia nulla Lex hanc
hypothecam conſtituit, & ſpeciale eſt in Admini-
ſtratoribus bonorum pupillarium ac Civitatis at-
qve Eccleſiæ, ab his ad anomalam hanc curam
argumentandum non eſt. *Carpz. p. 2. dec. 135.* Sed 25
qvid ſi Vaſallus abſit diu, & agnatus petat poſ-
ſeſſionem, & curam Vaſalli abſentis? hunc ſoro-
re, idem petente, propiorem eſſe judicatum re-
fert *Dn. Mevius p. 2. dec. 13.* Sed ſalvo jure re-
tentionis, qvod habet ſoror in bonis fratris. *Mev.
d. l. def. 14.* Invitus curator non datur, niſi ex ma- 26
gnâ causâ & neceſſitate. *§. 3. Gail. 2. obſ. 108. Don.
lib. 23. c. 17. Anton. Faber. l. 5. c. tit. 40. def. 6.* Si ta- 27
men qvis ſemel acceptavit curam, eam ſine nova
cauſa à judice approbata deponere neqvit. *Salga-
do in Labyr. p. 1. c. 15. num. 2.*

## ad L. Fin.

### *SUMMARIA.*

*Creditor poſtea veniens a reliqvis conſtitutum curatorem revocare non poteſt num. 1.*

*Curator an teneatur omnibus creditoribus rationem reddere, & iis, à qvibus non conſtitutus & an hiſce ſuis actionibus noceat. 2. 4.*

*Creditor una cum curatore ab aliis creditoribus conſtituto, vendere poteſt. 3.*

Creditor poſtea veniens non poteſt revocare 1
curatorem, qvem alii creditores prius com-
muni conſenſu elegerunt; nec tenetur curator ab 2
aliis creditoribus conſtitutus ipſi rationem red-
dere, qvippe ab eo non eſt conſtitutus; Nec igitur
tenetur iis, qvi non elegerunt, nec qvod agit, illis
nocet. *Don. l. 23. cap. 27. lit. D. & ibi Hilliger.* Sed po- 3
terit tamen iſte creditor unâ cum curatore bona
vendere. vid. *hic Weſenb. n. 3. & ibi Hahn.* Ubi di-
ſtingvitur an à creditorum majori parte conſtitutus
curator, an à judice; hoc caſu tenetur omnibus
creditoribus rationem reddere, iſto caſu tantum
iis, a qvibus conſtitutus.

Titu-

# Titulus VIII.

# Qvæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur.

## Ad L. Ait Prætor. 1. cum 4. ſeqq.

*SUMMARIA.*

*IN fraudem Creditorum geſta per debitorem revocantur à creditoribus intra annum. n. 1.*

*Qvæ hic per fraudulenter geſta intelligantur, recenſentur diverſi caſus. 2. & ſeqq.*

1 GEſta per debitorem in fraudem creditorum, per qvæ patrimonium deminuitur, ſi fraudem participavit alter, intra annum utilem à creditoribus revocari poſ-
2 ſunt Per geſta autem ſolutio, Acceptilatio, Pactum, conſtitutio hypothecæ, mutatio rei allodialis in feudalem, & ſimilia intelliguntur, *hic & §. 6. Inſt. de Action. vid. Bachov. d. tb. 5. lit. A. & in tr. de Action. diſp. 3. th. 39.* Idem ſi per acceptilationem
3 vel qvietantiam liberet. Ille etiam in fraudem creditoris contrahit, qvi pignora liberat in fraudem creditorum, vel alium creditorem præponit, *l. 2. h. t.* qvod *Gloſſa.* intelligit, ſi uni aliis
4 etiam inſtantibus ſolvat. Sed verbum *Præponat* ita accipio, ſi Datum obligationis anticipet. v. gr. ſi conſtituta mihi hypotheca Calendis Febr. anno 1666; ſed debitor in meam fraudem tibi conſtituat hypothecam, & præferat tempus & Datum collocet in Calendis Januarii anno 1666. Idem ſi in fraudem creditorum juramentum homini levi deferat, item ſi creditor ſe obligavit ad id, ad qvod in rei veritate non erat obligatus, per *l. 3.* Item ſi paſ-
5 ſus eſt actionem mori vel præſcribi. Nam per geſta etiam non geſta, ſi qvid non egerit, qvod agere debuit, ne patrimonium deminueretur, intelliguntur, v. gr. ſi non uſus ſervitute *Zaſius in l. 1. h. t.*

## ad L. Qvod autem. 6.

*SUMMARIA.*

*REpudiatio delati lucri non fit in fraudem creditorum. n. 1. 9.*

*Exempla ſuppeditantur. 2. 3. & ſeqq.*

*In Gallia* hæc Lex *non obſervatur. 7.*

*Qvæ conſtitutio in Gallia ab æqvitate commendatur. 8.*

*Lex hæc ceſſat in repudiatis in fraudem fiſci. 10.*

*Qvi portionem ſtatutariam ex pacto lucratur non poteſt illi in fraudem creditorum renunciare. 11.*

*Contra creditorem, ante bona poſſeſſa ſuum recipientem, non datur hæc actio. 12.*

*Qvæ datur ſi bonis poſſeſſis recipiat ſuum. 13.*

*Qvæ ex hac actione in reſtitutionem veniant. 14.*

*Limitatur* n. 12. *in fiſco. 15.*

*An hoc Jus fiſci extendendum ad creditores privilegiatos & hypothecarios. 16. 18. & 19.*

Berlichii *ſententia affirmativa qvibus caſibus probanda. 17.*

*An deciſio §. 6.* h. l. *etiam in foro conſcientiæ obtineat. 19.*

*Liqvidato ſuum adjudicari poteſt pendente adhuc proceſſu. 20.*

*Non venit in concurſum, qvod creditoris ante concurſum ex ceſſione liqvidati ſolutum. 21.*

*Debitor ante concurſum pigneratitia actione experiri poterit, non obſtante exceptione qvod adhuc plures ſint creditores. 22.*

*Formato ſemel concurſu heres ab uno creditore in peculiari proceſſu conveniri non poteſt. 23.*

*Si heres cum uno creditore litigare velit, creditores remiſſionem petere poſſunt. 24.*

*Jura omnium creditorum pendente concurſu paria ſunt. 25.*

*Liqvidati debitor pignus offerendo pecuniam poſſidenti creditori actione pignoratitiâ repetere poteſt. 26.*

*Bonis poſſeſſis debitor uni creditori ſolvere non poteſt. 27.*

*Secus ſi bonis nondum poſſeſſis. 28.*

*Qvod variè limitatur. 29.*

*An per actionem Paulianam hypothecariis ſuccurratur remiſſivè. 30.*

*Vidua ſubſiſtens in bonis mariti tenetur ad expenſas proceſſus liqvidationis. 33.*

*Qvid ſi & alii creditores nonnulla bona poſſideant liqvidati an adhuc vidua ſola ad expenſas teneatur. 34.*

*Qvando accipientis fraus reqviritur de qvo contractu hoc intelligendum. 35.*

*Titulus lucrativus an ſit, ſi in certum caſum ſolvendum pretium, in alium verò caſum non. 36.*

*Tranſactio, qvâ creditor obæratus aliqvid liqvidi remittit, qvatenus nulla. 37.*

NOn fraudantur creditores, licet debitor ſibi delata repudiet & occaſione rei acqvirendæ non utatur, v. gr. ſi hæreditatem repudiet *Joh. Bapt. Curatorius in rep. l. legatum de Leg. 1. n. 20 n. 49.* & actus prohibitus cenſetur permiſſus qv[illegible] 2
do venit in conſeqventiam actus permiſſi; nam licet animum fraudandi habuerit debitor, licuit ipſi tamen hæreditatem repudiare. *Zuchard. in rep. Rubr. C. de pactis n. 122.* conf. *Salgado in Labyr. l. 2. c. 14. num. 6. & ſeqq.* ubi plurimos allegat. *Marcellanus conſ. 30. num. 326. & conſ. 106. 34. Mandellus conſ. 541. n. 2. & ſeqq.* Et idem in legatis *§. 4. h. t.* licet enim ſtatim legatario dominium acqviratur, hoc tamen in ſubtilitate juris conſiſtit, & conditionaliter dominium tranſit, ſi velit. *Hillig. in Donell. l. 23. c. ult. l. 1. C. Salgado in Labyr. p. 2. c. 14. n. 24. & ſeqq. Zaſ. hic n*

Sic

4 Sic Vaſallus ſibi delatum feudum reſutare poteſt
in proximum agnatum ſine conſenſu Domini.
5 *Berlich. p. 2. deciſ. 168.* Sic uxor poteſt delatam
ſibi hæreditatem in gratiam filiæ repudiare, licet
deminuatur per id portio mariti ſtatutaria: *Ber-*
6 *lich. p. 1. dec. 51.* Et de marito caſum proponit
*deciſ. 114.* ſed idem eſſe videtur, ſi filius legiti-
mam repudiet, vel ſi fideicommiſſo univerſali o-
neratus Trebellianicam remittat, vel Falcidiam,
& ita pronunciatum refert *Sande l. 3. tit. 13. def. 3.*
7 Sed in Gallia hoc non obſervari ibidem teſtatur,
& vereor, ne hic etiam deſiderari poſſit æqvitas
8 naturalis, qvæ prohibet fraudem ubicunqve, &
manifeſta eſt iniqvitas, ut creditores priventur
eo, qvod ipſis debetur, & liberi ex bonis defuncti
creditoribus obligati aliis præripiant. vid. *l. 26.*
*de bon. libert.* & hoc diſputatum fuit in Facult.
menſe Aug. anno 1653. Æqviſſimum eſſet, dice-
re, repudiationem lucri delati in fraudem credi-
9 torum fieri non poſſe. Sed lucri deferendi repu-
diationem in fraudem factam valere, vid. *Vinc. de*
*Franchis* hac de re late diſputans *deciſ. 101. præci-*
10 *puè num. 15.* Sed ceſſat Lex hæc 9. in repudiatis
in fraudem fiſci *l. 45. pr. ff. de jure fiſci.* Ex tra-
11 ditis videtur ſeqvi; qvi portionem ſtatutariam
ex pactis lucratur, eum non poſſe renunciare lu-
cro, in fraudem creditorum; ſed de eo vid. *not.*
12 *ad l. 26. de bon. libert.* Creditor, ſi, anteqvam
bona poſſideantur, ſuum recepit, ſive debitor co-
actus ſive ultrò ſolverit, ceſſat hæc actio, licet
ſciat debitorem aliis non ſuffecturum, qvia ſibi vi-
gilavit. *Dn. Mevius p. 3. dec. 88. numer. 5.* (modò
non alii ſimul inſtent. vid. *l. 6. §. 2. ſupr. de reb.*
13 *auth. jud. poſſ.*) Aliud ſi bona eſſent poſſeſſa à
creditoribus; nam tunc unius creditoris non po-
teſt eſſe conditio melior, qvàm aliorum; nec va-
lidus tunc contractus ſuper bonis illis, per *h. l. §. 7.*
14 *Dn. Mev. p. 2. deciſ. 222. & p. 4. dec. 142.* Sed po-
teſt pecunia ſoluta repeti, & ſi alia res in ſolu-
tum data, fructus repetuntur omnes, qvia licet
bonâ fide poſſideat, qvi authore Prætore poſſi-
det; hoc tamen locum habet, qvando non eſt
obreptum judici, & ſic ſi pendente concurſu ad-
judicata res fuit, ea cum omnibus fructibus re-
ſtituenda; licet in eâ ſpecie, qvam habet *Dn. Me-*
*vius d. p. 4. dec. 143.* aliqvid ſpeciale eſſe videatur.
15 Exceptio prioris eſt in fiſco *l. 18. §. fin. ff. de ju-*
*re fiſci*, ut poſſit revocare; qvod ad alios et-
16 iam creditores privilegiatos & hypothecarios
accommodant *Hartman. Piſt. part. 3. qvæſt. 10. &*
*Dn. Mevius in Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 3. num. 2.*
ſed vid. *Rauchbar. part. 2. qvæſt. 9. num. 37. & ſeq.*
*Wiſſenb. h. t. th. 18.* qvorum opinio mihi magis pro-
batur, qvia qvod ſpecialiter in favorem fiſci
conſtitutum, ad alios extendi non debet, & tex-
17 tus, qvos *Berlich. p. 1. concl. 71. num. 21.* expreſſos
vocat, planè illorum ſententiam non probant:
ſed in ſeqventibus caſibus illorum opinionem
concedo 1. ſi hæres confecto inventario ſciens

uni ſolvat minus privilegiato. 2. niſi alii ſimul
inſtent, & uni per gratificationem ſolutum. 3. ſi
bona à creditoribus jam poſſeſſa, vel 4. pecunia
ſoluta extet. Vid. *Rauchbar. & Wiſſenbach. dd. locis.*
Sed diſtinctio inter chirographarios & hypothe- 18
carios creditores videtur receptior, ſcilicet,
qvòd ſolutum chirographario poſſit condici ab
hypothecariis, ſi in fraudem horum facta ſolu-
tio per colluſionem. Vid. *Prukman. vol. 1. conſ.*
*24. n. 156. & ſeqq.* & qvos refert *Dn. Richter. vol.*
*1. conſ. 12. n. 4. & ſeqq.* Sed an deciſio hujus §. 6. 19
etiam in foro conſcientiæ obtinet? Affirm. hoc
*Molina de Juſt. & Jure l. 536. n. 42. Dn. Struv. h. t.*
*th. 78. Covarruv. pract. qvæſt. 29. Stracha de De-*
*coct. p. ult. n. 28. & ſeq. Peregrinus de jure fiſci l. 6.*
*tit. 6. n. 8. & ſeq.* Si autem de jure alicujus con- 20
ſtet, & is ſit privilegiatus, ut nemo ei præferri poſ-
ſit, adjudicari illi res poteſt, pendente licet proceſ-
ſu, *Dn. Mev. p. 3. dec. 174.* Præſertim hoc æqviſſi-
mum, qvando debitores vel curatores bonorum
proceſſum protelent. Sic etiam ſi liqvidatus an- 21
te concurſum motum nomen ſui debitoris ceſſe-
rit creditori, cum facultate exigendi, ſi credi-
tori ſatisfactum ante concurſum, illud nomen in
concurſum non veniet. *Dn. Mev. p. 5. dec. 345.* Et 22
creditor poſſidens pignus non poteſt exceptione
hac: *citentur omnes creditores*, debitorem in ex-
ercitio pignoratitiæ actionis impedire; qvia ne-
gotium principale, ex qvo pignoratitia competit,
ante concurſum originem habuit. *Dn. Mev. p. 5. dec.*
*346.* Colligitur ex *h. §.* formato ſemel concur- 23
ſu, non poſſe hæredem ab aliqvo in peculiari pro-
ceſſu conveniri, ſed petenda eſt remiſſio ad cau-
ſam generalem. *Dn. Mev. p. 2. dec. 250.* Imò, ſi hæ- 24
res cum uno creditore litigare velit, poſſe tamen
creditores remiſſionem petere; nam facile de-
bitor uni reſpondendo ei gratificari poſſet in præ-
judicium cæterorum creditorum. Et collige, ju- 25
ra omnium creditorum pendente concurſu eſſe
paria. Non tamen obſtat, qvo minus debitoris 26
liqvidati debitor ſuum pignus pignoratitia a-
ctione repetere poſſit, & pecuniam offerre ei
creditori, qvi poſſidet. *Dn. Mevius. p. 5. dec. 344.*
Bonis poſſeſſis debitor uni creditori ſolvere 27
non poteſt, qvia bona jam omnibus credito-
ribus communia facta. *§. 7. h. l.* Sed bonis non- 28
dum poſſeſſis ſi ſolvat, ſibi vigilavit creditor,
licet ſciverit, debitorem non eſſe ſolvendo.
Poſterius limitatur 1. niſi pluribus inſtantibus 29
uni gratificatus ſit *l. 24. h. t. l. 6. §. 2. ſupr. de reb.*
*auth. jud. poſſid.* 2. Fiſcus poteſt revocare *l. 18.*
*§. ult. de jure fiſci.* 3. hypothecarii poſſunt indi-
ſtinctè revocare per actionem hypothecariam
ea, qvæ nondum poſſeſſis bonis alienata etiam
bonâ fide, per tradita *Carpzovii p. 1. conſt. 28. d.*
*179. Vincent. de Franchis dec. 101. n. 15.* qvod intelli-
go & admitto de actione hypothecaria. An ve- 30
rò per actionem Paulianam hypothecariis ſuc-
curratur, vide argumenta pro & contra apud
*Hillig.*

Digitized by Google

31 *Hillig. l. 23. c. 18. lit. M.* Nec admitto amplia-
tionem Carpzovii, qvod idem ſit, ſi res ſoluta ſit
32 conſumta, qvia tunc hypothecaria ceſſaret. Et
qvod de Fiſco dicitur *d. §. ult.* non poteſt ad hy-
pothecarios omnes extendi, & qvidem ſi ſpecia-
lem meam hypothecam alteri ſolvit, ſi prior ſim,
indiſtinctè eum creditorem, cui res ſoluta eſt, hy-
pothecaria convenire poſſum: Sed ſi res genera-
liter mihi ſit obligata, poſſum convenire poſſeſſo-
rem, ſi aliunde ſolutionem accipere neqveam. *Nov. 4. c. 3.* conf. *Rauchb. p. 2. q. 9.*

33 Ex hoc *§. 7.* etiam videtur velle probare
*Dn. Mevius p. 2. dec. 345.* qvod vidua, ſubſiſtens in
bonis liqvidati mariti, teneatur ad expenſas pro-
ceſſus liqvidationis, licet parum ex bonis, & ne
qvidem intereſſe dotis ſolutæ, conſeqvi poſſit,
34 qvod qvidem concedo; Sed ſi alii creditores
nonnulla bona liqvidati teneant, puto expenſas
partim à vidua, partim ab aliis creditoribus im-
miſſis pro ratâ conferendas eſſe, ex ratione hu-
jus *§. 7.* qvia bona ſunt communia; & huc faci-
unt rationes à *Dn. Mevio* allatæ: & ſi primaria
creditrix hoc onus agnoſcit, idem pro rata injun-
gendum aliis, qvi etiam partem bonorum poſſi-
35 dent, & viduâ minus ſunt privilegiati. * Qvando
etiam accipientis fraus reqviritur, *§. 8. h. t.* id de
contractu oneroſo intelligendum; nam ſi contra-
ctus lucrativus ut donatio, poſſeſſoris fraus non
exigitur, qvia per hanc actionem non infertur ipſi
damnum, ſed extorqvetur lucrum, *hic & l. 5. C. h. t.*
36 *Carpz. p. 3. dec. 224.* Sed eſtne lucrativus titulus
in hâc ſpecie, ſi Titius det mihi ædes ſuas, ut ſi ille
ſuperviveret per biennium, ſolverem mille thal. ſi
autem intra biennium moriatur, habeam hanc do-
mum gratis? Reſp. *Sande* eſſe oneroſum, arg. *L.*
37 *periculi. 5. ff. Nautic. fœn.* vid. *Sande l. 3. t. 13. d. 2.* Ex
*§.* hoc etiam probatur, transactionem, qvâ credi-
tor obæratus aliqvid liqvidi remittit, eſſe nullam, ſi
ineatur pendente concurſu, vel aliàs fraus probe-
tur, ita pronunciatum in Facult. menſ. Februar.
anno 1654.

## ad L. Si debitor. 7.

### *SUMMARIA.*

*AN is, à qvo res, ipſi ut fraudis gnaro vendita, revocatur, poſſit repetere pretium. n. 1. 2.*

*Qvid ſi fraudis ignarus fuerit. 3.*

1 SI res in fraudem creditorum tuorum mihi
vendita fraudis conſcio, & poſtqvam non ſol-
vendo repertus debitor, revocatoria actum eſt
contra me, qværitur: an pretium repetere poſ-
2 ſim? Qvod negatur in *l. 7.* qvia, ſi ex bonis de-
bitoris pretium ante creditores repeti poſſet,
in effectu creditores fraudarentur parte bono-
rum debitoris. Sed hoc declaratur in *L. ſeq.* ſi
pretium fuerit conſumtum; nam ſi adhuc in
3 bonis debitoris extet, ea vindicari poterit. Sed
ſi emtor tantum ſciverit venditorem habere
multos creditores, ſed fraudis ſit ignarus, tunc
pretium ipſi reſtituendum, ſi re carere velit.
*l. 1. §. 12. ff. Si qvid in fraudem patroni.* vid. *Donell. l. 23. c. 18. lit. A. & ibi Hillig.*

## ad L. Is qvi 9.

### *SUMMARIA.*

*FUndus à tertio emtore fraudis non conſcio an revocari poſſit. n. 1.*

*Pretium in* hac l. *ſuccedit loco rei contra regulam. 2.*

QVi fraudis conſcius fundum à debitore eme- 1
rat, ſi eundem alii fraudis non conſcio ven-
dat, ab hoc revocari non poteſt, ſed emtor primus
tenetur ad pretium, vid *Hillig. in Donellum l. 23. c. 18. lit. A.* Unde colligit *hic Zaſ.* hanc actionem
non eſſe in rem ſcriptam, & pretium hic ſuccedere
loco rei, qvod non fieri ſolet in particularibus, ex-
ceptâ hac lege, & *L. Mater. C. de rei vind. & l. 1. ff.*
*de diſtr. pign.* de qvo *Barb. l. 14. c. 76. axiom. fin.* nec 2
res ſuccedit loco pretii; nec fundus, ex pecunia
certa emptus, ſtatim ejus naturam adſciſcit. per
*tradita Tiraq. de Retr. conſang. §. 32. gloſſ. un. n. 10. & multis ſeqventibus* ſed hypothecarius creditor uti-
qve habebit actionem hypothecariam.

## ad L. Ait Prætor. 10.

### *SUMMARIA.*

*ALienata in fraudem intra annum revocantur. num. 1.*

*Qvod limitatur. 29.*

*Revocantur etiam ab accipiente ex titulo lucrativo, licet fraudis non particeps. 2.*

*Qvæ reqvirantur, ut hæc actio revocatoria locum habeat. 3. 11. & ſeqq.*

*Ab accipiente ex titulo oneroſo non revocatur niſi fraudis conſcius. 4.*

*Qvi à debitore emit contra denunciationem à creditoribus factam, ne emeret, fraudis conſcius præſumitur. 5.*

*Qvid ſi emtor dubitet de alienatione debitoris an in fraudem facta, an præſcribere poſſit, diſtingvitur variè. 6. & ſeqq.*

*An fraus tutoris noceat pupillo fraudis non conſcio. 10.*

*Bona à defuncto in fraudem creditorum alienata non revocantur, diſtractis bonis à creditoribus heredis non ſolvendo reperti. 14.*

*Alienata in fraudem ab herede, qvi poſt abſtinuit, revocantur actione utili. 15.*

*Si, qvod debetur in diem, ſolvatur in fraudem præſens, datur actio in factum ob commodum præſentationis. 16.*

*Qvid hinc probet* Carpzov. *17.*

*Si pignus datum chirographario in debitum vetus, in fraudem priorum creditorum hypothecariorum, datur hæc actio revocatoria. 18.*

*Datur etiam hæc actio, ſi privatam hypothecam habens ſibi in fraudem aliorum creditorum conſtitui curat publicam. 19.*

*Secus, ſi priorum creditorum hypotheca exſpiraverit. 20.*

*Si dos in fraudem creditorum conſtituta, actio hæc locum habet. 21.*

*Debi-*

*Debitor fugitivus an capi poſſit. 22.*
*Pecunia extorta qvatenus cum cæteris creditoribus communicanda. 23.*
*Areſtatus ſub cautione relaxari debet. 24.*
*Reqviritur hic duplex cautio. 25.*
*Debitor vagabundus etiam coram judice incompetente conveniri poteſt. 26.*
*Annus ex qvo tempore hic computandus. 27.*
*Res reſtituenda eſt cum omni cauſa. 28.*
*Qvi fructus in hanc actionem veniant. 30.*
*Alienatione in fraudem facta per liberationem qvamdiu duret hæc actio. 31.*
*Datur hæc actio heredi & in heredem. 32.*

1 IN principio recenſentur verba Edicti paulo aliis
verbis, qvàm ſupra; ex qvibus tantum notatur,
2 qvod intra annum revocanda ſint alienata in
fraudem; interdum etiam, licet is, in qvem trans-
lata ſunt, non ſit fraudis particeps; ſcilicet, ſi titu-
3 lus lucrativus. Reqviritur in hac actione. 1. Frau-
dulentum conſilium, & deinde eventus fraudis;
nam nec eventus fraudationis ſufficit ſine conſilio
nec contra. *§. 1. h. l. Tirаq. de Retractu in præfat. n.*
4 *79. Cephal. lib. 2. conſ. 179. n. 9.* Deinde reqviritur
in emptore vel alio, qvi titulo oneroſo compara-
vit rem, ut ſit fraudis conſcius. Qvod declaratur in
*§. 2.* quod ille non poſſit dici fraudis conſcius, qui
ſcivit, venditorem habere emtos creditores; ſed
opus eſt, ut ſciat ad defraudandos creditores hæc
5 agi. Si autem quis emturus à creditoribus teſtato
conveniatur, ne emeret, & tamen emit, conſcius
fraudis hic præſumitur *§. 3. h. l.* quia denunciatio
& dubitatio malam fidem parit. *Zaſ. hic num. 3.*
6 *Men. lib. 5. præſ. 3. n. 81. Don. lib. 23. c. ult.* Et ideò ſi
contra venditionem proteſtatus ſit creditor hypo-
thecarius, licet poſtea intra longum tempus non
conveniatur poſſeſſor hypothecæ, non tamen præ-
ſcribet actioni, quia in malâ fide eſt. *Sande l. 3. t. 12.*
7 *d. 22.* Sed diſtingvere ſolent Dd. inter dubitatio-
nem, quæ contractum & acquiſitionẽ antecedit, &
inter eam, quæ ſequitur; illa impedit uſucapio-
nem & præſcriptionem, hæc non interrumpit ſe-
mel cœptam. *l. ſi fundum. C. de rei vind. Franc. Bal-
bus de præſcript. p. 2. partis 3. princ. q. 2. Covar. in c.
poſſeſſor. p. 2. §. 7. n. 3. Pet. Gilken. de uſucap. p. 2. membr.*
8 *2. cap. 2. n. 132. & ſeq.* Deinde diſtingvunt inter
dubitationem practicam & theoreticam. Vid. *Hill.*
9 *in Don. lib. 5. c. 17. lit. A.* Demùm dubitatio alia eſt,
qvæ plus fidei bonæ habet, alia quæ minus: & hæc
inducit malam fidem. *Barb. locupl. t. 4. c. 52. axiom.*
*2.* Et ſic per conteſtationem litis inducta dubita-
tio interrumpit præſcriptionem. per *l. 10. C. de ac-*
10 *qvir. poſſ.* Fraus autem tutoris nocet pupillo
fraudis non conſcio, in quantum ad pupillum per-
venit per *§. 5. h. l.* confer. *Hillig. in Donell. l. 23.
c. 18. lit. R.* & neceſſe eſt, ut creditores, qvi ſe
fraudatos dicunt, tam tempore revocationis,
quàm alienationis ſint creditores, & in omnibus
concurrat animus fraudandi & eventus *§. 6.*
11 Unde, ſi tu in fraudem creditorum omnium mi-
hi rem vendis, & ego ſciam in fraudem Pauli
hanc alienationem fieri, non aliorum; non alii,
ſed Paulus contra me actionem habebit, qvia in
hoc ex parte mea concurrit animus fraudandi &
eventus, in reliqvis non; ſi huic uni ſatisfactum;
Sed ſi ſatisfactum non ſit, tunc etiam cæteris cre- 12
ditoribus fraudatis ſuccurritur; qvia ſicut habuit
animum fraudandi unum, habuiſſet etiam animum
fraudandi cæteros, ſi ſciviſſet. *P. Barb. in l. mari-
tum. n. 101. & ſeq. ff. ſol. matr.* Sed dices, poſſe 13
emptorem offerre pretium creditori utroq; modo
fraudato, & ſic elidere cæterorum actiones, qvod
negatur in *§. 8.* Si defunctus in fraudem credito- 14
rum alienavit qvædam bona, & creditores hære-
dis non ſolvendo reperti bona diſtraxerint, non
poſſe creditores revocatoria actione repetere à de-
functo alienata; qvia hæredis fidem ſecuti ſunt, &
bona defuncti nondum excuſſa, & ſic de fraude
nondum apparet. Si autem hæres qvædam alie- 15
naſſet in fraudem, & poſtea per reſtitutionem ex
cauſa ætatis vel alia, abſtentionis beneficio utatur,
non qvidem directa, qvia defunctus non frauda-
vit, ſed utilis tamen revocatoria datur, per *§. 10.
&c.* Si, cùm in diem mihi deberetur, fraudator 16
præſens ſolverit, datur actio in factum contra me
ob commodum repræſentationis, & ideò interu-
ſurium reſtituere debeo. Ex qvo probat *Carpz.* 17
*p. 1. Juriſpr. conſt. 28. def. 62.* ſi pecunia hæreditaria
per certos terminos ſolvenda, in concurſu detra-
hendum eſſe interuſurium in præſenti ſolutione, ne
aliis creditoribus præjudicetur. Cùm in vetus 18
debitum chirographarium, qvòd ſine ullâ mentio-
ne pignoris contractum, pignus obligatur, qvan-
do id agitur, ut creditor propter hypothecam cæ-
teris præferatur, locum habet hæc actio, *§. 13. h. l.
& l. 22. h. t.* ſecus ſi ab initio conventum de pigno-
re, licet illud non traditum, de qvo *l. 13. h. t.* vid.
*Zaſ. hic.* Idem, ſi creditor in fraudem aliorum 19
creditorum hypothecas privatas habentium, pu-
blicam hypothecam ſibi conſtitui curat, ſciens non
eſſe ſolvendo debitorem, ut judicatum refert *San-
de l. 3. tit. 13. d. 1. per has LL. & l. 2. h. t.* Si verò 20
prius debitum erat hypotheca munitum, hypo-
theca tamen à ſuperiore intra certum tempus con-
ſtituta expiraverit, renovationem tamen hypo-
thecæ in fraudem creditorum non eſſe factam nec
retractandam, defendit *Berl. p. 1. dec. 118.* Mulier 21
etiam, ſi dotis conſtituendæ cauſa marito debitori
acceptum tulerit in fraudem creditorum, locus
erit actioni revocatoriæ, per qvam debitum in
priorem ſtatum reſtituitur, & debitum à marito
exigitur, & dotis actio extingvitur. *§. 14. h. l.* De- 22
bitorem fugitivum ex causâ civili capere poſſum
*§. 16. Gail. 2. obſ. 44. Dn. Mev. p. 2. dec. 274. num. 5.*
qva de re plura *Hilliger in Donell. l. 17. c. 2. lit. N.* &
detinere eâ intentione, ut judici exhibeatur. *Wem-
meſ. conſ. 6. n. 9. cent. 4.* Sed pecuniam extortam cum 23
cæteris creditoribus communicare teneor, ſi jam
ſint bona à creditoribus poſſeſſa, aliàs non. vid.
*Jaſon. in §. Inſt. de action. num. 72. Stracha de decoctor. part. 7. n. 13. Zaſ. hic.* Sed poſtqvam jam arre- 24

ſtati ſunt, debent ſub cautione relaxari; *Petr. Pe-*
25 *ckius de jure ſiſtendi c. 31. n. 3. & ſeqq.* & qvidem du-
plici cautione, de judicio ſiſti & judicato ſolven-
do. *Berlich. p. 1 concl. 50. num. 93.* Idq; à Senatu Fri-
ſico approbatum eſſe, tradit *Sande l. 1. tit. 17. def. 2.*
ſed ubi debitor non eſt ſuſpectus de fuga, cautio de
judicio ſiſti ſufficiet. Si tamen debitum liqvidum,
26 ſolutio injungi poteſt. *Sande d. l.* Ex *hoc §.* etiam
probatur, ſi qvilibet creditor ſuum debitorem va-
gabundum ubiq; capere poteſt, utiq; etiam coram
incompetente judice convenire poteſt, *Caccialu-*
*pus de debitore ſuſpecto q. 4. princ. n. 3. Dn. Mev. de*
*Arreſtis c. 5. n. 12. & ſ.* ita & in Facult. noſtrâ reſp.
27 menſe Jun. anno 1661. Annus computatur ex die
conditionis bonorum; nam antea non poteſt con-
ſtare, an creditores læſi ſint, an non. *§. 18. Cæſar.*
*Bargalius de dolo lib. 5. c. 8. n. 2. Trentac. l. 2. tit. de*
*Except. reſ. 4. num. 12. qvos allegat Hill. lib. 23. c. ult.*
28 *lit. Ll.* Res autem reſtituenda cum ſua cauſa, i. e.
cum omni utilitate *§. 19.* ſed limitatur hoc in *§. 24.*
29 *h. l.* niſi lucrum aliqvod vel ad fraudulentum ven-
ditorem, vel ad fraudulentum emtorem perve-
niſſet, ut ſi emptor duplo pluris vendidiſſet; nam
tunc hoc lucrum ex re perceptum etiam poſt an-
num extorqvendum eſt. *Zaſius hic n. 2.* idem, ſi
poterat lucrari & in fraudem omiſit. *idem Zaſius*
30 *hic.* Sed & fructus à fraudatore percipiendi in
hanc actionem veniunt, ſcilicet qvi tempore alie-
nationis fundo cohærebant, & qvi poſt inchoa-
tum judicium percipi poterant. *§. 20. h. l.* ex qvo
*Don. lib. 20. cap. 5. poſt. lit. K.* percipiendos fructus
à m. f. poſſeſſore reſtituendos eſſe probat, medio
autem tempore perceptos fructus lucratur. *l. ult.*
*§. 4. h. t.* ratione tituli & Dominii, qvod habuit;
qvia medii fructus nunqvam debitoris fuerunt,
& ſic nec alienati. *Weſenb. in π. h. t. n. 11. Bach. in*
*Tr. diſp. 24. th. 5. lit. E. Druidas lib. 2. de act. c. 11.*
31 Qvando per liberationem alienatio facta in frau-
dem, tanto tempore durat hæc actio, qvanto de-
bitum duraſſet. *Mynſ. ad §. 6. inſt. h. t. num. 54. Van-*
*deranus de priv. cred. c. 11.* Hæredi etiam & contra
hæredes datur hæc actio revocatoria. *§. ult. h. l.*

## ad L. Si pater filio familias. 12.

MAndatum generale, vel cum libera, nunqvam ad fraudem committendam, aut ad delinqvendum datum videtur. *Card. Tuſchus concl. 37. lit. M. Barboſa lib. 11. cap. 10. axiom. 17. Klock. vol. 1. conſ. 37. n. 128.*

## ad L. Iſtud conſtat, 13.

### *SUMMARIA.*

*TRaditio pignoris qvod conſtitutum erat creditori, anteqvam debitor ære alieno gravatus, non fit in fraudem creditorum. n. 1.*

*Qvid ſi alius priorem hâc conſtitutione habeat hypothecam, an tunc hæc actio locum habeat. 2.*

*An hac traditione aliis etiam conſulatur creditoribus. 3*

SI debitor mihi conſtituiſſet pignus, ſed poſtea- 1
qvam ære alieno erat obrutus, mihi tradidit
pignus, non videtur in fraudem creditorum id fa-
ctum; qvia conſtitutione pignoris facta jam tum
debebat tradere, & traditio longe poſt ſecuta tan-
tum eſt executio prioris contractus. Sed ſi alius 2
priorem conſtitutione hac hypothecam habeat,
non revocatoria qvidem, ſed hypothecaria actio-
ne utetur tertius. Nec hic dicendum; hac tradi- 3
tione etiam aliis conſuli creditoribus. *per l. cum*
*un. ff. ſupra de Bonis auth. jud. poſ. l. d.* qvia hoc verum
eſt in ea miſſione, qvæ fit rei ſervandæ cauſa.

## ad L. Hac in factum. 14.

PEr hanc actionem revocatoriam reſtituendæ ſunt actiones amiſſæ contra debitorem, & interdum agitur ad cedendam actionem v. g. mandati, contra interpoſitam perſonam, cui res mandatu emptoris tradita; vel contra filiam, ut cedat actione de dote contra maritum.

## ad L. Si qvis. 15.

IN fraudem creditorum videtur alienaſſe, qvi cum ſciret, ſe non eſſe ſolvendo, tamen alienavit ſine neceſſitate. Et libertas non facilè reſcinditur, licet in creditoris fraudem ſit data; qvod de directa libertatis datione intelligendum; ne obſtet *l. fin. C. qui manumitti non poſſ.* qvæ de fideicommiſſaria loqvitur, ex qvâ multum commodi accedit hæredi.

## ad L. Omnes. 17.

### *SUMMARIA.*

*DOnatio omnium bonorum fraudulenta præſumitur. n. 1.*

*Idem ſi debitor obæratus alias alienet omnia ſua bona, vel majorem partem, vel res pretioſiores. 2. 3.*

*Debitor ſolvens qvod verè debet, non præſumitur fraudulenter alienare. 4.*

*Qvod limitatur. 5.*

QVòd in principio proponitur de actionibus 1
contra debitorem reſtituendis, id habuimus
ſupra. Donatio omnium bonorum præſumitur
fraudulenta, licet liberi, qvibus donavit, pater,
fraudem patris ignoraverint. *Carpz. p. 2. dec. 161.*
ubi agit de renunciatione mariti reſpectu lucri do-
tis &c. Ex hoc colligitur, eum, qvi ſua bona omnia 2
alienat, cùm habeat creditores, videri in fraudem
eorum alienare; & præſumitur fraus, donec con-
trarium probetur. *Weſenb. in π. hîc n. 6. Zaſius ad*
*hunc §. p. 3. pag. 320. Maſcard. de probat. concl. 816.*
*n. 21.* Ergo ſufficit præſumtivè hîc concludere *Zaſ.* 3
*hic.* Fraus etiam præſumitur, ſi majorem partem,
vel res pretioſiores alienet. *Bargalius de dolo lib. 5.*
*c. 8. n. 27. Wurmſer. tit. 28. obſ. 4. n. 7.* & non tantùm
ſi donaverit, ut videtur velle *Joh. Hannibal. in*
*rep. L. poſt contractum ff. de donat. n. 61. & ſeqq.* ſed
& ſi alio titulo oneroſo transtulit. *Trentac. l. 2. reſol.*
*tit. de except. reſ. 4. n. 5. Hillig. l. 23. c. ult. lit. L.*

Ubi

4 Ubi alios, & fraudis præſumtiones allegat. Si debitor verè debeat & ſolvat, non præſumitur in fraudem creditorum alienare; niſi præmaturè ni-
5 miſolvat, v. g ſi maritus ſtatim dotem reſtituat, non poſt annum; nam eo caſu interuſurium temporis conſiderandum. *per §. 2. h. l.*

## ad L. Si pignus. 18.

### SUMMARIA.

*Maritus & uxor ſibi invicem hypothecam remittere poſſunt. n. 1.*
*In fraudem remiſſa revocatur, 2.*
*Quod limitatur. 3.*

1 Vir uxori & uxor viro remittere poteſt hypothecam ſeu pignus tacitum vel expreſſum.
2 Et hæc remiſſio non eſt donatio; ſed ſi remittatur in fraudem creditorum, datur actio revocatoria
3 utilis: quod tamen limitant Dd. ſi ex aliis bonis ſatisfieri poſſit; nam aliàs eſſet donatio inter conjuges prohibita. *Neguz. de pign. membro 3. partis 6. princ. n. 14. Afflictus dec. 311. n. 2.* & quos longâ ſerie recenſet *Mat. Cuno de pact. l. 1. c. 6. n. 88.* Imò etiam requirunt Dd. ut tempore petitæ dotis etiam ſuperſint bona, & non tantum tempore remiſſionis. *Cuno d. l. n. 89.*

## ad L. Patrem. 19. & ſeq.

### SUMMARIA.

*Reſtitutio hereditatis ante tempus, vel non detracto Trebellianicæ non venit in hanc actionem. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*

1 Hæres fideicommiſſo gravatus, ſi ante tempus reſtituat hæreditatem fideicommiſſario; item, ſi non detrahat Trebellianicam, non videtur alienaſſe in fraudem creditorum, quia præſumptionem fraudis conjunctio ſanguinis & pie-
2 tatis excludit. Ideo in præmatura ſolutione facta extraneo interuſurium temporis videtur deducendum, & in caſu non detractæ Trebellianicæ, ſi fraus præſumi poſſit in perſona hæredis gravati, ubi nulla adeſt ratio ſanguinis, putarem quartam fideicommiſſario ſaltem utilem eſſe detrahendam, quatenus fideicommiſſarius lucraretur ex dolo hæredis, quicquid Hiſpani JCti à *Salgado in Labyr. l. 2. c. 15. n. 12.* relati contradicant, quicquid etiam diſputet ipſe *Salgado d. l. n. 18. & ſeqq.*

## ad L. Cùm in vetus. 22.

*Hypotheca in vetus debitum conſtituta in fraudem in hanc actionem venit. n. 1.*
*Secus ſi hypotheca ratione novi mutui conſtituta à debitore obærato. n. 2.*

1 Si in vetus debitum debitor uni creditori hypothecam conſtituat in fraudem creditorum, tunc hac actione alter tenebitur, & ita deciſum refert *Joh. à Sande lib. 3. tit. 13. def. 1.* Sed aliud, ſi novum mutuum contraho, & credo 2
debitori obærato, & is mihi hypothecam conſtituat; & ita reſponſum menſe Junio anno 1660.

## ad L. Pupillus. 24.

### SUMMARIUM.

*Homo proprius uni creditori in ſolutum datus an hac actione revocari poſſit.*

Debitor uni creditori dederat in ſolutum certum hominem proprium; Quæritur: an hâc actione poſſit repeti? Reſpond. negando, ſi ante concurſum facta ſolutio, ſi non poſſit probari fraus, & ſi non alii ſimul inſtent & debitor uni gratificetur; & ſic reſponſum in Facult. die 4. Junii anno 1653. vide *notata ſupra ad l. 6. §. 2. de reb. auth. jud. poſſid. & ad l. 6. §. 6. h. t.*

## ad L. ult.

### SUMMARIA.

*Dos à ſocero in fraudem creditorum genero data quatenus in hanc actionem veniat. n. 1. 5.*
*Dos reſpectu mariti eſt titulus oneroſus, reſpectu uxoris lucrativus. 2.*
*Conſtante matrimonio hoc caſu agi non poteſt contra uxorem hac actione. 3.*
*Tenetur tamen cautionem præſtare de reſtituenda dote, ſi ad eam redierit. 4.*
*Contra ipſum debitorem fraudantem datur actio in ſubſidium. 6.*
*Quid ſi bonis jam exutus. 7.*
*Non habent beneficium ceſſionis, qui parte bonorum ſublatâ aufugiunt. 8.*

In §. 1. agitur hic de genero, cui in fraudem creditorum ſocer dederat dotem, & ſi gener fraudis 1
conſcius, tenetur creditoribus actione revocatoria, & reſtituto prædio liberatur ab actione dotis; quod ſi fraudis non ſit conſcius, non tenetur. Et 2
hic præſupponitur dotem eſſe titulum oneroſum; nam ſi lucrativus eſſet, gener etiam ignorans teneretur, poſt *Sarmientum Wiſſenb. p. 1. d. 46. th. 3.* ſed reſpectu uxoris eſt lucrativus, ut pluribus probat *Pinellus ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3. pag. 391. in fine & pag. ſeq.* Sed an conſtante matrimonio agi 3
poteſt contra uxorem? Non putarem; nam conſtante matrimonio eſt in poteſtate mariti, ergo fruſtra vindicaretur ab uxore; à marito autem vindicari nequit, quia non eſt conſcius fraudis. In aliis terminis loquitur *Petr. Barboſ. in l. 2. pr. n. 171. ff. ſolut. matr.* Sed uxor fraudis etiam neſcia, tene- 4
bitur cavere de alienatis aliquando, ſi ad eam pervenerint, reſtituendis. Ergò filia dotem in fraudem ſolutam ſine diſcrimine reſtituit, gener non, 5
niſi fraudis conſcius; qui reſpectu filiæ eſt titulus lucroſus, dum dos conſtitui non debet, niſi deducto ære alieno; ſed reſpectu generi eſt titulus oneroſus, ideoq; non niſi fraudis conſcius tenetur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 378.* Contra ipſum debitorem fraudantem in ſubſidium datur actio, *§. ult. h. l. & l. 10. §. 24. h. t.* vid. *Treutl. & Bach. d. diſp. 24. th. 5. lit. G. Schneid. ad d. §. 6. inſt. de act. n. 28.* *Colleg.*

7 *Colleg. Arg. hic th.10. & Weſenb. in π. n. 10.* Sed qvomodo convenietur fraudator bonis jam exutus, & qvo profectu? Reſp. in carcerem compingendus, qvia ad ceſſionem bonorum non admittendus, arg. *§. hujus. Brunus de ceſſione bonorum. q. 28. q. 5. princip. Rittershuſius in Nov. p. 2. c. 3. num. 22. Hill. ad Donell. l. 23. c. ult. lit. Z. l. 27. c. 9. lit. D.* Et 8 ſic indigni ſunt ceſſione, qvi parte bonorum ſublata aufugiunt. *Beneven. Stracha de decoct. p. 3. num. 9. Scaccia de commerc. §. 7. gl. 5. n. 149.*

# LIBRI XLIII.

## Titulus I.

## De Interdictis, ſive extraordinariis actionibus, qvæ pro his competunt.

### Ad L. Videamus, 1. pr.

*SUMMARIA.*

*Interdictorum diviſiones variæ. n. 1. 2.*
*Interdicta qvæ perpetua & qvæ annalia. 3.*
*Annalia qvomodo perpetua fiant. 4.*

1 PRoponitur hic interdictorum diviſio ſumta ab objecto. In *§. 1.* dividuntur a forma, ut ſint vel prohibitoria, vel exhibitoria, vel reſtitutoria; vel, ut *Fridericus Mindanus in tr. de interd. comment. 7. n. 15.* Interdicta ſunt vel prohibitoria vel juſſoria, & hæc vel exhibitoria, vel reſtitutoria.

2 In *§. 2.* à tempore ſumitur diviſio, v. gr. à præſenti interdictum uti poſſideris; à præterito, ſcil. qvis hoc anno poſſederit, interdictum de itinere
3 actuqꝫ privato. Interdicta, qvæ rem perſeqvuntur, ſunt perpetua, qvæ verò ex delicto dantur, ſunt annalia, *§. ult.* ut in actionibus honorariis.
4 *l. 35. de oblig. & Act.* Sed annua interdicta perpetua fiunt, qvando ad eum, cum qvo agitur, aliqvid pervenit. *l. 3. h. t.*

### ad L. Interdictorum. 2. §. ult.

*SUMMARIA.*

*Interdicta alia adipiſcendæ poſſeſſionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. n. 1.*
*Interdictum duplex ad qvæ remedia propriè pertineat. 2.*
*Qvomodo ad remedia recuperandæ & adipiſcendæ poſſeſſionis ſecundum verba fin. h. §. pertineat vid. 3.*

HIc proponitur receptiſſima interdictorum circa rem familiarem occupatorum diviſio, qvòd alia ſint adipiſcendæ poſſeſſionis, alia retinendæ, alia verò recuperandæ; in qvas claſſes *Menoch. tr. de remed. poſſeſſ.* interdicta diſtribuit. 1
Interdictum autem duplex propriè pertinet ad re- 2
tinendæ poſſeſſionis remedia; ſed qvomodo in fine duplex interdictum etiam ad recuperandæ poſſeſſionis remedia & adipiſcendæ extendatur, res obſcura eſt. Qvidam errorem agnoſcunt, qvidam 3
id accipiunt de illis caſibus, ubi mutuò ſe dejecerunt in continenti, & ubi duo locatores inter ſe agunt de interdicto Salviano, juxta *l. 1. §. 1. de Salviano.* Alii ita ut per accidens & longè alio ſenſu fiant duplicia, qvando poſſumus interdum adipiſci, interdum recuperare poſſeſſionem. vid. *hic Godofr. Bach. ad Treutl. v. 2. d. 25. th. 1. lit. F. Coll. Arg. h. t. th. 14. Hahnius ad Weſenb. h. tit. num. 4.*

## Titulus II.

## Qvorum bonorum.

### Ad L. Ait Prætor, 1.

*SUMMARIA.*

*Interdictum* qvorum bonorum *cui, contra qvem, & ad qvid detur. n. 1. 4.*
*In poſſeſſoriis qvatenus etiam agatur contra eum, qvi dolo poſſidere deſiit. 2.*
*Qvid in hoc remedio probandum actori. 3.*
*Qvæ probationes hic reqvirantur. 5.*
*Qvomodo ab hoc remedio differat remedium poſſeſſorium ex l. f. C.* de Edict. D. A. toll. *6.*
*Remedium hoc immiſſionis non admittit appellationem. 7.*
*An etiam legatario competat. 8.*
*Qvid in legatis piis. 9.*
*Ab inteſtato dictum remedium non datur. 10.*

PEr hoc interdictum ille, qvi bonorum poſ- 1
ſeſſionem à Prætore impetravit, vel etiam utiliter hæres eſt (ſive ſit ab inteſtato, ſive ex teſtamento, *Achil. Perſon. in tr. de Adipiſc. poſſ. num. 467.* licet partem poſſideat, partem non *Achill. Perſon. d. l. num. 480.*) petit, ut poſſeſſio hæreditatis ab eo, qvi pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, ſibi reſtituatur, & ut is, qvi dolo deſiit poſſidere, habeatur pro poſſeſſore. Unde colligit

*Dn.*

2 *Dn. Mev. p. 5. dec. 93. num. 4.* Etiam in poſſeſſo-
riis agi contra eum, qvi dolo deſiit poſſidere, *hic
& l. 1. §. 35.* Unde vi, ſcil. ſi ad intereſſe agatur.
Sed ſi ex canone Redintegranda agatur, non da-
ri hoc remedium, qvia hoc tantum ad reddendam
3 poſſeſſionem datur. *Dn. Mev. d. l.* In hoc reme-
dio actor probare debet, ſe ex teſtamento, vel ab
4 inteſtato hæredem eſſe, & has res petitas defun-
ctum tempore mortis poſſediſſe, & ſic etiam arti-
culi formandi *Perſon. d. l. n. 482.* Et contra titu-
lo poſſidentem non datur, ſed contra eum, qvi
pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, *Perſon. d.
l. n. 483.* nec hic juſtus error loco tituli eſt, ut in
5 præſcriptione. *Perſon. d. l. n 484.* Probatio autem
reqviritur hic, ſed non adeò plena & perfecta, ut
in petitione hæreditatis, de qvo prolixius agit
*Perſonalis n. 487. & multis ſeqq.* qvamvis hic ar-
ticulus maximè controverſus ſit. De qvo inter-
dicto plura apud *Menoch. rem. 1. adip. poſſ. & Achill.
Perſon. in tr. de adip. poſſ. ex l. ult. C. de Edicto div.
Adrian. toll. num. 479 & ſeq. Bach. in Tr. vol. 2. diſp.*
6 *25. th. 5. & Cothm. vol. 1. conſ. 9.* Diverſum ſane ab
iſto eſt remedium poſſeſſorium, ex *d. l. fin. C. de
Div. Adr. Edict. toll.* qvod datur hærede, oſtenſo
teſtamento, nullo vitio viſibili laborante, & qvi-
dem in ſcripto teſtamento aut à Notario in ſcriptu-
ram redacto, ſi modò lis non ſit cœpta in petito-
7 rio. *Dn. Mev. p. 2. dec. 281.* Et ab hac immiſſione
8 non appellatur, qvia momentaneum eſt, vid. *Dn.
Mev. p. 2. dec. 282.* Legatarie ſanè non competit,
ſed ordinaria actio. *Menoch. rem. 4. adip. poſſ. n. 694.
Dn. Mev. p. 1. dec. 98.* ſed contrarium placet aliis,
ut *Mindano l. 2. de Mandatis. c. 18. num. 4. Berlich.
p. 1. concl. 80. n. 10. Myſ. cent. 5. obſ. 61.* & hos alioſq́
referenti & probanti *Winckelhauſio obſ. ult. num. 18.*
Sanè ſi præſupponamus in foro Saxonico non tan-
tùm, ſed & in aliis judiciis, ubi Jus civile obtinet,
receptum eſſe, qvod ex inſtrumento liqvido pa-
rata detur executio, ac exceptiones, qvæ altioris
indaginis ſunt, in reconventionem rejiciantur;
non video, qvo prætextu hoc legatariis ex teſta-
mento publicato ſuum legatum petentibus dene-
gari poſſit; & cur non exceptiones etiam hic, qvæ
altioris ſunt indaginis, differri debeant in proceſ-
ſum reconventionis; præſertim cum teſtamenta 9
publica aliis documentis ſint favorabiliora. Po-
tiſſimum verò omnium paratiſſimarum executio-
num paratiſſima & velociſſima executio homini,
nedum Chriſtiano, debebat curæ eſſe in piis lega-
tis, ubi qvilibet etiam ex populo audiri debebat,
*Surdus de Aliment. tit. 3. q. 8. num. 5. Gratianus tom.
1. diſcept. cap. 62. n. 23.* Sanè ab inteſtato remedium 10
illud ex *l. ult. C. de D. Adr. Ed. toll.* non dari, adeo-
qve neq́ in feudis, in qvibus tantum ab inteſtato
ſucceditur, evincit *Berlich. p. 3. dec. 307. per totam.*

## ad L. Interdicto. 2.

### *SUMMARIA.*

*AN interdictum hoc detur contra debitores here-
ditarios. n. 1.*
*Ad ſervitutes vel annuos reditus hoc interdictum
non dari, an rectè ex* h. l. *probetur. 2.*

IN *hâc Lege* qværitur: an hoc interdictum de- 1
tur contra debitores hæreditarios? & nega-
tur, qvod in juribus perſonalibus neqve vera ne-
qve qvaſi detur poſſeſſio. *Afflictus dec. 395. n. 3.
Menoch. rem. 3. retin poſſ. n. 154. Dn. Richter. vol. 1.
conſ. 14. n. 9. Achilles Perſon. d. l. n. 481.* ubi limitat,
niſi debitores in re & in perſonâ obligati ſint. Sed 2
ex *hac Lege* non probatur, qvòd nòn detur ob
ſervitutes vel annuos reditus; qvia ad res perti-
net hæreditarias. *Berous vol. 3. conſ. 43. n. 18.* & *Me-
noch. rem. 1. adipiſc. poſſ. n. 85.*

# Titulus III.
# Qvod Legatorum.

## Ad L. Hoc. 1.

### *SUMMARIA.*

I*Nterdictum* qvod legatorum *cui, contra qvem
& ad qvid detur. n. 1.*
*Hujus interdicti cauſa. 2.*
*Legatarius ob apprehenſam rei legatæ poſſeſſionem pro-
pria autoritate dominium legati non amittit. 3.*
*Competit hoc interdictum & heredis heredi. 4.*
*Dubitans, qvo titulo reus poſſideat, petitionem here-
ditatis alternativè cum hoc interdicto cumu-
lare poteſt. 5.*
*Si ex facto rei incertum, qvæ actio teneat, duæ di-
ctari poſſunt actiones cum proteſtatione, qvod
ex alterutra obtinendum, qvod debetur. 6.*
*Cumulus hic actionum, in effectu una tantum eſt. 7.*
*Si dubitatur de probatione nullitatis ſententiæ reme-
dium nullitatis cum Appellatione conjungi po-
teſt. 8.*
*Si de actione competente ex duabus non conſtet, ad-
mittitur libellus alternativus ſuper utraq́ con-
ceptus. 9.*
*Exceptio judicis incompetentis & ſuſpecti poteſt al-
ternativè concipi. 10.*
*Dubitans de vero reo alternativè contra plures agere
poteſt. 11.*
*In proceſſu criminali petitio condemnationis vel tor-
tura cumulari poteſt. 12.*
*In favorem minoris appellatio cum reſtitutione cu-
mulari poteſt. 13.*
*Contra donatarium mortis cauſa an detur hoc inter-
dictum. 14.*

*Contra heredem, cui res prælegata, pro eâ parte, qvam ut legatarius accepit, datur hoc interdictum. 15.*

*An uſusfructus legatus & occupatus ex hoc interdicto in reſtitutionem veniat. 16.*

*An hoc interdictum competat, ſi legatarius poſſeſſionem rei legatæ officio judicis nactus ſit. 17. 18.*

*Datur hoc interdictum etiam tum contra ſucceſſorem legatariorum univerſalem, tum ſingularem. 19. 24.*

*Si voluntate heredis poſſeſſio rei legatæ acqviſita, hoc interdictum ceſſet. 20.*

*Conſenſus hic ſemel declaratus ab hærede ſufficit. 22.*

*Qvid ſi uno ex heredum conſentiente alter diſſentiat. 23.*

*Fideicommiſſo conditionali vel in diem relicto renunciari non poſſe colligitur. 21.*

*Contra legatarium judicialiter immiſſum qvatenus detur hoc interdictum. 25.*

1 INterdictum Qvod legatorum, eſt etiam adipi-
ſcendæ poſſeſſionis, qvod datur hæredi contra
legatarium, qvi rem legatam propriâ authori-
tate apprehendit, ut rem legatam è manu hæ-
redis accipiat ob tres cauſas, 1. ob Falcidiam, 2. ob
2 æs alienum legata minuens. 3. Si legatum genus
ſit, vel alternativum, & electio in aliqvo caſu eſt
heredis. *Mindan. de interdict. part. 2. tit. 17. Oldendorp. claſſ. 2. act. 2. Menoch. rem. 2. A. P. Schneidw. ad §. ſeqvens. Inſt. de interdict. num. 9. Carpzov.*
3 *part. 3. cap. 13. def. 30.* Legatarius tamen poſt rem
legatam reſtitutam poteſt convenire hæredem in
petitorio, nec amittit legati dominium, ſi ante
apprehenſam ab herede poſſeſſionem hæreditatis
occupaverit legatarius rem legatam. vid. notata
4 *ad l. 5. C. de Legatis.* Et competit hoc interdi-
5 ctum heredis heredi §. 3. Qvando dubito, an reus
pro hærede, an pro poſſeſſore, an pro legato poſ-
ſideat, tùm alternativè petitio hæreditatis cum
6 hoc interdicto cumulari poteſt §. 4. & ſic colligi-
tur, qvando ex facto rei incertum eſt, qvæ actio
teneat, poſſe nos duas dictare actiones cum pro-
teſtatione, nos velle ex alterutra conſeqvi, qvod
nobis debetur *Cothm. vol. 3. Reſp. 4. n. 33. Georg. Mundius de Diffamat. c. 95. §. 2. n. 726. Obrecht. de libello. c. 17. n. 41. & ſeq. Dn. Struv. Exerc. 45. th. 28.*
7 Et ſic plures intenduntur actiones revera & exitu
una, qvia inſtituuntur ſub contrariis conditioni-
bus; petitio enim hæreditatis ſub ea ſi pro hærede,
prove poſſeſſore poſſideat reus; Interdictum.
Qvod legatorum, ſi pro legato; ut non poſſit, niſi
una ex his vera eſſe conditio, itaq; locus uni acti-
oni, altera intentione actoris repudiata. *Donell.*
8 *lib. 21. c. 3. lit. G. & ibi Hilliger.* & ſic qvando du-
bium eſt, an nullitas ſententiæ probari poſſit, po-
teſt nullitatis remedium cum Appellatione con-
jungi *c. Abbate ſanè X. de re judic. c. conſtitutus. 8. X. de reſtitut. vid. not. ad l. ſi expreſſim. 19. ff. de ap-*
9 *pell.* Idem ſi ob varias doctorum opiniones in-
certum ſit qvænam actio potius competat; nam
tunc admittitur libellus alternativus ſuper utraq;
actione conceptus *Franc. de Clapperiis in ſuis deciſ. p. 2. cauſ. 62. q. 1. n. 4.* Sic etiam, ſi qvis pu- 10
tet judicem eſſe incompetentem, poteſt exceptio
alternativè concipi, nego te eſſe judicem, aut non
carere ſuſpicione *Franc. de Clapp. d. l. n. 5.* Ex ea- 11
dem cauſâ contra plures alternativè agi poteſt,
qvando incertum, qvis adierit hæreditatem.
*Carpz. part. 1. conſt. 2. d. 7.* Sic in proceſſu crimina- 12
li poteſt accuſator petere condemnationem vel
torturam, qvia neſcit, an reus confeſſurus ſit cri-
men. *Carpz. d. conſt. 2. d. 9.* Ex hoc §. etiam pro- 13
batur, poſſe in favorem minoris cumulari appel-
lationem cum reſtitutione, ut ſi alterutrum reme-
dium ſit expeditius, ex eo procedatur, poſt *Oldendum conſ. 108. n. 5. & Zaſium lib. 1. ſing. reſp. cap. 21. num. 13. & 23. citatos. Dn. Mevius part. 2. dec. 64.*
Contra donatarium mortis cauſa, qvi ſcil. à de- 14
functo accepit poſſeſſionem, non datur hoc inter-
dictum, & habet hæres Falcidiam ipſo jure, qvam
poteſt vindicare, *§. 5. h. l. & ibi Zaſ. & Weſenb. in π. n. 6. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 19. th. fin. lit. B. Mindan. part. 2. tit. 17. n. 64.* & ita intelligendus *Carpz. p. 3. Juriſpr. conſt. 1. d. 37.* ſcilicet de caſu non tra-
ditæ poſſeſſionis. Si uni hæredum res prælegata 15
eſt pro ea parte legati, qvam ut legatam, vel ut
legatarius percipit, hoc interdicto convenitur, v.
gr. ſi pro tertia parte hæres eſt, duas partes ab hæ-
redis manu debet percipere, qvia unam tertiam,
ut hæres cepit. *§. 6. h. l.* Et habet locum in uſu- 16
fructu legato, qvem, licet propriè non poſſidea-
tur ab hærede, debet petere legatarius. §. 8. qvo
caſu petitur reſtitutio libertatis *Donell. l. 19. c. 13. lit. K. & ibi Hilliger.* Hoc interdictum competit, 17
licet legatarius officio judicis nactus ſit poſſeſſio-
nem rei legatæ, vel immiſſus ſit *Carpz. p. 3. Juriſpr. c. 13. d. 131.* ideoq; hæc cautela, qva utitur le-
gatarius, ut officio judicis conſeqvatur poſſeſſio-
nem rei legatæ, rectè rejicitur à *Guidone Papæ dec. 483. & Alciato reſp. 492. num. 34. qvos refert Menoch. rem. 3. adipiſc. poſſ. n. 84. Petrus Friderus de interdictis tit. 17. num. 57. Carpz. p. 3. c. 13. def. 31. Harprecht, & qvos allegat ad §. 2. inſt. de interd. n. 71.* Licet repugnet *Menoch. d. remed. n. 84.* cui 18
obſtat *l. meminerint C. unde vi*, & hâc cautelâ Me-
nochianâ omnes leges, qvæ prohibent, ne qvis
propriâ authoritate poſſeſſionem amplectatur,
poſſent eludi, & ſi judex poſſet immittere, id ta-
men in præjudicium hæredis non debet extendi,
& ita pronunciatum in Facultate menſe Martio
anno 1668. Et hoc Interdictum datur etiam con- 19
tra hæredes legatariorum, qvi propria authoritate
occuparunt legatum §. 10. Si autem voluntate 20
hæredis acqviſivit poſſeſſionem legatarius hoc in-
terdicto non tenetur, ſc. ſi aditâ hæreditate con-
ſenſit, non ſi ante hæreditatem aditam, de qvo
variæ ſunt opiniones recenſitæ à *Lud. Gozadino in rep. l. 1. c. de pactis num. 15.* & *Franc. Curtio. in rep. l. conditione incertum. 1. C. de pactis num. 21. vol. 7.*
Unde Dd. ſolent probare: fideicommiſſo con- 21
ditio-

ditionali vel in diem relicto ante tempus renun-
ciari non poſſe. *Fuſarius in tr. de ſubſtit. qv. 587.*
22 *num. 2.* Et ſufficit ſemel conſenſiſſe hæredem, licet
23 mutaverit voluntatem, per *§. 14. n. 9.* Si unus con-
ſenſit, ut legatarius propria authoritate occupa-
ret legatum, alter non conſenſit, huic, non illi da-
24 tur interdictum *§. 15.* Datur hoc interdictum et-
iam contra legatarii ſucceſſorem, non tantùm uni-
verſalem, ut dictum, ex *§. 10.* ſed etiam ſingula-
rem. Ratio redditur à *Menoch. d. l. n. 28.* qvòd qva-
25 ſi ſit in rem ſcriptum. Contra legatarium judiciali-
ter immiſſum non datur hoc Interdictum, niſi ſit
ab hærede ſatisdatum, & ea ſatisdatio duret; nam
ſi fidejuſſores fiant inidonei, de novo cavendum.
Alioqvin legatum reſtituendum legatario *§. 16.* Et
ſatisdatio vel directo, vel per procuratorem fieri
poteſt, nec ad alias res, ſuper qvibus præſtita non
eſt, extendi debet *§. 17. & ult. h. l.* de qvo *Zaſius*
hic prolixius.

## ad L. Diverſum. 2.

*SUMMARIA.*

*Satisdatio ab herede reqviritur, qvæ à legatario offerenda. n. 1.*

*Hoc interdictum ad qvid detur? & qvid hic colligatur? 2.*

Satisdatio reqviritur ab hærede, qvam tamen 1
legatarius offerre debet, de qva *Bologninus in
rep. l. ſi finita. §. Julianus. de damno infecto. n. 136.
vol. 5.* Ex hujus l. §. 2. notandum hoc interdi- 2
ctum dari ad id, qvod intereſt. Ex qvo apparet,
ſi legatarius rem non poſſeſſam ab hærede, occu-
pet, & hæredis nil interſit, neqve ratione æris ali-
eni, neq; Falcidiæ, neq; ratione juris eligendi,
qvod tùm non detur hoc interdictum. *Menoch. re-
med. 2. adipiſc. poſſ. n. 6. Surdus conſ. 265. n. 12. Bach.
in Treutl. vol. 2. d. 25. th. 2.*

# TITULUS IV.
# Ne vis fiat ei, qvi in poſſeſſionem miſſus eſt.

## Ad L. Ait Prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*Interdictum hoc qvando detur. n. 1.*

*Ad qvid detur. 2. & 9.*

*Sine vi decedenti de poſſeſſione non decernitur ſecunda immiſſio, antequam de fructibus perceptis petenti debitori rationes reddiderit. 3.*

*Dantur ex hoc capite mandata ſine clauſula pro defendenda poſſeſſione. 4.*

*Poſſeſſione lite pendente vitioſè arrepta non datur mandatum manutenentiæ. 5.*

*Primo immiſſus qvando contra alium creditorem non eſt defendendus in poſſeſſione. 6.*

*Interdictum hoc qvibus detur. 7.*

*Culpam latam in hoc interdicto non attendi, an rectè ex §. 4. h. l. probetur. 8.*

*Præſtando interesse creditori turbato, debitor non liberatur à debito principali. 10.*

*Decretum datum ex falſâ cauſâ nullum eſt. 11.*

*Qvod limitatur. 12.*

*Immiſſo vel inmittendo, cujus actioni obſtat exceptio, hoc interdictum non datur. 13.*

*An contra pupillum tutore turbatore, hoc interdictum detur. 14.*

*Datur contra patrem, ſi filius ejus juſſu turbavit. 15.*

*Interdictum hoc eſt annuum & contra heredes non datur. 16.*

*Qvod limitatur in legatorum cauſa. 17.*

1 Qvando ob contumaciam rei immiſſus
ſum in poſſeſſionem bonorum, vel juſſus
ſum immitti, ſi ab alio impediar, ne im-
mittar, vel turbor, ne qvietus maneam
in poſſeſſione; vel dejicior à poſſeſſione, tum con-
tra illum datur mihi hoc interdictum, in primo
caſu eſt adipiſcendæ poſſeſſionis; in ſecundo reti-
nendæ; in tertio recuperandæ. *Bach. in Tr. d. diſp.
25. th. 3. lit. A. Mindan. de interdict. part. 2. c. 9. n.
6. & ſeq. Menoch. in remed. 1. ret. poſſ.* & datur ad 2
id, qvanti ea res eſt, i. e. qvanti mea intereſt, me
non fuiſſe dejectum. *Zaſ. hic n. 8.* Sed ſi ſine vi de- 3
ceſſerit de poſſeſſione immiſſus, licet poſtea ſe
immitti petat, & debitor opponat, ipſi ſatisfactum
jam eſſe ex fructibus, & creditor nollet rationes
edere de perceptis fructibus, hoc caſu non iniqvè
prius à creditore exigendas eſſe rationes, qvam
immiſſio iteretur, deciſum eſſe, refert *Dn. Mev. p.
3. dec. 320.* Et ex hoc capite dantur etiam man- 4
data ſine clauſula pro defendenda poſſeſſione. *Dn.
Mev. p. 4. dec 97.* Sed non datur mandatum ma- 5
nutenentiæ, qvi lite pendente vitioſè arripuit
poſſeſſionem. *Lancell. p. 3. de Attent. c. 31. n. 195.
Dn. Mev. p. 4. dec. 368.* Neq; primò immiſſus con- 6
tra alium creditorem defendendus in poſſeſſione,
ſi alter ſpecialem hypothecam anteriorem, vel
notoriè meliora jura habeat. *Dn. Mev. p. 5. dec.
374.* Et datur hoc interdictum omnibus in poſ- 7
ſeſſionem miſſis à judice, licet ob contumaciam,
ſive ob rem ſervandam ſive ventris cauſa miſſus
ſit. *§. 2. h. l. Menoch. rem. 1. ret. poſſ. n. 6. & ſeqq.*
Ex §. 4. Dd. volunt probare culpam latam non 8
venire in hoc interdicto, ſed *Zaſius* inter culpam
ignaviæ & verſutiæ diſtingvit *hic num. 5.* melius
autem *Petr. Barb. ad L. Si mora. in prælud. n. 10.*
tunc non excuſari tradit, qvando id ignorat, qvod
omnes ſciunt, & excuſari, qvando id non ſciunt
omnes, & ideò de levi culpa *§. hunc* explicat. Hoc 9
Edictum continet, qvantum intereſt creditoris
immiſſi, i. e. qvantum interfuit, vim factam non
eſſe, vel miſſum in poſſeſſione qviete manſiſſe.
*Mind. de interd. tit. 9. n. 19.* non datur hoc inter-

10 dictum. Sic etiam ſi intereſſe conſecutus ſit à tur-
batore, liberatur debitor *l. 51. §. 1. ff. de re judic.*
ſcil. à præſtatione ejus, qvod intereſt, non à prin-
cipali debito. *Mind. d. l. num. 25.* & ideò ſi nihil
intereſt, v. gr. ſi nullam habuit aut falſam cauſam,
unde probatur, decretum datum ex causâ falsâ
eſſe nullum. *Mindan. d. l. num. 28. Dec. conſ. 357.*
11 *num. 6.* Licet ea cauſa ex parte falſa ſit, qvia de-
cretum judicis eſt individuum. *Rol. à Valle conſ. 7.*
12 *num. 185. vol. 3.* Secus, ſi debitum partim verum.
13 Sic etiam qvando actioni obſtat exceptio, & ex-
ceptio illa non attenditur; ſed immiſſio decerni-
tur, tunc huic immiſſo vel immittendo non datur
hoc interdictum, qvod variis modis declarat *Me-
noch. d. rem. 1. q. 2. & 3.* Nam ſi in mora pericu-
lum, aut ſi exceptiones non ſint liqvidæ, ſed al-
tioris indaginis, immiſſionis autem cauſa vel fa-
vorem vel præſumptionem pro ſe habeat, tunc
immiſſio fieri debet interim, donec negotium
principale diſcutiatur. *Mindanus ſ. Friderus d. t.*
14 *num. 30.* Et datur hoc Interdictum etiam con-
tra pupillum, ſi tutor turbavit & tutor ſolvendo
15 ſit, alias non. *§. 6. h. l.* & contra patrem, ſi filius ejus
16 juſſu turbavit *§. 7.* Hoc interdictum eſt annuum,
qvia eſt pœnale, nec contra heredem datur, niſi in
id, qvod ad eos pervenit; ſed excepta hic legato- 17
rum cauſa, ob qvam cauſam datur interdictum
miſſo legatario contra hæredem poſt annum. Ra-
tio in textu, qvia hæres poteſt evitare immiſſio-
nem, ſi ſatisdationem offerat legatario. conf. *Cu-
jac. lib. 12. obſ. 23. Hotoman. l. 5. obſ. 29. Friderus de in-
terdictis tit. 9. n. 20. ſeq.*

### ad L. Si qvis. 3. pr.

*SUMMARIA.*

*Contra reſiſtentem immiſſioni datur etiam decre-
tum de immittendo manu militari. n. 1.*

*Reſpondetur ad* l. 1. §. 2. ff ſi ventris nom. mul. & l.
1. C. de off. milit. jud. 2. 3.

QVi immiſſionem petit contra reſiſtentem, duo 1
habet remedia: alterum, ut interdicto utatur
hoc, alterum, ut ſi nolit parere; nam tunc decretum
de immittendo judex manu militari exeqvetur. *Hill.
in Don. lib. 20. c. 6. lit. G.* Nec obſtat *l. 1. §. 2. ff. ſi ventris* 2
*nomine mulier.* qvæ loqvitur de eo, qvi dolo venit
in poſſeſſionem, ſed nondum reſtitit decreto Præ-
toris. *Pac. cent. 7. q. 1. Hill. d. l. & l. 1. C. de Offic. mil.
judicum.* Qvæ non vetat omnem executionem mi- 3
litarem, ſed militarium judicum ex *Oldend. Hill. d. l.*
conf. *Men. d. rem. 4. q. 2. n. 11. & ſeqq.*

# TITULUS V.
# De Tabulis exhibendis.

### Ad L. Prætor ait. 1.

*SUMMARIA.*

*INterdicti de tabb. exhibendis deſcriptio. n. 1.*

*Hoc interdictum pertinet ad omnes tabulas ſive
perfectas ſive non. 2.*

*Interdictum hoc utilius eſt actione ad exhibendum. 3.*

*A fatente, ſe habere tabulas, & refragante, poſſunt
etiam tabulæ extorqveri manu militari. 4.*

*Quid ſi reus deneget exhibitionem tabb. ob metum ne
ſecreta patrimonii pandantur. 5.*

1 HOc eſt interdictum exhibitorium, qvo is,
cujus intereſt, petit ſibi exhibere teſta-
mentum, vel aliam voluntatem ultimam;
qvod ſi juſſus illud non exhibeat, ad æſti-
mationem hæreditatis vel legati condemnatur. *l. 3.*
2 *§. 5. h. t.* Hoc etiam interdictum pertinet ad tabulas
priores, qvæ ſupremæ non ſunt *§. 4. h. l.* ſive teſta-
mentum perfectum, ſive imperfectum *§. 5.* licet
teſtator apud hoſtes deceſſerit *§. 8. h. l.* modò ta-
3 bulæ ultimam voluntatem contineant. *§. fin.* Et
hoc interdictum utilius eſt actione ad exhiben-
dum, qvia ſpecialia potiora generalibus. *Gail. de
4 arreſt. imp. c. 5. num. 15.* Sed ſi fateatur ſe habe-
re, ſed nolit reſtituere, jubendus eſt, & compellen-
dus vi armatâ, ſeu manu militari extorqven-
dæ ſunt tabulæ, nec opus eſt interdicto, qvod tum
contumacia rei, tùm favor teſtamenti meruit. *l. 2.
§. ult. ff. qvemadmodum tabb. teſt. aper. Donell. ad
l. 21. C. h. t. numer. 12.* Sed qvid ſi reus dicat, ſe 5
habere, ſed nihil actori eſſe relictum, & ſe vereri,
ne ſecreta patrimonii pandantur, qvi metus ina-
nis non eſt, per *l. 2. de aliment. pupill. præſt.* ſed
tunc judici vel viris honeſtis oſtendere tenetur. *l.
2. C. qvemadm. teſtam. aper. Petr. Frederus de man-
datis. l. 2. c. 51. n. 4.*

### ad L. Locum. 3.

*SUMMARIA.*

*DAtur hoc interdictum, licet teſtamentum idem
in pluribus tabb. ſcriptum. n. 1.*

*Contra qvos detur. 2.*

*Quibus detur. 3.*

*Qvomodo aliqvid relictum eſſe in tabb. probari
poſſit. 4.*

*Ad qvod detur & qvomodo hic procedendum. 5.*

*Legatarius hoc interdicto utitur contra heredem con-
tumacem non præſtitâ cautione de reſtituendo,
licet conditio poſtea deficiat. 6.*

*Æſtimatio hereditatis vel legati ſemel ex hoc inter-
dicto præſtita, ab eo, qvi præſtitit, amplius peti
neqvit. 7.*

*Secus in diverſis perſonis ex diverſis cauſis. 8. 9.*

*Interdictum hoc perpetuum eſt & hereditari-
um. 10.*

HOc interdictum datur, licet teſtamentum i- 1
dem in pluribus tabulis ſcriptum per *§. 1. h. l.*

Et ſi

2 Et ſi apud me à te depoſitæ, contra me & te depo-
nentem datur hoc interdictum *§. 2.* Et datur con-
tra eum, qvi dolo malo fecit, qvo minus teſtamen-
tum exhiberi poſſit, licet hic criminaliter ex lege
3 Cornelia de falſis accuſari poſſit. Et datur hoc
interdictum omnibus, qvibus qvid in teſtamento
4 adſcriptum eſt. *§. 10. h. l.* Sed unde actori con-
ſtabit, ſibi qvid relictum eſſe, & qvomodo proba-
bit, ſi tabulas non habeat? Reſp. poteſt illud teſti-
bus probare, qvi actibus teſtandi interfuêre. *Don.
ad l. un. C. h. t. n. 9.* ſed puto poſſe id etiam præ-
ſumptionibus probari, v. gr. ſi ſit cognatus vel fi-
dus miniſter, conjux &c. præſertim cum jura-
mentum calumniæ præſtetur ab eo, qvi hoc inter-
dicto vult uti *l. 3. C. qvemadm. teſtam. aper. Petr.
Friderus de Mandatis l. 2. c. 51. numer. 1. Struv. th.*
5 *44.* Sed qvale illud eſt intereſſe? Reſp qvan-
tum fuit in relicto, *§. 11. & duobus ſeqq.* v. gr. ſi hæ-
res ſcriptus petat, tota hæreditas venit; ſi legata-
rius petat, res legata. Et qvidem arbitrianum
hoc eſt interdictum; & jubetur primò exhibere, ſi
non faciat, poteſt habere duplex remedium 1. e-
xecutionem manus militaris. 2. Viam ordina-
riam, ut intereſſe petat, qvod judex arbitrabitur
præſtito prius ab actore juramento in litem, fortè
dolo fecit, ut non poſſet exhibere, alias verò ad
verum intereſſe, per *L. qui reſtituere. ff. de rei vin-
dic. Donell. ad l. un. C. h. t. num. 11.* & ſufficit, ſi hoc
poſteriori caſu id intereſſe actor ſummariè pro-
6 bet. *Zaſius ad l. un. C. h. t. numer. 6.* Speciale
hic eſt favore ultimarum voluntatum, ut cui ali-
qvid ſub conditione eſt relictum, poſſit æſtima-
tionem legati ab hærede contumace per hoc in-
terdictum extorqvere; nec tenetur cavere de re-
ſtituendo, licet conditio poſtea deficiat. *§. 14. h. l.
Zaſ. hic. ad rubr. numer. 6. & 7.* qvia eſt pœna
contumaciæ & concurrit favor ultimarum volun-
tatum, & hoc legatum juſtè etiam in foro conſci-
entiæ poſſe retinere puto actorem, qvia hanc
pœnam irrogavit reo lex, & judex aſſignavit acto-
7 ri. Si hæres æſtimationem hæreditatis à poſſeſſo-
re ejusdem, vel legatarius æſtimationem rei le-
gatæ acceperit, hæreditatem poſtea vel legatum
petere ab eodem neqvit, ne bis idem petat, & re-
pellitur exceptione doli, *§. 15. h. l.* Sed ſi lega- 8
tarius ab alio qvam hærede æſtimationem legati
conſecutus fuerit, non prohibetur ipſum legatum
ab hærede petere, qvia hæ petitiones ex diverſis
cauſis ſunt, & contra diverſas perſonas; Ita ſi 9
tabulas peto à te, & tu nolis, vel dolo feceris, ut
non poſſis, poſſum a te conſeqvi æſtimationem
hæreditatis, ab alio verò, qvi res hereditarias
poſſidet, poſſum conſeqvi hæreditatem; nec hic
obluctatur conſcientiæ Jus, cum unum habeam ex
juſta & legali pœnâ contumaciæ mihi addicta. *Zaſ.
hic numer. 8. Dn. Struv. ad h. t. th. 47.* Interdi- 10
ctum hoc perpetuum eſt & hæreditarium *§. pen.
& ult. Weſenb. in π. hic numer. 6.* Prioris ratio
ejus eſt, qvia præparatorium eſt ejus actionis, qva
rem perſeqvi volumus. *Hillig. in Donell. l. 15. cap.
36. lit. D.*

## ad L. Ult.

*SUMMARIUM.*

S*Enſus hujus legis ſubobſcuræ ſuppeditatur, ubi ca-
ſus, qvo hoc interdictum ceſſet.*

SEntentiam hujus legis ſubobſcuræ ſimpliciter hanc eſſe puto cum *Ant. Matth. lib. 48. tit. 7. c. 3. in fin.* cujus verba ſum admenſurus: Qvanqvam interdictum omnibus competit, qvibus qvid relictum dicitur *l. 1. §. ſolent. ff. de tab. exhib.* pendente tamen hæreditatis controverſiâ aut accuſatione falſi non dari reliqvis, qvorum intereſt; ſed tabulas interim in æde ſacrâ, vel apud bonum virum deponendas, ne ſi exhibitæ ſint, ii, qvibus exhibitæ ſunt, aliqvid in perniciem ejus, cum qvo eis res futura eſt, excogitent. Cæterum qvò minus is, qvi accuſaturus eſt falſum, tabulas exhiberi deſideret, Javolenus non prohibet &c. Hæc *Ant. Matth.* Alii aliter. conf. *Godofr. hic. & Zaſius ad rubr. n. 10. Pacius cent. 7. c. 14. Hill. in Don. l. 15. c. 36. lit. D.*

# TITULUS VI.
# Ne qvid in loco ſacro fiat.

## Ad L. Ait prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*INterdicti hujus deſcriptio. n. 1.*
*Qvæ hic forma petendi. 2.*
*Hoc interdictum annuum eſt. 3.*

1 PEr hoc interdictum exſtrui vetatur, & de-
poni jubetur, qvod ad deformitatem rei
ſacræ facit, de qvo *Mindan. de interd. part.
2. tit. 1. & Oldendorp. claſſ. 2. act. 9. Gilhaus.*
2 *in arb. civ. c. 3. numer. 121.* Forma petendi hæc:
Eſt in plateâ illa locus ſacer, qvi deformatur &
incommodatur per Titium &c. qvare peto, ut
veſtrâ ſententiâ declaretur, prædicto reo talem
incommodationem loci ſacri non licuiſſe, & ideò
condemnari illum & juberi, ut à dictâ dehoneſta-
tione loci ſacri omnimodo abſtineat; vel ſi reſti-
tutorium ſit, ita: peto ut tale immiſſum vel inædi-
ficatum tollat, & locum ſacrum in priſtinam com-
moditatem omnibus deſervientem reſtituat. *Ol-
dend. d. l. numer. 3. Gilhaus. in arb. civ. cap. 3. nu-
mer. 121.* imitandum autem gentilium in favore
religionis ſtudium. *Petr. Frider. d. c. 1. numer. 13.*
Edictum hoc autem annuum eſſe, vult *Klock. vol. 3.* 3
*conſ. 166. num. 34.*

### ad L. In muris. 2. & ult.

*SUMMARIUM.*

*Qvomodo hoc interdictum ad muros pertineat.*

IN muris Civitatis nemo debet aliqvid exſtruere vel habitare, vel portam aperire ob periculum incendii ac proditionis, & ſecuritatem Civitatis. *Guido Papæ ſing. 587. Boer. dec. 232. in fin. Ricc. collect. deciſ. 1639.* Sed ab hoc moribus paſſim receſſum. confer. *Molin. tr. 2. de juſt. & jur. diſp. 707. numer. 1. & Petr. Frider. de interd. p. 2. c. 4. num. 13.*

# TITULUS VII.

# De locis & itineribus publicis.

### Ad L. Cuilibet. 1.

*SUMMARIA.*

*COntra clauſuras viarum cuilibet actio competit. num. 1.*

*Per alterius territorium, irreqviſito judice loci, an captivum ducere liceat. 2.*

1 COntra clauſuras viarum cuilibet actio
competit, & ideò via publica uti nemo
2 prohibendus. Hinc ſeqvitur miniſtris a-
licujus judicis licere ducere captivum per alterius territorium; licet enim capi non poſſit maleficus in alieno territorio, eo judice non reqviſito, tranſitus tamen denegari neqvit. *Beſoldus in theſ. pract.* von Durchfuhr der Maleficanten; & qvos refert *Dn. Manzius in cent. dec. q. 89.* niſi aliud conſvetudine receptum.

### ad L. Viæ vicinales. 3.

*SUMMARIA.*

*VIa vicinalis qvid. n. 1.*

*Via hæc qvando habenda pro publica & qvando pro privata. 2. 3.*

VIcinales viæ ſunt. qvæ ex placito vicinorum, 1
& privatis agris conſtitutæ ſunt, ut ultrò ci-
troqꝫ homines commeare qveant. Sed qvando 2
illæ viæ hominum memoriam excedunt, tunc
habentur eæ viæ vicinales pro publicis. conf. *Ca-
polla de S. R. P. c. 3. n. 17. Menoch. conſ. 448. num. 13.*
Qvæ vero nuper hominum memoria collatæ ſunt, 3
pro privatis habentur, ut ita videatur via vicinalis non eſſe ſpecies tertia, ſed ſub publica vel privata contineatur. conf. *Molina de juſt. & jur. t. 2. D. 767. n. 4. Surdus dec. 42. n. 2. Vivius dec. 488. Joh. a Sande l. 5. tit. 5. def. un.*

# TITULUS VIII.

# Ne qvid in loco publico vel itinere fiat.

### Ad L. In loco. 2.

*SUMMARIA.*

*CAuſa hujus interdicti. n. 1.*

*Loca publica qvæ dicantur. 2.*

*Hoc interdictum non pertinet ad res fiſcales. 3.*

*Ad qvæ loca pertineat. 4.*

*Reficere volens id, qvod de facto in publico poſuit hoc interdicto prohibetur. 5.*

*Interdictum hoc qvatenus detur contra eum, qvi molem in mare projicit. 6.*

*An detur prohibito in mari piſcari aut in campo alioqꝫ loco publico ludere. 7.*

*Non ſunt permittenda in publico, qvæ cum privatorum damno fiunt. 8.*

*Immiſſio debet fieri citra præjudicium alterius, qvi jus in ea re habet. 9.*

*Privilegium, qvatenus intereſſe tertii concernit, ſtrictiſſimè explicandum. 10.*

*Subnectitur forma decreti Cameralis huc conferens. 11.*

*Exempla ſingularia habentur. 12. & 13.*

*Opera licite conſtructa poſſidens non poteſt prohibere alium ædificantem. 14.*

*Privilegium à Principe conceſſum ſemper explicari debet ſine læſione alterius. 15.*

*Privilegium Civitati datum de non evocandis Civibus non eſt trahendum in præjudicium alicujus diffamati. 16.*

*Reſcriptum poſterius contrarium priori ſi in illo hujus nulla mentio facta, præſumitur ſubreptitium. 17.*

*Clauſula remota omni exceptione & appellatione de frivola exceptione intelligitur. 18.*

*Indultum moratorium non inhibet curſum uſurarum. 19.*

*Privilegium de non niſi certa cereviſia vendenda non excludit venditionem vini. 20.*

*Ædificatum in publico nemine prohibente an tolli debeat. 21. 22.*

*Ex §. 17. h. l. probatur jus præventionis. 23.*

*Recenſentur ſpeciales caſus, qvibus contra hoc interdictum publicum iter deterius redditur. 24.*

*Interdictum hic interdum etiam eſt compulſorium. 25.*

*Interdictum hoc eſt perpetuum & populare. 26.*

*An & forenſibus detur. 27.*

INterdictum hoc prohibitorium eſt, ne qvis 1
ædificet vel immittat in locum publicum,
nec qvicqvam poſitum habeat ſine conſenſu
Principis, qvo uſui publico officiatur. *Don. lib. 11.
c. 2. lit. C. Molin. d. loc.* Loca autem publica ſunt, 2
qvæ omnium civium uſui expoſita ſunt, in qvibus tantum qvis juris habet ad obtinendum, qvantum alius ad prohibendum habet, ut eleganter dicitur in §... vid. *Friderus de interdictis
tit. 6. num. 57.* Res fiſcales qvaſi propriæ & pri- 3
vatæ Principis ſunt, & ideo, ſi qvis in iis ædificet non hoc ad interdictum hoc, ſed officium Procura-

curatoris fiſci, vel Præfecti Ærarii, pertinet. *§. 4.*
4 *h.l.* Sed pertinet hoc interdictum ad ea loca, qvæ
5 uſui publico inſerviunt *§. 5.* Et ſi qvis de facto
qvid poſuit in publico, ac velit id reficere, per hoc
6 interdictum prohiberi poteſt, *§. 7. h.l.* Si qvis et-
iam molem in mari faciat, per hoc interdictum
prohiberi poteſt, ſi per id uſus littoris impediatur;
7 alioqvin impediendus non eſt. *§. 8.* Non habet
autem locum, ſi qvis in mari piſcari, aut in campo
alioqve loco publico ludere prohibeatur, qvia
his ſufficit actio injuriarum, per *§. 9. Petr. Friderus*
8 *de interd. tit. 6. n. 59.* Non debet aliqvid in publi-
co permitti, qvod cum privatorum damno fiat,
*§. merito 10. h. l. Marco Brunus conſ. 26. num. 402.* &
ideò ſi veteres aqvæ ductus reperiantur, ii qvidem
vetuſtate defenduntur, *l. 2. ff. de aqv. & aqv. pluv.*
*arc.* ſed propterea foſſam navigabilem efficere
9 non licet, *Joh. à Sande l. 5. tit. 5. def. un.* Sic & im-
miſſio alicujus ita intelligi debet, ut fiat citra præ-
judicium alterius, qvi Jus in eâ re habet. *Dn. Mev.*
*p. 1. dec. 141.* & qvicqvid tendit ad alterius injuri-
am, ſubreptitium habetur, *Dn. Mev. d. p. 1. dec. 143.*
10 Et privilegium, qvatenus intereſſe tertii concer-
nit, ſtrictiſſimè intelligendum, qvò confert formu-
11 la Decreti Cameralis apud *Gail. 2. obſ. 1. n. 14.* Jn
Sachen begehrter inſinuation privilegii iſt daſſel-
be doch vorbehältlich des Heil. Röm. Reichs O-
ber und Gerechtigkeit / auch männiglichs inter-
eſſe und Einrede / dagegen zu jederzeit vorzubrin-
12 gen / ſo viel recht / hiermit angenommen. Unde
probat *Carpz. p. 2. dec. 3.* privilegium Illuſtris Civi-
tatis, & patronæ literatorum Vratislavienſium de
debitis Civitatis ante omne æs alienum in concur-
ſu creditorum, ſolvendis, non præjudicare mulie-
13 ribus dotem repetentibus. Sic in Elect. Bran-
denb. Civitates habent privilegium, ut onera pu-
blica omni æri alieno, etiam qvod Jus ſeparatio-
nis habet, præferantur: ſed hoc non videtur ex-
tendendum ad eos, qvi jure dominii mobilia
petunt, qvæ oneribus publicis non ſubjacent, qvi
ut Dominii ærario Civitatis præferendi, ut pro-
14 nunciatum memini. Notandum etiam ex *§. 15.*
qvod is, qvi molendinum, vel qvid aliud illicitè
conſtructum habet, non poſſit prohibere alium
ædificantem, licet ei noceat. *Bar. hic & Petr. Frid.*
15 *de interdict. tit. 6. numer. 70.* Privilegium à Prin-
cipe conceſſum intelligitur ſemper ſine læſione
alterius, *§. 16. h. l. Hippol. de Marſil. ſing. 440. &*
*489. Barb. l. 14. c. 83. ax. 7. & 16. Franc. de Clapp.*
*cauſa 23. q. 2. num. 2. & ſeqq.* & licet privilegium
non ſit ab initio aliis damnoſum, ſed poſtea eſſe
incipiat, non tamen præſumitur hæc mens Prin-
cipis, qvod de hoc caſu cogitarit, licet verbis ge-
neralibus ſit uſus. *Franc. de Clapperiis d. l. num. 4.*
16 Hinc *Carpz. dec. 31.* tradit Privileginm civitati da-
tum de non evocandis civibus, non eſſe trahen-
dum in præjudicium alicujus diffamati, cum dif-
famans me Francofurti videatur ipſe ad hoc judi-
cium provocare, aut ei ſe in omnem eventum ſub-
17 jicere velle certè debere. Unde etiam probat
*Dn. Mevius p. 2. dec. 182.* ſi poſterius Reſcriptum
contrarium priori, ejus verò nullam mentionem
faciat, poſterius præſumi ſubreptitium, qvia alias
voluiſſet derogare juri prioris ſupplicantis qvæſi-
to, qvod præſumendum non eſt. Sic clauſula, *re-* 18
*mota omni exceptione & appellatione,* de frivolâ ex-
ceptione intelligenda, alias injuſtum, & cum jure
naturali pugnans eſſet Reſcriptum, ſi naturalem
defenſionem tolleret. Sic indultum moratori- 19
um non inhibere curſum uſurarum, tradit cum a-
liis *Muckelth. obſ. 47. num. 12. & ſeq.* Sic privile- 20
gium de non niſi certa cereviſiâ vendendâ, non
excludit venditionem vini. *Carpz. p. 2. dec. 104.*
Si qvis nemine prohibente in publico ædificave- 21
rit, non eſt cogendus id tollere, ne ruinis urbs de-
formetur; niſi obſtet uſui publico, ſi verò non
obſtet, ſolarium ei imponendum. *Molin. tr. 2. diſp.*
*707. numer. 15.* qvod tamen arbitrii ſuperioris
non neceſſitatis eſſe tradit *Petr. Friderus de inter-*
*dictis tit. 6. numer. 65.* Sed aliud in viâ *L. 2. §. 35.* 22
Sic cùm aliqvis conqvereretur, turrim nimis al-
tè evectam & in publico, non fuit juſſus deſtruere
turrim nuntiatus, ſed ſolarium publico inferre ex
hac lege, ut refert *Franc. de Clapperiis cauſa. 22. qv.*
*2.* Probatur ex hoc §. jus præventionis, ſi v. gr. 23
ſcholaris fabrum ferrarium prævenerit, vel con-
tra. *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 237. num. 7. Matth.*
*Coler. de proceſſ. execut. p. 2. c. 9. num. 8.* In ſpe- 24
cie in §. 20 prohibetur, ne qvid in itinere publi-
co fiat, vel immittatur, qvo reddatur deterius v.
g. ſi accolæ id ſuo commodo faciant, qvod qva-
cunqve ratione viæ publicæ, aut ſecuritati ejus,
aut puritati aëris incommodare poſſit, v. g. ſi
cloacam immittat *§. 26. & 29. h. t.* vel animalia
noxia ibi paſcantur *l. 2. §. 30.* vel foſſa, ſpecus
aut ponticulus fiat *l. 2. §. 33. Surdus deciſ. 42.*
*numer. 8. & ſeq. Molina d. diſp. 707. numer. 16. &*
*Petr. Frider. d. t. 3. numer. 35. Vivius deciſ. 488. in*
*fine.* Et hoc interdum interdictum eſt compul- 25
ſorium, ut Magiſtratus & accolæ vias publicas
ſartas tectas conſervent. *Petr. Frider. d. t. 3.*
*numer. 68. & tit. 4.* Interdictum hoc eſt per- 26
petuum & populare *§. 34.* Imo & forenſibus 27
dari putat *Klock. vol. 3. conſ. 149. num. 221.* licet de
eo alii diſputent.

## ad L. Littora. 3.

Littora, in qvæ populus Romanus Imperium habet, populi Romani ſunt: non ſcil. tantùm qvoad jurisdictionem, ſed qvoad jus prohibendi ædificationem. *Hill in Don. l. 4. c. 2. lit. F.*

## ad L. Ei qvi hóc interdicto. 7.

Hoc interdictum licet ſit populare, tamen qvia datur illi in ſpecie, cujus in damnum tendit opus in publico perficiendum, ideoqve Procurator ab illo conſtitui poteſt. *hic & l. 42. pr. de procurat.*

TITU-

## TITULUS IX.
# De loco publico fruendo.

### Ad L. Prætor aït. 1.

*SUMMARIA.*

*HOc interdictum qvibus detur. n. 1. 4.*
*Conductores redituum publicorum habent jus in re. 2.*
*Ratio differentiæ inter locationem fiſci, & locationem privati, unde ſumatur. 3.*

1 HOc ſingulare, qvod etiam conductoribus
Teloniorum, vel aliorum locorum publi-
corum, detur interdictum contra turbato-
res, licet conductores privati aliàs non
poſſideant. *Menoch. rem. 4. R. P. num. 36. Mindàn.*
2 *de interdict. part. 2. tit. 5.* Et datur etiam jus in re
conductoribus Teloniorum, redituum publico-
rum, & ſimilibus per *t. 1. ff. ſi ager vectig. l. 1. §. 3.*
*& 6. de ſuperfic. l. ult. C. de locat. præd. civil. Valaſc.*
*de jure emphyteut. q. 29. numer. fin.* & hi poſſeſſores
ſunt & præſcribunt. *l. 11. & fin. C. ut Ruſticam ad*
*null. obſeq.* Ratio autem differentiæ inter loca- 3
tionem fiſci ſeu Reipubl. & locationem privati, ſu-
mitur partim ex majori poteſtate locantis, tum ex
fide, qvæ à Principe & Republica major, qvam à
privato reqviritur. Major enim poteſtas ejus, à
qvo res habetur, firmioremq; adqviſitionem facit.
*Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3. num. 67. pag. 409.* Et 4
ſi conductor prædii publici ſuo periculo ſibi ſoci-
um adſciſcat, huic etiam competit interdictum, li-
cet conductor præferatur *l. 1. h. t.* qvod hîc etiam
ſpeciale eſſe, & aliis ſociis non competere, notat hîc
*Weſenb.*

## TITULUS X.
# De via publica, & ſi qvid in eâ factum eſſe dicatur.

### Ad L. Ædiles. 1.

*SUMMARIA.*

*MAteria interdicti. n. 1.*
*A qvibus via reficienda. 2.*
*Qvæ hic ſingulariter notanda. 3. & ſeqq.*

1 DE via ruſtica actum ſupra in *tit. 7.* hic de
viâ urbicâ, & prohibetur, ne qvis viam
reddat deteriorem, aut poſitum qvid ha-
beat, qvod tranſeuntes impediat, ne qvis
ſubruat aut ſubſtruat vias publicas, ne juxta viam
publicam caducum parietem habeat, nec permit-
tatur ibi rixa, nec projectio ſtercoris fiat, vel
2 morticinæ, aut pellium fœtidarum; & juben-
tur ſinguli cives viam ſuis ædibus reficere, &
conductores hoc in penſionem domus compu-
tabant Domino. *Mindan. de interdict. dict. part. 2.*
*tit. 3. Surd. deciſ. 42. numer. 7. & ſeqq. Molin. de*
*juſt. & jur. tr. 2. d. 707. numer. 16. & ſeqq. Carpa-*
*nus ad ſtatuta Mediolanenſia parte 2. c. 47. numer. 36.*
*& c. 252. num. 8. & ſeqq. Chriſtinæus ad ſtat. Mech-*
*lin. tit. 14. art. 48.* Notetur autem (1) qvod nec 3
urinam effundere liceat in plateam, ſi via publi-
ca fœtida reddatur. *Cæpolla de S. U. P. c. 75. num. 2.*
(2.) Poſſe conductorem ædium vel fundi compel- 4
li, ut onera publica præſtet, & ea computet locatori
in mercedem. *Natta conſil. 449. num. 10. Vint. Ca-*
*roc. de locat. p. 3. tit. de expenſ. n. 18. & qvos ibi alle-*
*gat.* (3.) Nota, rixas in publicâ plateâ judi- 5
cem impedire debere & punire, qvia ſunt admo-
dum ſcandaloſæ.

## TITULUS XI.
# De via publica & itinere publico reficiendo.

### Ad L. Prætor ait. 1.

*SUMMARIUM.*

*VIam publicam reficiens contra impedientem habet hoc interdictum.*

VIam publicam, præcipuè ruſticam, qvi reficit, impediri ab alio non debet, modò ad modum antiqvum reducat; nam alias impunè vis fieret. *Molin. d. diſp. 707. num. 16. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. part. 2. c. 252. Mind. part. 2. de interdict. tit. 4.*

### ad L. Viam publicam. 2.

*SUMMARIA.*

*VIa publica non utendo non amittitur. n. 1.*
*Qvod limitatur. 11. 12.*
*Res meræ facultatis non præſcribuntur. 2.*
*Qvod limitatur. 9. 10.*
*Jus Cadendi ligna non utendo non amittitur. 3.*
*Qvi uſus molendino ſui Magiſtratus per longum tempus, ad uſum hujus molendini adſtringi non poteſt. 4.*
*Secus, ſi prohibitione facta à Magiſtratu, ne alio molendino utatur, in illa acqvieſcat. 6.*
*Pro libertate Civium contra Magiſtratum prohibentem alterius molendino uti poteſt appellare is, cujus molendino uti intendunt, vel jam uſi ſunt. 5.*
*Uſus hoſpitii per longum tempus non inducit præſcriptionem. 7.*
*Qvod limitatur. 8.*

Via

1 VIa publica non amittitur à populo non uten-
do, qvia non per modum privilegii utitur
viâ, & res meræ facultatis eſt. *Cæpolla in tit. de
ſervit. via. n. 20. Berous vol. 3. conſ. 136. num. 13.*
nemo enim amittit Jus commune, ſi diu eo non
2 uſus eſt. conf. *Dn. Mevius p. 5. dec. 260.* Et tales
res meræ facultatis ne qvidem mille annis amit-
3 tuntur, aut præſcribuntur. *Manzius q. 17.* Sic
qvi Jus cædendi ligna habet, & præſtitit ſemper
avenam, non amiſit Jus lignandi, qvia eſt res
meræ facultatis, jure ſuo non uti, præſertim ſi
4 præſtitit onera. *Dn. Mev. p. 4. dec. 395.* Sic ſub-
diti, qvi per centum annos uſi ſunt ſui Magiſtra-
tus molendino, non poſſunt compelli, ut impo-
ſterum eo etiam utantur, niſi bannale molen-
dinum probetur. Nam uti molendino eſt res
5 meræ facultatis. *Dn. Mev. p. 1. Dec. 60.* Et ſi pro-
hibeatur civis à Magiſtratu ſuo, ne ad meum
eat molendinum, poſſum pro libertate civium
appellare ob intereſſe meum, licet ipſe acqvie-
6 ſcat civis. *Dn. Mev. d. l. dec. 61.* Ipſi tamen ſub-
diti, ſi prohibiti fuerint alio molendino uti, ſi
acqvieſcant, ab eo tempore Dominus acqvirit
Jus per præſcriptionem longi temporis. *Dn.*
7 *Manzius q. 17.* Qvi longiſſimo tempore miniſtros
Principis vel Nobiles excepit hoſpitio, non eſt
propterea obligatus, ut in poſterum idem fa-
ciat; qvia hoſpitio aliqvem recipere eſt res me-
ræ facultatis. *Menoch. l. 2. de Arb. jud. qvaſt. caſu
160. n. 19. Covarr. c. poſſeſſor p. 2. §. 4. num. 6. de R. J.
lib. 6. Manz. in cent. deciſ. q. 28. num. 18.* Exce- 8
ptio eſt, niſi qvis hoſpitatione uſus fuerit, non
ex jure familiaritatis, ſed jure ſuo. *Dn. Manzius* 9
*d. l. n. 21.* ubi præjudicium allegat. Sed diſtin-
gvendum inter eas res meræ facultatis, qvæ ex
nulla actione competunt, & qvæ jure actionis
competunt; Illæ non, ſed hæ poſſunt præſcribi. 10
*Manz. d. tr. q. 49. n. 15.* Sed in his ulterius diſtin-
gvendum, an habuerit cauſam utendi ſuo jure,
annon; hoc caſu non poteſt amittere, ſed illo.
Deinde an uti voluerit, & prohibitus ſit, & an-
non fuerit prohibitus, illo caſu à tempore prohi-
bitionis, cui paritum eſt, competit præſcriptio.
*Dn. Manzius d. l. n. 30. & ſeq.* De impoſitione li-
bertatis à collectis pluribus agit *Manzius d. q. 49.*
Per immemorialem tamen præſcriptionem in- 11
terdum in materia præſertim viæ præbenda non
utendo amitti poſſe, volunt *Berous d. l. Carpanus
d. c. 252. & 266.* Sicut & vicinalis per non uſum 12
longi temporis amitti poteſt, niſi obſervata per
immemoriale tempus viæ publicæ privilegium
conſecuta fuerit. *Afflict. de feudis tit. qvæ ſint Re-
galia. verſ. via publica n. 7. Carpanus ad ſtat. Me-
diolan. p. 2. c. 252. n. 2.*

# TITULUS XII.

## De fluminibus, ne qvid in flumine publico ripave ejus fiat, qvò pejus navigetur.

### ad L. 1. §. 3.

*SUMMARIUM.*

*FLumen dividitur in publicum & privatum & unde differentia hic de jure antiqvo & noſtris moribus ſumatur.*

DIviditur hîc flumen in publicum & privatum, publicum à perennitate deſcribitur, ſed noſtris moribus dignoſcitur ex fundo, in qvo oritur, ex copiâ aqvæ, ex uſu publico, an navigabile ſit, vel aliud navigabile faciat, item ex opinione accolarum. *Tuſch. concl. 405. & 3. ſeq. lit. F. Mol. tr. 2. diſp. 704. n. 20. Ruland. de commiſſ. part. 4. lib. 2. c. 10. Heig. part. 2. qvaſt. 40. Knichen de Sax. non Prov. jure. verbo (Ducum Saxoniæ) c. 5. n. 154. & ſeq. Hering. de Molend. cap. 15.*

### ad L. Qvò minus. 2.

*SUMMARIA.*

*AN ex flumine publico aqvam ducere liceat. n. 1.*
*Princeps habens juriſdictionem territorialem pro lubitu de aqva fluminis publici diſponere poteſt. 2.*
*Limitatur. 3.*

EX flumine publico duci aqva poteſt, niſi 1. 1
Princeps prohibeat. 2. niſi flumen in uſu
publico ſit, niſi navigabile ſit, aut aliud naviga-
bile faciat, modo per derivationem aqvarum
navigatio deterior fiat, *Friderus de Interdict. cit.
6. n. 52. Viv. deciſ. 344.* Collige, Principem ha- 2
bentem territorialem juriſdictionem pro lubitu
de aqva fluminis publici diſponere poſſe. *Brun.
conſ. 140. Klock. vol. 1. conſ. 33. n. 39.* Niſi aqva 3
intra meum fundum, ubi de aqva diſponere
poſſum pro libitu. *Bart.* qvi prolixe in hanc le-
gem commentatus eſt. *Hippol. Rimin. conſ. 4.
num. 2.*

### ad L. Fin.

QVi ex utrâqve parte ripæ domus habet, pontem facere neqvit, qvia pontes fluminum inter Regalia Principis numerantur. *Cæpolla de ſerv. urb. prædiorum. cap. 70. n. 2. Friderus de Interdict. tit. 6. n. 51.*

## TITULUS XIII.
## Ne qvid in flumine publico fiat, qvò aliter aqva fluat, atqve uti priore æſtate fluxit.

### ad L. Prætor. un.

*SUMMARIA.*

*EDicti diviſio. n. 1.*
*Prohibetur fluxum fluminis publici immiſſione aut ſtructurâ mutare. 2.*
*Imò derivare prohibitum. 3.*
*Flumina publica ſunt, etſi navigabilia non ſint. 4.*
*Qvid ſit aliter fluere. 5.*
*Ripam noſtram munire licet, ut eo aqva aliter fluat. 6.*
*Inde collig: Utilitatem privatam magnam alterius, imò publicam parvam vincere. 7.*
*Ratio: Qvia in ſuo. 8.*
*Ideoqve in publico flumine ſine ſuperioris permiſſione molendina poni neqveunt. n. 9.*
*Neqve ab alterius molendino, aqva averti. 10.*
*Ut grande damnum evitem, aqvam avertere licet utut alteri noceam. n. 11.*
*Æſtivus fluxus qvam latus? 12.*

1 EDictum hoc partim prohibitorium eſt in
*pr. hujus legis* partim juſſorium eſt, ut reſti-
2 tuatur. *§. l. h. l.* Nam Prætor prohibet, ne
qvid in flumine publico exſtruatur aut im-
mittatur, qvo aqva aliter fluat qvam præceden-
3 te æſtate fluxit. Qvin & derivationes aqvarum
4 fluminis prohibitæ. *§. 1.* Extenditur hoc ad flu-
mina publica ſive navigabilia ſive non naviga-
5 bilia *§. 2.* Et declaratur *in §. 5.* qvid ſit ali-
ter fluere, ſcilicet ſi fluxus fiat altior, aut depreſ-
ſior, aut rapidior. *In §. 6.* autem ita muniri per- 6
mittitur ripa noſtra, licet eo factum, ut aqva a-
liter flueret. Unde probant regulam Dd. qvod 7
magna utilitas privata præferatur parvæ publi-
cæ, vel alterius utilitati. *Dd. in l. 1. ff. ſolut. matr. qvos recenſet Barb. in d. l. 1. ff. part. 7. num. 20. Bertus conſ. 177. n. 19. vol. 3. Surd. conſil. 376. n. 5. Pariſius conſ. 105. n. 15. & ſeqq. vol. 1.* Sed in *hac l. & §. 7.*
eſt ſpecialis ratio, qvia in ſuo qvid facit. *Barb. d.* 8
*l.* Ex hoc fuit nec molendina in publico flumine
exſtruere licere ſine permiſſione ſuperioris. *Mo-* 9
*deſt. Piſt. p. 1. q. 28. & qvos refert Dn. Richter. dec. 6. in fine.* Neqve ego aqvam à tuo molendino
avertere poſſum, de qvo *Friderus de Interdictis tit.* 10
*6. n. 70.* Si etiam grande damnum meis agris
detur à flumine, poſſum avertere curſum & 11
immutare, licet noceat aliis, qvia animo defen-
dendi meum id facio *§. 7. Friderus d. l. num. 73.*

In *§. 8.* æſtivus fluxus in latitudine ſuae ex- 12
ponitur, ſcilicet qvatenus hyemi opponitur, & ab æqvinoctio verno incipit ac in æqvinoctio autumnali finitur. Conferatur tamen *Friderus de Interdict. tit. 6. n. 67.* Tempore ſiccitatis & penuriæ aqvarum Dominus molendini ſuperioris colligere aqvam & detinere poteſt, ſi ſuperior prius ædificaverit, vel ad uſum ſuum ſervaverit. *Friderus d. l. n. 75.* licet id ex æqvitate circumſtantiis melius decidi qveat.

## TITULUS XIV.
## Ut in flumine publico navigare liceat.

### Ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*IN flumine, lacuve publico navigare, nemo vetet. n. 1.*
*Ne Princeps qvidem citra cauſam. 2.*
*Contra prohibentem in publico navigare, venari &c. & actione injuriarum, & interdicto utili ad intereſſe præſtandum, experiri licet. 3.*

1 HOc interdictum prohibitorium eſt, ne ali-
qvis vetet in flumine aut loco publico
2 navigare; Cum ne Princeps qvidem poſ-
ſit citra cauſam prohibere navigationes. *Grotius de Mari libero per totam. P. Balbus de Præſcript. p. 4. q. 5. princ. q. 6. Schurfius cent. 3. conſ. Capolla de S. U. Pr. c. 16. n. 3. Hering. de Molend. q. 16. n. 28. Surdus conſ. 321. vol. 3.*

Et ex *§. 7.* colligitur, qvod etiamſi illi, qvi 3
prohibetur piſcari, venari, ludere & ſim. in loco publico, detur actio injuriarum *l. 2. §. 9. ff. Ne qvid in loco publ.* utile tamen Interdictum impedito dari, ſi publico jure ac intereſſe experiatur. *Friderus de Interdictis tit 6. n. 61.*

## TITULUS XV.
## De Ripâ munienda.

### Ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*ALterius ripam, ſi caveatur ad 10. annos, munire licet. n. 1.*
*Ideoqve contradicente ripa domino, dominus molendini ripam refecit. 2.*

SI qvis ripam velit munire, debet in annos de- 1
cem cavere de indemnitate. Et ideo cum ali- 2
qvando flumen egreſſum eſſet alveum ſuum, & ex eo redditum inutile molendinum, alius autem, cujus eſſet ripa, contradiceret, ex *h. l.* admittendum eſſe Dominum molendini, reſponſum eſt menſe Januario anno 1660.

TITU-

# Titulus XVI.
# De vi & vi armatâ.

## Ad L. Prætor ait. 1. pr.

*SUMMARIA.*

*INterdicti Summa. n. 1.*
*Vis tantum atrox expulſiva hic attenditur. 2.*
*De re mobili dejectus, hoc interdicto uti neqvit. 3.*
*Si fundus ſine mobilibus reſtituitur, uti licet. 4.*
*Datur hoc interd. naturaliter poſſidenti. 5.*
*Non Colono qvatali. 6.*
*Qvis dejeciſſe dicatur. 7. 8. 9. 21.*
*Etiam nutu dejectionem Mandans de pace publ. tenetur. 10.*
*Tenetur etiam Eccleſiaſtica perſona per alios vim faciens. 11.*
*Servus dejiciens, qvatenus delinqvendo nocere poteſt, domino præjudicat. 12.*
*Hoc interdicto uſurus, 1. poſſeſſionem. 2. dejectionem probare tenetur, non obſtante Can. Redintegranda. 13.*
*Spoliatus, poſſeſſionis titulum tangat. 14.*
*Dejectus dominus videtur ingredi prohibitus. 15.*
*Subjicitur caſus. 16.*
*An deſeruerit prædium? animus diſcedentis attendendus. 17.*
*Ideoqve nec animo neqve corpore poſſidens, dejectus dici non poteſt. 18.*
*Cum armis venienti armis reſiſtere licet. 19.*
*Infertur poſſeſſionem ſuam defendendo, impune homicidium committi. 20.*
*Vi dejectus videtur, metu venientium armorum fugiens. 22.*
*Dejiciens iterum dejectus hoc interdicto etiam contra dominum utitur. 23.*
*Interdicto hoc omne intereſſe recuperatur. 24. 25. 26. 27.*
*Contra perſonas, qvibus reverentia debetur, Interd. hoc locum non habet. 28.*
*Limitatur. 29.*
*Datur autem contra eos actio in factum. 30.*
*Heredi etiam, ac aliis ſucceſſoribus h. interd. datur. 31.*
*Dejectus, per ſuos adhuc poſſeſſionem retinens hoc interd. experiri neqvit. 32.*
*Dejectus eſt, in vinculis in ſuo fundo detentus. 33.*
*Qvando & qvamdiu contra heredem ex h. interd. detur actio. 34.*

1 INterdicti hujus unde vi hæc eſt ſumma, qvòd
violenter a poſſeſſione dejectus, agere poſſit
contra dejectorem, & qvidem intra annum
ad totum intereſſe, licet nihil pervenerit, ſed
poſt annum in qvantum pervenit, de qvo vide
noviſſimè ſcripta à *Dn. Struvio in h. t. th. 112. &*
2 *Wiſſenb. th. 26.* Venit autem in hoc Interdictum
non omnis vis, certè non ablativa, nec turbativa, nec compulſiva; ſed tantum expulſiva,
qvæ dici ſolet occupatio, facta cum atrocitate
*§. 3. hujus legis. Menoch. prælud. Remed. recup.*
3 *poſſ. num. 39. & ſeqq.* Interdictum unde vi, non
pertinet ad mobilia, niſi fuerint in fundo; unde
dejectus es. *Dn. Struv. h. l. th. 112.* Et ſic de navi
dejectus non habet hoc interdictum, *§. 7. h. l.*
qvia navis res mobilis eſt. *Tiraqv. de Retr. conſang. gl. 7. §. 1. num. 90.* Et conſ. *§. 32. h. l.* qvod 4
fundo reſtituto ſine mobilibus, adhuc tamen
competat hoc interdictum. *Menoch. rem. 1. recup. poſſ num. 39. ſeq.* Datur autem hoc Interdi- 5
ctum ei, qvi naturalem etiam poſſeſſionem habet, *§. 9. h. l* de qvo *Donell. l. 5. c. 7. lit. C.* nam
& is, qvi injuſtè poſſidet, reſtituendus, ſcilicet
prædo. *c. 5. X. de Reſtit. ſpoliat. Menoch. rem. rec. poſſ. 1. q. 11. & qvos refert Hill. in Donell. l. 15. c. 31.*
*lit. F.* maxime ſi non contra Dominum agat
*Hill. d. l.* Non datur colono per *§. 10.* ſcilicet 6
qvamdiu ſe pro colono gerit, ſecus ſi pro Domino ſe gerat Domino dejecto. *Donell. d. c. 31.*
*lit. D.* Dejeciſſe videtur propriè, qvi ipſe deje- 7
cit, & additur, ſi familia dejecit *§. 11.* Sed deje- 8
ciſſe etiam videtur; qvi mandavit, ut ego dejicerer. *§. 12. h. l. Menoch. d. rem. 1. n. 407.* Imo 9
ſi vel tacite annuiſſet, vel ratum habuiſſet. *Men. d. rem. qv. 3. num. 49. & ſeqq.* Et ſic etiam te- 10
netur ex conſtitutione Imperii de Pace Publicâ, 11
etiam Eccleſiaſtica perſona, qvæ per alios vim
facit. *Gail. 1. de P. P. c. 1. n. 13.* Servus ſi dejece- 12
rit me, præjudicat Domino, qvatenus noxæ dedere compellitur Dominus, ſi intereſſe ſolvere
nolit; nam eatenus delinqvendo nocere Domino poteſt ſervus *§. 15.* Si autem vel unicus ſervus
dejecerit, à familia tamen dejectus videtur *§. 17. h. l. Hillig. in Donell. d. c. 31. lit. Bb.* de qva materia
ſervili *in ſeqq. §§.* Illi tantum interdictum hoc 13
competit, qvi poſſidebat, cum dejiceretur, *§. 33. h. l.* unde probant, agentem hoc interdicto duo
probare debere (1.) Poſſeſſionem. (2.) Dejectionem. *Alciatus de præſumt. reg. 2. præſ. 21.* ſed aliud
in *Can. Redintegranda*; ubi antiqviorem poſſeſſionem probare ſufficit *Afflictus dec. 327.* Et ſi a- 14
licujus rei poſſeſſio non ſit, niſi de titulo aliqvo
modo probetur, ut in beneficio Eccleſiaſtico, in
Regalibus & ſimilibus, non ſufficiet probare poſſeſſionem, ſed & titulum aliqvo modo colorare;
nam alias ſpoliatus non eſſet reſtituendus, nec
contra ſuperiorem darentur mandata ſine clauſulâ. *Dn. Mev. p. 1. dec. 44.* Qvi reverſus fundum 15
ingredi prohibitus eſt, habetur pro dejecto, qvia
animo hactenus retinuit poſſeſſionem. *§. 24. h. l. Men. rem. 9. recup. poſſ. n. 264. Schneidevv. in §. 6. inſt. de interdict. n. 21. Bolognetus in l. 1. ff. de acqvir.*
*poſſ. n. 200.* Et ideò, ſi clam ingreſſus ſim poſſeſ- 16
ſionem alicujus rei, ſi redeuntem Dominum repulerim, datur hoc remedium contra me, non verò, ſi tantum clam ſine vi intraverim. Sed hy- 17
bernum ædificium non videtur Dominus æſtivo
tempore deſeruiſſe, nec æſtivum domicilium

 hyber-

hybemo. Ergo dejici poteſt, qvod & in ſimili-
bus obtinet §. 25. nam animus diſcedentis ar-
tendendus; & exempla non reſtringunt regu-
lam, qvam regulam ex hoc §. 25. probant vid.
18 *Barboſa locupletatus. l. 5. cap. 28. axiom. 8.* Nec vi-
detur dejectus, qvi nec animo nec corpore poſſe-
19 dit, cum alius poſſidere inciperet. §. 26. Cui-
libet autem cum armis venienti licet armis reſi-
ſtere jure naturali, qvia alias defendi poſſeſſio
contra vim armatam non poteſt. §. *27. & l. 3.*
20 *§. 9. h. t.* Unde obiter poſſet argumentum duci,
qvod etiam pro defenſione rerum poſſit impu-
ne homicidium committi, qvando noſtram poſ-
21 ſeſſionem defendimus. Non tantum autem il-
le per vim poſſidet, qvi invaſit rem & poſſeſſo-
rem expulit, ſed & qvi armata manu venit, & cum
poſſeſſor fugiſſet metu violentiæ, fundum vacu-
um occupavit; Non verò, qvi fundum à ſe
poſſeſſum armis contra armatum defendit. *§. 28.*
22 *h. l.* Et qvi fugit metu armorum venientium,
præſenti vi dejectus videtur, licet vi dejectus
23 vere non ſit §. *29. h. l.* Et qvi ipſe me dejecit,
ſi ab alio iterum dejiciatur, contra illum habet
hoc interdictum, etiam contra Dominum, ſi ab
eo ex intervallo dejiciatur, de qvo pluribus *Me-*
24 *noch. rem. 1. recup. poſſ. num. 111. & 116.* Per
interdictum autem hoc recuperatur omne in-
tereſſe qvod habuiſſet, ſi non fuiſſet dejectus,
per *§. 31. & §. 41. h. t.* Et ſi qvædam res mobi-
les non reſtitutæ, ſed ablatæ, licet ipſe fundus
reſtitutus, datur hoc interdictum. §. 32. qvia
mobilia veniunt in hoc interdictum non per ſe,
ſed per conſeqventiam aut concomitantiam. Si-
cut & res depoſitæ ac commodatæ, ut acceſſoriæ
veniunt in hoc interdictum, per §. 34. qvem ob
id notabilem dicit *Menoch. rem. 15. rec. poſſ. num.*
25 *54. & rem. retin. poſſ. 3. n. 50.* Ædes etiam incen-
dio conſumptæ veniunt §. 35. & qvæ dolo de-
ſiit poſſidere, ea etiam reſtituere tenetur. §. 36.
Fructuum & omnium utilitatem, qvas dejectus
habere potuiſſet, hic habetur ratio, *§. 40. &*
*ſeq. h. l. & cap. gravis X. de reſtit. ſpoliat. Menoch.*
26 *d. remed. 1. n. 412. & ſeq.* Ubi accurratè diſpu-
tat de fructibus percipiendis, ad cujus perſo-
nam ſit relatio facienda. *Klok. vol. 2. conſ.* 29.
27 *num. 163. Sichard. ad l. 5. C. de rei vind. n. 4.* Et
qvi non poſſidet rem vi occupatam, tenetur ta-
28 men reſtiruere æſtimationem rei. *§. 42.* Contra
perſonas, qvibus reverentiam debemus, non da-
tur interdictum hoc formalirer §. 43. v. gr. libe-
ris contra parentes, vel libertis contra patro-
29 nos: Niſi armis illi dejecti fuerint; Nam qvæ
armis perfecta ſunt, majorem pœnam meren-
tur. Hunc §. applicant ad Vaſallum dejectum
à Domino. *Menoch. rem. 1. recuper. poſſ. num. 94.*
30 Sed his omnibus datur actio in factum, ut verbis
31 moderatis petatur reſtitutio. Hoc Edictum da-
tur hæredi etiam & cæteris ſucceſſoribus; nam
licet poſſeſſio, qvia facti non tranſeat in hære-
dem *l. 23. ff. de adqvir. poſſ.* Jus tamen acqvi-
rendi & recuperandi poſſeſſionem tranſit. *Dn.*
*Mevius p. 5. d. 289.* cont. *Socinus lib. 3. conſ. 34. n. 10.*
*& Grattarus lib. 2. conſ. 12. n. 7.* cujus hæc videtur
ratio, qvòd hoc interdictum qvaſi in rem ſcri-
ptum videatur. *c. 1. & ſeqq. c. 3. q. 2.* Non vero 32
datur ei, qvi qvidem dejectus eſt, habet tamen in
fundo ſuos, per qvos adhuc poſſidet, qvi dejecti
non ſunt *§. 45. Donell. l. 15. c. 31. lit. M. & ibi Hillig.*
Ubi lectio hujus §. ſollicitatur. Et qvi vinctus 33
in fundo detinetur, dejectus videtur. *§. per. h. l.* 34
Hoc interdictum datur contra hæredem, &
omnem ſucceſſorem univerſalem, in qvantum
ad eum pervenit, aut dolo malo factum, qvo mi-
nus perveniret, *l. 2. & l. 3. pr. h. t.* vel ſi cum de-
functo lis conteſtata. *Menoch. d. rem. 1. qv. 14. n.*
*157. & ſeq. Afflict. dec. 118. in fin. Neriz. conſ. 78.*
Et hæc actio contra hæredem eſt perpetua, qvia
eſt rei perſecutoria.

## ad L. Qvod eſt. 3.

### *SUMMARIA.*

*Arma dicuntur, qvicqvid ira ac furor ſuppedi-
tat. n. 1.*

*Qvamvis unus vel alter armatus venerit, armata ta-
men vis eſt. 2.*

*Eſt etiam, ſi in occupatione violentâ primum arma
capiantur. 3.*

*Aut terruerint ſaltem armis. 4.*

*Imo vano armorum metu fugientis fundus occupe-
tur. 5.*

*Spoliator primus in continenti iterum expelli po-
teſt. 6.*

*Ratihabens, qvod procurator alium dejecerit, hoc
interdicto pulſatur. 7.*

*Datur interd. h. uſufructuario, non verò ejus hære-
di. 8. 9.*

*Datur Emphyteutæ, etiam contra Dominum. 10.*

*Colligitur hinc, incorporalia etiam hoc interdicto re-
cuperari. 11.*

Principium & §. 1. habui ſub finem legis pri- 1
mæ. In *§. 2 & ſeqq.* agitur de armis. Et qvæ-
ritur 1. qvid per arma intelligendum ſit? & re-
ſpondetur, omnia eſſe arma qva ira ac furor
ſuppeditat in §. 2. de qvo infra de vi publica.
*Hilliger in Donell. l. 15. cap. 31. l. B. & rem. 1. rec. poſſ.*
Qvid ſi unus vel alter cum armis venerit. Reſp. 2
armatam tamen vim eſſe *§. 3.* 3 qværitur qvid 3
ſi inermes venerint, & in ipſa violenta occupa-
tione arma captæ? Reſp. & tunc armatam vim ac
occupationem videri. §. *4.* Sufficit hic ter- 4
ror armorum, ut qvis adjectus dicatur. *§. 5. h. l.*
*Alex. vol. 3. conſ. 98.* Si autem vano metu armo- 5
rum qvis fugerit, non videtur dejectus poſſeſ-
ſione §. 6. qvod in *§. 7.* limitatur: Niſi eo elapſo
armati occupent fundum. Qvi vi dejectus eſt, 6
poteſt in continenti ſpoliatorem iterum expel-
lere *§. 9. h. l.* cum primum ſcil. poterit habere
homines, qvi ipſum adjuvent, nec committit
ſpolium, ſeu ſpoliator primus poteſt in conti-
nenti iterum ſpoliari. *hic & l. 17. h. t. Bart. hic*
*Cavall.*

*Cevall. quaſt. 654.* Menoch. *l. 2. A. Q. cef. 11. & re-
med. 1. recuper. poſſ. n. 384. Roſenthal. de feudis c. 10.*
7 *concl. 41. num. 55.* Datur autem hoc interdictum
contra me, ſi procurator meus ſine mandato
meo te dejecit, ſi ratum habeam; qvia etiam in
maleficiis ratihabitio inſtar mandati eſt. *§. 10. h. l.*
8 *& l. 1. §. 14. h. t. L. hoc jure. 152. §. 2. de reg. J.* Uſu-
fructuario, ſi per vim utifrui impediatur, datur
interdictum unde vi *§. 1. h. l. Donell. l. 10. c. 11. in
princ. Menoch. rem. 9. recuper. poſſ. n. 295. & ſeqq.*
exinde probat etiam *Menoch. remed. 14. recup. poſſ.
n. 46.* remedium *l. ult. de acquir. poſſ.* competere
9 etiam uſufructuario. Sed uſufructuario hæredi
non competit. *l. 3. §. pen.* qvia perſona eſt inha-
10 bilis, cui reſtituatur uſusfructus. *Menoch. rem. 1.
recup. poſſ n. 73.* Exinde apparet, etiam Emphy-
teutæ dari hoc remedium, etiam contra ipſum
Dominum; Nam licet Emphyteuta in nonnullis
caſibus ſuo jure ipſe privetur, tamen poſſeſſio-
ne privari non poteſt extrajudicialiter. *Menoch.*
11 *d. rem. 1. recuper. n. 75. & n. 78.* Ex his textibus
probatur etiam dejectum poſſeſſione rei incor-
poralis habere hoc interdictum. *Menoch. d. rem. 1.
qv. 8. n. 81. & ſeqq.*

## ad L. Si rerum. 5.

*SUMMARIA.*

*VI compulſus ut tradat, hoc interd. uti neqvit n. 1.*

*Nec datur hoc interd. contra eum, qvi ex pacto propria autoritate fundum ingreditur. 2.*

*Canon* Redintegranda, *in vi compulſiva locum non habet. 3.*

1 AD vim compulſivam hoc interdictum non
pertinet; ſi igitur vi compulſus tibi poſſeſ-
ſionem tradiderim, non habeo hoc interdictum,
ſed actionem qvod metus causâ. *Menoch. d.
rem. 1. q. 10. num. 102. Donell. l. 15. c. 31. lit. K. &
ibi Hill. Harpr. ad §. 6. inſt. de interdict. n. 19. Zœſ.
hic n. 7.* & qvod refert *Cothman. vol. 4. conſ. 35.*
2 *n. 17.* Nec pertinet ad eum, qvi ſine vi, ex pacto
tamen propriâ authoritate ingreditur. *Menoch.
rem. 1. recup. poſſ. q. 22. num. 261.* Ideò nec locum
3 habet in vi compulſivâ regula, qvod ſpoliatus
ante omnia ſit reſtituendus. *Menoch. rem. 1. recu-
per. poſſ. num. 102.* vide *not. ad. l. ult. ſupra, quod
met. cauſ.*

## ad L. Cum à te. 7.

*SUMMARIA.*

*COnt ra tertium poſſeſſorem, violentiæ non ignarum h. interd. datur. n. 1.*

*Imò dari contra tertium b. f. poſſeſſorem Dd. ſtatuunt. 2.*

*Datur multo magis exceptio contra tertium b. f. poſſeſſorem. 3.*

*Hoc interd. à tertio b. f. poſſeſſore etiam res alia ſpolio annexa repeti poteſt. n. ult.*

INterdictum unde vi non datur contra ſingula- 1
rem poſſeſſorem, ſed contra eum qvi deje-
cit. *Menoch. d. rem. 1. qv. 13. num. 150. & ſeq. & rem.
recup. poſſ. 13. n. 56. & ſeq.* ſed plenius hâc in parte
conſulitur per *cap. ſæpe de reſtit. ſpoliator.* qvod da-
tur contra tertium poſſeſſorem violentiæ non
ignarum. & *cap. redintegranda. cauſ. 3. quaſt. 1.* Qvod 2
contra tertium, etiam bonæ fidei poſſeſſorem ex
opinione Doctorum datur, cùm tamen hic ca-
non, illo capitulo, *ſæpe*, longè ſit antiqvior, ideò-
qve ſententia illa Doctorum à textu aliena, ſed
non ſunt mutanda ea &c. Et ſic contra tertium b. f. 3
poſſeſſorem datur exceptio; Nam cui damus
actionem, ei etiam multò magis damus exceptio-
nem, *l. 1. §. 6. de ſuperfic. Dn. Mev. p. 4. dec. 69.* Non 4
tantùm, ſi ſuper reſpoliatâ agatur, ſed etiam ſuper
alia re, ſi connexa ſit, *Dn. Mev. p. 4. dec. 70.*

## ad L. Fulcinius. 8.

*SUMMARIUM.*

*NOn de nudo detentore, ſed de non domino, verè tamen poſſidente l. intelligenda.*

ETiam non Domino, poſſidenti tamen, datur hoc interdictum, qvod de detentore nudo hîc intelligit *Gloſſ.* rectè notata a *Menoch. rem. 3. retin. poſſ. n. 49* nam de vero poſſeſſore loqvitur; nam ſi ſpoliator diceret, tu non es Dominus, eſſet exceptio Juris tertii.

## ad L. Si plures. 9.

*SUMMARIA.*

*HÆredes hoc interd. tenentur, qvantum pervenit. n. 1.*

*Bartoli ratio notatur. n. ult.*

COntra heredes datur hoc interdictum, qvan-
tum ad eos pervenit *Bart.* & alii hanc ratio- 1
nem eſſe dicunt, qvia cum rei vindicatione jun- 2
cta, qvam rationem refutant ut *Caballin. de Div.
& indiv. p. 3. num. 238. Alc. in rep. l. 4. §. Cato. de
Verb. Obl. num 92. Joh. Crotus ibidem n. 24. Ma-
rianus Socinus ib. n. 120. Butigella. n. 89. Galiaula
n. 40. Bologninus num. 95. 97. 99. omnes tomo ſex-
to.*

## ad L. Vim facit. 11.

*SUMMARIA.*

*VIm facere videtur, qvi non ſinit poſſeſſorem re ſuâ uti. n. 1.*

*Extenſio Gailii notatur. n. ult.*

QVi non ſinit poſſeſſorem uti re ſuâ pro arbi-
trio is, vim facere videtur, ſpoliat enim poſ- 1
ſeſſione juris libertatis. Sed qvia lex agit de vi
turbativa, & in hoc Interdicto venit tantum vis
expulſiva, ideoqve alieniore loco hanc legem hic
poſitam eſſe, putat *Donell. l. 15. cap. 32.* ſed videatur
*ibi Hilliger. lit. I.* Ex hac tamen lege probat *Gail.
1. obſ. 125. n. 4.* qvando ſubditi indebitè vexantur, 2
Dominum ſine mandato experiri poſſe, qvia
ipſe Dominus in uſu ſubditorum ſuorum turba-
tur.

## ad L. Colonus. 12.

### SUMMARIA.

*CAſus legis proponitur. n. 1.*
*Limitatur, niſi juſta cauſa. 2.*
*Colligunt Dd. rem, ob qvam alius mihi obligatus, ſi ſine vicio habeam retineri poſſe. 3.*
*Exemplum conductoris in re locata. 4.*
*Niſi expenſa modica, aut qvas Dominus non feciſſet. 5.*
*Nulliter immiſſus retentionis jus non habet. 6.*
*L. un. C. Et Chirog. ad jus retentionis, & ad pignus à debitore non conſtitutum extendenda non eſt. 7.*
*Succeſſori ob debitum Vaſalli denegari poſſeſſio non poteſt. 8.*
*Conductor volente locatore poſſeſſionem emptori dare poteſt. 9.*
*Prædoni etiam hoc interdictum dari colligitur. 10.*

1 SPecies facti: Colonus non vult admittere em-
torem in rem conductam, cum tamen emtor
ſit potior, poſtea verò expellitur à Titio. Colo-
nus habet interdictum contra Titium, qvia â co-
lono interverſa erat poſſeſſio Domino, & ſic hoc
caſu conductori datur hoc interdictum. *Menoch.*
*rem. 1. recuper. poſſ. n. 66. & n. 116.* Sed ipſe colo-
2 nus tenetur ex hoc interdicto Domino; Qvod li-
mitatur: niſi conductor juſtam cauſam aut jus in
re habeat v. g. ſi habeat hypothecam in ſuperficie
&c. De qvibus cauſis *Godofr. l. emtorem. 9. C. Lo-*
3 *cati & Manzius in cent. deciſ. q. 44. num 5.* In ſpecie
habebit juſtàm cauſam, propter expenſas; Unde
colligunt Dd. qvando res ſine, vitio pervenit ad
me, & occaſione rei alter ſit mihi obligatus, qvod
poſſim jure retinere *Gail. 2. obſ. 12. num. 5.* & ſic ex
4 *h. l.* colligitur jus retentionis, qvod habet condu-
ctor in re locatâ, propter expenſas, de qvo *Caroc.*
*in tr. de locat. p. 3. cap. 2. n. 1.* & *c. 19. n. 2. Moligna-*
*tus de jure retent. q. 280.* ubi *n. 5.* ampliat, licet ob
5 non ſolutam penſionem ex pellatur. Limitat
autem, ut non habeat locum in expenſis modi-
cis, nec in utilibus, qvas Dominus non feciſſet,
6 & conf. *notata ad. l. 5. ff. de ſtat. lib.* Nulliter au-
tem immiſſus v. g. à judice incompetente non
habet retentionis jus *Klock. vol. 2. conſ. 21. q. 3.*
7 *Legem un. C. etiam chirographar.* pignus ad jus
retentionis extendi non debere tradit, & judica-
tum refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 114.* ubi id etiam
in pignore, qvod à debitore non eſt conſtitutum,
non habere putat locum conf. *Molignatus d. tr.*
8 *q. 199.* Ob debitum vaſalli non poteſt de-
negari ſucceſſori poſſeſſio, etiamſi ex ſtatuto
feudum omni æri alieno ſubjaceat, judicatum
9 refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 115.* Colligitur etiam
ex hoc textu, licet conductor poſſeſſionem nulli
alii, ſed locatori reſtituere debeat; poteſt ta-
men, volente locatore, emtori dare poſſeſſio-
nem, qvam ipſe non habet; qvia juſſu locatoris
10 facit. Conf. *Dn. Mev. p. 4. dec. 90.* Collige etiam
ex hoc textu, etiam prædoni competere hoc
Edictum, qvia colonus interverſâ poſſeſſione lo-
catoris pro prædone eſt habendus. *Menoch. d. l.*
*rem. 1. num 111.* ſed hanc ſententiam limitat *Me-*
*noch. d. remed. 1. n. 115.* niſi conſtaret ex actis, illum
eſſe prædonem; item ſi conſtaret dejectum nul-
lum jus habere. *Menoch. d. l. n. 121.*

## ad L. Neqve 13.

INterdictum hoc non eſt famoſum, licet opini-
onem alterius gravet. *l. 1. §. 43. h. t. ubi notatum.*

## ad L. Si vi. 15.

### SUMMARIA.

*DEjiciens, licet poſſeſſionem non ſine dolo perdat, liberatur. n. 1.*
*Interd. h. contra clandeſtinum Spoliatorem non datur. 2.*

NOn liberatur dejiciens, licet poſſeſſionem 1
perdat ſine dolo. qvia vitioſè poſſeſſionem
adeptus erat, & ſic caſum præceſſit culpa. Vo- 2
luerunt *Bart. & illi qvos Menochius refert rem. 1.*
*recup. poſſ. num. 138.* Interdictum unde vi, dari eti-
am contra clandeſtinum ſpoliatorem. Sed id ne-
gat *Menoch. d. rem. 1. num. 142.* & in præcedenti-
bus ad hunc textum aliasqve rationes reſpon-
det.

## ad L. Qvi poſſeſſionem. 17.

SI vi dejectus in ipſo conflictu dejectorem eji-
ciat, non tenetur hoc interdicto unde vi; qvia
videtur feciſſe animo ſe defendendi in poſſeſſio-
ne *Menochius recup. poſſ. rem. 13. n. 86.*

## ad L. Cum fundum. 18.

### SUMMARIA.

*CAſus legis ponitur. n. 1.*
*Qvi vindicat fundum à qvo dejectus, poteſt mutare libellum & interdicto h. uti. 2.*
*Si vero cum ſpoliatore de Dominio diſputet, huic interd. renunciaſſe videtur. n. 3.*
*Niſi proteſtetur actor aut à ſpoliatore dominium probetur. 4. 5. 6. 7.*
*Spoliator enim, licet dominium probet, ab hoc interd. non liberatur. 8.*

LOcaſti colono fundum, deinde eum mihi 1
vendidiſti, juſſiſti me ire in poſſeſſionem; ſed
me colonus repulit: deinde ego expuli colo-
num ex intervallo. Reſp. me colono teneri ex
hoc interdicto, & colonum teneri tibi: qvod
Dominum aut ejus mandatarium repuleris &c.
vid. *Cujac. ad lib. 26. qvæſt. Papin. tomo 4. p. 574.*
Qvi vindicat fundum, à qvo dejectus erat, pot- 2
eſt pendente judicio hoc interdicto uti, & ſic li-
bellum mutare. *Don. l. 23. c. 5. lit. M. & ibi Hillig.*
Non qvidem concurrunt hoc caſu judicia duo
petitorium & poſſeſſorium; ſed illud ſuſpendi-
tur, & in poſſeſſorio pergitur. *Fab. Acorombonus*
*in repet. L. naturaliter. §. nihil commune. ff. de*
*acqvir. poſſ. n. 101. 116. & 118. Purpuratus in rep. L.*
*edita. C. de edendo. n. 119.* E contrario ſi conven- 3
tus in judicio unde vi, exceptionem proponat
ſuper dominio, & actor paſſus eſt tractari litem
ſuper

ſuper dominio, poſſeſſorio videtur renunciare,
*c. 1. x. de re reſtit. ſpol.* qvia tam tacitè, qvam ex-
preſſe ſpoliatus ſuo privilegio renunciare pot-
4 eſt. *Menoch. d. rem. 1. recup. poſſ. n. 161.* Qvod
intelligo, niſi actor adverſus qvæſtionem domi-
nii reſpondeat cum proteſtatione, vel niſi do-
5 minium à reo probatum. *Menoch. d. l. n. 175.* Sane
ſi ex confeſſione ſpoliati conſtaret de dominio
ſpoliatoris, reſtitutioni locum eſſe non exiſti-
6 mo, per tradita, *Menoch. n. 215. & ſeqq.* Aut ſi
conſtaret de dominio ſpoliatoris ex publico In-
ſtrumento, habente paratam executionem. *Menoch. d. l. n. 223.* Aut ſi de dominio conſtaret ex
actis vel judicato. *Menoch. n. 231. & ſeqq.* nec
audiendus in hoc interdicto ſpoliator, ſi in con-
tinenti ſe dominium probaturum offerat; nam
licet in remedio adipiſcendæ poſſesſionis fortè
hæc probatio admittatur, ſecus tamen in hoc,
qvia non debuit ſibi Jus dicere, *Menoch. num. 246.*

# TITULUS XVII.

# Uti poſſidetis.

## Ad Rubricam.

### *SUMMARIA.*

*Remedii hujus poſſeſſorii diviſio. n. 1.*
*In Ordinario vincit habens titulum. 2. 5.*
*In Summario, qvaliter qvaliter poſſidens. 3.*
*Exemplum Summarii ſubjicitur. 4.*
*Poſſeſſor ſi lite pendente in poſſeſſorio vi dejiciatur, in remedio recuperandæ qvaliter qvaliter poſſideat defendendus. 6.*

1 Poſſeſſorium remedium, uti poſſidetis, eſt
duplex, ordinarium & ſummarium ſive
2 momentaneum. In illo vincit, qvi tem-
pore anteriori poſſesſionem probat, vel qvi
3 titulum habet; Hic qvi tempore litis, qvaliter
qvaliter, poſſidet, in hoc momentaneo defen-
4 dendus eſt, *Dn. Mev. p. 5. dec. 178.* Sic in iis re-
bus, in qvibus poſſesſio ſine titulo non valet; ut
poſſesſio feudi, qvæ reqvirit inveſtituram, in-
terim tamen, dum de titulo diſputatur, qvalis
qvalis poſſeſſor in momentaneo poſſeſſorio de-
5 fendendus eſt; qvia etiam prædoni vis, lite pen-
dente, non eſt, inferenda. *Dn. Mev. p. 5. dec. 179.*
Et ſic, ubi titulata poſſesſio reqviritur, remedi-
um retinendæ poſſesſionis locum non habet ſi-
6 ne titulo. Aliud tamen in remedio recuperan-
dæ, qvod daretur, ſi per vim pendente lite in
poſſeſſorio dejiceretur poſſeſſor, ergo interim
in tali qvali poſſesſione defendendus, vel potiùs
prohibenda vis. *Dn. Mev. d. leg.*

## ad L. Ait prætor. 1. & 2.

### *SUMMARIA.*

*Interdictum h. eſt retinendæ poſſeſſ. rerum immobilium. n. 1.*
*Ut & jurium immobilibus inhærentium. 2.*
*In h. interd. qvatuor petuntur. 3.*
*Hujus interd. in judiciis, ubi uterqve poſſeſſionem prætendit, magna utilitas. 4.*
*Poſſeſſor ex h. Interd. non agit, ſed ſe defendit. 5.*
*Vitium qvod vi, clam aut precario poſſideat adverſarius, probans, vincit. 6.*
*Limitatur modò vitioſè reſpectu mei, non alterius poſſideat. 7.*
*Qvi me dejecit, ex intervallo dejici non poteſt, poteſt tamen turbari. 8.*
*Regula, Poſſeſſorem in poſſeſſione defendendum eſſe, donec vitium probetur, limitatur. n. 9. 11. & ult.*
*Limitatio ſublimitatur. n. 10.*

Interdictum hoc eſt retinendæ poſſeſſionis in 1
rebus immobilibus §. *1. h. l.* nam ædium exem-
pli tantum loco fit mentio. *Don. l. 9. c. 16. lit. F.*
Qvibus accenſentur jura in re immobili com- 2
petentia, ut Jus annuorum redituum *l. 14. de SS.
Eccleſ. Klock. p. 1. conſ. 10. n. 447. &c.* Sicut hodiè
pluries in foro interdictum de juribus auditur,
qvàm de ipſis corporibus. *conf. Zaſ. ad. h. t. n. 9.
& Dn. Struv. th. 119.* Et petuntur in hoc interdi- 3
cto qvatuor (1.) ne amplius turbet, (2.) reſti-
tutio damni. (3.) ablati. (4.) ſatisdatio de
non amplius turbando. *Mindan. part. 2. de inter-
dict. tit. 7. num. 1.* ſed qvoad ultimum diſſentit
*Don. lib. 15. c. 15. lit. U. & ibi Hill. Menoch. rem.
3. retin. poſſ. qvæſt. 95. n. 812. & ſeq.* nec is eſt ſen-
ſus *l. un. C. h. tit.* vid. *Wiſſenb. ad. h. tit. th. 9* &
à me ibi in *l. un. notata.* ideò ultimum illud in
ſervitutibus locum tantum habet. *Bach. in Tr.
diſp. 25. th. 3. lit. H.* Conferantur de reqviſitis 4
hujus interdicti, qvæ habet *Klock. p. 1. conſ. 10. n.
453.* Utilitatem autem habemus in judiciis re-
alibus, ubi uterqve ſe poſſidere dicit, ubi ante
omnia dijudicandum, qvis poſſeſſor ſit. *§. 3. h. l.*
Et vincit in hoc interdicto ille, qvi juſte & ſine
vitio nec clam, nec precario, nec vi ab illo poſ-
ſidet *§. 5. h. l. & ult.* Actio nunqvam datur
poſſeſſori. hic & *§. 2. inſt. de action. Don. lib. 20.
c. 4. lit. A. & ibi Hill.* ſed poſſeſſor hoc interdicto
defenditur. *§. 6.* Tria ergo vitia poſſesſionis ex-
cipiuntur *d. §. 5. & ult.* (1) ſi vi (2.) ſi clam (3.) 6
ſi precariò poſſedi; ergò ſi reus poteſt probare
actus poſſeſſorios ab actore adductos eſſe clan-
deſtinos, vel turbativos, ſuccumbet actor; vel
ſi reus poſſeſſorios actus alleget, vitium actorem
probare oportet *Menoch. p. 1. dec. 26. num. 46.* 7
Qvod hic limitatur: ſi vi, clam &c. poſſedi ab
adverſario, non verò a tertio: qvaliscunqve enim
poſſeſſor, hoc ipſo qvòd poſſeſſor eſt, plus ju-
ris habet, qvàm turbator, qvi non poſſidet, *l. 2.
h. t. Mindan. de interdict. p. 2. tit. 7. n. 10. Harpr.*

*in §. 4. inſt. de interdict. n. 4. & ſeq. Zaſ. n. 2. Dn.*
8 *Struv. th. 19.* Sic ergò eum, qvi me dejecit, non
poſſum dejicere ex intervallo; impunè tamen
turbare qveo, qvi contra me hoc interdicto, qvod
9 contra turbantem datur, non experitur. Colli-
gitur ex *h. l. 2.* qvod poſſeſſor in ſuâ poſſeſſione
tamdiu defendendus, donec vitium probaverit
actor. Sed hæc regula limitatur, niſi præſumtio
juris contrarietur. *c. cum perſona 7. de privileg. in 6.*
*Hartman. Piſt. p. 2. lib. 2. q. 46. n. 6. plures allegans.*
*Menoch. conſ. 1002. n. 23. Dn. Mevius p. 3. dec. 265.*
*n. 2. & p. 4. dec. 357. n. 3. Covar. pr. q. 17. 16. Me-*
*noch. rem. ult. ret. poſſ. n. 24. Pacianus de probat.*
10 *l. 2. c. 20. n. 9.* Qvod ſublimitandum, niſi alia
præſumtio juris pro poſſidente militet. *Dn. Mev.*
*d. l. n. 7.* Item ſi qvid debeatur ſuperiori, hoc ſi
qvis privatus poſſidet, tenetur edere titulum.
*Dn. Mev. p. 4. dec. 357.* Idem, ſi res ſine titulo præ-
ſcribi non poſſit. *Dn. Mev. d. l.*

## ad L. Si duo. 3.

### *SUMMARIA.*

*SI uterqve litigans poſſideat pro qvo pronuncian-dum. n. 1. & ſeqq.*

*Hoc interdictum duplex eſt. 7.*

*Locator ædes reparaturus qvatenus & ad qvid hoc interdicto experiri poſſit contra conductorem. 8. 9.*

*Ob protecta ſuper fundo alterius vel cœnacula impoſita alterius fundo an hoc interdictum locum habeat. 10.*

*Superficiario non competit 11.*

*Nec creditoribus rei ſervandæ cauſa immiſſis. 12.*

*Succeſſor poſſeſſoris violenti qvo interdicto conveniri poſſit. 13.*

1 DUo poſſunt poſſidere rem in ſolidum, ſi al-
ter juſtè, alter injuſtè poſſideat, & tunc indu-
bium eſt, eum obtinere, qvem juſtè poſſidere
2 conſtat. *Menoch. rem. 3. retin. poſſ. n. 715.* Vel
poteſt unus civiliter; alter naturaliter poſſide-
re, & hinc qvilibet in ſuâ poſſeſſione manute-
3 nendus. *Menoch. d. rem. 3. n. 716.* Qvando verò
injuſtè poſſidens non à me, ſed ab alio poſſidet
injuſtè, tunc uterqve manutenendus eſt, per *h. l.*
*Beroui conſ. 47. n. 4. vol 3.* ut mirer aliter ſentire
*Menoch. d. l. n. 717.* ſi verò alter reſpectu mei inju-
ſtè poſſideret, tunc ego obtineo cauſam per *h. l.*
4 Sed ſi uterqve eandem ſpeciem poſſeſſionis pro-
bavit, tunc is obtinebit, qvi melius probavit.
*Menoch. d. l. n. 718.* ſi probationes ex utraqve par-
te æqvales, digniores præferentur, ſi nec hic diſ-
paritas, antiqvior poſſeſſio obtinebit, per *c. licet*
*cauſam. 9. X. de probat. Menoch. d. l. n. 725.* licet ju-
nior habeat titulum, exceptis beneficialibus,
aut ſi in præſenti, qvi antiqviorem poſſeſſionem
habuit, non poſſideat. *Menoch. d. l. n. 730. &*
5 *duobus numeris ſeqq.* Si verò utrinqve de æ-
qvali tempore probata poſſeſſio, & tunc titulum,
qvi probat, obtinebit per *d. c. licet cauſam*, niſi
ambo allegent titulum, tunc enim antiqviorem
titulum habens obtinebit. *Menoch. d. l. n. 733.*
*& ſeq.* conf. *Meiſchner. tom. 3. deciſ. 3 Kluk. conſ. 181.*
*n. 150. & ſeq. v. 2. Maſcard. concluſ. 1200.* Qvod ita
explicat *Dn. Struv. th. 121.* præſumtivè præſens
poſſeſſio probatur per poſſeſſionem antiqvio-
rem. Unde præſumuntur actus poſſeſſorii ab
adversâ parte allegati & fortè probati, turbato-
rii eſſe, niſi reus elidat eam præſumtionem oſten-
dendo juſtam cauſam ſuæ poſſeſſionis, per *cap. 9.*
*X. de probat.* Sanè in ſummario poſſeſſorio juni- 6
or poſſeſſio, & de præſenti, prodeſt eam proban-
ti, ſi pares utrinqve probationes, antiqvior:
ſi verò in poſſeſſorio ordinario, ſemper antiqvi-
or præferenda *Protus de in litem jurando. § 5. n. 30.*
*Dn. Mev. p. 3. dec. 91.* Et poſſeſſio authoris pro-
ficit etiam ſucceſſori *Dn. Mev. d. L. dec. 92.* Du- 7
plex hoc interdictum eſt ideoqve utriqve impo-
nitur probatio *§. 1. h. l. Weſenb in π. h. t. n. 5.* cum
alias reo non imponatur probatio, niſi auctor 8
ſuam intentionem probaverit. Si locator vult
ædes reparare, & conductor nolit admittere loca-
torem, datur interdictum locatori non ut non
inhabitet conductor, ſed ne ipſum turbet & ſibi 9
poſſidere incipiat. Notatur hic, non ſimplici-
ter conductorem expellendum ob refectionem,
ſed tunc demum, qvando conductor tempore
refectionis habitare neqvit: aliàs poterit mane-
re in ædibus reficiendis conductor; qvin licet
expulſus ſit, poteſt tamen petere, ut refectis æ-
dibus inhabitatio reſtituatur ad tantum tempus,
qvanto non fuit uſus ædibus. *Lud. Rom. ſing.*
*254. Cremenſis ſing. 715. Godofr. ad l. 3. C. Locati.*
Qvod ſi ex meis ædibus protectum ſuper tuo 10
fundo habeam, vel cœnaculum tuo fundo im-
ponam, hoc caſu tibi interdictum datur, non il-
lo, ſed tu manes ſoli poſſeſſor, ego protecti, *Me-*
*noch. rem. 3. ret. poſſ. n. 246.* Qvi habet autem jus 11
ſuperficiei non hoc Interdicto, experitur contra
turbantem, ſed proprio interdicto, ut in *tit.*
*ſeq. Men. d. rem. 3. n. 251.* Creditores in poſſeſ 12
ſionem rei ſervandæ cauſa immiſſi, non utuntur
hoc interdicto, qvia non poſſident §. 8. Sed
habent peculiare Interdictum ſuperius. Ne vis 13
fiat ei &c. Pone autem, te vi poſſediſſe, ego
poſſeſſionem à te excipio ſciens te vi poſſediſſe,
certè ob id non poſſum Interdicto unde vi con-
veniri. Ratio eſt, qvia omnia Interdicta in rem
ſcripta, excepto Interdicto unde vi; Unde talis
poſſeſſor, qvi violento poſſeſſori ſucceſſit, hoc
Interdicto uti poſſidetis, ſed non unde vi, conve-
niri poteſt. *Men. d. rem 3. n. 304.*

## ad L. Ult.

### *SUMMARIUM.*

*INter fructuarios an hoc interdictum detur.*

INter fructuarios etiam datur hoc interdictum,
de qvo *hic Bart. & Bolognett. ad l. 3 §. è contra-
rio. n. 106. ff. de acqvir. poſſ. Menoch. d. rem. 3. quæſt. 8.*
licet alias miſſi ex primo decreto hoc interdi-
ctum non habeant. *d. l. 3. §. 8. Menoch. rem. 3. n. 165.*
*& ſeq. Zaſ. h. t. n. 5. Weſenb. th. 3.*

TITU-

# Titulus XIIX.
# De Superficiebus.

### Ad L. Ait prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*Superficies, qvid ſit? n. 1.*
*Qvomodo differant ſuperficies & Emphyteuſis. 2.*
*A locatione qvomodo diſtingvatur, remiſſivè. 3.*
*Superficies an ſit ſervitus. 4.*

1 Superficies eſt jus in alterius ſolo per con-
tractum emptionis vel locationis eâ lege
conſtitutum, ut ædificium exſtruere, vel
plantam habere liceat pro certâ penſione ad
tempus non modicum *§. 3. h. l.* ſcilicet longi
temporis. *Donell. l. 9. c. 13. lit. M. & c. 16. lit. E.*
*& ibi Hilliger.* vel in perpetuum. Si ergò ali-
qvid in fundo conducto volente Domino ita æ-
dificetur, & ſuperficies, de qvâ *Menoch. l. 2. A. Q.*
*caſ. 31. n. 1. Molin. de juſt. & jur. diſp. 10. n. 12.* & ideò
habet interdictum. *Menoch. d. rem. 3. n. 54. Mind.*
*part. 2. tit. 8. n. 9. Donell. l. 9. c. 16. & ſeq. Bach. in tr.*
*d. diſp. 25. th. 4. lit. G. Caſtillo de Uſufr. n. 25.* Inter 2
emphyteuſin autem & ſuperficiem hoc intereſt,
qvod in illa ſolum ipſum concedatur, in hac non.
*Molina d. l. n. 3. Valaſcus de jure Emph. q. 33.* A lo- 3
catione, qvomodo etiam diſtingvatur. Vide
*Menoch. rem. 4. retin. poſſ. qv. 2.* Superficies au-
tem ſervitus non eſt, qvia ſuperficiei ſervitus im-
poni poteſt. *§. 1. h. l.* qvod fieri non poſſet, ſi ſervi-
tus eſſet. *Don. d. l. c. 16. lit. B.* conf. *Menoch. rem.*
*4. ret. poſſ. per totum.*

# Titulus XIX.
# De itinere actuqve privato.

### Ad L. Prætor ait. 1. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Ratione ſervitutum hic duo interdicta recenſen-*
*tur n. 1.*
*Primum interdictum qvibus detur. 2.*
*Qvæ hujus interdicti reqviſita. 3.*
*Mala fides poſt 30. dierum præſcriptionem non no-*
*cet. 4.*
*Secus ſi ab initio mala fides adſit. 5.*

1 Duo hic interdicta pro ſervitutibus ruſticis:
(1.) eſt retinendæ pro eo, qvi hoc anno u-
ſus eſt. (2.) Eſt ad reficiendum, in qvo et-
iam de jure proprietatis, i. e. de jure ſervitutis
2 qværitur. *Treutl. & Bach. d. th. 4. lit. H.* Primum
habetur in *hac lege prima.* Et non datur condu-
ctori vel colono, per *§. 11. h. l. Menoch. rem. 3. ret.*
*poſſ. n. 52.* Et ſi ego tibi fundum conceſſi precario,
cui via debetur, & tu precario ea via utaris, non
potes hoc interdicto experiri, deſiiſti enim poſſi-
dere eo jure, qvo tibi conceſſeram. *d. §. 11. Me-*
3 *noch. rem. 5. n. 81. & ſeq.* Sunt autem reqviſita
hujus interdicti ſeqventia. 1. ut à tempo-
re interdicti retro computati per dies 30. hu-
jus anni uſus fueris ſervitute *§. 2. h. l.* (2.) ut id
feceris ſuo jure ſeu ſervitutis *l. ult. h. t.* qvod pro-
babit, ſi opinionis ſuæ cauſam probabilem pro-
baverit, & ad juramentum ſe offerat, de qvo *Me-*
*noch. d. rem. 5. n. 15. & ſeq.* (3.) reqviritur bona fi-
des. (4.) omnia ea, qvæ ad ſervitutem reqvirun-
tur, ut habeat fundum vicinum & immediatum;
& demum, ut fuerit turbatus, de qvibus pluribus
agit *Menoch. d. rem. 3. qvæſt. 1. Coll. Arg. hic th. 4.*
4 Unde notandum ex *§. ult. & l. 2. ſeq.* qvod mala
fides poſt 30. dierum (ſcil. poſſeſſionis præſcri-
ptionem non noceat, qvia præſcriptio illa ſemel
2 transacta. *Menoch. d. rem 5. num. 85.* Sed ſi ab ini-
tio mala fide poſſedit, ſeqvens bona fides non
prodeſt *Menoch. d. rem. 5. num. 86.*

### Ad L. Inde. 3.

*SUMMARIA.*

*Qvi præſcriptione tutus, illius juri qvæſito ſubſe-*
*qvens clanculària poſſeſſio, prohibitione facta,*
*non nocet. n. 1.*
*Deſcriptio clanculariæ poſſeſſionis. 2.*
*Poſſidens ab authore vitiosè, vitiosè etiam poſſidere vi-*
*detur à ſucceſſore 3.*
*Qvid veniat in hoc interdictum. 4.*
*Secundo h. t. interdicto implicita eſt qvæſtio proprie-*
*tatis. 6.*
*Qvando hujus tituli juſtificatio neceſſaria. 7.*
*Idem obſervatur, ſi Domini cum Vaſallis litigant de*
*jure venandi feras majores. 8.*
*Qvid ſi de jure patronatus litigetur. 9.*
*Qvando ex interdicto ſecundo agatur. 10.*
*Reficere, & novam formam facere, differunt. 11.*

Ex dictis patet, ſi à me non clam nec vi nec 1
precario poſſediſti per 30. annos, & ego illum
fundum vendiderim, emtor autem te prohibeat
uti, tu autem clam utaris, hæc clancularia poſſeſ-
ſio ſubſeqvens priori juri qvæſito non erit frau-
di, per *princ. hujus legis.* ubi nota deſcriptionem
poſſeſſionis clanculariæ, ſcilicet qvando qvis 2
prohibitus non apertè utitur. Qvi etiam ab au- 3
tore meo vitioſe poſſidet, à me etiam vitioſe poſ- 4
ſidere videtur. *§. 3. h. l.* Venit autem in hoc in-
terdictum intereſſe & damnum perturbatæ ſervi-
tutis, vel ejus qvaſi poſſeſſionem *§. 3. h. l. Menoch.*
*rem. 5. num. 90.* Et hæc qvaſi poſſeſſio etiam per
ſervos, amicos, uſufructuarios retinetur &c. *§. 4.*
*& ſeqq. h. l.*

In *§. 11.* habetur ſecundum interdictum, cui 6
implicita eſt qvæſtio proprietatis, cujus forma-
lia verba ibidem proponuntur. Ratio habetur
in *§. 12.* nam ſi non daretur facultas reficiendi,
corrupto itinere fruſtra interdicto, primo qvis
uteretur. Præcipuè verò ex *§. 1.* notandum:

Qvan-

7 Qvando qvis de ſervitute agit, qvæ ipſi regula-
riter non competit, & cujus ille de jure capax
non eſt, ut Jus Decimarum, Juriſdictio, regalia
& ſimilia, vel actus, qvem vult facere, nimis Do-
mino præjudicaret, ſi ſervitutem non deberet,
qvod tunc neceſſaria ſit juſtificatio tituli. *hic &
l. 1. §. fin. tit. ſeq. Menoch. rem. 3. retin. poſſ. num.
590. & rem. 15. recuper. poſſ. n. 469. Maſcard. concl.
1378. n. 76. & qvos allegat Klock. v. 1. conſ. 29. n. 37.*
8 Et hinc etiam Domini & Principes qvando cum
Vaſallis agunt de jure venandi feras majores,
non ſolent deſcendere in qvæſtionem poſſeſſo-
9 rii, ſed reqvirunt titulum. De jure patronatus
verò dubito, cum fundatores Eccleſiarum, & ſic
10 qvilibet privatus hujus juris ſit capax. Sed ex
interdicto ſecundo tunc agitur, qvando non eſt
actum in contrarium, v. gr. ſi conventum ne re-
11 ficeret. §. *14. h. t.* Aliud eſt reficere, aliud novam
formam facere. *§. 15. h. l. Gail. 2. obſ. 67. n. 10. Mind.
de proceſſ. lib. 2. c. 41. n. 6. Menoch. d. rem. 5. n. 104.*

## ad L. Apparet. 5.

*SUMMARIA.*

*Prohibitio, ne congeratur materia refectioni ne-
ceſſaria, impunè non fit. n. 1.*

*Datur hoc interdictum ſucceſſoribus contra ſucceſſo-
res ſingulares. 2.*

*Qvæ probatio ad probationem tituli ſufficiat. 3.*

*Reficiens de qvo cavere debeat. 4.*

INterdicti ſecundi conſeqvens eſt, ut ſi qvis 1
prohibeat me congerere materiam refectioni
neceſſariam, ob vim adhibitam, impune id non
faciat, niſi congeram per locum Domini incom-
modum cum alia via uti poſſem, per *pr. & § 1. h.
l. Menoch. d. rem. 5. num. 108.* & datur hoc inter- 2
dictum ſucceſſoribus & contra ſucceſſores ſingu-
lares *§. 2. h. l. Men. d. l. num. 113.* Qvando titu- 3
lus eſt probandus, ſufficit probare præſcriptio-
nem longi temporis. *§. 3. Menoch. d. rem. 15. num.
101. Don. lib. 11. c. 11. lit. G.* nec opus eſt immemo-
riali præſcriptione, ut rectè contra Cæpollam
*Menoch. d. l. n. 103.* Et is, qvi vult reficere, debet 4
cavere de vitio operis & damno. *§. fin.*

## ad L. Ult.

NEceſſe eſt, ut qvis ſuo jure uſus ſit ſervitute. *Donell. l. 11. c. 12. pr.* qvod qvomodo probetur, dixi in *l. 1.*

# TITULUS XX.
# De aqvâ cottidiana & æſtiva.

## ad L. Ait prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*Summa hujus interdicti n. 1.*

*Aqva qvotidiana qvid ſit. 2.*

*Aqvæ æſtivæ & æſtatis deſcriptio. 3.*

*Datur hoc interdictum ex uno actu aqvæductus. 4.*

*Subjiciuntur alii caſus ubi unus actus poſſeſſionem
tribuit. 5.*

*Reqviſita hujus interdicti. 6.*

*Titulo destitutus eum tamen probabiliter habere pu-
tans, an utatur hoc interdictô. 8. & 16.*

*Habet hoc interdictum locum in fundo ruſtico & ur-
bano. n. 9.*

*Extenditur ad aqvas calidas. n. 10.*

*Modus utendi vid. n. 11.*

*Plus ſervitute utens, ſi uſus poſſit ſeparari, non in to-
tum prohibendus. 12.*

*Nemo ultra ſtatutum oves in communibus paſcuis de-
bet paſcere. 13.*

*Jus paſcendi oves numero certas per præſcriptionem
acqviſitum, ultra iſtum numerum non eſt ex-
tendendum. 14.*

*Reg. utile per inutile non vitiari in qvibus locum
habeat, declaratur. 15.*

*Inter rivales duplex datur judicium. 17.*

*Aqvæ ductus ex Caſtello vel rivo Principis conſenſu
fieri debet. 18.*

*Qvod Principes facilè concedit, illud regulariter pro
permiſſo haberi, an rectè hic colligatur. 19.*

*Competit hoc interdictum, ſive prædio ſive perſonæ
hoc jus conceſſum. 20.*

*Aqvæ Caſtellanæ ductus, reqvirit Principis aſſignatio-
nem, vel expreſſam vel tacitam. 21.*

*In interdicto aqvæ Caſtellanæ probatio tituli reqvi-
ritur. 22.*

INterdictum hoc eſt retinendæ, habetqve hanc 1
ſummam, ut in aqvæductus qvaſi poſſeſſione
defendar, ſicut hoc anno uſus ſum, habetqve
interdum, ſcilicet in aqva caſtellana admixtam
proprietatis qvæſtionem, per *l. 1. §. ult. h. t.*
Aqva qvotidiana eſt, qvæ qvotidie duci poteſt, 2
licet interdum, qvia non expedit, non ducatur
v. gr. hyeme *§. 2. h. l.* Et æſtiva aqva dicitur, 3
qva uti expedit in æſtate, qvæ ab æqvinoctio
verno incipit, & in æqvinoctio autumnali deſi-
nit, de qvo videatur hic *Dn Struv. th. 136. & ſeqq.* 4
Datur hoc interdictum, ſi ſemel tantum qvis
duxerit *§. 4.* Ratio eſt, qvia in cæteris ſervituti-
bus videri poſſem, qvod jure familiaritatis po-
tius uſus ſim, qvam meo jure ceu ſervitute, ſed
in aqvæductu ea præſumptio ceſſat. *Cravetta vol.
1. conſ. 124. n. 7. Menoch. rem. 6. retin. poſſ. n. 15.*
Et ſic unus actus poteſt tribuere poſſeſſionem, 5
ſi qvis una vice actum electionis exercuerit, in
poſſeſſione juris eligendi eſt, per *c. cum Eccleſia.
X. de cauſa poſſ. ſ.* & per unicam ſolutionem pen-
ſionis conſtituitur qvis in poſſeſſione juris exi-
gendi *Franck. de Clapper. p. 2. dec. cauſ. 74. q. 2.
n. 2. & ſeq.* Reqviritur porro in hoc Interdicto, 6
ut aqva ſit perennis *§. 5. h. l. Menoch. d. rem. 6. n.
16.* & ut duci poſſit; nam ſunt qvædam aqvæ
perennes, qvæ tamen duci non poſſunt, ut aqvæ
putea-

puteales & depreſſæ, qvæ effluere extra meatus
ſuos non poſſunt, & ita nulli uſui eſſe poſſunt, li-
cet hauſtus in iis aqvis concedi poſſit. *§. 6. Me-*
7 *noch. d. l. num. 17.* Neceſſe porro eſt, ut ſervitus hæc
ex capite ducatur. *& 7. & ſ. hujus legis*, qvam-
vis tandem invaluerit, ut etiam ex caſtello, id
eſt, aqvæ in altum per rotam evecto receptacu-
lo duci poſſit. per *l. 9. ff. de ſerv. ruſt. præd. Me-*
*noch. d. rem. 6. n. 19. & ſeq. Donell. l. 11. c. 3.*
8 *lit. C. & ibi Hill.* Sed ſi qvis nullum titulum
habeat, ſed habere ſe exiſtimavit, probabili er-
rore facti deceptus habet hoc interdictum, de
9 qvo *Menoch. d. l. n. 71. & ſ.* Et non eſt neceſ-
ſe, ut fundus ſit ruſticus, cui irrogando aqva
ducta, qvia etiam ad urbanum duci poteſt. *§. 11.*
Et ſic ad nullum certum fundum, ſed ad eum,
qvem is, qvi utitur ſervitute, deſtinaverit, conſi-
ſtit conſtitutio ſervitutis *§. 11.* de qvo *Menoch. d.*
10 *rem. 6. num. 41. & ſeq.* Et ad aqvas calidas ex-
11 tenditur hoc Interdictum *§. 13.* Et determina-
tur in *§. 15.* modo hoc anno taliter, nec aliter nec
12 alia via nec alio modo utatur, qvam antea. Si
qvis plus utatur ſervitute, ſi uſus ſeparari poſſit,
non in totum prohibendus. *§. 18. h. l. Menoch.*
*d. rem. n. 84.* ſic ſi ceſſi tibi ſervitutem paſcendi
pecoris, & eo tempore habuiſti unum ovile,
nunc plures greges in fundum immittere velis,
prohibere te poſſum. arg. *h. §. & l. 4. modum. de*
*ſervit.* juncta *l. 3. de reb. cred. Cæpolla de ſervit. ru-*
*ſtic. præd. c. 9. num. 32. Afflict. dec. 290. num. 7. Wiſ-*
13 *ſemb. d. 24. th. 12. v. 2.* Sic ultra numerum ſta-
tuto præſcriptum nemo debet oves habere in
communibus paſcuis. vid. *not. ad l. 17. ff. de S. R. P.*
14 Si qvis per legitimum tempus ad præſcriptio-
nem neceſſarium in fundo alieno mille oves pa-
vit, & non ultra, licet grex ille poſtea creverit,
plures tamen ibidem paſci non poſſe. *Cæpolla de*
*ſervit. ruſt. præd. c. 9. num. 17. & ſeq. Carpz. p. 2.*
15 *dec. 106. num. 8.* Colligitur etiam ex hoc, per in-
utile non tolli utile, & ſupernumeraria tantum
pecora arcenda, non omnia. Habet autem iſta
regula, qvòd utile per inutile non vitietur, lo-
cum in ſeparabilibus, ut hic declaratur. *Tiraq. de*
*Retr. lignag. ad fin. tit. n. 74. & qvos congeſſit Barb.*
16 *l. 19. c. 47. axiom. 11.* Non alius autem utetur
hoc interdicto, qvam qvi ſuo jure ſe uti ſaltem
probabiliter exiſtimat. *§. 19. Menoch. d. rem. 6.*
17 *num. 12.* Si inter rivales, i. e. qvi ſimul ſibi uſur-
pant Jus ducendi aqvam, lis ſit, duplex eſt ju-
dicium. *§. 26.* i. e. uterqve pro actore & reo ha-
bendus, uterqve ſe dicit poſſidere. *Menoch d.*
*rem. 6. num. 96.* & forte aqvæductus utriqve
non ſufficit, & ſi pro more judiciorum dupli-
18 cium utriqve probatio injungi poteſt. Ex ca-
ſtello vel rivo, vel alio loco publico permittitur
aqvam ducere, ſed á Principe. *§. 41. & ſeq. h. l.*
*Menoch. d. rem. 6. num. 60. Donell. lib. 4. c. 3.*
19 *lit. G. & ibi Hill.* Colligunt etiam qvod Prin-
ceps de facili ſolet concedere, illud haberi pro
regulariter permiſſo, qvod tamen ex textu non
colligitur. Hoc interdictum competit, ſive præ-
dio, ſive perſonæ hoc Jus datum. *Menoch. rem. retin.*
*poſſeſſ. 6. q. 2. n. 24. & ſeqq. Don. l. 9. c. ult. lit. B.* In- 21
terdictum de aqva caſtellana permiſſu Principis
ducta reqvirit aſſignationem à Principe factam
vel expreſſam vel tacitam, ſi qvis tempore im-
memoriali uſus ſit. Unde illorum ſententia 22
probatur, qvòd, licet in interdicto de aqvâ qvo-
tidianâ, item in interdicto de aqvâ æſtivâ, non
reqviratur allegatio & probatio tituli, tamen in
hoc interdicto, de aqvâ caſtellanâ, allegatio &
probatio tituli reqviratur. *Menoch. remed. retin.*
*poſſ. 6. num. 11.* modò non confundat priora in-
terdicta cum hoc. Confer. *Dn. Struv. hic th. 142.*
licet diſſentiat *Mindanus de interdict. tit. 11. num.*
*22.*

## ad L. Si diurnarum. 2.

### *SUMMARIA.*

*Modus ducendi aqvam ſemel obſervatus non eſt variandus. n. 1.*

*Idem obſervatur in ligno cædendo. 2.*

NOn poteſt aut alio tempore, aut alio modo 1
aqva duci, qvam qvo hactenus ducta eſt.
Sic non poſſum alio tempore ligna cædere, qvam 2
qvo hactenus id feci. hic & *l. 10. & ſeq. ff. Qvem-*
*adm. ſervit. amit. Donel. lib. 10. c. 17. poſt lit. H. &*
*lib. 11. c. 10. lit. F.*

## ad L. Hoc jure. 3.

### *SUMMARIA.*

*Ad conſtituendam ſervitutem quid reqviratur. n. 1.*

*Aqvæ ductus pluribus competere poteſt. 2.*

*Flumen, ex qvo ſervitus debetur, ſi alveum mutarit dominanti ſeqvi non licet. 3.*

*Aucto ſolo ſerviente, augetur etiam ſervitus. 4.*

*Ductus aqvæ, cujus origo memoriam excedit, jure conſtituti habetur. 5.*

*Præſcriptio immemorialis habet vim privilegii. 6.*

*Deficiente præſcriptione de jure communi, præſcriptio immemorialis locum habet. 7.*

*Probatio immemorialis temporis quomodo facienda, remiſſivè. 8.*

*Qvatenus ille, qvi aqvæ ductum habet, fiſtulam imponere poſſit. 9.*

AD conſtituendam ſervitutem utilitas prædii 1
dominantis reqviritur, ſi non alia, tamen a-
mœnitas. *Don. l. 9. c. 21. in fin. & l. 11. c. 1. lit. C.*
Et plures habere poſſunt aqvæ ductum, qvi Ri- 2
vales vocantur, modo non vicinis noceant. Si 3
fluvius, ex qvo ſervitus mihi debetur, mutaverit
alveum, fluvium ſeqvi non poſſum; ſecus ſi allu-
vione fundus meus auctus: unde probat *Carpz.*
*l. 1. reſp. 45.* & *Dn. Struv. ad tit. communi præd.*
*th. 30.* aucto ſolo ſerviente, augetur etiam ſervi- 4
tus. Ductus aqvæ, cujus origo memoriam ex- 5
cedit, jure conſtituti habetur. *Menoch. rem. 6. re-*
*tin. poſſ. n. 127.* Unde colligunt, præſcriptio- 6
nem immemorialem habere vim privilegii, *hic*
*& cap. ſuper qvibusdam. §. præterea. de V. S. Covarr.*
*lib. 1. reſol. c. 17. n. 11. Guid. Pap. deciſ. 549. Carpz.*
*l. 1. reſp.*

*l. 1. reſp. 38. Klock. vol. 1. conſil. 29. n. 76. Cravetta de antiqvit. temp. p. 4. cap. abſolutis differentiis. Rodericus de cenſibus. l. 1. c. 17. n. 8. Beſold. conſ. 232. n. 106. & qvos refert Manzius in cent. deciſ. q. 49. n. 8.*
7 Et ubi præſcriptioni obſtat jus commune, ibi im-
memoriali tempore opus eſt, v. g. ſi civitas ve-
ctigalia exegerit, tempus immemoriale reqvi-
ritur. *Franc. d. Clapperiis p. 2. deciſ. cauſ. 72. q. un.*
8 Probatio autem immemorialis temporis qvo-
modo facienda. vide *Carpz. p. 1. conſt. 16. def. ult. Klock. vol. 1. conſ. 13. n. 11. & conſ. 50. n. 279. & conſ.*
9 *29. n. 74.* Is autem, qvi aqvæ ductum habet, fiſtu-
lam imponere poteſt, modo Domino non adfe-
rat damnum aut corrivali. *§. pen. l.* de qvo *Menoch d. rem. 6. num. 104.*

### ad L. Penult.

*SUMMARIUM.*

*Judicis officium in judiciis ſervitutum.*

IN judiciis de ſervitutibus officium judicis eſt, curare, ut caveat victus, neqve ſe neqve ſucceſſores prohibituros uſum ſervitutis; & interea, dum de jure ſuo in petitorio judicio victus docet, præſtatur hæc cautio, qvia nulla poſſeſſio momentanea earum apud victorem eſſe poſſet. *Men. d. rem. 6. num. 116.*

### ad L. Ult.

*SUMMARIUM.*

*Jure ducendæ aqvæ an per qvamlibet fundi partem uti liceat.*

IS, qvi aqvæ ductum habet, eo uti poteſt, per qvamcunqve partem fundi vult. Sed loqvitur de eo, cui conſtituta jam primum ſervitus. Si autem prohibeatur, non utetur hoc interdicto, qvia nondum eſt: Sed qvando in qvaſi poſſeſſione ſervitutis jam eſt, non poteſt mutare locum vid. *Menoch. d. rem. 6. n. 119. & ſeq.*

# TITULUS XXI.

# De Rivis.

### Ad L. Prætor ait. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Qvidnam in hoc interdicto prohibeatur? n. 1.*
*Ejusdem reqviſita. 2.*
*Qvæſtio; an apertum rivū operire poſſim? deciditur. 3.*

1 PRohibetur hîc neqvis refecturus rivos im-
pediatur, cujus interdicti verba fuſe expli-
cantur in *lege prima*, de qvo *Menoch. rem ret.*
2 *poſſ. 7. n. 1. & ſeqq.* Et ſunt ejus reqviſita (1.) ut
rivus factus aqvæ ducendæ cauſa (2.) ut eam
aqvam duxerit, hoc anno vel æſtate (3.) ſine vi-
tio & bona fide (4) ut fuerit impeditus (5.) ut re-
ficiendo rivum non immutet. *Menoch. d. rem. 7. q. 1. num. 9. & ſeqq. Cæpolla de ſerv. ruſt. præd. c. 4.*
3 *vol. 103.* De qvæſtione vero illâ: an apertum ri-
vum operire poſſim, apud veteres lis fuit: Sed
affirmanda qvæſtio, ſi vel commodum ſentiat
operiens ſine damno Domini aut commodum
majus operientis cum minori incommodo Do-
mini ſit conjunctum, per *l. 1. §. ult. & l. 3. princ. h. t. Menoch. d. rem. 7. n. 17. & ſeq.* Et ſic etiam *l. 2.* accipi
poteſt, ſi minus incommodum occaſionaliter &
per accidens datum qvam commodum operien-
tis & conf. *Cæpolla d. l. n. 20. & ſeq.*

### ad L. Servius autem. 3.

*SUMMARIA.*

*Mutatio rivi non facilè admittenda. n. 1.*
*Interdictum hoc ad omnes rivos extenditur. 2.*
*Interdictum hoc qvibus & contra qvos detur. 3. 5.*
*Novum opus hic reficienti nunciari non poteſt. 4.*

DE *princ.* jam antea dictum. In *§. 1.* dicitur 1
non admittendam eſſe mutationem rivi, niſi
neceſſitas aut magna utilitas ex parte ejus mili-
tet, de qvo *Menoch. d. l. n. 15.* Sic etiam intelli-
gendus. *§. 2. Menoch. d. l. n. 20.* Ad omnes autem 2
rivos pertinet hoc interdictum, ſive in publico
ſive in privato ſit *d. l. 3. §. 4. Menoch. d. l. n. 23.*
Et qvando qværitur, qvibus & contra qvos de- 3
tur? dicitur in *§. 7.* iis reddi & contra eos, qvi-
bus & in qvos redditur Interdictum de aqva qvo-
tidiana & æſtiva *Menoch. d. l. n. 25.* Nec opus 4
novum reficienti nunciari poteſt. *§. 8. Men. d. l.*
*q. 7. n. 26.* Et ei, qvi vult reficere, & adportat ne- 5
ceſſaria ad refectionem & in eo impeditur, datur
Interdictum *§. ult. Men. d. l. n. 17.* modo reficiens
caveat de damno. Plura videantur apud Meno-
chium & Cœpollam dictis locis.

# TITULUS XXII.

# De Fonte.

### Ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*Dvo hujus tit. interdicta numerantur & explicantur n. 1.*
*Qvomodo hoc interdictum de ciſternâ competat. 2.*
*Itinere planè prohibito ad hauſtum, etiam aqvæ hauſtus prohibitus cenſetur. 3.*

DUo hic traduntur Interdicta: Alterum de
fontis uſu non impediendo, qvatenus hoc
anno ſine vitio uſus ſum; Alterum de non impe-
dienda refectione fontis, modo ſine damno Do-
mini fiat, ſuper qvo cavendum *§. 6. hujus legis.* Et
datur etiam, pro appulſu pecoris ad fontem *Cæpolla de ſerv. Ruſt. præd. c. 8. circa fin. Men. rem. 8. ret.*
*poſſ. n. 7.* Ratione perſonarum, qvibus & contra 2
qvos detur vid *§. 3. h. l.* De ciſterna hoc Interdi-
ctum non datur *§. 4.* ſcilicet directum, bene ta-
men utile, *Men. d. l. n. 10. Dn. Struv. ad h. t. theſi 146.* 3
Planè itinere prohibito etiam aqvæ hauſtus pro-
hibitus cenſetur. *§. 5. h. l. Men. d. l. n. 12.*

TITU-

# Titulus XXIII.
# De Cloacis.

## Ad L. Ait prætor. 1.

*SUMMARIA.*

*Cloaca quid. n. 1.*

*Datur hoc interdictum & illi, qui titulo vitioſo cloacam poſſidet. 2.*

*Per hanc poſſeſſionem non conſtituitur ſervitus 3.*

*Emiſſio cloacæ privatæ in publicum non eſt prohibenda 4.*

*Refecturus an vicini ædes intrare & pavimenta cloacæ purgandæ cauſa reſcindere poſſit. 5.*

*Quid hic dicendum de loco neceſſario purgando. 6.*

1 Cloaca eſt locus cavus, per qvem colluvies
2 fluit. *Donell. l. 11. c. 3. lit. B.* Et eſt hîc pe-
culiare, qvod etiam ille, qvi clam, vel pre-
3 cariò vel vi cloacam habet, non ſit impediendus
deducere. *h. l. 1. §. 7.* Qvod tamen intelligen-
dum eſſe monet *Mindan.* qvod non per iſtam
poſſeſſionem conſtituatur ſervitus, ſed hâc vice
purgare iſtum locum liceat ob publicam utilita-
tem. *Mindan. d. interd. p. 2. tit. 14. n. 12. Capoll.*
*de S. R. P. c. 6. num. 6.* Nec etiam prohibendus, 4
qvi privatam cloacam in publicum vult emit-
tere *l. 1. §. fin.* Et poteſt etiam refecturus vicini 5
ædes intrare, & reſcindere pavimenta purgan-
dæ cloacæ causâ, ſuis tamen impenſis reſtituen-
da. *d. l. 1. §. 12.* Sed hîc qværi poteſt, an idem ſit 6
in loco neceſſario purgando? nam inter cloa-
cam, ut hoc loco ſumitur & locum neceſſarium
magnum eſt diſcrimen; & videtur hoc negan-
dum, dum durior eſt ſervitus qvando præter lo-
cum etiam facultas exportandi conceditur, ideo-
qve in dubio neganda qvæſtio; niſi ex loci cir-
cumſtantiâ & ex aliis indiciis contrarium collegi
poſſit *Dn. Mev. p. 3. dec. 36.*

# Titulus XXIV.
# Qvod vi aut clam.

## Ad L. Ait Prætor, 1.

*SUMMARIA.*

*Interdictum qvod vi aut clam qvando & ad qvid detur. n. 1.*

*Qvo caſu hoc interdicto teneatur etiam is, qvi jus ædificandi habet. 2.*

*Hoc interdictum pertinet ad ſola immobilia. 3.*

*Vi factum qvid dicatur. 4. 6.*

*Per unius lapidis jactum nunciationem novi operis fieri, an recte probetur ex §. 6. h. l. remiſſivè. 5.*

1 Qvando aliqvid ædificatur, qvando ab alio
prohiberi poterat, ſi fiat id vi, i. e. de
facto, contra factam nunciationem novi
operis, *l. 1. §. 5.* ut ita vox violentiæ hic latius
capiatur; vel clam, i. e. metu controverſiæ ita
occultè, ut is, qvi prohibere poterat, prohibere
non poſſit, tunc datur alteri interdictum, qvod
vi aut clam ad reſtituendum & reducendum ad
priſtinum ſtatum, atqve præſtandum intereſſe.
2 *§. 15. §. 7. h. t.* Ad qvod tenetur etiam is, qvi Jus
ædificandi habuit, & contra inhibitionem de fa-
cto ædificavit, de qvo vid. *Molina de juſt. & jur.*
*tr. 2. diſp. 706. num. 3. & ſeq Don. lib. 15. c. 34.* Nam
punitur contumacia, qvod prohibitionem le-
gis vel judicis ſprevit; tueri ſuum jus debuit,
non injuriam comminiſci *§. 2.* nec admittitur
exceptio, *imo Jure dominii vel ſervitutis feci*, nam
hæc exceptio altioris indaginis eſt, & petitori-
3 um reſervanda. *§. 3.* Et pertinet hoc interdi-
4 ctum ad ſola immobilia. *§. 4.* Et videtur vi fa-
ctum, qvod contra prohibitionem factum, ut
dixi, etiam contra minimi lapilli jactum, *§. 6.*
5 Ex qvo nonnulli voluerunt probare, per unius
lapidis jactum fieri nunciationem novi operis,
de qvo *Lud. Bologn. ad L. Si finita. §. Julianus ff.*
*de novi operis nunc. n. 15.* Idem, ſi contrâ pro- 6
teſtationem à parte factam qvid faciat *§. 7.* aut
moliatur, ne prohiberi poſſit *§. 8.* aut prohibi-
tus adqvieſcat, ſed poſtea qvid faciat *§. 9.* Non
verò ſi prohibiturus ſua reverentia erga me, aut
ab alio ſine dolo meo impediatur, ne prohibeat.
*§. pen. & ult. h. leg.*

## Ad L. Prohibere. 3.

*SUMMARIA.*

*Ædificare prohibitus per procuratorem aut aliam liberam perſonam an ſi ædificare pergat, id vi facere videatur. n. 1.*

*Ratio dubitandi & decidendi. 2.*

*Prohibitio facta à negotiorum geſtore ratihabitionem reqvirit. 3.*

*Ceſſat hoc interdictum, ſi ædificatur permiſſu prohibentis. 4.*

*Officialis publicus ultra leges officii nihil permittere poteſt. 5.*

*Succeſſor Principis Regalia vel Domanialia ab anteceſſore alienata revocare poteſt. 6.*

*Permiſſionem ædificandi accipit offerens ſatisdationem. 7.*

Prohibitionem etiam per procuratorem vel 1
aliam liberam perſonam fieri poſſe, dicitur
in pr. ad id, ut prohibitus ædificare pergens, vi
id facere videatur. Ubi ratio dubitandi, qvia 2
ita videtur ex actu alterius mihi actio naſci, &
ratio decidendi, qvod non tam ex prohibitione
à tertio facta, qvam ex facto prohibito ejus,
qvi per tertium prohibitus eſt, mihi detur
hoc interdictum. Et ſi aliqvis negotiorum ge- 3
ſtor nomine meo prohibeat, mea ratihabitio
neceſſaria. *Car. Ruinus in rep. L. Hoc edicto. 1. ff.*

4 *nunciatio. n. 67. ff. de operis novi nunciat.* Et ſuf-
ficit, ſi ſemel per vim fecerit, i. e. contra prohi-
bitionem qvid fecerit. §. 1. Sed ſi prohibens
per ſe aut per alium permiſerit, ut ædificaret,
tunc ceſſat hoc interdictum, nam tunc cauſa in-
5 dicti ceſſat. *ſſ. 2. & 3. h. t.* Officialis publicus non
poteſt ultra permittere, qvàm ſibi conceſſum eſt à
6 lege vel conſvetudine. §. 4 Unde colligunt, ſuc-
ceſſorem Principis poſſe revocare Regalia vel
Domanialia à prædeceſſore alienata. *Ricc. coll. de-
ciſ. 2019. Nevız. inter conſ. Bruni conſ. 12.* Ubi hanc
7 materiam prolixè tractat. Si autem prohibitus
ſatisdationem offerat, permiſſio eſt facienda, ut
pergat ædificare, *l. 20. §. 5. & l. 21. h. t. de operis no-
vi nunc.* qvod fit, ſi intra tres menſes non termi-
nata lis. *l. un. C. de novi operis nunciat.*

## ad L. Servius. 4.

### *SUMMARIUM.*

*TEnetur hoc interdicto non ſolum qvi ſcivit, con-
troverſiam ſibi motum iri, ſed & qvi ſcire de-
buit.*

NOn tantùm ille, qvi ſcivit controverſiam ſi-
bi motum iri, ſed & qvi ſcire debuit, hoc in-
terdicto tenetur, qvatenus ſcil. dicitur clam face-
re, per *hanc l. & §. ult. legis praeced.* qvia non opor-
tet eſſe reſupinam exiſtimationem, ne melioris
ſint conditionis ſtulti, qvàm periti, ſeu pruden-
tes. *Molin. d. loc. n. 4. Weſenb. conſ. 6. n. 217.*

## ad L. Aut qvi. 5. pr.

### *SUMMARIA.*

*ALiter faciens, qvam denunciavit, clam facere
cenſetur. n. 1.*

*Actus, qvi celebratur aliter, qvàm in citatione di-
ctum, geſtus videtur non citata parte. 2.*

*Sententia die praſtituta non publicata nulla eſt. 3.*

*Qvid obſervetur in ſupremo Appellat. jud Saxon.
Elect. 4.*

*Qvid ſi ab iſta ſententia appelletur, an illa nullitas
in ſuperiori judicio attendatur. 5.*

*Proteſtationis certificatoriæ effectus. 6.*

*Citatio debet eſſe certa ratione perſonarum, loci ac
temporis. 7.*

*Venditurus ad qvid teneatur emturo. 8.*

*Denunciatio qvot modis fieri poſſit. 9.*

*Qvæ hic extenſio ad citationem. 10.*

1 SIqvis denunciet ſe facturum, ſi aliter facit,
qvam denunciavit, nihilominus clam dicitu-
2 facere. Unde colligunt Dd. qvando aliqvis ci-
tatur ad aliqvem actum, ſi ille actus aliter cele-
bretur, vel in qvalitate vel in ſubſtantiâ, qvàm
in citatione dictum eſt, res videtur non citatâ
3 parte geſta. vid. *hic Bartol.* Et ſi ſententia non
in die præſtitutâ, ſed aliâ publicetur, eſt nulla.
4 *Carpz dec. 47.* Ubi tamen in ſupremo Appella-
tionum judicio Saxon. Elect. aliud conſvetudi-
ne receptum reſtatur. vide *notata c. 27. proceſſus
5 mei civil. num. 53.* Si tamen ab illâ ſententia ap-
pellatum, iſta nullitas in ſuperiori judicio non
curatur, ſed merita cauſæ attenduntur. *Dn. Mev.
d. 8. dec. 240. & p. 4. dec. 105.* niſi aliqvid præjudicii
attractum abſenti, v. gr. ſi ob ignoratam publi-
cationem qvisqvam pro ſuo jure vigilare non
potuit, aut omiſit facienda, vel fecit omitten-
da, qvo caſu avocata acta, novaqve ſententia 6
lata. Proteſtatio certificatoria, qvando qvis
alteri denunciat, ſe velle illud ædificare, habet
hunc effectum, ut actus dicatur palam factus ſine
ſuſpicione fraudis nec clancularius, ſed illa de-
nunciatio debet eſſe certa in perſonis, loco ac
tempore, & re non perfunctoriè facta. *Bolo-
gnettus ad L non ſolum. §. morte. ff. de nov. op.
nunciat. num. 267. Molin. d. num. 4.* Unde col- 7
ligunt Dd, citationem eſſe debere certam ratio-
ne perſonarum, loci ac temporis. *Gail. 1 obſ. 52.
Hill. in Don. l. 23. c. 2 lit N.* & ſic non valet cita-
tio, ut veniat 4. die Martii aut ſeqventibus.
*Carpz. dec. 47. n. 7.* Et qvi rem venditurus eſt, 8
mihi ex pacto vel ſtatuto ad oblationem rei ob-
ligatus eſt, & tenetur omnia reqviſita, pretium
ſcilicet, & alias conditiones ſignificare, an ego
ita emere velim. *Tiraq. de retract. ſſ. 36. gl. 2. n. 32.
Dn. Mev. p. 3. dec. 324. n 3. Idem ad Jus Lubec. l. 3. tit.
7. art. 1. n. 52.* Denunciatio fieri poteſt procu- 9
ratori cum libera, vel ad domum, ſi copia Do-
mini haberi non poſſit; imo amicis *§. 2. h. l.*
non tamen neceſſe eſt, ut fiat amicis, qvando
domum vel procuratorem habet, cui denunciari
poſſit. *Lud. Bologninus in rep. L. ſi finita. ſſ. Julia-
nus. n. 14.* Ubi ad citationem abſentis hoc ex- 10
tendit, qvod non ſit neceſſe, ut amicis inſinuetur
citatio, qvando qvis domum habet, aut procu-
ratorem conſtituit, licet illam reſponſionem
rideat *Urcurrus in rep. d. ſſ. Julianus. num. 139. vol.
3. conſ. Tiraq. de Retr. conſ. §. 9. gl. 3. num. 8.*

## ad L. Si alius. 7.

### *SUMMARIUM.*

*QVibus caſibus hoc interdictum ceſſet. num. 1. &
ſeqq.*

INterdum conventus repelli poteſt ab inter- 1
dicto, v. gr. ſi ego clam deſtruxerim aliqvid,
qvod tu vi vel clam feceras; nam ſi ex inter-
dicto contra me agas, qvod clam deſtruxerim,
excipio contra te, imo tu clam ædificaſti, ergo
non poteſt agere ex eo facto, cujus tu etiam reus
es *§. 3. h. l. Car. Ruinus in rep. d. ſſ. nunciatio.
num. 52. & ſeq. ff. de nunc. nov. operis.* Alia ex- 2
ceptio eſt, ſi qvid arcendi incendii cauſa clam
vel violenter contra prohibitionem deſtruxe-
rim §. 4. Qvando enim avertendi incendii cau-
ſa demolior ædes vicinas, non teneor ex hoc in-
terdicto. vid. *l. 49. §. ult. ſupr. ad L. Aqvil. l. 3. §.
pen. inf. de incendio.* Sed hic habetur notabilis
diſtinctio, utrum ignis eo usqve pervenerit,
an non? Ut hoc caſu ad ſimplum teneat. *Farin.
q. 110. c. 3. num. 146.* qvæ tamen diſtinctio in pri-
vato, non in Magiſtratu locum habet. *Wiſſen-
bach ad h. t. th. 16.* Similiter exceptio opponitur 3
inter-

interdicto, ſi agri colendi cauſa qvid factum, ac ſi melior cauſa agri ſit facta. §. 7. hoc fecit favor agriculturæ.

### ad L. Is qvi in puteum. 11.

*SUMMARIA.*

*Effundens aliqvid in puteum hoc interdicto tenetur. 1.*

*Qvatenus hoc interdictum etiam ad præteritum tempus referatur. 2.*

*Qvomodo aliqvid partim vi partim clam fieri poſſit, remiſſive. 3.*

*Factum tutoris an obliget hic pupillum. 4.*

*Si in fundo vendito ante venditionem aliqvid vi aut clam ædificatum, datur interdictum venditori. 5.*

*Datur emtori ſi fundus venditus ſub pacto addictionis interea precario traditus. 6.*

1 EX hac lege ſeqventia notanda 1. qvod, qvi
etiam in puteum qvid effundit, hoc interdi-
2 cto teneatur, per *pr. hujus Legis.* Deinde licet in-
terdictum ad præſens tempus referatur, ratione
tamen damni præteriti datur hoc Interdictum &
ratione expenſarum, qvas feci in demolitione
3 operis à judice conceſſa. *§. 4. h. l.* Et poteſt fie-
ri, ut qvis partim vi partim clam aliqvid fecerit,
4 de qvo in §. 5. (2.) Porro tutoris factum non
obligat pupillum, niſi ad patientiam, ut tollatur,
tutor autem ad expenſas tenetur. §. 6. nam ſi
pupillus jam pubes factus nollet concedere, ut
tollatur; factum approbaret. Si ego vendam
5 fundum, in qvo vi vel clam tu aliqvid ædificaſti,
non emptori, ſed mihi venditori competit Inter-
dictum, qvia attento damno procul dubio vilius
6 vendidi. §. 8. Si mihi autem venditus fundus ſub
pacto addictionis, & interea precario traditus,
datur Interdictum qvod vi aut clam emtori *§. 12.
h. l.* de qvo *Bachov. in Tr. v. 1. d. 28. th. 9. lit. C.* conf.
*& Donell. l. 15. cap. 34. lit. I. & ibi Hilliger.*

### ad L. Deniqve. 13. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Reſpectu ejus, qvi nullam habet actionem, clam aliqvid fieri non videtur. n. 1.*

*Competit etiam hoc interdictum ſocio contra ſociū. 2.*

*An alter ſocius ædificatum ab altero propria autoritate demoliri poſſit. 3.*

*Ratione ejus qvod jacente hereditate clam vel vi factum, heredi competit hoc interdictum. 4.*

NOn videtur clam feciſſe reſpectu ejus, qvi 1
nullam habet actionem, ut filiusfamil. So- 2
cio etiam contra ſocium competit hoc Interdi-
ctum §. 3. h. l. Sed ſocius ab altero ſocio ædifica- 3
tum ipſe privata authoritate demoliri neqvit,
qvod ab omnibus Interpretibus communiter
traditum eſſe dicit *Cothm. in. vol. 1. conſ. 38. n. 175. &
ſeqq.* conf. *Gylman. tomo 4. ſymphor. p. 1. voto 16.
n. 34.* conferri etiam poteſt *Vaudus lib. 2. qvæſt.
30* Si aliqvid jacente hæreditate clam vel vi ſit fa- 4
ctum, datur hæredi hoc interdictum.

### ad L. Semper. 15.

*SUMMARIA.*

*Hoc interdictum contra poſſeſſorem ad qvid detur. n. 1.*

*Ad qvid teneatur locator, ſi inſcio locatore qvid fecerit. 2.*

*Contra plures in ſolidum agi poteſt & contra unum. 3.*

*Contra hæredem qvatenus & intra qvod tempus hoc interdicto agi poſſit. 4.*

*Agens in hoc interdicto intereſſe ſuum per juramentum in litem æſtimare poteſt. 5.*

DAtur hoc Interdictum contra poſſeſſorem, 1
qvi in ſuo fundo qvid poſſidet, qvod me
prohibente factum, vel clam, licet is non poſue-
rit, ſed tamen tantum ad patientiam obligatur,
ut patiatur tolli. Similiter, ſi conductor qvid fe- 2
cit, inſcio locatore, locator tantum tenetur ad
patientiam, vel ad cedendam actionem, ſi qvam
habet §. 1. & contra plures in ſolidum agi poteſt, 3
& contra unum §. 2. Hoc interdictum datur con- 4
tra hæredem, datur & qvantum ad eum perve-
nit, & intra annum à tempore perfecti operis
computandum *§. 3. & ſeqq.* (qvo ipſo à novi o-
peris nunciatione, qvæ perpetua eſt, differt) niſi
magna & juſta cauſa ignorantiæ interveniat.
*Tholoſan. l. 4. c. 25. n. 6. Weſerb. conſ. 34. num. 52.
Klock. vol. 3. conſil. 166. n. 32.* Ut ſi reipublicæ cauſa 5
abſim *§. 6.* Et in hoc Interdicto agens poteſt per
juramentum in litem ſuum intereſſe æſtimare §. 7.
*& ſeqq.* non enim hic præciſè ad reſtituendum,
ſed ad ſolvendum intereſſe agitur *Donell. l. 15. c.
45. poſt lit. D.*

# TITULUS XXV.
# De Remiſſionibus.

### Ad L. Ait prætor. un.

*SUMMARIA.*

*Remiſſio qvid ſit? n. 1.*

*Satisdatione præſtita non opus eſt remiſſione judicis. 2.*

*Conciliatio* §. 4. hujus legis un. cum. l. 1. pr. & l. pen. §. 1. ff. ſi ſervitus pet. *remiſſivè. 3.*

1 REmiſſio eſt abolitio nunciationis novi o-
peris à prætore facta ob cauſam, qvod
ipſi cognita cauſa conſtet, nunciantem
nullum jus prohibendi habere; imò ſi hoc jam
antea notorium ſit, remiſſio ipſo jure nulla eſt.
*Mindan. l. 2. de Proceſſ. c. 31. num. 3. Donell. l. 15.
c. 45. lit. R. & ſeq. Cujac. l. 1. obſ. 16. & lib. 16.
obſ. 31.* Et ſatisdatione præſtita non opus eſt 2
facto judicis, per qvod fiat remiſſio, qvia ac-
ceptata ſatisdatione ipſo jure facta eſt remiſſio
*§. 2. h. l.* de qvo *Car. Ruinus in rep. legis : Hoc
Edicto. ff. de novi operis nunt. n. 128. 133. 157. Crotus*

3 *in rep. l. 1. §. hoc Edictum. n. 72. d. t. vol. 5.* Qvomodo autem *§. 4. hujus legis unica* cum *l. 1. pr. & l. pen. §. 1. ff. ſi ſervitus pet.* concilianda ſit, vid. *Donell. lib. 10. c. 11. lit. C. & ibi Hilliger.* Plura de hac materia *& tit. praced.* videantur apud *Donellum l. 15. cap. 34. per totum.*

# Titulus XXVI.
# De Precario.

## Ad L. Precarium. 1.

*SUMMARIA.*

*Precarium quid. n. 1.*
*A commodato qvomodo differat. 2.*

1 Precarium eſt, qvod precibus petenti uten-
dum conceditur tamdiu, qvamdiu is, qvi
2 conceſſit, patitur, & differt à commodato,
qvòd commodans habeat qvidem animum repetendi, ſed non, niſi uſu illo, ad qvem res commodata eſt, finito. Sed & in precario non planè intempeſtivam & alteri damnoſam oportet eſſe revocationem, ne per hoc beneficium alter lædatur, cùm adjuvari beneficio, non decipi alterum oporteat. *l. 15. §. 2. ff. commod. Covarr. lib. 3. reſol. c. 15. n. 6. Molin. de juſt. & jur. tr. 2. diſp. 298. n. 2. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 23. in fin.* Conf. *Donell. l. 14. c. 34. & ibi Hill. lit. C.*

## ad L. Ait prætor. 2.

*SUMMARIUM.*

*Precarium concedenti, revocatione declarata ſtatim reſtitui debet; unde reſtitutorium interdictum.*

Precarium eſt, qvod ad preces alterius conceditur, ut ipſi poſſidere aut uti liceat; & qvia æqvum eſt tamdiu alium uti mea libertate, qvamdiu volo: Ideoqve æqvum eſt, ut mihi repetenti ocius reſtituatur. Et ideo eſt reſtitutorium interdictum. Et hoc non eſt ex contractu, ſed ex bono & æqvo potius, qvam ex negotio *§. 2. h. l.* de qvo vide *Hillig. in Don. l. 14. c. 34. lit. A.*

## ad L. Si certo. 6.

*SUMMARIA.*

*Per tacitum conſenſum Precarium renovatur. n. 1.*
*Defunctus precarium prorogaſſe non videtur, & ſic ab hærede revocari poteſt. 2.*
*Qvod Procurator precario rogaverit, illud principalis precario poſſidet. 3.*
*Poſſeſſionem Conſtitutitiam eſſe veram & propriam colligitur. 4.*
*Conſtituti & Precarii differentia. 5.*

1 Precario tibi Titius conceſſit ad tempus forte
anni, elapſo anno patitur adhuc te manere
in poſſeſſione, per hoc videtur renovatum pre-
2 carium per tacitum conſenſum. Sed qvid ſi
Titius deceſſerit, aut furere cœperit? R. non
redintegratur, i. e. non poteſt videri Titius pro-
rogaſſe precarium, ſed hæres ſtatim poteſt re-
vocare, vel curator furioſi *Ant. Rubeus in rep. l.*
*non ſolum. §. morte ff. de novi operis nunt. num. 55.*
3 *vol. 5.* Si Procurator meus me mandante vel
ratum habente precario rogaverit, ego preca-
riò poſſidere propriè dicor, *§. 1. h. l. C. h. t.* Et ex *§.* 4
*2.* Dd. ſolent probare poſſeſſionem conſtitutitiam
eſſe veram & propriam. *Tiraq. in Tr. de conſtit.*
*poſſ. part. 2. ampliat. 1. n. 5. & ſeq. Anton. Rubeus in*
*repet. l. non ſolum. §. morte. ff. de nov. operis nunciat.*
*num. 55.* Nam conſtitutum transfert veram 5
poſſeſſionem, & in hoc ipſo conſiſtit differentia
inter Conſtitutum & Precarium, qvod illud
transferat poſſeſſionem. *Petr. Gilken. de Uſucap. p. 2. memb 3. c. 8. n. 2.*

## ad L. Qvæſitum. 8.

*SUMMARIA.*

*Inter qvos Interdictum hoc verſetur. n. 1.*
*Precarium tranſit ad hæredem & ad ſingularem ſucceſſorem. 2.*
*In precario præſtatur tantùm dolus & culpa lata. 3.*
*Exceptio in §. 6.* h. t. *4.*
*Ad qvid detur hoc Interdictum & à tempore moti interdicti. 5.*
*Interdictum hoc perpetuum eſt. 6.*
*In qvantum competat contra hæredem. 7.*

Inter eos tantùm Interdictum hoc verſatur, 1
qvi alteri conceſſit, & qvi utendum accepit,
per *princ. hujus legis*, non verò inter illum, cujus
res es. Et qvi à defuncto precariò habuit, et- 2
iam ab hærede incognito, alioqve ſucceſſore habere videtur, & ſi precarium ad hæredem tranſit *§. 1. h. l.* Imo ad ſingularem ſucceſſorem; nam ſi rem tibi precario conceſſam alienavero, tunc emptor revocare poſſet; nam licet nunciatio novi operis ad ſucceſſorem non tranſeat, ſecus tamen eſt in precario, qvod favori libertatis tribuit *Ant. Rubeus in rep. §. morte n. 67. & ſeq. ff. de novi operis nunc. v. 5.* ubi refutat *Dynum.* qvi verba *poſſe interdicere* ad eum, qvi pre-
cario accepit, refert. Qvi precario rem uten- 3
dum accipit, non præſtat niſi dolum & latam culpam, qvia imputare debet ſibi Dominus, qvòd non citius repetierit, & ſic hìc eſt exceptio regulæ, qvæ habetur in *l. 17. ff. commod. & l. 23. de R. J. Molin. tr. 2. diſp. 285. n. 2.* qvia precarii inſtabilis eſt uſus, & in momento ad concedentis nutum revocabilis, ita ut nulla propè accipientis ſit utilitas. Unde & tantùm dolum & culpam latam præſtare debet. *Dn. Lauterbach. ad*
*tit. Commod. §. 4 th 8.* Exceptio habetur *hic in §. 6.* 4
nam poſt interdictum intentatum omnis culpa
venit. In hoc interdictum, qvo res precariò da- 5
ta repetitur, venit intereſſe actoris, qvanti interfuit rem juſto tempore reſtitui, & ita etiam veniunt fructus à tempore interdicti moti, & culpa poſt interdictum venit, & omnis cauſa
*§. 6. h. l.* Eſtqve hoc interdictum non annale ſed 6
perpe-

7 perpetuum. *§.pen.h.t.* Et datur hoc Interdi-
ctum contra hæredem ejus, qvi precarium acce-
pit, qvi tenetur, ex proprio dolo in ſolidum, ex
dolo defuncti, qvatenus ad eum pervenit. *§. ult.*

### ad L. Cum precario, 12.

*SUMMARIA.*

*PActum precario adjectum de poſſidendo eo ad certum tempus non valet.n.1.*

*Pactum contra naturam contractus appoſitum contractum non vitiat, ſed vitiatur.2.*

*Qvod univerſaliter non procedit in jure.3.*

*Explicatio* legis h. *de re aliena precario data, improbatur. 4.*

*An hodiè detur actio ex pacto dicto modo precario adjecto.5.*

*Precarium non tranſit ad heredem accipientis. 6.*

1 PActum, ut rem usqve ad certum tempus pre-
cario poſſidere liceat, nullius eſt momenti.
2 Unde Dd. probant regulam; qvod pactum
contra naturam contractus appoſitum, contra-
ctum non vitiet, ſed vitietur. *Gail. 2. obſ. 4. n. 13.*
3 Sed hoc non eſt perpetuum in jure; nam inter-
dum etiam transmutant naturam contractus,
ideò non male hic ſpeciale dici poſſit in preca-
rio, propter vagam ejus naturam. *Bach. in Tr.
vol. 1. diſp. 6. th. pen. lit. E. & ad l. 2. Pandect. ad tit.
de pactis. ad rubr. de pactis adjectis. num. 7. Hill.
in Don. l. 14. c. 34. lit. C. Barb. in L. Qvæ dotis. 34.*
4 *num. 126. ff. ſolut. matrim.* Alii de re aliena pre-
cario data intelligunt hanc legem, qvos refert
*Berengarius Fernandus in rep. L. pacta conventa ff.
de contrah. empt. num. 60. vol. 2.* ſed hæc inter-
5 pretatio divinatoria videtur. Sed qvia omnia
pacta non turpia per ſe hodiè ſubſiſtunt, poſſet
dici, ex hoc pacto etiam ex intervallo adjecto ho-
diè dari poſſe conditionem ex lege, vel præ-
ſcriptis verbis actionem; nam videtur trans-
fundi precarium in commodatum. conf.
6 *Fern. d.l.* Sane ad hæredem concedentis vide-
tur tranſire precarium, nam is videtur conti-
nuare conceſſionem; non verò ad hæredem ac-
cipientis, per *§. ult. h. l. Menoch. l. 1. Arb. quæſt. 9.
69. n. 21. Hill. d. c. 34. lit. C.*

### ad L. Interdictum. 14.

EX precario eſt actio præſcriptis verbis utilis, *l. 2. ff. 2. h.t. & l. 19. ff. ult. h.t.* Sed non directa ſolennis ex verbis legis. Ita *Don. d. l. & ibi Hill. lit. D.*

### ad L. Et habet. 15. §. 4.

*SUMMARIA.*

*PRecario poſſidens, habet poſſeſſionem naturalem; concedens civilem. n 1.*

*Per præſcriptionem decennalem tollitur civilis poſſeſſio. 2.*

*Conſtitutum poſſeſſorium duplex eſſe probatur. 3.*

IS qvi precario poſſidet, habet naturalem poſ- 1
ſeſſionem, ſed qvi conceſſit, civilem, ex ſenten-
tia Sabini. *Borchold. in tract. de Adqvir. poſſ. cap.
6. num. 20.* & ſic juſtè poſſidet ille, qvi precariò
habet, qvoad alios omnes, non verò reſpectu
ejus, à qvo precariò rem poſſidet. *Gilken. de
præſcript. part. 2. m 3. c. 8. num. 4. Beſold. conſ. 118.
num. 64.* Sed civilis poſſeſſio tollitur per præ- 2
ſcriptionem decennalem, qvo tempore vide-
tur Dominus neglexiſſe poſſeſſionem, qvod
Judex præſumit. *Menoch. l. 2. A. q. caſu 24.* Ex 3
*hoc §.* probatur, duplex eſſe conſtitutum poſſeſ-
ſorium, ſimplex & cum precario; illud transfert
poſſeſſionem civilem, & naturalem; hoc tantum
naturalem vid. *Tiraq. in tr. de conſtit. poſſ. p. 1. num. 3.
& ſeqq.*

### ad L. Ea qvæ diſtracta ſunt. 20.

VEndidi tibi agrum & tradidi hac conditione, ut tu precario poſſideres; donec pretium ſolvatur. Es in mora, poſſum igitur poſſeſſionem hoc interdicto revocare.

# Titulus XXVII.

# De arboribus cædendis.

### Ad. L. Prætor ait. 1.

*SUMMARIA.*

*HUjus tituli bina interdicta ad qvid dentur. n. 1. 2.*

*Competit hoc interdictum uni domino ex pluribus, ut fructuario in ſolidum.*

1 DIſcrimen hic habetur inter ædes & a-
grum, ſi arbor in vicinia poſita meis ædi-
bus impendeat, poteſt peti, ut iſta arbor
tota exſtirpetur, ne fortè vel defluxum aqvæ
pluviæ impediat, vel fundamentis mearum
ædium noceat: Arbor igitur, qvæ ex tuo impen-
dens meis ædibus radicitus exſtirpanda erit, &
ſi monitus non recidas, mihi recidenti prohibe-
ris vim facere. *l. 1. pr. & ff. 6. h. t. Molin. de inſtit.
& jur. tr. 2. diſp. 699. num. 14. & ſeq.* Sed ſi agro 2
impendeat, propter damnum luminis poteſt
peti, ut præcidatur usqve ad 15. pedes. Et hoc 3
interdictum uni Domino ex pluribus in ſoli-
dum datur, *l. 1. ff. 5. h. t.* & non tantum Domino,
ſed etiam fructuario. *d. l. §. 4. Molin. d. l num. 16.
Don. l. 14. c. 35. Dn. Thaber ad lib. 47. ff. tit. 7. num.
22.*

# TITULUS XXIIX.
# De glande legenda.

### Ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*PEr Glandem omnis generis fructus intelliguntur. n. 1.*
*Glandem in vicini hortum decidentem legere tertio etiam die permittitur. 2.*
*Qvid hodie obſervetur, remiſſivè. 3.*
*Qvid ſingulariter de hoc titulo notandum. 4.*

1 GLandem, per qvam omnes fructus intelli-
2 guntur, in vicini hortum vel aream deci-
dentem, Prætor arboris Domino tertio qvoqve
die, i. e. intra diem, legere permittit. De qvo 3
qvid hodie ſolitum, incolæ civitatum interro-
gandi ſunt, de qvo *Weſ. Dn. Struvius, Zaſius hic & alii.* Hodiè rarò poſtridie reperiunt, minus
leguntur. Adeſt hic exemplum frugalitatis ve- 4
terum, & curioſitatis de minima qvidem inju-
ſtitiæ ſpecie vitanda. Unde hic titulus in pro-
verbium abiit, & levidenſem rem ſignificare
ſolet.

# TITULUS XXIX.
# De homine libero exhibendo.

### ad L. Nihil. 2.

SErvitutis ſpecies eſt non poſſe à loco recedere, ideoqve arreſta perſonalia irretractabilem injuriam inferunt. *Berlich. part. 1. concl. 75. n. 35. Coler. de Proceſſ. execut. part. 2. c. 3. n. 148.* Et ideò datur hoc interdictum.

### ad L. Qvod & 3. pr.

*SUMMARIA.*

*INterdictum hoc cum accuſatione* L. Faviæ *concurrit ſucceſſive n. 1.*
*Interdictum hoc qvos concernat. 2.*
*Contra qvos hoc interdictum non detur. 3.*
*Qvibus detur. 4.*
*Contra matrem binubam dantur hic mandata ſine clauſula. 5.*
*Qvando actio hujus interdicti iterari poſſit. 6.*

1 LEgis Faviæ accuſatio criminalis cum hoc in-
terdicto concurrit, ita ut uno remedio finito,
altero agi poſſit. *Mindan. de Mandatis lib. 2. c. 52.*
2 *n. 3. Menoch. rem. 9. recuper. poſſ. num. 381.* Nec
diſtingvitur, cujus ſexus aut ætatis homo deten-
tus ſit, *ff. 1. h. t.* addo, cujus etiam ſit Religio-
nis; nam hominem Religionis cauſa detinere,
3 eſt à Religione nimis alienum. Non datur au-
tem contra eum, qvi Jure ſuo detinet, ut Paren-
tem vel Magiſtratum. §. 2. nec qvi Jus ad tem-
pus detinendi habet propter lytron, qvo ab ho-
ſtibus aliqvem redemit. §. 3. nec is qvi paternâ
affectione detinet filium etiam emancipatum
§. 4. nam ibi geminus affectus hominis & patris,
ut legit & intelligit *Pinellus de Bonis Matern. p. 2. Rubr. n. 7.* non datur autem contra eum, qvi
volentem detinet, modò non ſollicitatum &
corruptum. §. 4. Datur autem favore liberta- 4
tis omnibus hominibus (non ſuſpectis) etiam
mulieribus pro cognatis *§. 9. 10. & 11.* Contra 5
matrem tamen binubam dantur mandata ſine
clauſulâ *Mindan. d. c. 52. n. 13.* Tunc poteſt ad- 6
huc ſemel hoc interdicto agi, ſi reus tantum li-
tis æſtimationem ſolverit, idqve favore liberta-
tis. *ff. 13. h. l.*

### ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*CReditori, debitore latitante, non datur hoc interdictum.*

NUlla danda ad exhibendum mora §. 2. Et creditori non competit hoc interdictum, ut debitor latitans exhibeatur, nec qvisqvam eum exhibere cogitur, ſed poteſt petere miſſionem in bona. *§. fin. h. t. Jaſon. in §. Praterea. Inſt. de Act. n. 49. Gerhard. ſingul. 17. Boërius deciſ. 174. num. 3.*

# TITULUS XXX.
# De Liberis exhibendis, item ducendis.

### Ad L. Ait Prætor. 1. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*PRimum interdictum hujus tituli qvid. n. 1.*
*Non datur contra matrem nec contra generum. 2. 3.*
*Datur contra ſocerum. 4.*

1 PRimum interdictum hic eſt exhibitorium,
qvo parens liberos ſuos ſibi exhiberi petit
2 qvod tamen non datur adverſus matrem
poſt divortium mariti cauſa factum, *ff. 3. h. t.*
qvo caſu ob mores mariti ſæpe præſtat ſobolem
apud matrem educari. *Mind. d. l. n. 7. Sanchez. de*
*matr lib. 10. diſp. 20.* Nec etiam contra generum, ne 3
benè concordantia matrimonia Jure patriæ po-
teſtatis turbentur, & patri perſvadendum, ne
acerbè patriam poteſtatem exerceat; imo gene- 4
ro contra ſocerum datur hoc interdictum, per
*l. ſeq. Covarr. de matr. part. 2. c. 7. in pr. n. 4. Heig. part. 2. qv. 14. Mindan. d. loc. n. 9. & ſeqq.*

### ad L. Deinde 3.

ALterum interdictum eſt de liberis ducendis, & qvando puella eſt in lite, debet interim

apud

apud matronam honeſtam ſeqveſtrati. *Cravett. vol.1. conſ. 190.*

### ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*NOn habet locum hoc interdictum, ſi filius ſuâ ſponte ad alterius religionis collegium tranſierit. n. 1.*

*An & qvomodo inqvirere liceat, filium ſua ſponte tranſiiſſe. 2.*

1 SI filius tuus ſponte v. gr. tranſiit ad Collegium alterius Religionis, qværitur, an interdictum Tibi detur, v. gr. contra Collegium Patrum Societatis? Reſpondetur qvod non, ſcilicet ſi conſtet, filium ſuâ ſponte tranſiiſſe. Sed 2
ut hoc cognoſcatur, exhibendus omnino eſt, non ut invitus ducatur, aut à propoſito libero avocetur, ſed ut, remotis illis, apud qvos reperitur, examinetur, qvo fine & ex qva cauſa ad id Collegium ſe contulerit, an ſponte, an vero promiſſis ineſcatus per Simoniam hoc fecerit, an corruptus &c.

# TITULUS XXXI.

# De Utrubi.

### Ad L. Ait Prætor. un.

SIcut interdictum uti poſſidetis de immobilibus, ita hoc de mobilibus loqvitur, & licet hic majoris partis anni fiat mentio, hoc tamen, poſtqvam hoc interdictum cum illo exæqvatum eſt, non amplius attenditur, ſed ea omnia, qvæ ſupra de interdicto uti poſſidetis dicta, hic etiam locum habent. *Menoch. rem. 2. ret. poſſ. n. 7. & per tot. Hill. l. 15. c. 32. lit. A.*

# TITULUS XXXII.

# De Migrando.

### Ad L. Prætor ait, 1.

*SUMMARIA.*

*INterdictum hoc cui & ad qvid detur. n. 1.*

*Quando nondum impleto tempore locationis migrare liceat. 2.*

*Mercedem vel penſionem finito tempore ſolvendam eſſe colligitur. 3.*

*Res alienæ inductæ utiliter hoc interdicto petuntur. 4.*

*Res inductæ, eo fine, ut non ibi eſſent, non indigent hoc interdicto. 5.*

1 INterdictum hoc datur inqvilinis, ut penſione ſoluta migrare, & illata ac invecta abducere
2 liceat; & migrare licet nondum impleto tempore locationis, nec tenetur penſionem ſolvere futuri temporis, niſi hoc expreſsè conventum, ut non liceat ante tempus migrare, per §. 4. Ideò Dd. diſtingvunt inter neceſſariam & voluntariam deſertionem, ut illo caſu liceat recedere, hoc caſu non, niſi integra penſio ſoluta. *Menoch. rem. 10. recup. poſſ. num. 95. Hippol. de Marſil. ſingul. 615. Gomez. tom. 2. reſol. c. 3. num. 9. A. Barb. ad l. 3. num. 18. C. Locati.* Ex *§. 4. juncta. l. 42. de V. O.* colligunt mercedem vel pen- 3
ſionem finito tempore ſolvendam eſſe, niſi aliud conventum, vel aliud mores ferant. *Caroc. de locat. p. 2. tit. de tempore penſionis. Carpz. p. 2. dec. 136. num. 6.*

In §. 5. notetur, licet res etiam alienæ & 4
commodatæ utiliter hoc interdicto petantur, ea tamen res, qvæ non ſunt inductæ (i. e. eo fine, ut ibi eſſent) non opus habent hoc interdicto, ut nomina, res metu hoſtium illatæ. *l. 7. §. 1. ff. in qvib. cauſ. pign. Colleg. Argent. th. 3. h. t.*

# TITULUS XXXIII.

# De Salviano Interdicto.

### Ad L. Si colonus. 1.

*SUMMARIA.*

*HOc interdictum qvid. n. 1.*

*Hoc utiliter etiam datur propter illata in prædium urbanum. 2.*

*Datur etiam creditoribus hypothecariis. 3.*

*Qvæ probationes in hoc interdicto ſufficiant. 4.*

1 HOc interdictum eſt adipiſc. poſſ. qvo locator contra colonum agit, ad poſſeſſionem rerum in prædium ruſticum ſciente locatore illatarum. Utile tamen interdictum datur etiam propter illata in prædium urba-
2 num. *Menoch. rem. 3. adip. poſſ. n. 51.* Imò Dd. ad omnem creditorem, cui bona debitoris oppignorata ſunt, hoc extendunt. *Weſenb. hic n. 3. Neguz. num. 1. part. 8. num. 6. de pignor. & m. 3. n. 9. & Bachov. d. diſp. 25. th. 2. lit. D. Mindan. part. 2. de interdict. tit. 17. num. 14.* Et factum 3
tantum ipſum illationis & obligationis eſt probandum, altiorem autem indaginem reqvirentes exceptiones differendæ. *Hondedeus l. 2. conſ. 17. num. 13. & per totum & conſult. 25. n. 17. Viv. de ciſ. 416. num. 4.* Nec opus habet actor probare dominium debitoris, ſed poſſeſſionem tantùm. *Menoch. d. Rem. 3. n. 161. ſeq. Bachov. d. th. 2. lit. G.*

# LIBRI XLIV.

## TITULUS I.

## De Exceptionibus, præſcriptionibus & præjudiciis.

### Ad L. Agere 1.

REus excipiendo fit actor, & ſuam intentionem tenetur probare. vid. de hoc *Borchold. de Action. c. 1. num. 8. & ſeq.* & qvæ habet *Hilliger ad Donellum lib. 23. cap. 7.* vide *ſupr. not. ad l. 19. de Probat.*

### ad L. Exceptio. 2. & l. ſeq.

*SUMMARIA.*

*EXceptio qvid. n. 1.*
*Dividitur in exceptionem juris vel actionis & intentionis vel facti. 2.*
*Replicatio qvid. 3.*
*Exceptio alia dilatoria, alia peremtoria. 4.*
*Illa unde temporalis dicatur. 5.*

1 EXceptio eſt actionis ſeu illius. qvod in inten-
tionem & condemnationem deductum eſt,
excluſio. *Zang. de Except. p. 1. c. 3. n. 10. & ſeq.*
vel eſt defenſio, qvæ actioni jure conſtitutæ op-
poſita æqvitatis ratione eam excludit. *Donell. l.*
2 *22. cap. 1.* Qvæ definitio propriè competit ex-
ceptioni juris vel actionis: Alia exceptio voca-
tur intentionis vel facti, qvâ reus contendit, a-
ctorem, cui nulla ſit jure actio, de facto litem
movere, qvæ propriè exceptio non eſt, ut cre-
brius receptum teſtatur *Covarr. in poſſeſſor. p. 1.*
*princ. num. 4.* de qva *Hilliger. pluribus d. c. 1. lit. D.*
3 *& qvæ notavi in proc. civ. c. 7. n. 1.* Hanc excludit
Actoris replicatio, qvæ eſt exceptionis exceptio
*Hill. in Don. l. 22. c. lit. A.* Hanc elidit duplicatio, &
4 ſic deinceps, *hic & tot. tit. inſt. de Replicat.* Exceptio
alia dilatoria, alia peremptoria. Illa litem dif-
5 fert; hæc perimit. Illa dicitur temporalis, hæc
perpetua. vid. *hic Zaſ.* & temporales vocantur ita
non à duratione *Hill. l. 22. c. 2. lit. M.* nec ab origi-
ne, qvod à tempore acqvirantur, ut *infr. de tem-*
*por. præſcr. Zanger. d. c. 3. n. 41.* ſed ab affectu, qvod
litem tantum ſuſpendant; & reſpiciunt vel Judi-
cis perſonam vel litigatorem, vel proceſſum, vel
ipſam cauſam. *Zang. in proœm. part. 2. de Except.*
*Scacc. de Judic. lib. 61. cap. 101. num. 6.*

### ad L. Exceptiones. 7. & L. Omnes. 19.

*SUMMARIA.*

*QVæ Exceptiones reo competentes non accommodantur fidejuſſoribus vel heredibus. n. 1.*
*Beneficium reſcripti moratorii quando proſit fidejuſſori & quando non. n. 2.*
*Exceptiones mixtæ & reales proſunt etiam fidejuſſoribus. 3. 4.*
*An fidejuſſor opulentus rei principalis, cui ſubvenit ob bellorum calamitates diſpoſitio R. J. de anno 1654. ex perſona principalis hoc beneficium opponere poſſit. 5.*
*Qvibus caſibus exceptio realis fidejuſſori non competat. 6.*

EXceptiones merè perſonales non tranſeunt 1
in fidejuſſorem vel hæredem, qvando ſcil.
perſonæ qvalitas eſt cauſa unica exceptionis, ut
hîc datur exemplum de beneficio competentiæ.
Item ſi ſine dolo adverſarii lapſus minor ſuâ fa-
cilitate ante reſtitutionem exceptio non datur
fidejuſſori, *hic in fin. & l. 13. pr. ſupr. de Minor. Zaſ.*
*hic n. 7. Don. l. 21. c. ult. & ibi Hill. lit. G. & l. c. 3.*
*lit. R. 22. Ricc. deciſ. collect. 761. Borell. tom. 1.*
*deciſ. tit. 46. n. 7. & ſeq.* Et ideò beneficium Re- 2
ſcripti moratorii ſpecialis fidejuſſori non prod-
eſt, licet ſecùs in moratorio conſenſu partium
dato, ex *Hering. de fidejuſſ. c. 27. num. 69. p. 4. Dn.*
*Mev. p. 3. dec. 261.* ſed ſi beneficium moratorii
datur omnibus debitoribus generaliter, ut ſæpè
fieri ſolet ob calamitatem noſtrorum tempo-
rum, tunc exceptio hæc videtur realis, qvia rei
cohæret, & fidejuſſori etiam in alio judicio, ubi
iſtud moratorium non eſt datum, convento,
prodeſt, ut deciſum refert *Dn. Mevius d. l.* conf.
*not. ad l. 1. §. fin. ff. de Conſtitut.* Aliud in mixtis, 3
qvæ dantur tùm ob conditionem perſonæ, tùm
ob læſionem concurrentem in re, ut Vellejani,
Macedoniani, reſtitutionis ob dolum, & ſimil.
*Don. l. 22 c. 3. lit. B. Tuſch. concl. 416. lit. E. Borell. d. l. n. 74.* Sed exceptiones rei cohærentes 4
etiam invito debitore principali à fidejuſſore
opponi poſſunt, per *l. omnes. 19. h. t. Zanger. de*
*Except. p. 3. c. ult. n. 216.* & ideò Advocatus, qvi
fuerat debitoris, non poteſt eſſe Advocatus cre-
ditoris contra fidejuſſorem, conf. *Speckh. p. 2.*
*claſſ. 4. q. 41 n. 9.* confer. *Menoch. conſ. 195. n. 15. &*
*ſeq.* & ſic reſponſum d. 18. m. Sept. anno 1653.
Sed qværitur de hoc caſu: Reus principalis ſic
comparatus erat, ut ipſi propter bellorum ca-
lamitates diſpoſitio R. J. de anno 1654. ſubveni-
ret. Fidejuſſor verò erat opulentus, an fide-
juſſor ex perſonâ principalis hoc beneficium
opponere poſſit, & affirmatum hoc refert *Dn.*
*Mev. ex Receſſu dicto §. 174. verſ.* was ein fidejuſ-
ſor. 6. & hoc beneficium debitorum reale eſt,
caſſatâ planè aliqva uſurarum parte, & ideò fide-
juſſori proficit. *Dn. Mev. p. 4. dec. 150.* Sanè
poteſt

poteſt fieri, ut exceptio realis etiam non competat fidejuſſori, ſi ea ſit altioris indaginis, & contra fidejuſſorem ex inſtrumento liqvido executivè agatur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 221.*

## ad L. Is qvi. 5. & L. nemo. 8.

R*Eo pluribus exceptionibus imò contrariis uti licet. n. 1.*

*Excipiuntur caſus, in qvibus mendacium punitur. 2.*

1 NEmo diverſis exceptionibus uti prohibetur,
*hic & l. 5. h. t. & l. 43. de R. J.* imò & contrariis alternativè vel conditionaliter oppoſitis. *Covarruv. l. 1. reſol. 2. Menoch. l. 2. præſ. 42. n. 2. Tuſch. concl. 425. lit. E. Klock. vol. 2. conſ. 39. n. 250. Donell. l. 22. cap. 8. lit. C. D. E. Ummius d. 8. n. 67.* Excipiendi caſus, in qvibus mendacium punitur, ut *l. fin. ff. de Rei. vindic. Auth. contra qvi propriam C. de non num. pec. l. 1. §. 1. de Noxal. act. l. 22. §. 1. de Re judic. l. 10. §. 1. de fidejus.*

## ad L. Non utiqve. 9.

### *SUMMARIA.*

E*Xceptio oppoſita non inducit confeſſionem intentionis actoris. n. 1.*

*Caſus ex hoc deciſi ſubjiciuntur. 2. 4.*

*Limitatio. vid. n. 5.*

*Exceptio qvæ tacitam inferre videtur confeſſionem ad relevationem à probandi onere non proficit. 3.*

*Qvod ampliatur. 6.*

1 NOn videtur intentionem actoris confiteri,
qvi ei opponit exceptionem, qvod non tantùm eo caſu exiſtimant, ſi conditionaliter excipiat, ſed & ſimpliciter, qvia ſemper videtur excipere ſub conditione, ſi actor probaverit. *Covar. d. reſol. 2. n. 1. & ſ.* & *Ummius diſp. 8. ad Proceſſ. n. 72. Trentac. lib. 1. tit. de Except. reſol. 2. num. 1. Wammeſ. conſ. Cam. 137. n. 1. & ſeqq.* qvam etiam pluribus contra Donellum probat *Franzkius lib. 2. reſol. 18. n. 10. & multis ſeqq. Pacianus de pro-*
2 *bat. lib. 1. c. 22. n. 5. & 15.* Sic, cum puella in ſervitutem vindicaretur, illa verò liberationem patris allegaret, actori tamen probatio injuncta.
3 *Dn. Mev. p. p. 4. dec. 160.* Et ſic ejusmodi exceptio, qvæ tacitam videtur inferre confeſſionem, ad relevationem à probandi onere non proficit. *Pa-*
4 *cianus de probat. lib. 1. c. 22.* Sed an hæc regula univerſalis ſit, dubitatur. Epiſcopus Sabinenſis petit à Monaſterio Eccleſiam S. Viti. Monaſterium ſimpliciter opponit, illam Eccleſiam titulo permutationis ab Epiſcopo aliqvo Sabinenſi ad ſe veniſſe. Hæc exceptio eſt dominii, vel rei permutatæ & traditæ, arg. *tit. de except.* utroqve caſu Monaſterium ſe fundat in validitate permutationis. Unde ſeqvitur, Epiſcopum Sabinenſem fuiſſe Dominum; nam aliàs nulla eſſet & inutilis exceptio. Cur non ergò hoc Monaſterii fundamentum pro ſe poſſet allegare Epiſcopus? ſed Innocentius III. aliàs juris peritus in *c. cùm venerabilem 6. X. de Ex-*
*cept.* illam regulam etiam ad propoſitam facti ſpeciem accommodat. Limitari autem ſolet ſupe- 5
rior regula, niſi reus non tantùm excipiat, ſed ſe in probatione ejusdem ſimul fundet: nam tunc exceptioni mixta eſt confeſſio. *Felinus ad c. 5. de Except. num. 15. Trentac. l. 2. tit. de except. reſol. 2.*
Ideoqve etiamſi Reus ſuper exceptione actori 6
juramentum deferat, non tamen ejus præſtatio locum habebit, niſi prius actor ſuam intentionem probaverit. arg. *Legis hujus & l. ſiqvidem. C. de except. Carpz. p. 3. dec. 229. num. 8. & ſeqq.*

## ad L. Modeſtinus. 10.

### *SUMMARIUM.*

I*S, qvi ſuccumbit in rei vindicatione, ſi ſuccedat vero domino ut hæres, an denuo agens exceptione rei judicatæ repelli poſſit.*

VIndico à te fundum, ſed non potui probare dominium, ergo ſuccumbo, ſed poſtea vero Domino ſuccedo ut hæres, & reperio in hæreditate documenta, ex qvibus probare poſſum, defunctum fuiſſe Dominum. Qværitur an exceptione rei judicatæ poſſim repelli? Vid. qvod ſic, eadem enim eſt cauſa, eædem perſonæ. Sed negatur, qvia nunc aliam perſonam indui & ago ut hæres Caji, qvi fuerat verus Dominus: Unde notatur, qvod qvi in rei vindicatione ſuccumbit, ſi ſuccedat vero Domino, ut hæres denuo agere poteſt, qvod hic mirabile dicit *Zaſius.*

## ad L. Qvi agnitis. 11.

### *SUMMARIA.*

A*pprobans per errorem ſententiam ex falſo inſtrumento latam per viam reſtitutionis ſententiam impugnare poteſt. n. 1. 3.*

*Qvæ hic probanda. 2.*

*Falſitas qvomodo probari poſſit. 4.*

QVi per errorem approbat inſtrumenta fal- 1
ſa vel ſententiam ex falſo inſtrumento latam, non prohibetur ſententiam impugnare, ubi
probanda eſt (1.) Falſitas. (2.) Qvod adverſarius 2
ſciverit, *l. 2. & 3. C. ſi. ex falſ. inſtr.* & ut judex horũ fidem ſit ſecutus *d. l. 3. Donell. l. 27. c. 7. poſt lit. B.* Hocqve per viam reſtitutionis fieri ex *h. l.* probat *Ummius diſp. 19. num. 56.* licet contrarietur *Don. d.*
*c. 7.* conf. *not. ad l. 33. ſupr. de re judic.* Falſitas 3
autem ex variis rationibus probatur. (1.) Ex 4
perſonâ, qvæ falſi condemnata, *Farin. q. 153. num. 146. Menoch. l. 5. præſumt. 20. n. 27.* (2.) ex raſurâ in loco ſuſpecto. *Farin. d. l. num. 64. & 77. Maſcard. concl. 740. num. 43.* (3.) ſi lineæ aliæ propiores; aliæ remotiores; nam taliter ſæpe abutuntur chartis blancis. conf. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 187. n. 53. Alex. vol. 7. conſ. 778. n. 2. Tuſchus concl. 106. lit. C.*

## ad L. Si poſt litem. 13.

### *SUMMARIA.*

I*Lli, qvi petiit hereditatem & poſtea L. conteſtatâ petit ſingulas res hereditarias, an poſſit opponi exce-*

*exceptio præjudicialis de non finito judicio univerſali. n. 1.*

*Qvæ in petitione hereditatis actori commendanda cautela. 2.*

1 PEtii hæreditatem à te, & lis conteſtata eſt, poſtea ſingulas res hæreditarias peto, tu opponis mihi exceptionem præjudicialem, eo qvod petitio rerum ſingularum præjudicet univerſali judicio petitionis hæreditatis, qværitur; an rectè? qvod negatur, qvia exceptio, ne præjudicium fiat alteri judicio, de futuro judicio intelligenda eſt, petitio hæreditatis eſt judicium jam cœptum per
2 litis conteſtationem. Qvam lecturam hic *Zaſius* commendat, qvæ verbis accommodatior. Ad *tit. de heredit. petit.* commendavi cautelam, qvod utile ſit actori in petitione hæreditatis, ut poſt litem conteſtatam ſpecies ſingulas, qvæ occurrunt, exprimat, ne novo judicio opus ſit; unde hic intellectus confirmatur. Aliter hanc legem interpretatur *Donell. l. 19. c. 15. & ibi Hill. lit. E. & F.*

## ad L. Fundum. 16. & L. ſeq.

*SUMMARIA.*

*DEclaratio Exceptionis præjudicialis. n. 1.*

*Eadem declaratur per caſum. 2.*

*Sententia incidenter lata non gignit rem judicatam. 3.*

QVando duo judicia ſic ſe habent, ut abſolutoria lata in primo pariat exceptionem rei judicatæ in ſecundo, & condemnatoria lata in ſecundo pariat præjudicium in primo, concurſus actionum non admittitur, qvæ vocatur exceptio 1
præjudicialis. E. gr. Peto à te fundum Titianum, 2
& peto ſimul viam per fundum tuum Sempronianum ad illum Titianum, ſi in primo judicio abſolveris, abſolveris etiam in ſecundo; ſed ſi prius confeſſoria agam, poſtea de fundo admittitur cumulatio. vid. *hic Zaſ. Ripa in rep. L. Naturaliter. §. nihil commune. num. 145. ff. de acqvir. poſſ. & in d. §. Accorombonus. num. 89. Decius num. 90. Conſ. n. 77. Weſ. in π. n. 6.* conf. *Dn. Mev. p. 1. dec. 186.* Ex *L. 17.* Colligunt Dd. in his qvæ in- 3
cidenter in judicium deducta ſunt, ſententiam non gignere rem judicatam. Nam in caſu hujus L. incidenter dominium in judicio deductum. *Zaſius hic num. 18. Klok. vol. 1. conſil. 10. num. 709.*

## ad L. Fundi. 18.

VIndicas à me fundi partem & cumulas judicium communi dividundo: Inepta eſt cumulatio, nam poſterior actio eſt præjudicialis priori: nam non poteſt communi dividundo judicio agi, priusqvam conſtet partem fundi eſſe tuam. vid. *hic Zaſius.*

# TITULUS II.
# De exceptione rei judicatæ.

## ad L. 1.

*SUMMARIUM.*

*EXceptio teſtamenti rupti uni legatario ſuccumbenti facta, an præjudicet alteri legatario acturo, ut ipſi exceptio rei judicatæ apponi poſſit.*

LEgatarius agit contra hæredem ad præſtandum legatum. Reus excipit teſtamentum ruptum eſſe, & non deberi legata. Succumbit igitur legatarius, alius poſtea agit ex eodem teſtamento. qværitur: an ipſi obſtet exceptio rei judicatæ? Videtur hoc affirmandum, per *l. 8. §. pen. ff. de inoff. teſt.* ubi vide notata. Sed negatur, qvia hoc non principaliter de teſtamento actum, ſed legato, ex cujus vi teſtamentum non dependet. *Donell. l. 27. c. 1. & ibi Hill. lit. P. Pac. cent. 3. q. 31.*

## ad L. Rei. 4.

*SUMMARIA.*

*EXceptio rei judicatæ ut locum habeat eadem perſonæ reqviruntur. n. 1.*

*Perſona qvando eadem eſſe videatur. 2.*

*Executio ſententiæ contra tertium inauditum inſtitui non debet. 3.*

*Variè hoc limitatur. 4.*

1 UT hæc exceptio locum habeat, reqviruntur eædem perſonæ; nam rei judicatæ exceptione uti non poteſt, qvi non fuit in lite, ſuper qva
2 judicatum, *Dn. Mev p. 5. dec. 149.* Perſona tunc eadem eſſe videtur, qvæ habuit legitimam adminiſtrationem publicam vel privatam, & ſic ſententia lata contra tutorem præjudicat pupillo.
*Zang. de Except. part. 3. c. 17. n. 59* Collige, execu- 3
tionem ſententiæ contra tertium non auditum
inſtitui non debere *Gail. l. 1. obſ. 118. n. 1.* niſi 1. Jus 4
tertii ex jure litigantis dependeat, ut in terminis *l. Sæpe 53. ff. de Re jud.* aut res ſi litigioſa, qvæ ſine novo proceſſu à tertio poſſeſſore avocanda. *l. 2. C. de litig. Gail. d. l. n. 2. Klock. vol. 2. conſ. 4. n. 35. & conſ. 55. n 18. Dn. Mev. p. 4. dec. 28. Covarr. pr. q. 15. n. 7. Sand. lib. 1. tit. 12. d. 4.* aut ſi in alterius fraudem facta alienatio, *Dn. Mev. d. l. n. 3.* qvod de re litigioſa intelligo, de qva loqvitur *Ant. Faber l. 7. Cod. t. 20. d. 7. ab eo allegatus.* Idem eſt ſi cedens condemnatus, nam tunc executio contra ceſſionarium fit, ſecundum *Ummium de proc. d. ult. n. 10.*

## ad L. De eadem re. 5.

*SUMMARIA.*

*UT locum habeat hæc exceptio ſufficit, ſi eadem qvæſtio revocata in ſecundo judicio, & non reqviritur eadem actio. n. 1.*

*Qvæſtio in priori judicio incidenter agitata, an in ſecundo revocari poſſit, ita ut exceptio hæc illi non obſtet, diſtingvitur, & reſponſio exemplis declaratur. 2. & ſeqq.*

EAdem actio non reqviritur in hâc exceptione, ſed ſufficit, ſi eadem qvæſtio recurrat in 1
ſecundo judicio, qvæ in primo ventilata eſt, ſic ſi partem fundi per petitionem hæreditatis pe-

tionem,

tierim, & ſuccubuerim, non poſtea poſſum fa-
miliæ herciſcundæ agere, qvia ſemper recurrit
qvæſtio, an ſim cohæres. *Zang.d.c.17.n.44.& ſeq.*
2 *& n.48.* Sed ſæpe fit, ut aliqva qvæſtio obiter re-
currat, de qva actum in priori judicio, ſed ſen-
tentia non decidit illam qvæſtionem inciden-
tem, tunc illa qvæſtio in alia lite moveri poteſt,
nec obſtat exceptio rei judicatæ: ſententia enim
de iis concipitur, qvæ ſunt in concluſione li-
belli: Et licet illa exceptio tacitè rejecta, ut ad
cauſam non faciens, non tamen pronunciatum,
eam per ſe injuſtam eſſe. Sic cùm aliqvis abſol-
veretur à confectione inventarii, poſtea tamen
de hereditate, an hæres eſſet, agi potuit, ut judi-
catum refert *Dn.Mev.p.3.dec.308.*conſ.*p.1.dec.49.*
3 *Bartolus* autem *ad l.1.C.de ordin.iud.* aliiq; por-
ro diſtingvunt, utrum de qvæſtione incidente
cognoſcatur planè vel ſummariè, ut illo caſu, ſi
eadem qvæſtio principaliter inter eaſdem per-
ſonas moveatur, obſtet rei judicatæ exceptio, hoc
caſu verò negetur. Declaro id exemplo, nam
materiam hanc confusè multi tractant: peto à
te laudemium tanqvam Dominus directus, tu
excipis, te dediſſe laudemium uſufructuario, &
negas me eſſe Dominum; hæc qvæſtio de do-
minio eſt incidens, ſi plenè tractatur, parit exce-
ptionem rei judicatæ, ſi in alio judicio inſtitua-
tur, hæc actio principaliter, ſecus ſi non plenè
4 tractetur, ſecundum *Bart.* alioſqve. Præſertim
verò benè notandum, qvod monet *Franc. de
Clapper.p.2.dec.cauſa 64.q.2.n.3.* qvando judex
non poteſt principaliter cognoſcere de cauſa in-
cidente, v.gr. de Domanio Principis, de causâ
Criminali, matrimoniali, feudali aut aliis, qvæ
ſuum peculiarem judicem habent, tunc ſive inci-
dens qvæſtio plenè tractetur, ſive ſummariè,
non tamen præjudicat vel impedit, qvò minus
ea cauſa principaliter in ſuo foro moveri poſſit.

## ad L. Si qvis. 7.

*SUMMARIA.*

*Toto in priori judicio petito, parti qvæ in ſecundo petitur exceptio hæc opponitur. n.1.*

*Limitationem. vid.2.*

*Sententia pro reo lata in principali parit exceptionem in acceſſoriis. 3.*

1 Licet tantùm pars ejus petatur, qvod antea
petitum, tamen obſtat exceptio rei judicatæ,
v.gr. ſi mox fundum petas, mox arbores ex eo
2 fundo exciſas. Aliud verò in cæmentis, & ipsâ
Inſulâ, qvod explicat. *Zang.d.c.17.n.18.& ſeq.Do-
nell.l.22.c.5.lit.F.* Licet autem *Donell.d.l.lit.I.* aſſe-
rat, qvod in fine principii de navi hic dicitur, in §.
2. tacitè corrigi, ſatisfacit tamen ei. *Hill.d.lit.1.* Ex
3 hac lege etiam colligitur, ſententiam pro reo la-
tam in principali parere exceptionem in acceſſo-
riis. *Zang.de Except.p.3.cap.17.n.27.Hillig.in Don.
l.22.c.5.lit.G.*

## ad L. Si à te. 9. pr.

*SUMMARIA.*

*Reus abſolutus, qvia non poſſidebat, cum effectu conveniri poteſt, ſi poſſidet. n.1.4.*

*Sententia, ex qvâ diverſi effectus produci poſſunt, exprimenda eſt cum cauſa. n.2.*

*Dilatio ab appellante impetrata ex falſa cauſa, nulla eſt. 3.*

*Alius l.h. intellectus refertur. n.5.*

*Qvod ex hoc intellectu notandum. 6.*

*Exceptio autoris an proſit emtori & è diverſo. 8.*

Abſolutus in petitione hæreditatis, qvia non 1
poſſidebat eam, ſi poſſidere cœperit, iterùm
convenietur, non obſtante exceptione rei judi-
catæ. Unde cum *Socino hic Zaſ.n.7.& Zang.d.c.
17.n.52.* hanc regulam tradunt: qvando ex ſen- 2
tentiâ aliqvâ poſſunt produci diverſi effectus,
tunc judex debet cauſam exprimere, ne ſenten-
tia noceat indefinite & generaliter lata. Et ceſ-
ſante cauſa ſententiæ ceſſat ſententiæ effectus.
*Tiraqv.in tract.ceſſante cauſa.n.240.Berl.p.2.dec.
182 Cothm.vol.4.Reſp.5.n.70.*& qvos *retuli ad l.1.
C.ſi Tutor vel Curator ex falſis &c.* Sic etiam di- 3
latio ab appellante impetrata ex falsâ causâ eſt
nulla, & appellatio, utut ſit data dilatio, eſt deſer-
ta. *Berlich.d.l.* Et poſt ſententiam latam in actione 4
ſingulari & reali, à qvâ abſolutus erat actor, eò
qvòd non poſſideret, ſi de novo poſſidere inci-
piat, actione priſtina agere poſſumus, non ob-
ſtante rei judicatæ exceptione *§.1.h.l.* Qvamvis
alii intelligant *hanc §.* de caſu, ubi reus ſe obtu- 5
lit liti, vid. *Rubeus in rep. l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acqv. poſſ. n. 317.* prior tamen
verbis propior & communior eſt. Ex qvo intel- 6
lectu, præſertim tertio *gl. hujus* notant Dd. Qvan-
do aliqvis vindicat à non poſſidente, hicqve
non fuit interrogatus, an poſſideat, actor tamen
probaverit dominium, non verò poſſeſſionem
rei, tunc pro actore ſententiam ferri poſſe decla-
ratoriam ratione dominii, & pro reo ratione poſ-
ſeſſionis abſolutoriam. Sed illa ſententia pro
actore ſemper executioni mandari poteſt, ſi poſ-
ſeſſionem reus conſecutus fuerit. *Claudius Mar-
merius in l. naturaliter. § nihil commune de acqvir.
poſſ.n.120.vol.5.Dd.alleg.P.Barban l.ſi conſtante.25.
35. fin. n. 13. ff. ſol. matr.* & alios refert *Roland. à
Valle vol.2.conſ.n.6.* ubi ex Bartolo notat, hunc
textum aureis literis ſcribendum eſſe. vid. *Zaſ.
ad h. l. pag. mihi 362. & ſeq.* Ex qvorum allega-
tis apparet, hunc intellectum Gloſſæ tertium eſſe
receptiſſimum, & ideò valdè notabilis eſt. §. Nec
obſtat *l.36.qui petitorio ff. de R.V.* qvod reo non 7
poſſidente fruſtra agatur ſc. ratione condemna-
tionis rei, non verò fruſtra ratione declarationis
dominii, ut reſpondet *Roland. à Valle d. l. vid. not.
ad l.11.§.1.ff. de jurejur.* Exceptio authoris pro- 8
deſt emtori, non contra, licet acceſſio temporis,
qvo apud emtorem fuit, proſit venditori. *l. 19. ff.
de Uſucap. Zaſ. hic t. 3. p. 365.* & *Cujac. ad l.10.h.t.
tom.11.p.2207.Wammeſ.conſ.2.n.17.cent.4.*

## ad L. Si mater. 11.

*SUMMARIA.*

*Rem vindicans generaliter, ex alia cauſa agere non poteſt. n.1.4.*

*Secus*

Digitized by Google

*Secus ſi una cauſa expreſſa. 2.*
*An vindicans teneatur titulum exprimere. 3.*
*Vindicans ex nova cauſſa ſuperveniente agere poteſt. 5.*
*Qvod caſibus declaratur. 6. 7. 9.*
*Ex aqvitate Canonica ſententia ſuper non petito ferri poteſt. 8.*
*Iter, ſi petitum, non obſtante hac exceptione, actus juſtè petitur. 9.*

1 QVi rem generaliter vindicat, licet in proceſ-
ſu unam cauſam exprimat, non poteſt poſt-
ea aliâ causâ rem vindicare, niſi ope reſtitutio-
2 nis; Secûs ſi in libello ſtatim addat cauſam ac-
qviſiti dominii, ſcilicet donationem; nam tunc
ex aliâ causâ poſtea agi poteſt, non obſtante ex-
ceptione rei judicatæ. Vid. *Zaſ. h. t. Don. l. 22. c. 5.*
3 *lit. Q. Obrecht. de libell. c. 11. n. 68. & ſeqq.* Collige,
eum, qvi rem vindicat, non teneri titulum expri-
mere in libello. Sed ſi reus petat, in proceſſu poſt
litem conteſtatam, aut poſt qvalemcunqve re-
ſponſionem in Summariis ſibi edi & probari titu-
lum, omninò petito deferri debet. *Dn. Mev. p. 1. dec. 246.*

4 Ad §. 4. Si rem vindicans generalem in-
ſtituerit petitionem, non expreſſa certa cauſa,
abſolutoria lata parit exceptionem rei judicatæ
ex omni causâ, qvæ tunc competebat, vel crede-
5 batur competere § 4. *h. l.* Aliud autem, ſi cauſa
de novo advenerit. *Zaſ. hic & Zanger. d. c. 17. n. 57. & ſeq.* nam cùm ex novâ causâ res petitur, nec
obſtat exceptio rei judicatæ, & ideò ex ſuperve-
niente poſt, ſententiam jure, executio non mo-
dò ſiſtitur, ſed etiam aliud pronunciandum eſt.
6 Unde cùm tutores rem mihi locatam alii vendi-
diſſent, ſed ſine decreto; ego verò poſſeſſionem
recuperaſſem per ſententiam, nullâ declaratâ
venditione, tutores verò poſtea confirmationem
& decretum Magiſtratûs pro illâ venditione im-
petraſſent, denuo valida facta venditio, & ego
repellor nullâ habitâ ratione rei judicatæ, ut judi-
7 catum refert *Dn. Mev. p 5. dec. 239.* Sic qvi ante
conditionem impletam egerat, & victus, poſtea
conditione impletâ ſi agat, exceptio rei judicatæ
non obſtat per *h. §. & l. 13. §. pen. de pign. Tiraq. in tract. ſuper l. Boves. §. hoc ſermone. 1. de V. S. limit. 1. n. 16. Hill. d. l. 22. c. 5. lit. S.* Ex §. 4. colligit etiam
8 *Caſtr. in l. 35. n. 4. ff. de jud.* qvod ex æqvitate Cano-
nicâ poſſit ferri ſententia etiam ſuper eo, qvod
non erat petitum in libello; nam aliàs paret ex-
ceptionem rei judicatæ, adeo ut ex jure ſuper-
veniente planè non poſſet agere, ſemper obſtan-
te exceptione rei judicatæ; qvod licet refutare
nitatur *Barboſa ad l. 23 ff. de Jud. n. 53.* iniqvum ta-
men videtur, ut actor repellatur hoc caſu à perſe-
9 cutione actionis ſupervenientis. Et qvando
qværitur, ſi debetur ſub conditione, petat tamen
purè, & pendente judicio conditio impleatur, an
confirmetur judicium? qvod in contractibus,
non verò in ultimis voluntatibus affirmat *P. Barb. ad l. 23. ff. de judic. n. 82. & 84.*

*Ad §.* Si iter petii & ſuccubui, poſtea verò a-
ctum ſeu pingviorem ſervitutem petam, non
obſtat exceptio rei judicatæ, qvia aliud eſt, qvod
materialiter eſt tale & pars actus, & aliud qvod
formaliter tale, ut ſervitus itineris; ita aliud eſt
uſusfructus cauſalis & formalis, & ſententia in
uno non nocet in altero, per *l. 21. §. 3. h. t.* vi-
deatur utrobiqve *Zaſius & Petr. Peckius ad c. 80. n. 11. de R. J. lib. 6.*

## ad L. Cum qværitur. 12. cum 2. ſeqq. & L. Cum de hoc. 27.

*SUMMARIUM.*

*QVæ reqvirantur, ut exceptio hæc locũ habeat. n. 1.*
*Res judicata novis inſtrumentis repertis, retractari non poteſt. 2.*

TRia qværuntur, an competat exceptio rei ju- 1
dicatæ, qvæ conjunctim reqviruntur, per
*l. 14. pr. h. t. Hill. l. 24. c. 5. lit. E.* I. an ſit eadem res?
res verò hic dicitur triplex (1.) corpus. (2.) qva-
litas (3.) jus v. g. ſervitus. II. an ſit eadem cauſa
petendi ſive origo actionis? qvod tamen expli-
catur in *L. 27. h. t.* ſi modò eadem cauſa ſit pro-
xima, licet alia atq; alia ſit cauſa remota v, g. do-
minium eſt cauſa proxima vindicationis, cauſa
remota eſt traditio, titulata, vel ipſe titulus, hoc
variante licet, obſtabit tamen exceptio rei judi-
catæ. *l. 11. §. 1. h. t.* Hinc cum multa in primâ in-
ſtantiâ cumulata eſſent, ab uno autem puncto ap-
pellatum, ſi cætera connexa non ſunt, de iis non
in appellationis inſtantia, ſed prioti agendum.
*Dn. Mev. p 3. dec. 116.* ſic cùm a poſſeſſore hæredi-
tatis peteretur hæreditas, & ille diceret ac de-
monſtraret, ſe jure crediti eſſe in bonis, abſolutus
poſſeſſor eſt: poſtea petitum, ut deſignationem re-
rum hæreditariarum, qvas pignoris jure teneret,
& qvid acceperit in ſolutum ex fructibus, ederet;
opponebatur exceptio rei judicatæ, ſed malè,
nam alia erat cauſa agendi. *Mev. p. 3. dec. 307.* III.
an ſit eadem perſona. *Menoch. conſ. 501. n. 15. Bercius conſ. 192. n. 42. Carpzov. lib. 1. reſp. 17. & l. 2. reſp. 45. Mev. p. 3. dec. 90. n. 4. Ex l. 27. in fine*, ut & ex *l. 4.*
*C. de re jud.* collige, rem judicatam non poſſe re- 2
tractari, ſi inſtrumenta ſint reperta nova, niſi oc-
cultata ſint fraude partis, & qvod judex per hanc
occultationem permotus ſit ad eam ſententiam.
conf. *Dn. Mev p. 3. dec. 103.* & notata ad *l. 19. C. de tranſact.* Alia exceptio in ſententia lata ex jura-
mento neceſſario, aut præſumtionibus, per *l. 31. de jurejur.* in ſententia lata contra fiſcum *L. un. C. de ſent. adverſus fiſcum latis retractandis.*

## ad L. Et an. 14.

NOtabilis hic in §. 2. diſtinctio habetur inter actiones reales & perſonales, in his, ſi ad eandem rem ex duplici causâ mihi ſis obligatus, ſi ex unâ causâ vel obligatione egerim, poſſum non obſtante exceptione rei judicatæ ex alia agere; ſecùs ſi in realibus. *l. 11. h. t.* vid. *Zaſius pag. 375. in h. l.*

ad L.

## ad L. Duobus. 19.

*SUMMARIA.*

*Jus per modum exceptionis & actionis competens, uno caſu rejecto, alteri locum non habet. n. 1.*
*... od caſu declaratur. 2. 3.* *(n. 4.*
*... in uno judicio rejecta, nec de alio opponi po...*

1 QVando aliqvod jus per modum exceptionis & actionis in judicium deduci poteſt, ſi ex... io fuit rejecta, etiam actioni obſtabit exce... tio rei judicatæ. Exemplum hic in re duobus ... pignorata, ubi pignus mihi prius obligatum traditum, & poſtea tibi obligatum, tu me hypothecariâ actione convenis, ego non oppono exceptionem: *Ego ſum prior tempore;* ſed nego ... tuum, & ſuccumbo, poſſum hoc caſu hypo...riâ actione ob temporis prioritatem te convenire, ſed ſi prioritatem allegaſſem in priori ...cio, & nihilominus ſuccubuiſſem, tunc ſecùs. *Z. ſ. hic.* Aliud in *l. 7 §. 1. de compenſat.* Sic in exceptione non numeratæ pecuniæ, qvæ excipiendo & agendo opponi poteſt, & ideò ſi excipiendo
4 rejecta, poſtea agendo fruſtra movetur. Imò exceptio ſemel rejecta, ne qvidem in alio judicio opponi poteſt. *Guido Papa ſing. 383. & 499. Klock. vol. 2. conſ. 5. n. 114.*

## ad L. Si cum argentum. 21.

*SUMMARIA.*

*Auctio vel diminutio rei non facit quo minus obſtet exceptio rei judicata. n. 1.*
*Succumbens, qui fundum petit, ſi poſtea agat de uſufructu cauſali, nocet exceptio R. J. 2.*
*Secus ſi prius de formali uſufructu egit & poſtea petit fundum. 3.*

SI vindicavi gregem & ſuccubui, ſi poſtea grex ...ctus vel diminutus, & iterùm petam gregem, obſtabit mihi exceptio rei judicatæ. *§. 1. h. t.*
2 ſed & ſi fundum petam & ſuccumbam, poſtea verò agam de uſufructu cauſali tunc mihi obſtabit exceptio rei judicatæ, qvia cauſalis uſusfructus eſt cum dominio junctus, de qvo antea a...m: ſed ſi prius de formali uſufructu egi, non ...bit exceptio rei judicatæ, ſi fundum petam, ...ia uſusfructus formalis non eſt pars dominii. *... h. t. Caſtillo de Uſufructu cap. 1. n. 13.* Conſ. *Pinellus ad l. 1. C. de bonis matern. p. 2. n. 10.*

## ad L. Exceptio. 28.

*SUMMARIUM.*

*EXceptio rei judicata an noceat ſucceſſori ſingulari & ceſſionario.*

EXceptio rei judicatæ nocet ſucceſſori ſingulari, & ideò etiam ceſſionario. *Joh. à Sande de ... act. c. 13. Card. Tuſch. concl. 213. lit. C.* ſic ſi petierim fundum & ſuccubuerim, fortè qvòd non potuerim ſatis probare, & poſtea eum vendam tibi; nam hoc caſu tibi agenti opponetur exceptio rei judicatæ. *Zaſius in h. l. tit. 3. p. 360.*

## ad L. Judicatæ. 29.

*SUMMARIA.*

*QVo caſu ſententia contra unum hæredem lata noceat alteri cohæredi. n. 1.*
*Succumbentis in vindicatione rei Creditori, actione hypothecariâ poſt agenti, an exceptio rei judicata ob ſuccumbentiam autoris opponi poſſit. 2.*

IN *princ.* dicitur, qvòd ſententia contra unum cohæredem lata non noceat alteri cohæredi, 1
niſi ſit pro libertate lata, exemplo inofficioſi teſtamenti.

In §. 1. hæc ſpecies: vindico à te agrum, 2
ſed ſuccumbo, poſtea contra te agit hypothecariâ actione creditor meus, cui illum agrum diu ante ſententiam pignori obligaveram, qværitur, an tu poſſis opponere ipſi ſententiam contra me authorem latam? videtur qvòd ſic, ob *l. Sæp. de re judic.* Sed neg qvia ignorante creditore egi. vid. *Zaſ. hic & not. add. l. pen. de re judic. Z... g. de Except p. 3. c. 17. n. 77. Carpz. p. 3. dec. 254. n. 14.*

## Ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*ACqviſito dominio pignus exſtingvi qvomodo intelligatur. n. 1.*
*Caſus ex hoc deciſus ſubjicitur. 2.*

LIcet acqviſito dominio pignus exſtingvatur, 1
*L. neqve pignus. de R. J.* id tamen intelligendum, ſi irrevocabiliter acqviratur; nam ſi poſtea pignus evincatur, reviviſcet Jus pignoris *§. 1. h. l. Tiraq. de retract. conſangu. §. 1 gl. 7 n. 70. Gratian. tom. 1. diſcept. forenſ. ... n. 5. Affl. deciſ 16 n. 4.*
Hinc talis caſus deciſus: Emit Titius a Sejo fundum Tuſculanum, hunc eundem fundum mihi 2
vendit Sejus; ſed Sejus in caſum non ſecutæ ſolutionis ſibi dominium reſervaverat, qvi caſus contigit, vindicat ergò a me Sejus, & qvidem jure, *l. 3. C. de R. V.* ſed habui hypothecam in eo fundo, anteqvam Sejus venderet, qvia Sejus ſub hypotheca bonorum pro alio fidejuſſerat, an teneor reſtituere Sejo? Videtur qvòd ſic, qvia Jus pignoris, qvod habui per Jus dominii, fuit exſtinctum, *l. 45. de R. J. & l. 29 de pign Act.* ſed qvia non mihi eſt ſatisfactum, & illa venditio fuit revocabilis, ac in eventu pro non facta habetur, ideò datur mihi actio pignoratitia, qvia ſatisfactum non eſt, & per conſeqvens multò magis retentio. *Mev. p. 4. dec. 277.*

## ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*SUccumbenti in actione reali non poteſt opponi exceptio R. jud. ſi poſtea agat ad eandem rem actione perſonali. n. 1.*
*Limitatio* Heringii *in dubium vocatur. 2. & 3.*

QVi actione in rem egit & ſuccubuit poteſt 1
ad eandem rem agere actione perſonali, v. gr. ſi egerim rei vindicatione, poſtea ex ſtipulatu, ſi cum vindicarem, ſuccubuerim, poſſum ex ſtipulatu eandem rem petere, non obſtante exceptione rei judicatæ. Hanc legem limitat 2
*Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 26. num. 43* ſi alia & nova ſit actionis cauſa. Sed non capio, qvo-

modo eadem eſſe poſſit cauſa rei vindicationis & actionis perſonalis, niſi velimus talem contractum ponere, ex qvo tranſeat dominium, ut in *L. et inter. C. de S.S. Eccleſ.* Omninò ergò alia cauſa præſuppoſita, ſed non nova, qvæ ſcilicet poſt rem judicatam ortum habet. Et non uſqve adeò concedendum eſt, qvod *n. 20.* ait, actionem in rem & in perſonam eſſe actiones contrarias, qvarum unam ſi eligas, alteri renunciaſti · nam non videntur hæc convenire cum noſtra lege; poteſt enim res mea, & ſimul etiam mihi deberi ex commodato, depoſito, pignore, & ſimil.

# TITULUS III.

# De diverſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum.

## Ad L. Qvia tractatus. 1.

*SUMMARIA.*

*Utile tempus qvod dicatur. n. 1.*
*Hodiè utilia tempora attenduntur excepto tempore reſtitutionis in integrum. 2.*

1 Utile tempus eſt, qvo datur facultas experiundi, ubi nec actor impeditus, nec reus abſit nullo relicto procuratore, & judex copiam ſui facit, ſed actor tunc impeditus dicitur, qvando nec ipſe agere, nec procuratorem mittere poteſt, ut ſi magna ægritudo illum impediat, niſi ſit talis cauſa, qvæ per procuratorem
2 non poteſt commodè agi. Utile tempus autem aliud tantum initio eſt utile, in progreſſu continuum; aliud utroqve modo. Utilia tempora tamen hodie attenduntur, excepto tempore reſtitutionis in integrum, ubi loco utilis anni conſtitutum qvadriennium, vid. *hic Zaſ.*

## Ad L. Longæ. 3.

Longo tempore præſcribuntur immobilia, de qvo integer titulus in *Cod. de Præſcript. longi temp.* ſed qvod de mancipiis hic dicitur, de mancipiis terræ adſcriptis intelligendum eſt. *Zaſius hic & Wiſſenb. ad h. l. th. 15.*

## ad L. An vitium. 5.

*SUMMARIA.*

*Vitium auctoris perſonale non nocet ſucceſſori ſingulari, ex ſua perſona uſucapere volenti. n. 1.*
*Reſpondetur* ad l. 13. §. 1. de acqvir. poſſ. 2.
*Qvomodo dicta in n. 1. hodiè mutata. 3.*
*Vitia poſſeſſionis realia qvæ. 4.*
*Qvæ perſonalia. 5.*
*Vitia realia nocent omni ſucceſſori. 6.*
*Perſonalia ſoli heredi. 7.*

1 Vitium autoris perſonale non nocet ſucceſſori, qvò minus hic ex ſua perſona initium facere uſucapionis poſſit, qvia hoc vitium cohæ-
2 ret perſonæ *hic & §. 2. inſt. de uſucap.* Nec. obſt. *l. 13. § 1. de acqvir. poſſ.* qvia loqvitur de eo caſu, qvando qvis acceſſione temporis ſui autoris vult uti, ſed hoc mutatum per *Auth. Malæ fidei.*
3 *C. de præſcript. long. temp.* Ubi ad id, ut vitium authoris non noceat, ſcientia dominii vel præſcriptio tricennalis reqviritur. Manet igitur hæc Lex in mobilibus. *Balbus de præſcript. part. 2. part. 3. princ. qu. 12. num. 7. Molin. tr. 2. diſp. 65. n. 16. Balthaſar. tit. 9. reſ. l. 6. Bavar. in fin.* Note- 4
tur igitur ex *h. l.* diſtinctio inter vitia poſſeſſionis realia & perſonalia. Reale (1.) eſt furtivitatis. (2.) ſi qvis rem immobilem vi occupet; nam neutra res uſucapitur, niſi illa in Domini, hæc in expulſi poſſeſſoris poteſtatem redeat. Vitium 5
perſonale eſt mala fides, idem vitium litigioſi. *Balbus d. l. n. 5.* item, ſi qvis poſſeſſionem vacantem propria autoritate ingreſſus ſit. *Balbus de l. n. 6.* item, ſi qvis precario aut commodato rem 6
poſſederit. *l. 11. h. t.* Vitia realia nocent omni ſucceſſori univerſali & ſingulari, *l. pen. C. h. t.* Vi- 7
tia perſonalia ſoli hæredi, non etiam ſucceſſori ſingulari, qvi titulo emti, dotis &c. poſſidet. *l. 5. & 11. h. t.*

## ad L. Si qvisqvam. 7.

*SUMMARIA.*

*Qvi ſolus pluribus annis in fluminis publici diverticulo piſcatus eſt, alterum eodem jure uti prohibet. n. 1.*
*Reſpondetur variè ad* l. 45. de uſucap. 2.

Si qvisqvam in fluminis publici diverticulo 1
ſolus pluribus annis piſcetur, alterum eodem jure uti prohibet. Sed huic videtur obſtare *l. 45.* 2
*ſupr. de uſucap.* Qvam legem de præſcriptione ipſius fluminis, hanc verò de præſcriptione juris piſcandi, vel etiam hanc de tempore immemoriali intelligit *Harpr. in §. 2. inſt. de R. D. num. 5. Don. lib. 5. c. 22. & ibi Hill. lit. C. Zaſ. hic tom. 3. p. 398. & tom 5. p. 79. Coll. Arg. lib. 41. tit. 1. th. 21.* vel hæc de eo, qvod interim in poſſeſſione, dum piſcatur, defendi debeat. *Wiſſenb. vol. 2. diſp. 25. th. 18.*

## ad L. Reſcriptis. 9.

Legitur hic melius res ſoli, ut legit *Accurſ.* qvam lectionem ad hunc tit. tuetur *Wiſſenbach. th. 15.* conf. *Donell. l. 5. c. 4. & ibi Hill. lit. C.*

## ad L. Intra qvatuor. 10.

*SUMMARIA.*

*Vacantium bonorum perſecutionem fiſcus qvadriennio amittit. n. 1.*
*Qvomodo interrumpatur hæc præſcriptio. 2.*
*Si nunciator deſiſtit, non videtur interrupta præſcriptio. 3.*

Qvid

*Qvid ſi poſt qvadriennium alius veniat delator, an ille audiendus.* 4.
*A qvo tempore qvadriennium computetur.* 5.
*Qvid in iis, qvæ ex aliis cauſis fiſco deferuntur, præſcribantur.* 6.

1 FIſcus ſi intra qvadrienium non vindicet bo-
na caduca, excluditur à poſſeſſore, licet in-
2 juſtè poſſideat. Interrumpitur autem illa præ-
ſcriptio, ſi bona vacantia ſint nunciata, & cum
poſſeſſore ſit actum, & lis ſit conteſtata; nam
3 ita perpetuatur actio. Sed ſi nunciator deſtitit,
non videtur interrupta præſcriptio, qvia ille
4 nunqvam nunciaſſe videtur. Sed pone, poſt
qvadriennium venit alius delator, an ille eſt au-
diendus? Neg. qvia jam elapſum eſt qvadrien-
nium, *Joh. Hannibal in rep. L. Naturaliter. ff. de uſucap. num. 290.* niſi doceatur prævaricatio
& colluſio: hâc enim probatâ, præſcriptio
qvadriennii perimitur, & principalis qvæſtio
deciditur, qvia qvi delatorem corrupit, pro con-
victo & condemnato habendus. *Cujac. ad l. 13. Reſp. Papin. t. 4. p. 1226.* conf. *Perez. ad tit. de qvadrienn. præſcript. n. 1. & Dd. ad l. 1. C. d. t. Bal-*
5 *bus de præſcript. part. 2. part. 5. princ. q. 1.* Qva-
driennium illud computandum eſt non a nun-
ciatione, ſed ab eo tempore, qvo conſtitit a ne-
mine adiri hæreditatem, *§. 1. h. l.* ut ſi tempora
agnoſcendæ hæreditatis, vel bonorum poſſeſſio-
6 nis tranſierunt *Cujac. d. l.* Sed qvæ ex aliis cauſis
deferuntur fiſco, præſcribuntur vicennio, *L. in omnibus. h. t.* in rebus ob non ſolutum vectigal,
qvinqvennium. vid. *Covarr. in c. poſſeſſor p. 2 n. 7.*

## ad L. Cum heres. 11.

### SUMMARIA.

HEres etiam ignorans in defuncti vitia ſuccedit & ſic vitium defuncti in præſcriptione ipſi nocet. n. 1.
*Limitationem vid.* 2.
*An* hæc Lex *ad præſcriptionem longiſſimi temporis extendi poſſit.* 3.
*Qvid hic de jure Canon. afferendum.* 4.
*Ad diſſentientium rationes contrarias reſpondetur.* 5.
*Præſcriptiones actionum perſonalium bonam fidem de J. Can. reqvirunt.* 6.
*An Judex omiſſam præſcriptionis exceptionem ſupplere teneatur.* 7.

1 CUm hæres in omne Jus defuncti ſuccedat,
ignoratione ſua defuncti vitia, ſi hic clam vel
precariò poſſedit, non excludit, qvod ergò defun-
ctus non potuit uſucapere, nec heres *Gilker. p. 2. m. 2. c. 7. Boër. dec. ſ. 42. n. 38.* hocqve Dd. intelligunt,
licet hæres longisſimo tempore poſſederit. *Balbus d. q. 12. n. 12. Molin. d. diſp. 65. n. 4 Balb. d. t. 9. reſ. 16 n.*
2 *13. Ant. Gabr. l. 5. tit. de præſcr. concl. 5.* Exceptio habe-
tur in *l. 5. § 1. h. t.* niſi hæres vellet præſcribere ex
titulo, qvem habet à tertio. vid. *Klock. conſ. 41. n. 297 vol. 2.* ſed lex hæc propriè de præſcriptione longiſ-
ſimi temporis non agit, ut qvæ tunc incognita fu-
3 it. *Gilk. de præſcript. p. 2. membr. 1. c. p. 16 n 34.* ideo qꝫ
hic ventilanda qvæſtio, an per extenſionem hæc
lex ad præſcriptionem longiſſimi temporis actio-
num perſonalium accommodari poſſit? pono
caſum; Pater meus contraxit debitum, non fuit
interpellatus, non potuit ille præſcribere, qvia
malam fidem habuit, ſcivit ſe debere, ignorantia
proprii facti non præſumitur, Ego ipſius hæres
poſt mortem patris intra 30. annos non fui in-
terpellatus, qværitur, an ego præſcripſerim dum 4
nolo uti acceſſione temporis defuncti? Videtur
qvod non, ob hanc legem & traditionem Auto-
rum jam allegatorum; credo ſubtilitatem hanc
Juris Civilis, qvod hæres induat vitia defuncti,
non attendi in præſcriptione actionum Jure Ca-
nonico, qvo bona fides etiam in præſcriptione
longiſſimi temporis reqviritur, & qvod ergò
hæres debitoris præſcriptione ſe tueri poſſit, ſi
ipſe intra 30. annos non ſit interpellatus; nam
alias nulla eſſet præſcriptio actionum perſona-
lium, qvia actione perſonali non poteſt, niſi de-
bitor aut ipſius hæres conveniri, qvæ ſententia
multorum calculis approbata, ex eo ratione, qvod
defunctus & hæres ſint diverſæ perſonæ veri-
tate inſpecta, & factum unius non vincit con-
ſcientiam alterius, modo a ſua parte totam
compleverit præſcriptionem longiſſimi tempo-
ris. Dd. refert *Gilken. d. c. 10. n. 31. & Balbus de præſcript. p. 2. tertia partis princ. q. 12. n. 12.* Et licet 5
alii diſſentiant ex duabus rationibus, primò
qvòd hæres teneatur exonerare conſcientiam
defuncti; Secundò, qvia omnem cauſam ſuam
habet à defuncto, ut *Balbus d. l.* poſſet tamen re-
ſponderi ad 1. Limitando, niſi a creditore magna
negligentia, & ſic delictum concurrat; ad 2. hæ-
res principium, medium & finem ex ſua bona fi-
de & adverſarii negligentia metitur. Et ſanè ſi 6
hæres debitoris non poſſit præſcribere 30. annis
ob defuncti malam fidem, non video, qvomodo
ſententia Dd. receptiſſima defendi poſſit, Jure
Canonico in præſcriptione tricennali actionum
perſonalium etiam reqviri bonam fidem, qvæ
tamen communiter recepta, teſte *Ant. Gabriele lib. 5. tit. de præſcript. concl 3. n. 2.* ubi hanc magis
communem vocat *Balbus d. tr. de præſcript. p. 2. partis 3. princ q 13 n. 1. Covarr. in c. poſſeſſor p. 2 §. 11. n. 3. Lud. Molina de juſt. & jure diſp. 66. n. 5 Gail. 2. obſ 18. n 10. Mynſ cent. 4. obſ 6. n. 3.* teſtans de Came-
ræ ſtylo *Joh. Fr. Balthaſar. tit. 9. reſol. 6. n. 6 an. pl. 2.*
Et ſic in Facultate noſtra negavimus, fratres
uxoris poſſe præſcribere actionem dotis pro-
miſſæ, qvia ſciverunt ſe debere & qvia habet hy-
pothecam; & ita pronunciatum menſe Dec. an-
no 1655 Et præſcriptionem perſonalis actionis
bonam fidem reqvirere, reſpondimus menſe De-
cemb anno 1666. Ideoqve periculoſa ſententia 7
qvorundam, qvi putant, judicem ſupplere poſſe
exceptionem præſcriptionis omiſſam, nam qvo-
modo ſcire poteſt judex, bonam fidem habuiſſe
debitorem? Poſſet fortè ipſe reus vel debitor
præſcriptionis exceptionem omittere, qvia ma-
læ fidei ſibi conſcius eſt.

### ad L. In omnibus. 13.

*SUMMARIUM.*

*Actiones perſonales & reales qvotannis fiſco præſcribantur? diſtingvitur.*

Actiones fiſci aut ſunt reales aut perſonales; fiſcales, aut res incorporata fiſco eſt, aut tantum nunciata illa præſcribitur 40. annis *L. 7. C. de præſcript. 3. ann.* Nunciata fiſco vel eſt ex commiſſo & præſcribitur 5. annis *l. 2. C. de vectigal.* vel ex alio delicto, & præſcribitur 4. annis *l. 10. ſupr. h. t.* Perſonales autem 20. annis præſcribuntur. Vid. *hic Zaſ.*

### ad L. De acceſſionibus. 14.

*SUMMARIA.*

*Succeſſores in præſcriptione utuntur acceſſione temporis autorum ſuorum n. 1.*

*Regula: Si vinco vincentem te, vinco fortius te ipſum, variè limitatur 2. & ſeqq.*

1 Jura acceſſionum conſiſtunt in mera æqvitate, qva fit, ut ſucceſſor univerſalis, hæres, vel ſucceſſor ex contractu ſingularis v. gr. emptor, ad præſcribendum poſſit uti acceſſione temporis,
qvo autor poſſedit, de qvo *Hilliger in Donell. l. 5. c. 20. Zaſius hic.* Regula autem in §. 3. habetur, ſi 2
vinco vincentem te, vinco fortius te ipſum. *Zaſ. hic. n. 7. Carpz. p. 1. Jurispr. conſi. 28. def. 175. n. 7. & 10.* ſed regulæ huic non datur locus, ubi rationes victoriæ ſunt diverſæ, & validiora jura uni creditori adhærent, ut in *L. Claudius ſelix. 16. ff. qui pot. in pign.* ubi tertius vincebat primum ob rem judicatam, ideoqve *Carpz.* rectè hanc rem arbitrio judicis committit, pro qvo facit *hæc L. in princ.* Nec locum habet in juriſdictionibus & 3
citationibus. Sic Præfectus, licet Ambtſaſſios Nobiles citare poſſit, non tamen ſubditos eorum, ut judicatum refert *Berlich. p. 1. dec. 59.* Aliam limitationem regulæ habet *Cagnolus in l. non debet cui. 21 de Reg. jur. in fine.* Aliter limitat *Hondedæus p. 1. Conſ. 8. 67.* Conf. *Cephalus conſ. 53. n. 106.*

### Ad L. Pen.

In Uſucapionibus dies ultima cœpta habetur pro completa, de qvo pluribus hic *Zaſius* & *Donell. l. 5. c. 19. lit. C. D. & ibi Hilliger.*

## Titulus IV.

# De doli mali & metus exceptione.

### Ad L. Qvo lucidius, 1.

*SUMMARIA.*

*Exceptio doli cur detur. n. 1.*

*Qvomodo differat ab actione doli. 2.*

*Contractus dolo vel metu initus ex æqvitate reſcinditur. 3.*

1 Exceptio doli datur, ne ſuus cuiqvam dolus
patrocinetur, & ne contra naturalem æqvitatem occaſione juris civilis qvis decipia-
2 tur *Donell. l. 22. c. 6.* Et differt ab actione doli, qvod actio doli detur tantùm aliis actionibus deficientibus, exceptio verò cum aliis exceptionibus concurrere poſſit. Actio doli eſt biennalis, exceptio doli perpetua, niſi qvando cum alia exceptione temporali. v. gr. exceptione non numeratæ pecuniæ, concurrit. vid. *Wiſſenb. ad h. t. th. 19.* Ex *h. l.* probatur, etiam contractum dolo aut metu initium jure civili eſſe firmum, ſed ex æqvitate dari defenſionem. *Garcias in rep. l. ſi unius §. pactum. ff. de pactis. n. 32.*

### ad L. Palam, 2.

*SUMMARIA.*

*Cauſa hujus exceptionis. n. 1.*

*In hac exceptione, qvare perſona exprimenda. 1.*

*Agenti ex ſtipulatu & citra cauſam exceptio doli obſtat. 3.*

*Stipulatio ſine cauſa an indiſtinctè non valeat. 4.*

*Cauſa obligationis non probata executive ex inſtrumento ſine cauſa agi non poteſt. 5.*

*Limitatur. 8.*

*Exceptio deficientis cauſæ debendi & in executione opponi poteſt. 6.*

*Exceſſione in ſolutum data agi non poteſt, ſi deficiat cauſa & qvantitas debiti, ex qvo ceſſio facta. 7.*

*Exceptio doli vel eſt ſpecialis vel generalis 9.*

*Creditor qvi ſtatim in initio contractus recepit annales uſuras, repellitur exceptione doli, ſi ante anni lapſum ſortem petat. 10.*

Exceptio hæc, uti ad legem præcedentem di- 1
ctum, habet hanc æqvitatis cauſam, ne cui dolus ſuus per occaſionem juris civilis, contra naturalem æqvitatem proſit *l. 1. §. 1. h. t. Donell. l. 22. c. 6. & ibi Hillig. lit. F. Zanger. p. 3. c. 13. n. 8.*
Eſt tamen exceptio perſonalis ex parte ejus, de 2
cujus dolo agitur, & ideò perſona ejus nominatim exprimenda Qvando qvis ſtipulatur citra 3
cauſam, deinde ex ea ſtipulatione experitur, licet actio mero jure valeat, exceptio doli ei obſtat, qvia dolum committit, dum ex promiſſione non cauſata agit, cùm ſtipulatio ſine cauſa non valeat *§. 3. h. l. Hippol. d. Marſil. ſing. 482. Felinus in cap. ſi cautio. num. 16. X. de fide inſtr. Wammes. conſ. 1. cent. 4. & conſ. 2. n. 13. Guttierez. de juram. confirm. p. 1. c. 47. n. 1. Gomez. l. 2. reſol. 6. & 11. num. 3.* Nihil autem refert, an nulla 4
cauſa præcedat, an qvæ prætexitur, nulla & falſa deprehendatur; adeò, ut etiam ſoluti condictio detur, per *l. qui ſine cauſa de condict. indeb. Wammeſ. conſ. 5. n. 7. cent. 4. Gomez. n. 3. Zaſ. & Dd. hic.* ſed hanc ſententiam communem impugnat *Gædd.* & eam reſtringit ad caſum, ſi aliqvis in facto erraverit. *de ſtipulat. c. 3. n. 70. & ſeqq. Donell. l. 15. cap. 36. lit. Cc. & Hill. l. 22. c. 6. lit. K.* Confer etiam *Bach. ad Tr. diſp. 27. th. 1. lit. A. Berlich. dec. 96.* Et ex *h. §.* probatur, qvamvis ſufficiat 5
cauſam

cauſam debendi aliunde probari poſſe, qvamdiu tamen cauſa nondum eſt probata, ex eo documento executivè agi non poſſe. *Gail. 2. obſ. 15. n. 9. & obſ. 132. n. 5. Harim. Piſt. obſ. 19. Matth. Co-*
6 *ler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 7. & ſeq.* Et exceptio hæc deficientis cauſæ debendi etiam in executione opponi poteſt *Gutierez. de juram. con-*
7 *firm. p. 2. cap. 47. n. 5. & 15.* Unde concluditur, etiam ex ceſſione in ſolutum data agi non poſſe, niſi contineat, qvid qvantumqve debitum fuit, ex qvo ceſſio facta, nec ſufficit ſi generaliter id dicatur. *Dn. Mev. p. 4 dec. 372.* & ideo ceſſionario agenti ex ceſſione his formalibus facta, daß aus wichtigen Urſachen und zur Bezahlung dieſer Post zugeſchlagen / plenior probatio injuncta in
8 Facult. anno 1667. menſe Sept. Limitatur autem ſuperior regula, ut non habeat locum in pluribus reis debendi ſeu credendi, qvia ſufficit, qvod in uno ex reis debendi ſit cauſa, & uni res ſit tradita, & ſimiliter ab uno ex reis credendi res tradatur, & ex perſona unius efficax redditur obligatio ratione cauſæ, cum extendat radices in omnes. *Struvius de Adjecto p. 4. §. 11. n. 7.* Alia limitatio in ſponſionibus. Idem *Struvius in tr. de*
9 *ſponſion. p. 2. n. 2.* Doli autem exceptio vel eſt ſpecialis, qvando ab initio dolo circumventus qvid geſſi; alia generalis, qvæ datur ex omni cauſa, ob qvam dolo qvid petitur, & ſi initio dolo nihil factum, & hæc exceptio cum aliis exceptionibus concurrit, qvia dolo facit, qvicunqve id petit, qvod exceptione poteſt elidi *§. 5. h. t. & l. qui æquitate. 12. h. t. Bargal. in tr. de dolo. lib. 4.*
10 *c. 2. n. 8. Don. d. c. 6. lit. E. & ibi Hill.* Si creditor receperit ſtatim, cum crederet, uſuras annales, ſi ante annum lapſum petierit ſortem, exceptione doli repellitur, qvia aliàs nullo jure haberentur, cùm citra ſortem deberi neqveant. *§. 6. h. t. Hill. ad Donell. l. 22. c. 4. lit. A. p. 967.*

## ad L. Apud Celſum. 4.

### SUMMARIA.

*Heres adiens hæreditatem obæratam inductus promiſſis creditorum de remittenda parte creditarum pecuniarum, tacente uno creditorum, an hunc, integrum debitum petentem, exceptione doli repellere poſſit. 1.*

*Si æger qvid promiſit uxoris conſobrino, volens ut reſtitueretur uxori, deinde convaluit, tunc contra hac exceptione debitus poteſt. 2.*

*Pœnam in arbitrio dictam non ſolvens ob ſontica causam impeditus agentem ad pœnam exceptione doli repellere poteſt. 3.*

*Qvod etiam in conventionalibus procedit. 4.*

*Repellitur etiam pupillus hac exceptione, ſi ex ſoluta pecunia ſit locupletior factus denuo petat. 5.*

*Vendens rem vitioſam ſciens ſcienti rem vitioſam, adjecta pœna conventionali, ſi agat poſtea non repellitur exceptione doli. 6.*

*Stipulantem pœnam exceptione non repelli colligitur. 7.*

*Qvi promiſſam rem petit & obtinet, non poteſt ad pœnam adjectam ſine metu hujus exceptionis agere. 8.*

*Creditori amiſſo ſua culpa pignore ſibi tradito petenti debitum obſtat hæc exceptio. 9.*

*Minor rem donatam donatione reſciſſa, repetens qvatenus hac exceptione repelli poſſit. 10.*

*Petenti legatum ex teſtamento in qvo nihil ipſi relictum apparet, opponitur hæc exceptio. 11.*

*Abſtinens ab hæreditate, accepta pecunia repellitur hac exceptione ſi poſtea rem hæreditariam petat. 12.*

*Uſufructuarius conſentiens in alienationem rei, ex qva fructus cepit, an ſi poſtmodum fructus petat exceptione doli repelli poſſit. 13.*

*Contra doli exceptionem non datur doli replicatio. 14.*

*An hoc utroqve modo procedat, ſi actor agat de damno vitando & de lucro. 15.*

*Limitatur in filiofamilias, qvi ſe patremfamilias dixerit, & tamen SCtum Macedonianum oppoſuerit. 16.*

*Contra qvos exceptio doli locum non habeat. 17.*

*An procuratoris dolus noceat principali. 18.*

*Delegatus, ex qvo confeſſionem debiti extorſerat dolo delegans, non poteſt opponere exceptionem doli contra illum, cui delegatio facta. 19.*

*Exceptio doli qvatenus ſucceſſoribus obſit. 20.*

*Exceptio, qvæ cedenti opponi poteſt, opponitur etiam ceſſionario. 21.*

*Exceptio metus qvomodo differat ab exceptione doli 22.*

HAeres Titii non vult adire hæreditatem ut 1 ære alieno obrutam, creditores dicunt, ſe velle partem creditarum pecuniarum remittere, securé ipſum poſſe adire. Unus Creditorum tacet, ut hæredem illaqvearet, & poſtea petit integrum debitum, qvi repellitur exceptione doli; nam & diſſimulatio taciti pacti vim interdum habet, arg. *l. 38 §. 3. de V. O. Donell. l. 22. c. 6. poſt lit. F.* Promiſſio donandi animo inter 2 vivos facta ab ægro marito uxoris ſuæ conſobrino, ut eam uxori reſtitueret, ſi hic convaleſcat, datur contra petentem conſobrinum exceptio doli; qvia uxori non licet habere rem hanc donatam vid. *Barb. ſ. ad L. qvæ dote 31. n. 90. ſ. q. Zoeſ. hic n. 7.* Si pœna dicta in arbitrio 3 ſeu compromiſſo, & ego non paruerim ob morbum, vel aliam cauſam ſonticam impeditus, agenti ad pœnam recte objicitur exceptio doli, per §. 2. Qvod hic in conventionalibus etiam verum 4 eſſe dicit Zoeſius contra Accurſium, qvod difficultas etiam a pœna conventionali excuſet. Si 5 ſolverim pupillo, & is ex pecunia ſoluta locupletior factus, ſi denuò petat pupillus, repellitur exceptione doli. §. 4. h. l. Qvando qvis 6 rem vitioſam ſciens ſcienti idem vitium vendit, & ſtipulanti pœnam, ſi res vitioſa foret, promittat, & vitio apparente poſtea conveniatur venditor ab emptore, venditor verò oppo-

nat exceptionem doli, merito hæc repellitur per
7 *§. 5. h. l.* Ex qvo probat *Zaſius*, ſtipulantem pœ-
nam non repelli exceptione doli. Sed ſi ſub
8 pœna promiſerim rem, & poſt moram à me con-
tractam tu rem petas & obtineas, poſtea verò
ad pœnam agas, repelleris exceptione doli,
qvia ſi homo petitur & datur, pœnæ locus eſſe
neqvit, qvia conditio deficit. Ergo ſtipulator
eligat alterutrum; Unius autem petitio alterius
liberationem adfert per exceptionem. *§. 7. h. l.*
9 *Zaſ. hic & Don. l. 22. c. 6. poſt lit. C.* Si creditor
pignus ſibi traditum culpa ſua perdat, ſi debi-
tum petat, repellitur exceptione doli. *§. 8. h. l.*
10 Si minor mihi ſervum donaverit, & eum poſtea
repetat reſciſſa donatione, exceptione doli re-
pellitur, niſi alimenta aliosqve ſumptus factos
velit reſtituere. *§. 9. h. l. P. Barboſa ad L. divor-
tio. §. fin. p. 1. n. 58. ff. ſol. matr.* qvod in omni-
11 bus vindicationibus obſervandum. Si ex teſta-
mento legatum aliqvod petas, cum tamen con-
traria voluntas appareat, repelleris exceptione
doli, per §. 10. de qvo ſupra actum *de Adimend.*
12 *leg.* Si qvis, cum ei certa portio hæreditatis, in
qva ipſi ſubſtitutus ſum, vel fundus relictus eſ-
ſet, à me aliqvid acceperit, ut ab hæreditate abſti-
neret, & poſtea fundum ab hæredibus petat, re-
pellitur doli exceptione, qvia ſimulat ſe hære-
ditatem repudiare, qvi pretio accepto habet,
qvod ejus vice fungatur, per *§. 11. Donell. l. 22. c. 6.*
13 *lit. S. & ibi Hill.* Si Dominus fundum, in qvo
uſumfructum habeo, vendat me conſentiente, ſi
uſumfructum petam, obſtat mihi exceptio do-
li, qvia conſentiendo in alienationem videor
uſumfructum remiſiſſe. *§. 12. h. l. Donell. l. 22.*
14 *c. 6. lit. O.* Doloſi excipientis melior eſt condi-
tio, qvam doloſi agentis, & ideò contra doli ex-
ceptionem non datur doli replicatio. *Klok. vol. 2.
conſ. 59. n. 43.* conf. *Petr. Barb. ad L. viro atqve
uxore. n. 21. ff ſolut. matr. Donell. l. 22. c. ult. lit. L.
& M. & ibi Hilliger, Zaſius hic.* nam in pari cau-
15 ſa melior eſt cauſa rei, vel poſſidentis. Et hoc
maximè verum, qvando actor ageret de lucro.
Sed licet de damno vitando ageret agens,
non tamen poſſet opponere exceptioni doli re-
plicam doli. *Roman. conſ. 285. Celſ. Bargal. de
dolo l. 4. c. 3. n. 24. Klock. d. conſ. n. 46.* Æqvius ta-
men eſt ſeqvi diſtinctionem inter damnum &
16 lucrum, & eam ſeqverer in foro. Contra filium-
familias, qvi opponit SCtum Macedonianum,
ſiſe dixit patremfamilias, opponi poteſt replica-
17 tio doli. *§. 14.* Adverſus parentem, patronum
& ſimiles exceptio doli locum non habet,
qvia, licet non ſit famoſa, ſugillat tamen famam
actoris, *§. 16. h. l.* Et ita hæc à parochianis Pa-
ſtori, à Studioſis Rectori, à Vaſallo Domino
opponi non poteſt. *Zang. d. c. 13. num. 103. Hill. d.
c. 6. lit. Aa.*

18 In §. 14. qværitur: an procuratoris dolus
noceat principali. Et procuratoris in rem ſuam
dolus nocet, procuratoris ſimplicis non; niſi
poſt litem conteſtatam dolum committat, aut
procurator ſit generalis *§. 18. & ſeq. & ibi Zaſius.*
Porro, ſi tu dolo extorſeris confeſſionem debiti 19
Cajo, & Cajum mihi delegaveris, ſi Cajum con-
veniam, non poteſt mihi opponi exceptio doli,
qvia meum conſeqvor, & Cajus mihi delegatus
promiſit, per *§. 20. & ſeqq. h. l.* Ideo puto, ſecus
eſſe, ſi cederet mihi dolo extortam confeſſionem.
Nam ubicunqve dolus admiſſus eſt in actionis 20
acqviſitione, cuicunqve ſucceſſori etiam ſingu-
lari ea utenti actione obſtabit exceptio. *Manut.
part. 6. m. 9. n. 24. Zang. d. c. 13. num. 75.* ſcilicet
ſi ex lucroſo titulo ſuccedat, non oneroſo; niſi &
hic acceſſione autheris utatur. *Zaſ h. t. n. 11. Dn.
Struv. th. 36. vol. 2.* ſi ſucceſſor ſingularis doli par-
ticeps. *§. 31. h. t.* conf. *Chriſtinæus vol. 2. dec. 117.
n. 10. & ſeq.* ſic hæredi contra legatarium dedi-
mus in Facultate exceptionem doli, menſe Mar-
tii anno 1668. Colligit etiam ex *§. 27. Dn. Me-* 21
*vius p. 4. dec. 295.* exceptionem, qvæ cedenti op-
poni poteſt, poſſe etiam opponi ceſſionario.
*Zang. p. 3. c. 26. n. 313.* ex qvo mea declaratio ad
§. 20. probatur. Exceptio metus eſt in rem
ſcripta, & in eo differt ab exceptione doli, qvod
exceptio metus contra omnem detur actorem, ſi
in eo negotio qvid metu commiſſum ſit. *§. 13. h. l.
L. non intereſt. 5. C. de his qvæ vi metuqve. Zang.
d. c. 13. num. 99. & ſeq. Wammeſ. conſ. 5. cent. 4. n.
17. & qvos refert Hill. ad Don. d. c. 6. lit. I.*

## ad L. Purè. 5. §. fin.

### SUMMARIA.

*EXceptio doli non finitur biennio ſed perpetuo competit. n. 1.*
*Perpetuitas qvomodo hic explicetur. 2.*
*Qvæ ſunt ad agendum temporalia, ea ad excipiendum ſunt perpetua. 2.*
*Qvod limitatur. 4. 5.*

NOn ſicut de dolo actio biennio finitur, ita 1
etiam exceptio; nam hæc perpetuò com-
petit, cùm actor qvidem in ſuâ poteſtate habeat,
qvando agere velit, is autem, cum qvo agitur,
non item. *Zang. d. loc. n. 78.* Unde Dd. eliciunt 2
regulam: Qvæ ſunt ad agendum temporalia,
ea ad excipiendum ſunt perpetua. *Zang. d. loc.
Scacc. de Appell. qv. 19. remed. 1. concl. 7. num. 4.
Klock. vol. 1. conſ. 11. n. 337. & conſ. 14. n. 154.* Et 3
qvidem perpetuitas hic ſumitur naturaliter, ad-
eò ut etiam poſt 30. poſt 40. poſt 100. annos de-
tur exceptio. *Hilliger. ad Donell. l. 22. c. 2. lit. O.*
Limitant tamen hanc regulam, niſi exceptio per 4
viam actionis & implorationis judicis in judicio
proponi potuerit; nam tunc exceptio non eſt
perpetua, ut exceptio non numeratæ pecuniæ,
& reſtitutionis in integrum exceptio. *Gomez. t. 1.
reſol. c. 11. n. 20. Dn. Mev. p. 3. dec. 333.* vid. *not.
ad l. 9. §. 4. de jurejur.* niſi in poteſtate rei non
fuerit, ut ageret, vel agere non potuerit. *Oddus
p. 1. de Reſtitut. q. 19. num 52. Guttierez. de juram.
confirm p. 3. c. 1. n. 22. Covarr. in pract. qvæſt. c. 25.
n. 4.*

5 *n. 4. Mev. d. l.* Sed & notandum exceptionem generalem ex aliis exceptionibus ortam non eſſe perpetuam, ſed illarum naturam imitari, v. g. exceptio doli non datur poſt biennium, ut ſupra dixi. Ergo *hic §.* de exceptione doli ſpeciali intelligendus eſt *Donell. l. 14. c. 38. lit. C. & ibi Hilliger.*

### ad L. Si opera. 6.

*Duo caſus notantur, qvibus debitor, qvi non ſolvit etiam exceptionem doli habet. n. 1. 2.*

1 INterdum, licet non ſolverit, debitor habet exceptionem doli, v. g. hic habentur duo caſus. 1. ſi debitor obtulerit creditori debitam pecuniam, & ille eam pecuniam oblatam recipere recuſet citra juſtam cauſam, hæc ſola oblatio debitorem non liberaret; ſed ſi per caſum fortuitum amitteret pecuniam, eſſet liberatus, non ipſo jure, ſed per exceptionem doli; qvod notandum.

2 Alter caſus eſt: ſi debitor non ipſi creditori, ſed ejus creditori, cui creditor debet, ſolverit, etiam per exceptionem liberatur debitor, & non poteſt non ratam habere ſolutionem, niſi creditor habeat ſuam exceptionem contra ſuum creditorem, aut illi ſua utilitas auferatur. *L. ſi debitor 16. h. t. Trentac. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 11. n. 9. & ſeqq. Dn. Mev. p. 3. dec. 360. n. 3.*

### ad L. Dolo. 3.

DOlo facit, qvi petit, qvod redditurus eſt, *hic & l. 173. de R. J.* Hæc regula communiter non habet locum in Interdictis, ſecus in foro conſcientiæ. Nam qvi ſcit ſe reſtituere debere, malè ſibi arrogat poſſeſſionem ad interim. *Klock. vol. 1. conſ. 40. n. 18.* & qvos allegavi *in proc. civili cap. 1. n. 11.*

### ad L. Si procurator. 9.

PRocurator rei pecunia corruptus ab actore, patitur ſe vinci, actor actione judicati agit contra reum, an poteſt ſe reus exceptione doli defendere? Affirm. Sed actor non poteſt pecuniam repetere à procuratore, qvia juſtius manet apud eum, qvi decipi ſe paſſus eſt, qvam apud decipientem actorem. *Zaſ. hic & Donell. l. 22. c. 10. poſt lit. L.*

### ad L. Procurator. 11.

DOlus procuratoris commiſſus ante litem conteſtatam non nocet Domino, ſed aliud ſi poſt litem conteſtatam commiſſus, qvia jam eſt Dominus litis factus. Idem in tutore. Vid. *notata ad l. 4. §. 18.*

### ad L. Fidejuſſor. 15.

*SUMMARIUM.*

*An ſpecies pro qvantitate ſolvi poſſit?*

FIdejuſſi pro venditore res evincitur, conveniorratione fidejuſſionis, condemnor ad præſtandum intereſſe. Offero poſtea me velle rem ipſam præſtare emptori cum eo, qvod prætera emptoris intereſt, emptor recuſat recipere rem, qvia aliud pro alio accipere non tenetur; & oblatio hæc non convenit judicato, ſed datur hic mihi exceptio doli contra emptorem, & tenetur accipere prædium, qvia qvantitas debetur propter ſpeciem, & ita ſpecies ſolvi poteſt pro qvantitate, ſi præterea aliorum damnorum emendationem offeram. *vid. Zaſ. hic in fine. Crotus ad l. 5. Inſulam de V. O. n. 50. & ib. Jac. de Nigris n. 206. Caballinus de Evict. §. 2. num. 21. Hering. de fidej. c. 27. p. 4. num. 74.*

### ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*PEtens id, qvod ex debito per errorem promiſſum exceptione doli repelli poteſt.*

SIqvis per errorem qvid promittat indebite, datur ipſi exceptio doli: ut ſi pater ruſticanus promittat, ſe filiam elocatam aliturum, & tamen ſimul futuras dotis promittat, cum tamen marito non debeantur uſuræ dotis ſi eam non exhibeat, nec onera matrimonii ferat *Jo. Barb. ad Rubr. ff. ſol. matr. p. 4. n. 12.* Error autem hic licet ſit juris, ruſtica tamen non nocet. Vid. *Donell. l. 22. c. 6. lit. L. & ibi Hilliger.*

# Titulus V.

# Qvarum rerum actio non datur.

### Ad L. Jusjurandum. 1.

*SUMMARIA.*

*Jusjurandum qvod qvis detulit, impugnare non poteſt. n. 1.*

*Exempla ſubjiciuntur. 2.*

*Juramentum in rem alteri prodeſt; pro perſona verò præſtitum ſecus 3.*

*Regulæ intervallum temporis ſæpe elidere præſumtionem doli, caſus .. 3.*

1 ACtio interdicti non datur ipſo jure; ut ſi promittam: ut turpe qvid facias, vel datur qvidem, ſed inutilis eſt ex vitio connato, vel utilis qvidem eſt, ſed ex poſt facto eliditur. *Gl. & Zaſ. in Rubr. h. t.* Ad ultimam ſpeciem pertinet juramentum, ſi juravetim me non debere, te deferente, qvia juramentum vicem rei judicatæ obtinet, de qvo *Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 2. n. 21. & ſeqq. Hillig. in Don. lib. 24. c. 15. lit. A. Umentus ad Proceſſ. diſp. 8. n. 43.* Nam tunc defi- 2
nitivè abſolvendus eſt is, qvi juravit ſe non debere, vel ſe non promiſiſſe matrimonium. *Carpz. Juriſpr. Eccl. l. 3. def. 51.* vide. *not. ad l. 16. de re judic.* Sed juramentum, aut pro per- 3
ſona, aut in rem præſtatur. Nam ſi fidejuſſor juret ſe non teneri, nihil hoc proderit principali, ſed ſi juret, planè id debitum non eſſe, omninò

proderit *§. 3. h. l.* Qvæ onerandæ libertatis cauſa promittuntur à liberto, v. g. ut toties ſolvat 10. qvoties Dominum offenderit, ex iis pactis actio non datur, qvod in *§. ſeq.* temperatur, ſi id in continenti ſeu tempore manumiſſionis fiat, non ſi ex intervallo. Unde colligitur, intervallum temporis ſæpe elidere præſumptionem doli.

### ad L. Si filiofamilias. 2.

*SUMMARIA.*

*EX juramento filii patri datur exceptio. n. 1.*
*Sciens à luſuro ſe emere, evictionem petere non poteſt. 2.*
*Idem in colluſore. 3.*
*Ad ludum credens repetere neqvit. 4.*

1 EX juramento à filioſam. præſtito datur exceptio patri. In *§. 1.* hæc ſpecies facti: Ludere vis ludo illicito lucri cauſa, ſed deſtitueris pecuniâ, ideoqve mihi vendis argentea cochlearia duo, ut ludas; & ſcio te ad ludum expenſurum. Poſtea illa cochlearia mihi non evincuntur, ago contra te ad evictionem præſtandam, tu excipis pecuniam ad ludum eſſe datam, ergò non agitur ad evict. præſtandam. Elegans textus, teſtante *Cujac. ad lib. 71. Pauli ad Edictum.* Et nulla eſt diſtinctio inter colluſorem & alium. *Panormit. in c. Clerici de vita & honeſt. cleric. Caſpar Caballinus de Evict. §. 5. n. 78. & ſeq. Paris de Puteo de ludo. n. 24.* Et ex *hoc textu* colligitur, eum qvi ad ludum credit multo minus habere repetitionem. *Cujac. d. l. per l. 24. §. pen. ff. de Minor.*

In the right-hand column, margin number 2 stands beside the line "ptio patri. In §. 1. hæc ſpecies facti: Ludere vis lu-", and 3 beside "lib. 71. Pauli ad Edictum. Et nulla eſt diſtinctio in-".

# TIT. VI.
# De Litigioſis.

### Ad L. Litigioſam. 5.

*SUMMARIA.*

*LItigioſa demum fit res, ſi de ipſo rei dominio diſputetur. n. 1.*
*Fit etiam litigioſa per citationem validam. 2.*
*Actio perſonalis per litis Cont. fit litigioſa. 3.*
*Retroceſſio nominis litigioſi valet. 4.*

1 DEnunciatio; ne emam, rem litigioſam
non facit: ſed qvando reali actione ago,
ſcil. de ipſo dominio, non verò de ſervitute vel hypotheca; qvia hypothecaria actio
non reddit ipſam rem litigioſam, nec prohibet
2 alienationem. *Dr. Mev. p. 5. dec. 326.* Res fit
litigioſa per citationem *Nov. 112. c. 1.* modo citatio ſit valida & de dominio rei, non alieno
3 jure agatur. Sed perſonales actiones fiunt litigioſæ per litis conteſtationem; nam in his nihil
mutatum. *Trentac. lib. 2. tit. de judic. reſol. 17. Franc. lib. 1. reſol. 11. Menoch. l. 2. præſ. 97. & Hartman. Piſt. part. 4. qv. 40. Honded. lib. 1. conſult. 20.*
4 Sed qværitur: annon ceſſionarius ceſſum nomen, de qvo inſtituit actionem, poſſit retrocedere? videtur qvod non, *tit. tot. ff. & C.* Sed reſpondendum qvod ſic; qvia retroceſſio nominis litigioſi non eſt prohibita; & res facile ad ſuam priſtinam naturam revertitur. *Dn. Mev. p. 4. dec. 350.*

### ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*REi litigioſa ſacris dedicata, aut in potentiorem translatæ, pœna n. 1.*
*Rem litigioſam ſciens emens rem reſtituit, pretium ſibi vindicante fiſco. 2.*
*Dominus ab Eccleſia rem litigioſam repetere poteſt. 3.*

REs litigioſa non debet dedicari in ſacrum, 1
nec in potentiorem transferri, ſub pœnâ dupli applicandâ adverſario *A. Matth. ad l. 47. Pand. 13. c. 3. n. 10.* Sed emptor ſciens, rem red- 2
dit, privaturqve pretio, qvod Fiſcus vindicat *per l. fin. C. h. t. Gail. l. 1. obſ. 118. Klock. vol. 2. conſ. 55. n. 16. & conſ. 57. n. 63. & ſeq. & Don. l. 9. c. 10. lit. T.* An verò 4
Dominus contra Eccleſiam habet actionem? aff. per *hunc textum*, licet contrarium ſuſtineat *Matth. Steph. ad Nov. 112.*

# TIT. VII.
# De obligationibus & actionibus.

### Ad L. Obligationes. 1. & ſeq. 2.

*SUMMARIA.*

*ACtiones ex variis cauſis conceduntur. n. 1.*
*Obligationes ex contractu quotuplices. 2.*
*Obligationis ex re ſpecies. 3.*
*Commodati à mutuo differentia. ibid.*
*Qvomodo verbis obligemur. 4.*
*Qvæ res in obligationem deduci neqveant. 5.*
*Obligationum diviſio à forma. 6.*
*Furioſus & infans obligare neqveunt. 7.*
*Mutus & ſurdus ſtipulari non poſſunt. 8.*

4 OBligatio datur ex contractu, vel maleficio, aut ex variis cauſarum figuris, qvæ poſtrema verba ita interpretatur *Bach. ad prom. ad tit. de Pactis. num. 2.* qvod multa paſſim negotia occurrant, ex qvibus ut detur obligatio & actio, æqvitas ſvaſit; Et dederunt igitur condictiones generales, actiones in factum, ubi vix aliqva conventio præceſſit, ut in *L. Si me & Titium 32. de reb. credit.* conferatur idem *Bachov in tr. de Act. diſp. 4. th. 4.* conſentit *Hering. de fidejuſſ. cap. 20. n. 339.* ubi alios etiam citat Dd. Aliter *Donell. l. 12. c. 5. lit. C. & c. 12. lit. A. & utrobiqve Hilliger.* In *§§ ſeqq.* conti- 2
nentur diviſiones obligationum (1.) qvodalia obligatio fit re, alia conſenſu, alia verbis *§. 1.*
Obligatio re contracta eſt mutui contractus, qvi 3
in re-

in rebus fungibilibus qvæ numero, pondere & menſura conſtant.

In §. 2. talis eſt etiam commodati contractus. §. 3. qvi in eo differt à mutuo, qvod in mutuo transferatur dominium & ita caſus præſtetur, in commodato non præſtetur caſus, niſi culpa præceſſerit, ſed tantum culpa etiam leviſſima. §. 4. contractus re conſtans eſt etiam depoſiti, in
4 qvo ſolus dolus & culpa lata præſtatur. §. 5. Item pignoris contractus. §. 6. verbis obligamur in
5 ſtipulatione §. 7. & qvidem nomine proprio vel alieno, ut fidejuſſor. §. 8. Poſtea agitur de rebus, qvæ in obligationem deduci non poſſunt, ut qvæ in rerum natura nec ſunt, nec eſſe ſeparantur, vel non ſunt in commercio. vel qvando res
6 eſt, ut mea fieri denuò non poſſit §. 9. & ſeq. h. l. (3.) de forma agitur, qvod ſit vel obligatio pura
7 vel conditionalis, in qva conditio impoſſibilis vitiat obligationem. §. 11. Demum agitur de
8 perſonis, qvæ non poſſunt obligari, ut furioſi, & infantes. §. 12. & ſeq. Qvidam certos contractus prohibentur celebrare ob defectum ſenſus, ut muti vel ſurdi ſtipulari & ſtipulanti promittere non poſſunt. §. pen. & ult. h. l. In l. 2. agitur de obligatione conſenſu conſtante, cujus ſpecies enumerantur, de qvibus alibi agitur fuſius.

## ad L. Obligationem, 3.

*SUMMARIA.*

*OBligatio ex contractu non transfere dominium, ſed obſtringit ad dandum. n. 1.*
*Exceptiones hujus reg. 2.*

1 OBligationum ſubſtantia non in eo conſiſtit, ut aliqvod corpus noſtrum faciat, ſed ut alium nobis obſtringat ad aliqvid dandum, vel fa-
2 ciendum, vel præſtandum. Sed habet hæc regula ſuas exceptiones; nam interdum ex contractu transfertur dominium, ut in *l. ult. C. de SS. Eccleſ.* & aliis caſibus, qvos recenſuit *hic Zaſius*, & ſummatim recenſui in *l. traditionibus. 20. C. de pactis. L.* 4. de maleficiis agit & *l. 5.* de qvaſi contractibus. Item ſi qvis judex litem ſuam faciat, de qvo §. *4. d. l. 5. & Donell. & ibi Hillig. l. 28. c. 2. lit. A.* & *Donell. l. 15. c. 27. T. G. H. & not.*

## ad L. In omnibus, 6.

*SUMMARIA.*

*ACtiones temporales, noviſſimo die completo, finiuntur. n. 1.*
*L. obſtans reſolvitur. 2.*

1 TEmporales actiones non finiuntur, niſi noviſſimus totus dies præterierit. Videtur ob-
2 ſtare *l. 15. ff. de divarſ. præſcr.* Reſp. *hanc l. 6.* de perſonalibus actionibus loqvi, illam *l. 15.* de realibus. *Hillig. l. 5. cap. 19. lit. D. Harprecht. ad princ. inſt. de uſucap. n. 109.*

## ad L. Sub hac conditione, 8.

*SUMMARIA.*

*SUb conditione* Si volam *promittens, niſi dare velit, cogi non poteſt. n. 1.*
*Sub conditione,* Si voluero, *firma eſt ſtipulatio, ſi conſtiterit, cum ante mortem voluiſſe. 2.*
*Poteſt in voluntatem creditoris conferri ſtipulatio. 3.*

SUb hac conditione, *ſi volam*, nulla ſit obligatio, pro non dicto enim eſt, qvod dare, niſi velis, cogi non poſſis. Aliud, cum voluero; 1
ubi ſi ante mortem conſtituit ſe velle, non eſt inutilis ſtipulatio *l. 146. §. pen. de V. O.* Exceptio putatur eſſe in *L. Cum poſt. 69. §. gener. 4. de jure dot.* 2
In creditoris etiam voluntatem aliqvid conferri poteſt. *arg. l. 112. de V. O.* 3

## ad L. Filiusfamil. 9.

*SUMMARIA.*

*FIliusfam. in qvibus ſuo nomine ſine conſenſu patris agere qveat. n. 1.*
*Subjungitur ratio. 2.*
*Extenditur hæc lex etiam ad ſimiles caſus. 3.*

FIliusfamilias, ſi ei injuria facta ſit, vel depoſuit 1
rem aliqvam, vel commodavit, iſtis caſibus poteſt ſuo nomine agere citra conſenſum patris; poteſt etiam uti interdicto *qvod vi aut clam*, item actione furti vel populari; ſed difficile eſt ratio- 2
nem reddere, cur his actionibus filiusfamilias poſſit agere ſuo nomine. Recenſitis variis opinionibus, *Petr. Barb. in L. ſi longius 15. §. ſi filiusfamil. num. 7.* hanc reddit, qvod actiones, de qvibus hic agitur, introductæ ſint ob factum reſpiciens perſonam ipſius filii, nam v. gr. actio injuriarum concepta fuit in factum commiſſum contra perſonam filii. Sed hic non negatur, qvin pater de injuria filio illata ex propria perſona agere poſſit. *Barboſ. d. l. num. 75. & ſeq.* conf. *Wiſſenb. h. t. diſ. 25. th. 29.* Sanè ad ſimiles actiones hanc 3
legem extendi, probat *l. 18. §. 1. de judic. & l. 13. h. t. Donell. l. 17. c. 4. lit. M. & ibi Hillig.*

## ad Naturales. 10.

*SUMMARIA.*

*OBligationes naturales, ſi jure civ. ſuſtinentur, producunt actionem. n. 1.*
*Interdum ob ſolam æqvitatem actionem pariunt. 2.*
*Obligatio naturalis non inducit neceſſitatem ſolvendi, ex ea vero ſolutum repeti neqvit. 3.*

OBligatio naturalis interdum actionem pro- 1
ducit, ſcil. qvando jure Div. ſuſtinetur, ut pactum donationis, pactum legitimum. Ob qvæ, licet non ex iis, datur actio: Sed ſunt etiam obli- 2
gationes naturales, qvæ ſolo vinculo naturalis æqvitatis ſuſtinentur. Et neceſſitate ſolvendi 3
obligatum non adſtringunt, alios tamen effectus habent, qvia, ſi ex hac naturali obligatione qvid ſolvatur, repeti neqvit. *Borchold. de obligat. c. 1. n. 10. Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 2. n. 20. Donell. l. 12. c. 2. lit. E. & not.*

## ad L. Qvæcunqve. 11.

*SUMMARIA.*

*QVæ ex noſtro contractu originem habent, ea alteri non proſunt. n. 1.*

Exci-

*Excipitur fiſcus, qvi agit ex pacto ſui debitoris. 2.*
*Item pactum tutorum cum vidua, prodeſt creditoribus. 3.*
*Sic mutuo dato alii actio qværitur. 4.*
*Qvando qvis ex contractu alterius agere poſſit? ſummariè docetur. n. ult.*

1 QVæcunqve gerimus, cum ex noſtro contra-
ctu originem trahant, niſi ex noſtra perſona
obligationis initium ſumant, inanem actum ef-
ficiunt *Dd. in §. alteri. ff. de inut. ſtip.* Alias inanis
eſt ſtipulatio, ut nec ſtipulanti qværatur actio,
qvia noluit, nec ei, cui ſtipulatus, qvia non po-
tuit, *l. 6. in fin. C. ſi qvis alii vel ſibi & e. l. 26. C. de*
2 *jure dot. Don. l. 12. c. 16.* Sed ſunt tamen qvædam
perſonæ aut corpora excepta, ut in *l. 3. C. qvando*
*fiſcus vel privatus.* ubi fiſcus ex pacto ſui debi-
toris cum alio agere poteſt, ubi vid. *not. & Dn.*
*Mev. p. 2. dec. 94.* ſic & pro declaratione *hujus legis*
3 vide *not. ad l. 25. §. 2. ff. de pactis.* Sic pactum tuto-
rum cum vidua factum, v. gr. ut certam penſio-
nem annuam pro fructibus inferat, etiam credi-
toribus motô concurſu competit, qvaſi univer-
4 ſalibus ſucceſſoribus *Dn. Mev. p. 3. dec. 329.* Sic et-
iam mutuò dato poſſum alii actionem qværere.
5 *L. 4. C. ſi cert. pet.* In ſumma, qvi ex alterius con-
tractu utiliter vult agere, debet id agere ex man-
dato vel ceſſione, aut ex legis, ob utilitatem
communem, providentiâ, aut ex judicis ſupple-
tione, aut ex ſingulari privilegio, alias obſtabit
exceptio, tibi non competit actio. **Dn. Mev. p. 1.*
*dec. 203.*

## ad L. Omnes. 17. & duas ſeqq.

### *SUMMARIA.*

*SI debitor ex cauſa lucrativa ſpeciem debeat, liberatur, ſi ea ad creditores lucrative perveniat. n. 1.*
*Aliter in qvantitate. 2.*
*Dos apud maritum non eſt ex cauſa lucrativa. 3.*

1 OMnes debitores, qvi ſpeciem ex cauſa lu-
crativa debent, liberantur, cum ea ſpecies
ex cauſa lucrativa ad creditores pervenit, niſi
prius æſtimationem conſecutus ſit; nam tunc
rem ipſam petere poſſet *h. c & §. 6. inſt. de legat. &*
2 *l. 61. de ſolut.* Aliud in qvantitate, per *l. 34. §. 3. de*
*legat. 1 Zaſ. hic & Donell. l. 16. c. 5. Borchold. d. tr. de*
3 *oblig. c. 4. n. 8.* Sed in *l. 19.* qværitur, an dos ad
cauſam lucrativam pertineat, an verò ad onero-
ſam, ideo qvia maritus, cui dos promiſſa eſt qvaſi
creditor vel emptor.

## ad L. Contraxiſſe. 21.

### *SUMMARIA.*

*LOcus deſtinatus ſolutioni intelligitur locus contractus. n. 1.*
*Si ſine deſtinato loco literis ſe obligaverint, debitor in loco contractus conveniri poteſt. 2.*
*Intelligendus h. l. de qvæſtione, ubi qvis forum ſortiatur. n. 3.*
*Non ita qvoad alios effectus. 4.*

1 COntraxiſſe unusqvisqve eo loco intelligi-
tur, in qvo ut ſolveret, ſe obligavit; hinc
locus deſtinatæ ſolutionis pro loco contractus
habetur. *Caccheran. dec. ſ. 114. Romeyn. deciſ. 105. Riccellioti. dec. 1083. & 1615.* Et ſi de loco ſolutionis 2
convenerit, non attenditur locus contractus. Sed
ſi literæ v. g. cambii, perſcriptæ, vel aliud inſtru-
mentum, ita ut per illud inſtrumentum obligare
ſe voluerint partes, & nullus locus deſtinatæ ſo-
lutionis exprimatur, tunc creditor in loco contra-
ctus convenire poterit debitorem. *Gerpz. 3. dec.*
*216.* Interim hoc benè notandum, hanc l. locum 3
habere tantum in qvæſtione, ubi qvis forum ſor-
tiatur. De qva qvæſtione hic agitur. Sed qvo 4
ad omnes alios effectus attenditur potius locus,
in qvo verba contractus fuerunt prolata, qvam
locus, in qvem fuit collata ſolutio, v. gr. ratione
ſolennitatis, & in pertinentibus ad obligationem,
& corroborationem contractus, & ratione modi
obligationis. *arg. L. ſi fundus in dict. ff. de Evict. &*
*L. ſi fundus. ff. commun. div.* ita poſt plures alios *P.*
*Barb. in L. heres abſens. 19. §. proinde. n. 58. & ſeqq.*
*ff. de judic.*

## ad L. Cùm qvis. 22.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis n. 1.*
*Textus materiam diſputandi præbet. 2.*
*De qvo fidejuſſore textus intelligi poſſit. 3.*

VEndidiſti mihi merces, futuris nundinis Mar- 1
garetanis præſtandas, & cum in mora eſſes,
dediſti mihi fidejuſſorem, qværitur, cujus tem po-
ris æſtimatio & intereſſe conſiderandum? Reſp.
tempus, qvo fidejuſſor datus, qvia eo tempore in
mora fuiſti. Textus hic præbet diſputandi ma- 2
teriam, ut videre eſt ex *repet. L. vinum. ff. de reb.*
*cred. ſtil. Joh. Ant. Rubeus ibi n. 149. 151. 156. Paulus*
*de Montepico ibidem. n. 14. vol. 2. Zaſius hic,* confer
à me notata *ad d. l. vinum.* Fortè dici poſſet, 3
hic de fidejuſſore ſermonem eſſe, ſi is condemne-
tur, cujus temporis æſtimatio in condemnatione
ineunda ſit.

## ad L. Trajectitiæ. 23.

### *SUMMARIA.*

*CAſus legis. n 1.*
*Debitor ſi moram commiſerit, eam offerendo pecuniam, non purgat. 2.*
*Mora creditoris, debitori non nocet. 3.*

DEdi negotiatori pecuniam trajectitiam, de 1
qva, qvid ſit, dictum *ad tit. de fœnore nautico,*
& unà miſi ſervum meum, qvi à negotiatore
exigeret pecuniam cum uſuris nauticis, qvarta
die, poſtqvam in portum perveniſſet. Stipula-
tus etiam ſum pro operis ſervi certam pecuni-
am, qvæ hic pœna dicitur: Hæc pœna ſive pe-
cunia non ultra duplum debebatur. Servùs
cum adveniſſet, partem pecuniæ exegit, partem
petere deſiit, poſtea ex intervallo iterum inter-
pellat mercatorem, qværitur: an ejus tempo-
ris, qvo ſervus negotiatorem non interpellavit,
pecunia, ſeu pœna, exigi poteſt? Qvod affirmat
hic Africanus, & extendit reſponſionem, licet
merca-

mercator planè interpellatus non eſſet, ſi modò per mercatorem ſtetit, ut non ſolveretur; qvid ſi enim ſervus valetudine impeditus non interpellaret? Dies addita ſolutioni non ſolventem conſtituit in mora. vid. *Borcholt. in tr. de oblig. c. 3.*
2 *n. 15.* Sed in §. de illo qværitur, ſi mercator moram commiſerit, & poſtea pœnam vel pecuniam obtulerit, an pœna debeatur? Et affirmat hic JCtus, & purgatio moræ hic locum non habet; idem in Compromiſſo *l. Celſus ff. de recept. arb.*
3 Aliud ergo eſt, ſi per creditorem ſtetit, ut tamen modici temporis mora non attendatur. Conferri poteſt *Coraſius l. 2 miſcell. c. 6. num. 10. Bruckmannus voll 2. conſ. 21. n. 162. Crotus in repet. l. Inſulam. ff. de V. O. n. 28. vol. 6. Cujac. ad h. l. tom. 2. pag. 192. & p. 1998.* & omnes Dd. qvi de purgatione moræ ſcripſere.

## ad L. Si à furioſo. 24.

*SUMMARIUM.*

*QVando ex re obligatio eſt, ignorantes etiam obligantur.*

EX qvibus cauſis ignorantibus nobis actiones acqviruntur, ex iisdem cauſis nomine furioſi agi poteſt. Et qvando ex re venit obligatio vel locupletior redditur furioſus aut pupillus, ignorantes etiam obligantur, per *L. furioſus 46. h. t. Wesemb. in π. h. t. num. 17.* Et de hoc agitur paſſim.

## ad L. Cum ex uno. 32. & 34. & L. Qvoties. 41. §. 1. L. Plura delicta 53. & L. Pen.

*SUMMARIA.*

*SI plures actiones ex uno delicto fluant, ſubordinatè proponi debent. n. 1.*

*In concurſu actionum durior actio leniorem conſumit, non contra. 2.*

1 QVando ex uno delicto fluunt plures actiones, poteſt utraqve qvidem intentari, ſed non copulativè, per *l. 53. h. t.* ſed ſubordinatè, ut qvod prius intentata actione non ſum conſecutus, id ampliùs ex alterâ actione conſeqvar. Et ita etiam per ſubordinationem & eventualiter utraqve actio ſimul intentari poteſt; ſed judex non condemnabit ex utraqve *hic & l. 1. ff. arbor.*
2 *furtim cæſ. l. 29. ff. depoſiti l. 42. locati.* Ideoqve ſi altera actio durior ſit, altera lenior, duriore inſtituta conſumitur lenior; leniore inſtituta non conſumitur durior, ſed judicis officiô conſeqvitur actor, qvod in ea plus eſt *l. 31. §. 1. h. t. Anton. Matth. ad. l. 47 Pand tit. 1. cap. 4. n. 3. & Hillig. in Don. l. 21. cap. 3. lit. F* vid. *Pac. cent. 4. q. 3. Hillig. d. l. lit. P. Dn. Struv. th. 95. & l. 98. ad h. t.*

## ad L. Conſtitutionibus. 33.

EX delictis actiones non tranſeunt ad heredes delinqventium, de qvo multa dicta ſunt *de L. Aqvilia &* conf. *Bachov. de Act. d. 5. . 4.*

## ad L. Honorariis. 35.

*SUMMARIA.*

*ACtio rei perſecutoria, & contra heredem & ultra annum datur, ſecus in pœnæ perſecutoriâ. n. 1.*

*Limit. Si rei perſecutoria actio contra jus civile datur, annalis eſt. 2.*

*Alii utiliter qvadriennium tribuunt remedio reſciſſorio. 3.*

*Lucrum in pœnalibus, ab heredibus etiam poſt annum petitur. ult.*

REgula eſt; Honorariæ & Prætoriæ actiones, 1
qvæ ſunt rei perſecutoriæ, durant ultra annum, dantur in hæredem; ſed qvæ pœnam perſeqvuntur, ſunt annales, nec in hæredem dantur. 2
Prius membrum limitatur, niſi dentur contra jus Civile, ut actio reſciſſoria, qvæ datur actione prius reſtituta, licet ſit perſecutoria, qvia tamen contra jus Civile datur annalis eſt, ut ſcil. annum utilem duret, poſtqvam reſtitutio conceſſa, vid. *Wurmſerus lib. 1 tit 25. obſ. 4. num. 12.* 3
*Oddus de Reſt. q. 21 art. 3.* Licet alii cum *Duareno*, qvem laudat *Hillig. in Donell. l 21. c. 5. lit. T.* idem qvadriennium remedio reſcindendi & reſciſſorio tribuant qvorum opinio utilior eſſet. Idem in actione Pauliana redhibitoria, qvia etiam contra jus Civile datur. Poſterius mem- 4
brum declaratur, ut tamen in pœnalibus lucrum hæredibus extorqveatur vid. *not. ad l. 1. de privat. delict. & ad tit. de Calumniat. & Dn. Struv. h. t. th. 77.*

## ad L. Ceſſat. 36.

*SUMMARIA.*

*COndictio licet delicti mentionem faciat, famoſa tamen non eſt. n. 1.*

*Ob famam etiam de re minima datur appellatio 2.*

ACtiones qvædam perſonales retinent nomen generis, & vocantur condictiones, de 1
qvibus in *tit. 12. ff. & ſeq.* Et hæ licet ex cauſa famoſa deſcendant, delicti etiam mentionem faciant, ut condictio furtiva & rerum amotarum, non tamen ſunt famoſæ, qvia non ex furto palam agitur. vid. *Cujac. ad. h. l. tom. 2. p. 1409. Hill. in Don. l. 18. c. 8. lit. F. Dn. Mevius p. 3. dec 235. num. 7.* Hinc igitur, ſi res minima ſit qvidem, 2
de qva agitur, & ſic non admittatur appellatio; ſi tamen actio famoſa, ob famam dari poteſt. Sed ſi condictio inſtituatur etiam furtiva, propterea non dabitur appellatio. *Dn. Mevius d. l.*

## ad L. Non figura. 38.

*SUMMARIA.*

*VErbis tam ſcriptis qvam ore prolatis obligamur. n. 1.*

Borcholt. d. h. l. *opinio. 2.*

NOn minus valet qvod ſcripturâ, qvam qvod 1
vocibus lingvâ figuratis ſignificatur, vid. *Cujac. d. tom. p. 1411. Dor. & ibi Hill. lib. 14. c. ult. Gartias in L. Si unus. §. pactis. n. 64. ff. de pactis. Carpz. p. 2. c. 17.*

2 *c.17.d.8.n.3.* Borcholt. *hanc legem* ad obligationem, qvæ veteribus nominibus contrahi dicebatur, refert, *in tract. de obligat. c. 1. n. 19.* conf. *Ronchegallus ad l. 9. pr. ff. de duob. reis. n. 287.*

## ad L. Filiisfamil. 39.

### SUMMARIA.

*Filiusfam. ex omni cauſis obligari poteſt. n.1.*
*In profectitiis tamen & adventitiis ſine conſenſu patris non poteſt. 2.*
*In adventitiis verò extraordinariis libere contrahit. ult.*

1 FIliusfam. ex omnibus cauſis tanqvam paterfamilias obligatur, & ita cum eo agi poteſt, licet teſtari non poſſit, qvia ad contractum qvaliscunqve ſpes acqviſitionis probabilis ſufficit. *Gomez. tom. 2. reſol. c. 1. num. 2. Hill. in Don. l. 12.*
2 *c.24. lit. A. Joh. à Sande tit. 2. def. 2.* Sed in profectitiis & adventitiis conſentiente patre debet filiusfam, conveniri. *l. ult. §. fin autem. ff. de bon.*
3 *qv. lib. Don. lib. 17. c. 5.* In illis adventitiis, in qvibus pater non habet uſumfructum, in iis liberè poteſt contrahere & obligari. *Dn. Matth. Cuno de pactis. c.18. num. 8. Ant. Gomez. p. 2. cap. 1. num. 2.*

## ad L. Is cui. 42.

### SUMMARIA.

*Legans ſub conditione, creditor non eſt? ſecus ſi ſtipuletur. n. 1.*
*Limitatio Gloſſæ. 2.*
*A conditionali ſtipulatione altero invito recedere non licet. 3.*

1 LEgatur res ſub conditione, interim pendente conditione creditor non eſt, ſed ſi qvis ſtipuletur ſub conditione, interim eſt creditor; ratio diſcriminis eſt, qvia illa ſpes non transmittitur, ſed hæc, *Borcholt. in tr. de obligat. c. 3. n. 29.*
2 *& ſeq.* Notat tamen *Gloſſa* qvod legatarius etiam interdum crediroris loco ratione periculi futuri habeatur, ſc. ratione cautionis, immiſſio-
3 nis &c. Unde infertur, nec à conditionali ſtipulatione alterum poſſe recedere altero invito, nec in ſponſalibus conditionatis. *Carpz. l. 2. jurispr. Eccl. d. 21.*

## ad L. Obligationum. 44.

### SUMMARIA.

*Tempore non tollitur obligatio. n. 1.*
*Exceptiones variæ. 2.*
*Species §. fin. 2.*

1 AD tempus obligatio conſtitui neqvit, cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis, ſed tamen competit alteri exceptio pacti. *Ant. Gomez. tom. 2. reſol. c. 11. num. 21. Menoch.*
2 *conſ. 748. n. 3. Barb. l. 18. ax. 7. c. 8. ax. 41.* Sed regula hæc non eſt intelligenda de obligatione ſucceſſiva, ſeu multiplicativa, puto 10. annorum, qvamdiu vivam, ſed momentanea, *Rodericus de cenſib. l. 2. c. 15. n 36.* Alias exceptiones habet in Emphyt. *Don. l. 9. c. 13. l. A.* & in uſufructu *l. 10. c. 14. lit. a.*

In *§. fin.* agitur de hac ſpecie: Navem à te ſtipulatus ſum, & ſi non feceris, cer dari; qværitur an ſint duæ ſtipulationes, pura, altera conditionalis? Et affirm. pu qvá navem, conditionalis qva pecuniam ſti tus ſum. Si ergo moram feceris in faciend ve, an eſt in arbitrio meo vel navem peter pecuniam? Reſp. duas fuiſſe obligationes moram contractam, ſed exiſtente condi poſterioris priorem fuiſſe novatam per mo & transfuſam in poſteriorem obligatio *Borcholt. de oblig. c. 3. n. fin. Benedictus de Pl po in rep. L. Si qvis à ſocio. n. 19. ff. pro ſocio cobrinus conſ. 94. n. 154.*

## ad L. Arrianus. 47.

### SUMMARIA.

*IN dubiis liberatio arripienda. n. 1.*
*Sed excutienda prius circumſtantia. 2.*
*Infertur ex h. l. in dubio ſententiam pro reo fac*

PRoniores debemus eſſe ad liberandum, ad obligandum, *Barb. l. 1. d. tr. c. 15.* idqve etiam in ſervitutibus prædiorum l habet: *Padilla ad l. ult. n. 4. C. de ſervit.* ſcil. q do res dubia *Franzkius lib. 3. reſol. 4. num. 7 ckclib. obſ. 47. n. 38.* ideoqve nemo debet hac lege ad excuſandam ſuam oſcitantiam. bent circumſtantiæ prius cognoſci & in ind da veritate diligentia adhiberi, & poſtea ſunt utrinqve fundamenta, tunc in dub abſolvendum proniores eſſe debemus. P tur etiam ex *hac lege*, ſententiam in dub reo eſſe interpretandam. *Cravetta conſ. 74. & conſ. 188. n. 2. Decius conſ. 43. num. 10. vol. 5. conſ. 46. n. 3. Menoch. conſ. 114. n. 8 not. ad l. 4. §. 2. de ſuſpect. tut.*

## ad L. Ex contractibus. 49.

### SUMMARIA.

*Actio ex contractu contra heredem datu puniatur delictum. n. 1.*
*Dolus defuncti non nocet heredi, niſi in contrat lus intercesſerit. ult.*

ACtio ex contractu deſcendens tranſit in heredem, licet per eam delictum, lus puniatur, v. gr. qvando in tutela vel to dolus commiſſus eſt. *Vaſq. part. 1. contro c. 96. n. 27. in 7. limit. Farinac. q. 10. n. 76. li* Ex dolo defuncti non agitur contra herede ſi in contractu doloſè egerit.

## ad L. Contractus. 54.

COntractus imaginarii, qvatenus tale lum juris vinculum obtinent. vid. *n 55. ff. de contrah. empt.*

## ad L. In omnibus. 55. & ſeq

### SUMMARIA.

*Contrahentes de dominio transferendo, de re utriq. ſentiant. n. 1.*
*Promiſſio ſine acceptilatione invalida eſt. 2.*
*Idem in donatione. 3.*
*Acceptilatio, vel nutu etiam ex intervallo f teſt. 4.*

1 IN omnibus negotiis, qvæ dominium transfe-
runt, concurrat neceſſe eſt affectus ex utraqve
parte contrahentium, alias ſi aliud hic, aliud al-
ter ſentiat, perduci res ad effectum non poteſt.
2 vid. *ad l. 18. ſupr not. de reb. cred.* Et ita promiſſi-
oni accedat neceſſe eſt acceptilatio, ſine qva pro-
3 miſſio invalida, ut & in donatione. Et ideò,
ſi donatio, abſenti facta, non eſt rata, niſi abſens
acceptaverit, per *l. 10. h. t. Joh. à Sande l. 5. tit. 1.*
4 *def. 1.* & qvos ille allegat. Sed illa accepta-
tio ex intervallo fieri poteſt, ſi interim non revo-
cavit promiſſor, *Dn. Mev. p. 2. dec. 141.* Et ſuffi-
cit vel nutu acceptionem fieri. *Dn. Mev. d. l.*

## ad L. Sciendum. 58.

*SUMMARIA.*

*NEceſſitas reaſſumendi litem per Receſſ. Imp. remiſſa n. 1.*
*Reaſſumtionem tamen petere licet. 2.*
*In quibus caſibus nec ante R. I. reaſſumtio fuerit neceſſaria. 3.*
*Quando hodiè etiam poſt neceſſaria ſit 4.*
*Readſumtio, ubi recepta, etiam poſt ſententiam facienda. 5.*
*Reaſſumtio lites protrahit, ult.*

INſtantia litis ipſo jure tranſit in heredem, ad-
1 eò ut litis readſumtione non ſit opus, per
*allegata Berlich. p. 1. concl. 27. num 1. & ſeq.* conf.
*l. 78. §. pen. ad Trebell. l. 33. de fidejuſſ.* Sed uſus
poſtea introduxit neceſſitatem readſumendæ
litis, *Carpz. p. 1. juriſpr. c. 11. d. 16. & duab. ſeqq.*
*Berlich d. l. n. 3.* Sed neceſſitas remiſſa eſt per
2 *Receſſ. Imp. de anno 1654.* qvò mandata in nomi-
ne etiam heredis concipi jubentur. Licet ta-
men adhuc readſumptionem petere, ſi lubet forte
eò fine, ut de heredibus certius conſtet *Mev. part. 4. deciſ. 243.* ubi ſpeciali mandato opus eſſet, *Carpz p. 1. deciſ. 29.* Sane nec ante *Receſſum* curator bonorum tenetur readſumere proceſſum, *Carpz. dec. 36.* ſicut nec neceſſaria fuit defuncto procuratore, tutore, vel curatore, vel impubere majore facto. *Carpz. l. 3. reſp. 24.* Poſt receſſum illum hodie neceſſariam eſſe Readſumptionem, ſi ſucceſſor ſingularis, ſi inſtantia periit, etiam tradit *Blum. in jure Cam. tit. 67. num. 71.* qvando lis mihi cum debitore, & is mortuus reliqvit creditores concurrentes, hi etiam debent ad reaſſumendum proceſſum citari. *Mevius dec. 145.* Si heredes ſpontè aliqvem actum judicii expedierunt, non opus eſt eorum citatione ad readſumendam litem. *Mev. p. 5. dec. 2.* Ubi tamen readſumptio hodiè recepta, ea etiam poſt ſententiam facienda, ut docet *Carpz. p. 3 dec. 44.* Qvamvis fatear neceſſitatem readſumptionis multum protrahere lites, ut ipſe *Carpz.* fatetur *d. l.*

## ad *L.* Pupillus. 59.

*SUMMARIA.*

*PUpillus accipiendo pecuniam non obligatur. n. 1.*
*Obligantur tamen ejus expromiſſores. 2.*

PUpillus etiam pubertati proximus mutuam pecuniam accipiendo, ne qvidem naturaliter obligatur, *hic & l. 41. ff de condict. indebiti* ſcilicet ſi ipſam pupilli perſonam reſpicias, *Donell. l. 12. c. 22. lit. K. & ſeq.* alias ſecus reſpectu expromiſſoris, adpromiſſoris &c. Aliter reſpondet *Garcias in rep. L. Si unus §. pactus ff. de pactis n. 31. vol. 1.*

# LIBRI QUADRAGESIMI QUINTI

# TIT. I.

# De verborum obligationibus.

## ad L. Stipulatio. 1.

*SUMMARIA.*

*STipulatio utroqve loqvente & præſente fit. n. 1.*
*Intervallo modico non vitiatur. 2.*
*Interroganti nutu reſpondens non obligatur, liberatur tamen. 3.*
*Hodie fidejuſſor pro annuente tenetur. 4.*
*Reſponſio ſtipulationi ſit conformis. 5.*
*Limitatio. 6.*
*Diverſitas reſponſionis in qvalitate vitiat, non in qvantitate. 7.*
*Obſtantia §. 5. Inſt. de inut. ſtip. removetur. 8.*
*Exemplum, qvod utile per inutile non vitietur. 9.*
*Contrahentes in hoc contractu ſe mutuo debent intelligere. n. ult.*

1 IN hoc titulo brevior ero, qvòd à *Zaſio* ac *Do-*
*nello* ſinguli leges explicatæ ſint luculentiſſi-
mè. Stipulatio utroqve loqvente & præſente
expeditur, qvia verbis hic contrahitur, ideoqve
inter abſentes & ex intervallo fieri neqvit. Sed 2
intervallum temporis modicum non vitiat ſti-
pulationem v. g. ſi ſtipulanti abeunti & reverſo
reſpondeatur. vid. *l. 1. §. ſ. & Don. & Hu. l. 14. c. 36.*
*lit. P.* conf. *Zaſius hic & Weſſenb. th. 3.* Sed qværitur,
an, ſi interroganti nutu reſpondeam, obliger? 3
negatur §. 2. licet aliud in liberatione *l. 7. pr. de*
*Acceptilat. Donell. l. 14. c. 36. lit. L.* adeò ut nec fide-
juſſor obligetur *§. 2. h. l. Hering. de fidejuſſorib. c. 7.*
*n. 144.* licet hoc de fidejuſſore non videatur judi- 4
ciis noſtris convenire; nam ſi pro annuente &
mihi mandante, aut patiente fide jubeam, certe
noſtris moribus tenerer, qvia ex nutu ac manda-
to, aut patientia mea conſenſus colligeretur.

Reſponſio debet eſſe conformis ſtipulationi, ſi
5. autem difformis ſit, i. e. ſi qvid addat vel detra-
hat in qvalitate vel forma ſtipulationis, ut ſi al-
ternatio, dies vel conditio addatur, vitiata erit
6. obligatio §.3. niſi ſtipulatori diverſitas reſpon-
ſionis illicò placuerit; tunc enim alia ſtipula-
tio contracta videtur. *Zaſ. in h.l.tom.3.p. 459. & Donell. hic. & Bronchorſt. cent. 4. aſſ. 37. Zaſ. h. t. n. 15. Dn. Struv. th. 5.* Diverſitas reſponſio-
nis in qvantitate non vitiat ſtipulationem, qvia
major ſumma continet minorem §. *4. h. l.* &
qvæ differunt ſecundum plus & minus, in ſub-
7. ſtantia conveniunt. Diverſitas autem in qva-
litate vitiat, ut ſi interrogatio pura, reſponſio
conditionalis. *Hillig. in* Donell. *l. 14. c. 36. lit. R.*
Ergo ſi qværenti aut ſtipulanti de majori ſum-
ma reſpondeam de minori, vel contra, in mi-
non tamen ſemper concurrent. *Alexand. ad L. Diem proferre §. ſi plures. num. 9. ff. de arbitr. Bronchorſt. d. loc. Jaſon. ad L. Ex facto §. item quaro ff. de vulg. & pupill. ſubſt. n. 2.* cui non ob-
8. ſtat §. *5. Inſt. de inut. ſtipul.* qvi de valore totius
ſtipulationis loqvitur, ut communiter Dd. con-
ciliant, vid. *hic Zaſ. & Harpr. in d. §.5.n.4. Ricc. coll. deciſ. 1884. Vincent. de Franch. deciſ. 710.* Si
10. Pamphilum ſtipulanti, tu Stichum & Pamphi-
lum promiſeris, Stichus inutiliter adjectus ſti-
pulationem non vitiat §. *5. h. l.* qvia utile per
inutile in diviſibilibus non vitiatur *Harpr. in pr. Inſt. de Servit. n. 89. Barb. l. 19. c. 47. ax. 11.* Con-
trahentes in hoc contractu ſe mutuò intelligere
oportet, ſive per ſe ſive per interpretem minimè
fallacem. *Gadd. de ſtipulat. c. 3. concl. 10. n. 184. & ſeq.*

## ad L. Stipulationem. 2.

*SUMMARIA.*

*STipulatio alia in dando, alia in faciendo conſiſtit. n. 1.*

*Stipulationis diviſio in dividuam & individuam. 2.*

*Dividua vel individua ſtipulationes, qvomodo ad heredem tranſeant. n. 3.*

*Ratio: ejusqve extenſio ſubjicitur. 4.*

*Privilegiatus ſuccedendo non privilegiato hujus tantum jure utitur. 5.*

*Caballinus notatur. n. ult.*

1. STipulatio alia conſiſtit in dando i. e. ut do-
minium transferatur *l. 75. §. ult. h. t.* alia in fa-
ciendo, prout ſpecialiter & in oppoſitione ad
dandum ſumitur *Zaſ. hic. Donell. & Gadd.*
2. *c. 6. concl. 14. n. 176. & Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 27. th. 1. lit. K. Donell. hic.* Stipulationes aliæ ſunt divi-
duæ, aliæ individuæ §. *1. h. l.* Illæ ſunt, in qvibus
promittitur res dividua qvalis, & qvantitas, vel
certa ac ſingularis ſpecies corporis, ut Stichus,
qvi partes habet intellectuales. Individuæ
ſunt, ubi ſunt res indiviſibiles, ſive naturâ ſuâ,
ut omnia bene facta; item ſervitutes reales &
perſonales, excepto uſufructu, vel conceptione
verborum ſunt individuæ, ut ſtipulatio alter-
nativa vel generis, ubi parte Stichi ſoluta, non
liberor pro parte. vid. *hic Zaſ. & Donell. & idem Donell. l. 15. c. 6. Gad. d. tr. c. 6. concl. 22. num. 255. Mantic. de convent. lib. 14. tit. 36. Vultej. in princ. Inſt. de diviſ. ſtipul. n. 3.* Stipulationes & obliga- 3.
tiones dividuæ in qvemlibet heredem tranſeunt
pro parte hereditaria, ſed individuæ in ſolidum
§. *2. h. l.* Sed ille, qvi ſolidum præſtiterit, repe-
tere poterit à coherede actione familiæ hercis-
cundæ vid. *Vultej. d. l. nec non Zaſ. & Donell. hic.*
Ratio conſiſtit in regula communi, qvam ex *h.* 4.
§. probant, qvod conditio obligationis ex per-
ſona heredum non mutetur *Donell. l. l. 8. c. 18. lit. C. Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 217. Manzius in cent. deciſ. q. 24. §. 19.* Et rerum con-
ditio non mutatur ex mutatione perſonarum
qvod ad Nobilium ædes applicat *Dn. Mevius p.*
*3. dec. 181.* Et ſic privilegiatus ſuccedendo non 5.
privilegiato, non ſuô ſed defuncti jure utitur.
*Manzius d. l.* Sic Reſcripta moratoria licet non
obſint pupillis, Eccleſiis, aliud tamen eſt, ſi Ec-
cleſia vel pupillus privato ſuccedat. *Manzius d. l. n. 12. ex Fridebergio de morat. tit. 7. concl. 33.* id-
qve ad Receſſum Imperii de anno 1654. in pun-
cto uſurarum applicat *Dn. Manzius num. 15.* Sed
obſervandum eſſe monet *Cabalinus de divid.* 6.
*& indiv. p. 3. num. 95.* ad ipſam ſervitutem con-
ſtituendam contra unum ex heredibus ſi aga-
tur, non condemnari poteſt in totius rei æſti-
mationem, niſi ex proprio dolo conveniatur, &
arguit erroris *Bartolum*, qvod an *huic* §. conveni-
at, dubito.

## ad L. Eadem 4.

*SUMMARIA.*

*IN individuis factum unius heredis aliis præjudicat. n. 1.*

*In facto dividuo ſolus heres contra faciens tenetur. 2.*

IN individuis factum unius heredis præjudicat 1.
aliis, licet non ſint correi per §. *pen. l. 2. P. Barb. in l. 25. pr. n. 110. ff. ſolut. matr.* igitur in facto in-
dividuo à defuncto pœna ſit promiſſa v. g. per
me non fieri, neqve per heredes, qvo minus tibi
ire liceat, ſi unus heredem contra faciat, omnes
tenentur ad pœnam. Sed in facto dividuo v. g. 2.
me non amplius acturum ad fundum, ſolus heres
contra faciens tenetur, qvamvis *Caball. in tr. de divid. & individ. p. 3. n. 443.* [illegible] em in dividuis eſſe
putet, qvod ſuo loco relinqvo vid. *hic Zaſ. p. 478. & ſeq. & tom. 5. in novis intellect. pag. 74. Donell. hic p. 26. & aliquot repetitiones juri* [illegible] *vol. 6. & Bolognet. ad h. §. Zaſ. h. t. n. 48.*

## ad L. Stipulationum. 5.

*SUMMARIA.*

*STipulationes judiciales qvid? n. 1.*

*Qvid Prætoria. 2.*

*Qvid communes. 3.*

*De conventionali alleg. 4.*

*Stipulationis definitio. 5.*

Hodie

*Hodie ſolennitates ſtipulationum ſublata. 6.*
*Adpromiſſor non tantum indemnitatis fidejuſſorem, ſed alium etiam fidejuſſ. ſignificat. n. 7.*
*§. fin. admodum durus, ejus ſenſus. n. 8.*
Caballinus *de dividuo & individuo, eſt Molinaus. n. ult.*

1. STipulationes aliæ ſunt judiciales, quas exigit
judex de cauſa cognoſcens lite conteſtatâ fir-
mandi judicii cauſa, & parte renuente cogit re-
mediis Judici propriis, condemnando ſcil. ad
id quod intereſt, aut reum abſolvendo. *Donell.*
2. *lib. 14. cap. 36. poſt lit Z.* Aliæ Prætoriæ, quæ
Prætoriis autoritate conſtituuntur, antequàm ju-
dicium conſtituat qui juber cavere, & niſi parea-
tur remediis prætoriis, compellir, quo perti-
3. nent ſtipulationes ædilitiæ. *Donell. d. l.* Aliæ com-
munes ſunt, quæ modo à Prætore, modo à judice
4. decernuntur. Aliæ conventionales *Weſemb. π.
h. t.* de quibus loquitur *totus titulus n. 6. Mantic.
de lib. 14. tit. 7. n. 9. & ſeq. Gadd. d. tr. c. 5. n. 164 &
ſeq. Zaſ. hic. p. 489. & Donell p. 32. Idem Donell. l. 14.*
5. *lit. R. & lit. A.* Habetur autem in *§. 1.* definitio
ſtipulationis, quod ſit verborum conceptio, qui-
bus is, qui interrogatur daturum facturumque ſe,
quod interrogatus eſt, reſpondet. *Bachov. d. diſp.*
6. *27. th. 1. lit. E. Gadd. c. 1. concl 3. n. 21. & ſeq.* Hodiè
tamen ſolennitatem interrogationis & reſponſio-
nis abuſu receſſiſſe notat *Carpz. part 2. Juriſpr.
Conſt. 19. def. 17.* & res ipſa loquitur, poſtquam ex
ſerio ac deliberato pacto hodie actio datur. Sa-
tis accipere quid ſit, explicatur in *§. 2. & 3. h. l.*
7. ubi nota vocabulum adpromiſſoris accipi pro fi-
dejuſſore, non verò tantùm pro fidejuſſore in-
demnitatis, ut notat *Hillig. l. 15. c. 48. lit. B. §. fin.*
8. videtur durus eſſe, nam ex eo probant pœnam ad-
jectam dationi vel compromiſſo committi con-
tra omnes heredes in ſolidum, licet unus vel alter
heres paratus ſit ſolvere: Et ſic licet obligatio
dandi ſit dividua, tamen ob pœnam adjectam fie-
ri individuam; & ſic etiam eos hæredes, qui ſuam
partem offerunt, teneri tamen ad pœnam. Ini-
quiſſimum hoc vidè ipſe animadvertit JCtus,
ideoque dat heredi non moroſo regreſſum con-
tra coheredes: Sed regreſſus hic periculoſus, &
difficilis; quid ſi coheres non ſit ſolvendo, vel
difficulter ob potentiam conveniri queat &c.
Sanè ſi hæc mens hujus §. eſt, per ſtatuta locorum
9. corrigi meretur. Sanè *Caballinus* (ſeu ut ego
puto *Molinaus*, quia aliquo loco ſe refert ad tra-
ctatum ſuum de *contract. & uſuris*, qui procul du-
bio *Molinai* eſt) in erudito ſcripto de dividuo &
individuo *part. 1. n. 64. 66. 71. 79 87. 88. 89. &
part. 2. n. 573. & 580. & part. 3. n. 177.* acriter il-
lum communem intellectum refutat.

## ad L. Is cui. 6.

*SUMMARIUM.*

*PRodigus ſtipulando ſibi acquirere poteſt, non vero ſe obligare.*

IS cui bonis interdictum eſt, ſtipulando ſibi ac-quirere poteſt, tradere verò vel ſe obligare non poteſt, & ideò nec fidejuſſor pro eo intercedere poteſt, ſicut nec pro furioſo; quia enim interdicta ei adminiſtratio à lege, nulla ejus voluntas eſt, ſed quando adquirit, non quatenus prodigus hoc facit, ſed quatenus rem benè gerit. *Donell. l. 12. c. 22. lit. F. & ad h. l. & Zaſ. p. 493.*

## ad L. Impoſſibilis. 7.

IMpoſſibilis conditio affirmativa vitiat contractum, non vero negativa, quia impoſſibilis negativa in effectu eſt neceſſaria. *Durand. in tr. de condit. impoſſib. p. 4. c. 3.*

## ad L. 8. & 10.

*SUMMARIA.*

*SI in promiſſione eſt dies certus, & res præſtanda ante diem præſtitutum pereat, exſpectandus tamen eſt diei lapſus. n. 1.*
*Conciliatur cum* h. l. l. 10. h. t. *n. 2.*
*Fundans ſe in conditione, qua inſtrumento habetur, ejus eventum probare debet 3.*

IN *L. 8.* dicitur, ſi daturum ſe quis promittat 1.
Calendis Maji, & ea ſpecies, quæ danda eſt, in-
terim menſe Aprili pereat, ita ut jam certum
ſit eam præſtituto die ſolvi non poſſe, tamen ex-
pectandum eſſe diei lapſum, ſc. Calendas Maji,
niſi dies inutiliter adjecta. Sed ferè contradici- 2.
tur *huic l. 8. à l. 10.* ſed *l. 8.* loquitur de conditio-
ne collata in factum promiſſoris, *l. 10.* de condi-
tione caſuali. vid. *Zaſ. ad has ll. pag. 497. & tom.
5. pag. 78. Donell. ad tit. pag. 64. Idem Don. lib 15.
cap. 8. lit. B. & C. & c. 9. poſt lit. A.* nec *d. l. 8.* lo-
cum habet, ſi finiendæ obligationi tempus præ-
ſcribatur *Cephalus conſ. 436. n. 104.* Colligitur 3.
etiam ex *l. 10.* in quo inſtrumento conditio ha-
betur, eum, qui ſe in eo fundat, eventum condi-
tionis probare debere, & antequam hoc fiat, non
poſſe executivè ex eo agi. *Dn. Mev. p. 4. dec 373.
Dn. Thabor ad Barb. l. 3. cap. 43. ax. 12.*

## ad L. Si Titius. 9.

*SUMMARIUM.*

*POſt litis conteſtationem gratificationi locus non eſt.*

PRomiſit mihi ſtipulanti fundum, ſi Titio non dederis; poſt aliquod tempus ago tecum in judicio ex ſtipulatione, poſtea vis illud prædium Titio dare, quia res eſt integra, Titius nondum eſt mortuus, ergò & poteſt dari, ergo gratificationi locus; ſed hoc negatur, quia ego præveni Titium agendo; & hinc colligunt poſt litis conteſtationem non eſſe locum gratificationi. *Theſ. lib. 3. q. 60. n. 1.*

## ad L. Si ita 12.

*SUMMARIA.*

*IN alternativa quantitatis vel temporis quod ſpectandum. n. 1.*
*Quod in alternativa locorum. 2.*

IN alternativa quantitatis (decem aut quin- 1.
que) vel temporis, ſemper minor quantitas &
tempus remotius in obligatione eſt *Zaſ. hic p.
503. Donell. & Gadd. c. 8. n. 201.* In obſcuris mini-

mum ſequimur. *L. ſemper. de R. J. & c. in obſcu-*
2. *ris.30. de R. J. l.6.* Secus autem eſt in alternativa locorum. *Maneica lib.14. de tacitis & ambiguis conventionibus tit.39. n.13. & ſeq.*

## ad L. Qui ante calendas. 13.

QUi ante calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei, qui calendis quid ſtipulatur; quia verba hæc ambigua, & hunc ſenſum admittunt, ante finitas calendas; qui ſenſus magis pro reo facit. *Zaſ. hic p.504. Don. hic l.15. c.10. lit. A. & ibi Hillig.*

## ad L. Si ita. 14.

*SUMMARIA.*

*QUando agi poteſt ex ſtipulatu, ut ſi dies obligationi ex re ineſt. n.1.*

*Quid juris hic, ſi ob moram in parte operis aliquid damni contigerit remiſſivè 2.*

1. INterdum dies ineſt obligationi ex re, ut in opere faciendo, quod tractu temporis ad ſui perfectionem eget, & agi non poteſt antequam tantum tempus tranſierit, intra quod fieri poſſit
2. *Hering. de fidejuſſ. c.22. n.17. hic & l.37. h.t.* Si tamen ob moram in parte operis aliquid damni contigit, de ea parte agitur. *l.72. §. ult. h. t. Zaſ. hic pag.505. & Donell. hic pag.73. & lib.15. c.9. lit. E. & ibi Hill.*

## ad L. Si Stichum. 16. pr.

*SUMMARIA.*

*EX re alternativè debita, ſi alterutra ad creditorem pervenit, altera adhuc eſt in obligatione. n.1.*

*Si duo alternativè in obligatione, uno perempto, alterum ſolum deberi colligitur. 2.*

*Quod applicatur ad illum caſum, ubi res, cujus venditio reſcindenda, perempta. 3.*

*Stipulatio in ſingulos annos una ſtipulatio eſt. 4.*

*Obligatio hæc cur perpetua & incerta vocetur. 5.*

1. SI Stichum aut Pamphilum debeam, ſi alterutrer alias ad te pervenerit, ſimpliciter ad alte-
2. rum tibi dandum obligatus ſum. Ex quo colligunt, quando duo alternativè ſunt in obligatione, uno peremptô, alterum ſolum deberi. *Covarr. lib.2. reſol. c.4. num.13. Koppen. dec. 58.*
3. *num.34.* Unde quia ex *l.2. de Reſcind. vend.* alternativa petitio inſtituenda, re perempta agitur ad refuſionem reſidui pretii *Panorm. in C. cum delict. 10. ſeu fin. X. de Empt. Covarr. & Koppen. d. l. n.35.*
4. In §. 1. hæc ſpecies: Promiſit quis mihi annua decem, quæritur an ſit una ſtipulâtio? Reſp. quod ſic, ſecus quam legata, ubi primi anni purum, ſequentium annorum conditiona-
5. lia ſunt legata. Et exinde probat etiam perpetuam eſſe obligationem, non ad vitam promittentis, ut ſic interpretatur *Gloſſa* & Dd. veteres communiter, ſed quod ad heredem tranſeat, incerta promiſſio vocatur, quia omnia futura incerta ſunt, quæ infinitos annos promiſſa. conf. *Don. hic & Zaſius*, qui proponit exceptionem in donatione, & aliis.

## ad L. Si id quod. 22.

*SUMMARIUM.*

*SI conſenſus in corpore & non in materia, an nulla ſtipulatio, ut emptio.*

SI partes in corpore quidem conſentiant, ſed non in materia, emptio quidem non valet *l.9. §. fin de contrah. empt.* Sed ſtipulatio valet, quia ibi ſolvitur pretium, hic nihil; niſi dolo me fefelleris, vid. *hic Zaſ. p.518. & Donell. hic pag.87. & lib.12. c.7. ibique Hillig. lit. C. Pacius cent.1. q.59. Broneborſt. cent.2. aſſert.53. Gædd. de ſtipul. c.3. num.29.*

## ad L. Si ex legati. 23.

DEbitor ſpeciei liberatur quidem ejus interitu, ſi ſc. non ſit in mora, aut ipſe cauſam morti præbuit, Ergo poſt moram periculum eſt debitoris, vid. *not. l.5. ſupr. de reb. cred. l.72. de ſolut.*

## ad L. Generaliter. 26.

TUrpis rei promiſſio nullius eſt valoris, ſi ſcil. res per ſe turpis ſit, vel cauſa ejus turpis. vid. *Zaſ. p.522. & Donell. hic. p.93. & l.12. c.21. Pac. cent.7. q.28. Mantic. tit.13. n.22. & ſeqq.*

## ad L. Scire. 29.

*SUMMARIA.*

*QUot ſpecies vel ſumma, tot ſunt ſtipulationes. n.1.*

*Idem in contractu empt. vendit. 2.*

*Varias hujus rei limitationes vid. 3.*

TOt ſunt ſtipulationes, quot ſummæ aut ſpecies, ſeu pluribus rebus ſpecialiter copulativè vel disjunctivè deſignatis, tot emergunt ſtipulationes, quot ſunt vel ſummæ vel ſpecies, & 1.
adjecta ſumma non novat. *Zaſius hic in pr.* v. g. emo hunc librum 8. alterum novem, tertium 10. flor. Reſp. ſunt plures venditiones, & poſſum 2.
unius rei pretium hodiè ſolvere, & iſtud poſt duas ſeptimanas, quia ita non dividitur una ſumma, ſed ex diverſis contractibus diverſis vicibus fit ſolutio. Sic etiam, ſi plures res vendam, tot ſunt venditiones, quot res, licet una verborum conceptione promittantur. Limitat au- 3.
tem *hanc l.* plures *Zaſius d. l.* v. g. ſi acervus pecuniæ præſentis promittatur. (2.) ſi aliquid collectivum promittatur. (3.) ſi aliquid univerſaliter promittatur. v. c. omnes oves. (4.) ſi plures conditiones &c. *conf. Gædd. d. tr. c.16. concl.18. n.209. & ſeqq.*

## ad L. Sciendum eſt. 30.

*SUMMARIA.*

*SOlemnitas intrinſeca præſumitur. n.1.*

*Mandatum fidejuſſionem præceſſiſſe præſumitur. 2.*

*Caſus ubi alias præſumatur mandatum. 3.*

*Limitatur. n.2. ſive ipſe me fidejuſſiſſe dicam, ſive alius de me. 4.*

SI ſcriptum, me fidejuſſiſſe, videntur omnia ſolenniter facta, & ſic ſolennitas intrinſeca ex natura actus præſumitur. *hic & §. fin. Inſt. de fidejuſſ. Zaſ. hic p.532. & Don. Gail. lib.2. obſ.13. n.2.*

Menoch.

Digitized by Google

*Menoch. lib. 1. de præſume. q. 18. n. 9 & lib. 2. præſ.*
2, *23. n. 3. Hering. de fidejuſſ. c. 11. num. 115.* Et ſic
mandatum hic præſumitur, aut negotiorum ge-
ſtio, quando quis fidejuſſit, licet regulariter
3. mandatum non præſumatur, per tradita *Dd. hic*,
niſi ſit talis actus, qui non ſolet ſine mandato fie-
ri, ut ſolutio debitæ ab alio pecuniæ, vel acceſſit
diuturna ſcientia & patientia illius, cujus ea res
eſt. vid. *Menoch. l. 2. præſ. 33. Petr. Peckius ad cap.
24. de R. lib. 6. n. 7.* Sed ſuperiora vera, niſi con-
4. trarium conſtet. *Cephal. conſ. 693. n. 26.* Et nihil
intereſt, ſive de me ipſo dixerim, quod fidejuſſe-
rim, ſive de me alius, modò Relatio tertii contra
me fidem faciat, & in eo caſu verſemur. *Hartm.
Piſt. obſ. 173. n. 17.* Nec diſtingvendum inter pu-
blicum & privatum inſtrumentum. *Hartm. Piſto-
ris d. l. n. 38.*

## ad L. Si ſtipulor. 35.

*SUMMARIUM.*

*Venditio & locatio, ſi interveniat interrogatio & reſponſio, non degenerant in verborum obligationem.*

Ex *h. l.* quæ in cæteris non adeò notabilis, *§. fin.* notare ſolent Dd. contractum, qui con-
ſenſu conſtat, ſcil. venditionem, locationem, va-
lere, etiam ſi adhibita interrogatio & reſponſio,
nec vitiari, licet interroganti quis commodè non
reſpondeat, modo aliunde de conſenſu conſtet,
& ideò omnis interrogatio & reſponſio non fa-
cit verborum obligationem, quæ ſtricti juris eſt.
*Crotus in rep. Rubrica hujus n. 52. Verius n. 100.
Butigella n. 18. & cæteri. Vaſquius item & Gœdd.
Forſlerus*, quos refert *Hilliger in Donell. lib. 14. cap.
36. lit. I.*

## ad L. Si quis. 36.

*SUMMARIA.*

*Dolo inductus ad obligationem, actionem elidit exceptionem doli. n. 1.*

*Idem, ſi nullus dolus ſtipulantis interceſſit, ſed ipſa res in ſe dolum habet. 2.*

*Dolum ex propoſito & ipſa re æquiparari colligitur. 3.*

1. Si quis eum aliter eum conveniſſet obligari,
aliter verò per machinationem obligatus eſt,
erit quidem ſubtilitate juris obſtrictus, ſed ex-
2. ceptione doli uti poteſt, idem ſi nullus dolus in-
terceſſit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum ha-
bet; eum enim quis ex ea obligatione petit, hoc
ipſo dolo facit, quod petit. *Gœdd. cap. 3. concl. 7.
n. 91. & mult. ſeq.* Et hic *Don. pag. 109.* qui ſpe-
ciem facti rectius ſumit ex *§. 1. inſt. de except.*
3. quem probat *Gœdd. d. l. n. 95.* Collige, dolum
ex propoſitio & reipſa æquiparari, quæ tamen
comparatio ſecundum quid intelligenda eſt;
nam ex dolo in re non videtur actio doli dari,
ſed tantum exceptio doli, quia dolo videtur pe-
tere actor ex iniquo contractu. *vid. Habnius
ad Weſenbec. ad tit. de tranſact. num. 8. circa
finem.*

## ad L. Stipulatio iſta. 38.

*SUMMARIA.*

*In ſtipulationem non venit factum, ſed jus. n. 1.*

*Quod explicatur. 2.*

*Qui debet ſub die certa, ſolutionem anticipare poteſt 3.*

*Aliud ſi ad diem certum 4.*

*Particulam (cum) conditionem facere colligitur. 5.*

*Ex § 16. Caſus deciditur. 6.*

*Alteri ſtipulari non licet. 7.*

*Quod variè limitatur. 8. & ſeqq.*

Prolixa hæc lex eſt, ego pauca notabo In 1.
§. 6. notetur, non factum, ſed Jus venire in
ſtipulationem, i. e. ſtipulatio habere, licere, 2.
non ſolum id ambit, quod eſt meri facti, quod
ſervo competere poteſt, ut nuda detentio vel ſim-
plex tranſitus per fundum, ſed quod eſt juris, v. gr
poſſeſſio civilis, dominium, ſervitus. *Molinæus*
(nam citat ſuum Labyrinthum) *de div. & indiv.
princ. n. 11.*

Ad *§. 16.* Si quis debet ſub die certa, poteſt 3
anticipare ſolutionem, & citeriori die ſolvere,
*Don lib. 16. cap. 11. & quos refert ibidem Hillig.
lit. B. Et Dd. ferè omnes.* Sed aliud ſi ad diem 4.
incertum. Collige etiam particulam (*cum*) 5.
non minus facere conditionem ac particulam
*Si* Decidi poteſt ex *hoc §.* caſus, ſi ſcripſerit
mihi Titius, ut in nundinis Lipſienſibus Sempro- 6.
nio ſolvam 500 thal. zur gewöhnlichen Zah-
lungs-Zeit / ego ſolvo ſeptimana prima nundi-
narum, non expectata ſeptimana ſequenti. Pri-
ma autem die ſeptimanæ ſequentis ſe ſubtraxit
Sempronius, & ſolum vertit, quæritur annon
culpam admiſerim, quod tempus anticipaverim
contra mandatum, ſed reſponſum & deciſum
refert *Carpz. p. 2. dec. 132.* me non teneri, quia
licet anticipare diem & tempus illud der Zahl-
woche non debitoribus, ſed creditoribus præ-
ſcriptum; nec ad caſum fortuitum quis obſtrin-
gitur, niſi eum in ſe receperit, niſi etiam dolus
mihi imputari poſſit.

Ad §. 17. Alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi 7.
ſervus aut filius, quia ideò inventæ ſtipulatio-
nes, ut quisque ſibi acquirat, quod ſua intereſſe
putet, niſi adjecta pœna; quo caſu non inſpici- 8.
tur, quid interſit, ſed quantitas pœnæ, *hic & §. 18.
inſt. de inutil. ſtipul. & ibi Dd. Don. hic & l 12.
c. 16. & ſeqq. Bach. de diſp. 27. th. 2. lit. E. & ſeq.
P. Barb in L. Qua dotis 34. num. 136.* Eſt & alia 9.
exceptio, niſi verba obligativa & executiva ad
ſtipulantem ſint relata, & declaratum ſimul,
quod nomine tertii hoc fiat. Alia in *l. 45. ſolut.* 10.
*matr.* ubi in cauſa dotis avus maternus poteſt
favore dotis ſtipulari. Alia in *c. quanquam de
uſur. l. 16.* Sic ſacerdos in favorem miſerabilium 11.
perſonarum, ut eorum communis pater, ſtipu-
lari poteſt, *Zaſ. in l. 1. §. hujus ſtudii. num. 18. de
juſt. & jur.*

Ad *§. 20.* Permiſſum eſt ei, cujus intereſt al- 12.
teri dari, ei quoque ſtipulari, ſed ita ut verba ob-

ligativa ſeu obligantia in perſonam ſuam conferat, executiva verò tantum ad alterum referantur. Unde tamen ipſe, qui ſtipulatus eſt, tantum agere poteſt non alius, niſi actinne ceſſa *Jaſon. in §. 17. h. l. n. 47. Wammeſ conſ. 5. n. 1. cent. 4.* conf. *quos allegat. Alphat. collect. 107.*

## ad L. Cum qui calendis. 41.

§. quoties. 1.

*SUMMARIA.*

*SIquid promiſſum præſtandum certo menſe, non adjecta certa die, intelligitur de primâ menſis die. n. 1.*

*Quoties in obligationibus dies non adjicitur, præſenti die debetur. 2.*

*Secus ſi obligatio in diem concepta 3*

*Dies in dubio pro debitore adjecta cenſetur 4.*

*In Areſti impoſitione præciſe hora attendenda eſt. 5.*

1. QUicunque promittit calendis Januarii ſe daturum, neque addat primis vel ſecundis &c.
de primis hoc videtur intelligendum, niſi ex
præſumptionibus aliud colligatur *Cephal. conſ.*
2. *658. n. 34.* Quoties in obligationibus dies non
ponitur, præſenti die debetur, niſi locus adjectus
3. ſpatium temporis inducat; quod autem in diem
debetur, præſenti die non debetur, ſcil. quoad effectum, ut exigi poſſit. *l. 108. de V. S. Donell. lib.*
4. *15. cap. 8. lit. D.* Et dies ſemper in dubio pro debitore adjicitur, non creditore. *Don. lib. 7. c. 26.*
5. *in fin. & l. 16. c. 11. lit. A. Gædd. c. 11. n. 77.* Sed in
quibusdam negotiis, v. gr. Areſti impoſitione præcisè hora attendenda ut *Carpz. p. 1. jurispr. c. 29. d. 11.*

## ad L. Si quis. 43.

*SUMMARIA.*

*STipulatio, quâ ex ea præſtanda in arbitrium alterius conferuntur, conditionalis eſt. n. 1.*

*Quæ inutilis eſt, ſi alter arbitrium non recipiat. 2.*

1. STipulatio hæc, *arbitratu Lucii mihi reſtitues Cravetta conſ. 89. n 5.* vid. *not. l. 75. pro ſocio.*
conditionalis eſt ſtipulatio, & ſi Lucius non ar-
2. bitretur, inutilis eſt; & ita differt à legatis, nam
licet etiam hic intelligatur arbitrium boni viri, ſtatum tamen & modum obligationis hic conſtituit. *Zaſ. hic p. 570. Gædd. c. 8. num. 169. & Don. hic lib. 8. c. 15. lit. H.*

## ad L. Quodcunque. 48. §. 2.

*SUMMARIA.*

*Filia ex ſtipulatione patris poſt mortem ſuam ipſi facta, ex ſtipulatu agere poteſt. n. 1.*

*Quod limitatur. 2.*

*Particula* cum *vel* Si *an idem involvat. 3.*

1. SI quis pater ſtipuletur filiæ, poſt mortem ſuam, de quo videatur *P. Barb. in L. Gajus. n. 2. ff. ſolut. matr.* hæc capiet, licet non ſit heres pa-
2. tris. Secus ergo, ſi heredibus ſuis ſtipuletur;
nam tunc veriſimile eſt, quod pater cogitaverit liberos ſuos heredes futuros, quando ergo filiæ abſtinent, non poterunt agere ex ſtipulatione paterna *Carpz. p. 3. c. 10. d.* conf. *Menoch. lib. 3. præſ. 48* ubi conſtituit regulam, quod pater ſtipulans ſibi & liteeris, videatur iis ut heredibus ſtipulari; ſed aliud, ſi ſolis filiis, aut ſibi, ac fi-
liis difformiter. In §. *pen.* dicitur, nihil inter- 3.
eſſe, ſive quis dicat, cum veneris, vel ſi veneris, valet tamen ſtipulatio, cum volueris, non verò, ſi volueris *l. 46. §. pen. & ult.* nam expreſſa nocent. *l. 195. d. R. J. Don. l. 12. c. 7. & ibi Hillig. lit. H.*

## Ad L. Centeſimis 46. §. 2. & 3.

*SUMMARIA.*

*OBligatio in promiſſoris arbitrium conferenda non eſt. n. 1.*

*Secus, ſi ſtipulatio concipiatur,* Cum voluerit. 2.

*Ubi etiam rationes.*

CErtum eſt, in promiſſoris voluntatem confe- 1.
rendum non eſſe, an obligatus eſſe velit, in
*l. 17. h. t* Sed hoc modò, *cum voluerit*, hoc pot- 2.
eſt fieri, quia (1.) ita rectè tantùm in arbitrium hoc confertur, non expreſsè. *Donell. hic & Zaſ.* (2.) quia ita conſummatio obligationis in tempus confertur. Et ideò poteſt habere effectum, cum velle non poterit. Ergo vivente promiſſore agi non poterit, ſed eô mortuô contra heredem, ita *Joh. à Sande l. 3. tit. 9. def. ..*

## ad L. Si decem. 48.

*SUMMARIA.*

*STipulatio,* decem dabis cum petiero, *an conditionem habeat. n. 1.*

*Jus implendi conditionem non tranſit in heredes. 2.*

*Quod exemplo declarat. 3.* 1.

SI decem, cum petiero, ſim ſtipulatus, admonitionem magis, quo celeriùs reddatur, quàm conditionem habet ſtipulatio; & ideò licet deceſſero, priusquam petierim, non videtur defe-
ciſſe conditio. *Gædd. cap. 8. num. 167. Donell.* 2.
*lib. 15. c. 11. lit E.* Colligunt etiam ex *h. l.* Jus implendi conditionem non tranſire in heredes *Covarruv pract. quæſt. 39. num. 6.* ubi rationes recenſet *Gail. l. 2. obſ. 2.* Dd in *l. Qui Romæ. 122. §. Agerius in fin h. t. Gomez. tom. 2. reſol. c. 11. n. 36.*
*Gædd. de ſtipulat. c. 0. concl. 8. num. 177. & ſeqq.* 3.
Si itaque conditio exprimatur *ſi petiero*, ex ſola voluntatis declaratione dependet, hinc merè perſonalis eſt. *Covarr. pr. q. 39. Donell. l. 15. c. 12. & ibi Hill. lit. C.*

## ad L. Cum filiusfam. 49. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*FIdejuſſor obligationis non faciendi non tenetur, nec etiam principalis, ſi fidejuſſor contra faciat.*

CUm ſtipulatus ſum à te non fieri, & dediſti fidejuſſorem, ſi hic contra faciat, neuter tenetur. Unde inferunt, fidejuſſorem obligationis faciendi non teneri, ſi contra faciat. Quod in iis, quæ in non faciendo conſiſtunt, locum habet. *Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 28. th. 4. lit. F. & Zaſ. hic p. 582. n. 5.*

ad L.

## ad L. In illa. 50.

*SUMMARIA.*

*FActum alienum ſimpliciter promittens non obligatur. n. 1.*

*Secus ſi promittat, per ſe non fieri. n. 3.*

1. SI quis ſimpliciter alienum factum promittat,
nec ad id tenetur, ut curet §. *3. Inſt. de inutil.*
2. *ſtipul.* Sed ſi quis promittat per ſe non fieri, pro-
mittit etiam hoc, & quod ipſe curare velit, quod
neque culpa ſua fieri debeat, culpa autem ejus fieri
videtur, ſi potuit prohibere, & non prohibuit;
quia hic negativa implicitè continet affirmati-
vam, *arg. l. 109. de R. J. Donell. l. 12. c. 19 poſt. lit.*
3. *B. Zaſ. hic p. 583.* Et ſic vaſallus non tantum
nullum damnum debet inferre Domino, ſed
etiam prohibere ſuos, ne ipſi inferant. *Zaſ. hic n.
9.* conf. *l. 29. ff. locati.*

## ad L. In conventionalibus. 52. §. 1.

IN hac ſtipulatione, qua vacua poſſeſſio traditur, non continetur nudum factum, ſed cauſa bonorum, i. e. non ſufficit, ut poſſeſſio tradatur, ſed etiam ſine omni poſſeſſore tradat, & ita accipiat, ut in poſſeſſione aliis ſit melior & tutior. *Cujac ad l. 4. §. 1. de Act. empti tom. 2.*

## ad L. Cum quis. 55.

CUm quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſt, ſoli Titio, ut qui non obligationi, ſed ſolutioni adjectus eſt, non etiam ſucceſſoribus ejus rectè ſolvitur, quia mandatum morte diſſolvitur. *Streeba de Adject. part. 3. n. 88. ſeq. & p. 1. n. 43. & ſ. & Zaſ. hic p. 590.*

## ad L. Eum qui. 56.

*SUMMARIA.*

*PActum, quo unus ex hæredibus obligatur ad ſatisfaciendum creditori, non valet. n. 1.*

*An &, ſi defunctus in teſtamento unum hæredem obligaverit. 2.*

*Extenditur ad liberos. 3.*

*Limitatur ſi hypotheca conſtituta. 4.*

*Qui ſibi aut filio ſtipulatur filium ſolutionis cauſa adjeciſſe videtur. 5.*

*Limitatio* P. Barb. *ſubnectitur. 6.*

1. NOn valet pactum, ſi quis promittat debitum
dividuum ab uno hærede ſolutum iri; nam
hæredes ex ipſa l. 12. Tabb pro parte hæreditaria
tenentur, quod niſi per teſtamentum, ipſis adimi
nequit, & hæres ultra portionem ſuam pro extra-
neo eſt. *l ſervo legato 69. §. 2. de Leg. 1. & alios
textus, quos refert Franzkius num. 15. Carpzov. p. 3.
dec. 252. Chriſtinæus lib. 6. lib. 1. reſ. 6. num. 28 Gomez. l. 2. var. reſol. c. 11. dec. 23. & hos referens Dn.*
2. *Mevius p. 5. dec. 66.* Sed agitur hic de uno hære-
dum obligando, quod fieri non poteſt *l. 137. §.
ult. de V. O. Barb. ad prota ad tit. de pactis rubr. de
pactis Autorum. n. 2. pag. 643.* Sed quid ſi in te-
ſtamento unum obligaverit? *Franzkius* videtur
idem ſtatuere. Sed *Mev. reſp. d. l. n. 12. illum §. 2.
l. 69. de leg. 1.* poſſe de pactô intelligi, nam teſta-
menti non ſit mentio. Et hoe in liberis etiam 3.
quod nec illi ex obligatione perſonali poſſint in
ſolidum conveniri, tradit *Dn. Mev. p 5. dec. 67.*
Aliud ſi defunctus conſtituat hypothecam gene- 4.
ralem vel ſpecialem, nam tunc quilibet hæredum,
ſi hypothecam poſſideat, in ſolidum tenetur. *Dn.
Mev. d. p. 5. d. 68.* Ex §. *2. h. l.* notetur, qui ſibi 5.
aut filios emancipato ſtipulatur, videri filium ſo-
lutionis cauſa adjeciſſe; nam ſemper ea interpre-
tatio adſumenda, ut actus valeat, non ut pereat,
*P. Barb. ad L. Gajus ſol. matrim. n. 14.* ubi aliud 6.
eſſe dicit, ſi nomen filii præponat ſuo, quod ſuo
loco relinquo, nec omnes in hoc conſentiunt.

## ad L. Quoties. 59.

VIde *not. ad L. Evictis. 23. de uſuris.* & Dd. hic ſuper ea materia, an exiſtentia conditionis conſtituat in mora.

## ad L. Stipulatio. 61.

*SUMMARIUM.*

S*Tipulatio ſit concepta:* Si heredem me non feceris, tantum dare ſpondes, *an valeat.*

STipulatio hoc modo concepta; *ſi heredem me non feceris, tantum dare ſpondes*, inutilis eſt, contra bonos mores, & illicitum eſt & in honeſtum pœna adjectione aliquem velle adſtringere ad certam heredis inſtitutionem, quia adimitur libera teſtandi voluntas, *hic & l. 132. h. t. & L. Ex eo. C. de inutil. ſtipul. Gœdd. d. tr. c. 6. concl. 7. n. 60. ſeq. Decius conſ. 184. num. 1. & 10. Zaſ. hic p. 605. Honded. vol. 2. conſ. 44. n. 87. vid. Crotus & Butigella repetitio hujus l. vol. 6. repet. jur.* Et ideò, quia lex cupiditati hominum occurrit, nec juramento firmari talem contractum vetitum, cenſet *Covarr. ad Rubr. de teſtam. part. 2. num. 53. & ſeq.*

## ad L. Servus vetante. 62.

QUod ſervus ſtipulatur vetante Domino, ei adquirit, quod enim in Dominum tranſeat neceſſitatis eſt, non quia ſervus vult, ſed quia ſervus retinere nequit. *Donellus ad h. l. pag. 244.* Idem in filio non eſſe puto, ſed hodie filius ſibi adquireret.

## ad L. Si pœnam. 68.

*SUMMARIUM.*

*PRomittens, ſe mutuo daturum, ſi poſtea mentem mutet, ad quid teneatur.*

SI quis promittat, ſe mutuo daturum, & poſtea mutet ſententiam, tunc promiſſor tenetur ad intereſſe, cujus loco pœna venit in ſtipulatione expreſſa, & ſic erit ſtipulatio certi; aliàs ſi de pœna non convenerit, eſt incerti, & intereſſe probandum. *Zaſ. hic p. 616. Donell. p. 254.* conf. *Idem Don. l. 15. cap. 3.* ubi probat, poſt tempus, quo præſtandum erat factum, vel quo præſtari poterat, agi ad intereſſe.

## ad L. Si homo. 69.

*SUMMARIUM.*

*POena adjecta diſpoſitioni impoſſibili an committatur.*

POena adjecta diſpoſitioni impoſſibili non
committitur; ubi nulla noxa, nullum delictum, & hinc nulla pœna. vid. *Gædd. de ſtipul. c. 6. concl. 6. n 36.* conf. *Idem Gædd. d. c. 6. concl. 2.* ubi hanc regulam habet: In ſtipulationem venire non poſſunt, quæ neque in rerum natura extant, neque futuræ ſperantur. *n. 27.* Sed ſi emptor ſcivit, rem non poſſe præſtari, venditor vero ignoret, pœna debetur. *arg. l. 57. §. 2. de contrah. empt.*

## ad L. Stipulationes. 72.

*SUMMARIA.*

*Stipulationes ſervitutum & factorum plerorumq; dividi non poſſunt. n. 1.*

*Limitatur in factis ubi ſuccedit obligatio ad intereſſe. 2.*

*Diverſi caſus adduntur ubi præſtando intereſſe liberatio ab obligatione fieri poteſt. 3.*

*Moram nectens in efficiendo eo, quod facere promiſit ad quid teneatur. 5.*

1. STipulationes ſervitutum & factorum plerorumque ſunt individuæ, nam diviſio i. e. præſtatio pro parte, corrumpit ſtipulationem, i. e. implementum ſtipulationis, quæ non poteſt in parte impleri. *Molinæus de divid. & indiv. p 3. n. 54.*
2. In factis tamen ſuccedit obligatio ad intereſſe,
quod dividitur *Zaſ. hic. p. 627. Don. lib. 15. cap. 16. Galsaula in repet. h. l. d v. 6.* Unde regula, quod in obligationibus facti nemo præciſè teneatur ad factum, ſed poſſit præſtando intereſſe ſe liberare. *Dec. conſ 502 n. 8. l. 27. c. 10. lit. I. Ant Barb.*
3. *Locupl. lib. 13. c. 5. ax. 15.* Sic quamvis venditor
præciſè tradere rem teneatur, is tamen, qui vendere promiſit, non tenetur præciſè. *Dec. d. l. Alex. conſ. 212. n. 14. l. 6. Surdus conſ. 52. num. 13.*
4. Sic qui expectativam conceſſit, in caſum caducitatis feudi, non tenetur præciſè feudum tradere, ſed præſtando intereſſe liberatur. *Alvarott. in c. ſi falſa l. 2. feud. tit. 26. n. 8. & Iſernia. ibid. n. 1. & in prælud. feud. q 6. num. 45. Mynſ cent. 4. obſ. 61. n 14. Clarus §. Feudum. q. 26. n. 3. Roſenth. c. 6. concl. 6. n. 8. Sebrad. p 5. c. 1. n. 10. Klock. vol. 2. conſ. 4. n. 202. Berlich. p. 2. concl. 54. n. 59.* Secus, ſi abuſiva inveſtitura facta.
5. In § *ult.* dicitur, ſi quis promiſit inſulam
fulcire, poſt moram, qua non incepit, ad intereſſe conveniri poteſt, non ſc. totius operis, ſed quanti id eſt, quod cœptum non ſit. *Don. l. 15. c. 9 lit. E. & ibi Hillig.*

## ad L. Interdum. 37.

*SUMMARIA.*

*Pura obligatio quibus caſibus ex re ipſa dilationem accipit. n. 1.*

*Quomodo hæ ſtipulationes differunt. 2.*

*Reſignatio, die Loßkündigung/ quo tempore fieri debet. 3.*

1. PUra obligatio ex re ipſa interdum dilationem
capit, ſi v. g. id quod in utero eſt, vel fructus futuros, vel ædificari domum quis ſtipulatus
2. ſit; differunt tamen hæ ſtipulationes, quod fructuum futurorum ſtipulatio ſit conditionalis, ſi fructus naſcantur. *Natta conſ. 86. n. 2. Carpz. l. 4. reſp. 62. n. 5.* domûs verò ædificandæ ſtipulatio, eſt in diem. *Don. l. 15. c. 9. poſt. lit. E. & lib. 8. c. 30. lit. A. Zaſ. hic p. 620.* Ex *hac Lege* etiam probat 3.
*Dn. Mev. p. 3. dec. 144.* ſi reſignatio, die Loßkündigung utrique parti reſervata, & nullum tempus expreſſum ſit, quo fieri debeat, vel ſemeſtri ante terminum, quod tunc quidem omni tempore fieri poſſit; ſed aliud ubi ex ipsâ naturâ rei certus terminus aſſignandus, ut ſi prædium ruſticum locatum, & reſignatio placuerit, certè neceſſe eſt, ut tunc temporis fiat, quando arandi agri ad futuram ſementem.

## ad L. Stipulationum quædam. 47. Cum. l. ſeq.

*SUMMARIA.*

*Stipulationes quænam certæ & quæ incertæ. vid. n. 1. & 2 4. 5.*

*Dicens ſe alio probiorem eſſe ipſi injuriam non infert. 3.*

*Ex reſponſione teſtis alternativâ infertur incerta diſpoſitio. 6.*

STipulationes quædam ſunt certæ, quædam in- 1.
certæ. Certæ ſunt, quando exprimitur ſub- 2.
ſtantia, quantitas & qualitas; ſi verò hominem vel vinum in genere ſtipuler, incerta eſt *l. 75. §. 1.* Idem, ſi qualitas rei addita variet ſecundum gradus, ut ſi quis boni vini Rhenani amphoras duas ſtipuletur, incerta eſt ſtipulatio, quia boni
vini multi differentes gradus ſunt; Unde notat 3.
hic *Zaſius n. 7.* dicentem, ſe me probiorem eſſe nullam mihi injuriam inferre; ſecus, ſi optimi vini amphoras duas ſtipuler *d. l. 75. §. 2.* item incerta eſt ſtipulatio, ſi quis certi fundi uſumfructum ſtipuletur *§. 3.* quia poteſt intereſſe præſtare Dominus, præſertim, ſi non poſſit cavere,
& quod in faciendo conſiſtit *d. l. 75. §. 7.* Item ſi 4.
duo alternativè ſtipuler *§ 8. d. l.* ſed & naturâ incerta eſt ſtipulatio, quando res ab eventu naturæ ſuſpenditur. *Gædd. d. c. 6. concl. 19. & duab. ſeq.*
Sed quando duo alternativè promittuntur credi- 5.
tor ſibi electionem reſervavit, ſtipulatus quid eſt
certi. *§. 8. h. l.* Colligunt ex *h. §.* ſi teſtis alter- 6.
nativè reſpondeat incertam eſſe depoſitionem. *Farinac. l. 2. conſ. 116. n. 3. Alex. conſ 82. n. 2 lib. 2. Gravetta conſ. 944. n. 10. & conſ. 941. num. 9. & conſ. 967. n. 5.*

## ad L. Si Stipulatus fuerim. 76.

*SUMMARIUM.*

*Stipulatio alternativa cum electione an ad heredem tranſeat cum electione.*

SI ſtipulatus fuerim illud aut illud, quod ego voluero, licet perſonalis ſit obligatio, ad hæredem tamen tranſit cum poteſtate eligendi, *hic & l. 19. ſupr. de opt. leg. Zaſ. hic. n. 10. p. 635. Bach. vol. 2. in Tr. diſp. 13. th. 5. lit. A.* licet *Don. & Hill. lib. 15. c. 2. lit. D.* & *Donell. ad hanc legem* obligationem tranſire velint, ſed ſine electione.

ad L.

## ad L. Ad diem. 77.

*SUMMARIA.*

*POena indiſtinctè committitur ex ſolo diei lapſu. num. 1.*

*An hæres ex capite ignorantiæ hic reſtitutionem petere poſſit. 2.*

1. EX ſolo diei lapſu committitur pœna, licet mortuus ſit promiſſor, & pendente hæreditate nemo ſit, qvi interpellari poſſit. *Cujac. ad h. l. tom. 2.* & qvia ad pœnam obligatio ſub conditione, ſi non ſolverit, qvæ conditio per adventum termini ipſo jure impletur, licet nulla culpa in promiſſore, qvi ante terminum ſolvere non debuit, nec in hærede, qvi ignorat, licet aliqva culpa in defuncto reſederit, qvi in hunc caſum non
2. providit mortalitatis oblitus: ſed reſtitutionem ex capite ignorantiæ dari putat *Dynus ad c. cum quis 14. de R. J. lib. 6. num. 2.* & Dd. communiter, ut teſtatur *Zaſius hic num. 7.* nec obſtat legem ita verbis ſcriptam. Nam reſp. multas leges reperiri, qvæ rigorem juris ſeqvuntur, æqvitatem tamen admittunt. Et poſtqvam in judiciis recepta eſt ea ſententia, qvòd ex capite ignorantiæ etiam detur reſtitutio ex clauſula generali, fruſtra de hâc reſtitutione dubitatur, licet contra diſputet hic Donellus.

## ad L. Si filius famil. 78.

*SUMMARIA.*

*FIlius fam. ſub conditione ſtipulatus an, ſi exiſtat conditio, cum emancipatus jam tum ſit, acqvirat patri. n. 1.*

*In contractibus conditionalibus exiſtente conditione tempus contractus ſpectatur. 2.*

*Secus in legatis conditionalibus. 3*

1. FIliusfamilias ſub conditione cauſali fundum ſtipulatur, qvæ conditio exiſtit, cum filiusfamilias eſſet emancipatus, qværitur an res adqviratur patri? qvod affirmatur. In contractibus con-
2. ditionalibus exiſtente conditione tempus non exiſtentis conditionis, ſed tempus contractus attenditur. *Gloſſa & Dd. qvi in h. legem commentantur. Donell. lib. 7. cap. 6. lit. C. Hering. de fidejuſſ. cap. 6. num. 57. & ſ.* Aliud dicunt eſſe in legato
3. conditionali, ubi tempus conditionis exiſtentis conſideratur. Sed hoc non eſt nimis extendendum. Vide *not. ad l. 9. §. 2. ff. qvi pot. in pign.*

## ad L. Qvoties. 80.

QVando verba contractus dubia ſunt, tunc ita ſunt intelligenda, ut contractus valeat. Exemplum habuimus in *l. 56. §. 2. h. t.* ſic verba ita ſunt intelligenda, ut actus ſit licitus. *Zaſius hic n. 4.* vid. *not. ad l. 12. ſupr. de reb. dub.*

## ad L. Inter ſtipulantem. 83.

*SUMMARIA.*

*SI error in re ſtipulatio nulla eſt. n. 1.*

*Secus in judiciis. 2.*

*Si plures res disjunctim vel conjunctim in ſtipulationem deducta, qvomodo teneatur promittens. 3.*

*Res ſacra vel liber homo ſub conditione ſi illa prophana, hic ſervus effectus fuerit promitti non poteſt. 4.*

*Limitationes remiſſivè. 5.*

*Res aliena promiſſa ſi ad ſtipulantem titulo lucrativo pervenerit, exſpirat ſtipulatio. 6.*

SI de alia re ſtipulator ſenſit, de alia promiſſor, 1.
tunc nulla eſt ſtipulatio, §. 1. *hujus legis* ubi aliud eſſe dicitur in judiciis, ubi actoris ſenſum ſe- 2.
qvimur, cum judicium reddatur in invitum, de qvo *Hill. in Don. l. 17. cap. 3. lit. D.* Si qvis Stichum 3.
aut Pamphilum ſtipuletur, & ego reſpondeam, me Pamphilum daturum, non valet ſtipulatio. §. 2. ſe ſublata hac ſubtilitate hodie omnino obligaret, ſi ſtipulator acqvieſceret in dando Pamphilo. Illud vero certum, ſi ſtipuleris decem aut 20 & ita diverſas ſummas, ſi decem promittam, me teneri §. 3. Idem, ſi Titium & Pamphilum ſtipuleris, & ego hunc promittam §. 4. ubi in textu ratio. Ex *h. §.* qvi non eſt difficilis, notan- 4.
dum eſt, qvòd res ſacra vel liber homo non poſſit ſub conditione promitti, ſi illa prophana, hic ſervus effectus fuerit; ratio, qvia caſum adverſum & abominabilē in conditione ſupponere neqve civile neqve naturale eſt, & mali atqve inopinati eventus non ſunt in conſideratione. *Menoch. rem. 4. adip. poſſ. n. 463. idem Menoch. conſ. 6. n. 6. conſ. 373. n. 12.* Limitationes hujus regulæ adducit *Barb.* 5.
*l. 5. c. 19. axiom. 10.* Ex §. 6. notandum, ſi alienam rem tibi promiſero, qvod tunc, ſi illam rem titu- 6.
lo lucrativo acceperis, evaneſcat ſtipulatio.

## ad L. Si Inſulam. 84.

*SUMMARIA.*

*DEbitor ante L. C. moram purgare poteſt non poſt L. C. Exemplum hic. num. 1. 2.*

*Reſpondetur* ad §. ult. Inſtit. de perpet. & temp. act. 3.

SI inſulam vel domum fieri ſtipulatus ſim, & 1.
tranſierit tempus, qvo potueris facere, qvamdiu litem conteſtatus non ſum, potes, ſi feceris, liberari; ſed poſtqvam litem conteſtatus ſum, nihil tibi proderit, ſi ædificaveris. Unde Dd. re- 2.
ctè concludunt, qvod debitor ante litem conteſtatam poſſit moram purgare, & evitare pœnam & intereſſe, ſecus poſt litem conteſtatam. *Ricc. collect. dec. 145. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 7. Zaſius hic pag. 654. Riccius collect. dec. 45. Donell. lib. 15 cap. 4. poſt lit. B. P. Barboſa ad lib. 21. §. 70. & ſeqq. ff. de judic.* conferantur *qvinqve repet. h. l. vol. 6.* Sed obſtare videtur *§. fin. inſt.* 3.
*de perpet. & temp. action.* ubi dicitur, ſi poſt litem conteſtatam debitor debitum ſolvat, abſolvendum eſſe reum; puto ita dici poſſe: ſi libellus ſuper debito & intereſſe eſt editus, & ſuper utroque lis conteſtata, qvod tunc non liberetur, niſi & intereſſe ſolvat, & non tantum offerat ſortem; ſed ſi totum offerat, tunc liberari per *d. §. fin.* vide hac de re prolixè diſ-

feren-

ſerentem *Petr. Barb. ad L. ſi debitori. 21. ff. de judic. num. 67. & ſeqq.* conf. *not. ad L. ſi reus parutus. 73. de procur.*

## ad L. In Executione. 85.

*SUMMARIA.*

*IN executione obligationis quæ attendantur cauſæ. n. 1.*

*Solutio partis non liberat pœnam ſtipulationi dandi adjectam. 2.*

*An liberetur hic hypotheca per totius debiti ſolutionem. 3.*

1. IN executione obligationis quatuor cauſæ ſunt, nam 1. aliquid à ſingulis heredibus diviſum conſequi poſſumi, ut pecunia certa; Aliud vero 2. totum peti & præſtare neceſſe eſt, ut opus faciendum. 3. Aliud pro parte peti, ſed totum tantum ſolvi debet; ut ſi hominem vel duo alternative ſtipuler. 4. Aliud ſolidum petendum eſt, ſed partis ſolutio affert liberationem, ut in natura evictionis, & pœnæ conventionalis, ſcilicet non legalis. *Carpz. part. 2. juriſpr. conſt. 38. def. 5.* 2. *Zaſius hic p. 685. Ricc. collect. 639.* Stipulatio pœnalis adjecta ſtipulationi dandi committitur, ſi ſolidum non detur, licet pars ſoluta ſit, & hypotheca non liberatur, licet debitum totum ſolutum ſit.

3. Quod ultimum tamen limitatur, quando pignus commodè etiam dividi poteſt, & in reliquo ſatis ſuperque cautum eſt creditori. *Petr. Frid. lib. 3. de continent. cauſ. c. 13. num. 12.*

## ad L. Mora. 88.

*SUMMARIUM.*

*AN mora rei principalis noceat fidejuſſori.*

MOra rei principalis fidejuſſori quoque nocet, ſi ſcilicet in omnem cauſam ſpoſpondit, ad augendum; vel ſi in omnem cauſam non fidejuſſit, nocet ad id, ut perempta re teneatur, *Hering. de fidejuſſ. cap. 24. n. 156.* & ideo ſi quis promiſerit Stichum dato fidejuſſore, ſi reus principalis non ſolverit, & Stichus interim moriatur, fidejuſſor ad æſtimationem Stichi tenetur propter moram alienam, *hic & l. 58. §. 1. de fidejuſſ. Pac. cent. 4. quæſt. 32. Duaren. in tit. de eo quod certo loco. c. 4. Zaſius hic p. 660. Gædd. c. 11. concl. 10. num. 183. & ſeq.*

## ad L. Si ſervum. 91.

*SUMMARIA.*

*AN promittens ſervum ſi moriatur per ſuam culpam, ante moram teneatur. n. 1. 2.*

*An offerendo rem promiſſam mora purgari poſſit. 3.*

*Mora debitoris principalis an noceat fidejuſſori ad perpetuandam obligationem. 4.*

*Interruptionem contra debitorem principalem factam, interrumpere præſcriptionem contra fidejuſſorem, an ex h. l. probari poſſit. 5.*

1. SErvum promiſit, ſed is per culpam meam ante moram tamen mortuus eſt, an teneor? Reſp. ſi occidi, ſine dubio teneor, ſi facta etiam nocui, ut periret, teneor, ſed ſi infirmum neglexi & ita periit, quæritur quid juris? videtur quod teneat, ob *l. 31. § 12. de Ædilit. Edict. l. 47. §. pen. de delegat. 1.* & quia in rei vindicatione tenerer, ſi negligens fuerim, ſed *Zaſius ad h. textum & Donell. l. 16. c. 1. in fine.* intelliguat hunc textum, quod 2 ad præſtandam negligentiam ſive culpam in omittendo quis non teneatur, neque repugnant textus allegati, quia loquuntur de contractu bonæ fidei, hic verò de ſtricti juris contractu. In rei vindicatione aliud; nam majorem diligentiam in alienis; quam ſuis præſtare tenetur poſſeſſor. Idem ſi commercio eximatur ante, quàm moram vel culpam contraheret poſſeſſor, aut qui ab eo cauſam habet. *§. 1. & 2. h. l.*

In §. 3. Species facti talis eſt: Stichum pro- 3 miſi, debui ante menſem ſolvere, ſed non feci, ergò in morâ ſum, & perpetuata eſt actio, hodiè offero Stichum, an adhuc teneor ex ſtipulatu & morâ? Reſp. jure ſtricto quidem ita eſſe, ſed aliud eſſe æquum. Unde hic ſententia additur, quæ ſæpè allegari ſolet. Quando de bono & æquo agitur, plerumque ſub autoritate juris pernitioſè erratur. 4 Quæritur autem in §. 4. an mora debitoris noceat fidejuſſori ad perpetuandam obligationem? Affirm. ut dictum ſupra, ſi fidejuſſor in omnem cauſam ſpopondit; nam tunc perpetuatur obligatio, ut ſi poſt moram pereat res debita, ſeu ſpecies, nec debitor, nec fidejuſſor moram fecerit; nam hæc ipſi tantum nocet. Ergò hic non agitur de perpetuatione ipſius obligationis, ſed rei obligatæ. vid. *Bart. ad l. 38 §. 4. de ſolut.* *Carpzov. part. 1. dec. 34. num. 16.* 5 Et ſic ex hac lege non ſequitur, non interruptio, contra principalem debitorem facta, interrumpat præſcriptionem contra fidejuſſorem: Sed ea ſententia aliunde poteſt probari.

## ad L. Triticum. 94.

*SUMMARIUM.*

*INcertitudo in quantitate & ſpecie an vitiet ſtipulationem.*

INcertitudo in quantitate & ſpecie vitiat ſtipulationem; niſi ex circumſtantiis certitudo colligi poſſit. *hic & l. 115. pr. h. t. l. 56. §. 3. ff. Mandati. Donell. l. 15. c. 1. lit. G. & Gomez. lib. 2. reſol. c. 11. n. 49. & ſeq.* ſed ex æquitate juris Canonici hanc incertitudinem tolli poſſe putant & rem in certam determinari. vid. *Mant. de inc. & ambig. convent. l. 14. tit. 30. n. 26.*

## ad L. Qui inſulam. 95.

STipulatio operis faciendi requirit intereſſe ſtipulantis. vid. *not. ad l. 2. §. 1. ff. ſi quis in Jus voc. non ierit.* Nam ſine intereſſe nemo admittitur ad agendum, niſi pœnam in caſum moræ ſtipulatus fuerit. *l. 38. §. 17. ſupra h. t.*

## ad L. Quicquid. 99.

*SUMMARIUM.*

*IN ſtipulationibus non expreſſum habetur pro omiſſo.*

Quic-

QUicqvid adſtringendæ obligationis eſt, id, niſi palam verbis exprimatur, omiſſum intelligendum eſt. Unde inferunt, extenſionem regulariter prohibitam eſſe, qvia ſtipulatori licitum fuit, verba latè concipere. *Ricc. collect. dec. 545. Zaſius hic p. 670* Et in ſtipulationibus non expreſſum habetur pro omiſſo. *Barb. l. 13. c. 20. axiom. 1. ſeq.* Matthæſilan. *ſing. 197.*

## ad *L.* Puberes. 101.

*SUMMARIUM.*

*PUberes qvatenus ſine curatoribus ex ſtipulatu ſe obligare poſſint.*

PUberes ſine curatoribus ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari, ſcil. ſi perſonam ſuam obligent, non ſi de rebus ſuis contrahant; nam tunc contractus eſſet ipſo jure nullus. per *l. 3. C. de Minor. & ibi Dd. Trentac. l. 2. tit. de minor. reſol. 1. num. 21. ſeq. Tuſch. concl. 252. lit.* M. Licet aliter *Donell. & Hillig. l. 12. c. 22. lit. R. & ſeq.* conf. *Zaſius p. 672. & Hering. de fidej. c. 7 num. 87. & ſeqq.*

## ad *L.* Cum ſervus. 104.

*SUMMARIUM.*

*SErvus in eventum manumiſſionis domino ſuo pecuniam promittens, an teneatur huic priori, ſi à ſecundo manumittatur.*

CAſum hujus legis ipſis Donelli verbis exprimam, qvæ qvidem parum utilitatis habet, per conſeqventiam tamen allegari in foro poſſet: Servus de libertate pactus pecuniam promiſit ſub conditione, ſi manumitteretur. Expromiſſorem dedit: Dominus eum alienat; novus dominus manumittit; prior Dominus petit pecuniam; qværitur an rectè? Videtur qvod non, qvia ejus beneficio non pervenit ad libertatem, ſed aff. qvia conditio exſtitit. *Donell. l. 15. c. 12.* de æqvitate hujus legis poſſet dubitari.

## ad. A Titio. 108.

*SUMMARIA.*

*STipulatio concepta ſub conditione, qvæ pendet ex facto certæ perſonæ, an valeat. n. 1.*

*Conditio & eventus pro cauſa habentur. 2.*

*Sponſio de re incerta fieri poteſt, licet ſtipulatoris non interſit conditionem impleri. 3.*

*Sponſio inæqvalis an valeat. 4.*

*In Gallia Sponſiones prohibitæ ſunt. 5.*

*Super ſpe actionem fundari poſſe an ex h. t. rectè colligatur. 6.*

STipulatio concepta ſub conditione, qvæ pen-
1. det ex facto certæ perſonæ, valet, & id multo
magis in dote. Colligunt, conditionem & even-
2. tum pro cauſa haberi. *Caſt. Zaſius hic & WWamneſ. qvæſt. 10. n. 2. cent. 4. Afflict. dec. 389.* Unde
3 concludunt, ſponſionem de re incerta fieri poſſe,
licet ſtipulatoris non intereſt conditionem
impleri. *Bart. hic Covar. in c. peccatum p. 2. §. 4. n. 2. Ant. Gomez. p. 2. var. reſ. cap. 11. n. 4. Sande l. 3. tit. 9. decis. 1.* Sed qværitur, qvid ſi inæ- 4.
qvalis ſit ſponſio? v. g. ſpondeo unum thal. &
alter in contrarium eventum 50. R. nullibi inæ-
qvalitas hæc reprobatur. *Sande d. l.* Sane in Gal- 5.
lia regulariter prohibitas ſponſiones tradunt.
Ex *L. hac* etiam colligere videtur *Tiraqv. ad LL.* 6.
*Connub. gl. 2. num 40.* poſſe ſuper ſpe actionem
fundari, licet hoc non poſſit ex *hoc textu* probari.

## ad L. Si mihi & Titio. 110.

*SUMMARIA.*

*EMens ſibi & extraneo ſolus ſibi emit totam rem, qvaſi non adjectus extraneus. n. 1.*

*Aliter obtinet in ſtipulatione. 2.*

*In contractibus inter vivos an ceſſet jus accreſcendi. 3.*

SI mihi & Titio extraneo emam, inutilis erit 1.
adjectio extranei, ideo totus fundus mihi em-
ptus. *L. fundus 64 ff. de contr. empt.* Sed aliud in
ſtipulatione, ubi ſi ſtipulor mihi & Titio decem, 2.
non tota 10. ſed ſola 5. mihi debentur; pars e-
nim aliena deducitur, qvia illic habetur ratio
pretii, hic non. Et hic tot ſtipulationes ſunt,
qvot ſunt ſummæ. *L. 29. ſupr. h. t. Hotoman. l. 1. Reſp.*
*Amicabil. c. 24 Hillig. in Donell. lib. 7. c. 12. lit. L. pag.*
*501.* conf. *Pac. cent. 3. obſ. 70.* Et ſic in contracti- 3.
bus inter vivos ceſſat jus accreſcendi. *Rauchbarus p. 1. q. 39. n. 29 Mevius de Jure Lubec. lib. 1. tit. 9. art. 1. num. 15. Carpz. p. 2. dec. 134.* nec obſtat qvod de emtore dixi, qvia emtor ſolus pretium ſolvit, ergo ei ſoli adqviritur.

## ad *L.* Si ſtipulatus. 111.

COntractus ſtricti juris admittit extenſionem, ſi aliàs non habeat effectum, v. g. ſi non qvidem me, ſed uxorem meam viâ uti prohibeas Vid. *hic Don. & Zaſ. p. 679.*

## ad *L.* Si qvis Stipulatus. 112.

*SUMMARIA.*

*IN ſtipulatione plurium rerum disjunctim, reſervatâ electione, an petita una re variare liceat. n. 1.*

*Creditor habens hypothecam in variis rebus cum jure variationis, an concurſu excitato variare poſſit. 2.*

*Commiſſæ ſtipulationi facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. 2.*

*Idoneitas fidejuſſoris ex qvo æſtimanda. 4.*

SI ſtipulatus ſim Damam aut Stichum, & ele-
ctionem mihi reſervaverim, qværitur: an ſi 1.
Damam petierim, variare, & Stichum petere
poſſim: R. attendendum eſſe, qvibus verbis e-
lectio reſervata, ſi enim in futuro Indicativo lo-
qvar, *qvem volam*, qvia hoc verbum habet tra-
ctum temporis, poteſt creditor variare; ſed
qvum ita: *qvem voluero*, ibi ſemel electione fa-
cta, non poſſum variare. *Peckius ad c. mutare 33. de R. J. l. 6. n 9* Subtile hoc diſcrimen & Gram-
maticum. Sed qværitur: Creditor habet hy-
pothecam in variis rebus, & habet jus uno re 2.

licite

licto ad alium medium tranſeundi; Sed eandem concurſu excitato vult variare, & aliud remedium amplecti, ubi reſpoodere videtur *Dn. Mevius in dec. 339.* tum non licere variare. Sed hoc intelligo, ſi in concurſu certam hypothecam perſeqvatur. Nam ſi qvis immiſſionem habeat in bona, vel fidejuſſorem convenerit ante concurſum, in concurſu poterit procul dubio variare; Nam ante concurſum nihil egit cum creditoribus, ſed electione facta in concurſu videtur aliqvid ſecundariò qvidem cum creditoribus agere. Stipulatio facti neceſſitatem qvi-
3dem faciendi imponit, poſtqvam tamen commiſſa fuit ſtipulatio, ipſum intereſſe debetur, & ſic in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, *hic & l. 72. & 84. & l. 114. h. t. Gom. tom. 2. reſol. 10. n. 22. Gadd. c. 9. n. 39. & ſeq. Don. l. 15. c. 3. Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 28. th. 1. lit. R* qvod etiam ſupra traditum. Ex §. *hoc* notandum, qvod i-
4doneitas fidejuſſoris ex patrimonio & fide æſtimetur. *Hering. de fidejuſſ. c. 8. n. 72.*

## ad L. Ita ſtipulatus. 115.

### SUMMARIA.

*IN ſtipulatione qvando dies omiſſus, vel incertitudo vitiet? n. 1. 2.*

*Stipulatio pœnalis qvando committatur. n. 3. & 4.*

SI cum certo die aliqvid faciendum ſit, is dies omittatur per errorem, vel qvantitas, vel nomen fundi, imperfecta eſt ſtipulatio. *Zaſ. hic n. 4. & ſeq.* Aliud, ſi nomen exprimatur, ſed non
1ſit proprium nomen fundi, ſed cum aliis commune. *l. 75. §. ult. h. tit. Donell. l. 15. cap. 1. lit. I.* Sti-
3pulatio pœnalis, ſi ab eâ incipiatur. v. g. Si Stichum non dederis, dabis 10. non committitur nec pœna debetur, niſi qvando certum eſt Stichum dari non poſſe juxta ſententiam Pegaſi. Si verò à Promiſſione incipiatur, v. gr. Stichum
4dabis, aut ſi non dabis, dabis 10. & tunc vera eſt ſententia Scabini, qvod promiſſor ſtatim ſit in morâ, qvando Stichum commodè dare potuit. *§. 1. & 2. h. l.* vid. *hic Zaſ. p. 683. & Donell. l. 15. c. 12. lit. H.*

## ad L. Decem ſtipulatus. 116.

*EX Stipulatione, qvanto minus à tertio conſeqvi poſſet ſtipulans, qvatenus teneatur promittens. n. 1.*

*Fidejuſſori indemnitatis renunciationem beneficii excuſſionis non nocere, colligitur. 2.*

SI à te ſtipuler, qvanto minus à Titio conſecu-
1tus fuero, hoc caſu non teneris, niſi ſub conditione, ſi Titius non ſolverit, & non excuſſo Titio plane non potes conveniri. *Zaſ. hic p. 691. Don. hic.* Colligunt ex *h. l.* Fidejuſſorem indemnitatis
2ſemper ſub conditione aſſumi, & ante principalem nunqvam poſſe conveniri, cum ante conſtare non poſſit, qvantum à principali conſeqvi poſſim, licet beneficio excuſſionis ſit renunciatum. *Affl. dec. 318. Ant. Gabrielius lib. 3. tit. de fidejuſſ. concl. 1. n. 97. Carpz. p. 2. conſt. 17. def. 7. & qvos refert Finckelthaus obſ. 107. num. 7. Bach. in Tr. d. diſp. 28. th. 3. lit. D. & E. Hering. de Fidej. c. 4 n. 61. & c. 27. part. 1. n. 142. Gadd. ad l. 150. V. S. n. 3. Don. & Hill. l. 15. c. 48. lit. O. conf. not. ad. l. 41. pr. de fidejuſſ.*

## ad L. Liber homo. 118.

SI hodiè qvid me daturum promittam, pura eſt obligatio, & ita hodie etiam peti poteſt, qvia dies non differendæ actionis gratia infertur, ſed qvo præſens oſtendatur eſſe reſponſum. *Don. l. 15. c. 9. poſt lit. M. Zaſ. hic p. 695.*

## ad L. Qvi Romæ. 122.

### SUMMARIA.

*CReditor oblationem debiti indebito loco acceptare recuſans, an poſſit debito loco debitum petere. n. 1.*

*Creditorem ab initio futuri temporis uſuras qvaſdam detrahere poſſe an ex* pr. h. l. *rectè colligatur. 2.*

*Verbalis oblatio debiti pro reali habetur, qvando creditor expreſſè recuſat acceptare. 3.*

*Creditor juſtam hujus recuſationis cauſam habens non ſuſtinet periculum rei. 4.*

*Conſtitutus ad recipiendam ſolutionem an ſolutionis terminos prorogare poſſit 5.*

*An tutor ſolutionis terminos prorogare poſſit? diſtingvitur. 6.*

*Si pupilli fundus venditus cum pacto de reluendo tutor ſtatutum reluendi tempus ne elabatur, attendere debet. 7.*

*Caſus* §. 3. h. l. *proponitur & deciditur 8.*

*Retractus jure privatur, qvi admonitus noluit emere. 9.*

*Promittens ſolvere qvicqvid qvis debere conſtitiſſet, an, ſi demum de debito conſtet poſt mortem debitoris, teneatur. 10.*

*Solutionis ceſſatio non reddit moroſum debitorem, ſi creditor ipſe controverſiam obligationis moveat. 11.*

*Pœna promiſſioni de non contraveniendo diviſioni hereditatis adjecta, an debeatur, ſi mortuo altero alter petat fidei commiſſum, in caſum mortis alterius debitum. 12.*

CEntum Romæ mutuo tibi dedi, ut intra tres 1.
menſes Epheſi redderes, uſuras autem ſtatim mihi prærogaſti. Poſt dies aliqvot Romæ offers ſortem, ſed detracta illa ſumma, qvam uſurarum nomine dediſti, nolo acceptare, Q. An Epheſi totam ſummam cum uſuris petere poſſis? Qvod aff qvia non obtuliſti debito lo-
co. *Zaſ. hic p. 699. & hic Don.* Collig. hic Dd. 2.
Poſſe creditorem ab initio futuri temporis uſuras qvaſdam detrahere; ſed contrarium videtur colligi, qvia debitor detractis his uſuris dicitur tamen integram ſummam obtuliſſe. *Roder. in tr.
de cenſib. l. 1. qvæſt. 18. num. 4. & ſeq* Colli- 3.
gunt etiam, verbalem oblationem debiti haberi pro reali, qvando creditor expreſſè dicit, ſe nolle acceptare. *P. Barboſ. in L. ſi mora n. 52. ff. ſol.
matr.* Et creditorem habentem juſtam cauſam 4.

cur nolit acceptare, quia contra conventionis
legem offertur, non ſuſtinere periculum rei,
nec debitorem liberari. *Mev. p 2. dec. 203.* Sum-
5. ma §. celebris. t qui incipit *Callimachus*, eſt,
quod ſi aliquis conſtitutus ſit ad recipiendam
ſolutionem, non poteſt prorogare ſolutionis
terminum, niſi tempus & locus in ejus volunta-
6. tem collata. Ex hoc §. probant, tutorem non
poſſe prorogare terminum ſolutionis. de quo
aliquid habet *Tiraquellus de Retr. cō v nt. ad
ſinem tituli n. 18. & Cuno de pactis. c. 21. n. 25. &
ſeq.* quamvis autem alii id negent, & diſtin-
guant inter procuratorem habentem ſpecialem
mandatum ad recipiendam ſolutionem, de quo
hic; Et eum, qui habet generale mandatum
cum libera. Non tamen abs re eſt, diſtinguere
cum *Cunone d. l. num. 31.* utrum grave præjudi-
cium pupillo impendeat, an non. Ideoque illo
7. caſu prorogatio odioſa. Hinc putarem, ſi pu-
pillus vel pater ejus vendiderit fundum, cum
pacto de reluendo intra certum tempus, tuto-
rem vel adminiſtratorem bonorum Eccleſiæ,
non debere pati, ut tempus illud elabatur, cum
*Tiraqu. d. l. n. 20.*
8. *P*aragraphi 3. hæc ſpecies: Titius, Caja
& ego fuimus cohæredes, & prædium unum re-
liquimus indiviſum, cum pacto hoc, ut nemini
liceat ſuam partem extraneo vendere, ſeu co-
hæredi pro 125. thal. ſtipulati ſunt etiam pœnam
100. thal. Caja poſtea rogat, ut Titius mulieris
partem aut alienari pateretur extraneo, aut ipſe
emeret; ſed Titius diu tacet; quæritur, an Ti-
tius contra Cajam, ſi extraneo vendiderit, age-
re ex hoc pacto poſſit? Neg. quia agenti Titio
obſtat exceptio doli. Sed notandum, quod
unica denunciatio extrajudicialis ſufficiat *Zaſius*
9. *ad h. §. num. 6. & 7. p. m. 703.* Colligite etiam
retractus jure privari, qui admonitus noluit eme-
re vel tergiverſatus eſt. Et ita per hanc L. judi-
catum dicit *Sand. l. 3. t. 4. def. 4.* conf. *Menoch.
l. 2. A. Q. caſ. 37.* Nota in hac lege protimiſeos
10. pactum. *Carpz. p. 2. dec. 138. n. 13.* Qui promit-
tit ſolvere, quicquid Titium debere conſtitiſſet,
niſi in vita Titii calculus ſubducatur, & de debi-
to conſtet, non tenebitur promiſſor, *§. 4. h. t.*
quia ſicut facultas implendi conditionem non
tranſit ad hæredem, ita nec ex perſona hære-
dum poteſt impleri conditio, ut obligetur ter-
tius. *Zaſ. hic Petr. Gerb. ſing. 27. Hippol. de Mar-
ſil. 304. Don. lib. 15. c. 12. & ibi Hill lit. B. Covarr.
pract. quaſt. c. 39. num. 5.* qui contra communem
diſputat. *Gædd. c. 9. n. 177. & ſeq. Guttierez. de
juram. confirm. p. 1. c. 38. Munnoz. de Eſcobar. de
Ratiocin. cap. 34 n. 9.* qui communem ſenten-
11. tiam defendit. Solutionis ceſſatio non reddit
moroſum debitorem, ſi creditor ipſe controver-
ſiam obligationis moveat, *§. 5. h. t.* v. gr. ſi trans-
actionem impugnet. vid. *hic Zaſius p. 795. Don.
hic. Rod. d. tr. lib. 2. c. 15. n. 6. Menoch. l. 2. A. Q.
caſ. 220. n. 35. Corat. l. 2. miſcell. c. 6. n. 9.*

Paragraphi finalis hæc ſpecies: Fratres divi-
dunt inter ſe hæreditatem, cum pacto de non
contraveniendo ſub pœna, poſtea mortuo alte-
ro, alter petit fideicommiſſum ſibi in caſum
mortis alterius debitum, & quæritur, an pœna
debeatur? Aff. ſed præſupponendum eſt in hac
ſpecie id actum, ut recederetur à fideicommiſſo;
nam hæc non eſt hujus loci quæſtio, ſed poſito,
contra pactum eſſe, an debetur pœna? videtur
quod non, quia non directè actum contra pa-
ctum. Sed reſp. obliquè tamen, quod ſufficit.
Alias non videtur per diviſionem, recedi à fidei-
commiſſo. *Faobin. l. 5. c. 9. p. 20. Sande l. 4. tit. 5.
def. 14.* niſi verba ita generalia & emphatica, ut
ad ſolam diviſionem reſtringi non poſſint. *Gail.
2. obſ. 139. Sand. d. l.*

## ad *L.* Si flagitii. 123.

### *SUMMARIUM.*

*STipulatio, quæ ob delictum delinquenti quid pro-
mittitur, non valet.*

OB flagitium committendum vel commiſſum
remunerandum, malè fit ſtipulatio; ſi con-
ventio, aut habet præmium commiſſi flagitii,
aut confirmationem præſentis; ſi turpe quid
molienti promittam, ne faciat, de quo pluribus
actum *ad tit. de pactis. item de condict. ob turp.
cauſ.* vid. *Donell. l. 12. c. 21.*

## ad L. Si ita ſtipulatus 126. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*AN per libertum patrono abſenti actio quæra-
tur. n. 1.*

*Libertus per ſtipulationem in gratiam patroni fa-
ctam ſuam actionem non amittit 3.*

*Per liberam perſonam quatenus tertio acquira-
tur. 4.*

*Qui imperſonaliter ſtipulatur, ſibi videtur ſtipula-
tus, niſi 5.*

*Quæ limitatio eſt contra communem regulam. 6.*

LIbertus ſuo nomine mihi credidit ſummam 1.
pecuniæ, & ſtipulatus eſt eam pecuniam ſol-
vi patrono ſuo abſenti, quæritur an patrono ab-
ſenti quæſita actio? Si præſens fuiſſet, ipſe per li-
bertum ſibi ſtipulatus videretur. Si etiam li-
bertus patroni nomine numeraſſet mihi pecu-
niam, patrono condictio certi competeret ex
Mutuo *l. 2. C. per quas perſonas.* Sed quæſtio ne-
gatur, quia per liberam perſonam non quæri-
tur. Sed conſervatur tantum obligatio. Sed vi- 2.
detur Patronus habendus eſſe pro Adjecto ſo-
lutionis gratia, ergo ſolvi ei poteſt. Reſp. hoc
non eſſe actum, nam tunc hoc actum eſſet, mihi
aut patrono ſolves. Separatur tandem ſtipu-
latio uſurarum, quæ ſi indefinite facta, videtur
libertus ſibi ſtipulatus. Sed quæritur, an per 3.
ſtipulationem, quæ in gratiam patroni facta, li-
bertus ſuam actionem amittat, quam ex naturali
numeratione habet, quod negatur in textu, quia
ſtipulatio inutilis non tollit obligationem utilem. 4

4. Per liberam ergo perſonam tertiò nihil acquiri-
tur, niſi tertii nomine pecunia numeretur, & qui
5. imperſonaliter ſtipulatur, ſibi videtur ſtipulatus;
6. Et in ſtipulationibus nunquam ſubintelligitur
perſona extrinſeca, ſed verba referuntur ad per-
ſonam ſtipulantis. *Barb. in L. Poſt dotem. n. 13. Et
in L. Gajus. 46. n. 3. & 5. ff. ſolut. matr. vid. Zaſius
ad h. l. p. 715. Donell. p. 370. & Cujac. ad lib. 3. quaeſt.
Pauli tomo primo. p. 622. &c.*

## ad L. Quod dicitur. 130

### *SUMMARIUM.*

*SI pater filio quid ſtipuletur, ſive in faciendo ſive in
dando, an promiſſor teneatur.*

PAter poteſt filio ſtipulari, ut aliquid ei detur
ex hac cauſa, quod patris interſit, ſed factum
filio ſtipulari non licet, quia nihil expedit patri,
v. gr. ut filio agere liceat. vid. *Donell. l. 12. c. 17.*
Sed hodie quid juris ſit, alibi dixi. Nam ſi pater
ètiam filio emancipato, ſive in dando ſive in fa-
ciendo quid ſtipuletur, ſi filius id ratum habeat,
nullus dubito, promiſſorem teneri.

## ad L. Titia. 134.

STipulatio pœnalis ſubjecta matrimonio con-
trahendo eſt inutilis, quia inhoneſtum viſum
eſt, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſive
jam futura ſive contracta. *hic & c. 19. X. de ſpon-
ſal. Sanch. de matr. l. 1. de ſponſal. diſp. 30. Trentac.
tit. de matr. reſol. 2. num. 20. Mantic. l. 14. de con-
vent. tit. 37. n. 10.*

## ad L. Si ita quis. 135.

PRohibitio alienationis facta in contractibus
non impedit alienationem, ſed is, qui non
ſervàt fidem, tenetur ad intereſſe. vid. *hic Theſſ.
l. 2. q. 81. Zaſ. p. 730. Tiraq. de retr. convent. §. 1.
gl. 7. num. 12. Carpz. part. 2. conſt. 32. def. 8. Don.
l. 9. c. 10. lit. E. & ſeqq. Beſold. conſ. 83. Riccius de-
ciſ. 471.*

## ad L. Continuus. 137.

### *SUMMARIA.*

*STipulatio non valet niſi actus ſtipulationis ſit con-
tinuus. n. 1.*
*Si ſolutio in certum locum collata, ſtipulatio quando
implenda. 2.*
*In certis non opus eſt conjecturis. 3.*
*Ante diem quibus caſibus ſolvi non poſſit debitum. 4.*
*Quæ requirantur, ut poſt terminum lapſum purga-
tio moræ admittatur. 6.*
*Exemplum vid. 7.*
*Mercator an lucrum omiſſum poſſit probare per re-
lationem ad alios mercatores. 8.*
*Impoſſibilitas excuſat moram, non difficultas, &
quid hic impoſſibile. 9.*
*Cur in faciendo uni heredum ſtipulari poſſim & non
in dando. 10.*

COntinuus actus ſtipulantis & promittentis
1. eſſe debet, nec debet intervenire aliquis actus
extraneus, alias ſtipulatio vitiatur. *Zaſ. hic p. 735.*
*Don. p. 404. & lib. 14. c. 36. lit. P. Cœld. d. tr. c. 3.
n. 12. & ſeqq. Niger in repet. l. 1. §. qui præſens h. t.
n. 20. Alphan. Coll. 389.* Si ſolutio in certum lo- 2.
cum conferatur, ſtipulatio debet impleri, cum
commodè illuc convenire poteſt, & habenda ra-
tio ætatis, ſexus, valetudinis, dignitatis. *§. 2. h. l.
Mandellus qu. 156. n. 8.* Si autem citius eum in
locum venerim, ſtatim compelli poſſum ad ſo-
lutionem; cum enim res certa ſit, conjecturæ
non eſt lòcus. Vid. *hic Zaſ. p. 735.* Communiter 3.
autem ex §. *h.* probant Regulam; In certis opus
non eſſe conjecturis, & præſumtionem cedere
veritati. *Barb. l. 3. ax. c. 48. ax. 2.*

In hoc §. 2. dicitur, quod ante diem ſolvi 4.
poſſit debitum, modo non creditoris etiam gra-
tia addita. *l. 122. h. t. l. 15. de Ann. leg. l. 43. §. 2. de
leg. 2.* vel ſi utriusque gratia dilatio data, vel pe-
cunia corruptioni obnoxia. conf. *Sande l. 3. tit.
16. d. 1. Berlich. dec. 153. Zanger. de Exception. p. 3.
cap. 1. num. 218.*

Ex §. 2. colligitur, etiam eum, qui ad cer- 5.
tum teu pus promiſit vendere, & intra illud par-
tem pretii acceperit, non compelli poſt illud tem-
pus vendere; niſi in continenti poſt terminum
lapſum totum pretium offerat. *Surdus conſ. 52.
n. 43. & hunc referens Berlich. p. 1. dec. 143. n. 7.*
Collige, poſt lapſum terminum admitti purga- 6.
tionem moræ tribus his concurrentibus. 1. modi-
cum tempus, 2. ſi jus adverſarii non ſit factum
deterius. 3. ſi actor tractet de conſervando jure
jam quæſito, non autem de jure noviter quærcn-
do, *Hartm. Piſt. obſ. 222.* Sic emphyteuſeos Do- 7.
minus directus, ab emphyteuta interpellatus de
inveſtiendo emptore, eum intra duos menſes
non inveſtiat, libera eſt emphyteutæ alienatio
fundi emphyteutici. *l. 3. C. de Jure Emphyt.* Sed
poteſt purgare Dominus moram. *Salyc. ad d. l. 3.
n. 16. Jaſon. ibidem n. 53.*

Ex §. 2. etiam ſolent Dd. probare, quod 8.
mercator lucrum omiſſum poſſit per relatio-
nem ad alios mercatores probare, ſi alii dicent,
ſe ex iis mercibus, vel pecuniis tantum poſſe lu-
crari; quia hic dicitur relationem eſſe facien-
dam ad alios ejusdem conditionis homines. Sed
de actu corporis hic ſermo. Induſtria merca-
torum variat. Vid. *Riminaldus lib. 1. conſ 52 n.
52. & conſ. 218. n. 104. vol. 2.* Difficultas non ex- 9.
cuſat à mora, ſed impoſſibilitas; impoſſibile
eſt autem, quod mihi non tantùm, ſed & aliis eſt
impoſſibile *§. 4. & 5. h. l.* vid. *hic Zaſ. pag. 736.
Bart. in l. Quod te. de reb. cred. Covarr. in cap.
quamvis de pact. part. 2. §. 5. n. 6. Arumæus de mo-
ra c. 6. Schrad. in miſcellan. c. 17. Don. lib. 8. c. 32.
lit. E.* In faciendo uni heredum ſtipulari poſſum, 10.
ſed non in dandò; ratio diverſitatis, qvia in ſtipu-
latione dandi qvæſita prius defuncto eſt obliga-
tio, in qvam neceſſe eſt heredes ſuccedere, licet
nihil de his actum. Aliud verò eſt jus perſona-
le, cujuſmodi eſt ſtipulatio faciendi. *Zaſ. hic p.
739. Don. l. 12. c. 17. lit. H. & ſeq.*

## ad L. Cum ex cauſa. 139.

*SUMMARIA.*

*IN cauſa evictionis pœna in ſolidum committitur, ſi defenſio tantum ſit pro parte n. 1.*
*Venditores de evictione in ſolidum obligantur. 2.*
*Qui totam defenſionem ſolus ſuſcipit, prodeſt ſua victoria etiam aliis. 3.*

1. IN cauſa evictionis, ſi pro parte non defendatur, pœna in ſolidum committitur; ſed inter ſe tenentur partes pro parte, quia totum ſimul
2. defendi debet, & non per partes. Colligunt inde, venditores de evictione teneri in ſolidum, ipſos verò invicem de indemnitate obligari, *h. t. & l. 65. circa fin. ff. de evict. Gail. l. 2. obſ. 14. n. 1. Carpz. part. 2. juriſpr. conſt. 34. def. 29. Caballin. de Evict. §. 3. n. 133.* Sed ſi unus totam defenſio- 3.
nem ſuſcipere velit, ſibi & aliis proderit ſuâ victoriâ. *Molinæus de Divid. & Indiv. p. 2. n. 461.*

## ad L. Pen. §. ult.

QUæ initio rectè geſta ſunt infirmantur, ſi in eam cauſam inciderint, à qua incipere non poſſunt, *hic & l. 11. ff. de Servit. l. 98. pr. h. t.* Quod hic reſtringitur, ſi actus ſit imperfectus; nam viam ſtipulari non poſſumus pro parte, ſed acquiſita pro parte retineri poteſt, *Don. l. 6. c. 5. lit. F.*

# TITULUS II.

# De duobus Reis conſtituendis.

## Ad Rubricam.

IN leges ſingulas commentatus eſt *Ronchegallus in accurato Tractatu ad h. t. de duobus Reis.*

## ad L. Cùm duo. 2.

*SUMMARIA.*

*COrrei ſinguli ipſo jure in ſolidum tenentur. n. 1.*
*An hoc hodiè mutatum. 2.*
*Creditorem inſtituta contra unum actione variare non poſſe, an rectè ex* h. l. *colligatur 3.*

1. CUm duo eandem rem promiſerint, aut ſtipulati ſint, ipſo jure ſinguli in ſolidum debent. Quod nonnulli in *Nov. 99. c. 1. & Auth. hoc ita C. h. t.* emendatum volunt, ut non niſi expreſsè hoc fieri poſſit, *Weſ. in tr. h. t. n. 7. Rittersh. in*
2. *Nov. part. 9 c. 6 n. 11.* Sed adhuc hodiè tacitè id fieri poſſe plerique volunt, quia quoad modum conſtituendi correos nihil eſt mutatum, per *Nov.* ſed tantum quoad modum exigendi. *Mant. de tac. & amb. convent. lib. 15. t. 3. n. 13. Trentac. lib. 3. tit. de ſolut reſolut. 34. n. 4. Ronchegall. ad h. l. 2. n. 8. & ſeq. Carpz. p. 2. c. 17. def. 13. Theſaur. p. 4. q. 6. n. 12. & Bach. in Tr. d. diſp. 28. th. ult. lit. E.*
3. Qvamvis autem quidam ex *h. l.* 2. ex verbo PETITIONA voluerint probare, quod creditor inſtitutâ contra unum actione variare, & lite pendente contra alterum correum agere non poſſit, & Gloſſa hic variè reſpondeat, contrariam tamen ſententiam defendit *Salgado in Labyr. cred. p. 1. cap. 17. per tot.* ideoque petitionis verbum ad effectum perceptionis trahendum. l. 4. *de his qui dejec. Pac. cent. 4. q. 78.* vid. *Donell. lib. 16. cap. 25. lit. H. & ibi Hilliger.*

## ad L. in duobus reis. 3. pr.

*SUMMARIUM.*

*COrrei debendi quomodo ex intervallo conſtitui poſſint. n. 1. 2.*

COrrei debendi ex intervallo conſtitui poſſunt, ſed id de intervallo modico intelligunt. Verùm diſtinctione res expedienda: Quando ſtipularer à duobus centum, ut ſinguli eſſent obligati, & illi duo, vel alteruter reſponderet poſt aliqvot dies, eſſet ſtipulatio nulla, per *l. 12. princ. h. t.* juxta ſubtilitatem legum Romanarum, non verò ſecundum vinculum juris naturalis. Sed ſi ſit intervallum ratione ipſius obligationis, tunc intervallum non modicum non
impediet obligationem. Et de hoc caſu loqui 2.
videtur lex, v. gr. hodiè tu mihi promiſiſti Stichum, poſt menſem alius eundem mihi promittit, ſunt illi duo rei debendi, ſi eos in ſolidum ſingulos obligare volui, & illi etiam ſe obligaverint hoc animo, & in ſecunda obligatione mentio fiat primæ obligationis. *Card. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 15. tit. 3. n. 4. Trentac. tit. de ſolut. reſol. 34. n. 13.*

## ad L. Nemo eſt. 5.

*SUMMARIUM.*

*QUæ opera & quomodo hic in ſtipulationem & promiſſionem venire poſſint.*

POſtquam JCtus Julianus dixerat, operas officiales alium ſtipulari non poſſe, alienas tamen operas, i. e. alias, ſcil. fabriles poſſe per ſtipulationem acquiri; nam (alienas) interdum pro (alias) poni, ex aliis locis probat *Cujac. ad h. l. ad l. 22. Digeſt. Juliani.* Sed quomodo? Reſp. Duo poſſunt idem opus, easdem operas fabriles ab uno ſtipulari, & duo artifices paris peritiæ poſſunt idem opus, easdem operas fabriles promittere in ſolidum. Sed in poſteriore eſt aliqva improprietas. Nam quando duo artifices faciunt diverſa artificia, non eſt idem opus. Sed impropriè idem pro ſimili accipitur. *Caſtr. hic n. 2. & Ronchegall. n. 16. & ſeq. Card. Mantica de tacitis & amb. convent. lib. 15. tit. 2. n. 16. & tit. 3. n. 21.*

## ad L. Ex duobus reis. 57.

*SUMMARIA.*

*COrrei in aliud atque aliud non tenentur. n. 1.*
*Ex correis unus purè alter in diem vel ſub conditione obligari poteſt. 2.*

*An is, qui pure obligatur, ſi conveniatur pendente conditione alterius, poſſit opponere exceptionem diviſionis. 3.*

1. NOn poſſunt correi ita accipi, ut in aliud at-
que aliud teneantur, v. gr. ut unus in depo-
ſito teneatur tantum de dolo & culpa lata, alter
etiam de culpâ levi. *l. 9. §. 1. h. t.* Sed unus purè,
alter in diem, vel ſub conditione obligari poteſt;
nam hic objectum non mutatur, non eſt aliud at-
que aliud debitum; ſed qualitas obligationis, &
alter, qui ſub conditione ſe obligat pendente
2. conditione, non eſt obligatus, niſi ſub ſpe. Sed
vetus quæſtio eſt: an is, qui purè obligatus, ſi
conveniatur pendente conditione alterius, poſ-
ſit opponere exceptionem Diviſionis? Videtur
3. quod non. quia alter non eſt obligatus. Sed af-
firm. arg. *l. 27. ff. de fidejuſſ.* & ſi tempore exi-
ſtentis conditionis alter non eſt ſolvendo, reſti-
tuitur actio in priorem. *Trentac. d. reſ. 34. n. 8. Mant. d. tit. 3. n. 18. Dn. Struv. hic th. 27.*

## ad *L.* Eandem. 9.

### *SUMMARIA.*

*COrrei conſtitui poſſunt præter ſtipulationem & in aliis contractibus. n. 1.*

*Quatenus in contractibus realibus. 2.*

*Quomodo in teſtamento conſtituantur vid. 3.*

1. NOn tantum per ſtipulationem, ſed etiam in
aliis contractibus, v. gr. venditione, loca-
tione duo correi poſſunt conſtitui. *Weſenb. in π.*
2. *h. l. n. 3 Ronchegall. ad h. l.* Sed id dubium habet
in realibus contractibus, ex quibus nemo poteſt
in ſolidum obligari, niſi quatenus accepit, ſed
ſufficit generaliter & ſucceſſivè plures unam rem
in ſolidum accipere poſſe; nam hic fictio juris
intercedit, quæ efficit, ut res in ſolidum ad plu-
res perveniſſe videatur, vid. *Mantic. d. l. 15. tit.*
3. *2. n. 3. & 4.* In teſtamento autem duo correi de-
bendi conſtituuntur, quando alternativè duo
hæredes gravantur, hic aut ille hæres ſolvat; &
duo rei credendi, huic aut illi ſolvi debet iſta
res, nam particula Et aut falsò irrepſit, aut
pro alternativâ poſita. vid. *Cujac. hic & ad l. 8. de legat. 1. tom. 2. pag. 802.*

## ad L. Si duo. 10.

COrreus non debet opponere exceptionem compenſationis de eo, quod alteri correo debetur, ſi ſocii non ſint, quia ille, qui convenitur, eſt, ac ſi ille ſolos debeat. vid. *hic Ronchegall. & Tyndarus in tr. de compenſat. art 7. n. 9. Wammeſ. conſ. 10. n. 8. cent. 4. Dn. Struv. Ex 21, th. 25. p. 766.*

## ad *L.* Reos. 11. pr.

### *SUMMARIA.*

*COrrei debendi mutua vice fidejubere videntur. n. 1.*

*In arbitrio creditoris eſt, correos in partes convenire, quod hodiè neceſſitatis eſt. 2.*

*Convento uno confidejuſſore reliquorum omnium præſcriptio interrupta cenſetur. 3.*

*An idem, ſi principalis conventus aut uſuras ſolverit. 4. 5.*

*In dubio plures intelliguntur viriliter obligari & ſtipulari. 6.*

*Quod limitatur. 6.*

*Ex qua limitatione ſimiles caſus deciduntur. n. 8. & 9.*

COrrei debendi ut fidejuſſores, qui pro ſe in- 1.
vicem ſpoponderunt, accipi poſſunt, ſi ſcil.
hoc actum ex *Cujac. hic. Godofr.* Integrum eſt 2.
creditori, in partes convenire correos, & pro-
cul dubio nemo correorum excipiet, ſe in ſoli-
dum teneri; ſed hodie tenetur creditor inter
correos dividere actionem. *Nov. 99. c. 1.* cui lo-
cus eſt, licet executivè agatur ex inſtrumento
liquido, quæ tamen exceptio opponenda. *Dn.*
*Mev. p. 3. dec. 4.* quia tamen magna inter cor- 3.
reus & confidejuſſores affinitas, imò confide-
juſſores inter ſe ſunt correi, & eis definitio cor-
reorum debendi competit, ideò veriſſima ſen-
tentia Doctorum, quod, convento uno confide-
juſſorum, reliquorum omnium præſcriptio in-
terrupta ſit, per *l. fin. C. de duob. reis. Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 18. n. 15. Carpz. p. 1. dec. 34. n. 13.*
& ſic in Facultate ſæpius pronunciatum. Sed
aliud putat eſſe *Carpzov. d. dec.* ſi ſolverit uſuras 4.
principalis, aut fuerit conventus; tunc enim fi-
dejuſſori ſalvam vult eſſe præſcriptionem. Sed 5.
*Dn. Mevius p. 4. dec. 189.* & hic idem dicit, qui
eandem rationem eſſe dicit duorum, quorum
unus principalis & alter fidejuſſor, quàm duo-
rum correorum. Licet enim non eadem actio-
ne conveniantur, alter condictione, alter ex ſti-
pulatu, idem tamen debitum eſt, & eadem obli-
gatio, quamdiu reus ſolvit, non poteſt negli-
gens dici creditor. Et pro hâc poſteriori ſen-
tentiâ in Camarâ Brandenb. ſæpius reſponſum
ſcio. Plures autem intelliguntur in dubio viri- 6.
liter obligari & ſtipulari ex naturâ copulæ, per
*l. 85. pr. de legat. 1.* niſi aliud actum *§. 1. h. t.*
*Rochegall. ad h. §. Wiſſenb. ad h. t. th. 25.* niſi præ- 7.
ſumtio ſit, quod pecunia tantùm ad alterum per-
venerit, ut ſi maritus cum uxore mutuum ſe ac-
cepiſſe confeſſus fuerit, mulier tantum in ſecu-
ritatem creditoris videtur adjecta, pecunia au-
tem ad maritum perveniſſe præſumitur. *Dn.*
*Struv. ad h. tit. th. 11. & Wiſſenb. h. t. th. 12.* Hinc 8.
ſi res dotalis aut paraphernalis vendita, præſu-
mitur pretium ſolutum ſoli marito, & nomen
uxoris ad cautelam emtoris videtur additum,
& ſic confeſſio illa nocet uxori quoad emtorem,
non vero quoad hæredes mariti; quaſi non to-
tum pretium repetere poſſit, cùm maritus non
ſoleat pecuniam relinquere uxori. *Berlich. p. 2. dec. 173.* ubi ſic pronunciatum refert. Idem ſi
maritus & uxor quietantiam dent fratri uxoris,
de dote vel paraphernalibus ſolutis, præſumitur
tamen tota dos ad maritum ſolum perveniſſe.
*Cravetta conſ. 91 n. 1. & 2. vol. 1. Berlich. p. 2. dec. 126.*
Nam §. 1. loquitur de talibus perſonis, quæ inter

ſe

ſe liberè contrahere poſſunt, non verò de conjugibus, qui liberè inter ſe non contrahũnt. *Hond. l. 1. conſ. 43. n. 25. Afflict. dec. 209. n. 4. Rol. à Vall. lib. 1. conſ. 64. n. 14.* conferri poteſt *Caroccius de Excuſſ. bonor. q. 22 n. 28. fol. 167.*

## ad L. Si ex duobus. 12.

SI per ſtipulationem duo correi conſtituantur, per longius intervallum, hoc vitiatur. *Ronchegall. hic & Mantic. d. tit. 3. num 1. Wiſſenb. th. 24.* Sed id hodie ceſſat, modò hoc expreſsè actum, ſive ſtatim ſive ex intervallo, convenerit.

## ad *L.* Si reus. 13.

*SUMMARIUM.*

*PEr ſucceſſiones correorum an obligationes perimantur.*

SI correus debendi alteri correo debendi, vel correus credendi alteri correo credendi ſucceſſerit, neutra obligatio perimitur, cùm nec ſtatui poſſit, quæ & per quam perimi debeat, & ideò utramqve obligationem ſuperſtes ſuſtinet, *hic & l. 93. de ſolut.* cui non obſtat. *d. l. 93. §. 1.* quia mendoſa lectio Florentina. Vid. *Ronchegall. & Bach. diſp. 28. th. 7. lit. C.*

## ad L. Si id quod. 15.

*SUMMARIUM.*

*COnſtitutio correorum diſparitate rei debitæ vel 1. cauſæ debendi impeditur, quod exemplis declaratur.*

DIſparitas rei debitæ vel cauſæ debendi impedit correorum conſtititutionem v. g. ego ſtipulor cum Titio à te dotem pro ſponsâ meâ, hic non poſſumus eſſe duo rei ſtipulandi, quia ut ſponſa non eſt amborum, ita nec dos. *Benevenutus Stracha de Adjecto p. 4 q. 13. n. 4.* ſic, ſi ego tecum ſtipuler uſumfructum rei meæ, non poſſumus eſſe correi ſtipulandi, quia res mea in uſufructu formali eſſe nequit. Confer. *Ronchegall. ut ad hanc, ita etiam cæteras leges.*

## ad *L.* Ex duobus. 16.

*SUMMARIA.*

*UNus ex correis, agendo & accipiendo præveniens, alterum jure accipiendi privare poteſt. 2.*

*An correus unus novare poſſit. 2.*

1. INter duos reos ſtipulandi unus alterum poteſt prævenire & præoccupare, & ita in ſuâ perſonâ actionem formare; ut alteri correo jus accipiendi debitum præcludatur, idque per litis conteſtationem, per quam jus correi conſumitur. *Ronchegall. hic, & Bach. d. th. ult. lit. C.* Et ita, ſi duo mihi vendiderint frumentum, & in ſolidum ſtipulentur v. g. Petrus & Johannes, ſi Petrus me prius conveniat, non poſſum me defendere, ſi dicam, frumentum totum ad Johannem pertinuiſſe. Ita conſuluit *Wammeſ. cent. 4. conſ. 13.* nec unus alteri communicare tenetur, quod exegit, niſi ſit ſocius, aut aliud actum. *Weſenb. in π. h. t. num. 7.* Sic etiam correus unus novare poteſt. *l. 31. ff. de novat.* cui videtur obſtare *l. 27. pr. ff. de pactis.* De quarum legum conciliatione vid. *Bach. d. loc. lit. D.* Pla[illegible] videtur, quod de novatione in *d. l. 27. pr.* dicitur, de argentariis eſſe intelligendum. 2.

## ad L. Sive. 17.

*SUMMARIA.*

*LEgatum à certis heredibus relictum præſtari ab illis debet pro parte hereditaria. n. 1.*

*Reſpondetur* ad l. 8. §. 1. de Leg. 1. & ad l. 9. in f. pr 2.

QUando à certis heredibus, non ab omnibus legatum relictum, tenentur illi heredes pro parte hæreditaria. Nec *obſt. l. 8 §. 1. de legat. 1.* quia de alternativa loquitur, quæ uni actum in ſolidum tribuit; Nec *obſt. l. 9. in fin princ.* quia vel pro Et legendum Aut, juxta *Cujac. tom. 2. p 802.* vel repetenda verba ex initio legis, quæ utriusque fidem in ſolidum ſecutus ſit. vid. *hic Ronchegall. & ad Rubric. n. 77. & ſeqq. Duar. de Correis c. 1. Wiſſenbach. d. 26. th 25. vol. 2.* 1. 2.

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*FActum unius ex correis debendi nocet alteri. n. 1.*

*Reſpondetur* ad L. mora. 32. §. pen. ff. de uſur. 2 3.

EX duobus reis ejusdem Stichi promittendi factis alterius factum alteri quoque nocet, v. gr. ſi unus occidit Stichum, ad æſtimationem qvoqve alter poteſt conveniri. Nec *obſt. L. Mora. 32. § pen. ff. de uſur.* Quia hæc de non facto loquitur, cum mora omittendo fiat. *Don. l. 16. c. 25. lit. E. Dec. & Cagnolus in L. In condemnatione. §. unicuiqve. ff. de R. J. & P. Barb. in L. Si conſtante. ff. ſolut. matr. n 113.* Vel mora & factum unius alteri nocet ad conſervandam, vel purificandam obligationem; non autem ad eam augendam in vim ſolius moræ vel delicti. Nam ſi unus correorum occidat equum promiſſum, nocet id conſorti, ut teneatur, qui non fuit in mora vel culpa in ſolidum; ſed ad communem æſtimationem tantum, & ſic conſervando, non autem augendo obligationem, ut inſons non conſequatur lucrum ex culpa conſortis, & ne conſequatur damnum; & ita non tenetur quanti plurimi, nec ad intereſſe extrinſecum, ad quod occiſor tenetur. *Molin. de div. & indiv. p. 3. n. 126.* 1. 2.

## ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*PEr capitis deminutionem unius non liberatur alter. n. 1.*

*Per ſolutionem unius, ſive verè talis ſive fictè, liberantur alteri correi. 2.*

*Liberatio unius ex dimiſſione creditoris non extenditur ad alios correos. 3.*

1. SI correorum debendi unus capite deminuatur, alier non liberatur, quia tantum perſona eximitur obligationi. *Ronchegall. & Don. d. c. 25.*
2. *poſt lit. D. Hering. de fidejuſſ. c. 10. num. 32.* Aut ergo res ab uno ſolvitur vere vel ficte, ut per delegationem, acceptilationem aut juramentum, eum liberatur aliter: Aliud ſi perſona tantum 3.
liberetur. Si igitur dimittat creditor unum, & pactum faciat de non ab ipſo petendo, alier noo liberatur.

# Titulus III.

# De ſtipulatione ſervorum.

## Ad Rubricam.

HÆc materia, licet à foro noſtro remotior, pauca tamen notabo.

## ad *L.* cum Servus. 1.

SErvus ſtipulans Domino acqvirit ſibi, ſive Domino, ſive imperſonaliter ſtipuletur, & ſi duos habeat Dominos, alterque acquirere non poſſit, ſoli ipſi acquiritur, qui acquirere poteſt. *hic & l. 9. pr. h. t. Don. l. 10. c. 23. lit. G. & quos ibi alleg. Hill.*

## ad L. Servus 5.

*SUMMARIA.*

P*Ro qua parte ſervus communis ſuis dominis acquirat. n. 1.*

*Procurator, in venditione mentionem mandati non faciens, an ex perſona domini dominium transferre præſumatur. 2.*

1. SErvus communis acquirit Dominis ſuis pro parte Dominii, niſi nominatim uni ſtipulatus fuerit, aut juſſu unius ſtipulatus ſit. vid. *Don. l. 9. c. 6. lit. I. & ibi Hill. & Pac. cent. 6. quæſt. 91.* Unde, ut & ex *l. fin. C. per quas perſonas. verſ.*
2. *quod enim*, probant Dd. qvod procurator, ſi mandatu Domini rem vendat, licet nullam mandati mentionem fecerit, tamen non ſuo, ſed alieno nomine transtuliſſe dominium præſumatur ex perſona Domini; nam hic ſimpliciter dicitur, ſervum juſſu unius Domini ſtipulantem illi ſoli Domino adquirere dominium, nec diſtinguitur, utrum in venditione mentionem fecerit juſſus annon: facit & *L. rei ex mandato 59.* vid. *Franc. de Clapperiis cauſa 39. q. 1.* ſed quantum ad emptorem, qui bona fide putavit, procuratorem ſuo nomine vendidiſſe, actionem de evictione habet contra procuratorem quaſi venditorem. *Franc. de Clapp. d. c. 39. q. 2.*

## ad L. Item ſi. 9. §. fin.

SErvus cum Titio aut Cajo Dominis ſuis ſtipulatur, ſtipulatio eſt inutilis, quod, licet mutatum quidam putent, per *L. pen. C. de V. & R. S.* negat tamen hoc *Barb. in L. Cajus. ff. ſolut. matr. n. 19.*

## ad L. Uſusfructus. 26.

LIcet uſusfr. ſervo hæreditario legari poſſit, hic tamen uſumfr. ſtipulari nequit, ne quidem conditionaliter, quia ex præſenti vires accipit ſtipulatio, quod videtur pugnare cum *l. 213. de V. S. & §. 4. Inſt. de V. O.* Sed vid. *Pacius cent. 9. qu. 37. & Don. l. 15. c. 11. & ibi Hill. lit. A.*

## ad L. Si communis. 37.

SI ſervus Dominis ſtipuletur eorum nominibus propriis expreſſis, vocantur Domini in viriles; ſi verò Appellativum nomen, vocantur in Dominicas; ſin utrumque expreſſum, inſpicitur id, quod præcedit. *Gædd. in Tr. de ſtipul. c. 10. concl. 6.* conf. *not. ad L. Si heredes nominatim 124. de legat. 1.*

## ad L. Fin.

QUicquid ſervus vel filius ſtipulatur, licet conditionaliter, ſtatim tamen acquirit Domino. vid. *Don. l. 9. c. 6. & ibi Hill. lit. C.*

# LIBRI QUADRAGESIMI SEXTI

# Titulus I.

# De fidejuſſoribus & mandatoribus.

## Ad L. Omni. 1.

*SUMMARIUM.*

F*Idejuſſores omnibus obligationibus, & acceſſoriis & naturalibus, accedere poſſunt.*

OMnibus contractibus ſive re, ſive verbis, ſive conſenſu, ſive literis conſtent, accedere poſſunt fidejuſſores, etiam acceſſoriis; nam & fidejuſſor pro alio fidejuſſore accipi poteſt ein Ruckbürge / *hic & L. Græce 8. §. 12. h. t. Et §. in omnibus. Inſt. h. t. Weſ. in π. h. t. n. 4. Gæd. de Stipulat. c. 6. concl. 23. n. 351. & ſeq. Hering. de fidejuſſ. c. 10. n. 1. ſeq.* Quin & naturali obligationi, ſive ex perſona contrahentis, ſive ex qualitate conventionis talis ſit, accedere poteſt fidejuſſor. *Bach. in Treutl. vol. 2. d. 28. th. 3. lit. B.*

ad L.

## ad L. Qvi ſatisdare. 3.

*SUMMARIA.*

*QUi accepit ex errore talem fidejuſſorem, qvi qvodammodo fidejubere prohibetur, an alium petere poſſit. n. 1.*
*Filiusfamilias in qvibus cauſis inidoneus fidejuſſor. 2.*

1. QUi ſatisdare promiſit, ſi dedit aliqvem, qvi
fidejubere qvodammodo prohibetur, ut
Clericum, militem, mulierem, tunc, qvaſi non
ſatisdediſſet, tenetur alium dare, licet creditor
in jure vel facto errans illum acceperit, aliud in
iis, qvi propter privilegium fori aut tenuitatem
facultatum poſſunt recuſari; nam fidejuſſorem
non ſatis idoneum facit idoneum approbatio
creditoris, cui cavendum eſt. *Treutl. & ibi Bach.*
2. *vol. 2. diſp. 28. th. 2. lit. F.* Si filiumfamilias dederit
in iis cauſis, in qvibus cauſis non datur actio
contra patrem de peculio; non dedit idoneum.
*Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 345.* nam filiusfamilias
fidejubere poteſt etiam pro patre. *Hering. d. c. 7. n. 327. & multis ſeqq.*

## ad L. Generaliter. 5.

*SUMMARIA.*

*PEr ſucceſſionem fidejuſſoris debitori principali exſtingvitur fidejuſſoria obligatio. n. 1.*
1. *Qvid in duabus paribus obligationibus. 2.*

QUando fidejuſſor ſuccedit debitori, pro qvo
fidejuſſerat, extingvitur fidejuſſoria obliga-
2. tio, & reus manet obligatus; ſecus in duabus
paribus obligationibus, ut ſi correus debendi
correo ſuccedat, qvia ibi monſtrari non poteſt,
qvæ obligatio alteram perimat, *hic & l. 93. §. 2.*
*Gædd. de ſtipul. c. 5. concl. 10. n. 159. Hering. de fidejuſſ.*
*c. 20. §. 16. n. 31. Bach d. diſp. 28. th. 7. lit. C.* nec fidejuſſor
ita ſuccedens juvatur beneficio ordinis aut
Inventarii. *Carpz. part. 2. conſt. 18. def. 13. & qvos citat.*
*Hering. d. §. 16. n. 37.*

## ad L. Stipulatus ſum. 6. §. ult. & L. qvod enim. 7.

*SUMMARIA.*

*FIdejuſſor accedere poteſt & futuræ obligationi. n. 1.*
*Ex qvo tempore hæc fidejuſſio vires capit. 2.*
*Qvæſtionis: An fidejuſſor naturali obligationi accedere poſſit, affirmativa diſtinctè probatur & ad contraria reſpondetur. 3. 4.*

1. NOn tantùm præſenti, ſed & futuræ obliga-
tioni fidejuſſor accedere poteſt. *Trentac. d.*
2. *th. 3. lit. F. & Hering. c. 10. n. 78. & ſeq.* qvæ tamen
vires capit non ex tempore ſtipulationis interpoſitæ,
ſed trahitur ad tempus obligationis principalis.
*l. 57. h. t. Hilliger. in Donell. l. 15. cap. 48.*
3. *lit. F.* imò etiam obligationi naturali. Nec obſtat,
qvòd in hoc caſu principalis non poſſit
conveniri actione aliqvâ. 2. Qvòd ita fidejuſſor
arctius obligetur; nam ſufficit, qvod reus, ſi ſolverit,
non poſſit ſolutum repetere, & non eſt
abſurdum, fidejuſſorem arctius obligari, modò
non in plus obligetur. Sic fidejuſſor ſub juramento
ſe obligens arctius obligatur, qvàm
principalis. *Dn. Struv. Exerc. 47. th. 41.* Sed
qværitur de caſu ſtatuti, ubi fœmina ſine curato- 4.
re non poteſt contrahere, ut in foro Saxon. nam
hîc naturalem obligationem ſubeſſe patet, ergò
affirmat qvæſtionem *Carpz. p. 2. conſt. 15. def. 7.*
Sed non iniqva videtur ſententia *Tiraqv. & Berl.*
à Carpzovio allegatorum, hâc ex ratione; qvæ
obligatio naturalis condictionem indebitè ſoluti
non impedit, pro ea non poteſt dari fidejuſſor.
*l. 7. & l. 16 §. 4. h. t.* At mulier ſine curatore
ſi contrahat, hæc obligatio non impedit condictionem
indebiti *Carpz. d. l.* ergo non tenetur
fidejuſſor.

## ad L. Græcè. 8.

*SUMMARIA.*

*FIdejuſſor dari poteſt pro omni ex qvacunqve cauſa obligato. n. 1.*
*Fidejuſſor de judicio ſiſti acceptus poſt ſententiam amplius non tenetur. 2. 5.*
*Fidejuſſor in duriorem cauſam qvam principalis debitor, obligari non poteſt. 3.*
*An nec teneatur in ſumma concurrente. 4.*
*Pro fidejuſſore datur fidejuſſor indemnitatis. 6.*

TRaditur hic pro omnibus obligationibus 1.
poſſe aliqvem fidejubere, etiam pro eo, qvi
jure prætorio obligatus eſt aut ædilitio, §. 2. item
pro eo, qvi fidejuſſorem dare non tenetur, ſi
ſponte dederit, ut *Hering. de fidej. c. 5. n. 234.* pro
tutore teſtamentario §. 4. imò pro eo etiam, qvi
ex delicto obligatus eſt §. 5. imo pro omni ex
qvacunqve cauſa obligato §. 6. Fidejuſſor au- 2.
tem de judicio ſiſti acceptus non amplius tenetur
poſt ſententiam, qvia lata ſententia exſpirat
litis conteſtationis effectus §. 3. h. l. *Barboſa in l. 2. pr. n. 13. ff. ſolut. matr.* videatur *Hill in Donell.*
*l. 23. cap. 9. lit. Dn.* ubi ex aliis duplicem recenſet
cautionem de judicio ſiſti, & qvidem ſi non ipſo
jure, tamen ope exceptionis, judicio extincto,
cùm enim lis non amplius exerceatur, & nulla
fidejuſſoris mora intercedat, causâ ſublatâ tollitur
effectus, & aliàs non diſtaret cautio de judicio
ſiſti à cautione de judicato ſolvendo. *VVamneſ. conſ. 7. n. 3. & ſeqq. tom. 4.* nec fidejuſſor tenetur
in inſtantiâ appellationis. *Caſtr. in l. 2. §. fin.*
*ff. qvi ſatisd.* Fidejuſſor in duriorem cauſam, qvàm 3.
principalis debitor obligari non poteſt §. 7. h. l.
v. gr. ſi fidejuſſor in majorem ſummam ſpo- 4.
ponderit, ubi multi putant, ne qvidem in ſumma
concurrente fidejuſſorem teneri, ut *Covarr.*
*in c. qvamvis de pactis lib. 6. p. 2. §. 6. num. 6 &*
*qvos refert Hering. de fidej. c. 24. n. 53. & ſ.* Sed
æqvior ſententia eſt Heringii, nam in ſeqventibus
legibus, rationibus & authoritatibus confirmat
& ad hunc §. 7. reſpondet *n. 84. & n. 97. &*
*ſeqq.* Et aliqva exemplaria legunt *non omnino*. Et
certum eſt JCtos non Logicas regulas, ſed Rhetori-

roricas potius obſervaſſe, & ita *omnino non pro non omnino* poſitum. *Hill. in Donell. l. 15. cap. 48. lit. I. & quo. refert.* vel purè ſit acceptus, ubi
5. debitor ſub conditione obligatus *hic & §. 5. Inſt. h. t.* multò minùs in aliam cauſam ſe poteſt obligare, ut ſi pro eo, qvi Stichum debet fidejubeam de Sticho aut Pamphilo ſolvendo §. 8. *h. l. & l. 34.* qvia mortuo Sticho Pamphilum dare teneretur, & ſic durius & ad plus obligaretur fidejuſſor. *Zaſ. h. t. num. 7. Dn Struv. h. t. th. 40.* Pro fidejuſſore etiam fidejuſſor accipi poteſt §.
6 *fin.* qvi dicitur Rückbürge/ ſicut & pignoris pignus dari poteſt *Hering. c. 4. num. 48. & ſeq. & Hillig. in Donell. l. 15. c. 48. lit. F.* nam acceſſorium, cui aliud accedit, hoc reſpectu pro principali habetur.

## ad *L.* Si dubitet. 10.

### *SUMMARIA.*

*Fidejuſſores, qvi non ſolvendo reperiuntur, tenentur cautionem præſtare. n. 1.*

*Fidejuſſor fidejusſionem negans privatur omnibus beneficiis fidejuſſoris. 2.*

*Negans fundamentum privilegii ſui, privilegium ipſum amittit. 3.*

*Si filius pro parte fidejubet, quæ dentur contra patrem actiones. 4.*

*Filio de Caſtrenſi peculio hic ſolventi quomodo ſuccurratur, remiſſivè. 5.*

SI creditor dubitet, an reliqvi confidejuſſores
1. ſolvendo ſint, poteſt unus fidejuſſorum petere, ut & cæteri conveniuntur ſuo periculo, & cautione præſtita, ſi non reperiantur ſolvendo, de reliqvo ſolvendo. *pr. h. l.* Fidejuſſor ſi ne-
2. gaverit fidejusſionem, privatur beneficio diviſionis, ut & excusſionis & cedendarum actionum. *Hippol. de Marſil. in Rubr. de fidej. c. 5. n. 382. Francus in tr. de fidejuſſ. c. 5. n. 469. Hering. c. 27. part. 2. n 53. VVammeſ. conſ. 8. n. 10. cent. 4.* Unde pro-
3. bant Dd. eum, qvi negat fundamentum privilegii ſui, privilegium ipſum amittere. *Gomez. tom. 2. reſol. c. 13. n 14. in 7. limit. Ant. Gabr. lib. 5. tit. de acqvir poſſ. concl. 5. num. 13.* Filiumfamilias
4. pro patre fidejubere poſſe hic dicitur, ubi contra patrem datur actio qvod juſſu, vel de in rem verſo, ſi pro ignorante patre fidejusſit, & filio,
5. qvi de Caſtrenſi peculio ſolvit, ſuccurritur, per §. *fin. h. l.*

## ad L. Cum reus. 14.

SI debitor fidejuſſori hæres exiſtat, confunditur obligatio, & qvidem fidejuſſoria extingvitur, principalis remanet. *Baeb. in Tr. d. diſp. 28. th fin. lit. C. pag. 975. Zang. de except part. 3. c. 9. n. 10. & ſeqq. Hering. c. 20. §. 16. n. 45.*

## ad L. Stipulatus. 15.

### *SUMMARIA.*

*Exceptiones reales quæ principali debitori competunt, an etiam proſint fidejuſſoribus. n. 1.*

*Facienda facilius impediuntur, quam facta revocantur. 2.*

*Liberatio unius fidejuſſoris non prodeſt alteri. 3.*

*Intellectus §. f. h. l. quo videlicet reſpectu in... creditor dicto caſu contra alterum fidej... rem agens nullâ exceptione ſubmoveri p... dicatur. 4.*

EXceptiones reales, qvæ principali debi... competunt, etiam fidejuſſoribus compet... *l. 7. & 19. ſupr. de except.* qvod etiam invito... locum habet, qvia intereſt, potius pecuniam... tinere, qvam ſolutam à reo repetere. *hic &... 19. & l. 32. h. t. Zang. part. 3. c. ult. num. 59. ...ring. c. 27. part. 4. num. 5. & ſeq.* Unde collig... qvod facilius impediatur faciendum, qvam r... cetur factum. *Hering. de fidejuſſ. cap. 10. n. 1. qu... & ſeqq.*

*Ad §. fin.* Si habeam duos fidejuſſores... unum liberem aliqvo accepto, in reliqvum... venio alterum, nec ulla exceptione ſubmov... qvia tamen fidejuſſor conventus petere p... ceſſionem contra confidejuſſores, ideo intel... *h. §.* Bart. de eo caſu, qvando plures fidej... tunt ſeparatim, neuter intuitu mutui peti... nec reſpectu alterius. Et hoc caſu liberatio... nius non prodeſt alteri, nec poteſt unus pet... ceſſionem contra alterum. *Neguz. de Pignor... 3. part. 5. num. 36. verſic. Qvinto fallit. Vin... de Franch. deciſ. 55. num. 10. Hering. c. 27. par... num. 27.*

## ad L. Fidejuſſor obligari. 16.

### *SUMMARIA.*

*Fidejuſſor in cauſam duriorem accipi non p... qvam in obligatione principali fuerit, quo... claratur ſimul exemplis. n. 1. 3.*

*Fidejuſſor quatenus naturali obligationi acced... poſſit. 2.*

*Creditor ad interpellandum debitorem princip... cogi non poteſt, ut liberetur fidejuſſo...*

*Quod limitatur. 5.*

NOn poteſt fidejuſſor in cauſam duric... accipi, qvam in obligatione principali... v. gr. ſi principalis debitor ſimpliciter ſolu... nem, fidejuſſor verò certo loco promittat. ... *h. l.* Durius etiam obligatur, ſi princip... Lipſiæ, ego Pariſiis ipſi me ſoluturum pro... tam. §. 2.

In §. 4. agitur de naturali obligatio... qvod ei fidejuſſor accedere poſſit, ſi modo ... dictionem indebiti impediat, de qvo ſupra. ... ſi principalis in diem promiſerit, fidejuſſor... conditione, poteſt fieri, ut fidejuſſor durius... ligetur, ſi ſcilicet conditio ante diem imple... Ideoqve eventus conditionis facit, ut vel... rius vel levius videatur obligatus fidejuſſ... §. 5. Demum notant ex §. *ult.* creditorem n... cogi poſſe, ut debitorem principalem inter... let de ſolutione, ſed fidejuſſorem nihilom... obligatum manere, *Hering. de fidejuſſ. c. 20 §... num. 15.* Qvod tamen limitat *num. 21. & ſ...* ſi fidejuſſor non renunciaverit beneficio ex... ſionis, & crediterem deſidem monuerit, ut in... pellaret debitorem principalem ſenſim ad...

op

opiam vergentem, is autem doloſè hoc ſemper diſtulerit; qvam citatis Doctoribus communem opinionem eſſe dicit *Hering d. l.*

## ad L. Fidejuſſoribus 17.

*SUMMARIA.*

*Creditor ante ſolutionem à fidejuſſor. faciendam tenetur fidejuſſori cedere omnes ſuas actiones. n. 1.*

*Creditor an pignus retinere poſſit ob chirographarium debitum. 2.*

*Tenetur cedere creditor, licet fidejuſſor beneficio cedendarum renunciaverit. 3.*

*Qvid ſi cedere non poſſit amiſſis inſtrumentis, an actio contra fidejuſſorem ceſſet. 4.*

1. QUando creditor unum ex fidejuſſoribus convenit id ſolidum, tenetur prius creditor petenti fidejuſſori cedere actionem contra confidejuſſores, *hic & l. 36. h. t.* qvia hoc creditori non nocet, fidejuſſori prodeſt. *Dn. Manz. de fidej. c. 10. n. 2.* & cedendæ non tantùm perſonales, ſed etiam reales actiones *l. 2. & 11. C. h. t.* nec
2. creditor retinere poteſt pignus ob chirographarium debitum, qvia ideò cum pignoris obligatione ſe obligavit fidejuſſor, ut in omnem eventum tutior eſſet, & hîc non cum debitore, ſed tertio res eſt, & ideò ceſſat diſpoſitio *l. un. C. etiam ob chirograph. deb. Dn. Manz. de fidej. c. 10. num. 10.*
3. Cedere autem debet detractâ ſuâ parte reliqvum. *Dn. Manz. d. l. n. 25.* etſi beneficio cedendarum renunciaverit fidejuſſor, hæc tamen renunciatio tantùm facta, ne ſolutio retardetur, non ut creditor non teneatur cedere, qvod ſibi non nocet, alteri prodeſt. *Manz. d. l. n. 54.* de qvo *Hering. d. c. 27. part. 3. Carpz. p. 2. c. 17. def. 15. &*
4. *& ſeqq. & lib. 2. Reſp. 70.* Et ſi cedere non poſſit amiſſis inſtrumentis, denegatur actio. *l. 39. ff. h. t. Berlich. p. 1. dec. 10.* qvod de actione contra confidejuſſores inſtituendâ intelligo, licet ſi debitor & confidejuſſor ſimul citentur, & fateantur debitum, ceſſio hæc verbalis ſufficeret. Vid. *not. ad l. 84. §. 7. de legat. 1.*

## ad L. Servus. 19.

SErvus fidejubere non poteſt extra cauſam peculii, & ſi ſolvat, ſive ex peculio ſive ex aliis rebus Domini, vel ſi ipſe Dominus errans ſolvit, datur repetitio. *Bachov. d. diſp. 28. th. 2. lit. D. Hering. c. 7. n. 295.*

## ad L. Hæres. 21. §. ſervo tuo. 2.

*SUMMARIA.*

*Servus mutuam pecuniam accipiens qvi manumiſſus pro hoc debito fidejuſſor accipitur, qvatenus teneatur.*

*Servus ex obligatione naturali fidejuſſor ſuccedens an adhuc teneatur ut fidejuſſor. 2.*

EGo mutuam pecuniam do Sticho ſervo tuo, tu poſtea eum manumittis, & ego jam iſtum ſervum accipio fidejuſſorem, qværitur an teneatur? R. ſi pro actione ex peculio ſpo pondit, tenebitur aliàs, non, ſi obligetur pro naturali obligatione alia, qvia pro ſe ipſo fidejuſſiſſet, qvod abſurdum. 2. Sed bone, ſervum pro naturali obligatione dediſſe fidejuſſorem Titium, poſtea verò ſervus manumiſſus ſucceſſit Titio, ut hæres, qværitur, an adhuc teneatur ut fidejuſſor? videtur qvòd non, qvia per confuſionem extincta obligatio. Sed affirm. qvia illa regula de confuſione habet tantùm locum, qvùm obligatio principalis fuit efficax, qvod hîc non eſt, dum eſt tantùm naturalis obligatio. Vid. *Zanger. part. 3. c. 9. n. 17. & Carpz. part. 2. c. 18. def. 13.* Vid. *not. ad l. 95. §. qvod vulgò. 3. ff. ſol.*

## ad L. Marcellus. 25.

*SUMMARIA.*

*Fidejubens pro pupillo, furioſo, vel prodigo tenetur citra regreſſum contra debitorem principalem. n. 1.*

*Reſpondetur ad* l. *6.* ff. de V. O. 2.

SI qvis pro pupillo ſcil. infante majori, & ita naturaliter obligato, aut etiam pro furioſo vel prodigo fidejuſſerit, ipſe qvidem fidejuſſor tenetur, qvia donandi animo videtur interceſſiſſe, ſed regreſſum vel actionem mandati contra debitorem principalem non habet. Nec ob- 2. ſtat *l. 6. ſuper. de V. O.* qvia non poſſunt hi fidejuſſorem dare, ſcil. ut inter eos actio mandati naſcatur. Vid. *Tr. d. diſp. 28. th. 3. lit. B. & ibi Bach. & Francus de fidejuſſ. c. 3. n. 7. & ſeq. Hering. c. 5. num. 334. ſeq. & quos alleg. Hill. in Donell. l. 15. c. 48. lit. G.* licet alii hanc legem de eo caſu intelligant, ubi pupillus & furioſus ex re obligatur, ut Borcholt. de obligat. *c. 2. num. 27.*

## ad L. Inter fidejuſſores. 26.

*SUMMARIA.*

*Beneficium diviſionis competit fidejuſſoribus ope exceptionis. n. 1.*

*Liberatio unius ex fidejuſſoribus an gravet cæteros. 2.*

SI plures ſint fidejuſſores, qvilibet ipſo jure in ſolidum tenetur, ſed habent beneficium diviſionis ex epiſtolâ Adriani, idqve ope exceptionis, ſi tempore litis conteſtatæ omnes ſolvendo ſint, *hic & §. 4. Inſt. h. t. & ibi Harpr. n. 5. & ſeq. Hering. d. tr. c. 27. part. 2. n. 17. ſeq.* Unde ſi qvis 2. ſine hærede deceſſerit, aut ad inopiam redactus ſit, hoc cæteros gravat; ſed qværitur, ſi fidejuſſorum unus, eo qvod diu in obligatione ſteterit, liberationem conſecutus ſit, per *L. Si pro ea. C. Mandati.* an hoc cæteros gravet? Qvod affirmat *Hering. de fidejuſſ. c. 25. n. 41. & ſeq* qvia ille ſibi vigilavit & uſus eſt remedio juris ordinario, & per *L. Fidejuſſor. 23. de pactis.*

## ad L. Si plures. 27.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor purè conſtitutus an pendente conditione alterius agenti poſſit opponere exceptionem diviſſonis. n. 1.*

*Extenſio hic ad duos correos remiſſivè. 2.*

*Fidejuſſor fidejuſſoris cum hoc non utitur beneficio diviſionis. 3.*

Secus

*Secus ſi concurrat cum cæteris fidejuſſoribus. 4.*
*Fidejuſſor fidejuſſoris differt à fidejuſſore indemnitatis. 5.*

1. DUo conſtitui fidejuſſores alter purè, alter ſub conditione. Pendente hac convenio illum, qui opponit exceptionem diviſionis, quæritur, an rectè? Videtur negandum, quia conditionalis fidejuſſio & obligatio pendente conditione nulla eſt. Reſp. verò, ex æquitate, ut puto, dandam ſcil. exceptionem diviſionis, donec conſtet, conditionem non exiſtere poſſe, aut conditio exiſtat, ſed alter non ſit ſolvendo, tunc enim in 2. priorem reſtituitur actio. Quomodo hoc ad duos correos extendatur, vide *not. ſupra ad l.* 3. *7. ff. de duob. reis.* Fidejuſſor fidejuſſoris, ein Ruckbürge / ſi convenitur, non poteſt petere, ut inter ſe & eum, pro quo fidejuſſit, dividatur actio, ſi quidem hic principalis quaſi debitor eſt; 4. Secus ſi concurrat cum cæteris fidejuſſoribus. *He-* 5. *ring. d. c. 27. part. 2. n. 25. & ſeq* Hic autem fidejuſſor fidejuſſoris malè à nonnullis confunditur cum fidejuſſore indemnitatis, qui in id tantum ſpopondit, quantum à reo vel fidejuſſore primo ſervari non potuit, vid. *Gæd. in l. 150. de V.S. & Hering. c. 4 n. 26.*

## ad L. Si contendat, 28.

*SUMMARIA.*

R*Emedium* hujus legis *cui & ad quid competat. n. 1. 2.*
*Quis in hoc remedio judex. vid n. 3. & 14.*
*An remedio* hujus legis *uti poſſit, qui habet exceptionem, quæ eſt altioris indaginis. 4.*
*In quibus conveniat remedium* h. l. *cum remedio* l. diffamari. *5. & ſeqq.*
*In quibus differat, vid 9. 12. 13.*
*An in debito conditionali aut in diem agi poſſit ex duabus hisce legibus. 10. 11.*

1. EX celeberrimo hoc remedio juris fidejuſſor, cui competit beneficium diviſionis, poteſt officium judicis implorare, ut dividatur inter ſe & confidejuſſorem actio, quod inductum ex eâ causâ, ne poſſet, diutiùs creditore cunctante, exceptio diviſionis perire, dum ſc. confidejuſſores 2. inidonei fiunt, & datur hoc beneficium omni debitori, cui exceptio competit, quo petit citari creditorem ad audiendam exceptionem, & niſi faciat, ipſi ſilentium imponi, *Hering. de fidej. c. 25. n. 133.* qui formulam proponit *c. 30.* nam poſſet quidem dici hoc ſpeciale eſſe in beneficio diviſionis, quia hoc ſucceſſu temporis poſſit perire; Sed æquitas eſt generalis, licet enim exceptio alia non ſit iſti periculo obnoxia, difficilior tamen probatio debitori reddi poteſt. Quid ſi teſtes, quibus exceptio probari poſſit, moriantur? Quid ſi inſtrumenta corrumpantur, quid ſi creditor debitoris mortem expectet, ut feliciùs cum viduâ & liberis litem peragere poſſit, tale quid ſæpe contingit in peſſimis hujus ſeculi moribus. Eadem æquitas ergò in aliis exceptionibus militat. 3. Judex in hoc remedio erit ille, qui eſt judex rei coram quo conveniendus fuiſſet reus, *Berl. p. 2. d. 169.* ubi exemplum habet de SC. Macedoniano, quod patet contra creditores in ſuo (patris) foro, implorando officium judicis ex hoc remedio volebat opponere. Sed pona in aliquo caſu, 4. v. g. quando actor fundat ſe in inſtrumento liquido, reus verò habet exceptionem, ſed quæ ſit altioris indaginis, ideoque ex practica hujus legis imploret reus, antequam ex inſtrumento conveniatur, officium judicis, & exceptionem ſuam in judicium deducit, an creditor reſpondere in hoc judicio ordinario teneatur? vel, annon potius executionem petere & exceptionem differre poſſit? Prius negat, poſterius affirmat *Berl. p. 2. d. 270.* nam cui exceptio denegatur, ei multò magis actio deneganda, & ita fraus fieret ſtatuto. *Hartm. Piſt. p. 4. q. 15 n. 3.* ubi refert debitores ſpe ſuâ fruſtratos fuiſſe. Convenit autem hoc re- 5. medium cum remedio legis diffamari, 1. quod actor in utroque poſſit provocari ad agendum, in illo quidem ob diffamationem creditoris; in hoc ob periculum debitoris, 2. Sicut diffama- 6. tor non tenetur actionem ipſam principalem coram judice diffamationis inſtituere, ſed habet electionem, coram quo provocatus diffamatus agere velit in judicio principali, ſi diffamatus habeat plures judices, *Blarerus ad L. Diffamari. c. 4 n. 39. Carpz. lib. 2. Reſp. 34. n. 13. Dn. Mev. p. 1. d. 198.* adeò, ut ſi judex diffamationis non poſſit de causâ principali cognoſcere, tamen in judicio diffamationis citare diffamatorem poſſit. *Dn. Mev. p 3. d. 212.* Ita idem puto, ſi debitor habeat diverſa judicia, etiam in *L. Si Contendat.* creditorem non teneri comparare in loco, ubi debitor ad judicium provocavit, ſed habere arbitrium alibi movendi actionem principalem. Nam ſi diffamator non amiſit hoc jus eligendi forum, multò minus verus creditor, qui non diffamavit, ſed tantum cunctatus eſt, hoc arbitrium amittet. 3. Quemadmodum in *L. Diffamari* nemo ſe eximere poteſt, quo minus compare- 7. re debeat, licet alias Imperii ſit exemptus, quia non citatur ut reus, ſed ut actor, ſicut etiam menſe Majo anno 1667. in Facultate noſtra in causa aliqua, Exemplum Imperii concernente, pronunciatum: *Blarerus ad illam L. c. 4. n. 37. Dn. Mev. p. 3. d. 213.* Ita idem aſſe puto in practica *Legis, ſi contendat*, nam vocatur ut actor, & idem periculum debitoris, ſive creditor ſit illuſtris, ſive plebejus, & illud quidem majus. Et ſicut in practicâ *Legis Diffamari*, ſi à judice diffamatorii 8. judicii certus terminus ad agendum præſcriptus ſit, ſi intra eum non egerit diffamator, admittendus tamen eſt, donec ſententia perpetuum ſilentium imponens lata fuerit, ut de communi ſententia teſtatur *Carpz. p. 3. dec. 213. n. 23. & ſeqq.* Ita & hic: & ſicut, ſi cauſa à diffamante jam antea in alio judicio intentata, non haberet locum actio ex *L. Diffamari* ob litis pendentiam & præventionem, ut tradit pluribus *Carpz. p. 3.*

*dec. 214.*

*dec. 214. n. 16. & ſeq.* Ità idem hôc loco obſervan-
9. dum. Differt autem hoc remedium à practicâ *L. Diffamari* (1) qvod in hoc remedio non opus ſit probare diffamationem; qvia fatetur hic reus, ſe ſummo jure obligatum eſſe. Deinde, qvando diffamator vult agere, tenetur in principali actione fundamentum ſuæ diffamationis probare, qvia ibi actor eſt. Sed in practicâ hujus legis videtur aliud dicendum. Licet enim *Carpz. in Proceſſ. tit. 20. art 4. num. 18.* onus probandi velit actori provocato injungere; neſcio tamen, qvomodo id legi conveniat; nam ſi fidejuſſor in hâc L. non negat fidejusſionem, ſed fatetur, verum creditori exceptionem diviſionis opponit, ac ſolvendo confidejuſſorem eſſe ait, debetà fidejuſſore hoc probari. *hic & ad L. 10 n. 7. C. de fidej. Carocius de*
10. *Excuſſ. bon. pag. 2. qv. 1. princ.* Nec illud difficultate caret, qvod *Carpz. d. art. 4. n 9. & ſeqq.* ait in debito conditionali, aut in diem, non poſſe ex *L. Diffamari* aut ex *hâc L. Si contendat* agi, qvod etiam antea in *Juriſpr. pag. 1. conſt. 7. def. ult.* propoſuerat. Atqvi id, qvod creditor nondum impletâ conditione, vel dic, non poſſit agere, ad eum caſum, ubi reus, qvi dicitur ſub conditione obligatus, ipſe provocat ad agendum, non poteſt extendi; nam ſi qvis me ſub conditione obligatum diffamando dixerit, cur non liceat diffamationem retundere ex practicâ *Legis diffamari*, & qvæ æqvitas eſſet ad eventum conditionis, qvi me mortuo contingere poſſet, me remittere. Eadem æqvitas ſvadet; ut
11. admittar ad remedium hujus legis. Sic exemplum fidejusſi cum Titio de indemnitate, ſi fidejuſſor purè datus non ſit ſolvendo, fidejoſſor de indemnitate ſub conditione tantum eſt obligatus. Creditor ceſſat agere contra fidejoſſorem purè datum cur non mihi liceat ob moram provocare creditorem, ut excutiat illum fidejuſſorem, & poſtea eo non reperto ſolvendo, inter me & confidejuſſorem dividat creditorem. Et ſi contra reum ſub conditione vel in diem obligatum, etiam invitum, ſecundum qvid agere liceat ex practicâ *Legis in omnibus. 41. ff. de jud.* qvidni volente & urgente debitore hoc facere liceat, ſi diffamatus ſit, aut exceptionem habeat, tempore ob caſum inſpera-
12. tum, perituram, &c. Sed & alia mihi incidit differentia inter *practicam hanc* & ex *L. Diffamari*. Ex *L. Diffamari* citatus & provocatus diffamator tenetur juramentum calumniæ præſtare. *Dn. Mev. p. 3. d. 277.* ſed non in hâc practica, ubi provocatus
13. non diffamavit, & provocans ipſius intentionem qvodammodo fatetur. Ita ex practicâ *L. Diffamari* provocatus tenetur cautionem præſtare de reconventione. *Carpz p. 1. c. 5. def. 28. Dn. Mev. d. l.* ſed non ita in hâc practicâ mihi videtur, qvia reus qvodammodò fatetur, non omninò injuſtam eſſe ejus intentionem, ſed exceptionem ſuam tantum opponit, nec cauſam dedit creditor, ut in judiciũ traheretur, ut ex *L. Diffamari*. Hæc ſalvis melioribus. confer. *Petr. Heig. p. 2. q. 8. Salgado in Labyr. pag. 1. c. 2. num. 6.* ubi plurimos Doctores refert, & in numeris ſeqventibus de hoc remedio agit fuſius. *Covarr. pag. 1. reſol. c 18. num. 3. Carpz. pag. 1. cap. 7. def. pen. Hering. c. 25. n. & ſeqq. Dn. Struv. h. t. th. 46.* Hoc beneficium *legis, ſi contendat*, ubi coram incompetente judice cœperat agere creditor, refert *Dn. Mevius p. 6. dec. 6.* 14.

## ad L. Cum is. 36.

### SUMMARIA.

*AN fidejuſſori ſolventi poſt factam ſolutionem jura contra reum principalem & confidejuſſores cedenda. num. 1.*

*Reſpondetur ad* l. h. *varie. 2.*

*Si ceſſio facta in ſpecie non ſit contra confidejuſſores an & contra confidejuſſores agi poſſit. 3.*

QVæritur: an fidejuſſor unus, ſi ſolverit inte- 1.
gram ſummam, poſſit ſolutione factâ petere, ut ſibi creditor cedat actionem ſuam contra reum principalem & confidejuſſores? Hoc negatur in *L. Modeſtinus 76. ff. de ſolut.* niſi ante ſolutionem aut incontinenti conveniſſet, ut ſibi cederentur actiones; nam hoc caſu pretium mandatarum actionum ſolutum videtur. Sed obſtare vi- 2.
detur *l. hac.* qvæ vult ſemper præſumi venditionem, ideoqve *l. 76.* de rigore juris, hanc de æqvitate intelligendam putant nonnulli. *Hering. c. 28. num. 39.* Sed *Bach. d. diſp. 28. th. 6. lit. D. ad h. l.* reſpond. 1. qvod ſi in ipſum actum ſolutionis ceſſio facta fuerit, quod arguunt verba, *acceptâ pecuniâ præſtet actiones*. 2. qvod ſolutio facta fuerit ſub hoc modô, ut ſibi cederentur actiones, vel 3. qvod pactum de cedendo ſolutionem præceſſerit. Conf. *Berlich. part. 2. concl. 22. n. 77. & Carpzov. part. 2. juriſpr. conſt. 17. def. 16.* conf. *Manzius de fidej. c. 10. n. 34. & ſeqq. maximè num. 47.* Sed ſi ceſ- 3.
ſio facta non ſit in ſpecie contra confidejuſſores, an tunc etiam videatur agi poſſe contra confidejuſſores? Aff. hoc *Dn. Mev. pag 2. d. 218.* ſcil. ſi qvaliscunqꝫ translatio jurium facta. Sed ſemper agit fidejuſſor qvi ſolvit, contra confidejuſſorem ſuâ parte demta. *Hartm. p. ſt. pag. 1. q. 48. num. 6.* qvod etiam eo caſu fit, ſi dederim creditori nomen in ſolutum, in qvo fidejusſi cum Titio, qvi creditor, ſi ex ceſſione agat contra Titium, hic juſtè excipiet, meam partem confuſione ſublatam debere detrahi. *Mev. pag. 4. d. 325. Zæſ. h. t. n. 39 & ſeq. Dn. Struv. theſ. 45. Wiſſenb. theſ. 19. Hartm. Piſtor. obſ. 44.*

## ad L. Si qvis. 37.

### SUMMARIUM.

*AN obligationi, qvæ præſcriptione finita, poſſit accedere fidejuſſor.*

OBligationi, qvæ præſcriptione finita eſt, non poteſt accedere fidejuſſor, qvia obligatio naturalis, qvæ poſt præſcriptionem ſupereſt, à jure civili infirmata, adeò ut etiam ſolutum repeti poſſit. Vid. *Bach. in Tr. hic th. 3. Gilken de uſucap. lib. 1. cap. 4. num. 10. Hering. de fidejuſſ. cap. 19. n. 5. Balbus de præſcript. part. 1. qvæſt. 6.*

ad L.

## ad *L.* Ut fidejuſſor. 39.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſori ſine ceſſione facta contra confidejuſſorem nulla competit actio. n. 1.*

*Fidejuſſori in petenda ceſſione non nocet renunciatio hujus beneficii. 2.*

Sine ceſsione facta fidejuſſor contra confidejuſſorem nullam habet actionem; Et ideò tenetur creditor cedere ſuam actionem, licet beneficio cedendarum actionom ſit renunciatum, cujus renunciationis hic tantùm eſt effectus, ut debitor per hanc exceptionem non poſsit remorari ſolutionem. *Heig. part. 1. q. 38. n. 39. Dn. Carpz. d. conſt. 17. def. 17. Dn. Struv. th. 45.*

## ad L. Si fidejuſſores. 41.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor indemnitatis quis dicatur. n. 1.*

*Exceptio cedendarum actionum etiam in executione opponitur. 2.*

1\. Qui in id ſpopondit, quod à debitore principali conſeqvi non poterit creditor, is eſt fidejuſſor indemnitatis, & non poteſt conveniri ipſo jure. niſi excuſsô debitore, quô nondum factô, de damno non poteſt apparere, & ſic conditionalis eſt fidejusſio, ſeu potius executio fidejuſſionis in eventum excusſionis ſuſpenditur. Ergo exinde infertur, ſi poſtea morâ creditoris accedente fiat pauper, hoc creditori nocere. Ergò ſubſidiarios promiſſor ante excuſſum principalem non exigitur. *Carpz. p. 2 c. 17. d. 7. & d. 14. Wamneſ. cent. 4. conſ. 22. n 3. & 4.* conf. *not. ſupra ad*
2\. *l. 116. de V. O.* Exceptio cedendarum actionum etiam in executione opponi poteſt *§ fin. h. l.* qvia non impugnat ſententiam; tales enim exceptiones admittuntur poſt rem judicatam *Dn. Mev. p. 1. dec. 145. n. 3.* vid *not. ad l. 41. §. fin. ff. de re judic.*

## ad *L.* Fidejuſſor. 45.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor, quando contra debitorem ante ſolutionem ad liberationem agere poſſit n. 1.*

*Eodem caſu poteſt in bonis debitoris arreſtū petere. 2.*

*Quod nec denegandum fidejuſſori in caſu moti concurſus 3.*

*Hoc in foro Brandenburgico obtinere dubitatur. 4.*

1\. Fidejuſſor antequam ſolvat, poteſt cum debitore agere, ut ſe defendat aut liberet, quando ſcil. diu ſtetit in obligatione, vel condemnatus eſt. *hic & l. Si pro ea 10. C Mandati & l. 38. §. fin. ff. eod. ubi vide c. fin. X. h t. Don. l. 13. c. 13. Gail. l. 2. obſ. 29. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 16. tit. 22.*
2\. *n. 8. Hering. c. 25. n. 12.* Et ſic fidejuſſor, licet non ſolverit, ſi tamen diu in obligatione ſtetit, poteſt areſtum petere in bonis debitoris, per deducta
3\. *Carpz. p. 3. d. 271* ubi etiam idem eſſe tractat in caſu moti concurſus, qood fidejuſſor pendente concurſus proceſſu poſsit areſtum petere, antequam ſententia fuerit lata, aut partes huic ſe ſubmiſerint. Nam hypothecariis non præjudicatur prioribus, & chirographarii ſibi imputent, quod areſtum non petierint. Sed de hac 4.
opinione in noſtro foro dubito; nam Sereniſſimo Electori Brandenburgico parent provinciæ aliquæ Saxonicô utentes jure, ſiquidem quando creditoribus ceſſa ſunt bona, jam par omnium eſt conditio, nec æquum mihi videtur, ut poſtquam ceſſa jam creditoribus bona, aliquis eorum præ aliis ſibi prærogativam quærat.

## ad L. Cum Lex. 46.

*An fidejuſſor accedens obligationi à lege prohibita obligetur, diſtinguitur.*

Quando obligatio eſt à lege prohibita, fidejuſſor quoque non obligatur. *Hering. c. 10. n. 18* Diſtinguendum autem, utrum lex obſiſtat, an verò non adſiſtat. Nam intelligenda lex, quando lex obſiſtit, & naturalis obligatio, quæ alias oriretur, impeditur à lege vel ſtatuto; nam eadem eſt ſtatuti ratio, tunc pro prohibita obligatione non tenetur fidejuſſor, nec conſtitutor, nec impeditur condictio indebiti. *Vaſq l. 4. controv. c. 10. n. 1. & ſ Jac. Cancerius p. 2. reſol. c. 1. num. 49. Sande lib. 5. tit. 1. def. 1.* Sed aliud eſt, quandò lex non adſiſtit, non verò obſiſtit, ut contractus cum minore.

## ad *L.* Si Titius. 48.

*SUMMARIA.*

*Fidejubens cum muliere ſolus tenetur, non aſſiſtente muliere. n. 1.*

*Secus, ſi quis fidejubeat cum minore. 2.*

Qui intercesſit cum muliere, ipſe ſolus ex fi- 1.
dejusſione tenetur in ſolidum, ſubductâ
muliere, ſecùs ſi cum minore fidejuſſerit, quia 2.
ſc. ſexus ignorari non potuit, benè tamen ætas; & quia certum eſt auxilium SCti, non ita Prætoris reſtitutio. *Cujac. l. 10. obſ. 23 Bach. in Tr. diſp. 28. th. 5. lit. G. Zaſ. h. t. n. 31. & ſeq. Wiſſenb. th. 18.* & quod mas ſolus teneatur, pronunciatum refert *Sande l. 3. tit. 10. d. 2.* conf. *Theſſ. p 4. q. 61. per totam.*

## ad L. Si teſtamento. 49.

*SUMMARIUM.*

*An ſolutione in ſolidum facta ab uno heredum vel unius fidejuſſoris herede poſſit id, qvod pro herede vel defuncti confidejuſſore ſolutum repeti.*

Duo hìc proponuntur caſus (1.) ubi unus hæredum in ſolidum ſolvit. (2.) ſi unius fidejuſſoris hæres in ſolidum ſolverit, quæritur, quia æs alienum ipſo jure diviſum, annon hæres, quatenus pro cohærede vel pro ſui patris confidejuſſore ſolvit, poſſit repetere ſolutum? videtur quod ſic, ob dictam rationem. Sed neg. quia creditor debitum accepit *L. 44. ff. de condict. indeb.* & ſic pronunciatum eſſe refert *Dn. Mev. p. 2. d. 113.*

## ad L. Inter eos. 51. pr.

*SUMMARIA.*

*Exceptio diviſionis quando locum habeat. n. 1.*

*Exceptione hac non opus eſt, ſi obligatio pro parte vel alternativè in ſolidum facta. 2.*

*Fide-*

*Fidejuſſor qui partem ſuam ſolvit an ipſo jure tutus. 3.*

*Beneficium diviſionis non habet locum inter eos fidejuſſores, qui à diverſis debitoribus vel correis dati. 4.*

*Creditor pignus habens omiſſa excuſſione pignoris fidejuſſorem convenire poteſt. 5.*

*Caſus ex hoc deciſus ſubjicitur. 6.*

*Actione inter fidejuſſores à creditore ipſo diviſa ſi contingat poſt L. C. quendam ex fidejuſſoribus bonis labi, onus hoc non pertinet ad iſtum, qui ſuam partem ſolvit. 7.*

*Differerentia inter beneficium diviſionis, quod lex tribuit & diviſionem à creditore factam ſuppeditatur. 8.*

*Extenſio. ord. 9.*

*Diviſione à creditore facta an mora unius fidejuſſoris noceat reliquis, ita ut creditore in ſolidum conveniri poſſint. 10.*

*Unius fidejuſſoris bonis fiſco vindicatis actio dividitur inter fiſcum & cæteros confidejuſſores. 11.*

*Fiſcus ſuccedens in omnibus bonis tenetur ſtare locationi à domino facta, quaſi hæres 12.*

1. TUnc beneficium diviſionis & epiſtula D. A-
2. driani neceſſaria, ſi quilibet in ſolidum ſe
obliget; ſed ſi vel ſimpliciter ſe pro parte obligent, vel alternativè in ſolidum, vel pro parte, & electio debitori ſalva reſervata, non opus eſt beneficio diviſionis, & ipſo jure tenetur pro parte, & licet alter ſolvendo non ſit, non tamen alter
3. pro eo tenetur. Beneficium diviſionis locum habet, & non ipſo jure tutus eſt fidejuſſor, qui partem ſuam exolvit §. 1. h. l. de quo pluribus *Moli-*
4. *naus de Div. & Individ p. 2. n. 59. & ſ.* Inter eos fidejuſſores, qui à diverſis debitoribus vel correis dati, non habet locum beneficium diviſionis § 2.
5. Creditor pignus habens non tenetur id vendere, ſed omiſſo pignore contra fidejuſſorem perſonali
6. actione agere poteſt §. 3. h. l. & l. fin. C. h. t. Hinc cùm creditor in bona debitoris immiſſus aliquandiu fructus percepiſſet, & conveniret fidejuſſorem, hic licet renunciaſſet excuſſioni, prætendebat, quod creditor ſuum pignus prætorium executere debeat, ſed repulſam tulit, niſi quatenus ratione fructuum perceptorum compenſationem
7. opponere potuit. *Dn. Mevius p. 4. dec. 261.* Si creditor ipſe inter fidejuſſores atque correus debendi diverſerit actionem, ſi fidejuſſor vel correus poſt litem conteſtatam facultatibus labatur, periculum iſtud ad eum, qui ſuam partem ſolvit, non
8. pertinet §. 14. h. l. ſic ergo notandum diſcrimen inter beneficium diviſionis, quod lex tribuit fidejuſſoribus & correis debendi; & diviſionem à creditore factam. Illud non liberat à reliquo offerentem, ſi cæteri non ſolvendo, ſed ſi creditor diviſerit, à reliquo immunes ſunt fidejuſſores.
9. *Dn. Mevius p. 3. dec. 362.* conf. *l. 52. §. 2. h. t.* Quod hic extenditur, licet minorennis ſit creditor, qui diviſit, quia communi jure uſus eſt. *Donell. l. 21.*
10. *c. 10. & ibi Hill. lit. C.* Si autem diviſione ita creditore facta debitor unus & alter in mora ſit, poteſtne creditor agere, ut ille vel ille ſolidum præſtet, quod negat *Dn. Mevius p. 3. dec. 419.* quia mora non amiſſione juris, ſed præſtatione uſuræ & intereſſe plectitur, niſi petitionem ſolidi in eaſum moræ ſibi reſervaverit. Si unus fidejuſ- 11.
ſorum delinquat, & ejus bona fiſco vindicentur, dividitur inter cæteros confidejuſſores & fiſcum actio, §. fin. h. t. quia fiſcus in bonis confiſcatis ſuccedens loco hæredis habetur, & ſic de bonis commiſſis creditoribus ſatisfacere tenetur. *Gail. 2. obſ. 86 n. 6.* Collige, etiam Fiſcum ſucceden- 12.
tem in omnibus bonis teneri ſtare locationi à Domino factæ quaſi hæres. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 5. tit. 9. n. 8. Lauterbach. ad tit. de Locat. §. 1. th. 26.*

## ad L. Amiſſi. 52.

IN fine dicitur, ſententiam pro uno mandatore latam aliis non prodeſſe. Quod de mera abſolutoria, ubi quis ob defectum probationis abſolvitur, non de plena, accipit *Menoch. conſ. 795. n. 30. & ſeqq.*

## ad L. Si ita ſtipulatus. 55.

*SUMMARIUM.*

*FIdejubens pro aliquo, quantam pecuniam quandoque mutuo acceperit, an ſi ſæpius acceperit, pro omnibus ſummis fidejuſſiſſe videatur.*

FIdejuſſiſti pro Titio, quantam pecuniam quandoque credidero; ſæpius credidi, an pro omnibus ſummis teneris? Affirm. quia verborum reiterantium & multiplicantium vis uno actu non conſumitur; importans enim reiterationem, & verba univerſaliter, non particulariter accipiuntur. *Wammeſ conſ. 7. n. a. cent. 4. Hering. de fidejuſſ. c. 6. n. 56.*

## ad L. Si Fidejuſſor. 62. & ſeq.

*CReditor denuntiationem à fidejuſſore factam de exigendo debito à debitore principali negligens, exceptione doli repelli non poteſt. n. 1. 2.*

*Quod limitatur. 3.*

*Si creditor contra debitorem jus ſuum non proſequatur, fidejuſſor tamen vigilet, an negligentia creditoris hic noceat? n 4. & ſeqq.*

*Renunciatio beneficii cedendarum actionum quo effectu facta cenſeatur. 9.*

*Quid ſi creditor dolo fecerit, ne cedere poſſit? 10.*

FIdejuſſor denunciat creditori, ut pecuniam 1.
debitam à principali debitore exigeret, ſe non amplius obligatum fore. ut fieri ſolet. Creditor id non fecit, ſi poſtea fidejuſſor à creditore conveniatur, an poteſt ſe fidejuſſor tueri exceptione doli? quod negatur, quia proteſtatio non eſt ſpecies liberationis, & potuiſſet ſe liberare per remedium *legis ſi pro eo. C. Mandati*, quo non eſt uſus conf. *Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 15. num. 27. Koppen. dec. 40. n. 9.* Hinc cum aliquis 2.
contra creditorem poteſtatus ita eſſet, cum poſtea à confidejuſſore, qui ſolverat, conveni-

retur, & hic ſe liberatum eſſe diceret, pro quota
condemnatus eſt fidejuſſor, menſ. Oct. An. 1659.
3. Sed limitatur hæc lex per *L. ſeq.* ſi fidejuſſor ac-
ceptus in id, quod à principali ſervari neqūit, ſit
4. acceptus, *Hering. c. 20. § 14. n. 27.* Ex hâc lege deci-
ſio colligitur ſequentis caſus; citari quis curavit
omnes ſuos creditores, quidam creditor Titius
non comparuit, ideò fuit præcluſus. Sed fidejus-
ſor ejus debitum id liquidaverat, annon ſublato
principali etiam fidejuſſor petitionem ejusdem
5. ſortis amiſerit? Videtur quod non (1.) quia credi-
tor non poteſt cedere fidejuſſori actionem, cum
nullam habeat, quia creditor culpâ ſuâ amiſit, er-
gò agere non poteſt contra fidejuſſorem per *l. 95.
§. pen ff. ſolut.* & ſic fidejuſſoris non intereſt, cum
tutus ſit exceptione contra creditorem, (2.) quia
6. ſublato principali tollitur acceſſorium. Sed *Ber-
lich.* affirm. *p. 2. dec. 207.* quia beneficio excuſſio-
nis renunciatum, & utitur argumento hujus legis.
7. Et poteſt regeri ad primum, licet fidejuſſor renun-
ciaverit beneficio excuſſionis, non tamen renun-
ciavit beneficio ceſſionis; & licet renunciaverit
huic beneficio, cedere tamen tenetur creditor
8. ſuum Jus, & clara eſt diſpoſitio *legis 95. §. pen* Ad
alterum regeri poteſt, id ex *h. l.* non colligi, nam
aliud eſt proteſtatio partis, quæ non obligat cre-
ditorem ad agendum, aliud præceptum judicis ju-
9. ſta ratione nixum. Sanè nunquam putaverim
hanc fuiſſe mentem fidejuſſoris renunciantis huic
beneficio cedendarum, quod nolit exceptione
hâc uti, licet creditor dolo ſuo ac contumacia in
futurum fecerit, ut non poſſet cedere; nam hæc
renunciatio, cum futurum dolum permittat nul-
la erit, arg. *l. 27. §. 3. de pact.* nam hæc renuncia-
tio beneficii cedendarum actionum tantum eo
tendit, ne executio impediatur. *Dn. Struv. ad tit.*
10. *de fidejuſſ. th. 45.* Sed ſecus dicendum, ſi in con-
tinenti verificari poſſit, non poſſe eum cedere Jus
quod dolo ſuo amiſerat. Nec obſtat creditorem
jure ſuo uſum, dum noluit principalem conveni-
re, & debuit rem integram conſervare, ut fidejus-
ſori actionem cedere poſſit.

## ad L. Si ſervus. 66.

Qui agit ex contractu alterius, videtur eum ratum habere. *Bald. conſ. 34. lib. 2. & conſ. 14. lib. 5 Decius conſ. 58. P. Peckius ad c. 10. de R. I. lib. 6.* Agere enim ex contractu, factum eſt ſatis potens ad inducendam ratihabitionem. *Bach. 2. ad Tr. vol. diſp. 28. th. 2. lit. D.*

## ad L. Exceptione. 67.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor condemnatus injuria judicis non habet regreſſum contra debitorem principalem. n. 1.*

*Quod declaratur. 2. 5.*

*Limitat. vid. n. 3. 4.*

1. Fidejuſſor condemnatus inique & injuriâ judi-
cis, an habet regreſſum contra debitorem
principalem? Videtur quod ſic, quia occaſione
fidejuſſionis id damnum ſenſit. Sed Neg. quia

injuria judicis eſt caſus fortuitus, qui ali
nocet; & ſic reus admittendus ad demo
dam injuriam. *Dn. Mevius pag. 2. dec. 290.*
addi videtur declaratio in textu, ſi aliqua
penes fidejuſſorem ſit, v. gr. quod non app
rit, & integram cauſam reo conſervave
Cæterum ſi nulla culpa fidejuſſoris damna
detur actio mandati locum habere, licet
verba ultima expungat; *Gloſſa* verò v
(maximè) ſubintelligit, quod eſt divina
Videtur igitur receptior ſententia, quo
juſſor, per injuriam judicis ſine ſua culpa
demnatus, habeat regreſſum contra pri
lem. Et ſic aliud eſt in emtore convento,
*per imprudentiam ff. de Evict.* nam cauſa e
nis principaliter ſpectat ad emptorem, &
injuria emptori facta penes ipſum mane
cauſa hæc, de qua loquor, ſi conveniatu
juſſor, & hic nihil neglexerit, ſpectat pri
liter non ad fidejuſſorem, ſed debitorem
cipalem; & ita æquius eſt ſequiorem eve
cauſæ principali potius nocere, quam fide
ri. *Covarr. l. 3. reſol. c. 17. illat. 10. Caballi
Evict. §. 5. num. 8 & ſequentibus. Ant. Rub
rep. L. Non ſolum §. mortε. de operis novi nu
n. 474.* licet aliter *Hering. c. 26. num. 38.* &
Addenda hæc exceptio iis, quas habet *H
de fidejuſſ. c. 25. num. 69. & ſeq.* ſcilicet, q
fidejuſſor non habeat regreſſum. Et pote
inde declarari deciſio *Dn. Mevii d. l. 2. d*
nam non ſufficere videtur, ſi debitor injuſ
ſententiæ probet, ſed & culpam. Sic er
intentionem fidejuſſoris non ſufficit ad
ipſum lata ſententia, *Mev p. 3. dec. 340.* ni
bitor citatus, ut aſſiſteret, & emanſerit, au
juſſor juſtam exceptionem omiſerit. *Dn.
p. 3. dec. 341.*

## ad L. Fidejuſſores. 68.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor quatenus ex mora rei obligetur a
ras. n. 1.*

*Redacta ex bonis debitoris diſtractis prius in u
poſt in ſortem computantur. 2.*

*Quid hinc colligatur. 3.*

Fidejuſſor ex mora rei non obligatur ad
ras, ſed tantum in ſortem; niſi in om
conductionem, ſive omnem cauſam fideju
ut ſupra dictum. Interim tamen; quicqu
bonis debitoris diſtractis fuerit redactum,
in uſuras, & poſtea in ſortem eſt computan
*Hering. c 24. n. 217. Franc. de fidejuſſ. c. 5. n
& ſeqq. Neguz. de pignor. m. 4. part. 2. n. 55.*
Et ita pronunciatum refert *Sande l. 3. tit. 10.*
Colligitur etiam ex hoc, licet id debitum
quo fidejuſſor datus, ſit gravius, ſi tame
debito aliquo ex parte fidejuſſor interveni
parte non, tunc ſolutum in poſterius debi
in prius eſt computandum. *Vivius dec. 379
Theſſ. l. 2. quaeſt. 33. n. 2.*

### ad L. Granius. 71.

*SUMMARIUM.*

*Solutio, ab uno correorum facta, quomodo differat ab aditione hæreditatis unius correi.*

Solutio, ab uoo correorum facta, differt ab aditione hæreditaris unius correi; nam illa liberat alterum etiam correorum, aditio verò non. Et ideò, licet fiſcus uni correo debendi & creditori ſucceſſerit, non tamen liberatur fidejuſſor, qui pro ambobus fidejuſſerat, ſed ſi fiſcus vellet, ut hæres creditoris agere contra fidejuſſorem exceptione mandati repelleretur. *Cujac. tom. 1. pag. 648.* coof. *Barboſa ad L. Quu dotis. n. 5. ff. ſolut. matrim. Donellus lib. 16. c. 4. poſt lit. E. Menoch. conſ. 231. n. 34.*

### ad L. Ult.

Contumacia rei ſeu debitoris non auget obligationem rei. *Plotus de in litem jurando. §. 48. num. 17. Carpanus ad Stat. Mediolan. p. 1. c. 45. n. 23. Hering. de fidejuſſ. c. 24. n. 194. & ſeq.*

# TITULUS II.

# De Novationibus & Delegationibus.

### ad L. Novatio. 1.

*SUMMARIA.*

*Novatio quid. n. 1.*

*Quæ obligationes in novationem veniant. 2.*

*Pupillus ſine tutoris autoritate contrahens, quo reſpectu naturaliter obligetur. 3.*

1. Novatio eſt prioris debiti qualiſcunque in aliam obligationem vel eivilem, vel oaturalem, per ſtipulationem facta transfuſio & translatio, *Gædd. de ſtipul. c. 5. num. 9. Bachov. in Treutl. vol. 2. diſp. 29. th. 5. lit. A.* hodie etiam per pactum. *Struv. h. t. th. 57 Zæſ. n. 9. Wiſſenbach.* 2. *th. 2.* Et poteſt novari etiam naturalis obligatio & aeceſſoria. *Gædd. de ſtipul. cap. 5. concl. 6.* etiam obligatio judicati. *l. 4. §. 4. de re judic. Hillig. in* 3. *Don. l. 16. c. 20. lit. P.* Et quod in fine legis dicitur, pupillum ſine tutoris autoritate contrahentem naturaliter obligari, id ſupra habuimus ſcil. catione ſui eum noo obligari in effectu naturaliter ſed ratione alterius hanc vocari obligationem naturalem. vid. *Hill. in Don. l. 12. c. 22. lit. N. Borcholt. de oblig. c. 2. n. 18.*

### ad L. Omnes. 2.

*SUMMARIA.*

*Novatio non fit niſi conſtet de animo novandi. n. 1.*

*Hodie facta non creditur niſi hoc expreſſe dictum. 2.*

*Novatio quatenus hodiè per conjecturas introducatur. 3. 4.*

*Si reſtituitur interveniente novo contractu vetus obligationis documentum, an ex eo vetus obligatio extincta præſumatur. 5.*

*Per acceptationem pignoris vel alius fidejuſſoris fidejuſſio prior non extincta præſumitur. 6.*

1. Novatio non fit, niſi hoc agatur, ut fiat novatio, ſi autem hoc non agatur, duæ erunt 2. obligationes, ſed *per l. fin. C. h. t.* non fit novatio, niſi hoc expreſsè dicatur *Trentac. lib. 3. tit. de Novat. reſol. un. & vid. ibi notata Maſcard.* 3. *concl. 1107.* Gloſſa *hujus l.* notabilis ſolet allegari, quod quando hodiè non eſt expreſſe dictum partes velle novare, ſed tamen hoc actum eſſe ex conjecturis apparet, quod tunc fiat novatio non ipſo jure; ſed ope exceptioois, ſcil. doli. v. g. ſi alleges veterem obligationem, poſſem dicere, imò dolò facis, quod veterem obligationem alleges, cui tamen per novam obligationem eſt in hoc & illo puncto derogatum. Ex 4. hac tamen Gl. noo ſequitur, quod nonoulli inferunt, quaſi hodie io omnibus caſibus, in quibus olim fieri præſumebatur novatio, etiam per exceptiooem facta præſumatur, ut eam *gloſſam* rectè interpretatur *Rimina'dus vol. 2. conſ. 201. n. 28.* Sed quid ſi de novo contrahens reſtituat vetus 5. obligationis documentum? R. tunc præſumitur vetus obligatio extincta per *l. 2. ff. de pact.* ſed ſi fiat ab ipſo creditore, non ſi fiat ab adminiſtratore, tutore & ſimili; nam tutoris oon eſt remittere & liberare, & potuit eſſe alius finis. *Bald. in l. Labeo. 2. §. Sed etiam ff. de Pactis. Menoch. lib. 3. præſ. 140. n. 14.* ut pronunciatum memini menſe Junio *An. 1658.* Ex dictis ſequitur, fidejusſionem oon 6. extinctam, licet creditor pignus, vel alium fidejuſſorem accipiat; quæ eſt communis ſententia, per *allegata & tradita Heringii de fidej. cap. 20. §. 36. n. 2. & ſeqq.* vid. *deciſio apud Mevium p. 4. dec. 81.*

### ad L. Si uſusfructus. 4.

*SUMMARIA.*

*Uſusfructus voluntate domini in alium translatus finitur morte ſecundi uſufructuarii non primi. n. 1.*

*Si ſecundus vivente adhuc primo uſufructuario moriatur, primus non habet regreſſum ad uſumfructum. 2.*

Si uſusfructus à me in alium voluntate Domini 1. transferatur, noo mea morte ſed alterius, in quem translatus eſt, ſolvitur uſusfructus; quia voluntate Domioi quaſi novus uſusfructus eſt conſtitutus in perſona alterius, in quem delegatio facta fuit, & ſic, ſi elter me vivô moriatur, non poſſum habere regreſſum ad uſumfructum. 2. *Pinell. in l. 1. C. de Bonis mat. p. 3. n. 40. Caſtillo de uſufr. cap. 62. n. 4. Bach in Treutler. vol. 1. diſp. 6 §. 4. lit. B. & Barb. in l. uſufructu 58. n. 1. & 18. ff. ſolut. matr. Donell. l. 16. c. 20. lit. F. & ibi Hill.*

### ad L. Si Stichum. 8.

*SUMMARIA.*

*Obligatio pure vel in diem contracta novatur. n. 1.*

*Conditionalis cur non novetur vid. n. 2.*
*An is, cujus debitum alter ſolvere promittit, ex ipſo liberetur, diſtinguitur. 3.*

1. **Q**Uicquid purè debetur, vel in diem certum,
2. poteſt novari etiam ante diem, per *l. 5.* Sed quicquid ſub conditione debetur, non item §. *hujus l. 8.* quia obligatio ante novari nequit, quàm eſſe incipiat. Jam verò ante conditionis eventum nulla nata erat obligatio. *Hill. in Don.*
3. *lib. 17. cap. 20. lit. D.* Sed pone, quod ego debeo, te promiſiſſe, quæritur, an ego liberer? R. diſtingv. an animo novandi promittas, an non, illô caſu liberor etiam nolens, hoc caſu non liberor, niſi pro me ſolvas. *§. fin. h. t. Wammeſ. cent. 4. conſ. 13. n. 2.*

## ad L. Cui rectè. 10.

### SUMMARIUM.

*QUatenus is, cui ſolvi poteſt, novare poſſit.*

**C**Ui ſolvi poteſt, ille poteſt novare, ſed ei, qui ſolutioni adjectus, ſolvi poteſt; ſed is non poteſt novare. Sic filiusfam. accipere poteſt ſolutionem in peculiaribus, ſed non novare poteſt. Ergo qui jure ſuô ſolutum recipere poteſt, poteſt novare, non qui nudum miniſterium præſtat. *Donell. l. 16. c. 20. lit. I. & ibi Hillig.*

## ad L. Delegare 11.

### SUMMARIA.

*DElegatio quid. n. 1.*
*Allegans delegationem quâ probare teneatur. 2.*
*Delegationem an jure novo etiam ſequatur novatio. 3.*
*Delegatio eſt ſpecies ſolutionis. 4.*
*Quod limitatur. n. 5.*

1. **D**Elegatio, eſt cum debitor alii mandat, ut vice
2. ſua promittat creditori & ſolvat. Ideoque requiritur, ut 1 alius in debitoris locum ſubſtituatur, quod nuda voluntate & nutu fieri poteſt; nec refert, an debitor is ſit delegantis vel extraneus deleganti nihil debens, ut per hunc textum probant *Mantica de tac. & amb. convent. tomo 2. lib. 17. tit. 8. n. 4. Finckelth. obſ. 91. num 7.* 2. Adſenſus creditoris delegationem approbantis. 3. Delegantis ſtipulanti creditori facta promiſſio: Et ſi hæc tria non probaverit allegans delegatio-
3. nem, non auditur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 396.* Delegationem autem jure veteri ſequebatur novatio, quod etiam jure novo eſſe volunt *Gail. l. 2. obſ. 30. n. 9. Weſenb in π. h. t. n. 8. & Bach. ad Tr. d. diſp. 29. th. 6. lit. A.* Sed negat *Carpz. part. 2. conſt. 19. def. 16. & lib. 5. reſp. 105.* Conferantur
4. notata à me ad *l. f. C. h. t.* Colligitur etiam ex *hac lege*, Delegationem eſſe ſpeciem ſolutionis, *hic & l. 8. §. 3 ff. de SC. Vellejano. Finckelth. d. obſ.*
5. *91. n. 8. & ſ.* ubi plures refert, niſi creditor cum proteſtatione accipiat. *Gratianus diſc. for. t. 1. c. 64. n. 28.*

## ad L. Si non debitorem. 13.

**S**I non debitorem, ut debitoram delegaverim, exceptio non competit delegato, ſed delegatus habet conditionem contra delegantem. Unde patet, aliquem delegari poſſe, qui non ſit debitor. *Molin. de J. & J. tr. 2. diſp. 559. num. 4. Bach. d. diſp. 29. th. 6. lit. A. & D. Decius ad l. ſingularia. n. 27. ff. ſi certum pet.*

## ad L. Delegare 17.

**D**Elegatio per ſcripturam vel nutum fieri poteſt, quia ſc. mandati ſpecies eſt. *Bach. d. th. 5. lit. B.*

## ad L. Novatione, 18.

### SUMMARIA.

*PEr novationem tolluntur ſimul pignora & fidejuſſores. n. 1.*
*Documentum novum traditum ſine novatione, in iis punctis, de quibus non ſit expreſſa mentio in novo documento, retinet omnia ſecundum vetus documentum. 2.*
*An tranſactio jus pignoris & immiſſionis exſtinguat. n. 3*

**N**Ovatione factâ pignora & fidejuſſores liberantur. *Weſenb. in π. h. t. n. 7. Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 3.* niſi aliud actum. *l. 11. §. 1. pign. act. Dn. Struv. th. 60.* Hinc cum novum obligationis documentum traditur, ſi non ſit conventum, ut novatio fieret, in iis punctis, de quibus non ſit expreſſa mentio in documento novo, manent omnia ſecundum priora documenta. Sed quid in tranſactione? quia ſemper eſt ſpecies novationis, ad eam etiam non pertinet deciſio Juſtinianea *C. de Novat. Ant. Faber lib. 2. Cod. tit. 4. dec. 2.* Ideò tranſactio jus pignoris & immiſſionis extinguit, niſi de ea retinenda expreſsè conventum. *Dn. Mev. p. 3 dec. 338.* 1. 2. 3.

## ad L. Si debitorem. 21.

### SUMMARIUM.

*MAndatum de ſolvendo ſuſcipiens, an ſi alteri ſtipulanti ſolvere promittat, mandatum implevisse cenſeatur.*

**S**I ego debitori meo mandaverim, ut ſolveret Cajo debitori meo, ille autem ſtipulanti Cajo promittat, non videtur mandatum impleviſſe, ſed poteſt mandatum re integra revocari. Quam legem vocat notabilem *Paul. Caſtr. in l. delegare. h. t. Hippol. de Marſil. ſing. 265.* Et debitor meus mandatum ſuſcipiens non poteſt dicere ſe liberatum *Decius conſ. 107. n. 2. & n. 15. & ſeqq. Beroius vol. 1. conſ 198. n 20. & quos hi referunt. Et Stracha in tit. Mandati n. 3.* & qui mandatum habet de mutuo accipiendo, non implet mandatum, contrahendo mutuum confeſſum. *Cephalus conſ. 603. n. 60.*

## ad L. Novatio. 24.

### SUMMARIA.

*NOvatio ex ſtipulatione inutili non datur. n. 1.*
*Quod exemplo declaratur. 2.*

**S**Enſus hic eſt, quod novatio non poſſit contingere, ſi ſecunda obligatio inutilis, invalida, aut imperfecta; nam non tollit priorem obli- 1.

a. obligationem. *Dn. Mev. p. 4. dec 82. n. 1.* Sic ſi actum, ut loco fidejuſſoris hypotheca in feudo conſtituatur, quamvis eò ipſo videatur facta novatio, dum placet liberandi fidejuſſoris cauſa acceptare hypothecam, licet nomen ipſum novationis non exprimatur; nam verba Imperatoris captanda non ſunt *Ant. Faber. l. 8. Cod. tit. 28. d. 11.* nihilominus tamen nondum liberatus fidejuſſor, niſi hypotheca cum effectu ſit conſtituta, ſcil cum conſenſu Domini. *Dn. Mev. p. 4. dec. 331.* quod ſuperius dictum, limitandum in delegatione, juxta *l. 1. in fin h. t.*

## ad L. Non ideo. 25.

NOn ſtatim is, cui ſolvi poteſt, etiam novare poteſt, v. gr. ſervus, filius *l. 23. h. t. Barboſa in l. 23. §. transgrediamur. n. 5. ff. ſolut. matr.* ſed ſi ſervus liberam peculii adminiſtrationem habeat, novare poteſt *per l. fin. pr. h. t.*

## ad L. Fundum. 28.

*SUMMARIA.*

*STipulatio prior concepta de fundo, an per poſteriorem, quæ concepta eſt de æſtimatione fundi, novata videatur. n. 1.*

*Si fundus deterior vel melior factus, quod tempus in æſtimatione præſtanda inſpiciendum 2.*

1. FUndum Cornelianum primò ſtipulor, poſtea
ejus æſtimationem ſtipulor, quæritur an prior
obligatio per poſteriorem ſit novata? R. quod
non, quia ſunt circa diverſa, & ideò non obſtat
regula *in c. bona fides 83. d. R. J. lib. 6. & ibi. Pe-*
2. *ckius n. 5.* Sed quæritur, ſi fortè fundus deterior
vel melior factus, cujus temporis æſtimatio præſtanda? R. per diſtinct. ſi æſtimatio fundi per contractum promiſſa, tunc inſpici tempus contractus; ſi verò non fuit in contractum deducta æſtimatio, ſed officio judicis æſtimatio debeatur, tunc inſpici tempus petitionis, per *hunc textum. Bart. hic.* conf. *notata ad l. vinum ff. de reb. credit. & Cujac. in lib. 1. de fin. Papin. mihi vol. 4. p. 1307.*

## ad L. Aliam cauſam. 29.

*SUMMARIA.*

*NOvatio alia voluntaria alia neceſſaria. n. 1.*

*Quid inter utramque interſit & qui alii effectus. 2. 3. 4.*

*Novationis neceſſaria ſpecies alia ſubjicitur. 5.*

NOvatio alia eſt voluntaria, quæ per ſtipula- 1.
tionem fit, alia neceſſaria, quam accumula-
tivam vocant, & fit per judicium acceptum. Sed 2.
hoc inter utramque intereſt, quod per illam pe-
reat Privilegium. v. gr. actionis dotis vel tutelæ;
non ita per hanc, quia non deteriorem cauſam
noſtram facimus, actionem exercentes, ſed me-
liorem; ſeu eatenus per litis conteſtationem fit
novatio, ſi id actori expediat: Ergo ſi quid com- 3.
modi in veteri actione, id creditori poſt acceptum
judicium ſalvum, quatenus ejus natura patitur.
*Donell. l. 16. c. 20. lit. T. & ibi Hilliger lit. X. Gædd.*
*de ſtipulat. c. 5. concl. 8. n. 70. Sebaſt. Medic. intr. de*
*Novation. part. 1. qu. 2. Zaſius in l. 9. § 1. de Except.*
*rei judic. Struvius hic th. 52. Zæſ. n. 8. Wiſſ. th. 2.*
Sed per novationem nova jura acquirimus, ſc. jus 4.
capiendi uſuras centeſimas, per *l. fin. C. de Uſur.*
*rei judic.* & tamen qui antea in ſolidum obligati,
ſi conjunctim condemnentur, pro parte tenentur.
*l. 1. & 2. C ſi plures una ſententia &c.* Eſt & alia 5
novationis neceſſariæ ſpecies, ubi ceſſionarius
contra ceſſum debitorem agit ea *l. 3. C. h. t. Struv.*
*th. 53. Zæſ. n. 1.*

## ad L. Paulus. 30.

SI ſit ſemel fidejuſſor per novationem liberatus, licet partes ad veterem obligationem redierint, non tamen poteſt iterum conveniri. *Dn. Mev. p. 4. d. dec. 82.*

# TITULUS III.
# De ſolutionibus & liberationibus.

## ad L. Quotiens. 1.

*SUMMARIA.*

*DEbitor pluribus nominibus obligatus an in ſolutione exprimere poſſit, in quam ſummam ſolvere velit. n. 1.*

*Quando in creditoris arbitrio ſit, accipere, in quam cauſam velit. 2.*

*Debitor ex pluribus cauſis ſuo creditori obligatus hoc vel illud debitum pro ſuo arbitrio compenſare poteſt. 3.*

1. DEbitor pluribus nominibus obligatus pot-
eſt dicere in ipſa ſolutione, in quam ſum-
mam velit ſolvere; ſi verò debitor non
2. hoc ſtatim exprimat, creditor poſtea poteſt con-
ſtituere, in quam cauſam acquirere velit, dum-
modo ſic conſtituat, ut in ſua cauſa conſtitui vel-
let, ut non accipiat prius in debitum controver-
3. ſum, nec in diem, *Menoch. lib. 3. præſ. 136.* Ex hac
lege probatur, quando quis ex pluribus cauſis ſuo creditori obligatus eſt, tunc penes debitorem ſtat arbitrium, quodnam debitum voluerit compenſatum, quia compenſatio vice ſolutionis eſt, & fit adverſus invitum. *Dn. Mevius p. 1. dec. 116.*

## ad L. Dum in re. 2.

*SUMMARIUM.*

*PRoponitur hic limitatio. l. 1. n. 1. & 2.*

UTcunque poſſit debitor dicere, in quam cau- 1.
ſam pecuniam ſolutam velit; Ea cauſa ta-
men creditor poteſt contradicere, & recuſare pe-
cuniam ita accipere; idem in caſu inverſo. *Bach.*
*in Tr. vol. 2. diſp. 29. th. 3. lit. C.* Licet diſſentiat
*Hartm. Piſt. part. 3. quæſt. 21. n. 4. & Carpz. l. 5.*
*Reſp. 103. n. 5.* Sed ex intervallo debitor non ha- 2.
bet facultatem eligendi, in quam cauſam ſolutum
velit. *Theſſ. l. 2. q. 33. circa finem.*

## ad L. Cæterum. 3.

QUando neuter tempore ſolutionis aliquid conſtituit, tunc imputanda eſt ſoluta pecunia in cauſam duriorem. v. gr. In debitum præſente die potius, quam in diem.

## ad L. Et magis. 4.

*SUMMARIA.*

*DEbitum ſuo homine contractum potius eſt eo, quod alterius nomine contractum. n. 1.*

*Quilibet præſumitur actum facere eo modo, quo ſibi poteſt eſſe utilior. 2.*

*Statuta, quibus propria liquidati debitoris nomina præferuntur indiſtinctè alienis, ab æquitate commendantur. 3.*

1. ET id, quod meo nomine debeo, potius eſt, quam quod fidejuſſorio nomine debeo. *Menoch d. l. n. 8.* Communis enim hic hominum affectus, ut quis ſibi benè eſſe malit, quam alteri. *Menoch. d. loc. n. 9. Don. l. 7. c. 8. poſt lit. N. He-*
2 *ring. de fidejuſſ. c. 20. §. 8. in fine.* Unde colligunt, quemlibet præſumi actum facere eo modo, quo ſibi poteſt eſſe utilior. *Dec. conſ. 308. in fin. & Me-*
3. *noch. d. loc. in fine.* Et æquiſſima illa ſtatuta nonnullarum provinciarum, quæ in Actis transmiſſis deprehendi, quibus propria liquidati debitoris nomina alienis, & è fidejuſſorio nomine contractis, indiſtinctè præferuntur, quod optandum eſſet, ut ubique conſtitueretur.

## ad L. In his. 5. & l. ſeq.

*SUMMARIA.*

*QUibus debitis durior cauſa tribuenda. n. 1.*

*Per obliquum nomine unius fidejuſſoris particularem ſolutionem creditori obtrudi poſſe, an rectè ex §. 1. h. l. colligatur. 2. 3.*

*Creditor diſtractis pignoribus ſibi ſolvens imputat pecuniam indiſtinctè prius in uſuras. 4. 7.*

*Quid ſi debitor ſolvat. 5.*

*Quæ intelligantur uſuræ in quas prius ſolutum computandum. 6.*

*Annui reditus ultra quincunces ſoluti an ſorti imputandi. 8.*

1. DUrior cauſa etiam antiquioris debiti, *Menoch. d. loc. 1. n. 10.* vel pro quo fidejuſſores dati aut pignora, *Menoch. d. loc. n. 6.* Nam qui fidejuſſores dedit, ille alios implicavit ſecum, quos ſi in ruinam præcipitet, & ſecum mergat, & conſcientia & fama laborare ſolet. conf. *Vivius dec. 379. n. 9. Maſc. concl. 1320. n. 4. Theſaurus lib 2. q. 33. n 1.*

2. Ex §. 1. hujus legis colligunt, ſi quis plures dederit fidejuſſores, licet nomine ſuo particularem ſolutionem obtrudere invito creditori non poſſit, per obliqvum tamen nomine unius fidejuſſoris partem ejus offerre poſſe creditori, & ab
3. eo acceptari debere, Dd. in *L. Quidam exiſtimaverunt. ff. ſi certum pet. Cœpolla cautela. 301.* Sed ab his receſſit *Molinæus in docto tract. de div. & indiv. p. 2. n. 3.* nam alius hujus §. ſenſus eſt, ſcilicet quod debitor ſolvendo aut compenſando partem poſſit uni fidejuſſori gratificari, ut is prius liberetur, & ſolutio illi ſoli proſit, quod tunc verum, quando habent beneficium diviſionis, vel ipſo jure pro parte fidejuſſerunt. *Molinæus d. l.*
Si ipſe creditor diſtractis pignoribus ſibi ſolvat, 4.
habet ipſe creditor electionem, non autem debitor. *Theſſ. d. q. 33 n. 3.* & creditor imputabit pecuniam prius in uſuras, *§. 2. h. l.* ſive civiliter debeantur ex ſtipulatione, ſive naturaliter ex pacto, & æqualiter pro rata, licet ſummæ inæquales: cum & aliis creditor, ex diſtracto pignore ſolvens, conſtituere poſſit, in quam cauſam ſolutum
velit *l. 101. §. 1. h. t.* Sed ſi debitor ſolvat, aut na- 5.
turaliter tantum debet uſuras, & ſolutum prius in ſortem imputandum; aut civiliter, & tunc ſemper prius in uſuras, licet creditor dicat, ſe tam in ſortem accipere quam in uſuras. *§. ult. h. l.* vid. *Caſtr. h. l.* Notetur hic, Regulam, ſolutum in uſu-
ras prius eſſe computandum, intelligendam eſſe 6.
de uſuris civiliter debitis & de liquidis, non quæ adhuc liquidandæ erunt. *Hartm. Piſt. p. 3. q. 21. in fine & ibi in margine filius. Sande l. 3. tit. 16. def.*
*ult.* Si verò creditor acceperit ſolutionem in ſor- 7.
tem & uſuras, non obſtante ordine ſcripturæ, prius in uſuras non obſtante ordine ſcripturæ, prius in uſuras ſoluta pecunia imputanda, quia licet ex ordine ſcripturæ colligatur ordo intellectus, *L. Quoties. de uſufr. Cephal. conſ. 543. num 8. & ſeqq.* tamen id locum habet, niſi alia mens jure præſu-
ſumatur, vel certa ſit. *Cephal. d. l. n. 24.* Colligi 8.
poſſet etiam ex *§. 2. hujus legis*, annuos reditus, ultra quincunces ſolutos, ſorti non imputandos ſed futuris penſionibus detrahendos, eſſe tradit *Carpzov. p. 3. Juriſpr. c. 24. dec. 15.*

## ad L. Si quid. 7.

SI quid ex famoſa actione, vel pœnali, vel judiciali, vel tali actione, quæ inficiatione creſcit, debetur, id videtur ex duriori cauſa deberi. vid. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 493. & de præſumpt. 136.*

## ad L. Illud. 8.

SI par dierum & contractuum cauſa ſit, ex omnibus ſummis, pro portione videtur ſolutum. *Menoch. d. l. n. 18.*

## ad L. Vero. 12.

*SUMMARIUM.*

*QUibus loco creditoris ſolvi poſſit. n. 1. 2.*

ALii etiam, quam creditori ſolvere poſſum, 1.
v. gr. Procuratori habenti ſpeciale mandatum, aut generalem bonorum adminiſtrationem, licet non liberum madatum. *Molin. d. J. & J. tr. 2. diſp. 563. n. 3. Mev. p. 5. dec. 19.* Quod mandatum interdum præſumitur, v. gr. admiſſum fuit tacitum mandatum, ubi quis vendere juſſerat, *Stracha de Mercat. ſub tit. de Mandato. num. 23.* Deinde, ſi ſcivit Dominus & non contradixit &c. ut judicatum refert *Dn. Mev. q. 3. dec. 36.* Et Syndico civitatis ſolvi poſſe, tradit
*Gravetta l. 2. conſ. 238. n. 4.* 2. Adjecto poſſum 2.
ſolvo-

ſolvere. 3. Alii etiam, ſi Dominus ratum habuerit, cum ratihabitio mandato æquiparetur. vide *not. ad l. 11. §. 5. ff. pign. act. Dn. Mev. p. 5. dec. 19.*

## ad L. Quod ſi. 14.

*SUMMARIA.*

*Tutor, qui adminiſtrare valet, ſolutionem à debitore accipere poteſt. n. 1.*

*Suſpecto tutori ſolvi non poteſt. 2.*

*Officiali adminiſtratione quando ad interim interdicatur. 3.*

*Pupilli, furioſi, prodigi, ſi ſolverint ſine curatorum conſenſu, ſoluta pecunia vindicari poteſt. 4.*

*Quod limitatur, ſi pecunia b. f. conſumpta. 5.*

*Quod ſublimitatur. 6.*

1. SOlutio facta tutori, qui non adminiſtrat, poteſt
tamen adminiſtrare ſi vult, ut tutor honorarius, vel notitiæ gratia datus, liberat ſolventem, ſecus, ſi non poteſt adminiſtrare, quando ſc. ipſi eſt prohibitia adminiſtratio per legem, vel per teſtatorem, vel per judicem *Caſtr. hic & Mont.*
2. *in tr. de Tutel. c. 7. n. 21.* Si & ſuſpecto tutori poſtulato ſolvi non poteſt, *§. 7. inſt de ſuſp. tut. l. 7. C. eodem.* cujus cauſa mihi videtur, quia ſuſpicio ad-
3. miniſtrationi contraria. Ita Camerarius, de peculatu accuſatus, interim ſuſpendendus; judex, ob ſcelus inquiſitus, interim ſuſpendendus: quia hæc contraria ſunt officiorum, ſecus, ſi quæſtor ob fornicationem conventus, aut tutor ob ſtuprum alii illatum. Recepta enim noſtrorum ſententia eſt, pendente quæſtione delicti, quod prætenditur in officio eſſe commiſſum, & de quo per informationem præparatoriam conſtat, interim officiali adminiſtratione interdici, ait *Joh. à Sande l. 5. t. 10. d. 2. in fine.* qui citat *Afflictum in conſt. 37. lib. 1. num. 48. Boer. dec. 150 in f. &c.*
4. Pupulli, furioſi, prodigi, ſi ſine conſenſu tutoris vel curatoris ſolverint, pecuniæ dominium non transfertur, ſed vindicari poteſt, niſi pecunia ſit b. f. conſumta, & ſolutio ex ea cauſa facta, ex qua exactio fieri poteſt, liberatur debitor pupillus, quod placuit, ad vitandas ambages. Sed ſi ipſe pupillus contraxerit & ſolverit, etiam conſumtæ pecuniæ condictio eſt. *l. 29. ff. de condict. indeb. Bach. v. 2. d. 29. th. 2. lit. G. & v. 1. d. 20. th. 6.*

## ad L. Pupillo. 15.

PUpillo ſine tutoris autoritate ſolvi aut debitor delegari non poteſt, niſi pecunia ſalva ſit, aut in ejus utilitatem ceſſerit. *§. ult. inſt. quib. alien. lic.* ut ſi rem neceſſariam inde emit. *l. 47. §. 1. h. t. Guttier. de tutel. p. 2. c 22. n. 2.*

## ad L. Si rem. 20.

REs aliena, vel alteri obligata, & ita evictioni obnoxia, non rectè ſolvitur, nec inde contingit liberatio; ſed ante evictionem agi poteſt, *l. 38. §. 3. & 46. & 55. & l. 72 §. fin. h. t. Don. lib. 16. c. 9. poſt lit. M.*

## ad L. Filiusfam. 22.

FIliusfam. licet agere pro patre poſſit ob conjunctionem perſonæ, non tamen poteſt ſolutionem pro eo accipere. *Caſtr. hic Donell. lib. 16. c. 10. lit. S.*

## ad L. Solutione. 23.

SI quis pro me invito ſolvat, vel judicium accipiat, liberor ego, nec tamen ita beneficium in invitum confertur, contra *l. 69. R. J.* Quia ſolutio hæc proficit principaliter creditori, qui ſuum recipit. *Bach. diſp. 29. th. 3. lit. B. & Don. d. c. 10. poſt lit. C.*

## ad L. Si creditor. 26.

SI creditor pignus diſtraxerit, non aliter liberatur debitor, quam ſi creditor tantum, quantum ſibi debebatur, acceperit, de quo videri poteſt. *Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 21. num. 17. & ſeqq.*

## ad L. Debitores ſolvendo. 28.

TUnc demum protutori facti ſolutio liberat debitorem, ſi pecunia in pupilli utilitatem verſa. Exceptiones tres ex *Anton. Fabro* proponit *Hilliger. in Donell. l. 16. c. 11. lit. L.* niſi cum ipſo protutore contractum, de quo in *l. 88. h. t.* & ſic ſciat, non eſſe tutorem, modo protutor idoneus (2.) niſi prætor juſſerit omnia à protutore geſta debere eſſe rata. (3.) ſi fuit tutor verus, ſed ex cauſa à debitore ignorata talis eſſe deſiit.

## ad L. Si debitor. 30.

SI debitor obtulit pecuniam, ſcilicet totam, & in judicio obſignatam deponat, juxta *l 9. C. h. t.* tunc creditori denegatur actio, de quo *Don. l. 16. c. 13. & Georg. Schultz. in tr. de oblat.*

## ad L. Inter artifices. 31.

*SUMMARIA.*

*IN operis artificialibus ſingularem notitiam requirentibus ſubſtitutio perſonarum non habet locum. n. 1.*

*Quod extenditur ad omnia negotia, quæ ſingularem induſtriam requirunt. 2.*

*Facti ad Factum nulla eſt compenſatio. 3.*

*Quod extenditur ad mutuas injurias & recantationem. 4.*

IN operis artificialibus, in quibus vertitur in- 1.
genium & ars, in dubio intelligitur electa induſtria perſonæ, & hæc non poteſt ſubſtituere aliam. *Lud. Rom. ſing. 670. Felinus in c. cum omnes X. de*
*conſtit.* Idem in omnibus negotiis magni mo- 2.
menti, ſi ſingularem induſtriam requirant, & certa forma non ſit præſcripta. *Hondedæus vol. 1. conſult. 55. num. 77. & ſeqq.* ubi ex clauſula (Virtus & probitas tua &c.) concludit perſonæ induſtriam eſſe electam. *Petr. Greg. L. Libro 49. ſyntagm. cap. 4. n. 6. Dn. Lautersbach ad tit. ff. Mandati §.*
*1. th. 4.* Colligunt etiam ex textu, facti ad factum 3.
nullam eſſe compenſationem. *Sebaſt. Medices de compenſ. p. 1. q. 44 Zang. de except. p. 3. c. 8. n. 123. Dn. Mevius ad Jus Lubec. l. 4. tit. 4. art. 9. n. 8. Dn.*
*Lauterbach de compenſ. th. 5.* Ubi id ad mutuas 4.
injurias & recantationem extendit.

## ad L. Qui ſibi. 33.

SOlutio vel oblatio rei debitæ, facto debitoris deterioratæ, eum non liberat, *Donell. ad l. 5. ff. de condict. Tritic. & l. 16. c. 11.*

## ad L. Qui hominem. 34.

### *SUMMARIA.*

*ADjectus ſolutioni in quem finem adjectus dicatur n. 1.*

*Adjecto ſi ſolvitur indebitè, an contra hunc condictio indebiti inſtituenda. 2.*

*Solvens genus debitum per partes in diverſis rebus non liberatur. 3.*

*Ignorans revocatum mandatum de acceptanda ſolutione facta liberatur. 4.*

*Si ſolvitur illi, qui mandatum de acceptanda ſolutione habere putatur, ſed non habet, ex eo nulla contingit liberatio. 5.*

*Quod limitatur. 6. 7.*

*Gener dotem integram, qua ſocero cum filiâ communis, ſoli ſocero ſolvere non poteſt. 8.*

1. SI Adjecto i. e. ei, quæ ſolutionis gratia adjicitur, ſolvatur indebite (v. g. ſolves mihi aut Titio centum, hic Titius eſt adjectus, non ut ei obligatio adquiratur, ſed ut ſolutione illi facta libera-
2. tio contingat) tunc condictio indebiti non contra adjectum, ſed contra creditorem & cujus nomine ſolutio facta, qui ſtipulatus eſt, inſtituenda
3. *pr. h. 5.* Si etiam genus debitum per partes in diverſis rebus ſolvatur, non contingit liberatio per §. *1.* quia ſolutio generis pro parte, à parte non li-
4. berat *l. 2. §. 1. ff. de Verb. obl.* Revocatum mandatum de ſolutione acceptanda, ſi ignorem, libe-
5. ror ſolutione facta *§. 3. h. l. hic & l. 38 §. 1.* Sed ſi quis tibi ſolverit quaſi meo mandatu, qui tamen mandatum non habuit, ex eo nulla liberatio eſt,
6. *§ 4. h. l.* quod tamen declarandum eſt, niſi ſolvens probabilem cauſam opinionis cum culpa creditoris conjunctam habeat v. g. ſi is, cui ſolutio facta, ſe publicè geſſit pro mandatario. *l. 3. pr. ff. ad SC. Macedon* & hoc ſcivit creditor, nec prohibuit *L. qui patitur 18 ff. Mandati. Dn. Mev. p. 5. dec. 174.* vel (2.) ſi principalis dedit mandatum, ad vendendum; nam hic etiam ad recipiendam pecuniam mandatum habere videtur, ut ex *L. 35. de ſolut* aliisque Dd. aſſerit *Dn. Mevius p. 5. 175.* (3.) ſi Dominus partem ſolutæ falſo procuratori
7. pecuniæ acceperit *Dn. Mevius d. l. dec. 176.* Quin etſi tales præſumtiones non adſint, poteſt tamen is, qui ſolvit, bonâ fide alii, veluti ex mandato petere, ut ille, qui negat ſuo mandatu ſolutum eſſe, jubeatur mediante juramento edere omnes literas, quæ ſuper hoc negotio ab eo, qui ſolutionem accepit, ſunt perſcriptæ, & ſi is neget hoc, fraus præſumitur, & editio eò magis urgenda. *Dn. Mev. p. 5. dec. 372.*
8. Ex §. *6.* notetur, generum dotem integram, quæ ſocero cum filia communis erat, ſolvere non poſſe ſocero ſoli *Hill. l. 16. L. 10. lit. S* quem etiam vide in *lib. dicto 16. c. 12. lit. A. d. §. ult. hujus legis.*

## ad L. Quod ſervus. 35.

### *SUMMARIUM.*

*MAndatum habens ad vendendum vel locandum an præſumatur quoq; mandatum habere ad accipiendam ſolutionem.*

SEnſus legis planus, & congruit cum §. *3.* legis præced: Id vero colligitur ex *hac lege*, quod cui mandatum dedi ad vendendum vel locandum, is quoque mandatum habere præſumatur ad accipiendam ſolutionem. *Stracha ad tit. Mandati n. 23. & 24.* Nec obſtat, quod diſſentiens *Romanus ſing. 23. & ejus additionator* reſpondeant, non de univerſali negotiatione hic agi, nam etiam de particulari negotio agitur hic in *verſ. ſed & ſi quis. Stracha. d. l.* cujus ſententiam per *hanc l. & l. 12. pr. h. t.* communiter obtinuiſſe tradit *Mevius p. 5. dec. 175. n. 1.*

## ad L. Quotiens unus. 37.

FIdejuſſor ſuam partem ut ſuam portionem ſolvens, liberat ſe pro ſua parte, alios non. *Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 1. n. 22.*

## ad L. Cum quis. 38.

### *SUMMARIA.*

*ADjecto non rectè ſolvitur, ſi ejus conditio in deterius mutata. n. 1.*

*Mandatum ipſo jure revocatum cenſetur, quando ſtatus alterius mutatus. 2.*

*Clauſula* Rebus ſic ſtantibus *in omnibus contractibus ſubintelligitur. 3.*

*Quod maximè verificatur in conſtitutione dotis ex feudo. 4.*

*Refertur ſententia* Mevii *aliquo modo contraria. 5.*

*Debitor ignorans mandatum de accipiendo revocatum, ſi ſolvat, quatenus ipſo jure liberetur. 6.*

*Accedit etiam fidejuſſor obligationi officio judicis contracta. 7.*

*Fidejuſſio per confuſionem extinguitur. 8.*

*Etiam per ſubſtitutionem alius fidejuſſoris. 9.*

*Pignus per Confuſionem non tollitur. 10.*

*Hypothecarii Creditores jus ſeparationis ſuo jure retinent etiam poſt quinquennium. 11.*

QUando conditio adjecti mutatur in dete- 1.
rius, non rectè ei ſolvitur, quia tacitè ineſt
hæc conditio ſtipulationi, ſi in eâdem causâ
maneat. Ergò non rectè ei ſolvo, ſi ſtatum
mutatum ſciam. *Straeb. in tr. de adjecto part. 3. n.*
*110 & ſeq.* Et mandatum ipſo jure revocatum 2.
videtur, quando ſtatus alterius commutatus.
*Stracha de decoctor. p. 3. n. 30 plures citans.* No- 3.
ta etiam clauſulam, rebus ſic ſtantibus, in omnibus contractibus ſubintelligendam. *Cacher. deciſ. 91. Marta de clauſul. part. 1. clauſ. 143. Jacob. Schultes. ad Mod. Piſt. p. 4. q. 49. n. 21. & multis ſeqq. Tiraq. ad L. ſi unquam C. de revoc. donat. in præfat.*

Digitized by Google

4. *præfat. num. 166.* Et hæc clauſula maximè in con-
ſtitutione doria ſubintelligenda, ſi ex feudo dos
ampliſſima etiam cum conſenſu domini & agna-
torum conſtituatur vel tutoris filii, ſi tamen
poſtea ob cladem bellicam mutata facies, mo-
deratio adhibenda, ut in Facultate noſtra re-
5. ſponſum memini. Sed *Dn. Mevius* refert *pag. 4.*
*dec. 54.* quantitatem doris ex feudo ſolvendæ ex
eo tempore æſtimari, quo dos dari debuit; nam
tunc ſibi imputet poſſeſſor, quod tunc non dede-
rit: ſed nec tunc æquilibrium judicis inter cogna-
6. tos excluſum. Poſt mandatum revocatum, ſi de-
bitor id ignorans ſolvat, ipſo jure liberatur, *§. 11.*
*h. l.* ſi bonum animum habeat recipiens; ſed ſi
animum rapiendi habuerit, ope exceptionis tu-
tus eſt debitor, ſi condictionem furtivam contra
7. recipientem extulerit. Pro eo etiam, qui officio
judicis aliquid mihi debet, accedere poteſt fide-
juſſor. *§. pen. h. l. Bach. d. diſp. 18 in Tr. th. 3. lit. C.*
8. Si fidejuſſor debitori ſuccedat, obligatio fide-
9. juſſoria extingvitur. Idem ſi alium fidejuſſo-
rem dedit: ſecùs in pignore, quod ut jus reale
per confuſionem non tollitur, *hic & l. 59. pr ff. ad*
10. *SC. Trebell* vid. *Hering c. 20. § 16. n. 46. Zang. de*
*except. p. 3. c. 9. n. 13. & ſeqq. Caſtr. hic Sande L. 3.*
11. *c. 2. d. 17.* Ex quo colligunt hypothecarios cre-
ditores jus ſeparationis ſuo jure retinere etiam
poſt quinquennium. *Richter. de prior. credit. d. 2.*
*num. 48. & in tr. de jure ſepar. cap. 1. n. 176. Ant.*
*Fab. l. 7. Cod. tit. 31. def. 15 num. 4. Carpz. lib. 4.*
*Reſponſ. 18. n. 3. & Dn. Struv. ad tit. de jure ſepa-*
*rat. th. 58. & 63.*

## ad L. Si ſoluturus. 39.

*SUMMARIA.*

*Periculum rei dep. ſita quando ad creditorem & quando ad debitorem ſpectet. n. 1. 2.*

*Nuda realis oblatio conſtituit creditorem in mora. 3.*

*Secus ſi oblatio ſit in opportuno tempore. 4.*

1. SI pecunia deponatur cum conſenſu creditoris,
hujus eſt periculum, ſed ſi debitor ſuâ volunta-
te depoſuit, tunc demùm creditoris eſt pericu-
lum, quando creditor eſt in mora; ſed ſi neuter
eſt in morâ, periculum eſt debitoris, niſi ſpecies
2. certa debeatur, ubi eſt creditoris. Collige, de-
poſitionem tunc transferre in creditorem pericu-
lum, quando creditor noluit accipere, & ſic
omnia requiſita obſervata fuerint, quæ recenſet
*Dn. Mevius pag. 2. dec. 200.* & quæ recenſui ad
3. *L. 9. C. h. t.* Sed & nuda realis oblatio conſtituit
creditorem in mora, & transfert periculum per
*L. 17. ff. de periculo & commodo.* vid. *Schultz. de Oblat.*
4. *pec. c. 6. n. 12. pag. 488.* Ex hoc textu collige,
oblationem, ſi in opportuno tempore fiat, non
conſtituere in mora creditorem. Per inoppor-
tunum tempus non intelligitur tempus ante diem
ſolutionis anticipatum. *Donell. ad l. 41. de Verb.*
*obl. n. 47.*

## ad L. Reo criminis. 41. & ſeq.

QUi de crimine accuſatus eſt, interim admi-
niſtrare ſua bona, & nomina exigere, & ex-
acta accipere non eſt prohibendus, & multò
minus ab appellatione repellitur. *Dn. Mev. p. 1.*
*dec. 187.*

## ad L. In omnibus. 43.

IN omnibus ſpeciebus liberationum etiam acceſſiones liberantur i. e. fidejuſſores & pignora. *Hering. de fidejuſſ. c. 2. §. 1. Petr. Peck. de jur. ſiſtend. c. 31. n. 1.* Sed hoc verum eſt in vera liberatione juris communis; ſecus ſi perſona eximatur obligationi *l. ult. ff. de duobus reis. Donell. L. 21. cap. ult. poſt lit. G.*

## ad L. Si quis aliam. 46.

*SUMMARIUM.*

*SI res alia pro aliâ ſoluta evicta fuerit an maneat priſtina actio.*

DEdi Stichum pro Pamphilo, hic evincitur, quæritur, an mihi detur priſtina actio? videtur quòd illa ſit conſumpta per *L. eleganter. 24. ff. de pignorat. act.* ſed reſp. ibi pro pecuniario debito datur in ſolutum ſpecies, ubi eſt datio in ſolutum, & ſic emtio: Ergò re evictâ datur actio emti, non priſtina, ſed hic eſt permutatio. vid. *Bart. hic. Surdus conſ. 145. n. 34. verſ. tertius eſt. Steph. Gratianus c. 1. diſc. for. 3. n. 14.*

## ad L. In pupillo. 47.

*SUMMARIA.*

*QUis locupletior factus dicatur. n. 1. & 2.*

ILle dicitur locupletior factus, qui non eſt factus 1.
pauperior §. 1 *h. l.* i. e. ſi accepit rem, quam
ſi non accepiſſet, rem ejusdem generis aliam eme-
re ſuâ pecuniâ debuiſſet v. gr. frumentum. Quod 2.
ſi quis conſumſit, non videtur factus locupletior.
Sed parcere potuit ſuis nummis, & eos retinuit, &
ſic non eſt factus pauperior, quando de ſuo tan-
tundem aliis erogaturus erat. *Hilliger. in Donell. l. 16. c. 10. lit. I.* vid. *Barboſ. locupl. lib. 10. cap. 29. axiom. 1.* ubi exceptiones refert ex *l. 9. §. 2. ad SC. Macedon. l. 5. §. 8. & l. 7. §. 1. de donat. inter vir. & uxor.* conf. *Calvinus in Lexico in voce locupletior.* Locupletior etiam videtur, ſi per hoc debito liberatus *L. 66. h. t.*

## ad L. Satisfactio. 52.

SAtisfactio pro ſolutione eſt. *Wamneſ. cent. 3. conſ. 100. n. 1.* ſcilicet quando creditoris deſiderio juxta obligationis ſubſtantiam plenè eſt ſatisfactum. *Hilliger. in Donel. l 16. c. 9. lit. H. Berous vol. 2. conſ. 107. n. 27.*

## ad L. Qui ſic ſolvit. 55.

*SUMMARIA.*

*QUi ſolvit ſtatim recepturus, non ſolvit. n. 1.*

*Limitatur. 3.*

*Quod exemplo declaratur, de pecunia depoſita & areſtata. 2.*

QUi ſolvit, ut ſtatim recipiat, non videtur ſol- 1.
viſſe. Idem eſt, ſi in judicio deponam; ſe 2.
ea conditione, ut areſti impoſitionem rogem in
illa pecunia depoſita; nam ideo depoſitio fit, ut
cre-

creditor, qui accipere recuſat, ex judicio auferat pecuniam: ſi autem una cum depoſitione areſtum imponatur pecuniæ depoſitæ, ut non tradatur creditori, una manu demitur, quod altera datur; & hanc depoſitionem deponenti non pro-
2. deſſe exiſtimo. Sed ſi inter partes convenerit, ut ſoluta pecunia ſtatim credatur, tunc voluntatem partium ſequimur: ſic ſi donem tibi 100. ut ea mihi ſtatim credas, poteſt dici eſſe donationem & mutuum, per *l. 20 ff. reb. cred. & ibi Cujac. t. 1. p. 1995.*

## ad L. Si quis ſtipulatus. 57.

*SUMMARIUM.*

O*bligatus ad decem in certa re quatenus poſſit pro arbitrio ſolvere 10. qui ſunt in obligatione vel ſolvere ipſam rem.*

DEbitor obligatus ad 10. in melle, poteſt ſolvere 10. quæ ſunt in obligatione, & poteſt etiam ſolvere mel, quod eſt in facultate ſolvendi, modò ante litem conteſtatam ſolvat; nam poſtea præcisè 10. ſolvere tenetur; nam mel quaſi adjectum videtur, ut in eo poſſit fieri ſolutio, ſi ante litem conteſtatam hoc fiat, & ſi mel ſolum promitteretur, eſſet incerta obligatio; ſed quia certa quantitas pecuniæ addita, certa eſt. *Strucba in tit. de adjecto. p. 2. num. 48.* conf. *Tuſch. concl. 53. per totam lit. D. & Cravett. conſ. 187. num. 4.*

## ad L. Si quis offerenti. 58.

*SUMMARIA.*

S*olutio facta falſo procuratori ut & negotiorum geſtori quatenus liberet debitorem. n. 1.*

*Quibus caſibus alii quam creditori ſolvi poſſit, remiſſivè. 2.*

*An liberetur, qui juſſu judicis falſo procuratori ſolvit. 3.*

1. FAlſo procuratori, ut & negotiorum geſtori facta ſolutio, debitorem non liberat, donec verus creditor ratum habeat, & ideo poteſt ſtatim condici, niſi ſub conditione ratihabitionis pecunia ſoluta. *Don. l. 16. c. 10. in fine & ibi Hill.*
2. *lit. T.* Caſus quibus alii quà creditori ſolvi poteſt,
3. notavit *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 138.* Si à judice procuratori falſo ſolvere juſſus ſolvit, non excuſatur, ſi remedium appellationis neglexerit. *Pruckman. vol. 2. conſ. 24. n. 138. & quos refert Hill. d. l. lit. T.*

## ad L. In perpetuum. 61.

SI eadem ſpecies (non vero quantitas) ex cauſa lucrativa, dum pro ea nihil abeſt, ad creditorem pervenerit, ita ut avocari nequeat, tunc debitor, qui ex alia cauſa lucrativa debet, liberatur. vid. *Donell. lib. 16. cap. 5. & notata ad l. 17. de obl. & act.*

## ad L. Si pupilli. 66.

NOta: qui ab actione liberatur, hoc ipſo locupletari cenſetur. *hic & l. pen. §. ult. ff. de rebus eorum qui ſub tut.*

## ad L. Servus. 68.

COnditio conſiſtens in aliquo dando pupillo alicui, non impletur ſine autoritate tutoris; ſecus ſi in faciendo: Ratio eſt, ne datio ex pupilli imbecillitate pereat. *Donell. 8. c. 33. lit. K.* Aliud, ſi ſtipuler, mihi aut pupillo ſolvi. *l. 11. h. t.* quia ſolutio non fit pupillo in ejus utilitatem ſed ei adjecto.

## ad L. Quod certa die. 70.

QUod certâ die promiſſum eſt, ſtatim ſolvi poteſt, totum enim medium tempus ad ſolvendum promiſſori relictum intelligitur; niſi dies in gratiam creditoris addita. *Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 28. def. 11. & l. 5. Reſponſo 102. Hering. de fidejuſſ. c. 22. num. 7. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 29. th. 2. lit. I. Donell. ad l. 41. num. 47. & ſeq. ff. de Verb. Oblig.*

## ad L. Qui decem. 72.

O*Blatio quando pariat exceptionem doli & quando ipſo jure liberet. n. 1. & 2.*

*Per moram transfertur periculum in moroſum. 3.*

*Ubi caſus ex hoc deciſus adjicitur. 4.*

SI quis debeat quantitatem vel genus, & offe- 1.
rat debitor creditori decem, ea autem recuſet accipere creditor, & eadem poſtea pereant, liberatur ope exceptionis doli; ſed debitor ſpeciei ipſo jure liberatur. Quod autem de dote in *fin. pr.* dicitur, alii putant ſpeciale eſſe favore dotis. *P. Barb. part. 4. Rubric. ff. ſolut. matr. n. 33. & L.*
*Si mora. n. 12. & ſeq.* Alii diſtinguunt inter bo- 2.
næ fidei contractus, & ſtricti juris. Hoc caſu oblatio parit exceptionem doli; Illo vero ipſo jure liberat. *Georg. Schultz. in tr. de oblat. c. 6. n. 13.*
Collige, per moram transferri periculum in mo- 3.
roſum; ſic cum creditor injunctam liquidationem perficere cunctatus eſſet, & debitor pecuniam petitam in judicio depoſuiſſet, eaque ſumma à Principe exempta & erogata eſſet, caſum hunc
creditori imputandum eſſe, deciſum in *Tribun.* 4.
*Wiſmar. teſte Dn. Mev. pag. 3. dec. 15.* conf. *idem p. 5. dec. 244. & ſeq.*

## ad L. Modeſtinus. 76.

VId. *ſupr. l 36. ſub pr. de fidejuſſ.*

## ad L. Si alieni. 78.

*SUMMARIA.*

S*I ſolutio facta partim ex nummis propriis partim alienis, quatenus hi nummi omnes fiant accipientis creditoris. n. 1.*

*Ratione connexitatis multa concedi ſolent, quæ aliàs non conceduntur. 2. Ubi etiam exempla adduntur.*

SI ſolveris mihi nummos partim tuos partim 1.
alienos, tunc hi maneant quidem ejus, cujus antea fuerunt, ſi diſcerni poſſent; ſed ſi diſcerni à propriis nequeunt, mei fiunt omnes nummi, de quo *Donellus l. 4. c. 22. & ibi Hill. lit. A. Coll. Arg.*

*Arg. de adquir. rerum domin. th. 34. Jaſon. in L. Singularia. n. 12. ff. ſi certum pet. Joh. Aloyſ. Riccius.*
1. Ex hac lege & *L. etiam 29. §. 1. de Min.* probat ratione connexitatis multa concedi, quæ alias non concederentur: ſic valet ſententia, licet unus judicium inhabilis & unius teſtis fides alteri ſubvenit &c. *coll. 364.*

## ad L. Pecuniam. 79.

PEr aſpectum & traditionem adquiritur poſſeſſio, licet non ingreſſus ſim. *hic & l. 1. §. pen. de adquir. poſſeſſ. l. 18. §. 2. d. t.* vid. *Don. l. 5. c. 9. lit. C. & ibi Hillig.* confer.i *poteſt Cagnolus ad L. Singularia. ff. de Rebus cred. n. 6.*

## ad L. Si cum Cornelius. 82.

ADjecto ſolutionis gratia potaſt ſolvi, niſi creditor revocaverit; nam creditor poteſt prohibere, ne adjecto ſolvatur, qood *Stracha in tr. de adjecto p. 1. n. 35.* declarat, ſi ſolius creditoris gratia tertius ſit adjectus, non verò ſi adjectus cauſa debitoris. per *L. Si fundum ff. de pactis* conferri poteſt *Marcus Mantua ſing. 406.*

## ad L. Hoc jure. 3.

*SUMMARIA.*

*PRocuratori litis ſolvi non poteſt. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*Ad ſolutionem recipiendam ſpeciale mandatum requiri colligitur. 3.*
*Mandatum quotenus in dubio potius de exercenda lite quam ſolutione accipienda intelligendum 4.*
*Officium curatoris bonorum differt ab officio curatoris litis. 5.*

1. PRocuratori litis non rectè ſolvitur. Diverſa enim poteſtas ſolutionis accipiendæ & actionis exercendæ, *Dn. Mev. p. 5. d. 294.* nam & quibus ſine mandato agere licet, ſolvi tameo nequit *l. 22.*
2. *h. t. Hill. in Don. l. 16. c. 10. lit. N.* Aliud ſi ad contrahendum mandatum habeat, *Strach. de merca-*
3. *tur. tit. mandati n. 23* Colligunt etiam ex *h. l.* ſpeciale maodatum ad ſolutionem recipiendam re-
4. quiri. *Dd. alleg. Klock. vol. 2. conſ. 50. n. 37.* Et mandatum in dubio potius de exercenda lite quam accipienda ſolutione intelligendum, ſi mandatari-
5. us lites agere ſolitus. *Dn. Mev. p. 5. d. 295.* Et aliud eſſe officium curatoris bonorum, aliud verò curatoris litis; nam judicialia ad hunc, ad illum verò extrajudicialia negotia, ioter quæ & ſolutio reperitur, ſpectant. *Dn. Mev. p. 4. dec. 344.*

## ad L. Filiæ. 88.

*SUMMARIA.*

*PRotutori ſolvens quatenus liberetur. n. 1. 2.*
*Protutor pupillo non acquirit actionem 3.*

1. QUi ſolvit protutori bona fide, liberatur, maximè ſi cum eo contraxit, niſi ille, qui cum non tutore contraxit, ſciverit, illum non habere adminiſtrationem, quo caſo tenetur in ſubſidi-
2. um. Collige, quod ſolutio facta etiam falſo tutori, cum quo contractum erat, liberet debitorem. *Afſl. dec. 147. Tiraq. de Retr. convent. §. 4. gl. 9. in fin. Theſſaun. lib. 3. q. 39. n. 2.* Colligunt etiam protu- 3.
torem pupillo noo acquirere actionem, *hic & l. 3. §. 4. inſr. jud. ſolvi. Gutt. in tr. de Tut. p. 2. c. 17. n. 10.*

## ad L. Si duo. 93.

*SUMMARIA.*

*EX ſucceſſione duorum reorum ſtipulandi vel promittendi nulla contingit confuſio. n. 1.*
*Secus ſi debitor principalis ſuccedat fidejuſſori quo caſu fidejuſſio per confuſionem tollitur. 2.*

QUando duorum reorum ſtipulandi alter alteri ſucceſſit, nulla confuſio eſt. *in princ. h. l.* 1.
Itemque ſi duo rei promittendi, ut rectè vulgata lectio legit. *Donell. lib. 16. c. 4. lit. H. & ibi Hill.*
Quando debitor principalis ſuccedit fidejuſſori, 2.
fidejuſſoria perſonalis obligatio per confuſionem tollitur, licet hypothecaria maneat, *hic & l. 38. §. fin. h. t. & l. 14. ff. de fidejuſſ. Zang. de except. p. 3. cap. 9. num. 10. & 14. Hartm. Piſt. p. 3. qu. 11. num. 2. Bach. in Treutl. vol. 2. diſp. 28. th 7. lit C Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 16. Hill. in Donellum dicto cap. 4. lit. F.*

## ad L. Si is cui 49. §. Favius.

SOlutum ſimpliciter in cauſam efficacem, non autem inefficacem videtur ſolutum, & qui habet mandatum ad ſolveodum, id intelligitur de cauſa efficaci. *Mandellus conſ. 109. num. 12.* Quod limitat *n. 23.* niſi alias diſpoſitio eſſet inutilis aut inefficaeitas cauſæ à diſpoſitione maodantis dependeat.

## ad L. Stichum. 95.

*SUMMARIA.*

*ELectio creditoris in rebus alternativè obligatis exſtinguitur, ſi altera ante moram debitoris pereat n. 1.*
*Secus ſi poſt moram debitoris pereat. 2.*
*Quid juris è diverſo, ſi electio ſit debitoris. 3.*
*Fidejuſſor, ſi hæres exiſtit debitori naturaliter obligato, an liberetur ex cauſa fidejuſſionis. 4.*
*Quid ſi debitor habet propriam & perſonalem exceptionem, an exſtinguatur obligatio fidejuſſoria. 5.*
*Si minori fidejuſſor ſucceſſit, & reſtitutionem petat, an perimatur fidejuſſoria obligatio. 6.*
*An reſtitutio minoris proſit fidejuſſori hæredi minoris remiſſivè. 7.*
*Obligatio naturalis pacto & jurejurando ipſo jure tollitur. 8.*
*Conciliatio* §. 4. h. l. *cum* l. 27. §. 4. de pactis *remiſſivè. 9.*
*Si quis ſibi aut alteri ſtipuletur, alterius capitis minutio non tollit ſolvendi poteſtatem. 10.*
*An recuperans rem dolo alienatam judicii mutandi cauſa contra alienantem agere poſſit. 11.*
*Mandator ſolvens ipſo jure non liberat reum ſicut fidejuſſor. 12.*
*Creditor agens contra debitorem ſi culpa ſua cadat, vel uni fidejuſſori debitum remittat, an poſſit agere contra fidejuſſorem vel mandatorem. 13.*

*Tutor*

*Tutor ſolvens pro contutore ſine ceſſione habet actionem utilem. 14.*

*Mandatarius ſolvens non habet regreſſum contra mandantem, ſi culpâ ſuâ amiſit actionem contra reum. 15.*

*An hoc applicari poſſit ad fidejuſſorem. 16. 17.*

*Creditor in transactione cum debitore reſervans actionem ad totum debitum contra fidejuſſorem, repellitur exceptione transactionis. 18.*

*An fidejuſſor totum ſolvens dilata actione ceſſa contra debitorem vel confidejuſſorem, donec debitor non ſolvendo fiat, habeat regreſſum contra fidejuſſorem. 19*

*Quid ſi alia culpa admiſſa. 20.*

*Creditor unum ex multis fidejuſſoribus ſimul acceptis dimittens, ejus portionem ſibi detrahi pati debet. 21.*

*Hoc caſu hujus portionem excipere poteſt ſecundus fidejuſſor conventus à primo. 22.*

*Creditor debitum exigere ceſſans, donec debitor ſolvendo eſſe deſinat, vel ſi in petitione culpâ ſuâ causâ cecidit, non habet actionem contra fidejuſſorem 23.*

1. QUando duo ſervi alternativè ſunt promiſſi, &
creditor ſibi electionem reſervavit, mortuo altero ante moram debitoris, exſtingvitur
electio, & is ſolus, qui vivit, eſt in obligatione
2. & petitione. Sed ſi poſt moram debitoris mortuus, poſtquam ſcil. ſtipulator elegerat, eo caſu
jus eligendi non perit. Nam poteſt creditor petere vel ſuperſtitem, vel mortui æſtimationem,
ſi fortè pretioſior fuit *Cujac. in h. l. tom. 4. p. 630.*
3. Si autem electio debitoris, & res periit ſine ejus
culpa, tunc integra manet electio, ut etiam
mortui æſtimationem præſtare poſſit *l. 47. §. 3.
ſupr. de legat. 1.* ſed ſi culpa debitoris mortuus,
exſtingvitur electio, & vivus ſolus peti & ſolvi
poteſt. *Cujac. d. l. & Gomez. lib. 2. reſol. c. 11. n. 39.
Petr. Gregor. lib. 21. Syntagm. c. 18. in fin.* confera-
4. tur *Donell. l. 15. cap. 40. lit. A a. & ibi Hillig.* Naturaliter obligatus mihi dedit fidejuſſorem, hic
ſucceſſit debitori, quæritur, an exſtincta obligatio fidejuſſoria? Videtur quod ſic, quia exſtinguitur obligatio fidejuſſoria per aditionem hæreditatis, per *l. 24. C. de fidejuſſ. & per l. 21. §. ult.*
Et mendoſus in *hoc* §. eſt verſiculus, *nam ſi reus
duntaxat fuit obligatus, fidejuſſor liberabitur*, ſed
ita legendum: *nam ſi reus duntaxat fuit obligatus,
fidejuſſor non liberabitur.* Vid. *Cujac. lib 11. obſ 34.*
ubi & Græcos ita legere confirmat. idem *Cujac.
lib. 7. ad Afric. ad hanc L. Bach. ad Tr. vol. 2. diſp.
28. pag. 976. Zang. p. 2. c. 9. n 18. de except. Ant.
Fab. l. 8. conjectur. cap. 4 Carpz. p. 2. C. 18. def. 13.
Zæſ. ad tit. de minor. n. 53.* conferri etiam poteſt
5. *Donellus l. 16. lit. G. & ibi Hill.* Sed quid ſi debitor habeat propriam & perſonalem exceptionem, quæritur, an exſtinguatur obligatio fidejuſſoria? Videtur quòd non, quia inefficax eſt
obligatio principalis, ſed affirm. quia eſt tantùm
inefficacia perſonalis, non realis, per hunc textum. Quid ſi ergò minori fidejuſſor ſucceſſit, 6.
& reſtitutionem petat, an fidejuſſoria obligatio
exſtingvitur? videtur quòd non, quia inefficax
redditur obligatio principalis per reſtitutionem. Sed Aff. quia, dum fidejuſſor fuit hæres
debitoris, ipſo jure exſtincta eſt obligatio fidejuſſoria, & deinde tum extitit firma principalis
obligatio, quæ non redditur inefficax; niſi poſt
impetratam reſtitutionem. vid. *Petr. Barb. in l.
quia tale, 14 n. 71. & ſeq. Carpz. p. 2. C. 18. def. 15.*
An autem reſtitutio minoris commodet etiam 7.
fidejuſſori, quando hic eſt hæres minoris, vid.
*Oddus p. 1. q. 48. art. 3.* ubi affirmat ex *hoc notabili* §. Naturalis obligatio ſeu vinculum æqui 8.
tatis, ut ex *hoc* §. deſcribit *Donellus lib 12. cap.
2. lit. B. & ibi Hilliger.* pacto & jurejurando ipſo
jure tollitur, quia vinculum æquitatis, quo ſolo
ſuſtinebatur, conventionis æquitate diſſolvitur. *l.
§. 4. h. l. Zuchard. in repet. Rubr. C. de pact. n. 86.
Bach. ad tit. de Pactis ſub rubr. de Effectibus pacti
liberatorii n. 3. Don. l. 16. cap. 17. lit B. & ibi Hill.*
Quomodo autem *hic* §. cum *l. 27. §. 4.* de pactis 9.
concilianda, videatur *Hill. d. l.* Si mihi aut Titio 10.
uſumfructum ſtipuler, & Titius capite minuatur, ſolvendi poteſtas non tollitur. *Don. l. 16. cap.
10. lit. R.* ubi rationem habet. Sed quid ſi dolo 11.
alienaveris rem judicii mutandi causâ Titio, ego
convenio Titium, & rem recupero, quæritur
an poſſim contra te agere? Neg. *§ 9.* quia actio
illa datur ad intereſſe, quod hîc non conſideratur, quia rem habeo. *Donell. l. 19. c. 12. lit. I.* niſi
fortè ratione expenſarum aliquid prætendere
poſſim. Sed ſi prius contra te egerim, & intereſſe acceperim; quia tamen res ipſa adhuc abeſt,
poſſum poſtea etiam rem à Titio vindicare. Man- 12.
dator ſolvens ipſo jure non liberat reum, quod
ſecus in fidejuſſore, per *l. 37 h. t.* quia mandator
loco rei eſt, & quaſi alius quidam reus, & præterea non alieno; ſed ſuo nomine obligatur &
ſolvit. *Cujac. l. 23. obſ. 25. Hering. de fidej. c. 20. §.
1. n. 23. & ſ.* Si creditor agens contra debitorem 13.
ſuâ culpâ cauſa ceciderit, vel uni fidejuſſori remiſerit debitum, non poteſt agere contra fidejuſſorem vel mandatorem, quia exceptione cedendarum actionum repellitur *Ronchegall. in l. eos
in princ. ff de duob. reis. n. 56. Francus de fidejuſſ. c. 5.
n. 480. Hering. c 27. part. 3 n 13 Manz. de fidejuſſ. c. 10.
n. 14. Caſpar Rodericus de Annuis Reditibus lib. 2. q. 9.
n. 34.* Sed ſi tutor ſolverit pro contutore, etiam 14.
ſine ceſſione habet utilem actionem. *L. 1. §. 13. ff.
de Tutela & ration.* Sed § hic loquitur de manda- 15.
tore, quod mandatarius ſolvens non poſſit exigere à mandatore, quando culpâ ſuâ amiſit actionem contra reum, quia mandans contra reum principalem non habet actionem niſi ceſſam. Sed dubium, an *hic* §. poſſit applicari ad fi- 16.
dejuſſorem, qui licet ei nulla ſit ceſſa actio, habet tamen actionem mandati, vel negotiorum
geſtorum contra reum. Et non apparet ratio,
quod propterea fidejuſſor nullum habet regreſſum

greſſum contra reum, qvia creditor contra eum
non poteſt agere. Vid. *Cujac. t. 2. ad l. 21. §. fin.*
17. *de pact. tom. 2.* Sed communiter receptum, ad
fidejuſſorem hoc etiam pertinere, qvia non pot-
18. eſt creditor cedere jus ſuum, per *allegata P. Bar-
boſ. in l. qva dotis. n. 3. ff. ſolut. matrim.* Et hinc
vera videtur ſententia *Carpz. p. 3. dec. 252.* qvod
ſi creditor cum debitore tranſegerit remiſſa ei
parte debiti, reſervata tamen actione ad totum
contra fidejuſſorem, qvòd tunc tranſactione ſe
tueri poſſit fidejuſſor; non obſtante reſervatio-
19. ne, qvia fidejuſſor non poteſt cedere ſuum jus,
qvod tamen tenetur cedere integrum. Sed ex
*hoc §.* probat etiam *Carpz. p. 3. dec. 253.* fidejuſ-
ſorem, qvi totum ſolvit, & non ſtatim ceſſis
actionibus agit contra debitorem aut confide
juſſores, ſed differt regreſſum, donec interim
debitor non ſolvendo fiat, non habere regreſ-
ſum contra confidejuſſores detractâ ſuâ qvartâ;
de qva deciſione ego multum dubito: nam actio-
nem non amiſit ſuâ culpâ, niſi dicere velimus,
culpæ adſcribendum eſſe, ſi qvis non ſtatim pul-
ſet debitorem actione: Et qvod non idoneus
20. factus ſit debitor, caſui imputandum. Sed ſi alia
culpa ſit admiſſa, ut qvod recognitionem non
petierit, cùm immiſſionem peteret, item qvòd
in morâ accipiendi fuerit &c. qvæ culpæ in præ-
judicio deciſioni ſubjecto recenſentur, tunc poſ-
21. ſet ex *hoc §.* ea ſententia probari. Ex *hoc §.*
etiam inferunt, ſi creditor uno tempore plures
acceperit fidejuſſores, qvia contemplatione al-
terius qvilibet fidejuſſit, ideò ſi principalis u-
num fidejuſſorem dimiſit, ejus portionem ſibi de-
22. trahi pati debet. Et ſi primus integrum debitum
ſolverit, & ex jure ceſſo agat contra ſecundum
hic ex perſonâ tertii à creditore dimiſſi poſſet ex-
cipere portionem eam, qvam tertius debuit.
*Vinc. de Franch. dec. 55. n. 10. Neguz. de pign. m. 3.
part. 5. princ. n. 36. Hering. de fidej. cap. 27. memb.*
23. *3. n. 29:* Hinc creditor à debitore, donec ſolven-
do eſſe deſinat, creditum petere ceſſans, vel ſi pe-
tiit, culpa tamen ſuâ causâ cecidit, id poſtea à fi-
dejuſſore, qvi non renunciavit excuſſioni, exige-
re non poteſt *Hering. de fidej. c. 20. §. 15. & Carpz. p.
2. c. 19. def. 10.*

## ad *L.* Pupilli. 96. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*Caſus Legis. n. 1.*
*Si ceſſus tempore ceſſionis inidoneus, ceſſionario
ſuccurritur. 2.*

SOror cum fratre tranſegit accepto nomine,
qvod factum poſtea inidoneum, dum debitor
ceſſus factus eſt non ſolvendo, cum ab initio
eſſet idoneus: & dicitur hic periculum nomi-
nis ad ceſſionarium pertinere. Aliud igitur, ſi
2. ceſſionis tempore inidoneus ceſſus debitor, ma-
ximè ſi deceptio concurrat, per *l. 22 §. 2. ff. ſolut.
matr. Accurſ. hic & Cujac. tom. 4. Berlich. p. 2.
dec. 290. n. 10.* Sed vide declarationem in *L. Di-
vortio. ff. de N. G.*

## ad *L.* Qvi res. 98.

### *SUMMARIA*

*Maritus ſpeciem evictam pro dote pecuniaria
promiſſam poteſt actione dotis repetere. n. 1.*
*Poſterior actus, ad prioris actus & voluntatis dubia
declarationem facit. n. 2.*
*Debitor ratione temporis durius qvam mihi ipſi, po-
teſt Adjecto obligari. 3.*
*Invito creditori ſolvi ante diem poſſe, limitatur. 4.*
*Hinc ante diem uſuræ ſolvi poſſunt. 5.*
*Adjecto qvoqve ante diem ſolvi poteſt. 6.*
*Debita ſpecies, ſi commercio eximatur, obligari am-
plius non poteſt 7.*
Ad L. 79. de ult. Legat. 3. obſt. *reſpondetur. ult.*

QUod ſi pro dote in pecunia promiſſa datur
ſpecies, & illa evincatur. qværitur, an mari- 1.
tus priſtina actione agere poſſit? Videtur qvod
non, ob *L. Eleganter. 24. de pignor. act.* ubi dici-
tur, qvando res pro pecuniario debito in ſolu-
tum datur, non ſupereſſe priſtinam actionem,
ſed dari actionem ex empto. *Steph. Gratianus
tom. 1. diſc. for. 3. n. 14. & ſeq.* vide ibi *notata*, ſed
affirmatur ob ſpecialem favorem dotis *Petr.
Barboſa in L. Æſtimatis. 51. n. 20 ff. ſolut. matrim.*
Et ideo poteſt maritus agere prima actione, ac
ſi nihil fuiſſet datum. *Bart. ad l. 46. pr. h. t. &
Caſtrenſ. hic Boer. deciſ 327. n. 2. Baldus Nov. de
dote part. 8. priv. 19. Barboſa in L. Æſtimatis. 51.
num. 20. ff. ſol. matr. Surdus conſ. 145. n. 34. verſ.
Qvartus caſus.* conf. *Hering. de fidejuſſ. c. 20 §. 21. n.
17. & ſeqq.*

Ex §. 3. *h. l.* Colligitur regula, qvod actus 2.
poſterior pertineat ad prioris actus & voluntatis
dubiæ declarationem. *Wammeſ. conſ. 4.*

In §. 4. Qværitur an ratione temporis du-
rius obligari poſſit debitor adjecto, qvam mihi
v. g. ſolves mihi menſ. Mart. aut Titio jam? Et 3.
videtur qvod non, qvia acceſſoria obligatio non
poteſt eſſe durior *§. 5. inſt. de fidej.* Sed aff. qvia
(1.) Adjecto nulla obligatio qværitur, ergo fal-
lit iſta ratio prædicta dubitandi. (2.) ut mihi
ante Martium poteſt ſolvi, ita etiam Titio. Un- 4.
de colligunt ante diem ſolvi poſſe creditori in-
vito, niſi ejus gratia dicta dies. *Sande l. 3. tit. 16.
def. 1.* Ubi refutat cum *Don.* opinionem eorum, 5.
qvi debitam uſurarum ante diem ſolvi non
poſſe putant. Adjecto autem ante diem ſolvi
poſſe ex hoc §. probat *Stracha de Adjecto. p. 3. n.* 6.
*134.* Exemtio ſpeciei debitæ ex rerum natura
vel commercio obligationem perimit, §. 8. nec 7.
hæc obligatio reviviſcit impedimento ſubmo-
to; nam qvæ ipſo jure tolluntur, non facilè
revertuntur ad priorem naturam. *Marc. Mant.
ſing. 201.* cui opponi ſolet *l. 79. §. ult. de lege. 3.*
qvam pugnam dirimunt diſtinctione inter ulti-
mas voluntates & contractus. *Hilliger. in Don.
l. 8. cap. 17. lit. K.*

## ad *L.* Creditorem. 99.

*SUMMARIA.*

*Creditor nummos accipere in alia forma, ſi damnum inde metuas, non tenetur n. 1.*
*Extenditur id ad venditionem, adjecta deciſione. 2.*
*Si damno non ſit creditori, in alia forma accipere pecuniam compelli poteſt. 3.*

1. Creditor non eſt cogendus in alia forma nummos accipere, ſi ex ea re damnum aliqvod paſſurus ſit. vid. *Carpz. p. 2. Jurispr. conſt. 28. d. 6. Ant. Gabr lib. 4. comm. concl. tit. de ſolut.*
2. *concl. 1. & ſeq. Don. & ibi Hill. l. 16. c. 9. lit. L.* Et id non tantum in mutuo ſed & in venditione locum habet; Sic, qvi anno 54 crediderat merces, emptor autem in pecunia diminuta in Polonia volebat ſolvere, hoc in Facultate fuit dene-
3. gatum, menſe Dec. anno 1667. A contrario ſenſu ideò colligitur, non prohiberi in alium modum vel pro auro ad pondus accepto pecuniam auream reddere, ſi nullum damnum paſſurus ſit creditor. *Motzeus de mutuo vol. 2. ult. ult. ord. de rebus n. 10.*

## ad L. Creditor. 102.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis depingitur n. 1.*
*Periculum rei debitæ & oblatæ, ad creditorem justa ex cauſa differentem, non pertinet. 2.*
*Damnum ex moneta depravata emergens, ad pupillum pertinet. 3.*
*Limit. 4.*
*Si crediteris interſit, juſtè recuſatur acceptatio debiti non legitimè oblati. ult.*

1. Creditor oblatam pecuniam diſtulit in commodius tempus. Tutor habuit pecuniam pupillarem, ut eam aliis crederet, interim pecunia, qvia nimium æris habet (vid. *Hill. lib. 16. c. 9. lit. M.*) juſſu ſuperioris reprobatur. Hoc caſu nec creditoris, nec tutoris eſt periculum, ſed debitoris & pupilli. *Butigella in repet. L. Quod te. ff. ſi certum pet. n. 33. vol. 2. & Coraſ. l. 1. Miſcellan. c. 9.* Collige, periculum rei debitæ ad
2. creditorem per oblationem non transferri, nec debitorem re poſt oblationem perempta liberari, ſi creditor non fruſtrandi animo pecuniam accipere recuſet, ſed ex cauſa juſta procraſtinetur, quaſi alia die accepturus. *Georg Schultz. de*
*oblat. pec. c. 6. n. 13. pag 500.* Collige etiam, ex mo- 3.
neta depravata aut ærosa damnum emergens ad pupillum ſpectare, non ad tutorem, niſi tutoris
culpa appareat, ut, ſi elocare potuit & non fe- 4.
cit, ſi tempore eo, quo devalvatio metuebatur pecuniam exegerit, vel ſi potuiſſet pupillum ab ære alieno per eam pecuniam liberare & non fe-
cit. vid. *Finckel. lib. obſ. 77.* Sic etiam juſtè recuſa- 5.
tur acceptatio, qvando debitum non offertur ſecundum legem contractus, modo aliqvaliter creditoris interſit, per *L. Qvi Romæ. 122. pr. de V. O Dn. Mev. p. 2. d. 203.*

## ad *L.* Ante reſtitutum. 104.

*SUMMARIUM.*

*Redemtio annui cenſus ab herede facta valida eſt.*

Hæres gravatus interea poteſt nomina hæreditaria exigere, & debita oneroſa ſolvere, ne ſua culpa noceat corpori hæreditatis, qvod in actu neceſſario loqvitur, qvi ſine periculo differri neqvit. *Ceph. conſ. 545. n. 16. & ſeqq.* unde inferunt, redemtionem annui cenſus vel annui reditus factam ab herede validam eſſe, & eum præ fidei commiſſario admittendum, qvia hæc alienatio eſt neceſſaria nec includitur ſub alienatione hæredi prohibita. *Salgado in Labyr. p. 1. c. 27. n. 39. Dd. alios refert. n. 40. Caſpar Rodericus de annuis Reditibus. l. 2. q. 15. n. 87.*

## ad L. Qvod dicimus. 105.

Verba Coneestim, in continenti &c. temperamentum aliqvod & ſpatium temporis arbitratu boni viri definiendum admittunt, nec enim cum ſacco ſtatim adeſſe debet creditor. *Coler. de proceſſ execut. p. 4. c. 2. num. 7. & ſeq. Hillig. l. 15. c. 7. lit. A.*

## ad L. Pen.

Duplex hic modus finiendæ obligationis verborum proponitur. 1. Naturalis, 2. Civilis. Naturalis eſt ſolutio & interitus rei debitæ, ſine culpa debitoris. Civilis eſt acceptilatio & confuſio. *Gædd. de ſtip. c. 11. per tot. Trentl. & ibi Bach. diſp. 29. th. 1. per tot.*

# Titulus IV.
# De Acceptilatione.

## ad L. Acceptilatio. 1.

*SUMMARIA.*

*Definitio acceptilationis, ejusque ſenſus.*

Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qva utriusqve contingit ab eodem nexu ſolutio; qvam definitionem de ea tantum acceptilatione, qvæ præcedente Aqviliana ſtipulatione fit, poſt *Cujac. & Hotoman.* accipit *Bachov. d. diſp. 29. th. 4. lit. B.* Licet generalius intelligat & vocem mutua abuſivè interpretetur *Don. lib. 6. c. 26. & ibi Hill. lit. B.* Qvæ ſententia probabilior. Conf. *Donellus lib. 16. cap. 21,* ubi hac de re ex profeſſo agit.

## ad L. Acceptilatio. 4.

*SUMMARIA.*

*Acceptilatio dilationem non patitur.*

Acceptilatio, qvæ ſtatim liberat inſtar ſolutionis, non poteſt ferre moram temporis

vel

vel conditionis nec vera eſt ſolutio, qvæ vel momento differtur; tam in futurum qvidem obligamur, ſed in præſens liberamur. *Don. & Hill. l. 16. c. 21. lit. C.* Et ſic, qvod ſub conditione vel in diem debetur, acceptilatur ita, ſi conditio extiterit & dies venerit. *l. 12. h. t.*

## ad L. An inutilis. 8.

*SUMMARIA.*

A*Cceptilatio ratione materiæ vel formæ inutilis, vim pacti habet. n. 1.*
*Acceptilatio & pactum hodie in foro non differunt. n. 2.*
*Subjicitur exemplum. n. 3.*

1. ACceptilatio inutilis ratione materiæ vel formæ habet vim pacti, modo ſcilicet tale vitium non ſit, qvod etiam pactum redderet inutile. *Gœdd. ad l. 77. de V. S. & de ſtipulat. c. 3. n. 207. Don. d. c. 21. circa fin. Zuſ. hic n. 5.* Præſer-
2. tim cum inter Acceptilationem & pactum liberatorium hodiè in foro nullum ſit diſcrimen. *Dn. Struvius n. 90. Wiſſ. th. 23. Habnius ad Weſ. h. t.* Licet igitur in *§. ult. h. l.* dicatur ex pro-
3. miſſione filiifamilias patrem obligatum de peculio rogando nihil agere, cum non ſit ipſe obligatus, id tamen de ſubtilitate verborum intelligendum. vid. *Donell. l. 16. kap. 21. poſt lit. M.* Ideoqve in foro dixerim ſecus.

## ad L. Et per. 13.

*SUMMARIA.*

S*I debitum ſit dividuum, pars ejus acceptilari poteſt. n. 1.*
*Sit tamen pars vera. 2.*
*Si hominem debetur, Stichum accipere poſſum. 3.*
*Si Stichus aut decem alii ſub conditione promiſſi, eo mortuo, cæteri decem exiſtente conditione debentur. 4.*
*Solus debitor acceptum rogare poteſt. ult.*

1. LIcet debiti pars acceptilari poſſit, per *l. 9. h. t.* reqviritur tamen, ut res poſſit dividi; nam ſi ſit individua, ut ſervitus ruſtici prædii, non pot-
2. eſt ejus pars acceptilari. Deinde ut vera ſit pars; ſic ſi fundum debeam, uſumfructum non rectè acceptum fero; nam licet uſusfructus ſit pars Dominii, non tamen eſt pars fundi. *Don.*
3. *lib. 9. c. 9. lit. F.* Ab eo, qvi hominem debet, acceptum ferre poſſum Stichum, per *§. 4. h. L.* qvod ſecus ſe habet in pacto, per *l. 27. §. 7. ff. de pact.*
4. vid. *Hilliger. in Don. l. 16. cap. 21. lit. K.* Sic, ſi Stichum aut decem tibi promiſerim ſub conditione, Stichum acceptum tuleris; & pendente conditione Stichus deceſſerit, ſi conditio deinde eveniat, decem in obligatione manent. *§. 6. h. l.* qvia ex eventu mortis Stichi apparuit, ſolos decem ſimpliciter eſſe in obligatione. *l. 95. pr. tit. præced.* Acceptilatio igitur cum obligatione non convenit. *Donell. lib. 16. c. 21. lit. M & ibi Hilliger. Pacius cent. 1. q. 99.* Non poteſt autem 5.
alius rogare acceptum qvam debitor, ne tutor qvidem aut procurator, niſi prævia novatione. *§. 10. h. t.* de qvo *Don. l. 16. c. 21. lit. E. & F.* ſed hæc ſubtilitas hodie in foro non attenditur, ut alia multa in hoc titulo.

## ad L. Et uno. 18.

*SUMMARIUM.*

S*Tipulatio Aqviliana non eſt ſpecies acceptilationis, ſed ejus cauſa præparatoria.*

HIc habetur formula Aqvilianæ ſtipulationis, qva omnes obligationes in ſtipulationem, & poſtea in acceptilationem deducuntur, hic & *§. 2. Inſt. qvib. mod. toll. oblig. & ibi Dd.* qvæ non eſt ſpecies acceptilationis, ſed ejus cauſa præparatoria, viam ad eam ſternens, ac materiam idoneam reddens. *Gœdd. de ſtipul. c. 1. n. 71. Tholoſ. lib. 21. Syntagm. tit. 19. n. 5. & Hill. d. c. 21. lit. N.* Sed hæ tricæ hodie inutiles.

## ad L. Si accepto. 16.

*SUMMARIA.*

O*Bligatio verborum acceptilatione tollitur. n. 1.*
*Diſcrimen inter acceptilationem & apocham. 2.*

ACceptilatione tollitur Verborum obligatio 1.
ipſo jure, ſed aliæ obligationes non tolluntur ipſo jure per acceptilationem, ſed ope exceptionis. Deinde notatur hic diſcrimen, inter 2.
acceptilationem & apocham. Illi non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ; ſed bene huic, aſt intra menſem. *l. 14. §. 2. C. de non num. pec. Donell. l. 16. c. 21. lit. P.*

## ad L. Si ego. ult.

*SUMMARIA.*

A*Rgumentum legis. n. 1.*
*In correlativis reſpectu unius actus, uniformis eſt determinatio. 2.*

IN contractibus mutuæ præſtationis, ſi ante- 1.
qvam utrinqve res interceſſit, ut in locatione, venditione & ſimilibus, uni acceptum ferat alter, perinde habetur ac ſi conveniſſet, ut neuter ab altero peteret, *hic & l. 5. ff. de Reſcind. vend.* qvia contractus natura non patitur, ut reſoluto contractu ex una parte per acceptilationem, alter obligatus maneat *l. 11. §. ult. & l. 50. de act. empti. Hill. in Donell. l. 22. c. 4. lit. A.* Collige in 2.
correlativis uniformem eſſe determinationem reſpectu unius actus. *Cephal. conſ. 408. n. 6. & 82.*

# TITULUS V.
# De ſtipulationibus Prætoriis.

## Ad L. Prætoriarum. 1.

*SUMMARIA.*

P*Rætoriarum ſtipulationum ſpecies tres n. 1.*
*Judiciales quid? 2.*
*Cautionales? 3.*
*Communes? 4.*

## ad L. Cæterum. 3.

QUando nemer tempore ſolutionis aliquid conſtituit, tunc imputanda eſt ſoluta pecunia in cauſam duriorem. v. gr. In debitum præſente die potius, quam in diem.

## ad L. Et magis. 4.

*SUMMARIA.*

*DEbitum ſuo homine contractum potius eſt eo, quod alterius nomine contractum. n. 1.*

*Quilibet præſumitur actum facere eo modo, quo ſibi poteſt eſſe utilior. 2.*

*Statuta, quibus propria liquidati debitoris nomina præferuntur indiſtinctè alienis, ab æquitate commendantur. 3.*

1. ET id, quod meo nomine debeo, potius eſt,
quam quod fidejuſſorio nomine debeo. *Me-
noch d. l. n. 8.* Communis enim hic hominum
affectus, ut quis ſibi benè eſſe malit, quam alteri.
*Menoch. d. loc. n. 9. Don. l. 7. c. 8. poſt lit. N. He-*
2. *ring. de fidejuſſ. c. 20. §. 8. in fine.* Unde colligunt,
quemlibet præſumi actum facere eo modo, quo
ſibi poteſt eſſe utilior. *Dec. conſ. 308. in fin. & Me-*
3. *noch. d. loc. in fine.* Et æquiſſima illa ſtatuta non-
nullarum provinciarum, quæ in Actis transmiſſis
deprehendi, quibus propria liquidati debitoris
nomina alienis, & è fidejuſſorio nomine contra-
ctis, indiſtinctè præferuntur, quod optandum eſ-
ſet, ut ubique conſtitueretur.

## ad L. In his. 5. & l. ſeq.

*SUMMARIA.*

*QUibus debitis durior cauſa tribuenda. n. 1.*

*Per obliquum nomine unius fidejuſſoris particularem ſolutionem creditori obtrudi poſſe, an rectè ex §. 1. h. l. colligatur. 2. 3.*

*Creditor diſtractis pignoribus ſibi ſolvens imputat pecuniam indiſtinctè prius in uſuras. 4. 7.*

*Quid ſi debitor ſolvat. 5.*

*Quæ intelligantur uſuræ in quas prius ſolutum computandum. 6.*

*Annui reditus ultra quincunces ſoluti an ſorti imputandi. 8.*

1. DUrior cauſa etiam antiquioris debiti, *Me-
noch. d. loc. 1. n. 10.* vel pro quo fidejuſſores
dati aut pignora, *Menoch. d. loc. n. 6.* Nam qui
fidejuſſores dedit, ille alios implicavit ſecum,
quos ſi in ruinam præcipitet, & ſecum mergat,
& conſcientia & fama laborare ſolet. conf. *Vivius
dec. 379. n. 9. Maſc. concl. 1320. n. 4. Theſaurus lib 2.
q. 33. n 1.*

2. Ex §. 1. hujus legis colligunt, ſi quis plures
dederit fidejuſſores, licet nomine ſuo particula-
rem ſolutionem obtrudere invito creditori non
poſſit, per obliquum tamen nomine unius fide-
juſſoris partem ejus offerre poſſe creditori, & ab
3. eo acceptari debere, Dd. in *L. Quidam exiſtima-
verunt. ff. ſi certum pet. Cæpolla cautela. 301.* Sed
ab his receſſit *Molinæus in docto tract. de div. &
indiv. p. 2. n. 3.* nam alius hujus §. ſenſus eſt, ſci-
licet quod debitor ſolvendo aut compenſando
partem poſſit uni fidejuſſori gratificari, ut is prius
liberetur, & ſolutio illi ſoli proſit, quod tunc ve-
rum, quando habent beneficium diviſionis, vel
ipſo jure pro parte fidejuſſerunt. *Molinæus d. l.*
Si ipſe creditor diſtractis pignoribus ſibi ſolvat, 4.
habet ipſe creditor electionem, non autem debi-
tor. *Theſſ. d. q. 33. n. 3.* & creditor imputabit pe-
cuniam prius in uſuras, *§. 2. h. l.* ſive civiliter de-
beantur ex ſtipulatione, ſive naturaliter ex pacto,
& æqualiter pro rata, licet ſummæ inæquales:
cum & alius creditor, ex diſtracto pignore ſol-
vens, conſtituere poſſit, in quam cauſam ſolutum
velit *l. 101. §. 1. h. t.* Sed ſi debitor ſolvat, aut na- 5.
turaliter tantum debet uſuras, & ſolutum prius in
ſortem imputandum; aut civiliter, & tunc ſem-
per prius in uſuras, licet creditor dicat, ſe jam in
ſortem accipere quam in uſuras. *§. ult. h. l.* vid.
*Caſtr. h. l.* Notetur hic, Regulam, ſolutum in uſu-
ras prius eſſe computandum, intelligendam eſſe 6.
de uſuris civiliter debitis & de liquidis, non quæ
adhuc liquidandæ erunt. *Hartm. Piſt. p. 3. q. 21.
in fine & ibi in margine filius. Sande l. 3. tit. 16. def.
ult.* Si verò creditor acceptet ſolutionem in ſor- 7.
tem & uſuras, non obſtante ordine ſcripturæ, pri-
us in uſuras non obſtante ordine ſcripturæ, prius
in uſuras ſoluta pecunia imputanda, quia licet ex
ordine ſcripturæ colligatur ordo intellectus, *L.
Quoties. de uſufr. Cephal. conſ. 543. num. 8. & ſeqq.*
tamen id locum habet, niſi alia mens jure præſu-
ſumatur, vel certa ſit. *Cephal. d. l. n. 24.* Colligi 8.
poſſet etiam ex *§. 2. hujus legis*, annuos reditus,
ultra quincunces ſolutos, ſorti non imputandos
ſed futuris penſionibus detrahendos, eſſe tradit
*Carpzov. p. 3. Juriſpr. c. 24. dec. 15.*

## ad L. Si quid. 7.

SI quid ex famoſa actione, vel pœnali, vel judicati, vel tali actione, quæ infitiatione creſcit, debetur, id videtur ex duriori cauſa deberi. vid. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 493. & de præſumpt. 136.*

## ad L. Illud. 8.

SI par dierum & contractuum cauſa ſit, ex omnibus ſummis, pro portione videtur ſolutum. *Menoch. d. l. n. 18.*

## ad L. Vero. 12.

*SUMMARIUM.*

*QUibus loco creditoris ſolvi poſſit. n. 1. 2.*

ALii etiam, quam creditori ſolvere poſſum, 1.
v. gr. Procuratori habenti ſpeciale manda-
tum, aut generalem bonorum adminiſtratio-
nem, licet non liberum mandatum. *Molin. d. J.
& J tr. 2. diſp. 563. n. 3. Mev. p. 5. dec. 19.* Quod
mandatum interdum præſumitur, v. gr. admiſ-
ſum fuit tacitum mandatum, ubi quis vendere
juſſerat, *Stracha de Mercat. ſub tit. de Mandato.
num. 23.* Deinde, ſi ſcivit Dominus & non con-
tradixit &c. ut judicatum refert *Dn. Mev. q. 3.
dec. 36.* Et Syndico civitatis ſolvi poſſe, tradit
*Gravetta l. 2. conſ. 238. n. 4.* 2. Adjecto poſſum 2.
ſolvo-

ſolvere. 3. Alii etiam, ſi Dominus ratum habuerit, cum ratihabitio mandaro æquiparetur. vide *not. ad l. 11. §. 5. ff. pign. act. Dn. Mev. p. 5. dec. 19.*

## ad L. Quod ſi. 14.

*SUMMARIA.*

*Tutor, qui adminiſtrare valet, ſolutionem à debitore accipere poteſt. n. 1.*
*Suſpecto tutori ſolvi non poteſt. 2.*
*Officiali adminiſtratione quando ad interim interdicatur. 3.*
*Pupilli, furioſi, prodigi, ſi ſolverint ſine curatorum conſenſu, ſolum pecunia vindicari poteſt. 4.*
*Quod limitatur, ſi pecunia b. f. conſumpta. 5.*
*Quod ſublimitatur. 6.*

1. Solutio facta tutori, qui non adminiſtrat, poteſt tamen adminiſtrare ſi vult, ut tutor honorarius, vel notitiæ gratia datus, liberat ſolventem, ſecus, ſi non poteſt adminiſtrare, quando ſe-ipſi eſt prohibitia aduiniſtratio per legem, vel per teſtatorem, vel per judicem *Caſtr. hic & Mont.*
2. *in tr. de Tutel. c. 7. n. 21.* Si & ſuſpecto tutori poſtulato ſolvi non poteſt, *§. 7. inſt de ſuſp. tut. l. 7. C. eodem.* cujus cauſa mihi videtur, quia ſuſpicio ad-
3. miniſtrationi contraria. Ita Camerarius, de peculatu accuſatus, interim ſuſpendendus; judex, ob ſcelus inquiſitus, interim ſuſpendendus: quia hæc contraria ſunt officiorum, ſecus, ſi quæſtor ob fornicationem conventus, aut tutor ob ſtuprum alii illatum. Recepta enim noſtrorum ſententia eſt, pendente quæſtione delicti, quod prætenditur in officio eſſe commiſſum, & de quo per informationem præparatoriam conſtat, interim officiali adminiſtratione interdici, ait *Joh. à Sande l. 5. t. 10. d. 2. in fine.* qui citat *Afflictum in conſt. 37. lib. 1. num. 48. Boer. dec. 150 in f. &c.*
4. Pupilli, furioſi, prodigi, ſi ſine conſenſu tutoris vel curatoris ſolverint, pecuniæ dominium non transfertur, ſed vindicari poteſt, niſi pecunia ſit b. f. conſumta, & ſolutio ex ea cauſa facta, ex qua exactio fieri poteſt, liberatur debitor pupillus, quod placuit, ad vitandas ambages. Sed ſi ipſe pupillus contraxerit & ſolverit, etiam conſumtæ pecuniæ condictio eſt. *l. 29. ff. de condict. indeb. Bach. v. 2. d. 29. th. 2. lit. G. & v. 1. d. 20. th. 6.*

## ad L. Pupillo. 15.

Pupillo ſine tutoris autoritate ſolvi aut debitor delegari non poteſt, niſi pecunia ſalva ſit, aut in ejus utilitatem ceſſerit. *§. ult. inſt. quib. alien. lic.* ut ſi rem neceſſariam inde emit. *l. 47. §. 1. h. t. Guttier. de tutel. p. 2. c 22. n. 2.*

## ad L. Si rem. 20.

Res aliena, vel alteri obligata, & ita evictioni obnoxia, non rectè ſolvitur, nec inde contingit liberatio; ſed ante evictionem agi poteſt, *l. 38. §. 3. & 46. & 55. & l. 72 §. fin. h. t. Don. lib. 16. c. 9. poſt lit. M.*

## ad L. Filiusfam. 22.

Filiusfam. licet agere pro patre poſſit ob conjunctionem perſonæ, non tamen poteſt ſolutionem pro eo accipere. *Caſtr. hic Donell. lib. 16. c. 10. lit. S.*

## ad L. Solutione. 23.

Si quis pro me invito ſolvat, vel judicium accipiat, liberor ego, nec tamen ita beneficium in invitum confertur, contra *l. 69. R. J.* Quia ſolutio hæc proficit principaliter creditori, qui ſuum recipit. *Bach. diſp. 29. th. 3. lit. B. & Don. d. c. 10. poſt lit. C.*

## ad L. Si creditor. 26.

Si creditor pignus diſtraxerit, non aliter liberatur debitor, quam ſi creditor tantum, quantum ſibi debebatur, acceperit, de quo videri poteſt. *Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 21. num. 17. & ſeqq.*

## ad L. Debitores ſolvendo. 28.

Tunc demum protutori facti ſolutio liberat debitorem, ſi pecunia in pupilli utilitatem verſa. Exceptiones tres ex *Anton. Fabro* proponit *Hilliger. in Donell. l 16. c. 11. lit. L.* niſi cum ipſo protutore contractum, de quo in *l. 88. h. t.* & ſic ſciat, non eſſe tutorem, modo protutor idoneus (2.) niſi prætor juſſerit omnia à protutore geſta debere eſſe rata. (3.) ſi fuit tutor verus, ſed ex cauſa à debitore ignorata talis eſſe deſiit.

## ad L. Si debitor. 30.

Si debitor obtulit pecuniam, ſcilicet totam, & in judicio obſignatam deponat, juxta *l 9. C. h. t.* tunc creditori denegatur actio, de quo *Don. l. 16. c. 13. & Georg. Schultz. in tr. de oblat.*

## ad L. Inter artifices. 31.

*SUMMARIA.*

*In operis artificialibus ſingularem notitiam requirentibus ſubſtitutio perſonarum non habet locum. n. 1.*
*Quod extenditur ad omnia negotia, quæ ſingularem induſtriam requirunt. 2.*
*Facti ad Factum nulla eſt compenſatio. 3.*
*Quod extenditur ad mutuas injurias & recantationem. 4.*

In operis artificialibus, in quibus vertitur ingenium & ars, in dubio intelligitur electa indu- 1.
ſtria perſonæ, & hæc non poteſt ſubſtituere aliam. *Lud. Rom. ſing 670. Felinus in c. cum omnes X. de conſtit.* Idem in omnibus negotiis magni mo- 2.
menti, ſi ſingularem induſtriam requirant, & certa forma non ſit præſcripta. *Hondedæus vol. 1. conſult. 55. num. 77. & ſeqq.* ubi ex clauſula (Virtus & probitas tua &c.) concludit perſonæ induſtriam eſſe electam. *Petr. Greg. L. Libro 49. ſyntagm. cap. 4. n. 6. Dn. Lautersbach ad tit. ff. Mandati §. 1. th. 4.* Colligunt etiam ex textu, facti ad factum 3.
nullam eſſe compenſationem. *Sebaſt. Medices de compenſ. p. 1. q. 44. Zang. de except. p. 3. c. 8. n. 123. Dn. Mevius ad Jus Lubec. l. 4. tit. 4. art. 9. n. 8. Dn. Lauterbach de compenſ. th. 5.* Ubi id ad mutuas 4.
injurias & recantationem extendit.

## ad L. Qui ſibi. 33.

SOlutio vel oblatio rei debitæ, facto debitoris deterioratæ, eum non liberat, *Donell. ad l. 3. ff. de condict. Tritic. & l. 16. c. 11.*

## ad L. Qui hominem. 34.

### *SUMMARIA.*

*ADjectus ſolutioni in quem finem adjectus dicatur n. 1.*

*Adjecto ſi ſolvitur indebitè, an contra hunc condictio indebiti inſtituenda. 2.*

*Solvens genus debitum per partes in diverſis rebus non liberatur. 3.*

*Ignorans revocatum mandatum de acceptanda ſolutione facta liberatur. 4.*

*Si ſolvitur illi, qui mandatum de acceptanda ſolutione habere putatur, ſed non habet, ex eo nulla contingit liberatio. 5.*

*Quod limitatur. 6. 7.*

*Gener dotem integram, quæ ſocero cum filiâ communis, ſoli ſocero ſolvere non poteſt. 8.*

1. SI Adjecto i. e. ei, quæ ſolutionis gratia adjici-
tur, ſolvatur indebite (v. g. ſolves mihi aut Ti-
tio centum, hic Titius eſt adjectus, non ut ei obli-
gatio adquiratur, ſed ut ſolutione illi facta libera-
2. tio contingat) tunc condictio indebiti non con-
tra adjectum, ſed contra creditorem & cujus no-
mine ſolutio facta, qui ſtipulatus eſt, inſtituenda
3. *pr. h. ſ.* Si etiam genus debitum per partes in di-
verſis rebus ſolvatur, non contingit liberatio per
*§. 1.* quia ſolutio generis pro parte, à parte non li-
4. berat *l. 2. §. 1. ff. de Verb. obl.* Revocatum man-
datum de ſolutione acceptanda, ſi ignorem, libe-
5. ror ſolutione facta *§. 3. h. l. hic & l. 38 §. 1.* Sed
ſi quis tibi ſolverit quaſi meo mandatu, qui tamen
mandatum non habuit, ex eo nulla liberatio eſt,
6. *§ 4. h. l.* quod tamen declarandum eſt, niſi ſol-
vens probabilem cauſam opinionis cum culpa
creditoris conjunctam habeat v. g. ſi is, cui ſolu-
tio facta, ſe publicè geſſit pro mandatario. *l. 3. pr.
ff. ad SC. Macedon* & hoc ſcivit creditor, nec pro-
hibuit *L. qui patitur 18 ff. Mandati. Dn. Mev. p. 5.
dec. 174.* vel (2.) ſi principalis dedit mandatum,
ad vendendum; nam hic etiam ad recipiendam
pecuniam mandatum habere videtur, ut ex *L. 35.
de ſolut* aliisque Dd. aſſerit *Dn. Mevius p. 5. 175.*
(3.) ſi Dominus partem ſolutæ falſo procuratori
7. pecuniæ acceperit *Dn. Mevius d. l. dec. 176.* Quin
etſi tales præſumtiones non adſint, poteſt tamen
is, qui ſolvit, bonâ fide alii, veluti ex mandato pe-
tere, ut ille, qui negat ſuo mandatu ſolutum eſſe,
jubeatur mediante juramento edere omnes lite-
ras, quæ ſuper hoc negotio ab eo, qui ſolutionem
accepit, ſunt perſcriptæ, & ſi is neget hoc, fraus
præſumitur, & editio eò magis urgenda. *Dn. Mev.
p. 5. dec. 372.*
8. Ex *§. 6.* notetur, generum dotem integram,
quæ ſocero cum filia communis erat, ſolvere non
poſſe ſocero ſoli *Hill. l. 16. L. 10. lit. S* quem etiam
vide in *lib. dicto 16. c. 12. lit. A, d. §. ult. hujus legis.*

## ad L. Quod ſervus. 35.

### *SUMMARIUM.*

*MAndatum habens ad vendendum vel locandum an præſumatur quoq; mandatum habere ad accipiendam ſolutionem.*

SEnſus legis planus, & congruit cum *§. 3.* legis præced: Id vero colligitur ex *hac lege*, quod cui mandatum dedi ad vendendum vel locandum, is quoque mandatum habere præſumatur ad accipiendam ſolutionem *Stracha ad tit. Mandati n. 23. & 24.* Nec obſtat, quod diſſentiens *Romanus ſing. 23. & ejus additionator* reſpondeant, non de univerſali negotiatione hic agi, nam etiam de particulari negotio agitur hic in *verſ. ſed & ſi quis. Stracha. d. l.* eujus ſententiam per *hanc l. & l. 12. pr. h. t.* communiter obtinuiſſe tradit *Mevius p. 5. dec. 175. n. 1.*

## ad L. Quotiens unus. 37.

FIdejuſſor ſuam partem ut ſuam portionem ſolvens, liberat ſe pro ſua parte, alios non. *Hering. de fidejuſſ. c. 20. §. 1. n. 22.*

## ad L. Cum quis. 38.

### *SUMMARIA.*

*ADjecto non rectè ſolvitur, ſi ejus conditio in deterius mutata. n. 1.*

*Mandatum ipſo jure revocatum cenſetur, quando ſtatus alterius mutatus. 2.*

*Clauſula* Rebus ſic ſtantibus *in omnibus contractibus ſubintelligitur. 3.*

*Quod maximè verificatur in conſtitutione dotis ex feudo. 4.*

*Refertur ſententia* Mevii *aliquo modo contraria. 5.*

*Debitor ignorans mandatum de accipiendo revocatum, ſi ſolvat, quatenus ipſo jure liberetur. 6.*

*Accedit etiam fidejuſſor obligationi officio judicis contracta. 7.*

*Fidejuſſio per confuſionem extinguitur. 8.*

*Etiam per ſubſtitutionem alius fidejuſſoris. 9.*

*Pignus per Confuſionem non tollitur. 10.*

*Hypothecarii Creditores jus ſeparationis ſuo jure retinent etiam poſt quinquennium. 11.*

QUando conditio adjecti mutatur in dete- 1.
rius, non rectè ei ſolvitur, quia tacitè ineſt
hæc conditio ſtipulationi, ſi in eâdem causâ
maneat. Ergò non rectè ei ſolvo, ſi ſtatum
mutatum ſciam. *Strach. in tr. de adjecto part. 3. n.
110 & ſeq.* Et mandatum ipſo jure revocatum 2.
videtur, quando ſtatus alterius commutatus.
*Stracha de decoctor. p. 3. n. 30 plures citans.* No- 3.
ta etiam clauſulam, rebus ſic ſtantibus, in omni-
bus contractibus ſubintelligendam. *Cacher. de-
ciſ. 91. Marta de clauſul. part. 1. clauſ. 143. Jacob.
Schultes. ad Mod. Piſt. p. 4. q. 49. n. 21. & multis
ſeqq. Tiraq. ad L. ſi nunquam C. de revoc. donat. in
præfat.*

Digitized by Google

4. *præfat. num. 166.* Et hæc clauſula maximè in conſtitutione dotis ſubintelligenda, ſi ex feudo dos ampliſſima etiam cum conſenſu domini & agnatorum conſtituatur vel tutoris filii, ſi tamen poſtea ob cladem bellicam mutata facies, moderatio adhibenda, ut in Facultate noſtra re-
5. ſponſum memini. Sed *Dn. Mevius* refert *pag. 4. dec. 54.* quantitatem dotis ex feudo ſolvendæ ex eo tempore æſtimari, quo dos dari debuit; nam tunc ſibi imputet poſſeſſor, quod tunc non dederit: ſed nec tunc æquilibrium judicis inter cogna-
6. tos excluſum. Poſt mandatum revocatum, ſi debitor id ignorans ſolvat, ipſo jure liberatur, *§. 1. h. l.* ſi bonum animum habeat recipiens; ſed ſi animum rapiendi habuerit, ope exceptionis tutus eſt debitor, ſi condictionem furtivam contra
7. recipientem ceſſerit. Pro eo etiam, qui officio judicis aliquid mihi debet, accedere poteſt fidejuſſor. *§. pen. h. l. Bach. d. diſp. 18 in Tr. th. 3. lit. C.*
8. Si fidejuſſor debitori ſuccedat, obligatio fide-
9. juſſoria extingvitur. Idem ſi alium fidejuſſorem dedit: ſecùs in pignore, quod ut jus reale per confuſionem non tollitur, *hic & l. 59. pr ff. ad*
10. *SC. Trebell.* vid. *Hering c. 20. § 16. n. 46. Zang. de except. p. 3. c. 9. n. 13. & ſeqq. Caſtr. hic Sande L. 3.*
11. *t. 2. d. 17.* Ex quo colligunt hypothecarios creditores jus ſeparationis ſuo jure retinere etiam poſt quinquennium. *Richter. de prior. credit. d. 2. num. 48. & in tr. de jure ſepar. cap. 1. n. 176. Ant. Fab. l. 7. Cod. tit. 3. def 15 num. 4. Carpz. lib. 4. Reſponſ. 18. n. 3. & Dn. Struv. ad tit. de jure ſeparat. th. 58. & 63.*

## ad L. Si ſoluturus. 39.

*SUMMARIA.*

*Periculum rei depoſitæ quando ad creditorem & quando ad debitorem ſpectet. n. 1. 2.*

*Nuda realis oblatio conſtituit creditorem in mora. 3.*

*Secus ſi oblatio fit in opportuno tempore. 4.*

1. SI pecunia deponatur cum conſenſu creditoris, hujus eſt periculum, ſed ſi debitor ſuâ voluntate depoſuit, tunc demùm creditoris eſt periculum, quando creditor eſt in mora; ſed ſi neuter eſt in morâ, periculum eſt debitoris, niſi ſpecies
2. certa debeatur, ubi eſt creditoris. Collige, depoſitionem tunc transferre in creditorem periculum, quando creditor noluit accipere, & ſic omnia requiſita obſervata fuerint, quæ recenſet *Dn. Mevius pag. 2. dec. 200.* & quæ recenſui ad
3. *L. 9. C. h. t.* Sed & nuda realis oblatio conſtituit creditorem in mora, & transfert periculum per *L. 17. ff. de periculo & commodo.* vid. *Schultz. de Oblat.*
4. *pec. c. 6. n. 12. pag. 488.* Ex hoc textu collige, oblationem, ſi in opportuno tempore fiat, non conſtituere in mora creditorem. Per inopportunum tempus non intelligitur tempus ante diem ſolutionis anticipatum. *Donell. ad l. 41. de Verb. obl. n. 47.*

## ad L. Reo criminis. 41. & ſeq.

QUi de crimine accuſatus eſt, interim adminiſtrare ſua bona, & nomina exigere, & exacta accipere non eſt prohibendus, & multò minus ab appellatione repellitur. *Dn. Mev. p. 1. dec. 187.*

## ad L. In omnibus. 43.

IN omnibus ſpeciebus liberationum etiam acceſſiones liberantur i. e. fidejuſſores & pignora. *Hering. de fidejuſſ. c. 2. §. 1. Petr. Pock. de jur. ſiſtend. c. 31. n. 1.* Sed hoc verum eſt in vera liberatione juris communis; ſecus ſi perſona eximatur obligationi *l. ult. ff. de duobus reis. Donell. l. 21. cap. ult. poſt lit. G.*

## ad L. Si quis aliam. 46.

*SUMMARIUM.*

*SI res alia pro aliâ ſoluta evicta fuerit an maneat priſtina actio.*

DEdi Stichum pro Pamphilo, hic evincitur, quæritur, an mihi detur priſtina actio? videtur quòd illa ſit conſumpta per *L. eleganter. 24. ff. de pignorat. act.* ſed reſp. ibi pro pecuniario debito datur in ſolutum ſpecies, ubi eſt datio in ſolutum, & ſic emtio: Ergò re evictâ datur actio emti, non priſtina, ſed hic eſt permutatio. vid. *Bart. hic. Surdus conſ. 145. n. 34. verſ. tertius eſt. Steph. Gratianus t. 1. diſc. for. 3. n. 14.*

## ad L. In pupillo. 47.

*SUMMARIA.*

*QUis locupletior factus dicatur. n. 1. & 2.*

ILle dicitur locupletior factus, qui non eſt factus pauperior *§. 1. h. l.* i. e. ſi accepit rem, quam, 1.
ſi non accepiſſet, rem ejusdem generis aliam emere ſuâ pecuniâ debuiſſet v. gr. frumentum. Quod 2.
ſi quis conſumſit, non videtur factus locupletior. Sed parcere potuit ſuis nummis, & eos retinuit, & ſic non eſt factus pauperior, quando de ſuo tantundem aliàs erogaturus erat. *Hilliger. in Donell. l. 16. c. 10. lit. I.* vid. *Barboſ. locupl. lib. 10. cap. 29. axiom. 1.* ubi exceptiones refert ex *l. 9. §. 2. ad SC. Macedon. l. 5. §. 8. & l. 7. §. 1. de donat. inter vir. & uxor.* conf. *Calvinus in Lexico in voce locupletior.* Locupletior etiam videtur, ſi per hoc debito liberatus *L. 66. h. t.*

## ad L. Satisfactio. 52.

SAtisfactio pro ſolutione eſt. *Wammeſ. cent. 3. conſ. 100. n. 1.* ſcilicet quando creditoris deſiderio juxta obligationis ſubſtantiam plenè eſt ſatisfactum: *Hilliger. in Donel. l. 16. c. 9. lit. H. Berous vol. 2. conſ. 207. n. 27.*

## ad L. Qui ſic ſolvit. 55.

*SUMMARIA.*

*QUi ſolvit ſtatim recepturus, non ſolvit. n. 1.*

*Limitatur. 3.*

*Quod exemplo declaratur, de pecunia depoſita & areſtata. 2.*

QUi ſolvit, ut ſtatim recipiat, non videtur ſol- 1.
viſſe. Idem eſt, ſi in judicio deponam, ſed 2.
ea conditione, ut areſti impoſitionem rogem in illa pecunia depoſita; nam ideo depoſitio fit, ut cre-

creditor, qui accipere recuſat, ex judicio auferat pecuniam: ſi autem una cum depoſitione areſtum imponatur pecuniæ depoſitæ, ut non tradatur creditori, una manu demitur, quod altera datur; & hanc depoſitionem deponenti non prodeſſe exiſtimo.
2. Sed ſi inter partes convenerit, ut ſoluta pecunia ſtatim credatur, tunc voluntatem partium ſequimur: ſic ſi donem tibi 100. ut ea mihi ſtatim credas, poteſt dici eſſe donationem & mutuum, per *l. 20 ff. reb. cred. & ibi Cujac. t. 1. p. 1993.*

## ad L. Si quis ſtipulatus. 57.

*SUMMARIUM.*

O*Bligatus ad decem in certa re quatenus poſſit pro arbitrio ſolvere 10. qui ſunt in obligatione vel ſolvere ipſam rem.*

DEbitor obligatus ad 10. in melle, poteſt ſolvere 10. quæ ſunt in obligatione, & poteſt etiam ſolvere mel, quod eſt in facultate ſolvendi, modò ante litem conteſtatam ſolvat; nam poſtea præcisè 10. ſolvere tenetur; nam mel quaſi adjectum videtur, ut in eo poſſit fieri ſolutio, ſi ante litem conteſtatam hoc fiat, & ſi mel ſolum promitteretur, eſſet incerta obligatio; ſed quia certa quantitas pecuniæ addita, certa eſt. *Stracha in tit. de adjecto. p. 2. num. 48.* conf. *Tuſch. concl. 53. per totam lit. D. & Cravett. conſ. 187. num. 4.*

## ad L. Si quis offerenti. 58.

*SUMMARIA.*

S*Olutio facta falſo procuratori ut & negotiorum geſtori quatenus liberet debitorem. n. 1.*

*Quibus caſibus alii quam creditori ſolvi poſſit, remiſſivè. 2.*

*An liberetur, qui juſſu judicis falſo procuratori ſolvit. 3.*

1. FAlſo procuratori, ut & negotiorum geſtori facta ſolutio, debitorem non liberat, donec verus creditor ratum habeat, & ideo poteſt ſtatim condici, niſi ſub conditione ratihabitionis pecunia ſoluta. *Don. l. 16. c. 10. in fine & ibi Hill.*
2. *lit. T.* Caſus quibus alii quà creditori ſolvi poteſt,
3. notavit *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 138.* Si à judice procuratori falſo ſolvere juſſus ſolvit, non excuſatur, ſi remedium appellationis neglexerit. *Pruckman. vol. 2. conſ. 24. n. 138. & quos refert Hill. d. l. lit. T.*

## ad L. In perpetuum. 61.

SI eadem ſpecies (non vero quantitas) ex cauſa lucrativa, dum pro ea nihil abeſt, ad creditorem pervenerit, ita ut avocari nequeat, tunc debitor, qui ex alia cauſa lucrativa debet, liberatur. vid. *Donell. lib. 16. cap. 5. & notata ad l. 17. de obl. & act.*

## ad L. Si pupilli, 66.

NOta: qui ab actione liberatur, hoc ipſo locupletari cenſetur. *hic & l. pen. §. ult. ff. de rebus eorum qui ſub tut.*

## ad L. Servus. 68.

COnditio conſiſtens in aliquo dando pupillo alicui, non impletur ſine autoritate tutoris; ſecus ſi in faciendo: Ratio eſt, ne datio ex pupilli imbecillitate pereat. *Donell. 8. c. 33. lit. K.* Aliud, ſi ſtipuler, mihi aut pupillo ſolvit. *l. 11. h. t.* quia ſolutio non fit pupillo in ejus utilitatem ſed ei adjecto.

## ad L. Quod certa die. 70.

QUod certâ die promiſſum eſt, ſtatim ſolvi poteſt, totum enim medium tempus ad ſolvendum promiſſori relictum intelligitur; niſi dies in gratiam creditoris addita. *Carpz. part. 2. Jurispr. conſt. 28. def. 11. & l. 5. Reſponſo 102. Hering. de fidejuſſ. c. 22. num. 7. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 29. th. 2. lit. I. Donell. ad l. 41. num. 47. & ſeq. ff. de Verb. Oblig.*

## ad L. Qui decem. 72.

O*Blatio quando pariat exceptionem doli & quando ipſo jure liberet. n. 1. & 2.*

*Per moram transfertur periculum in moroſum. 3.*

*Ubi caſus ex hoc deciſus adjicitur. 4.*

SI quis debeat quantitatem vel genus, & offerat debitor creditori decem, ea autem recuſet accipere creditor, & eadem poſtea pereant, liberatur ope exceptionis doli; ſed debitor ſpeciei ipſo jure liberatur. Quod autem de dote in *fin. pr.* dicitur, alii putant ſpeciale eſſe favore dotis. *P. Barb. part. 4. Rubric. ff. ſolut. matr. n. 33. & L. Si mora. n. 12. & ſeq.* Alii diſtinguunt inter bonæ fidei contractus, & ſtricti juris. Hoc caſu oblatio parit exceptionem doli; Illo vero ipſo jure liberat. *Georg. Schultz. in tr. de oblat. c. 6. n. 13.* Collige, per moram transferri periculum in moroſum; ſic cum creditor injunctam liquidationem perficere cunctatus eſſet, & debitor pecuniam petitam in judicio depoſuiſſet, eaque ſumma à Principe exempta & erogata eſſet, caſum hunc creditori imputandum eſſe, deciſum in *Tribun. Wiſmar. teſte Dn. Mev. pag. 3. dec. 15.* conf. *idem p. 5. dec. 244. & ſeq.*

(margin: 1. 2. 3. 4.)

## ad L. Modeſtinus. 76.

VId. *ſupr. l. 36. ſub pr. de fidejuſſ.*

## ad L. Si alieni. 78.

*SUMMARIA.*

S*I ſolutio facta partim ex nummis propriis partim alienis, quatenus hi nummi omnes fiant accipientis creditoris. n. 1.*

*Ratione connexitatis multa concedi ſolent, quæ aliàs non conceduntur. 2. Ubi etiam exempla adduntur.*

1. SI ſolveris mihi nummos partim tuos partim alienos, tunc hi manent quidem ejus, cujus antea fuerunt, ſi diſcerni poſſent; ſed ſi diſcerni à propriis nequeunt, mei fiunt omnes nummi, de quo *Donellus l. 4. c. 22. & ibi Hill. lit. A. Coll. Arg.*

*Arg. de adquir. rerum domin. lib. 34. Jaſon. in L. Singularia. n. 12. ff. ſi certum pet. Joh. Aloyſ. Riccius.*
2. *Ex* hac lege & *L. etiam 29. §. 1. de Min.* probat ratione connexitatis multa concedi, quæ alias non concederentur: ſic valet ſententia, licet unus judicium inhabilis & unius teſtis fides alteri ſubvenit &c. *coll. 364.*

## ad L. Pecuniam. 79.

PEr aſpectum & traditionem adquiritur poſſeſſio, licet non ingreſſus ſim. *hic & l. 1. §. pen. de adquir. poſſeſſ. l. 18. §. 2. d. t.* vid. *Don. l. 5. c. 9. lit. C. & ibi Hillig.* conferri *poteſt Cagnolus ad L. Singularia. ff. de Rebus cred. n. 6.*

## ad L. Si cum Cornelius. 82.

ADjecto ſolutionis gratia poteſt ſolvi, niſi creditor revocaverit; nam creditor poteſt prohibere, ne adjecto ſolvatur, quod *Stracha in tr. de adjecto p. 1. n. 35.* declarat, ſi ſolius creditoris gratia tertius ſit adjectus, non verò ſi adjectus cauſa debitoris. per *L. Si fundum ff. de pactis* conferri poteſt *Marcus Mantua ſing. 406.*

## ad L. Hoc jure. 3.

*SUMMARIA.*

*PRocuratori litis ſolvi non poteſt. n. 1.*
*Quod limitatur.* 2.
*Ad ſolutionem recipiendam ſpeciale mandatum requiri colligitur. 3.*
*Mandatum quatenus in dubio potius de exercenda lite quam ſolutione accipienda intelligendum 4.*
*Officium curatoris bonorum differt ab officio curatoris litis. 5.*

1. PRocuratori litis non rectè ſolvitur. Diverſa enim poteſtas ſolutionis accipiendæ & actionis exercendæ, *Dn. Mev. p. 5. d. 294.* nam & quibus ſine mandato agere licet, ſolvi tamen nequit *l. 22.*
2. *h. t. Hill. in Don. l. 16. c. 10. lit. N.* Aliud ſi ad contrahendum mandatum habeat, *Strach. de merca-*
3. *tur. tit. mandati n. 23* Colligunt etiam ex *h. l.* ſpeciale mandatum ad ſolutionem recipiendam re-
4. quiri. *Dd. alleg. Klock. vol. 2. conſ. 50. n. 37.* Et mandatum in dubio potius de exercenda lite quam accipienda ſolutione intelligendum, ſi mandatari-
5. us lites agere ſolitus. *Dn. Mev. p. 5. d. 295.* Et aliud eſſe officium curatoris bonorum, aliud verò curatoris litis; nam judicialia ad hunc, ad illum verò extrajudicialia negotia, inter quæ & ſolutio reperitur, ſpectant. *Dn. Mev. p. 4. dec. 344.*

## ad L. Filiæ. 88.

*SUMMARIA.*

*PRotutori ſolvens quatenus liberetur. n. 1. 2.*
*Protutor pupillo non acquirit actionem 3.*

1. QUi ſolvit protutori bona fide, liberatur, maximè ſi cum eo contraxit, niſi ille, qui cum non tutore contraxit, ſciverit, illum non habere adminiſtrationem, quo caſu tenetur in ſubſidi-
2. um. Collige, quod ſolutio facta etiam falſo tutori, cum quo contractum erat, liberet debitorem. *Affl. dec. 147. Tiraq. de Retr. convent. §. 4. gl. 9. in fin. Theſſaun. lib. 3. q. 39. n. 2.* Colligunt etiam protu- 3.
torem pupillo non acquirere actionem, *hic & l. 3. §. 4. infr. jud. ſolvi. Gutt. in tr. de Tut. p. 2. c. 17. n. 10.*

## ad L. Si duo. 93.

*SUMMARIA.*

*EX ſucceſſione duorum reorum ſtipulandi vel promittendi nulla contingit confuſio. n. 1.*
*Secus ſi debitor principalis ſuccedat fidejuſſori quo caſu fidejuſſio per confuſionem tollitur. 2.*

QUando duorum reorum ſtipulandi alter alteri ſucceſſit, nulla confuſio eſt. *in princ. h. l.* 1.
Itemque ſi duo rei promittendi, ut rectè vulgata lectio legit. *Donell. lib. 16. c. 4. lit. H. & ibi Hill.*
Quando debitor principalis ſuccedit fidejuſſori, 2.
fidejuſſoria perſonalis obligatio per confuſionem tollitur, licet hypothecaria maneat, *hic & l. 38. §. fin. h. t. & l. 14. ff. de fidejuſſ. Zang. de except. p. 3. cap. 9. num. 10. & 14. Harım. Piſt. p. 3. qu. 11. num. 2. Bach. in Treutl. vol. 2. diſp. 28. th 7. lit C Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 16. Hill. in Donellum dicto cap. 4. lit. F.*

## ad L. Si is cui 49. §. Favius.

SOlutum ſimpliciter in cauſam efficacem, non autem inefficacem videtur ſolutum, & qui habet mandatum ad ſolvendum, id intelligitur de cauſa efficaci. *Mandellus conſ. 109. num. 12.* Quod limitat *n. 23.* niſi alias diſpoſitio eſſet inutilis aut inefficacitas cauſæ à diſpoſitione mandantis dependeat.

## ad L. Stichum. 95.

*SUMMARIA.*

*ELectio creditoris in rebus alternativè obligatis exſtinguitur, ſi altera ante moram debitoris pereat. n. 1.*
*Secus ſi poſt moram debitoris pereat. 2.*
*Quid juris è diverſo, ſi electio ſit debitoris. 3.*
*Fidejuſſor, ſi hæres exiſtit debitori naturaliter obligato, an liberetur ex cauſa fidejuſſionis. 4.*
*Quid ſi debitor habet propriam & perſonalem exceptionem, an exſtinguatur obligatio fidejuſſoria. 5.*
*Si minori fidejuſſor ſucceſſit, & reſtitutionem petat, an perimatur fidejuſſoria obligatio. 6.*
*An reſtitutio minoris proſit fidejuſſori hæredi minoris remiſſivè. 7*
*Obligatio naturalis pacto & jurejurando ipſo jure tollitur. 8.*
*Conciliatio* §. 4. h. l. *cum* l. 27. §. 4. de pactis *remiſſivè. 9.*
*Si quis ſibi aut alteri ſtipuletur, alterius capitis minutio non tollit ſolvendi poteſtatem. 10.*
*An recuperans rem dolo alienatam judicii mutandi cauſa contra alienantem agere poſſit. 11.*
*Mandator ſolvens ipſo jure non liberat reum ſicut fidejuſſor. 12.*
*Creditor agens contra debitorem ſi culpa ſua cadat, vel uni fidejuſſori debitum remittat, an poſſit agere contra fidejuſſorem vel mandatorem. 13.*

*Tutor*

*Tutor ſolvens pro contutore ſine ceſſione habet actionem utilem. 14.*

*Mandatarius ſolvens non habet regreſſum contra mandantem, ſi culpâ ſuâ amiſit actionem contra reum. 15.*

*An hoc applicari poſſit ad fidejuſſorem. 16. 17.*

*Creditor in transactione cum debitore reſervans actionem ad totum debitum contra fidejuſſorem, repellitur exceptione transactionis. 18.*

*An fidejuſſor totum ſolvens dilata actione ceſſa contra debitorem vel confidejuſſorem, donec debitor non ſolvendo fiat, habeat regreſſum contra fidejuſſorem. 19*

*Quid ſi alia culpa admiſſa. 20.*

*Creditor unum ex multis fidejuſſoribus ſimul acceptis dimittens, ejus portionem ſibi detrahi pati debet. 21.*

*Hoc caſu hujus portionem excipere poteſt ſecundus fidejuſſor conventus à primo. 22.*

*Creditor debitum exigere ceſſans, donec debitor ſolvendo eſſe deſinat, vel ſi in petitione culpâ ſuâ causâ ceciderit, non habet actionem contra fidejuſſorem 23.*

1. QUando duo ſervi alternativè ſunt promiſſi, &
creditor ſibi electionem reſervavit, mortuo alter ante moram debitoris, exſtingvitur
electio, & is ſolus, qui vivit, eſt in obligatione
2. & petitione. Sed ſi poſt moram debitoris mortuus, poſtquam ſcil. ſtipulator elegerat, eo caſu
jus eligendi non perit. Nam poteſt creditor petere vel ſuperſtitem, vel mortui æſtimationem,
ſi fortè pretioſior fuit *Cujac. in h. l. tom. 4. p. 630.*
3. Si autem electio debitoris, & res perit ſine ejus
culpa, tunc integra manet electio, ut etiam
mortui æſtimationem præſtare poſſit *l. 47. §. 3.
ſupr. de legat. 1.* ſed ſi culpa debitoris mortuus,
exſtingvitur electio, & vivus ſolus peti & ſolvi
poteſt. *Cujac. d. l. & Gomez. lib. 2. reſol. c. 11. n. 39.
Petr. Gregor. lib. 21. Syntagm. c. 18. in fin.* confera-
4. tur *Donell. l. 15. cap. 40. lit. Aa. & ibi Hillig.* Naturaliter obligatus mihi dedit fidejuſſorem, hic
ſucceſſit debitori, quæritur, an exſtincta obligatio fidejuſſoria? Videtur quod ſic, quia exſtinguitur obligatio fidejuſſoria per aditionem hæreditatis, per *l. 24. C. de fidejuſſ. & per l. 21. §. ult.*
Ermendoſus in *hoc* §. eſt verſiculus, *nam ſi reus
duntaxat fuit obligatus, fidejuſſor liberabitur*, ſed
ita legendum: *nam ſi reus duntaxat fuit obligatus,
fidejuſſor non liberabitur.* Vid. *Cujac. lib 11. obſ. 34.*
ubi & Græcos ita legere confirmat. idem *Cujac.
lib. 7. ad Afric. ad hanc L. Bach. ad Tr. vol. 2. diſp.
28. pag. 976. Zang. p. 2. c. 9. n 18. de except. Ant.
Fab. l. 8. conjectur. cap. 4 Carpz. p. 2. C. 18. def 13.
Zæſ. ad tit. de minor. n. 53.* conferri etiam poteſt
5. *Donellus l. 16. lit. G. & ibi Hill.* Sed quid ſi debitor habeat propriam & perſonalem exceptionem, quæritur, an exſtinguatur obligatio fidejuſſoria? Videtur quòd non, quia inefficax eſt
obligatio principalis, ſed affirm. quia eſt tantùm
inefficacia perſonalis, non realis, per hunc textum. Quid ſi ergò minori fidejuſſor ſucceſſit, 6.
& reſtitutionem petat, an fidejuſſoria obligatio
exſtingvitur? videtur quòd non, quia inefficax
redditur obligatio principalis per reſtitutionem. Sed Aff. quia, dum fidejuſſor fuit hæres
debitoris, ipſo jure exſtincta eſt obligatio fidejuſſoria, & deinde tum extitit firma principalis
obligatio, quæ non redditur inefficax; niſi poſt
impetratam reſtitutionem. vid. *Petr. Barb. in l.
quia tale. 14 n. 71. & ſeq. Carpz. p. 2. C. 18. def. 13.*
An autem reſtitutio minoris commodet etiam 7.
fidejuſſori, quando hic eſt hæres minoris, vid.
*Oddus p. 1. q. 48. art. 3.* ubi affirmat ex *hoc notabili* §. Naturalis obligatio ſeu vinculum æqui 8.
tatis, ut ex *hoc* §. deſcribit *Donellus lib 12. cap.
2. lit. B. & ibi Hilliger.* pacto & jurejurando ipſo
jure tollitur, quia vinculum æquitatis, quo ſolo
ſuſtinebatur, conventionis æquitate diſſolvitur.
*§. 4. h. l. Zuchard. in repet. Rubr. C. de pact. n. 86.
Bach. ad tit. de Pactis ſub rubr. de Effectibus pacti
liberatorii n. 3. Don. l. 16. cap. 17. lit B. & ibi Hill.*
Quomodo autem *hic* §. cum *l. 27. §. 4.* de pactis 9.
concilianda, videatur *Hill. d. l.* Si mihi aut Titio 10.
uſumfructum ſtipuler, & Titius capite minuatur, ſolvendi poteſtas non tollitur. *Don. l. 16. cap.
10. lit. R.* ubi rationem habet. Sed quid ſi dolo 11.
alienaveris rem judicii mutandi causâ Titio, ego
convenio Titium, & rem recupero, quæritur
an poſſim contra te agere? Neg. § *9.* quia actio
illa datur ad intereſſe, quod hic non conſideratur, quia rem habeo. *Donell. l. 19. c. 12. lit. I.* niſi
fortè ratione expenſatum aliquid prætendere
poſſim. Sed ſi prius contra te egerim, & intereſſe acceperim; quia tamen res ipſa adhuc abeſt,
poſſum poſtea etiam rem à Titio vindicare. Man- 12.
dator ſolvens ipſo jure non liberat reum, quod
ſecus in fidejuſſore, per *l. 37 h. t.* quia mandator
loco rei eſt, & quaſi alius quidam reus, & præterea non alieno; ſed ſuo nomine obligatur &
ſolvit. *Cujac. l. 23. obſ. 25. Hering. de fidej. c. 20. §.
1. n. 23. & ſ.* Si creditor agens contra debitorem 13.
ſuâ culpâ cauſa ceciderit, vel uni fidejuſſori remiſerit debitum, non poteſt agere contra fidejuſſorem vel mandatorem, quia exceptione cedendarum actionum repellitur *Ronchegall. in l. eos
in princ. ff. de duob. reu. n. 56. Francus de fidejuſſ. c. 5.
n. 480 Hering. c 27. part. 3 n 13 Manz. de fidejuſſ. c. 10.
n. 14. Caſpar Rodericus de Annuis Reditibus lib. 2. q. 9.
n. 34.* Sed ſi tutor ſolverit pro contutore, etiam 14.
ſine ceſſione habet utilem actionem. *L. 1. §. 13. ff.
de Tutela & ration.* Sed § hic loquitur de manda- 15.
tore, quod mandatarius ſolvens non poſſit exigere à mandatore, quando culpâ ſuâ amiſit actionem contra reum, quia mandans contra reum principalem non habet actionem niſi ceſſam. Sed dubium, an *hic* §. poſſit applicari ad fi- 16.
dejuſſorem, qui licet ei nulla ſit ceſſa actio, habet tamen actionem mandati, vel negotiorum
geſtorum contra reum. Et non apparet ratio,
quod propterea fidejuſſor nullum habet regreſſum

greſſum contra reum, qvia creditor contra eum
non poteſt agere. Vid. *Cujac. t. 2. ad l. 21. §. fin.*
17. *de pact. tom. 2.* Sed communiter receptum, ad
fidejuſſorem hoc etiam pertinere, qvia non pot-
18. eſt creditor cedere jus ſuum, per *allegata P. Bar-
boſ. in l. qva dotis. n. 3. ff. ſolut. matrim.* Et hinc
vera videtur ſententia *Carpz. p. 3. dec. 252.* qvod
ſi creditor cum debitore tranſegerit remiſſa ei
parte debiti, reſervata tamen actione ad totum
contra fidejuſſorem, qvòd tunc tranſactione ſe
tueri poſſit fidejuſſor; non obſtante reſervatio-
19. ne, qvia fidejuſſor non poteſt cedere ſuum jus,
qvod tamen tenetur cedere integrum. Sed ex
*hoc §.* probat etiam *Carpz. p. 3. dec. 253.* fidejuſ-
ſorem, qvi totum ſolvit, & non ſtatim ceſſis
actionibus agit contra debitorem aut confide
juſſores, ſed differt regreſſum, donec interim
debitor non ſolvendo fiat, non habere regreſ-
ſum contra confidejuſſores detractâ ſuâ qvartâ;
de qvâ deciſione ego multum dubito: nam actio-
nem non amiſit ſuâ culpâ, niſi dicere volumus,
culpæ adſcribendum eſſe, ſi qvis non ſtatim pul-
ſet debitorem actione: Et qvod non idoneus
20. factus ſit debitor, caſui imputandum. Sed ſi alia
culpa ſit admiſſa, ut qvod recognitionem non
petierit, cùm immiſſionem peteret, item qvòd
in morâ accipiendi fuerit &c. qvæ culpæ in præ-
judicio deciſioni ſubjecto recenſentur, tunc poſ-
21. ſet ex *hoc §.* ea ſententia probari. Ex *hoc §.*
etiam inferunt, ſi creditor uno tempore plures
acceperit fidejuſſores, qvia contemplatione al-
terius qvilibet fidejuſſit, ideò ſi principalis u-
num fidejuſſorem dimiſit, ejus portionem ſibi de-
22. trahi pati debet. Et ſi primus integrum debitum
ſolverit, & ex jure ceſſo agat contra ſecundum,
hic ex perſonâ tertii à creditore dimiſſi poſſet ex-
cipere portionem eam, qvam tertius debuit.
*Vinc. de Franch. dec. 55. n. 10. Neguz. de pign. m. 3.
part. 5. princ. n. 36. Hering. de fidej. cap. 27. memb.*
23. *3. n. 29.* Hinc creditor à debitore, donec ſolven-
do eſſe deſinat, creditum petere ceſſans, vel ſi pe-
tiit, culpa tamen ſuâ cauſâ cecidit, id poſteà à fi-
dejuſſore, qvi non renunciavit excuſſioni, exige-
re non poteſt *Hering. de fidej. c. 20. §. 15. & Carpz. p.
2. c. 19. def. 10.*

## ad *L.* Pupilli. 96. §. 2.

### *SUMMARIA.*

*Caſus Legis. n. 1.*
*Si ceſſus tempore ceſſionis inidoneus, ceſſionario
ſuccurritur. 2.*

SOror cum fratre tranſegit accepto nomine,
qvod factum poſtea inidoneum, dum debitor
ceſſus factus eſt non ſolvendo, cum ab initio
eſſet idoneus: & dicitur hic periculum nomi-
nis ad ceſſionarium pertinere. Aliud igitur, ſi
2. ceſſionis tempore inidoneus ceſſus debitor, ma-
ximè ſi deceptio concurrat, per *l. 22 §. 2. ff. ſolut.
matr. Accurſ. hic & Cujac. tom. 4. Berlich. p. 2.
dec. 290. n. 10.* Sed vide declarationem in *L. Di-
vortio. ff. de N. G.*

## ad *L.* Qvi res. 98.

### *SUMMARIA*

*Maritus ſpeciem evictam pro dote pecuniaria
promiſſam poteſt actione dotis repetere. n. 1.*
*Poſterior actus, ad prioris actus & voluntatis dubiæ
declarationem facit. n. 2.*
*Debitor ratione temporis durius qvam mihi ipſi, po-
teſt Adjecto obligari. 3.*
*Invito creditori ſolvi ante diem poſſe, limitatur. 4.*
*Hinc ante diem uſuræ ſolvi poſſunt. 5.*
*Adjecto qvoqve ante diem ſolvi poteſt. 6.*
*Debita ſpecies, ſi commercio eximatur, obligari am-
plius non poteſt 7.*
Ad L. 79. de ult. Legat. 3. obſt. *reſpondetur. ult.*

QVod ſi pro dote in pecunia promiſſa datur
ſpecies, & illa evincatur, qværitur, an mari- 1.
tus priſtina actione agere poſſit? Videtur qvod
non, ob *L. Eleganter. 24. de pignor. act.* ubi dici-
tur, qvando res pro pecuniario debito in ſolu-
tum datur, non ſupereſſe priſtinam actionem,
ſed dari actionem ex empto. *Steph. Gratianus
tom. 1. diſc. for. 3. n. 14. & ſeq.* vide ibi *notata*, ſed
affirmatur ob ſpecialem favorem dotis *Petr.
Barboſa in L. Æſtimatis. 51. n. 20 ff. ſolut. matrim.*
Et ideo poteſt maritus agere prima actione, ac
ſi nihil fuiſſet datum. *Bart. ad l. 46. pr. h. t. &
Caſtrenſ. hic Boer. decis 327. n. 2. Baldus Nov. de
dote part. 8. priv. 19. Barboſa in L. Æſtimatis. 51.
num. 20. ff. ſol. matr. Surdus conſ. 145. n. 34. verſ.
Qvartus caſus.* conf. *Hering. de fidejuſſ. c. 20 §. 21. n.
17. & ſeqq.*

Ex *§. 3. h. l.* Colligitur regula, qvod actus 2.
poſterior pertineat ad prioris actus & voluntatis
dubiæ declarationem. *Wammeſ. conſ. 4.*

In §. 4. Qværitur an ratione temporis du-
rius obligari poſſit debitor adjecto, qvam mihi
v. g. ſolves mihi menſ. Mart. aut Titio jam? Et 3.
videtur qvod non, qvia acceſſoria obligatio non
poteſt eſſe durior *§. 5. inſt. de fidej.* Sed aff. qvia
(1.) Adjecto nulla obligatio qværitur, ergo fal-
lit iſta ratio prædicta dubitandi. (2.) ut mihi
ante Martium poteſt ſolvi, ita etiam Titio. Un- 4.
de colligunt ante diem ſolvi poſſe creditori in-
vito, niſi ejus gratia dicta dies. *Sande l. 3. tit. 16.
def. 1.* Ubi refutat cum *Don.* opinionem eorum, 5.
qvi debitam uſurarum ante diem ſolvi non
poſſe putant. Adjecto autem ante diem ſolvi
poſſe ex hoc §. probat *Stracha de Adjecto. p. 3. n.* 6.
*134.* Exemtio ſpeciei debitæ ex rerum natura
vel commercio obligationem perimit, §. 8. nec 7.
hæc obligatio reviviſcit impedimento ſubmo-
to; nam qvæ ipſo jure tolluntur, non facilè
revertuntur ad priorem naturam. *Marc. Mant.
ſing. 201.* cui opponi ſolet *l. 79. §. ult. de lege. 3.*
qvam pugnam dirimunt diſtinctione inter ulti-
mas voluntates & contractus. *Hilliger. in Don.
l. 8. cap. 17 lit. K.*

vel conditionis nec vera eſt ſolutio, qvæ vel momento differtur; nam in futurum qvidem obligamor, ſed in præſens liberamur. *Don. & Hill. l. 16. c. 21. lit. C.* Et ſic, qvod ſub conditione vel in diem debetur, acceptilatur ita, ſi conditio extiterit & dies venerit. *l. 12. h. t.*

## ad L. An inutilis. 8.

*SUMMARIA.*

*Acceptilatio ratione materiæ vel formæ inutilis, vim pacti habet. n. 1.*
*Acceptilatio & pactum hodie in foro non differunt. 2.*
*Subjicitur exemplum. n. 3.*

1. Acceptilatio inutilis ratione materiæ vel formæ habet vim pacti, modo ſcilicet tale vitium non ſit, qvod etiam pactum redderet inutile. *Gœdd. ad l. 77. de V. S. & de ſtipulat. c. 9. n. 207. Don d. c. 21. circa fin. Zoeſ. hic n. 5.* Præſer-
2. tim cum inter Acceptilationem & pactum liberatorium hodiè in foro nullum ſit diſcrimen. *Dn. Struvius n. 90. Wiſſ. th. 23. Habnius ad Weſ. h. t.* Licet igitur in *§. ult. h. l.* dicatur ex pro-
3. miſſione filiifamilias patrem obligatum de peculio rogando nihil agere, cum non ſit ipſe obligatus, id tamen de ſubtilitate verborum intelligendum. vid. *Donell. l. 16. cap. 21. poſt lit. M.* Ideoqve in foro dixerim ſecus.

## ad L. Et per. 13.

*SUMMARIA.*

*Si debitum ſit dividuum, pars ejus acceptilari poteſt. n. 1.*
*Sit tamen pars vera. 2.*
*Si homo debetur, Stichum accipere poſſum. 3.*
*Si Stichus aut decem alii ſub conditione promiſſi, eo mortuo, cæteri decem exiſtente conditione debentur. 4.*
*Solus debitor acceptum rogare poteſt. ult.*

1. Licet debiti pars acceptilari poſſit. per *l. 9. h. t.* reqviritur tamen, ut res poſſit dividi; nam ſi ſit individua, ut ſervitus ruſtici prædii, non poteſt ejus pars acceptilari. Deinde ut vera ſit
2. pars; ſic ſi fundum debeam, uſumfructum non rectè acceptum fero; nam licet uſusfructus ſit pars Dominii, non tamen eſt pars fundi. *Don. lib. 9. c. 9. lit. F.* Ab eo, qvi hominem debet, ac-
3. ceptum ferre poſſum Stichum, per *§. 4. h. L.* qvod ſecus ſe habet in pacto, per *l. 27. §. 7. ff. de pact.* vid. *Hilliger. in Don. l. 16. cap. 21. lit. K.* Sic, ſi
4. Stichum aut decem tibi promiſerim ſub conditione, Stichum acceptum tuleris, & pendente conditione Stichus deceſſerit, ſi conditio deinde eveniat, decem in obligatione manent. *§. 6. h. l.* qvia ex eventu mortis Stichi apparuit, ſolos decem ſimpliciter eſſe in obligatione. *l. 95. pr. ff. præced.* Acceptilatio igitur cum obligatione non convenit. *Donell. lib. 16. c. 21. lit. M & ibi Hilliger. Pacius cent. 1. q. 99.* Non poteſt autem 5.
alius rogare acceptum qvam debitor, ne tutor qvidem aut procurator, niſi prævia novatione. *§. 10. h. l.* de qvo *Don. l. 16. c. 21. lit. E. & F.* ſed hæc ſubtilitas hodie in foro non attenditur, ut alia multa in hoc titulo.

## ad L. Et uno. 18.

*SUMMARIUM.*

*Stipulatio Aqviliana non eſt ſpecies acceptilationis, ſed ejus cauſa præparatoria.*

Hic habetur formula Aqvilianæ ſtipulationis, qva omnes obligationes in ſtipulationem, & poſtea in acceptilationem deducuntur, hic & *§. 2. Inſt. qvib. mod. toll. oblig. & ibi Dd.* qvæ non eſt ſpecies acceptilationis, ſed ejus cauſa præparatoria, viam ad eam ſternens, ac materiam idoneam reddens. *Gœdd. de ſtipul. c. 1. n. 71. Tholoſ. lib. 21. Syntagm. tit. 19. n. 5. & Hill d. c. 21. lit. N.* Sed hæ tricæ hodie inutiles.

## ad L. Si accepto. 16.

*SUMMARIA.*

*Obligatio verborum acceptilatione tollitur n. 1.*
*Diſcrimen inter acceptilationem & apocham. 2.*

Acceptilatione tollitur Verborum obligatio ipſo jure, ſed aliæ obligationes non tolluntur ipſo jure per acceptilationem, ſed ope ex- 1.
ceptionis. Deinde notatur hic diſcrimen, inter 2.
acceptilationem & apocham. Illi non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ; ſed bene huic, aſt intra menſem. *l. 14. §. 2. C. de non num. pec. Donell. l. 16. c. 21. lit. P.*

## ad L. Si ego. ult.

*SUMMARIA.*

*Argumentum legis. n. 1.*
*In correlativis reſpectu unius actus, uniformis eſt determinatio. 2.*

In contractibus mutuæ præſtationis, ſi antequam utrinqve res interceſſit, ut in locatione, 1.
venditione & ſimilibus, uni acceptum ferat alter, perinde habetur ac ſi convenisſet, ut neuter ab altero peteret, *hic & l. 5. ff. de Reſcind. vend.* qvia contractus natura non patitur, ut reſoluto contractu ex una parte per acceptilationem, alter obligatus maneat *l. 11. §. ult. & l. 50. de act. empti. Hill. in Donell. l. 22. c. 4. lit. A.* Collige in 2.
correlativis uniformem eſſe determinationem reſpectu unius actus. *Cephal. conſ. 408. n. 6. & 82.*

# TITULUS V.
# De ſtipulationibus Prætoriis.

## Ad L. Prætoriarum. 1.

*SUMMARIA.*

*Prætoriarum ſtipulationum ſpecies tres. n. 1.*
*Judiciales quid? 2.*
*Cautionales? 3.*
*Communes? 4.*

1 STipulationes Prætoriæ ſunt vel judiciales vel cautionales vel communes. Judiciales
2 à judicio ita dictæ, ut judicatum ratum ſit, ut judicatum ſolvi & de operis novi nunc. Cautio-
3 nales ob novam actionem interponuntur, ut rem ratam haberi. Communes vero utrumque fi-
4 nem reſpiciunt, de qvibus *Gædd. de ſtipul. c. 5. n. 28. & ſeq. Don. lib. 14. c. 36. lit. AA. Zaſius hic n. 4. Dn. Struvius th. 93. Wiſſenbach. hic th. 24.*

## ad L. Prætoriæ ſtipulationes. 4.

### SUMMARIA.

*SI ſine creditoris culpa cautum eſſe deſiit, nova reqviritur cautio, n. 1.*

*In obtinenda nova cautione & caſus probandus & illum ſecuta pauperies. 2.*

1 QVando citra culpam creditoris cautum eſſe deſiit, nova cautio recte reqviritur: ut ſi ad paupertatem redigatur fidejuſſor, ut in *l. 8. §. 3. & l. 10. §. 2. ff. qui ſatisdar. l. 20. §. 14. de Operis novi nunc. l. 4. ff. ut in poſſeſſ. legat.* qvia ea, pro qvibus ſatisdatur, habent tractum temporis v. g. judicatum ſolvi, unde ſatisdatio non intelligitur niſi duret. *Trentl. vol. 1. d. 3. th. 8. lit. A. Bach. in Tr. vol. 2. d. 28. th. 2. lit. F. Hering. de fidej. c. 13. num. 15. Dn. Mevius p. 5. dec. 8.* Non tamen ad
2 obtinendam novam cautionem caſus tantum probandus, ſed & ſecuta inde pauperies *Dn. Mev. p. 5. dec. 9.*

## ad L. Prætoriæ ſatisdationes. 7.

### SUMMARIA.

*IN prætoriis ſtipulationibus, ſi ſatisdandum, reqviruntur fidejuſſores, rejectis pignoribus, n. 1.*

*Aliæ tamen ſtipul. Præt. nuda promiſſione contentæ. 2.*

*Extenditur hoc ad cautionem de judicio ſiſti. 3.*

*Qvamvis hodie Dd. velint, indiſtincte pignoribus caveri, tamen id aliqvando rejectum. 4.*

*Cautio poſſibilis & alteri non nociva, admittenda hodie. n. ult.*

1 PRætoriæ ſtipulationes, in qvibus ſatisdatio exigitur, reqvirunt fidejuſſores, nec ſufficiunt pignora, ratio eſt, qvia de eo, qvod intererit, in
2 futurum interponuntur; Hoc autem eſt incertum, & utique per pignora, quorum certa æſtimatio eſt, non poteſt commodè caveri in futurum incertum eventum. *Bach. in Tr. vol. 1. diſp. 5. th. 2. Umm. ad Proceſſ. diſp. 9. n. 3. Bronchorſt. cent. 1. aſſert. 25.* Quædam ſanè ſtipulationes
3 prætoriæ nuda promiſſione ſunt contentæ, de qvibus in *L. 1. §. 5. & ſeq. Gædd. de ſtipul. c. 5. concl. 21. num. 294. ſeq* & in judicio ſiſti &c.
4 *Bach. ad Weſ. tit. qvi ſatisdare. n. 8.* Hodie pignoribus etiam indiſtinctè caveri poteſt, ut volunt Dd. interdum tamen depoſitio pignorum vel pecuniæ in Tribunali Wiſmar. non fuit pro ſufficienti habita cautione, ſed fidejuſſoria cautio injuncta, cum hæc antea promiſſa & hæc plenior eſſet, teſte *Dn. Mevio p. 3. dec. 238.* Sed alias judex tenebitur admittere cautionem, qvæ alteri poſſibilis, & alteri non nociva. *Dn. Mev. p. 4. dec. 347.*

## ad L. Paulus notat. 8.

### SUMMARIA.

*ARgumentum legis. n. 1.*

*Subſtitutus vel hæres ab inteſtato, ab eo qvi ante conditionis eventum bona poſſidet, cautionem recte petit. 2.*

QVi ſub conditione inſtitutus eſt, antequam ea exiſtat, jure Civili non poteſt adire hæreditatem, ſed jure Prætorio admittitur ad bonorum poſſeſſionem, ne creditoribus ea mora injurioſa ſit. Sed qværitur, annon ſubſtitutus vel 2.
hæres ab inteſtato petere cautionem ab eo poſſit de reſtituendo, ſi qvid deminuerit & conditio deficiat? Videtur qvod non, qvia ſubſtitutus videtur calumnioſe & præfeſtine petere cautionem, qvem alius antecedit: Sed qvia tamen conditio deficere poteſt, & hac deficiente ille jus nullum retro habuiſſe videtur, ideo ob hunc eventum, qvi facile contingere poteſt, non eſt calumnioſa aut præfeſtina ſubſtituti petitio. Vid. *Bachov. ad l. 12. ff. qvi ſatisdare. n. 2.*

## ad L. Si præſes. 10.

### SUMMARIA.

*ARgumentum legis. n. 1.*

*Uſus legis in hodierno foro. 2.*

SI ratione novi operis caveatur in triennium, 1.
poſtea juſſu Prætoris in decennium, ſi ex prima cautione agatur, obſtabit exceptio doli, qvia à prima receſſum videtur, qvod hodie jure novo dubium, *ob l. fin. C. de Novat.* Sed ſi ex præſumptionibus appareat, voluiſſe prætorem, ut recedatur à priori cautione, ope exceptionis juvabitur conventus ex prima. Hodie ſi novæ ſingulis annis vel nundinis transactiones fiant, & 2.
conventum, ut vetera documenta redderentur, tunc is, qvi ex veteri documento convenitur, procul dubio juvabitur exceptione ex *h. l. Rantinaldus vol. 2. conſ. 201. n. 10. & in fine.*

## ad L. Fin.

INtereſſe eſt difficilis probationis *Mev. l. 2. A. Q. caſ. 119. n. 8. Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 30. def. 8. num. 6. Maſcard. concl. 930.* & ad exiguam ſummam ſæpe deducitur; nam qvando intereſſe eſt probatum, ſed non certo qvantitate, debet ipſe judex determinare. *Maſc. concl. 9[illegible]. num. 1[illegible]. Heig. part. 2. qv. 2. n. 33.* & taxationem juratam moderari. *Maſc. [illegible] Mev. [illegible] recup. poſſ. n. 415.* Si tamen creditor ordinarias uſuras loco intereſſe petere velit, audiendus eſt, ut judicatum refert *Sande l. 3. t. 14. d. 3. Carpz. p. 2. conſt. 30. def. 8.*

TITU-

# TITULUS VI.
# Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore.

## Ad L. Non qvaſi. 4. §. 4.

*SUMMARIA.*

*Tutoribus legitimis atq; dativis non teſtamentariis cautio hæc imponitur. n. 1.*
*Ex hac ſtipulatione agi poteſt, qvoties tutelæ actio locum habet. 2.*

1. Cautio hæc à tutoribus legitimis & dativis
præſtari ſolet, non verò à teſtamentariis,
nec ex inqviſitione datis. *pr. Inſt. de Satis-*
2. *dat. Tut.* Ex qvibus ergo cauſis tutelæ agi pot-
eſt, ex iis etiam ex hac ſtipulatione agendum. *l. 4.*
*§. 6. h. t.* & qvia tutelæ agere non licet, niſi tute-
la finita, ita nec ex hac ſtipulatione, per *h. § 4.*
aliud igitur in pro tutore. *l. 9. & pen. h. t.*

## ad L. Servum. 6.

SI pupillus abeſt aut fari neqvit, ſervus pupilli ſtipulabitur à tutore. Si autem fari poſſit, licet non plene intelligat, qvid agat, ex utilitate tamen receptum, ut poſſit ſtipulari. *Mont. de Tutel. c. 30. n. 17. Hilliger. & Don lib. 3. c. 11.*

## ad L. Si poſteaqvam. 10.

*SUMMARIUM.*

*Ex mora tutoris etiam fidejuſſores tenentur.*

EX mora tutoris etiam fidejuſſores tenentur ratione fructuum & uſurarum; ratio eſt, qvia tutores, qvi pro tutore intervenerunt in omnem cauſam ſpopondiſſe videntur, idqve ex natura ſtipulationis hujus rem pupilli ſalvam fore. *Cujac. ad l. 13. qvæſt. Afric. tomo 2. p 1897. Gædd. de ſtipul. c. 11. concl. 10 n. 145. Hering. de fidejuſſ. cap 24 n. 155.*

## ad L. Si plures. Fin.

*SUMMARIA.*

*Tutoris fidejuſſores, agenti pupillo, diviſionis beneficium neqveunt opponere. n. 1.*
Obſt. L. pen. ff d. fidejuſſ. Tutor *evodatur. 2.*

QVando plures fidejuſſores pro uno tutore 1.
ſpoponderunt, rem pupilli ſalvam fore a-
gente pupillo (non alio) fidejuſſores beneficium
diviſionis non habent, qvia pupillus ipſe non
contraxit, ſed in tutorem incidit, & non debuit
ex una tutelæ cauſa in plures & varias actiones
diffundi. Nec *obſt l pen. ff. de fidejuſſ. cut.* qvia 2.
ibi alia ſtipulationis forma, & ibi adoleſcens
ſibi ipſi præjudicavit, dum mandarunt, i. e. petie-
runt ab adoleſcente, ut prius conveniretur tu-
tor, qvod ab eo accipere non poſſit, id ſe ſolu-
turos. Sic ergo novus contractus, & manda-
tores habent beneficium diviſionis; nam Papi-
nianus in *d. l. 7.* hoc beneficium ad mandatores
ibidem extenderat, vid. *Harpr. ad § 4 ff. de fide-*
*juſſ. n. 14. Treutl. v. 2. d 8. th 5. lit. B. Zang. de*
*Except. p. 3. c. 19. num. 9. Manzius de fidejuſſ. c. 9.*
*n. 35. Franc. de fidejuſſ. c. 5. n. 468. Hering. de fidej.*
*c. 27. part. 2. n. 50. 2. ſeq.* dici etiam poteſt in *d. l.*
*pen.* præſupponi novationem, qvæ per *l. fin. C. de*
*Novat.* hodiè ceſſat.

# TITULUS VII.
# Judicatum ſolvi.

## Ad L. In ſtipulatione. 1.

*SUMMARIA.*

*Fidejubens de judicato ſolvendo poſt trimeſtre demum conveniri poteſt. n. 1.*
*Executive tamen & ſine novo proceſſu 2.*

1. SI qvis fidejuſſerit de judicato ſolvendo, ſi
ſententia lata, eaqve in rem judicatam
tranſierit, incipit debere fidejuſſor, ſed ab
hoc non poteſt ſtatim ſumma exigi, niſi præter-
lapſo tempore trimeſtri, qvod debitoribus da-
2. tur in *l. fin. C. de uſur. rei judic.* Ex eo, qvod
hic dicitur, lata re judicata ſtatim debere fide-
juſſorem, colligunt Dd. hunc fidejuſſorem ſta-
tim ſine novo proceſſu executive poſſe conve-
niri *Br. hic Myuſ. cent. 4. obſ. 96 Hippol. de Marſ.*
*ad Rubr. de fidejuſſ. n. 349. Francus de fidejuſſ. c. 5.*
*num. 136.*

## ad Cum lite mortua. 2.

INſtantia finita per lapſum triennii liberatur ille, qvi de judicato ſolvendo promiſerat, & ſic pereunt omnia acta litis ordinaria, licet non pereant acta probatoria & deciſoria. *Maſtrillus deciſ. 66. u. 11. Camill. Borell. tom. 1. deciſ. tit. 64. n. 87. & ſeq. Ricc deciſ. collect. 710.*

## ad L. Si qvis. 3.

*SUMMARIA.*

*Stipulatio judicatum ſolvi à qvo hodie præſtetur. n. 1. 2.*
*Qvem judicem reſpiciat. 3.*
*Mutatio judicis liberat fidejuſſorem 4.*
*Sine mandato ad agendum admiſſi non poſſunt ſtipulari de judicato ſolvendo. 5.*
*Falſi procuratoris geſta finito judicio ratihaberi poſſunt. 6.*

HÆc ſtipulatio, judicatum ſolvi, hodiè non, 1.
niſi à defenſore, vel procuratore, vel reo per
procuratorem acturo, præſtatur. § *4. & 5. inſtit.*
*de Satisdat. l. un. C. eod. Tr. v. 1. diſp. 5. th 4. lit. B. &*
*Umm. diſp. 8. n 32.* Niſi metuatur, ne eluſorium ju- 2.
dicium reddatur, qvo caſu ex cauſa rationabili
etiam hodiè cautio hæc in aliis caſibus reqviri
poteſt. *Dn. Mev. p. 1 dec. 177.* Habet autem reſpectũ 3.
ad eum judicem, de qvo adeundo inter reum

& fidejuſſorem actum eſt ; non igitur commit-
titur, ſi poſtea apud alium judicem agatur cau-
4. ſa. *Don. lib. 18. c. 14.* Et hinc vulgaris Theorica,
qvod mutatio judicis liberet fidejuſſorem. *Ur-
ſillus ad Afflictum. deciſ. 182. n. 4. Hering. de fide-
juſſ. c. 20. §. 26. & Hill. in Don. d. c. 14. lit H* Illæ
perſonæ vero, qvæ ſine mandato admittuntur ad
agendum cum cautione de rato, per *L. Marius
C. de procur.* non poſſunt ſtipulari de judicato
ſolvendo, qvia non ſunt procuratores, *§. 3. Do-
nellus lib. 18. cap 14. lit. C. & ibi Hill.*

Ex *§ 2. & 3.* qvia indefinite loqvuntur &
non tantum de illa ratificatione qvæ fit penden-
te judicio, & ex *l 22. §. 3 ff rem ratam habitum
iri* & *l 8. ff. de Negot. Geſtis* probat Hill. *d. c 14.
lit. A.* Geſta à falſo procuratore etiam finito ju-
dicio rata haberi poſſe vid *proc. meus. Civ. c. 1.
num 80.*

## ad L. Jam tamen. 5.

*SUMMARIA*

*NOtabilis deciſio §. 6* h *l. n. 1.*
*De qvibus expenſis hic §. loqvatur. 2.*
*Plures fidejuſſores reum defenſuri unum defenſo-
rem conſtituere tenentur. 3.*
*Secus in heredibus actoris 4.*

1. IN §. 6. hujus legis habetur notabilis deciſio,
qvod fidejuſſores pro judicato ſolvendo id
qvidem, qvod ob rem judicatam præſtiterunt,
repetant; non autem expenſas, qvia fidejuſſores
ſuſceperunt defenſionem rei, & victi ſunt, fece-
runt id, qvod mandatum non erat, ſi autem ob-
tinuerint, expenſas repetunt, qvia hoc manda-
2. tum videbatur. *Hering. de fidejuſſ. c. 26 n 86.* Lo-
qvitur ergo hic §. de expenſis factis in lite ultro
ſuſcepta, non verò ſi ex neceſſitate officii mota
ſit. *Cephalus conſ. 429 n. 70.*
3. Et *§. 7.* ſeu penultimo hujus legis dicitur,
qvando plures ſunt fidejuſſores, qvod illi, ſi de-
fendere velint reum, neceſſe habeant petente
actore unum defenſorem conſtituere, qvi de-
fendat, ne actor in plures defenſores diſtringa-
4. tur. Sed ſi plures ſint hæredes actoris, hi diver-
ſos poſſunt conſtituere procuratores, cum &
ſinguli pro ſe agere poſſint. *Donell. l. 18. c. 15.
poſt lit. G.*

## ad L. Judicatum. 6.

HÆc ſtipulatio habet tres clauſulas. 1. De re
judicata ſolvenda. 2. De re defendenda.
3. De dolo abfuturo; qvarum prima tamen præ-
cipua, qva ſublata tolluntur reliqvæ.

## ad L. Judicatum. 9.

*SUMMARIA.*

*STipulationis, judicatum ſolvi, qvantitas eſt cer-
ta n. 1.*
*Qvis ad judicatum ſolvendum teneatur. 2. 3.*

STipulatio, judicatum ſolvi, habet certam
qvantitatem, qvia continet illud, in qvod ju-
dex reum condemnaverit, licet tempore ſtipu-
lationis res incerta ſit, *l. 2, §. 2. de Prætor. ſtipul.
pac cent. 7. quaſt. 48. Donell & Hill. d. c 14. lit. P.*
Et ad judicatum ſolvendum teneri etiam illum, 2.
qvi de reconvantione & expenſis ſpopondit.
*Modeſt. Piſtor. part. 3. qu. 155.* Licet diſſentiat
*Carpz. part. 1. Jur upr. conſt 5. def 2 & lib 2. Reſp 83*
Sed is, qvi de judicio ſiſti ſpopondit, non tene- 3
tur de judicato ſolvendo. *Carpz. d. R. 83. num. 8.
Heig. p 2. q. 23. n 10.*

## ad L. Si ad defendendum. 10.

*SUMMARIA.*

*PRocurator qvando caveat de judicato ſolvendo.
num. 1.*
*An teneatur ex iſta cautione. 2.*

AD defendendum datus procurator, non ipſe 1.
cavet de judicato ſolvendo, ſed principalis;
ſed ſi mandatum dubium vel controverſum, &
principalis abſit, tunc procurator ipſe debet
cavere; Unde plana eſt deciſio qvæſtionis, an 2.
procurator ex cautione de judicato ſolvendo
teneatur? Nam ſi principalis cavit, procurator
teneri non poteſt, qvia principalis etiam abſen-
te procuratore cavere poteſt; ſed ſi ipſe procu-
rator cavit, tunc ipſe tenetur. *Molin. in d. tr. n.
514.*

## ad L. Si reus. 12.

*SUMMARIA.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Exceptio fori declinatoria, principali compe-
tens, non datur fidejuſſori. 2.*

PRæſtiti cautionem de judicato ſolvendo, ſed 1.
poſtea dignitas mihi temporalis confertur,
qva durante in judicium vocari non poſſum, ne-
qve condemnari; qværitur, an fidejuſſor, qvem
dedi, condemnari poſſit? Reſp. affirmando, ex 2
qvo colligitur, exceptionem declinatoriam fo-
ri, competentem principali, non communicari
ejus fidejuſſori. *Romanus ſing 627. Afflict dec. 206.
n. 2* licet *Barboſa ad l. 7. de judic. n. 157. & ſeq.*
de privilegio perſonali melius intelligat.

## ad L. Si ex duobus. 14.

*SUMMARIA.*

*UNo fidejuſſore ſuum, ob rem defenſam, ſolven-
te, alter nihilominus eam defendere poteſt. 1.*
*Solvens tamen partem ſolutam condicere neqvit. 2.*
*Senſus §. 1. h l.*

SI unus ex fidejuſſoribus ob rem non defen- 1.
ſam in Jus vocatus partem ſuam ultro ſolve-
rit ſine judice, ſcilicet partem ejus qvod intereſt
actoris rem recte defendi *l 16 h. t.* nihilomi- 2.
nus res defendi ab altero fidejuſſore poteſt, ſed
hoc ſi fiat, qværitur: an is, qvi ſuam partem ſol-
vit, eam condicere poteſt, qvod negatur, qvia
liberavit ſe pro parte ſua; ubi enim ex ſolutio-
ne liberatio ſeqvitur, condictio ſoluti ſeqvi non
poteſt. *L. Si non ſortem. 26. § ſi decem. 13. de Con-
dict. ind. & hoc in princ.*

In §. 1. ſenſus eſt, qvod fidejuſſor con- 3
ventus ex ſtipulatione de judicato ſolvendo, ob
rem

rem non defenſam non aliter ſatisfacere debeat actori, qvam ſi caverit ei ſe nihil priore, i. e. in principali judicio ex ſtipulatu à Domino petiturum, ne alias fidejuſſor actionem mandati inſtituens exceptione doli repellatur. *Cujac. ad h. l. tom. 2. p. 1246. Molin. d. tr p. 2. n. 521. & ſeq.*

## ad L. Ex judicatum. 16.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor ſine judice dare paratus, judicio diſtringendus non eſt. 1.*

*Explanatur ſenſus legis uberius. 2.*

1\. NOn eſt æqvum eum judicio diſtringi, aut ad
inficiationem compelli, qvi ſine judice da-
re paratus eſt, qvo non amplius adverſarius ejus
2\. per judicem ab eo conſecuturus eſt. Qvem tex-
tum ita intelligo: ſi fidejuſſorum, qvi non renunciarunt beneficio diviſionis, unus, vel fidejuſſoris heredum unus, ſuam partem offert vel alius pro eo, qvod tunc tenaatur creditor accipere hanc partem, cum, ſi conveniret fidejuſſorem ex pluribus unum, aut hæredem unum, non poſſit ab illo plus parte ejus extorqvere, & fidejuſſor vel hæres non tenetur judicium ſubire; qvi ſenſus communiter receptus, ut fatetur *Molinaeus de div. & indiv. p 2. n. 54.* licet ipſe aliter intelligat.

## ad L. Ex clauſula. 17.

REs in ſolidum defendenda. Ergo ſi plurium fidejuſſorum, vel heredum aliqvis, pro parte defendat, res in totum indefenſa relinqvitur, & ſtipulatio etiam committitur adverſus hunc. *Don. d. c. 14. lit. S. & ibi Hilliger. hic & l. 109. ff. de V. O.*

## ad L. Vir bonus. 18.

*SUMMARIUM.*

*DE actione ipſo jure ſublata nō datur judicium.*

DE qva cauſa Prætor judicium accipere non cogit, ea res non videtur indefenſa i. e. cujus obligatio & actio ſublata ipſo jure, vel per exceptionem, & proinde nullum judicium de ea eſſe poteſt. *Don. lib. 18. c. 14. lit. Q. & ibi Hill.* qvi alios annectit intellectus.

## ad L. Cum apud. pen.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor de judicato ſolvendo & judicio ſiſti, non tenetur in appellatione. n. 1. 2.*

*Limitatur. 2. 3.*

*Alias tamen tenetur. 4.*

*Fidejuſſor de judic. ſolo. an habeat beneficium excuſſionis. 5.*

*Deciſio Autoris. 6.*

FIdejuſſor de judicato ſolvendo, ut & judicio 1.
ſiſti, acceptus in cauſa principali, non tene- 2.
tur in cauſa Appellationis; niſi aliud ſit actum, 3.
aut niſi victus appellaſſet, & eam non fuiſſet proſecutus. *Mantic. de tac. & ambig. convent. l. 11. tit. 14. n. 6 & 12. Gratian tom. 2. diſſertat. c. 348. Ricc. collect. deciſ. 337. Don. & Hill. d. c. 14. lit. I.*
Sed videtur hic ſatisdatio ad perſonam primi 4.
judicis reſtricta, ideoqve alias proculdubio, qvi de judicato ſolvendo cavit, etiam in appellationis inſtantia tenetur. *Struv. th 109. Wiſ. th 27 h. t.*
Sed qværitur: an fidejuſſor datus pro judicato
ſolvendo habeat beneficium excuſſionis? qvod 5.
communiter negant Dd. *qvos refert Hering. de fidejuſſ. cap 27. p. 1. n. 317. & Dn. Mevius p. 1. dec. 229. n. 4. Boër. dec. 277. n. 3.* ne judicatorum executio diu differatur, licet alii obloqvantur, *qvos*
*refert Berlich. d. l.* Qvorum opinio non eſt im- 6
probabilis. In foro deciderem hanc qvæſtionem ita, ut ſi fidejuſſor oſtendat media ſolutionis in bonis debitoris, ut contra hunc potius fiat executio. arg. *l 8. §. 7. ff Mandati.*

# TITULUS IIX.

# Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

## Ad L. Cum minor. 3.

*SUMMARIA.*

*Curator, à debitore minoris ſub cautione de rato pecuniam recipiens, minori, amiſſâ pecuniâ reſtitutionem petenti, non tenetur ad intereſſe. n. 1.*

*Qvid reqviratur ut teneatur. 2.*

*Qvomodo minor ratihabere, & tamen reſtitutionem petere poſſit. 3.*

*Qvomodo ratum habeatur factum falſi procuratoris. 4.*

1\. CUrator nomine minoris à debitore accipiens pecuniam, debitori cavet de rato, minor amiſſa pecuniâ poſtea reſtitutionem petit, qværitur an curator teneatur præſtare intereſſe? Reſp. qvod non, qvia minor accipiendo pecuniam ratam habuit ſolutionem, & ita cautio effectum ſuum ſortita. Conf. *Cujac. ad h. l. tom 4 pag. 1204. & Coll. Arg. hic. th. 23.* Ideoq; 2.
ut petitâ reſtitutione curator teneatur, opus eſt ſpeciali clauſula, & ita judicatum refert *Sande l. 3. t. 9. def. 31. Menoch. l. 2. praeſ. 31. Don l. 18. c. 14.*
*lit. Dd. & ibi Hill.* Sed qvomodo minor poteſt 3.
ratum habere negotium, & tamen petere reſtitutionem? Reſp. *Franc: de Clapperiis cauſ. 12. q. 2. n. 12.* ratificationem & reſtitutionem peti circa diverſa facta, vel circa qvalitates factorum diverſas. *Coll. Arg. hic th. 23. n. 4.*

In §. 1. dicitur, ſi procurator falſus litiget
pro me, & ego appellem, videor ratum habere, 4
qvia dum appello, ratum habeo judicium; qvod bene notandum. *Coll. Arg. d. th. 23. n. 3.* Et ſic approbo factum Procuratoris falſi, improbo verò factum judicis. *Franc. de Clapperiis d. q 2. n. 8.* licet aliter *Matthesilanus ad l. 1. C. quando provocare non eſt neceſſe num. 5.*

## ad L. Non tantum. 5.

*SUMMARIA.*

*Ratihabitio ſit tam factis qvam verbis n. 1.*
*Exempla factorum varia. 2.*

1. NOn tantum verbis ſed & factis poteſt fieri ratihabitio; ut ſi Dominus litem à procuratore ſalſo cœptam reaſſumat, ut hic; vel ex contractu alterius agat. *l. 66. de fidejuſſ.* ſi literas recipiat. *L. Si filiusfam. ad SC. Macedon. ubi not.*
3. ſi qvis ſolvat expenſas litis pro negotiorum geſtore, *Alex. conſ. 127. num. 2. & conſ. 175. num. 24. lib. 5 & hunc regerens. Petr. Peckius ad c. 10. de R. I. lib. 6.* item per ſolutionem cenſus, vel receptionem penſionis, vel ex antiqvitate temporis &c. *Peckius d. l.*

## ad L. Si is. 7.

*SUMMARIA.*

*Caſus legis ejusd. deciſio 1 2.*
*An facultas ratificandi tranſeat ad heredem? 3.*

1. PEtita nomine Titii bonorum poſſeſſio, qvi tamen hujus rei ignarus deceſſit. qværitur, an heres ejus poſſit ratam habere iſtam agnitionem poſſeſſionis bonorum? videtur qvod ſic, ob
2. *l. 22. §. 6. h. t.* Sed negatur *hic & l. 24. pr. h. t.* qvia facultas agnoſcendi poſſeſſionem bonorum eſt perſonalis; non tranſit non agnita bo-
3. norum poſſeſſio. Hinc decidi poteſt qvæſtio vulgaris, an facultas ratificandi tranſeat ad hæredem? Reſp. diſtingvendo, an negotium ad heredem tranſeat, an non; illô caſu ratificare poteſt heres, hoc caſu verò non: ita diſtingvit poſt multos à ſe allegatos *Tiraqvell. in tr. de conſt. poſſeſſ. p. 3. limit. 30. num. 72. Alex. conſ. 46. & 92. lib. 6.*

## ad L. Si commiſſa. 13.

*SUMMARIA.*

*Procurator ob incertum mandatum ratihabitionem Domini promittens, ſi fefellerit, tenetur ad intereſſe. n. 1.*
*Limitatur. 2.*
*Qvibus modis iſta promiſſio effectum ſortiatur. 3.*

1. QVando Procurator, cujus mandatum eſt dubium, ratum Dominum habiturum promiſit, & Dominus ratum non habeat, tenetur promittens in id, qvantum intereſt, i. e. qvantum ſtipulatori abfuit, & qvantum lucrari potuit
2. *Dn. Mevius p. 4. dec. 365. n. 2.* Sed ſi procurator omnem diligentiam adhibuerit, excuſatum eum putat *Berlich. dec. 234.* modo ut mandatarius factum ſuum promiſerit, non vero animo expromittendi & ſecurum faciendum alterum ſecuraturum promiſerit. *Dn. Mev. p. 6. dec. 406.* Poteſt etiam per mandatum injungi procuratori, ut præſtet, qvod promiſit; item principali, ut ratum habeat, aut cauſas, qvare non, alle-
3. get. *Dn. Mevius d. l.* Aut poterit is, cui cautum, veteri actione agere. *l. qvoniam. 4. C. de Rerum. permut.*

## ad L. Amplius. 15.

*SUMMARIUM.*

*Allegans compenſationem videtur petere.*

SI qvis promiſerit ſe non amplius petiturum, committitur ſtipulatio, qvando judicium cœptum eſt per litis conteſtationem, non antea. Stipulatio item committitur, qvando extra judicium ſolutionem exegit, aut ſi adverſus eum compenſatione vel deductione uſus eſt; unde colligunt, eum, qvi allegat compenſationem, videri petere *Decius ad l. fin. C. de Edendo n. 8.*

## ad L. In ſtipulatione. 19.

*SUMMARIA.*

*Cavens non tenetur, ſi pricipalis ratum habere nolit. n. 1.*
*Niſi ita conventum. 2.*
*Ut ſolet in ſponſionibus. 3.*

QVando commiſſa eſt ſtipulatio & Dominus ſeu pricipalis non vult ratum habere, an teneatur is qvi cavit? R. non teneri, ſi fecit qvod potuit. *Berlich. p. 2. d. dec. 234.* licet pœna tranſmiſſa. *Afflictus dec. 295. §. 4. Decius conſ. 313. p. 2. & conſ. 439. n. 8 & qvos* hic citat, qvod intelligo, niſi alia mens contrahentium probetur, qvid ſi enim expreſſè conventum, ut, ſi tertius nolit ratum habere, qvod tunc de rato cavens ejus vice ac loco ſolvere velit; Sicut in ſponſionibus conveniri ſolitum, ut ſi Reſpublica ſponſionem ratam non haberet, ſponſores rediret. 1. 2. 3.

## ad L. Si ſine judice. 22.

EX hac lege ejusqve §. 3. probari ſolet ſententia, qvod Dominus in ſui commodum à falſo procuratore geſta rata habere poſſit, de qvo ſupra in *l. 3. h. t.*

## ad L. Bonorum 24.

*SUMMARIA.*

*Caſus ex lege. 1.*
*Ratificatio qvo tempore fieri poſſit. 2 5.*
*Explicatur hoc per caſum 3.*
*Ratihabitio retrotrahitur, ſi nihil obſtet. 4.*
*Qvæ reqvirunt ſpeciale mandatum & certum tempus, poſtea inutiliter rata habentur. 6.*
*Exemplum in Leuteratione. 7.*

BOnorum poſſeſſionem, qvam alius meo nomine præſtitâ cautione de rato apprehendit, debeo ratam habere intra illud tempus, intra qvod eam poſſum petere, & ſi ille, qvi apprehendit, furere cœpit vel mortuus fuerit, nihilominus ratum habere poſſum. Collige, ad hoc ut ratificatio aliqvid operetur, & retrotrahatur, reqviri, ut fiat illo tempore, qvo de novo actus fieri poteſt. Sic ſi qvis meo nomine adqvirat poſſeſſionem rei vacantis, & poſtea alius eandem poſſeſſionem apprehendat, deinde ego ratificem illum priorem actum, ratificatio hæc mihi non proderit. *Dynus ad l. 10 de R. J. l. 6. & ib. Peckius. n. 14. Tiraq. de retrab. conſangv. §. 1. gl. n.* 1. 2. 3.

*3. 14. num. 22. Ludov. Poſtius de Manuten. dec. 359. Bolognettus ad L. Quod meo. ff. acquir. poſſ. n. 25. & ſeq. Joſeph. dec. 17. n. 11. Beſoldus in theſ. pract.* voce Benchmhaltung *n. 34.* Et nota rati-
4. habitionem retrotrahi, ſi interea non injiciatur impedimentum, cur retrahi non poſſit. *Dn. Mev. p. 4. d. 377. Pariſius vol.* [illegible] *n. 29. & ſeq.* De-
5. inde ratificatio poteſt fieri eo tempore, quo gerens erat mortuus, vel furere cœpit, quia in perſona gerentis interveniens defectio non vitiat ratihabitionem, per *h. l. Bolognett. in L. Si pro emptore ff. de uſuc. num. 127.* [illegible] *L. Semper qui non prohibet. n. 12. de R. J. Cagnolus n. 17.* Hinc colli- 6.
gitur etiam, quando res requirit ſpeciale mandatum, & intra certum tempus fieri debet v. g. jus retractus, ſi quis offerat ſe nomine alterius ſine mandato, isque intra tempus illud non ratum habeat, poſtea inutiliter ratum habetur. *Tiraq. de Retr. conſ. §. 1. gl. 13. n. 85. & ſeqq. Job à Sande lib. 3. tit. 5. def. 1.* Sic, ſi quis Leuterationem 7.
interponat, ut procurator ſine mandato, quod tunc Dominus ratificare debeat intra decem dies Leuterationem, ut vult *Carpz. p. 1. jurispr. Conſt. 19. def. 6.*

# LIBRI QUADRAGESIMI SEPTIMI

## TITULUS I.

## De Privatis Delictis.

### Ad L. Civilis. 1.

*SUMMARIA.*

*Heres nec ex privato delicto defuncti, nec ex publico tenetur. n. 1. 4.*
*Limitatur in delictis privatis. n. 2. 5. 8. & 9.*
*Ratio limitationis primæ. 3.*
*Jure Canon. tamen heres ſimpliciter damna à defuncto data reſarcire tenetur. 6.*
*Quod & in foro conſcientiæ ſuadendum. 7.*

Ex delictis privatis defunctorum heredes non tenentur, niſi (I.) lis cum defuncto
2. conteſtata ſit; nam eo caſu poteſt contra heredes agi, & pœna ab iis exigi; quia hoc caſu ex quaſi contractu defuncti potius, quam ex de-
3. licto convinitur; nam defunctus conteſtando litem, ſe quaſi ad pœnam privatam obligavit, cum in judicio quaſi contrahatur. *l. 3. § 11. ff. de priul.* idem eſt ſi ob moram rei litis conteſtatio fieri non potuit per *L. Si eum. 10. §. 2. ff. ſi quis caut. Vaſq. lib. 3. illuſtr. c. 92 n. 2. Farin. qu. crim. 10. n. 51.* Sed hæc limitatio in criminibus publi-
4. cis, & privatis quoque, ſi ex his criminaliter agatur, locum non habet. *Farin. d. l. n. 53. ſeq.* (II.) Exceptio, niſi ex delicto defuncti aliquid
5. ad hæredem pervenerit. *L. Sicut. 38. de R. J.* ſaltem ad primum heredem *L. Videamus. ff. quod metus cauſa.* de quo *Farin. d. qu. 10. n. 60.* (III.)
6. Quod de Jure Canon heres teneatur damna per defunctum illata reſtituere, licet non ſit lis conteſtata & nihil ad heredem pervenerit; vel impœnitens ſit mortuus *cap. ſin. X. de ſepult. cap. Tua nos. 9. X. de uſur. & c. 2. de pign. Gomez. tom. 3. reſol. c. 1. n. 63. Covarr. lib. 3. reſol. c. 3. n. 7. Farin. d. l. n. 62. & ſeq.* quo tamen jure non utimur in terris Imperii, niſi judicium ſit Eccleſiaſticum. *Cabedo. deciſ. 192. n. 6. Farin. n. 63.* non tamen
7. ultra vires hereditatis. *Farin. num. 64.* Sane in foro Eccleſiaſtico & conſcientiæ foro interno ſuaſerim, ut heres reſarciat damna à defuncto data, quoad vires hereditatis id patiuntur. (IV.) 8.
Quando ex delicto fluit exceptio arg. *l. 36 quod autem §. ſupr. quod quisque jur.* ubi id notatum, *& L. Pure. §. ſin. ſupr. de Except. doli. Zaſius d. §. 3. n. 9. Farin. d. l. num. 76.* (V.) Demum in delictis, quæ in contractibus adhibentur; nam ob 9.
hæc etiam heres convenitur. *L. Ex depoſito. 12. ff. D. O. & A. Farin. d. loc.* Verum ita non ex delicto, ſed ex contractu intuitu delicti datur.

### ad L. Nunqvam plura. 2.

*SUMMARIA.*

*Plura delicta merentur pœnas. n. 1.*
*Licet uno facto commiſſa. 2.*
*Aut eodem tempore. 3.*
*Quod poſterius limitatur. 4.*
*Exemplum. 5.*
*Carpzov. hanc L. ad eos, qui ante diſpenſationem in gradu prohibito coeunt, applicat. 6.*
*Et in hoc caſu limitat. 7.*
*Fallit hæc lex in delictis ſucceſſivis. 8.*
*Exemplum in contumacia. 9.*
*Quodnam tempus in §. 3. h. l. intelligatur. 10.*
*Actio L. Aquil. & condictio furtiva quomodo concurrant. 11.*

Plura delicta plurimis etiam pœnis plectenda, ſi ex intervallo commiſſa ſint, licet ad unū 1.
finem tendant, *cap. 1. de pœn. cap. cum pro cauſa. 2. X. de ſentent. excomm.* idem, ſi ex uno facto plura delicta reſultent; nam, licet hic exempla referantur, ubi plura ſunt facta, ratio tamen generalis eſt. Modo poſterior actio plus conti- 2.
neat, per *l. 1. & pen. ff. Arb. furt. caſ. Hill. in. Don. l. 21. c. 3. lit. T.* Idem in pluribus delictis commiſſis eodem tempore, quando ex quolibet de- 3.
licto reſultat effectus deſtinatus & ſeparatus, ut ſi ſtatuum ſit in rem conceptum, ut pro ſingulis percuſſionibus & injuriis certa pœna infligatur.

Secus

Secus, ſi non habeat diverſum effectum *l. 32. Il-*
4. *lud. §. ult. ff. ad L. Aquil. l. it. §. 2. de ſervo corr.*
*Covarr. lib. 2. reſol. c. 10. n. 8. ſeq. Petrus à Plaſin*
*Epis. delictor. c. 1. n. 22. & ſeqq. Farin. qu. 22. per*
5. *tot. Clarus §. ult. qu. 84.* Sic majore pœna ple-
ctendus eſt, qvi in templo, loco ſacro & maxi-
me omnium privilegiato, vim infert, *Carpz. lib.*
*2. Juriſpr. Eccl. d. 126.* Carpz *l. 2. Juriſpr. Eccl. d. 97.*
6. hanc legem accommodat ad eos, qvi ante im-
petratam diſpenſationem in gradibus prohibi-
7. tis coëunt. Limitatur tamen hoc, ut ſi unum de-
lictum continuatum & iteratum, non tamen
pluries in ter inſi anno mulctari poteſt. *l. 6. §. 3.*
*ff. de modo mulct.* ſecus ſi tec diverſa peccaverit.
8. *Manz. in cent. decis. 78. n. 6.* Fallit hæc lex in de-
lictis ſucceſſivis, in qvibus non niſi unica irro-
ganda venit pœna, etiamſi ex intervallo perpe-
9. trata. *Carpz. p. 3. dec. 209. n. 32.* Ubi in tota de-
ciſione probat hanc ſententiam, ſi plura man-
data pœnalia emanaverint, & tamen contumax
extremè maneat is, cui qvid mandatur, non ni-
ſi ultimam mulctam, eamqve cæteris gravio-
rem, non autem omnes ſigillatim eſſe imponen-
das. In ſeqventibus paragraphis exempla con-
currentium delictorum proponuntur, qvæ per
10. ſe clara. Præſertim in §. 3. obſervandus verus
ſenſus verborum TEMPUS JUDICII ACCIPI-
ENDI, per qvod non intelligatur tempus judi-
cii accepti ſeu litis conteſtatæ, ſed tempus obli-
gationis natæ, ſeu delicti commiſſi; qvod etiam
ex comparatione legis Aqviliæ & condictionis
furtivæ patet, dum in illa attenditum, qvanti res
plurimi fuit intra annum vel menſem, in hac
vero tempus delicti commiſſi attendatur. *Bach.*
11. *de Action. diſp. 4. th. 20. lit. B.* Concurſus autem
harum duarum actionum, qvia tum perſeqvun-
tur, ita intelligendus, qvatenus in una qvam al-
tera plus eſt. *l. 34. in fine princ. de obl. & act. Don.*
*lib. 21. c. 3. poſt lit. S.* & conferentur plura, qvæ
habet *dicto cap. 3. Hill. lit. Q. pag. 735. & ſeq.*

## ad L. Si qvis. fin.

*SUMMARIA.*

*Inſcriptio ad pœnam talionis qvando requiritur. 1.*
*Hodie ceſſat. 2.*
*Ex delicto privato criminaliter agi poteſt. 3.*
*Etiam Jure Canon. ad excommunicationem. 4.*
*Exemplum in furto. 5.*
*Qvod & apud nos obſervandum eſſet. 6.*

Ex privatis delictis qvando agitur civiliter ad 1.
pœnam pecuniariam parti applicandam, in-
ſcriptio, qvâ accuſator ad pœnam Talionis ſe
obligabat, ſi probaturus non eſſet, non reqviri-
tur, niſi ex eo extra ordinem criminaliter aga-
tur. Sed hodie inſcriptio in deſuetudinem abiit
etiam in criminalibus. *Weſ. in. π. de accuſ. n. 12. &* 2.
*Carpz. in pr. Crim. qu. 106. n. 41.* Colligitur ta-
men ex textu, ex delicto privato extra ordinem 3.
propter circumſtantias delictum aggravantes,
criminaliter agi poſſe. *hic & l. ult. ff. de furt. & l.*
*ult. ff. de injur. Weſ. in π. hic n. 3. Tuſch concl. 564.*
*n. 8. lit. F. & Farin. qu. Crim. 18. n. 24.* Jure Can. ob
delicta privata, præſertim furtum, poteſt crimi- 4.
naliter agi ad excommunicationem, ſicut nota-
bilis eſt conſtitutio in Extravag. commun. *Tit.*
*de furt.* Ubi, ſi furtum Eccleſiæ factum vel aliàs
grave, moneri poſſunt fures omnesqve conſcii, 5.
ut intra certum tempus rem reſtituant, vel fu-
rem denuntient ſub pœna Excommunicationis;
qvod in noſtris Eccleſiis omnino obſervandum 6.
eſſet, ſi v.g. omnis ſubſtantia miſerabili perſonæ,
vel Eccleſiæ, ablata &c. ſed cum Conſiſtorii Ec-
cleſiaſtici permiſſu.

# TITULUS II.
# De furtis.

Singulas leges explicatas atqve eleganter illuſtratas vid. apud Dn. Thaborem in Racemationibus ad Tit. de furtis.

## ad L. Furtum. 1.

*SUMMARIA.*

*AD furtum cogitatio animi non ſufficit. n. 1.*
*Abnegatio rei alienæ ore facta non eſt furtum. 2.*
*Definitio furti remiſſivè 3.*

Furti vocabulum Grammatice explicatur, &
1. notationes plures adducuntur, qvarum ul-
timam approbat. *Ant. Matt. tit. 1. de furtis*
*c. 1. num. 1.* poſtea additur, qvod ad furtum re-
qviratur factum, non verò cogitatio animi
2. ſufficiat, imo ne qvidem abnegatio rei alienæ
ore facta. Nam abnegatio depoſiti non facit
furtum, niſi finis, i.e. interceptio & lucrum, & 3.
contrectatio concurrat, *hic & l. 67. pr. h. t. Farin.*
*quæſt. 168. n. 5. & 2. ſeq.*
3. *In §. ult.* habetur definitio furti, ſcilicet
qvod ſit contrectatio rei fraudulosa lucri faci-
endi cauſa, vel ipſius rei vel etiam uſus ejus poſ-
ſeſſionisve, qvod lege naturali prohibitum eſt
admittere, de qva definitione plura apud *Don.*
*lib. 15. c. 29. Mol. tr. 2. de J. & J. d. 681. n. 15. & ſeq.*
*Farin. d. quæſt. 165. & ſeq. Anton. Matth. tit. 1. de*
*furtis c. 1. n. 1. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 30. th. 1. Dn.*
*Thabor. Racem. 24.*

## ad L. Furtorum. 2. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*Furti diviſio remiſſivè. n. 1.*
*Hoc furti diſcrimen hodie non eſt abrogatum. 2.*

Traditur hic diviſio furti in manifeſtum & 1.
non manifeſtum, de qva plenè agunt *Dd. in*
*§. furtorum Inſt. h. t. & quos alleg. Farin. qu. 166.*
*num. 10.* conf. *Thabor racem. 2. th. 30. & ſeqq.*
illud

2\. illud hic addo, tantum abeſſe ut illud diſerimen abrogatum ſit, ut potius in Conſtitutione Carolina repetitum legatur. *art. 158.*

## ad L. Fur eſt. 3. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*FUrti manifeſti reqviſita. 1.*
*Fur manifeſtus æſtimatur ex prima contrectatione. 2.*
*Opem vel conſilium in furto nec manif. ſuppeditans, tenetur. 3.*

1\. AD id, ut qvis fur manifeſtus dicatur non ſufficit viſio, ſed reqviritur vel acclamatio vel inſectatio. *L. 8. §. 2. Cujac. l. 11. obſ. 38. Vult. §. 1. Inſt. h. t. n. 7. & l. 2. Juriſpr. c. 48. n. 93. Farin. d. l. n. 10. Dn. Thabor. d. racem. 2. n. 17.* Deinde opus eſt, ut eum re furtiva deprehendatur ſive à Domino ſive ab alio. *l. 5. pr. & l. 7. §. fin. h. t. 3.* Et qvidem antequam perveniat ad locum eum, qvo deſtinaverat: nam licet eum re furtiva deprehendatur, non eſt fur manifeſtus, ſi in loco deſtinato deprehendatur, i. e. in qvo volebat eadie manere eum furto. *L. 4. h. t.* Legis autem
2\. ſextæ hic ſenſus: qvamvis qvi rem ſurripuit, deprehenſus in loco, qvo perferre deſtinavit, ſæpius eam contrectaverit, tamen ot cenſeatur fur manifeſtus, & an talis ſit, ex prima contrectatione potius qvam poſtrema æſtimatur. *Hill. in Donell. l. 15. c. 29. lit. Z. & l. 5. §. fin.* Ex his pa-
3\. tet, qvid ſit furtum nec manifeſtum *l. 8. h. t.* de qvo nec manifeſto furto tenetur etiam ille, cujus ope aut conſilio furtum factum eſt. *Ant. Matth. dec. 1. n. 10.*

## ad *L.* Cujus interfuit. 10. & ſeqq.

*SUMMARIA.*

*ACtio furti datur omni, cujus ex cauſa honeſta intereſt. 1. 3.*
*Limitatur in ipſo fure. 4.*
*Lectio § fin l. 12. h. t. 2.*
*Eſt tamen caſus, qvo & contra Dominum datur 5.*
*Qvalis deciſus in Facultate. 6.*

1\. ACtio furti datur ei, cujus intereſt, etiam non Domino, qvi tenetur de re amiſſa, & cujus periculo res aliena eſt. *l. 14 §. 16.* ut commodatario, creditori & ſim. De qvibus in *h. l. 10. & 5 ſeq.* prolixè agitur. *Oldendorp Claſſ 7. act. 3. n. 4. Coll. Argent. hic. th 18. ſeq.* ſi tamen ille ſolvendo non eſt, datur ipſi Domino, per *l. 12. §.*
2\. *fin Don. l. 15. c. 29.* In qvo §. ex verbis: *ut non teneatur furti & agat*, particulam NON expungendam volunt relati ab *Hilligero d. c. 29. lit. G.*
3\. *& Godofred. in d. §. ult.* Debet autem interreſſe ex honeſta cauſa, non ex dolo; nam malæ fidei poſſeſſori, licet ejus periculo res ſit, non datur actio furti, ne de improbitate ſua conſeqvatur actionem. *L. 12 §. 1. & l. 76. §. 1. h. t.* Sed datur caſus,
4\. ubi etiam furi datur actio, in *l. qui vas. 48. §. 4. Oldendorp. d. loc. & Cujac. lib. 16. obſ. 30.* Econtra
5\. datur in *d. l. 12. §. fin.* caſus, ubi datur actio furti contra dominum. Nam qvando qvis pignori
6\. data creditori ſuffuratur, furti actione tenetur, etiamſi dominus ſit, & etiamſi hic ſolvendo ſit. Ita furti pœna civilis dictata alicui, menſe Oct. Anno 1659. qvi vina pignori data evacuaverat, per *d. §. ult. & §. 10. & 14. Inſtit. h. t. & l. 19. §. 5. ff h. t.*

## ad *L.* Eum, qvi emit. 14. pr.

*SUMMARIA.*

*CAſus ex principio h. l. n. 1.*
*Emptor, rem ſibi venditam ante ſolutam pretium ſurripiens, fur eſt. 2.*
*Secus ſoluto pretio. 3.*
*Creditor probationibus deſtitutus, æqvivalens licitè ſurripit. 4. 5.*

EMptoris qvidem, ſi res empta furto auferatur, intereſt etiam ante traditionem, ſed qvia 1.
venditor ex ſua culpa tenetur, & adhuc habet dominium, datur ei actio furti, vel eandem ipſe debet emtori cedere. Si autem ipſe emtor 2.
ſurripuerit rem ſibi venditam ante ſolutionem pretii, committit furtum, non ſecus ac qvando debitor pignus ſurripit, qvia alterius intereſt retinere poſſeſſionem *l. 53. §. 4. h. t.* Sed ſi pre- 3.
tium ſolvit, non tenetur furti, qvia reperit rem ſibi debitam. Ex eadem ratione non videtur fur- 4.
tum fieri, ſi creditor deſtitutus omnibus probationibus æqvivalens ſurripiat debitori, qvem in utroqve foro excuſari ait *Alex. vol. 4. conſ. 127. n. 8.* Et ſanè tales furtorum ſpecies publicis legibus non vindicantur etiam jure noviſſimò, licet ob 5.
circumſtantias ex officio coerceri poſſunt. *Dn. Mevius p. 4. dec. 245.*

## ad *L.* Servi. 17.

*SUMMARIA.*

*ACtio contra filios & ſervos non datur. n. 1.*
*Niſi in criminalibus. 2.*

NOn datur actio contra filios aut ſervos, cum 1.
ipſi privatâ autoritate coerceri poſſint. *Molin. tr. 2. d. 686. per tot.* Imò nec talia furta publicè vindicanda i. e. criminaliter per *L. perſpiciendum. 11. §. 1. infr. de pœn.* Sed in criminalibus 2.
aliud conſvetudine receptum, ut teſtatur *Clarus §. furtum n. 22. Carpz in pract. crim. q. 82. n. 55. Damhud. c. 110. n. 41.*

## ad *L.* In actione. 19.

*SUMMARIA.*

*REs ſurrepta qvomodo deſcribenda. n. 1.*
*Qvid ſi qvalitatem ejus Dominus neſciat. 2.*
*In iis, qvæ præſtare neqveunt, à juramento remedium petitur. 3.*
*Exemplum, & formula juramenti ex Dn. Mevio. 4. 5.*

POnitur hic reqviſitum libelli actionis furti, ut ſcil. declaretur res ablata à forma, à materia, à numero, à colore, non autem ſemper à pon- 1.
dere, niſi ſit maſſa infecta. *Cravett. conſ. 891. Hartm. Piſt. obſ. 60.* Notetur autem, ſi coloris vel alterius qvalitatis Dominus reminiſci non poſſit, 2.
qvod debeat jurare, ſe oblitum eſſe coloris, Unde colligitur, jurani remitti neceſſitatem ejus, qvod fieri non poteſt, & in iis, qvæ præſta- 3.

ri neqveunt, à juramento remedium petitur.
4 *Dn. Mev. p. dec. 328.* ubi decidit, viduam, qvæ
nullum fecit inventarium, ad edendum illud
non poſſe præciſè condemnari, ſed jurare eam de-
5. bere, non fraude, ſed allegatâ ex causâ omiſſam
fuiſſe confectionem inventarii, nunc ſe deſigna-
re, amplius omnia non poſſe, velle tamen omnia
à marito relicta, qvorum recordari poſſet, deſig-
nare, ſi qvæ præterierit, cum poſtea in mentem
venerint, aperire & addere, ſi qvæ etiam creditores
omiſſa oſtendere potuerint, de iis bona fide re-
ſpondere. *Dn. Mev. d. l.*

## ad L. Vulgaris. 21.

### *SUMMARIA.*

*FUr partis qvando teneatur de toto. n. 1.*
*Declaratur per caſus. 2. 3.*
*Qvi tamen duli. 4*
*Furtum commiſſurus ſi impediatur actione injuriarum tenetur. 5.*
*Plures furtum committentes, qvod ab uno fieri non poterat, tenentur in ſolidum 6.*
*Qvod non facile extendendum ad pœnam laqvei. 7.*

HIc agitur de furto partis, qvando qvis ex to-
1. to ſurripit partem, an de tota re teneatur?
Rationem dubitandi hîc deſideres, qvomodo
enim totius acervi qvis furtum dici poſſet com-
miſiſſe, qvi vel unicum tantùm modium abſtu-
lit, & poſſet O filius à noſtris agricolis jure me-
rito irrideri. Sed *Ulp. hic §. 8.* recenſet diſtin-
ctionem, utrum totum auferri potuerit, an verò
2. non. Priori caſu, qvando tota res auferri po-
tuit, de tota re tenetur furti, ſecus, ſi non potuit
auferri tota. Pono caſum: ſi reperias portati-
3. lem crumenam thaleris plenam, ſi poſſis aufer-
re omnes, & tantùm ſurripias unum, de toto te-
nearis; ſi verò reperias ciſtam refertam thaleris,
qvam portare neqvis, de toto non teneris, ſi par-
tem auferas. Ubi tamen, ſi rationem conſu-
4. lam, videtur contrarium dicendum; nam ſi re-
pertâ crumenâ unum tantùm ſurripias thalerum,
minus es in dolo ſi partem ſurripias, cum
totum tollere poſſis. Unde aſſentior *Ant.
Matth. ad lib. 47. ff. tit. 1. cap. 1. n. 3.* referri illam
ſubtilem diſtinctionem, non probari, cum *Ulp.
in pr.* generaliter dixerit. conf. *Dn. Thabor. te-*
6. *cem. 2. de furtis th. 40. f.* Qvi in domo aliena
ſe abſcondidit, aut dum aperire aut præſcinde-
re marſupium voluit, deprehenſus fuit, furtum
nondum commiſit, per *h. l. §. 7. Molin. tr. 2. d.
695. n. 11. Carpz. pract. crim. q. 88. num. 1. & ſeq.*
Actione injuriarum verò conveniri poteſt, per
*h. l.* & per *l. Qvi in domum. 33. ff. de injur. & l.
Saccularii. ff. de Extraord. crim. Gomez. tom. 2. re-
ſol. c. 5. num. 15.* Si plures unum tignum furati
ſint, qvod unus tollere non potuit, omnes in ſo-
lidum tenentur, licet non idem omnium robur
& diſpares vires. *Ant. Matth. ad tit. de Vi bon. rapt.
c. 3. n. 4.* ex qvo textu, ut & *l. 6. ff. arb. furtim caſ.*
colligunt nonnulli, licet non ad ſingulos qvin-
qve ſolidi pervenerint, tamen ſingulos ad pœ-
nam laqvei teneri. Sed tyrannica hæc eſt de- 7.
ciſio juxta *Bachov. ad VVeſ. de furtis in fin. num. 11.*
qvia pœna laqvei eſt maximè exorbitans, & non
extendenda, & in delicto capitali qvid qvisqve
fecerit conſiderandum. *l. fin. ff. de ſicariis. Ber-
lich. p. 5. concl. 43. num. 121. Carpz. quæſt. 78.
num. 37.* qvæ ſententia procul dubio recepta in
foro, qvod ſcilicet pœna extraordinaria locum
habeat.

## ad L. Impuberem. 23.

### *SUMMARIA.*

*IMpubes qvando furtum faciat. n. 1.*
*Unde animus illius dijudicetur. 2.*
*Regulariter tamen mitius punitur. 3.*

IMpubes doli capax & pubertati proximus fur- 1.
tum facit, qvodqvando contingat merito ar-
bitrio judicis committunt communiter. *Me-
noch. l. 2. A. Q. caſ. 57. n. 44. Farin. q. 95. num. 5.
Carpz. d. q. 82. num. 7. & part. 4. Jurispr. conſt. 38.
def. 8.* Hoc autem ex moribus & reliqva vita, 2.
ex ratiocinatione, ex aliis improbe dictis aut fa-
ctis colligi poteſt. Verum uni argumento non
eſſe ſtandum, ſed plura indicia doli reqviri, recte
monet *Ant. Matth. in prolegom. tract. de Crimin.
c. 2. n. 2.* ubi duo exempla recenſet. Sed de pœ- 3.
na criminali regulariter aliâ mitiori pœnâ ple-
ctuntur, qvam adulti, juxta circumſtantiam æta-
tis, doli, & ipſius furti, per *art. crim. 164.* de qvo
*Carpz. d. q. 82. n. 10. ſeq.*

## ad L. Verum eſt. 25.

REi immobilis non datur furtum, de qvo *Mo-
lin. d. tr. 2. diſp. 694.* ſed hic additur, con-
dictionem tamen dari, qvod *Gloſſa* rectè expli-
cat de Triticiaria, per qvam ſive Dominium ſive
Poſſeſſio condici poteſt. *l. 2. ff. de Tritic. condict.
& ibi Dd.*

## ad L. Qvi Tabulas. 27.

### *SUMMARIA:*

*ETauferens & delens inſtrumenta furti tenetur.*

INſtrumentorum & Apocharum furtum fieri
poteſt, ubi duplatur non tantum pretium ma-
teriæ, ſed ipſius debiti comprehenſi, ſi aliunde
probari non poſſit, per *h. l. in pr. & §. 2.* Imò il-
le etiam furti tenetur, qvi non amovit, ſed tan-
tum delevit, per *§ ult.* qvod intelligendum ita,
ſi deletio tendat ad commodum delentis. *Tuſchus
concl. 552. n. 12. lit. F. Farin. qv. 178. n. 20.*

## ad L. Tutor. 33.

### *SUMMARIA.*

*TUtor furtum committere poteſt in rebus pupilli. n. 1.*
*Diſtingvitur tamen. 2.*

TUtor licet adminiſtrationem rerum pupilla-
rium habeat, furtum tamen poteſt commit- 1.
tere, & furti tenetur, *hic & l. 2. ff. de Tutel. & rat.
diſtr.* Licet contrarium dicatur in *l. 55. § 1. ff. de
admini. Tut.* Non improbabilis eſt diſtinctio Lo-
petii, qvam laudat *Molin. d. diſput. 681. numer. 13.* 2.

Aut

aut vere conſtat animo furandi eum abſtuliſſe, & tum datur actio furti; aut præſumitur tantum dolus, & tunc datur actio de rationibus diſtrahendis; aut non eſt ſufficiens præſumtio, & tenetur actione tutelæ.

## ad L. Is qvi opem. 34. & ſeq.

*SUMMARIUM.*

*Auxillator furis an pro manifeſto fure habendus.*

AUxillator furis tenetur furti, ſed licet deprehendatur, pro manifeſto tamen fure non habetur, nec in qvadruplum tenetur, qvia illa diſtinctio in fure tantum recepta; niſi auxillator ſimul cum re abrepta deprehendatur, vid. *Dn. Thabor Racem. 2. th. 19. & 20.*

## ad L. Falſus creditor. 43.

*SUMMARIUM.*

*Falſo ſe creditorem profitens, ſi ſolutionem accipiat, furtum committit. n. 1.*

*Alienum lucri faciendi cauſa tollens, fur eſt [illegible]. 2.*

*Quod limitatur. 3. 4.*

*Inventor dominum ignorans rem inventam [illegible] tradere domino [illegible] publice ſignificare tenetur. 5.*

*Quid ſi dominus non reperiatur, an ad inventorem pertineat res inventa. 6.*

*Pœna inventoris rem inventam ſi [illegible] arbitraria eſt. 7.*

*Inventionis præmium [illegible]. 8.*

*Qui jacta ex navi ſuſtulit, quatenus furti teneatur. 9.*

1. SI qvis ſimulet ſe creditorem, & ad ſolvendum inducat, ſciens ſibi nihil deberi, & pecuniam lucrandi animo acceperit, furtum committit, & condictione furtiva tenetur, *hic & l. 18. de condict. furt. & l. 38. §. 1. de ſolut. Dn. Thabor in racemis ad h. l. Dn. Lauterbach. ad tit. ff. de condict. indeb. th. 17.*
2. Qvi alienum qvid jacens lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, ſive ſciat cujus ſit, ſive ignoret, *§. 4. h. l.* nam ſi qvid inveniſti, & non reddidiſti, rapuiſti. *cap. Si qvid. cauſ. 14. qu. 5.*
3. Exceptio hic additur duplex, niſi à Domino pro derelicta habita, licet ego habeam animum furandi; cui ſimilis eſt ille caſus, ſi probabilis conjectura, rem illam nullius fuiſſe.
4. *Covarr. in c. peccatum. p. 2. §. 1. num. 1.* (2) Exceptio, ſi inveniens probabiliter rem pro derelicta habeat, licet non ſit derelicta. *Farin. q. 168. num. 68.*
5. Si autem inventor ignoret dominum, poteſt libellum publicè proponere, ſuiſſe res inventas & reddendas eſſe Domino, ſi qvis qvalitatem rei deſcribere poſſit, ut ita oſtendat animum furandi ſe non habuiſſe. *§. 8. h. t. Farin. d. q. 168. n. 84. & ſeq. Dn. Thabor de furtis racem. 2. th. 36.*
6. Sed ſi Dominus non reperiatur, pauperibus diſtribuendam rem volunt, *cap. fin. cauſ. 14. q. 5. arg. Auth. Omnes peregrini. C. Commun. de ſucceſſ. Molin. tract. 2. diſp. 53. n. 7. Covarr. d. l. num. 2. & Gomez. tom. 3. reſol. c. 5. n. 2.* Electionem tamen providentia Divina datam putarem inventori, cui pauperi ſolit tradere licet *Klock. conſ. 47. num. 12. vol. 1.* Epiſcopo rem tradendam eſſe dicens, qvod ſi verum, vix bona conſcientia ſibi ſoli retinere poteſt inventor, licet pauper ſit, ut putat *Weſenb. num. 10. h. t.* pauper autem definietur, qui qværendo victui par non eſt. Sed *Bachovius* putat rem tanqvam derelictam poſſe retineri à qvovis inventore: ſed, qvod non oſtendatur Dominus, non præſumendum pro derelicta rem eſſe habitam, maximè ſi pretioſa, & non poſſet retineri, niſi uſucapta. *Dn. Thabor racem. 2. th. 36.*
Pœna autem inventoris & retinentis eſt arbitraria, gravior, ſi interrogatus negaverit ſe reperiſſe. *Carpz. q. 86. n. 11. & ſeqq.* Sanè inven- 7.
tionis præmia probè non petuntur. *§. 8. h. t.* niſi 8.
res ſit invenienda & opera impendenda. *Farin. q. 168. num. 70.* Qvi jacta ex navi ſuſtulit, furti 9.
tenetur, ſi Dominus commercium ſpem habuit ea ſe recuperaturum. *§. 11. h. l.* qvod ex loci qvalitate dijudicandum, ne obſtet *l. 2. §. ult. ad L. Rhod. Bach. vol. 2. diſp. 20. th. 3. lit. G.* In medio mari ſi jactus fiat, præſumitur animus pro derelicto habendi. *Menoch. lib. 3. præſumt. 30. num. 18.* ubi cum aliis vocem (plerumqve) pro (interdum) accipit. Et ſi res projectæ tales ſint, qvæ præſumuntur ſtatim perituræ, cum *Dn. Habnio, Dn. Johan. Philippus in uſu pract. Inſt. lib. 2. Ecloga 21. num. 9.* Sanè ſi in littore invenit, poteſt ſine furto accipere res, ſi non ſciat in proximo loco factum eſſe naufragium, aut jactum, ſed ſi viderit naufragium, aut audiverit, & tamen res accipiat, furtum committit. *Menoch. d. l. in fine.*

## ad L. Inter omnes. 46.

*SUMMARIUM.*

*QVi putavit invito domino ſe non contrectare, qvibus caſibus non teneatur actione furti. num. 1. 2.*

IS qvi putavit invito Domino ſe non contre- 1.
ctare, non tenetur furti actione *§. 7. & 5. h. l.* Hoc limitant Doctores, qvando credulitas eſt ſaltem probabilis, v. gr. qvando dominus magna illi familiaritate junctus, qvam aliasqve conjecturas refert, & arbitrio judicis permittit *Menoch. l. 2. A. Q. caſu 298. & Farin. q. 174. n. 142.*
Qvamvis alii diſtinguant; utrum ab initio res 2.
ignaro Domino ſit ſubrepta malitioſè, an verò initio ſit commodata &c. *Farin. d. l. num. 105.* Sed hoc ipſum principium poteſt eſſe cauſa probabilis credulitatis. Sic qvi rem commodatam vel depoſitam ad alium uſum adhibet, non tenetur actione furti, ſi crediderit Dominum permiſſurum, etiam ſi ſit in culpâ, credendo id, qvod credere non debebat. Et ſic nec actio depoſiti, qvæ dolum reqvirit, datur, ſed actio commodati omninò datur, qvia hæc ob culpam datur, ſed actio furti non. *Farin. d. q. num. 105. per l. 76. ff. h. l. & ibi not.*

## ad L. Qui vas. 48.

*SUMMARIA.*

*AN rem furtivam reſtituens, vel ſi aliàs res furtiva ad dominum pervenerit, non liberetur actione furti. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*Hiſce caſibus pœna tamen capitalis locum non habet. 3.*
*Qui furem novit & iſtum non indicat, fur non eſt. 4.*
*Jure Civili nemo obligatur furem indicare, ſecus J. Canon. 5.*
*Quæ requiruntur, ut furtum quis commiſiſſe cenſeatur. 6.*
*Quatenus etiam is teneatur, qui ſciente domino rem contrectavit. 7.*
*An aſſertio domini furem liberet à perſecutione criminali. 8.*

1\. EX *h. l.* princ. probant Dd. communiter, licet res furtiva ad Dominum pervenerit, nihilominus tamen furem ad duplum teneri & condemnari poſſe & licet fur reſtituat rem furtivam, nihilominus tamen conveniri poſſe actione furti, quod ultimũ tamen melius probatur per *L. Quia*
2\. *ea mente. 65. infr. h. t.* Niſi ſtatim commiſſo furto rem celeriter reſtituat. *Farin. de furt. q. 168. n. 25.*
3\. Nec pœna tamen criminalis capitalis locum habebit, licet ſemel res furtiva fuerit reſtituta. *Carpz.*
4\. *in pract. Crim. p. 2. q. 80. n. 65. ſeq.* Qui furem
5\. novit, licet non indicet, fur non eſt, §. 1. Unde probant, non teneri aliquem indicare furem Jure Civili, ſed ſecus Jure Canon. *c. 4. X. de furtis & X. vag. communib. de furtis. Maſc. concl. 834. n. 11. Roman. ſing. 794. Farin. q. 168. n. 61. Covarr. in c. peccatum. p. 2. §. 7. n. 5.* Maximè, ſi publicè admoneatur, ut indicet ſub pœna excommunicationis. Ad
6\. furtum requiri palam eſt, ut fiat vetante ſive invito domino. (2.) Clam & animo celandi: ſed quid ſi dominus ignoret, an̄e poteſt dici invitus vel vetare? Reſp. omninò. quia præſumitur in dubio Dominus contradicturus & reluctaturus, & contrarium aſſerenti incumbit probatio, ut adductis multis authoritatibus probat *Farin. q. 174. num.*
7\. *148.* Et Gloſſa hic notat, idem eſſe, ſi Dominus ſcivit, facto vero aliquo vel verbo voluntatem ſuam non declaravit. *Farin. d. l. n. 149. & ſeq.* Nam ſciens & tacens in favorabilibus conſentire præſumitur, non ita in damnoſis, per *L. pen. h. t.*
8\. Sed quæritur, An aſſertio Domini liberet furem à perſecutione criminali? (nam de actione civili certum eſt) quod affirmandum puto, ſi ea aſſertio ſit probabilis, & fide digna perſona &c. & nulla præſumtio, quod Dominus in gratiam furis mentiri velit. confer. *Farin. d. l. n. 155.*

## ad L. Furti actione. 50. in pr.

*SUMMARIA.*

*IN furti actione verum rei pretium quadruplatur vel duplatur, non quod intereſt. n. 1. quod intereſſe hic intelligatur vid. eod. n. 1.*
*Interitus rei furtivæ & tempore judicii non prodeſt furi. 2.*
*An & hoc obtineat, ſi eodem modo penes dominum res peritura fuiſſet, & quid de J. Can. dicendum. 3.*
*In æſtimatione rei, furto abreptæ, interim deterioratæ aut melioratæ, attenditur pretium pro eo tempore, quo res plurimi fuit. 4.*
*Qui furem ope & conſilio juvit quatenus teneatur. 5.*
*Verba,* Ope & Conſilio *disjunctivè accipienda ſunt. 6.*

TRia hic dicuntur, 1. quadruplandum vel duplandum eſſe verum rei pretium, non verò 1.
intereſſe, per quod intelligitur hic tantum intereſſe ſingulare & affectionis, item intereſſe extra rem. *Matthæſilanus ad l. un. n. 21. C. d. ſentent. quæ pro eo quod.* Nam alias intereſſe omnino venire probatur ex *l. 22. § fin. & l. 27. Bartin h. t.* ſcilicet cum non Dominus agit; nam hic non agit ad duplandum verum pretium, ſed tantum intereſſe. *l. 14. § 6. h. t. & l. 74. Ant. Matth. ad tit. de furtis.* 2.
*c. 4. n. 1.* Et loquitur *hæc l.* propriè de Domino ipſo agente. 2. Licet res furtiva interempta ſit tempore judicii, nihilominus furem condemnandum eſſe; Quod etiam tunc obtinet, licet eodem 3.
modo penes Dominum res peritura fuiſſet, quoad Jus Canonicum tamen & animæ judicium contrarium videtur, *Covarr. in c. peccatum. d. R. J. in ſexto part. 2. §. 6. num. 2. 3.* Si res furto abrepta interim deteriorata aut meliorata fuerit, æſtima- 4.
tur pretium pro eo tempore, quo res plurimi fuit. vid. *Barb. in l. 1. Divortio. §. fin. part. 1. n. 63. ff. ſolut. matr. Covarr. d. §. 6. n. 6.* conf. *l. ex argento. ſupr. de condict. Furtiv.*

In *§. 1. & ſeqq.* agitur de eo, qui ope & con- 5.
ſilio juvat furem; nam & ille actione furti tenetur, licet non lucri, ſed inimicitiæ gratia fecerit, §. 2. modo dolo id fecerit. §. 1. & perſvaſerit, impulerit, aut modum oſtenderit, aut miniſterium præbuerit, de quo alibi fuſius. Id autem hic ob- 6.
ſervandum, verba *Ope & conſilio* disjunctivè accipienda, *l. 53. §. ult.* modo eventus ſecutus ſit. *Ant. Matth. ad l. 47. tit. 1. cap. 1. n. 10. Theſaur. ſ. 1. q. 46. & alii.*

## ad L. Si quis uxori. 52. §. 5. & 6.

*SUMMARIA.*

*INter patrem & filium an actio furti detur. n. 1.*
*Qui ex pecunia aliena, dicens ſuam eſſe, ſolvit, furtum committit. 2.*

QUæritur an inter patrem & filium detur furti 1.
actio? Reſp. quod non, ob officium pietatis. Ergo ſi filius habens peculium caſtrenſe patri quid ſurripuerit, datur patri actio ſcilicet in factum; & ſi pater filio quid è peculio caſtrenſi ſurripuerit, non tantum furtum eſt; ſed etiam furti agetur. Quod Dd. communiter de actione in factum intelligunt. *Cujac. ad l. 11. de Dolo. Fi berus l. 2. de Exiſtimat. cap. 7. num. 5. quæſt. 53.* Et hoc referens *Helliger lib. 17. cap. 4. lit. H. Farin. q. 174.*

*qv. 174. num. 101.* licet non abſurdum ſit, favore militiæ qvid ſingulare diſpoſitum eſſe in peculio caſtrenſi; ſed præſtat communem obſervare ſententiam.

2. Ad §. *16.* Dedi pecuniam, ut meo creditori
ſolveres; tu eandem tuo creditori ſolviſti, an detur actio furti qværitur? Qvod affirm. qvia definitio competit. Ex eo deducitur, qvid ſentiendum de iis, qvi ex pecunia debitoris ſolventes, creditori aſſerunt, ſe ſolvere de propriis pecuniis, & à creditore obtinent ceſſionem contra debitorem, cujus erat pecunia ſoluta. *Farin. qv. 168. num. 120.*

## ad L. Qvi injuriæ. 53.

*SUMMARIA.*

*MAleficia voluntas & propoſitum delinqventis diſtingvit. num. 1.*

*Qvibus caſibus rei propriæ furtum fieri poſſit. 2.*

1. MAleficia voluntas & propoſitum delinqventis diſtingvunt. *Menoch. conſil. 1197 num. 11. Carpz. pr. Crim. qv. 1. num 18.* Rei propriæ non fit
2. furtum, niſi alterius interſit retinere poſſeſſionem, qvod hic exemplis declaratur. v.g. Si poſſeſſor cauſam habeat, cur rem retinere debeat ob expenſas & ſimilia, ſic certum eſt, debitorem pignus creditori auferentem, furti actione teneri, qvi tamen Dominus eſt.

## ad L. Si pignore. 54.

*SUMMARIA.*

*CReditor pignore utens furtum committit n. 1.*

*Idem in commodatario uſum rei alteri concedente. 2.*

*Tenetur furti, qvi rem donandi ergò amovet. 3.*

*Qvi aliqvid donat alteri, ſibi obligationem acqvirit. 4.*

*An antidoro non ſecuto donationem revocare liceat. 5.*

*In criminalibus & contra doloſos intereſſe etiam extra rem attenditur. 6*

1. CReditor pignore utens furtum committit, de qvo *Molin. d. 535. num. 1. & Farin. qv. 169. n. 11.*
2. ubi id ampliat & limitat. Idem in commodatario, licet gratis alteri uſum rei concedat; ſpecies enim lucri eſt, ex alieno largiri & beneficio debi-
3. torem ſibi acqvirere. Unde & furti is tenetur, qvi ideò rem amovet, ut eam alii donet; imò animus lucrandi ſufficit, ſi ab alio lucrum intercipia-
4. tur. *Carpz. pr. Crim. qv. 80. num 58.* Et qvi aliqvid donat alteri, adqvirit ſibi obligationem. *Tiraq. ad l. Si unqvam. num. 17. C. de Revoc. donat. Don. l. 12. cap. 2. lit. O.* adeo ut antidoro non ſe-
5. cuto liceat donationem revocare, poſt Ripam *Joh. Cephalus conſ. 369. num 119.* in qvo ultimo tamen ſubſiſto: qvia certæ cauſæ ingratitudinis po-
6. ſitivæ expreſſæ in *l. ult. C. de Revoc. donat.* In criminalibus & contra doloſos intereſſe etiam extra rem aonſideratur. *Pinell. ad l. 1. de Bon. mat. num. 27. pag. mihi 389.*

## Ad L. Cum creditor. 55.

CUm creditor pignus occupat, non videtur furtum committere, qvia pignori ſuo incumbit, ſed id autoritate judicis fieri debebat, ideò amittit Jus pignoris ex practica *l. 13. ff. qvod metus cauſa. Farin. de furt. qv. 174. num 66.* & incidit in pœnam *legis, ſi qvis in tantam. C. unde vi. Menoch. remed. 9. recup. poſſ. num. 204. ſeq.*

## ad L. Interdum. 56.

*SUMMARIA.*

*CRriminaliter agens contra furem ſimplo exacto, ad duplum agere non poteſt. n. 1 3.*

*An, ſi pœna capitalis infligatur, hodie ſimplum exigi poſſit. 2.*

*Tutores & curatores qvo reſpectu loco domini habendi, & qvid juris illis conceſſum ratione rei furto ablata. 4.*

QUi criminaliter agit contra furem, ſi ſimplum 1.
etiam exegerit, non poteſt ad duplum agera contra furem, qvia, eligendo viam criminalis judicii, idem actione furti videtur tranſegiſſe, *Ant. Matth. de furtis cap. 4. num. 3.* & ideò hunc textum *Cujac. vol. 1. pag. 2015* ſingularem vocat. Confer. *P. Barb. ad l. 11. ſi ab hoſtibus. §. fin num. 45. & ſeq. ff. ſolut. matrim.* Hodiè. ſi pœna capitalis in- 2.
fligatur, ne ſimplum qvidem exigendum, niſi res furtiva extet, per tradita *Carpz d. qv. 80. num. 104. ſeq.* Sed de eo infra mentem meam explicabo.
Qvod ad hunc textum attinet, negatur hic tantum 3.
actio furti; nam, dum criminaliter conventus eſt, in periculum gravioris pœnæ adductus eſt: Unde remiſſa videtur actio furti; Et forte contraria Carpzovii ſententia confirmari poſſet, dum dicitur, furem hic criminaliter conventum, reſtituiſſe tamen pecuniam ſublatam, qvod ad pecuniam extantem vix reſtringendum videtur. Tutor &
curator furioſi, domini loco habentur, & ita ſu- 4.
per furto tranſigere poſſunt, & qvando res furtiva ad tutorem revertitur, qvaſi ad Dominum reverſa, furtiva eſſe deſinit, & poſſunt rem pupilli condicere §. *4. h. l.* ſed hoc, qvod dicitur, Domini loco habendum tutorem, intelligendum eſt, qvatenus adminiſtrat, non verò dilapidat. *l. fin. ff. de curat. furioſ. Montanus de tut. c. 31. effectu 1. n. 21. & ſ. Guttierez. de Tutel. c. 1. n. 16. & ſeq.*

## ad L. Si is qvi rem. 59.

*SUMMARIA.*

*AUferens rem ſuam commodatam non committit furtum. num. 1.*

*Qvod limitatur. 4.*

*Nec furtum committit is, qvi non rem ſuam, ſed rei ſua aeqvivalentem ſurripit. 2.*

*Limit. hic* Covarr. *improbatur. 5.*

QUi commodavit rem ſuam vicino, ſi eam
auferat, non committit furtum, qvia nemo 1.
in re ſua furtum committit. *Farin. de furt. qv. 174. num. 18. ſeq. Molina de J. & J. diſp. 690.* Qvod ampliant, licet non rem ſuam, ſed rei ſuæ æqvivalentem ſurripiat. *Covarr. l. 1. reſol. cap. 2. n. 15.* Ubi id

limitat, ſi copia judicis haberi non potuit; Ergò
ſi copia judicis haberi potuit, erit furtum? qvod
non puto velle *Farin.* qvia lucri ibi nulla intentio,
ſed illa limitatio eò pertinet, ut ex *L. Exſtat* non
teneatur per ea, qvæ tradit *Fariu. qv. 175. num. 138.*
Nam ad id, ut inculpabilis talis compenſatio ſit,
reqvirunt Canoniſtæ 1. ut debitum ſit liqvidum, &
2. petendo à parte vel agendo coram judice non
ſperet ſe recuperaturum. 3. Exinde non metuat
ſcandalum. 4. ut fiat in re ejusdem generis. *Soto*
4 *de J. & J. lib. 5. Art. 3. qv. 3. & Molin. diſp. 619.* Li-
mitatur autem prius hic notabiliter, niſi commo-
datarius propter expenſas cauſam retinendæ rei
haberet. *Farin. d. l. num. 22.*

## ad L. Si ſervus. 61.

### *SUMMARIA.*

*EX mandato alterius ement certum ſervum, an ſi ſervus emtus ipſi furtum faciat, contra mandantem poſſit agere ad reſtituendum damnũ.*

TItius mihi mandavit, ut Stichum ſervum ipſi emerem (nam aliud, ſi in genere ſervum emere me rogaſſet) hic mihi furtum fecit, qværitur, an mandans mihi teneatur damnum reſtituere, pone verò Titium Stichi vitia ignoraſſe. Sed aſſirmatur hic, *in* §. 5. qvia æqvius eſt culpam mandanti potius nocere, & officium mihi damnoſum eſſe non debet; qvam regulam ex hoc etiam textu ſolent allegare. *Menoch. conſ. 58. num 61. Barb. locuplet. l. 13. c. 18. ax. 13* confer. *hic Dn. Thabor in racemat. & Franzk. ad tit. Mandati. num. 87. & ad eundem tit. Lanterbach. §. 3 th. 3.*

## ad L. Non poterit. 63.

### *SUMMARIA.*

*JUdex non poteſt efficere, ut reum furti non ſeqvatur infamia. num. 1.*

*An hoc extendendum ad eam ſpeciem, qvando commodatarius aliter utitur vel etiam depoſitarius. 2.*

1. JUdex non poteſt efficere, ut reum furti non ſe-
qvatur infamia. Hottenda lex & bene notanda.
2. Non putarim tamen id obtinere in eâ ſpecie,
qvando commodatarius aliter utitur vel depoſitarius. vid. *Covarr. var. reſol. l. 3. cap. 15. num 8. Farin. q. 167. num. 16.* Sanè gravitate pœnæ poſſit fama reſervari; nam poteſt aliam pœnam in locum infamiæ ſubſtituere. *Donell. lib. 18. c. 8. lit. D.* vel ſi judex ſine ſententia transactionem perſvadeat. Officium judicis in reſervanda fama hodie latius ſe extendit in foro. Famæ jactura gravis eſt, ob ſtatuta Collegiorum.

## ad L. à Titio. 64.

### *SUMMARIUM.*

*SErvus legatus, ſi nondum hæreditate aditâ heredi furtum faciat, an hæres hujus furti cauſa contra legatarium agere poſſit.*

SErvus mihi legatus ut traderetur ab hærede, cui nondum adita hæreditate ſervus furtum fecit, an hujus furti cauſa contra me agere poteſt hæres? videtur qvod non, qvia dominium incipit ab adita hæreditate, per *l. 86. §. 2. de legat. 1.* Sed contrarium hic reſpondetur, qvod legatum recta via ab eo, qvi legavit ad eum, cui legatum eſt, transeat, ideoq; Dd. hanc legem de ficta tranſitione intelligunt, & *L. 86. verò* de vera. *Covarr. in c. Raynaldus X. de teſtam. §. 1. num. 1. Molina de J. & J. tr. 2. d. 3. num. 18. caſu 310.* Conf. *Donell. l. 8. cap. 18. lit. D.*

## ad L. Qvi ea mente. 65.

### *SUMMARIA.*

*SPontanea rei furtivæ oblatio non liberat ab actione furti. n. 1.*

*Qvod hodie ratione pœna ordinaria ſecus. 5.*

*Licet fur effractis foribus violenter intravit. 6.*

*An etiam hoc obtineat, ſi fur partem obtulit, reliqvum in futurum ſoluturus. 7.*

*Delictorum pœna non tolluntur pœnitentiâ, ſive civis ſive criminales. 2.*

*In qvibus exceptio hic locum habeat. vid. n. 3. 4.*

*Mitigatio pœnarum qvatenus concedenda ob ſeriam pœnitentiam 8.*

POenitentia atqve ſpontanea reſtitutio non li- 1.
berat ab actione furti *l. 54. §. 3. h. t.* Et ideò 2.
regula poteſt formari, qvod delictorum pœnæ
non tollantur pœnitentia, neqve pœnæ civiles
neqve criminales. *Farin. q. 81. c. 5. num. 173. Clarus lib. 5. §. fin. q. 60. num. 34.* licet regulam con-
trariam faciat *Finckelth. obſ. 71.* Excipit *Ant. Matth.* 3.
*ad l. 47. tit. 13. c. 2. num. 3.* (1.) Stellionatum (2.)
inceſtas nuptias, juxta *l. 39. §. 5. ff. de Adult.* (3) falſi
crimen à tutore contractis vectigalibus commiſſum. *L. 1. C. ne tutor. vectig.* & qvi judicem corrupit, & in deſertore. *l. 5. §. 5. de re militari*, Item in *L. 13. ff. de jure fiſci.* & *l. un. de his qvi ſe deferunt. cap. 11. cauſ. 12. q. 1. & ſim.* Sanè *l. 19. de falſis* ad imperfectum crimen refertur. Diffidationis crimen etiam excipit *Carpz pag. 4. Juriſpr. conſt. 16. def. 1.* Ad alia exempla reſpondet *Dn. Thabor de furt. racemat. 27. ubi ad l. 11. de in jus voc.* reſpon-
det, qvod loqvatur de facto ſuâ naturâ nõ probro- 4.
ſo; *ad l. 14. §. 1. ff. qvod met. cauſ.* reſponderi poteſt, qvod illud exemplum poſſit addi exceptionibus ab *Ant. Matth.* recenſitis, præſertim tùm vim faciens ſæpe ex errore potius, licet juris, qvam do-
lo vero delinqvat &c. Sanè in pœna furti ſtatura- 5.
ria ſc. laqveo, verius eſt, ſpontaneam obligationem rei furtivæ liberare furem à laqvei pœnâ. 1. qvia res in integrum reſtitui poteſt, & ideò hoc non facit pœnitentia ſola, ſed & rei reſtitutio. 2. pœna iſta, ut ſæpe dixi, eſt multum exorbitans, & 3. accedit argumentum ex *art. 160. conſt. Carol.* & hoc receptum eſſe conſvetudine teſtatur *Dn. Carpzov. pr. Crim. qv. 80. num. 66.*
Idem putarem dicendum de fure, qvi januis 6.
effractis violenter intravit. Et hoc extendit 7.
*Carpz.* ad eum, qvi partem obtulit, reliqvum in
futu-

futurum ſoluturus, hoc fateor, ſi pœna eſt extraordinaria, omninò mitius agendum eſſe, qvando qvis ſponte fatetur, & ſic concedere poſſum ea, qvæ habet *Finckel. lib. obſ. 71.* qvi *n. 12.* plures pro ſe
8. citat. Sanè ob ſeriam pœnitentiam pœnam ordinariam, ſi id juri divino non ſit contrarium temperari poſſe, patet ex traditis *Tiraq. de pœnis mitigandis qv. 60. Heig. pag. 2. qv. 32 num. 22. Farin. q. 124. num. 120. Carpz. pag. 2. deciſ. 185. in fine.*

## ad L. Inficiando. 67.

SOla inficiatio rei depoſitæ non facit furtum, niſi contrectatio ſeqvatur, & motio de loco uno in alium; *Anton. Matth. de furtis. c. 1. n. 4.*

## Ad L. Hereditariæ. 68.

*SUMMARIUM*

*Hereditaria rei an furtum committatur.*

HEreditariæ rei furtum non committitur, qvia jacens hæreditas non poſſidetur, licet enim hæreditas Domini loco habeatur, fictiones tamen ad ea, qvæ facti ſunt, pertinent, & furtum reqvirit diſſenſum Domini. *Hill, ad Don. l. 15 c. 29. lit. H.* atqve ita nemini niſi invito fieri poteſt furtum, qvod adeò generaliter intelligunt Dd. ut ne qvidem ſtatutum, pœnam furti dictitans, de hoc furto ſit intelligendum. *Dd. cit Far. d. q. 174. n. 121. & Men. lib. 2. A. Q. caſu 300. num. 6. & Carpz. de furt. quæſt. 83. n. 75. ſeq.*

## ad *L.* Si is cui commodata. 71.

FUrti actione extingvitur commodat actio; Per furti actionem autem condictionem furtivam intelligendam probat *Donell. l 21. c. 3. lit. P.* ubi Hill. *lit. P.* id magno conſenſu tradi affirmat, ubi Dd. allegatos vide. In §. 1. de intereſſe agitur, an ſcilicet intereſſe lucri ceſſantis in furto conſideretur? qvod negatur, de qvo *Don. lib. 26. cap. 22.*

## ad L. Furtivam. 74.

SI bonæ fidei poſſeſſori res ſubtracta ſit, poteſt bonæ fidei poſſeſſor, & verus Dominus ſimul furti agere, ut præſtetur illi duplex ejus qvod intereſt; huic duplum veri pretii. *Franzkius lib. 2. reſ. 9. n. 59.*

## ad L. Qvi re ſibi. 76.

*SUMMARIA.*

*RE ſibi commodata vel depoſita aliter utens furti tenetur. n. 1.*

*Qvod limitatur. 2.*

*Qvo caſu non tenetur actione depoſiti, ſed commodati. 3.*

*Qvid ſi conſtante tacito conſenſu domini res interierit, & rei uſus ad hoc occaſionem præbuerit, an teneatur commodatarius ad reſtitutionem damni. 4.*

1. QVi re ſibi commodata vel depoſita aliter utitur, furtum committit. *L. Qvi juramenta. 40. ſupr. h. t.* Niſi ex probabili cauſa exiſtimet
2. permiſſurum Dominum; & ſic ſe non invito Domino facere, qvia hic nullus dolus eſt, qvi in furto reqviritur, *hic & L. 46. §. 7. h. t.* Nec igitur 3.
actione depoſiti tenetur, benè tamen actione commodati, per *h. l.* Et qvidem ſi rei uſus occaſio 4.
fuerit interitus rei, & de voluntate Domini conſtaret, qvod fuerit permiſſurus, in neutro foro commodatarius ad reſtitutionem damni tenetur, bene tamen ſi Dominus non erat permiſſurus, ita *Mol de J. & J. diſp. 295. num. 5. & Cov. lib. 3. reſol. cap. 15. num. fin. Farin. qv. 174. part. 4.*

## ad L. Ob pecuniam. 81.

QVi civitatis municipalis pecuniam ſubripit, de furto tenetur, non de peculatu. Vide varias interpretationes apud *Hill. l. 15. cap 29. lit. H. Gœdd. ad l. 17. num. 17. ff de V. S. & Dn. Tabor, racem. 2. th. 33. Duar. l. 1. diſp. cap. 26. Petr. Gregor. lib. 31. ſyntagm. cap. 19. num. 1. Theſaur. lib. 1. q. 80. num. 30.* Aliqvi manum hic adhibent, ut *Alc. l. 1. diſpunct. cap. 5.*

## ad L. Fullo. 82. §. Qvi Tabulas. 3.

*SUMMARIA.*

*SI tabulæ ſurreptæ ſint cancellatæ, ad quid fur teneatur. num. 1.*

*Cancellatio inſtrumenti probat ſolutionem, qvando apud creditorem vel debitorem reperitur. 2.*

SI tabulæ ſurreptæ ſint cancellatæ, fur poteſt 1.
condemnari in id, qvanti intereſt creditoris, tabulas cancellatas non ſurripi, qvod ex eis aliqvando calumniante debitore, & indebitum ſolutum eſſe contendente, debitum ſolutum eſſe comprobari poſſit. *Cuj. ad h. l. tom. 1. pag. 446.* Nota, 2.
qvod in *h. §* dicitur, cancellationem inſtrumenti probare ſolutionem, qvando apud creditorem vel debitorem reperitur. *Menoch. lib. 3. præſ. 141. per tot. Maſc. concl. 256. num. 10. Franciſc. Viv. deciſ. 45. per tot.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*FUrtum non impediens cum poſſet, rectè furti agere poteſt. num. 1.*

*Non tenetur actione furti, qvi furtum non impedit. 2.*

QVi ſcit ſibi furtum fieri & non impedit, cum 1.
poſſet impedire, omnino furti agit; forte enim ex timore, pudore vel reverentia non impedit. Ex qvo aliisqve argumentis probat *Ant. Matthæi in pr. pro legem. cap. 1. num. 15.* Neminem 2.
actione furti teneri, qvi non impediit furtum. conf. not. *ſupra ad l. 40. §. 3. Clarus §. fin. qv. 87. n. 3. Menoch. l. 2. arb. quæſt. caſu 325. n. 2. & alii.*

## Ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*DE crimine furti graviori etiam criminaliter agi poteſt. num. 1.*

*Gravius furtum quot modis dicatur. 2.*

*Fur criminaliter condemnatus tenetur etiam ad reſtitutionem rei furtivæ. 3.*

*An etiam ad æſtimationem rei furtivæ. 4.*

*Hujus l. fin. uſus hodiernus explicatur. 5.*

1. DE furto non tantum civiliter, ſed etiam criminaliter agi poteſt, ſi crimen ſit gravius. *Farin. qv. 165. num. 24.* Gravius autem furtum dici poteſt abſolutè (1.) ob qvantitatem. (2.) Ob qvalitatem perſonæ, ſi Eccleſiæ, ſi pauperi, ſi viduæ. (3.) ob modum, ſi per ſcalam adſcenderit, aut effractione uſus. (4.) ſi in domo factum. (5.) ſi noctu. *lib. 6. pr. ff. de peculat.* (6.) ſi tertia vice repetitum &c. *Farin. de furtis. qv. 165. num. 15.*
2. *& ſeqq. Ant. Matth. ad lib 47. tit. 1. cap. 1.* Et qvando criminaliter fur condemnatur, poteſt etiam reſtitutio rei furtivæ injungi. *Farin qv 165. num. 29.*
3. Qvod etiam intelligo de rei furtivæ abſumtæ æſtimatione; nam nullibi dicitur, actioni Civili ad intereſſe præjudicare criminalem perſecutionem, & nulla hic crudelitas ſupplicio Reipubl. reſtitutione rei æſtimatæ læſo. ſatisfacere. Et non eſt crudele, ſi furis ſuſpenſi hæredes ex alio debito conveniantur, cur crudele ſit, & hoc æs alienum exſolvere? Licet contrarium velit *Carpz. pr. Crim. qv. 8. num. 110. & ſeqq.* Sed hoc 4. concedo, qvando criminaliter punitur fur, non poteſt agi ad qvadruplum, nec duplum, per § .6. *h. t.* qvia hæc datur etiam ad vindictam: duæ autem actiones ad vindictam non concurrunt. *Farin. q. 7. num. 18.* Eſt autem pœna furti ante 5. conſtitutionem Carol. arbitraria, *Farin. qv. 67. num. 6.* Sed dicat aliqvis hujus legis fin. nullam hodiè eſſe utilitatem, cum factum ſit qvaſi publicum crimen. Sed reſp. furta ſunt, qvæ hodiè publicis legibus non vindicantur, ut ſi debitor furtum recipiat pignus, hoc non fuit factum crimen publicum, ob circumſtantias tamen poteſt puniri, *Mev pag. 4. dec. 245.*

# TITULUS III.

# De tigno juncto.

## ad L. Lex 1.

### SUMMARIA.

*ACtio de tigno ad qvid detur num. 1.*
*Actio hac ad duplum datur, etiam contra ædificantem h. ſ. 2.*
*Sed, ſi tignum ſit furtivum. 3.*
*Actio tigni juncti vel pure pœnalis eſt, vel mixta. 4.*
*Actio realis ad qvid hoc caſu detur. 5.*
*Si tignum alius furto ſurripuit, alius mala fide junxit qvalis contra ſingulos detur actio. 6.*

1. TIgnum i. e. materia ad ædificandum neceſſaria, lapides, tegulæ, cæmenta & ſimilia, ut & in vineis pedamenta, ſi ſurrepta fuerint furto, non poſſunt repeti, ut ſeparentur; ſed ut æſtimatio eorum præſtetur, qvaſi poſſidere dolo fur deſierit; nam Reipubl. intereſt, ædificia ſarta tecta conſervari. *Carpzov pag. 1. cap. 28.*
2. *def. 107. num. 7.* Sed actio ad duplum de tigno furtivo contra eum, qvi bonâ fide etiam de aliena materia ædificat, datur ex generalitate hujus textus, & *lib. 23. §. 6. de R. D. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th 6. lit. A Gædd. ad l. 62. num. 8. de V. S.*
3. Et hoc de actione in duplum omnino certum eſt, non niſi de tigno furtivo eam dari, licet prohibitio ſolutionis tigni ſit generalior, per *l. 63. de donat. inter Vir. & Ux. l. 1. h. t. Dn. Thabor. in racemat. ad h. t. th. 11. Gæddeus ad l. 62. num. 8 de V. S.* Dn. Thabor *d. l. th. 17.* has rationes recenſet (1.) qvia hæc actio ex *l. 12. Tabb.* antiqvior eſt actione furti Prætoria. (2.) favor ædificiorum. (3.) odium negligentiæ ædificatorum. (4.) ut aſperi- 4. tas denegatæ ſolutionis ob reſpectum civilem alio modo recompenſaretur. Actio hæc vel meram pœnam continet, ut ſi detur contra mala fide jungentem, vel mixta eſt, qvæ datur etiam contra bona fide jungentem; ſed ſi tignum furtivum; vel ad ſolam æſtimationem, ſi eſt non furtivum tignum, ſed alienum tamen, & in bona fide jungens, & de hoc caſu intelligenda *l. 98. §. ult. ff de ſolut. Donell. lib. 4. cap. 33. & ibi Hill. lit. B.* conf. tamen *Dn. Thabor. in racemat. ad h. t. num. 22.* 5.
Aliter ergo actione reali agi poteſt durante ædificio contra eum, qvi mala fide junxit, & eum, qvi bona fide junxit. Nam contra hunc datur ad veram æſtimationem, per *l. 68. §. fin. ff. de ſolut.* contra illum verò, qvanti in litem juraverit actor, qvia reus dolo deſiit tignum poſſidere. Idem 6. *num. 26.* rectè dicit, ſi tignum furtivum alius ſurripuit, alius mala fide junxit, tunc illum tantum furti actione pœnali pura, hunc autem tam actione tigni juncti pœnali mixta, qvam actione pœnali pura teneri; qvi videri poteſt *tota illa racematione h. t.* qvippe ſolide & accurate hanc materiam perſcripſit.

# TITULUS IV.

# Si is, qvi Teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem Domini ante aditam hereditariam ſurripuiſſe aut corrupiſſe qvid dicetur.

## ad Rubricam.

RUbricam hanc de damno dato etiam intelligendam eſſe, verba ipſa docent, & verba Edicti ſunt generalia, & textus generales *1. §. 7. & 9.* Ergo non de furto tantum, ſed & damno culpoſo actio intelligenda. *Dn. Thabor in racemat. ad h. t. th. 3.*

## ad L. Si dolo. 1. §. 1.

### SUMMARIA.

*COntra ſervos teſtamento manumiſſos, ſi ex hereditate qvid ſurripuerint, qva detur actio. n. 1.*

Qvi

*Qvi peccant ſpe venia, magis delinqvunt aliis.* 2.
*Privilegia non poſſunt allegari ab eo, qvi intuitu privilegis delinqvit.* 3.
*Latam culpam etiam in pœnalibus dolo æqviparari colligitur.* 4.
*Omnem pœnam non effugit, qvi per latam culpam deliqvit, licet ordinaria locum non habeat.* 5.
*Qvod non extenditur ad hujus delicti perſecutionem.* 6.
*Actionem ſubſidiariam non habere locum colligitur, ubi ordinaria datur.* 7.
*Qvod limitatur.* 8.
*Actio à prætore alteri ſubſtituta, in omnibus cauſis in qvibus principalis actio locum habet, ſubſtituta videtur.* 9.
*Qvod limitatur. num.* 10.
*Hereditati aliqvid ſurripiens furtũ non committit.* 11

1. COntra ſervum liberum eſſe juſſum, qvi ante aditam hæreditatem furatus qvid fuerat, jure Civili nulla datur actio, ſed jure Prætorio utilis in factum, intra annum in duplum datur actio, ne
2. ſpe impunitatis impunè delinqvat. Exempla duo ſimilia allegat hic *Bart.* Aliud *in c. fin. X. de Immunit. Eccleſ.* Qvi peccant ſpe veniæ, magis delinqvunt aliis. *Panorm. in d. c. fin. num. 2. & Covarr. l. 2. reſol. cap. 20. num. 15. Clarus §. fin. qv. 30.*
3. *num. 15.* Inferri etiam poſſet, privilegia non poſſe allegari ab eo, qvi intuitu privilegii delinqvit. *Enenkel. Baro in tr. de privil. l. 2. c. 6. num. 10.*
4. Ex §. 2. Colligitur, latam culpam etiam in pœnalibus æqviparari dolo. De qvo *Bach. in Tr. vol. 2. disp. 9. th. 4. lit. G.* Imò in criminalibus 5.
is, qvi per culpam latam delinqvit, non ſolet effugere omnem pœnam, licet ordinaria locum non habeat. *Carpz. pr. crim. qv. 27.* qvod tamen ad hu- 6.
jus delicti extraordinariam perſecutionem extendendum non eſſe, rectè vult *Dn. Thabor. in racemat. ad h. t. num. 7.* Ex eodem §. 2. *in fin.* colligunt 7.
*Bartol. & Dd.* actionem ſubſidiariam non habere locum, ubi ordinaria datur *hic & l. in cauſa 16. pr. ff. de minor.* Si præſertim ſupplendi Juris com- 8.
munis cauſa extraordinarium remedium ſit inventum, & ordinario non ſit utilius. *Odd. de reſtit. in integr. qv. 17. art. 2. Carpz. pag 2. Juriſpr. C. 11. def. 34. num. 8 Hill. l. 21. cap. 11 lit. R. Kloek. vol. 1. conſ. 37. num. 132.*

Ex §. 9. colligunt, actionem à Prætore alteri 9.
ſubſtitutam in omnibus cauſis, in qvibus principalis actio locum habet, ſubſtitutam & ſurrogatam videri. Qvod variè hic limitat *Bart.* Præſertim verò regula fallit, qvando actio ſurrogata diverſos habet effectus, aliamqve naturam. *vid. Hill. l. 19. ad Don. cap. 4. lit. YY.* Qvæ ad explicationem materiæ hujus pertinent, peti poſſunt ex *Dn. Thabore d. l*

Ex §. 15. dicitur, hæreditati qvidem aliqvid 11.
ſurripi poſſe, ſed, cum nemo poſſideat, non committitur furtum qvia hoc qvaſi eſt poſſeſſionis interverſio. Hæreditas qvidem ut Domina conſiderari poteſt, ſed non poteſt conſiderari ut poſſeſſor. Domina igitur eſt ſine poſſeſſione. *Dn Thabor ad h. t. th. 13. conf. Hill. 15. cap. 29. lit. H.*

# TITULUS V.

## Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios.

### ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*CAupo vel exercitor navis tenentur ob furtum commiſſum ab iis, qvi in eorum familia ſunt. num 1. 3.*
*Reſpondetur ad* l. 1. in f. & l 2. Naut. Caup. &c. 2.
*N. 1. reſtringitur.* 4.
*Qvibus caſibus ceſſet hæc actio.* 5.
*Formula libellandi h. act. ſubjicitur. num.* 6.

1. EX furto unius ex familia cauponis vel magiſtri navis, tenetur caupo, vel exercitor navis in duplum. Ratio eſt, qvia factum eorum præſtare debet, & poteſt eos pro lubitu eligere ſibi, ſed viatores ſibi non eligit, nec eorum factum præ-
2. ſtat. Sed obſtare videtur *l. 1. in fin. & l. 2. ſupr Naut. caupon.* &c Verùm ibi de actione ex contractu ſermo eſt, & agitur in ſimplum, hic de actione ex qvaſi delicto, ubi id duplum agitur. *Dn. Thabor. ad h. t. th. 18. Pac. cent. 7. qv. 57. Harpr. ad §. 3. Inſt. de oblig. ex qs delict.* & conf. *Boſſius in pract. Crim. ſub h. t. p 357.* Tenetur autem ex delicto liberorum ho-
3. minum vel alienorum ſervorum; nam ſtatuere de eo debuiſſet, qvalis eſſet, *hac l. un. §. 5.* ſed ſervum ſemel emtum rejicere non licet vid. *Dn. Thabor. ad h. t. in racemat. th. 17.* Tenetur autem 4.
tunc, ſi liber homo deliqvit in eo negotio, cui ab hæro fuit præfectus, & in eligendis miniſteriis negligens fuit. *L. 1. § pen. ff. de public. juncta l. 27. §. 9. ad L. Aqvil.* nam aliàs non tenetur herus pro liberâ perſonâ. *L. pen. §. ult. de furtis. Petr. Barboſ. ad l. ſi mora. 10 num. 37. ff. ſolut, matrim.* Verùm 5.
in qvibus caſibus ex qvaſi contractu non datur actio in ſuperiori titulo, v. g. ſi alii res cuſtodieodæ datæ, vel ſi dixerit caupo, ut qvilibet res ſuas cuſtodiat, in iisdem non tenetur ex qvaſi delicto caupo. de qvo *Carpz. pag. 2. C. 26. def. 10 & ſeq. Bacchov. in Treutl. vol. 1. d. 26. th. 5 lit. A & Hiltiger. l. 15. cap. 42. lit E.* Formam libellandi con- 6.
ſcribit *Dn. Thabor. ad h. t. th. 28.* qvam ſubjiciam: Ajo te mihi duplum ejus rei, qvam in navem, cauponam, ſtabulum tuum intuli, debere, qvod ipſe furripueris, vel conſilio tuo & ope res furrepta ſit, vel qvia is homo, cujus operâ uſus es, mihi furtum fecit. &c.



Digitized by Google

# Titulus VI.

## Si familia furtum feciſſe dicatur,

### ad L. Utilisſimum. 1.

*SUMMARIA.*

*Actio furti propter familiam in qvantum contra dominum detur. num. 1.*

*Limitationem hujus Edicti. 2.*

1. Hic habetur æqviſſima Prætoris conſtitutio. Si familia i. e. tres ad minimum ſervi furtum fecerint, vel damnum dederint, qværitur an ratione omnium ſervorum teneatur, vel omnes dedere noxæ debeat? Videtur qvod ſic, qvia, qvando plures delinqvunt, omnes in ſolidum tenentur, *L. ita vulneratus. 51. ff. ad L. Aqvil. l. 21. §. 9. & l. 76. §. 1. ff de furtis &c.* Sed temperavit id Prætor & conſtituit, ut Dominus præſtando id, qvod ſi unus furtum feciſſet, ſolvi debuiſſet, ſe liberaret, ne ſervi plures faciendo furtum evertant Domini patrimonium. Id Edictum habetur in *l. 1. princ.*

2. In §. 1. id limitatur, qvod intelligendum hoc ſit de domino neſciente, aut de ſciente qvidem, ſed impedire non valente, & ita vox ſcientiæ hic intelligenda, ut includat voluntatem non prohibendi, cum poſſet *Dn. Thabor ad h. t.* qvem ſolidè pertractat *th. 25.*

### ad *L.* Id eſt. 2.

*SUMMARIA.*

*Dominus ad qvid hac actione teneatur. num. 1.*

*Qvod inficiatione creſcit. 2.*

*Actio hac perpetua eſt. 3*

1. In *L. 2.* dicitur, qvid Dominus pro familia dare debeat. Reſp. qvod alius redderet liber homo, qvi furtum commiſit, ſcil. duplum per actionem furti, & ſimplum per condictionem furtivam. *Domin. Thabor. d. l. th. 45.* ſed qvid in furto manifeſto? Qvadruplum præſtandum eſt, ut *Cujac. ad l. 2. h. t.* Et *Coll. Arg. h. t. th. 7. num. 1.* 
*qvos refert Dn. Thabor. d. l.* Et ſicut in *L. Aqvil.* lis 2.
per inficiationem creſcit. *§. 23. inſt. de Action.* ita
& hic. *Dn. Thabor. th. 48.* Et qvia hæc actio non 3.
eſt peculiaris actio, ſed adjectitia qvalitas, videtur potius perpetua eſſe ad exemplum actionis furti, qvia eſt qvalitas actionis furti, per *h. l. 2. Dn. Thabor. th. 50.*

### ad L. Familia. 5.

Circa *h. l.* conferatur explicatio *l. 9. de Noxal. action.*

### ad L. Ult

*SUMMARIA.*

*Heres, ſi plures ſint, hac actione agit pro parte hereditaria. n. 1.*

*Simpli oblatione an petitio dupli tollatur. 2.*

*Qvando hic titulus hodie uſum habere poſſit, demonſtratur. 3*

In *l. ult.* dicitur, hæredem, cui furtum factum, 1.
vel cui damnum datum (ſi plures ſint hæredes)
pro parte hæreditaria agere. *Dn. Thabor. d. l. n. 47.*
An verò ſimpli oblatione tollatur petitio dupli 2.
qvæſtionis eſt, & affirm. id hoc *tit. in tr. Weſenb.*
*notatus ob id a Dn. Thabor.* nam in *l. 54. § 3. de*
*furt.* dicitur expreſsè, qvod re recepta qvidem tollatur rei vindicatio & condictio furtiva, ſed actio furti pœnalis non, vid. *Dn. Thabor. d. l. n 54. &*
*in racem. 3. de furt. num. 26.* Sed qværerem, an 3.
non hujus materiæ eſſet uſus: Putarem in eo caſu, qvando proprii homines vel ruſtici conſilio capto furtum feciſſent, vel damnum dediſſent, poſſe hunc titulum allegari, & Dominum ſe offerre ad ſolutionem dupli & ſimpli, pro omnibus complicibus.

# Titulus VII.

## Arborum furtim cæſarum.

### ad L. Si furtim. 1.

*SUMMARIA.*

*Actio arborum furtim cæſarum concurrit cum* Act. L. Aqvil. *n. 1.*

*Harum actionum an una alteram abſumat. 2.*

1. De arboribus vel vitibus furtim cæſis datur actio in duplum ex *lib. 12 Tabb.* de qva *Menoch. lib. 2. A Q. caſ. 579. num. 2. & Berlich. pag. 5. concl. 52. num. 2.* Datur etiam actio *L. Aqvil.* ad ſimplum, à qva diſtincta eſt actio ad duplum, ut ex *l. 7. §. ult.* probat *Berlich. num. 2.* nec per actionem Aqvilianam vetus actio ex *l. 12. tabb.* abolita *Donell. lib. 21. cap. 3. lit. C. & ibi Hill.*

2. Harum autem actionum una alteram abſumit, ita ut ſi qvis una graviori egerit, & qvod magis eſt, conſecutus fuerit, reliqvis experiri non debeat; ſi vero minus ſit conſecutus, actione alia id, qvod deeſt, poteſt conſeqvi, *hic & l. 11. h. t. Cujac. l. 8. obſ. 24. Menoch. d. l. num. 3. & Berlich. num. 3.*

### ad *L.* Sciendum eſt. 2.

*SUMMARIUM.*

*Qvi arbores & maximè vites ceciderint, qvo reſpectu tanqvam latrones puniri dicantur.*

Qui arbores & maximè vites exciderint, etiam tanqvam latrones puniuntur; qvo ipſo tantùm hoc ſignificatur, poſſe eos criminaliter puniri, non qvod eadem pœna, qva latrones affligendi ſint, ſed qvod tantùm ſimilitudo inter eos ſit. *Dn. Thabor ad h. t. th. 49. Menoch. d. l. num. 4.* confer. *P. Gregor. lib. 37. Synt. cap. 6. n. 9. Carpz. q. Crim. 83. num. 19. & 24.*

ad L.

## ad *L.* Vitem. 3. §. 5.

*SUMMARIA*

1. *AN arbor areſacta hac actione continetur. n. 1.*
*Quid de Jure Saxon. Elector. vid. 2.*

ARbor etiam areſacta, cujus radices exarue-
runt, in hac actione continetur, qvod qvidem
Græci negarunt, & textum corrigere voluerunt,
2. qvos refutat *Dn. Thabor ad h. t. th. 15.* Sed aliud
fortè in foro Saxon. Electorali, ob *Conſtit. Aug.*
*pag. 4. C. 37.* unde *Carpz.* negans videtur de ſuo
foro loqvi in *pract. crim. q. 83. num. 13.*

## ad L. Cædere. 5.

*SUMMARIA.*

*USufructuario & Emphyteuta an detur hac actio num. 1.*

*Domino contra Emphhyteutam quatenus. 2.*

1. USufructuario non datur hæc actio, ſed dire-
cta, bene tamen utilis. *§. 2. & l. 3. h. l. Molina*
*d. 699. num. 12. Dn. Thabor d. th. 36. in fin.* Emphy-
teutæ autem datur ob dominium perpeptuari-
um, licet non directum, per dicta *Molin. d. l. Dn.*
2. *Thabor. d. l. num. 35.* Domino etiam contra Em-
phyteutam dari hanc actionem, ſi deterioratio
magna, tradit *Clarus §. Emphyt. n. 2. Dn. Thabor*
*d. l. num 38.*

## ad L. Si plures. 6.

*SUMMARIA.*

*AN arborem vicini, quæ in fundo noſtro radices egit, reſecare liceat, niſi auferat. n. 1.*

*Arbor non deſinit eſſe tota domi, ſi radices egerit in fundo vicini.*

*Conciliatio* l. h. cum l. 7. §. ult. ff. de A. R. D. *remiſſivè. 3.*

1. SI arbor tua radices in meum fundum egerit, an
poſſum reſecare, niſi auferas? Reſp. debere me
actione negatoria agere, non licere tibi radices in
fundum meum emiſſos poſſidere. ſed arg. *lib. 1. C.*
*de Interd.* hoc declarat *Dn. Thabor.* qvod ſi non
auferantur, poſſe me utili interdicto de arbor. cæ-
dendis agere, ne impediat, qvò minùs reſecem.
2. *Dn. Thabor d. 1. th. 23.* Additur, arborem meam
manere totam, licet radices in fundum tuum ege-
rit, imò licet radices, qvæ in meo erant areſactæ,
& ita ex ſolo tuo agro alimenta recipiat, tamen
3. meam manere hic dicitur. Sed ſcrupulum & con-
trarietatem, qvæ inter hanc & *l. 7. §. ult. de A. R.*
*D.* eſſe videtur, eximunt Dd. alibi, ut *Hill. ad Don.*
*l. 4. c. 34. lit. B.* & præcipuè *Dn. Thabor ad h. t. th.*
*24. & ſeq.* qvod aliud ſit agere, aliud porrigere &c.

## ad L. Furtim. 7. §. 1.

*SUMMARIA.*

*RAdicitus arborem evellens non tenetur hac actione. n. 1.*

*Qui tantum nocendi animo vites, arbores, evellunt, an aliis mitius puniendi. 2. 3.*

*De* conſt. Crim. Car. *hic pœna conſtituta arbitraria eſt. 4.*

SI qvis arborem, vel frutices vel vites evelle-
rit, non tenetur hac actione, qvod Autumno Gal-
lico JCto iniqvum videtur, & videntur legis ver-
ba captari, qvem citat & refutat *Dn. Thabor d. l.*
*th. 21.* Sed ſanè negari neqvit, reperiri hodiè ho- 2.
mines, qvi non animo lucrandi, ſed tantùm no-
cendi vites, plantas frutices, arbuſculas evellunt,
hi ſcil. levius tractabuntur, qvàm ſi id lucrifaci-
endi cauſa faciant; nam illo caſu major malitia
ſubeſt, ſed & leniter nimis tractarentur illi male-
feriati homines, ſi ſimplum tantum tenerentur
reſtituere ex L. Aqvilia. Ideoqve *Carpz. p. 4. C. 17.* 3.
*d. 5.* eos extraordinariè etiam Carcere ac relega-
tione poſſe puniri tradit addito præjudicio. Dice-
rem in duplum eos evulſores puniri poſſe ex hâc
actione ſi non directa, tamen utili. Id enim in
jure rarum non eſt, ut in aliqvo caſu abſolutè ne-
gari videatur actio dari, & tamen actio utilis tùm
à legibus, tùm ab Interpretibus ſuppleatur. In *Art.*
*Crim. 168.* pœna ſtatuitur arbitraria, ſed is loqvi- 4.
tur de ſylveſtribus arboribus.

## Ad L. Facienda. 8.

*SUMMARIA.*

*SI viva arbor cum lignis caſis eſt inæqualis æſtimationis, quomodo præſtatio facienda. n. 1. & 3.*

*Actio hæc mixta & perpetua eſt 2.*

SI viva arbor æſtimari poſſit 50. florennis & li- 1.
gna cæſæ 10. deductis his 10 niſi aſportaverit
delinqvens, manet 40 qvæ duplantur, & ita hæc 2.
actio eſt mixta, dum ſimplum ineſt duplo, ut ex
*l. ſeq.* probat *Cujac ad h. l. tom. 1. pag 1363.* unde
etiam perpetua eſt. *l. 7. §. ult. h. t.* Si autem aſpor- 3.
tavit, tenetur etiam actione furti pura, & præter-
ea condictione. *Bach. d. l. n. 5. & 6.* ubi in ſeq.
de foro Saxon. ut & *Coler. decis 146. Dn. Thabor.*
*d. l. th. 40. Berlich. d. l. num. 7. & ſeqq.*

## APPENDIX.
## Ad conſtitutionem Criminalem de furtis.

*SUMMARIA.*

*QVa pœna conſtituta de conſt. Car. crim. ob furtum primum non manifeſtum infra 5. ſolidos n. 1.*

*Quæ pœna locum habeat in furto manifeſto. 2.*

*Pœna furti manifeſti in quadruplum hodie non ceſſat. 3.*

*Ob furtum commiſſum cum armis vel effractione violenta ædium, aut conſcenſione per ſcalas pœna mortis irrogatur, qua differt in mariti & fœmina. 4. 9.*

*Quæ requirantur, ut ob modicum furtum pœna laquei locum habeat. 5.*

*Pro effractore non habetur, qui adulterino clavo utitur. 6.*

*Sententia illorum, qui effractoribus ſtramineorum tectorum mitiorem pœnam tribuunt, an in jure fundata cenſeatur. vid. 7.*

*Quatenus pro primo furto non violento pœna laquei dictari poſſit. 10. 11.*

*Si plures furtum commiſerint, qvatenus hic in ſingulis pœna ordinaria locum habeat. 12.*
*Duo furta non violenta nec excedentia 5. ſolidos qvomodo puniantur. 13.*
*Qvid ſi excedans illam ſummam. 14.*
*Ob furtum trinum dictatur ultimum ſupplicium. 15.*
*Tres actus conſvetudinem probare an rectè hic colligatur. 16.*
*Qvando pœna extraordinaria augeri poſſit. 17*
*Qvæ reqvirantur, ut furti impuberi pœna mortis dictari poſſit. 18.*
*Ob furtum factum bonis, qvorum hæres proximus eſt fur, irroganda pœna ex jure communi reqviſitis ad hoc collegiis ſapientum. 19.*
*An puniendus is, qui neceſſitate famis furatur eſculenta vel tales res, ex qvibus vendiſis cibus comparetur; etiam is, qvi ob nuditatem veſtes ſurripit. 20.*
*Fruges ſurripient qvomodo puniendus. 21.*
*Ob ligna furtim cæſa qvando pœna exaſperanda. 22.*
*Qvi ex ſtagno vel aqvâ clauſa piſces furatur ad exemplum alterius furis punitur 23.*
*Secus, ſi qvis furetur ex flumine privato. 24.*
*Depoſitarius rem depoſitam intervertens ut fur punitur. 25.*
*Qvod ad commodatarium & tutorem non extenditur. 26.*
*Præjudicium ſubjicitur. 27.*

1\. QVamvis *Nov. 134. c. fin. verſ. pro furto.* furem
capite puniri prohibeat, ab hoc tamen re-
ceſſum eſt per *Conſtit. Frider. de Pace tenenda*, ubi
de furto, & *conſt. crimin. Caroli. V.* Ex qvâ hæc no-
tanda (1.) qvi primum furtum nec manifeſtum
commiſit infra 5. ſolidos, id eſt Ungaricos, tene-
tur ad reſtitutionem dupli, unà cum re furtiva
aut ejus æſtimatione, vel ad pœnam carceris, &
cum reſtitutione expenſarum; qvas vel Magiſtra-
tus vel accuſator fecit in alendo fure & ſumptibus
cuſtodum. Et hæc, qvæ de pecuniis dicta, proce-
dunt, ſi ſolvendo fur, & cum præſtatione Urphe-
2\. dæ. *Art. 157.* (2.) Si ſit furtum manifeſtum, debet
pro numellis publicè exponi, & cæſus relegari,
vel ut mores noſtri habent, fuſtigari cum perpetuâ
relegatione. Excipitur, niſi honeſto loco natus, &
ſpem emendationis præbeat; nam tunc ad qva-
druplum tenebitur. Vid. *Thabor. d. l. th. 4.* & ad
reſtitutionem nihilominus tenetur vel reſpectu
habito perſonæ, ad qvadruplum poteſt conveniri.
*Art. 158.* Unde patet, pœnam furti manifeſti in
3\. qvadruplum hodiè non ceſſare. *Thab. ad d. art. th.*
4\. *12.* (3.) Si furtum cum armis vel effractione violen-
ta non arcæ ſed ædium factum. *Dn. Thabor hic th.*
*22.* aut conſcenſione per ſcalas factum, aut fur ar-
mis accinctus, qvibus obſidentem lædere poſ-
ſit, qvia talia furta ſunt periculoſa furta, gefährliche Diebe/ ob hæc furta ſive reſpectu qvanti-
tatis vir laqveo, mulier aqvis ſuffocanda, vel
membro aliqvo fur eſt mutilandus. *Art. 159.* Sed,
5\.
ut fur etiam ob modicum furtum, laqveo punia-
tur, reqviritur talis effractio, qvæ non ſit ſimplex,
ſed violenta & per inſtrumenta, ſecundùm *Carpz.*
*qv. 79. num. 19.* cujus ſententia licet non verbis, æ-
qvitati tamen videtur congrua. Conf. *Dn. Thabor.*
*ad art. 159. num. 5.* Effractio tamen horrei, ſtabuli
ſufficiet. *Dn. Thabor. d. l. num. 19.* Pro effracto- 6.
re tamen non habendum puto, qvi adulterino cla-
ve utitur. *Carpz qv. 79. num. 41.* Illa vero ſen- 7.
tentia, qvod effractoribus ſtramineorum tecto-
rum levior pœna debeatur, ut *Carpz qv. 79. n. 44.*
putat non videtur eſſe in jure fundata; nam non
ſeditioſa, ſed periculoſa effractio reqvitur, qvæ &
hic eſt. *Dn. Thab. hic num. 22.* ſed in dubio hic ſe-
qvenda mitior ſententia. Qvod attinet furem 8.
deprehenſum in furto, licet eandem pœnam defe-
rat. *Dn. Thabor ad h. art. 159.* videtur tamen iſta
ſententia durior, qvia non nocuit Domino in ef-
fectu. In mulieribus rectius ſuffocatio in aqvis 9.
obſervatur propter conſtitutionem Imperatoris;
niſi contraria conſvetudo, ut fœminæ etiam ſu-
ſpendantur, appareat. Et hæc eſt pœna levior, qvia
licet ſuffocatio ſit, tamen ſepulturæ cadaver tra-
ditur. *Carpz. qv. 78. num 73.* ſtatuit, etiam pro 10.
primo furto non violento magnæ qvantitatis poſ-
ſe pœnam laqvei dictari. Sed Imperator hoc
non dicit ſimpliciter, ſcil. primum furtum, ſi ſit 5.
aureorum vel ultra, qvod ob circumſtantias poſ-
ſit contingere, non ſimpliciter, ob qvantitatem;
ſed ſi cum qvantitate iſta circumſtantiæ adgra-
vantes concurrant v. gr. ſi damnum magnum ex-
urgat ejus, qui damnum paſſus. *Dn. Thabor hic*
*num. 8 & ſeqq.* & reſpectus habendus ad eventum.
*lib. 45. §. 1. ff. ad l. Aqvil. Dn. Thabor d. l. num. 12.*
Sed & concurrentibus circumſtantiis tutior eſt 11.
cautela, ſi qvidem ob urgentes circumſtantias ob
furtum primum pœna laqvei dictetur, ſed reſer-
vatâ mitigatione ſuperiori, ut facere Dn. Scabi-
nos Lipſienſes patet ex *Carpzov. qv. 80. num. 18.*
& ſe qvoqve ita facere refert. *Dn. Thabor ad art.*
*159. num 18.* Si autem plures furtum admiſerint, 12.
nullus horum pœna ordinaria plectetur, niſi facta
diviſione rei furtivæ æqvali, eujusqve portio ad va-
lorem qvinqve ducatorum aſcenderit, ut *arg. l.*
*fin. ff. de ſicar.* colligit *Carpzov. qv. 88. num. 37. &*
*Berlich. part. 5. concluſ. 43. num. 121. art. 160.* (5.) Si 13.
autem qvis duo furta commiſerit, in neutro vero
aliqvid effregerit, vel ſcalas admoverit, vel cum
armis rapuerit, & ambo furta conjuncta 5. ſoli-
dos non excedant, pro numellis exhibebitur vel
relegabitur, vel etiam territorii fines egredi com-
pelletur præſtita cautione. Si autem excedat il- 14.
lam ſummam, Judex circumſtantias æſtimabit, &
pœnam arbitrabitur. *Art. 161.* Sed ſi concurrant 15.
tria furta, eaqve ſint non tantum confeſſa, ſed &
probata, tunc talis fur pro famoſo habetur, & ha-
bitum furandi contraxit, & ſi mas, laqveo punitur;
ſi fœmina, aqvis ſuffocatur. *Art. 162.* licet de con-
ſvetudine Saxonica par ratio habeatur utrius-
qve

qve ſexus. *Berlich. part. 5. concl. 43. n. 37. Carpz.*
16. *pag. 4. Conſt. 38 d. 10.* Unde colligitur, tres actus
probare conſvetudinem, ſicut aſſerit *Clarus §. fur-*
*tum num. 8.* qvamvis & hic qvantitatem rerum fur-
tivarum attendendam eſſe putet *Carpz. d. qv. 78.*
*num. 80. & ſeq.* Sed hæc ſententia vix videtur hu-
ic articulo convenire, ibi, das iſt ein Verleumb-
ter Dieb/ ꝛc. einem Vergewaltiger gleich geacht.
17. (7.) Si plures circumſtantiæ concurrant, qvæ fa-
ctum aggravant, pœna etiam extraordinaria auge-
18. ri debet. *Art. 163.* (8) Pœna mortis non irrogan-
da furi impuberi, non minori 14. annis mari vel
fœminæ, niſi proximus ſit pubertati, id eſt proxi-
mus perfecto anno 14. nahe bey vierzehen Jah-
ren / & malitia ſuppleat ætatem, ſintque circum-
ſtantiæ delictum aggravantes, & ſic judicem mi-
nori ordinariam pœnam remittere non teneri, re-
ctè tradit *Carpz. q. Crim. 83. num. 26. & ſeq.* Licet
diſſentiant *Dd. citati à Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 329.*
*num. 12. & Tiraq. de pœn. temp. c. 7.* Si tamen tria
hæc reqviſita ſcil. 1. proximitas anni 14. 2 dolus 3.
periculoſæ circumſtantiæ non concurrant, melius
judices facient, ſi extraordinariam pœnam dicti-
tent. *Carpz. q. 147. num. 55.* & *Dn. Thabor ad h.*
19. *art. 164. de junioribus furibus concepto.* 164. (9) Si
qvis aliqvis ſubtrahit ex bonis, qvorum proximus
hæres eſt, & eo nomine accuſetur, judices ad Col-
legia ſapientum remittuntur, ut ab illis diſcant,
qvid ex communi jure dicendum, das gemeine
Recht *art. 165.* ubi *Dn. Thabor* monet, ad jus Ro-
manum remitti judices. Sed ex officio judex par-
te læſa non deferente inqvirere prohibetur. *d. art.*
20. *165.* (10.) Si qvis neceſſitate famis furetur eſculen-
ta, ſi ob nuditatem veſtes, (ita enim per *cap. 3. de*
*furtis*, extendit poſt alios *Carpzov. d. q. 83. n. 46.*
licet diſſentiat *num. 2 ad h. art.* Dn. Thabor. Sed
de aliis rebus ſurreptis, ex qvibus venditis poſſit
comparari cibus, idem ſtatuit *Carpz. d. qv num. 48.*
de qvo dubitat *Dn. Thabor th. 3.* & ego dubito;
niſi res ſit tam levicula, ut pretium vix ſedandæ
fami ſufficiat) tunc à pœna abſolvendus eſt fur;
niſi furtum ſit magnum, ubi pro arbitrio judicis
punietur. *art. 160. qv. 83. num. 42. ſeq. Cagn. & Dec.*
*ad l. qvæ propter neceſſitatem 162. de R. J.* ſed pœ-
nitentia furi injungitur. *cap. 3. X. de furt.* qvod de
extremo neceſſitatis caſu intelligendum non eſ-
ſe, gl. *bid.* monet per *cap. 25. diſt. 5. de conſecratio-*
*ne.* Et licet furtum magnum ſit, non tamen ad
pœnam ordinariam hic devenire licet, ut vult
*Carpz. qv. 83. n. 42. Dn. Thabor. hic. num. 6.* Cau-
ſam aſſignant hanc, qvod neceſſitas omnia bona
externa faciat communia. *c. ſicut. 3. c. 10. 8. diſt. 47.*
qvæ ratio, cum ceſſet in uxore fame laborante, &
ob hanc cauſam in corpus ſuum peccante, ceſſat
etiam hæc diſpoſitio. *l. Palam. 43. §. 5. de ritu nu-*
*pti. c. 4. X. de divort. Farin. qv. 43. num 12. San-*
*chez. de matr. l. 10. diſp. 5. num. 6.* (11.) Si qvis fru- 21.
ges maximè noctu ſurripuerit, ut alii fures puni-
untur, niſi furtum exiguum ſit, ubi civiliter tan-
tum puniendus. *artic. 167.* ubi vid. *Dn. Thabor.*
Ideoqve dubitandum de ſententia *Covarr. lib. 1. re-*
*ſol. cap. 3. num. 12. & quæſt. 83. Carpz. num. 35.* niſi
ad terminos eos, in qvibus loqvuntur, reſtringa-
mus. (12.) Eadem ratio lignorum furtim cæſo- 22.
rum, cujus pœna gravior, ſi tempore anni vel lunæ
minus convenienti cæciderit, aut diebus feriatis
aut noctu. *art. 168.* (13.) Qvin ex ſtagno vel aqva 23.
clauſa piſces furatur, ad exemplum alterius furis
puniendus eſt; Aliud autem ſi ex flumine privato 24.
furetur, ubi pœna arbitraria. *art. 169.* Qvia ho-
rum propriè furtum non eſt, ſed damnum vel in-
juria. *Carpz. quæſt. 84. num. 78. ſeq. Berlich. p. 5.*
*concl. 51. num. 15. Bach. in Tr. vol 2. diſp. 20. theſ. 2.*
*lit. E.* (14.) Depoſitarius, ſi rem depoſitam in- 25.
terverterit, ut fur punitur, per *art. 170.* ubi *Dn. Tha-* 26.
*bor.* id ad commodatarium extendi poſſe, negat
*def. 4.* nec ad tutorem extendi poteſt. *Thabor. d. l.*
*num. 6.* ſubjiciam hic præjudicium aliqvod. Ob 27.
wohl ſonſten/vermöge Käiſer Carls des Fünfften
Hals gerichts Ordnung/ein Dieb der über 5 Un-
gariſche Gülden geſtohlen/ſonderlich wenn er ein-
gebrochen / oder zum drittenmahl betreten wird/
mit dem Strange vom Leben zum Tode zubrin-
gen; Dieweil aber wir nicht wiſſen können / ob
noch das mangelnde Silber und geſtohlne Korn/
ſo viel er zu ſeinem part bekommen/ſo hoch ſich be-
lauffen möchte / auch nicht erwieſen / daß er mit
mördlichen inſtrumenten / ſo ad inferendam vio-
lentiam ſich ſchicken/die Cammer/darinn das Sil-
ber geweſen/erbrochen. Den dritten Diebſtal
den er beym Pfarrherrn / als ſeinem Herrn / ge-
than/damit entſchuldigen will/daß ſein Herr ihm
ſeinen Lohn nicht entrichten wollen; Als tragen
Bedencken vor ietzo die ordentliche Todesſtraffe
zu erkennen. Derhalben über einige Umbſtände
der Herr Obr-Leut. und Pfarherr eidliche æſtima-
tion und Bericht nöhtig ſeyn wird, ꝛc.

# TITULUS VIII.

# Vi Bonorum raptorum & de turba.

## Ad L. Qvi rem 1.

*SUMMARIA.*

*Vis bonorum raptorum qvid. n. 1.*
*An differat à furto ſpecie. 2. 4.*
*Concurrit hæc actio cum actione furti. 3.*

Vis Bonorum raptorum, ſeu rapina, eſt in- 1.
juſta contrectatio rei alienæ mobilis, facta
per vim. *Molin. tit. 2. diſp. 683. num. 2. Ant.*
*Mattb. ad lib. 47. Pand. tit. 2. cap. 1.* eamqve à 2.
furto ſpecie differre, tradunt *Covarr. in c. pecca-*
*tum. pag. 675. n. 2. Molin. d. l. n. 7.* Et nihilominus 3.
dicitur

dicitur, eum, qvi rapinam paſſus eſt, habere ele-
ctionem, an actione furti, an vi bonorum rapto-
rum, ſcil. intra annum in qvadruplum, poſt an-
num in ſimplum agere velit, adeò, ut ſi uno actum
ſit, poſſit etiam alterâ agere, ſi in ea qvid ampli-
us. *l. 88. ff. de furt.* Et ideò actionem furti ma-
nifeſti contra raptorem dari, communiter tra-
dunt *Dd. Weſenbec. hic num. 7. Hillig. l. 15. cap. 13.
lit. D. Bachov. diſp. 30. theſ. 4. lit. C. Farin. quaſt. 166.*
4. *num. 37.* Et in *l. 80. §. 3. ff. de furt.* dicitur, rapi-
nam eſſe ſpeciem furti manifeſti, qvod *d. l. Co-
varr.* delatiori acceptione vocis furti, intelligit.

## ad L. Prætor ait. 2.

### *SUMMARIA.*

*Dolus hic ex facto illicito præſumitur. n. 1.*
*Judicium de vi publicum & privatum, an ſibi præjudicent. 2.*
*Qva hodie ſit rapina pœna. 3.*
*De rapina non ſaltem raptor, ſed & is, qui homines collegit, tenetur. 4. & 10.*
*Vis & dolus an hic coincidant. 5. 6.*
*Autor tumultus ad qvid teneatur. 7.*
*Suam rem rapiens an teneatur. 8.*
*Ob Robbariam qvando teneatur Princeps. 11.*

1. DOlus hic reqviritur, ut qvis per vim damnum
dediſſe dicatur, qvi tamen ex facto illicito
ſemper præſumitur, per *l. Si non convicii. C. de in-
jur. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 7. num 12. & l. 2.
obſ. 110. num. 8. Mynſing. cent. 3. obſ. 98. num. 6.*
2. Præter hanc actionem datur etiam criminale judi-
cium, de vi publica & privatâ, qvarum una alte-
ri non præjudicat, niſi qvoad ſimultaneum pro-
ceſſum. *Gl. hic & Bart.* nec per verba illa, de priva-
ta vi, vim publicam excludi puto cum *Gæddeo in
l. 41. num. 2. de V. S. Hillig. in donell. l. 15. c. 30. lit. A.*
3. Jure noviſſimo etiam gladio rapina punitur. *Con-
ſtit. Carolina art. 126.* qvi ſe refert ad jus commune
raptor prima vice non ſoleat gladio plecti, per
*l. 28. §. 10. de pœnis. Farin. qvaſt. 167. num. 87.* licet
aliter *Carpzov. in pr. crim. qvaſt. 90. num. 12. &*
4. *ſeqq.* Cæterum non tantum convenitur hac actio-
ne is, qvi rapit; ſed & is, qvi præcedente conſilio
ad hoc homines colligit, vel ab alio collectis uti-
tur. *§. 2. & 3. h. t.* Et, ſi vel unum hominem co-
gerit ad vim faciendam, tenebitur ex Edicto *§. 6.*
5. *ubi vid. Godofred.* qvid ex eo colligat *Bart.* Qvam-
vis autem vis & dolus ſoleant opponi; vis tamen
à privato inferri, dolus eſt, per *§. 8. h. l.* ratione
generalis acceptionis, ſcilicet, qva ſumitur pro
qvavis malitia, improbitate ſeu variæ injuriæ
6. modo. *Hilligern donell. l. 15. cap. 42. lit. M.* Sed
qvi coegit homines, tenetur de rapina, licet
effective nullam vim intulerit; nam ſufficit,
qvod oſtentando manipulum ſuum vim videa-
tur inferre. *§. 7.* ſed, & ſi ſine coactione homi-
num ipſe ſolus vim faciat, idem hac actione

tenetur. *§. 9. h. t.* Qvi homines collegit ad vim 7.
faciendam, non tantum de damno à ſe dato
tenetur, ſed etiam de eo, qvod à coactis datum
eſt, ſed coactus non niſi de eo, qvod ipſe dedit.
*§. 12. h. t.* Collige, autorem tumultus teneri
de delicto ab aliis etiam commiſſo, per *l. 6.
C. de vi publ. & priv. Gail. l. 1. obſ. 109. num. 5.
Carpz. pract. Crim. qvaſt. 1. num. 19.* Si qvis 8.
ſuam rem rapuerit, hac actione non tenetur,
ſed aliis pœnis, ut *l. ſi qvis in tantam C. unde vi.*
qvæ hodie in foro adhuc uſitata. *Menoch. rem.
9. recup. poſſ. num. 8. Molin. tr. 2. d. 18. num. 10.*
Qvod in noſtro imperio confirmat Ordinatio
Cameræ Anno 1521. tit. Wie es in Irrung der
poſſeſſion, & in Collegio Juridico Jenenſi pro-
nunciatum ſcio, de qvo remedio plura *Menoch.
d. rem. 9. per tot. Guttierez. l. 1. pr. qvaſt. 77.
Joh. Baptiſta Plotus in h. l. aliiq.* Sed datur ta-
men hæc actio vi bonorum raptorum contra
eum creditorem, qvi rem ſibi oppignoratam
rapit, per *l. 3. C. h. t. & ibi Bald. & Salic. & l.
ult. ff. de vi privata. Ant. Gabriel. l. 5. commun. concl.
tit. de acqvir. poſſeſſ. concluſ. 1. num. 38.* Non 9.
tantum datur actio ei, in cujus bonis res raptæ
ſunt, ſed & ex cujus bonis, ſi intereſt ejus non eſ-
ſe raptam, ut ſi commodata vel locata ſit, vel
aliqvod jus in re habeam, & datur actio con-
tra ipſum Dominum. *Gab. cit. d. loc. num. 37.*
& qvadruplabitur non pretium rei, ſed intereſ-
ſe. *Bachov in Weſenbec. h. t. num. 3.* Inter fur- 10.
tum & rapinam hoc intereſt, qvod illud clam,
hæc palam fiat, qvorum hæc deterior eſt, per
*cap. 11. cauſ. 14. qvaſt. 5.* Unde infertur, licet
vis actu non inferatur, ſi tamen ablatio fiat pa-
lam, & auferentes ſint parati vim inferre,
qvod habeat tamen locum hæc actio. *arg. l. 2.
§. 9. h. t. Farin. qvaſt. 166. num. 31.* Pœna huic
delicto etiam imminet publica, ſcil. gladii,
per *art. 127. conſt. crim.* Sed datur etiam ob 11.
Robbariam actio ad damnum reſtituendum,
contra principem, vel eum, qvi territorii jura
habet, per *Receſſ. Imp. de. de anno 1552. §. Damit
denn Obrigkeit.* Ad qvod (1.) reqvirit *Carpz.
pag. 2. pract. crim. qvaſt. 91. num. 60.* ut pro cer-
to cenſu Dominus ſalvum conductum dederit
ſpecialem, qvamvis contraria opinio ſit recepti-
or. *Gail. l. 2. obſ. 64. Mynſing. cap. 5. obſ. 79. Ro-
ſenthal. cap. 5. concluſ. 22. & qvos ipſe Carpzov. al-
leg. num. 62.* (2.) Si non tantum juramento, ſed
etiam legitimis probationibus probaverit actor,
damnum per rapinam datum; nam *l. ſi qvando
C. unde vi,* hic locum non habet, qvia non
agitur contra eum, qvi deliqvit, ſed contra ter-
tium ex qvaſi delicto. *Gail. lib. 2. obſ. 64. num. 8.
Mynſing. cent. 3. obſ. 91. Carpzov. d. loc. num. 77.*
(3.) Reqviritur, ut à regiâ viâ non deflexerit.
*Aur. Bull. tit. 1. Roſenthal. de feud. d. loc. & Carp-
zov.* Et in hunc finem dari ſolent mandata
ſine clauſula, teſte *Mindan. de proceſſ. pag. 2.
cap. 57. num. 3.*

ad L.

Digitized by Google

### ad L. *P*rætor ait. 4.

*SUMMARIA.*

*QVi in turba dolo damnum dedit, vel dari fecit, in duplum tenetur. n. 1.*
*Turba qvid? 2.*
*Exemplum in pace publica fracta. 3.*
*Idem notandum in interpretatione ſtatutorum. 4.*
*Quomodo turba clamore detur. 5.*
*Differentia inter edictum de vi bonorum raptorum; & hoc de turba. 6.*

1. SI qvid in turba dolo damnum datum fuerit,
contra eum, qvi damnum dedit, vel qvi fecit,
ut in turbâ damnum daretur, licet abſens fuerit,
datur actio in duplum intra annum. Turba au-
2. tem eſt, ſi numerus non ſit minor qvam 10. ho-
minum. Hic colligunt, vim fractæ pacis publi-
3. cæ inter alia reqvirere, ut facta ſit à 10. vel plu-
ribus hominibus coadunatis. *Gail. l. 1. de P. P. c. 7. n. 24. & ſeq.* Qvod notandum pro inter-
4. pretatione ſtatutorum, qvæ tumultibus certam
pœnam indicunt, ut Conſtit Auguſti & *part. 4. conſt. 44.* & ibi *Moller.* De cujus pœna alias agit *Carpz. pract. crim qv. 110. n. 8. & Decian. l. 7. c. 7. n. 19.* Ex hoc edicto de turba tenetur etiam ille,
5. qvi miſericordiam implorando turbam conci-
tat, vel ad cujus clamorem turba ab alio etiam
contracta eſt, ſi dolo malo ejus damnum datum
fit. §. 6. h. l. *Oldend. claſſ. 7. act. 10.* Deinde ex
6. hoc §. notanda differentia inter hoc Edictum & ſuperius. *Colleg. Argent. hic n. 20. & Oldend. d. loc.* Nam actio de vi raptis bonis datur ad ea damna reparanda, qvæ dolo malo hominibus coactis dediſti, vel rapuiſti hominibus non coactis: At actio de turba de damno in turba dato datur, licet ipſe turbam non coegerit, ſed ad clamorem vel miſericordiam turba contracta eſt, vel ſi alius alius coutraxir, vel ipſe ex turba fui. Rapta res etiam rupta & corrup a intelligitur, qvatenus ſc. cum violenta ereptione hæc corruptio conjuncta §. 10.

### L. *P*en.

*SUMMARIA.*

*RAptam rem ante judicium reſtituere non liberat. n. 1.*
*Ne quidem in judicio criminali. 2.*
*Exceptio in furto 3.*
*In rapina qvantitas rei abrepta non attenditur. ult.*

NOn prodeſt ei, qvi vi rapuit ad evitandam 1.
pœnam, ſi ante judicium reſtituat rem,
qvam rapuit, idem in furto. *l qvi ea mente 65.*
*ſupr. de furt.* Idqve hic etiam in judicio crimina- 2.
li verum eſſe dicit *Crrpz. q. 90. num. 55. & ſeq.* Li-
cet in furto criminaliter vindicando ſecus; Sic
etiam in rapinâ non attenditur qvantitas rei ab- 3.
reptæ, qvia hic violatio ſecuritatis publicæ atten- 4.
ditur. *Carpz. d. q. 90. n. 43. & ſeq.*

# TIT. IX.

# De Incendio, Ruina, Naufragio, Rate, Nave expugnata.

### ad L. Prætor ait. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*QVi ex incendio, naufraugio &c. qvid rapit, tenetur intra annum in qvadruplum. n. 1.*
*Ampliatur. 2.*
*Sed qui poſt naufragium in littore, qvid reperit; potius fur eſt 3.*
*Melius huic rei providet Auth. Navigia C. de furt. 4.*
*Lex conſvetudinem prohibens, tolli non poteſt conſvetudine. 5.*

IN eum, qvi ex incendio, ruina, naufragio na-
1. veqve expugnata qvid rapuiſſe aut recepiſſe,
dolo malo damnive qvid dediſſe dicitur, in-
tra annum in qvadruplum actio dabitur, qvia
publicè intereſt in hujusmodi caſibus nihil rapi.
§. 1. n. 9. de qvo plura *Farin. q. 168. n. 80.* Idem
2. eſt, licet non ex incendio, ſed propter incen-
dium ſc. propter tumultum vel trepidationem
incendii aliqvid rapiatur, vel ex adjacentibus
prædiis. §. 3. *Oldendorp. claſſ. 7. act. 8.* & ſic in-
telligendus *Farin. q. 168. n. 187.* Ex naufragio
3. rapuiſſe videtur, qvi tempore & loco naufragii
aliqvid rapit, non qvi poſtea rem in littore ja-
centem reperit, ſi poſt naufragium aliqvod tem-
pus interceſſit. *l. 3. h. t.* licet non furtum commit-
tat; Sed melius proviſum huic rei à Frid. Impe- 4.
rat. *in Auth. Navigia. C. de furt.* Ubi ejecta ex
naufragio ſub pœna publicationis bonorum re-
ſtitui jubentur, & contraria conſvetudo tollitur;
& idem ſi poſt naufragium rapiatur, exceptis
tantum rebus pyratarum & hoſtium Imperii.
De qvo *etiam art. 218. conſt. crim. Gail. lib. 1. obſ. 18. Covar. c. peccatum. part 3. §. 1. n. 5 & Petr. Gregor l. 39. c 3. n. 2.* Collige ex *d. Auth.* contra 5.
legem, qvæ conſvetudinem prohibet, non poſſe
introduci conſvetudinem, de qvo *V sq. part. 2. illuſtr. l. 1. c. 3.* Similia exempla habentur *in Auth. Caſſa C. de SS. Eccl. Auth. omnes peregrini. C communia de ſucceſſ. cap. caterum X. de juram. calum. Receſſ. imp. de anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen/ ꝛc.

### ad *L.* Qvo naufragium. 3.

*SUMMARIA.*

*COntinnatur materia legis prima. h. t. 1.*
*Deſtruens temporo incendii vicini ades non tenetur. 2.*
*Domino tamen deſtructa domus vicini damnum reſtituent. 3.*

IN l. 3. princ. continuatur materia legis primæ
§. ult. & l. 2. ſcilicet, qvod ille ex hoc delicto 1.

teneatur, qvi tempore naufragii aliqvid rapit, idem ſi tempore expugnatæ navis aliqvid rapit, §. 1. ſed & qvi rapinam recipit dolo malo, §. 3. i. e. occultandi animo. Porro ſi orto incendio defendendarum mearum ædium cauſa vicini æ-
2. des diſſipaverim, i. e. deſtruxerim, contra me neqve ex hoc Edicto neq; ex L. Aqvil. datur actio, cum injuriam non faciat, qvi ſe tueri voluit, cum alios non poſſet, §. *pen. h. l. & l. 49. § ult. ff. ad l. Aqvil. ubi plura. Gail. l. 2. obſ. 22. n. 3. Vivius deciſ. 50. Berlich. part. 5. concl. 25. num. 125.* Sed eo caſu
3. Domino deſtructarum ædium damnum à vicinis, qvorum ſaluti conſultum, reſtituendum eſt. *l. 1. & 2. ff. ad l. Rhod. Gail. d. loc. & Farin. quæſt. 110. n. 144. ſeq. & Berlich d. l. n. 126. Menoch. l. 2. A. J. Q. caſu 399. n. 14.*

## ad L. Pedius. 4.

*SUMMARIUM.*

*Pœna ex incendio rapientium eſt arbitraria.*

QVi ex incendio qvid furati fuerint, non tantum civiliter in qvadruplum, ſed & criminaliter pœna etiam corporis afflictiva poſſunt affligi, ſi ſcil. non collegerint certò alias peritura, qvod qvilibet vir bonus facere poteſt in tali turbulento ſtatu: ſed ſi flagitioſe invaſerint, qvæ ſervari poſſunt, pro qvantitate furti & conditione perſonæ variè puniuntur, & cavendum, ne qvid durius aut remiſſius ſtatuatur, qvam cauſa poſtulat; qvod ex hoc textu ſolet allegari, ut & id, qvod in crimine hoc qvantitas rerum & qvalitas, & perſonæ conditio attendi debeat. Unde apparet hanc pœnam eſſe arbitrariam. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 297. Farin. qv. 168. n. 75.*

## ad L. Ne qvid. 7.

*SUMMARIA.*

*QVomodo conſulatur naufragium paſſis. 1.*
*Dominus tenetur ex culpa famuli, circa officium ſuum delinqventis. 2.*

1. NAufragium paſſis hic conſulitur, ne res in fluctu hinc inde dejectæ, aut in littore repertæ ſurripiantur ſub pœna latrocinii, qvæ hic tamen arbitraria. Præſidibus accurata cognitio cauſæ demandatur & ejus maturatio. Poſſe-
2. ſores cum familiis ad præſidem remittendi, &c. Ex qvo textu *Farin. q. 24. n. 49. & ſeq.* vult probare, qvod Dominus teneatur ex culpa famuli, ſi circa officium ſuum delinqvat. Sed de eo dictum ſupra ad tit. de Publicanis.

## ad L. Qvi ædes. 9. & 11.

*SUMMARIA.*

*PŒna incendiarii doloſi alia ruri alia in urbe. 1. 2.*
*Culpoſi vero aut reſtitutio damni. 3.*
*Aut ſi ſit inops, pœna corporalis. 4.*
*Qvandoqve incendium ex culpa lata etiam criminaliter punitur. 5.*
*Laſcivia & luxuria doli ſpeciem habent.*
*Exemplum in prodigo. 7.*

QVi ædes acervumqve frumenti juxta do- 1.
mum poſitum combuſſerit doloſe & data operâ, igne necandus eſt, ſive fiat inimicitiæ ſ. prædæ cauſa. *l. 1. capitolinus. 28. §. 12. de pœnis.* Sed ſi ruri caſam aut villam incenderint, aliqvanto levius puniuntur, qvod de pœna gladii intelligit *Berlich. part. 5. concluſ. 24 n. 7. & ſeq.* Sed in incendio in civitate facto diſtingvunt leges inter perſonas viles & digniores. *in l. ult.* 2.
*§. 1. h. t.* & ita variè etiam jure civili punitum fuit incendium. *Men. caſ. 390. Mynſ. cent. 6. obſ. 58.* Licet aliter *Berlich. d. concl. 24. n. 4.* Sed in Carolina Conſt. *artic. 125.* dictitatur vivicomburium, ſed additur in *h. l.* ſi caſu, i. e. negligentia incendium factum, aut noxiam reſarcire debet, aut ſi minus idoneus eſt, levius caſtigandus; unde probare vult *Berlich. concluſ. 125. part. 5. n. 10. & Farin. qv. 110. n. 9. & ſeq.* qvod incendiarius præter pœnam arbitrariam teneatur etiam ad damni reſtitutionem, ſi per culpam latam id factum. Si culpa levi damnum ſit datum, is qvi
damnum dedit, tenetur qvidem ad reſtitutio- 3.
nem damni ex lege Aqvilia, non verò ad pœnam corporalem, qvia tunc venia indulgenda, qvando culpa lata admiſſa, ut luxuriæ aut dolo
proxima ſit. Sed ſi per negligentiam excitatum 4.
incendium, & culpoſus ob innopiam non poſſit reſtituere damnum, poteſt corporaliter puniri? Ita concludunt ex hac *l. 9. in verſ. ſi vero caſu.* ubi dicitur leviter eſſe caſtigandum, de qvo *Berlich p. 5. concl. 25. n. 18. Carpz. in crim. qv. 39. n. 28. & ſeq.* Ex *d. l. 11.* colligi etiam poteſt, In-
cendium culpoſum, ſi culpa lata admiſſa, crimi- 5.
naliter puniri poſſe fuſtigatione, vel aliis pœnis, hic & *l. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. Carpzov. pr. crim. d. quæſt. 39. n. 36. VViſſenbach. ad h. t. th. 10.*
Porro colligitur, laſciviam & luxuriam doli ſpe- 6.
ciem eſſe. *hic & l. 23. §. excipitur ff. de ædil. edict.*
Et ſic etiam prodigus declaratus poteſt doloſum 7.
committere delictum, nec poteſt eum furioſo comparari; nam prodigus omnino delinqvit laſciviæ, neqvitiæ, luxoriæqve vitio. *Ant. Matth. in proleg. crim. c. 2. n. 11.*

# TITULUS X.
# De injuriis & famoſis libellis.

## Ad Rubricam.

*SUMMARIA.*

*INjuria hic ſumitur pro contumelia. n. 1.*
*Ex injuria & civilis & criminalis datur actio. 2. 4.*
*Palinodia & æſtimatio injuriæ alii donata ad civilem actionem pertinent. 3. 5.*
*Huic actioni ante Lit. Cont. opponitur declaratio de bona fama. 6.*

Inju-

1. INjuria hic ignominiam notat doloſè illatam alteri; nam alias etiam pro facto non juſto per culpam admiſſo ſumitur, ut in L. Aqui-
2. liâ. Et notatur, quod dupliciter agi poſſit ob injurias (1.) civiliter ad pœnam pecuniariam injuriato applicandam, quæ etiam poſt litem conteſtatam hæredem rei ſequitur, & huc etiam
3. pertinet Palinodia: Nam ut per injuriam putativè ex opinione vulgi bona fama mihi adimitur, ita ex eadem opinione vulgi per Palinodi-
4. am mihi reſtituitur. (2) Criminaliter, quando pœna corporis afflictiva, aut relegatio, aut
5. pœna fiſcalis petitur. Qui autem injuriati hodie æſtimare ſolent injuriam, & eam æſtimationem Eccleſiæ vel Ptochotropheo applicari petunt, hæc actio ad civilem pertinet actionem; nam liberum eſt actori alii æſtimationem dona-
6. re. Huic actioni ſolet ante litis conteſtationem opponi declaratio de bona fama, ac eſt quaſi exceptio deficientis actionis ob defectum doli, quod ſi autem hæc exceptio ſit altioris indaginis, an ſcil. abfuerit dolus, interim litis conteſtatio injungi poteſt. *Dn. Mev. p. 5. dec. 388. & ſeq.*

## ad L. Injuria. 1.

*SUMMARIA.*

*INjuria æquivocatio. n. 1.*
*Injuria diviſio 2.*
*Injuria ſcripta an ad realem an verbalem pertineat.*
*Injuria perſonæ poteſtati vel affectui noſtro ſubjecta, illata nobis actionem parit. 4.*
*Quod reſtringitur ad certas perſonas. 5.*
*Magiſtratus ob injuriatum ſubditum agere non poteſt. 6.*
*Bene tamen heredes ſinguli ob injuriam defuncto factam 7.*
*Quid ſi vero liberi ab hereditate paterna abſtineant. 8.*
*Ignorans quem injurietur, ob id non excuſatur. 9.*
*Actio injuriarum, licet ab uno remiſſa, alteri tamen, cui adq; competit, ſalva manet. 10.*

1. IN principio agitur de voce injuriæ, quod vel iniquitatem vel contumeliam ſignificet; unde infertur, injuriam non fieri niſi contumeliæ cauſa. *Farin. q. 105. n. 5. Gilhauſ. arb. crim. cap. 2.*
2. *tit. 34. §. 2.* In §. 1. dividitur injuria in realem & verbalem. Realis vel extra corpus, ut trahendo ad judicium. *lib. 13. §. 3. h. t.* item arreſtando; vel in corpore vid. *Carpzov. in pract.*
3. *crim. q. 99. Berlich. part. 5. concl. 59.* Verbalis vel ore profertur vel ſcribitur; nam & ſcripta injuria ad verbalem refertur. *Gail. l. 2. obſ. 104. Cephal. conſ. 341. n. 43.* niſi quod ratione durationis potius ad realem referatur, ut in Camera ſervari ait *Gail. d. l.* licet in jure fortè contra-
4. rium verius. *Fachin. l. 9. c. 9.* Si injuria uxori vel liberis inferatur, maritus vel pater actionem injuriarum habet, ſi perſona nempe poteſtati noſtræ aut effectui noſtro ſubjecta. §. 3. adeò ut ſi injuria facta ſit filio vel nurui volenti, ipſis quidem nulla datur actio, quia ut ex §. 5. ſolet probari, volenti non fit injuria; ſed patri ac ſocero tamen detur actio, cujus juri conſenſus filii & nurus præjudicare nequit, per *d. §. 5.* Sed an 5.
id, quod de perſonis conjunctis dictum, indiſtinctè verum, etiam de perſonis cognatis omnibus? ſed ea opinio meritò reprobatur, nam certæ perſonæ in jure expreſſæ *hic & §. patiatur 2. h. t.* & mulctiplicarentur actiones injuriarum, & nunquam partes de injuriis tutò tranſigerent, cum facilè aliquis ex familia movere litem poſſit vid. *Carpzov. dec. 33.* Sed an magiſtratus ob 6.
arreſtum vel injuriam ſubdito illatam agere poteſt? Negat hoc *Gail. 1. obſ. 125. Manz. in cent. dec. quaeſt. 15.* niſi principaliter domini interſit. *Gail. n. 4. Manz. d. l. n. 15.* Si cadaveri fiat injuria 7.
vel defuncto, ſingulis hæredibus competit actio injuriarum pro ſe & ſuo nomine *§. 4. h. l. Joh. à Sande l. 1. t. 8. def. 2.* ubi ſingulis hæredibus in ſolidum actionem ad mulctam datam fuiſſe memorat. Sed quid ſi liberi abſtineant ab hæredi- 8.
tate paternâ? dari iis actionem, ſi calumnioſè v. g. intra diem trigeſimum arreſtum impetratum vindicent, refert *Berlich. p. 2. dec. 188.* quia cujusvis hæredis intereſt, ut defendatur exiſtimatio defuncti. *§. 5.* Vid. *Farin. q. 20. n. 121. Decian. tom. 2. lib. 6. c. 41. n. 24. Berlich. concl. 37. n. 39.* Li- 9.
cet quis neſciat meum iſtum filium eſſe, cui infert injuriam, datur tamen mihi actio, quia ſufficit ipſum ſcire ſe injuriam inferre, licet neſciat cui. *§. pen. h. l. 1. & l. 3. §. 2. h. t.* ſi modò ipſum pro filiofamil. habuerit. *l. 18. §. pen. & ult. h. l. confer. l. 15. §. 45. h. t.* In § *ult.* dicitur, ejusdem inju- 10.
riæ ratione pluribus dari actionem, nec unius actionem aut remiſſionem alteri præjudicare; quæ materia, cum inſtitutionibus hoc titulo *§. patitur 2 & §§. ſeqq.* fusè tractetur, meritò illuc remittitur.

## ad L. Illud relatum. 3.

*SUMMARIUM.*

*FUrioſi, infantes, mortui, non inferunt, ſed patiuntur injuriam. n. 1. 2.*

LIcet furioſi & infantes inferre injuriam non poſſint, pati tamen poſſunt, quod ad alia quoque crimina produci poteſt. *Ant. Matth. in proleg. crimin. c. 3. n. 1.* Et ſic etiam in volentem non poteſt committi aliqoid, quod in ipſius poteſtate non eſt permittere. *Ant. Matth. d. l. n. 3.* Et ſic etiam mortuis nihil ſentientibus inferri injuria poteſt. *Ant. Matth. in proleg. d. c. 3. n. 3. in fin.*

## ad L. Lex Cornelia. 5.

*SUMMARIA.*

*ACtio injuriarum tribus caſibus eſt civilis. n. 1.*
*Hinc anno non præſcribitur. 2.*
*Actio ad Palinodiam eſt annalis. 3.*
*Deprecatio Chriſtiana nec turpis eſt nec odioſa. 4.*

1. DE furto non tantum civiliter, ſed etiam cri-
minaliter agi poteſt, ſi crimen ſit gravius.
*Farin. qv. 165. num. 24.* Gravius autem furtum di-
ci poteſt abſolutè (1.) ob qvantitatem. (2.) Ob
qvalitatem perſonæ, ſi Eccleſiæ, ſi pauperi, ſi vi-
duæ. (3.) ob modum, ſi per ſcalam adſcenderit,
aut effractione uſus. (4) ſi in domo factum. (5.)
ſi noctu. *lib. 6. pr. ff. de peculat.* (6.) ſi tertia vice
repetitum &c. *Farin. de furtis. qv. 165. num. 15.*
2. *& ſeqq. Ant. Matth. ad lib 47. tit. 1. cap. 1.* Et qvan-
do criminaliter fur condemnatur, poteſt etiam
reſtitutio rei furtivæ injungi. *Farin qv 165. num. 29.*
3. Qvod etiam intelligo de rei furtivæ abſumtæ
æſtimatione; nam nullibi dicitur, actioni Civi-
li ad intereſſe præjudicare criminalem perſecu-
tionem, & nulla hic crudelitas ſupplicio Rei-
publ. reſtitutione rei æſtimatæ læſo. ſatisfacere.
Et non eſt crudele, ſi furis ſuſpenſi hæredes ex
alio debito conveniantur, cur crudele ſit, & hoc
æs alienum exſolvere? Licet contrarium velit
*Carpz. pr. Crim. qv. 8. num. 110. & ſeqq.* Sed hoc 4.
concedo, qvando criminaliter punitur fur, non
poteſt agi ad qvadruplum, nec duplum, per §. 6.
*h. t.* qvia hæc datur etiam ad vindictam: duæ
autem actiones ad vindictam non concurrunt.
*Farin. q. 7. num. 18.* Eſt autem pœna furti ante 5.
conſtitutionem Carol. arbitraria, *Farin. qv. 67.*
*num. 6.* Sed dicat aliqvis hujus legis fin. nullam
hodiè eſſe utilitatem, cum factum ſit qvaſi publi-
cum crimen. Sed reſp. furta ſunt, qvæ hodiè
publicis legibus non vindicantur, ut ſi debitor fur-
tim recipiat pignus, hoc non fuit factum crimen
publicum, ob circumſtantias tamen poteſt puniri,
*Mev pag. 4. dec. 245.*

# TITULUS III.

# De tigno juncto.

## ad L. Lex 1.

### *SUMMARIA.*

*ACtio de tigno ad qvid detur num. 1.*
*Actio hac ad duplum datur, etiam contra ædificantem b. f. 2.*
*Sed, ſi tignum ſit furtivum. 3.*
*Actio tigni juncti vel pure pœnalis eſt, vel mixta. 4.*
*Actio realis ad qvid hoc caſu detur. 5.*
*Si tignum alius furto ſurripuit, alius mala fide junxit qvalis contra ſingulos detur actio. 6.*

1. TIgnum i. e. materia ad ædificandum neces-
ſaria, lapides, tegulæ, cæmenta & ſimilia,
ut & in vineis pedamenta, ſi ſurrepta fue-
rint furto, non poſſunt repeti, ut ſeparentur;
ſed ut æſtimatio eorum præſtetur, qvaſi poſſide-
re dolo fur deſierit; nam Reipubl. intereſt, ædifi-
cia ſarta tecta conſervari. *Carpzov pag. 1. cap. 28.*
2. *def. 107. num. 7.* Sed actio ad duplum de tigno
furtivo contra eum, qvi bonâ fide etiam de aliena
materia ædificat, datur ex generalitate hujus tex-
tus, & *lib. 23. §. 6. de R. D. Bach. in Tr. vol. 2.*
*diſp. 20. th 6. lit. A Gædd. ad l. 62. num. 8. de V. S.*
3. Et hoc de actione in duplum omnino certum
eſt, non niſi de tigno furtivo eam dari, licet pro-
hibitio ſolutionis tigni ſit generalior, per *l. 63.*
*de donat. inter Vir. & Ux. l. 1. h. t. Dn. Thabor. in*
*racemat. ad h. t. th. 11. Gæddeus ad l. 62. num. 8 de*
*V. S.* Dn. Thabor *d. l. th. 17.* has rationes recen-
ſet (1.) qvia hæc actio *ex l. 12. Tabb.* antiqvior eſt
actione furti Prætoria. (2.) favor ædificiorum. (3.)
odium negligentiæ ædificatorum. (4.) ut aſperi- 4.
tas denegatæ ſolutionis ob reſpectum civilem alio
modo recompenſaretur. Actio hæc vel meram
pœnam continet, ut ſi detur contra mala fide jun-
gentem, vel mixta eſt, qvæ datur etiam contra
bona fide jungentem; ſed ſi tignum furtivum;
vel ad ſolam æſtimationem, ſi eſt non furtivum
tignum, ſed alienum tamen, & in bona fide jun-
gens, & de hoc caſu intelligenda *l. 98. §. ult. ff de*
*ſolut. Donell. lib. 4. cap. 33. & ibi Hill. lit. B.* conf.
tamen *Dn. Thabor. in racemat. ad h. t. num. 22.* 5.
Aliter ergo actione reali agi poteſt durante ædifi-
cio contra eum, qvi mala fide junxit, & eum, qvi
bona fide junxit. Nam contra hunc datur ad ve-
ram æſtimationem, per *l. 68. §. fin. ff. de ſolut.* con-
tra illum verò, qvanti in litem juraverit actor,
qvia reus dolo deſiit tignum poſſidere. Idem 6.
*num. 26.* rectè dicit, ſi tignum furtivum alius ſur-
ripuit, alius mala fide junxit, tunc illum tantum
furti actione pœnali pura, hunc autem tam
actione tigni juncti pœnali mixta, qvam actio-
ne pœnali pura teneri; qvi videri poteſt *tota illa*
*racematione h. t.* qvippe ſolide & accurate hanc
materiam perſcripſit.

# TITULUS IV.

# Si is, qvi Teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem Domini ante aditam hereditariam ſurripuiſſe aut corrupiſſe qvid dicetur.

## ad Rubricam.

RUbricam hanc de damno dato etiam intel-
ligendam eſſe, verba ipſa docent, & ver-
ba Edicti ſunt generalia, & textus ge-
nerales *1. §. 7. & 9.* Ergo non de furto tantum,
ſed & damno culpoſo actio intelligenda. *Dn. Tha-*
*bor in racemat. ad h. t. th. 3.*

## ad L. Si dolo. 1. §. 1.

### *SUMMARIA.*

*COntra ſervos teſtamento manumiſſos, ſi ex hereditate qvid ſurripuerint, qva detur actio n. 1.*

Qvi

*Qui peccant ſpe veniæ, magis delinqvunt aliis. 2.*
*Privilegia non poſſunt allegari ab eo, qvi intuitu privilegii delinqvit. 3.*
*Latam culpam etiam in pœnalibus dolo æqviparari colligitur. 4.*
*Omnem pœnam non effugit, qvi per latam culpam deliqvit, licet ordinaria locum non habeat. 5.*
*Qvod non extenditur ad hujus delicti perſecutionem. 6.*
*Actionem ſubſidiariam non habere locum colligitur, ubi ordinaria datur. 7.*
*Qvod limitatur. 8.*
*Actio à prætore alteri ſubſtituta, in omnibus cauſis in qvibus principalis actio locum habet, ſubſtituta videtur. 9.*
*Qvod limitatur. num. 10.*
*Hereditati aliqvid ſurripiens furtũ non committit. 11*

1. CONtra ſervum liberum eſſe juſſum, qvi ante aditam hæreditatem furatus qvid fuerat, jure Civili nulla datur actio, ſed jure Prætorio utilis in factum, intra annum in duplum datur actio, ne
2. ſpe impunitatis impunè delinqvat. Exempla duo ſimilia allegat hic *Bart.* Aliud *in c. fin. X. de Immunit. Eccleſ.* Qvi peccant ſpe veniæ, magis delinqvunt aliis. *Panorm. in d. c. fin. num. 2. & Covarr. l. 2. reſol. cap. 20. num. 15. Clarus §. fin. qv. 30.*
3. *num. 15.* Inferri etiam poſſet, privilegia non poſſe allegari ab eo, qvi intuitu privilegii delinqvit. *Enenkel. Baro in tr. de privil. l. 2. c. 6. num. 10.*
4. Ex §. 2. Colligitur, latam culpam etiam in pœnalibus æqviparari dolo. De qvo *Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 9. th. 4. lit. G.* Imò in criminalibus 5.
is, qvi per culpam latam delinqvit, non ſolet effugere omnem pœnam, licet ordinaria locum non
habeat. *Carpz. pr. crim. qv. 27.* qvod tamen ad hu- 6.
jus delicti extraordinariam perſecutionem extendendum non eſſe, rectè vult *Dn. Thabor. in racemat. ad h. t. num. 7.* Ex eodem §. 2. *in fin.* colligunt 7.
*Bartol. & Dd.* actionem ſubſidiariam non habere locum, ubi ordinaria datur *hic & l. in cauſa 16.*
*pr. ff. de minor.* Si prætertim ſupplendi Juris com- 8.
munis cauſa extraordinarium remedium ſit inventum, & ordinario non ſit utilius. *Odd. de reſtit. in integr. qv. 17. art. 2. Carpz. pag 2. Juriſpr. C. n. def. 34. num. 8 Hill. l. 21. cap. 11. lit. R. Kloch. vol. 1. conſ. 37. num. 132.*

Ex §. 9. colligunt, actionem à Prætore alteri 9.
ſubſtitutam in omnibus cauſis, in qvibus principalis actio locum habet, ſubſtitutam & ſurrogatam videri. Qvod variè hic limitat *Bart.* Præſertim verò regula fallit, qvando actio ſurrogata diverſos habet effectus, aliamqve naturam. *vid. Hill. l. 19. ad Don. cap. 4. lit. YY.* Qvæ ad explicationem materiæ hujus pertinent, peti poſſunt ex *Dn. Thabore d. l.*

Ex §. 15. dicitur, hæreditati qvidem aliqvid 11.
ſurripi poſſe, ſed, cum nemo poſſideat, non committitur furtum qvia hoc qvaſi eſt poſſeſſionis interverſio. Hæreditas qvidem ut Domina conſiderari poteſt, ſed non poteſt conſiderari ut poſſeſſor. Domina igitur eſt ſine poſſeſſione. *Dn. Thabor ad h. t. th. 13.* conf. *Hill. 15. cap. 29. lit. H.*

# TITULUS V.

## Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios.

### ad L. Un.

*SUMMARIA.*

*CAupo vel exercitor navis tenentur ob furtum commiſſum ab iis, qvi in eorum familia ſunt. num 1. 3.*
*Reſpondetur ad* l. 1. in f. & l 2. Naut. Caup. &c. 2.
*N. 1. reſtringitur. 4.*
*Qvibus caſibus ceſſet hæc actio. 5.*
*Formula libellandi h. act. ſubjicitur. num. 6.*

1. EX furto unius ex familia cauponis vel magiſtri navis, tenetur caupo, vel exercitor navis in duplum. Ratio eſt, qvia factum eorum præſtare debet, & poteſt eos pro lubitu eligere ſibi, ſed viatores ſibi non eligit, nec eorum factum præ-
2. ſtat. Sed obſtare videtur *l. 1. in fin. & l. 2. ſupr Naut. caupon.* &c Verùm ibi de actione ex contractu ſermo eſt, & agitur in ſimplum, hic de actione ex qvaſi delicto, ubi id duplum agitur. *Dn. Thabor. ad h. t. th. 18. Pac. cent. 7. qv. 57. Harpr. ad §. 3. Inſt. de obl. g. ex qs delict.* & conf. *Boſſius in pract. Crim. ſub h. t. p 357.* Tenetur autem ex delicto liberorum ho-
3. minum vel alienorum ſervorum; nam ſtatuere de eo debuiſſet, qvalis eſſet, *hac l. un. §. 5.* ſed ſervum ſemel emtum rejicere non licet vid. *Dn. Thabor. ad h. t. in racemat. th. 17.* Tenetur autem 4.
tunc, ſi liber homo deliqvit in eo negotio, cui ab hæro fuit præfectus, & in eligendis miniſteriis negligens fuit. *L. 1. § pen. ff. de public. juncta l. 27. §. 9. ad L. Aqvil.* nam aliàs non tenetur herus pro liberâ perſonâ. *L. pen. §. ult. de furtis. Petr. Barboſ. ad l. ſi mora. 10 num. 37. ff. ſolut, matrim.* Verùm 5.
in qvibus caſibus ex qvaſi contractu non datur actio in ſuperiori titulo, v. g. ſi alii res cuſtodiendæ datæ, vel ſi dixerit caupo, ut qvilibet res ſuas cuſtodiat, in iisdem non tenetur ex qvaſi delicto caupo. de qvo *Carpz. pag. 2. C. 26. def. 10 & ſeq. Bacchov. in Treutl. vol. 1. d. 26. th. 5 lit. A & Hiltiger. l. 15. cap. 42. lit E.* Formam libellandi con- 6.
ſcribit *Dn. Thabor. ad h. t. th. 28.* qvam ſubjiciam: Ajo te mihi duplum ejus rei, qvam in navem, cauponam, ſtabulum tuum intuli, debere, qvod ipſe ſurripueris, vel conſilio tuo & ope res ſurrepta ſit, vel qvia is homo, cujus operâ uſus es, mihi furtum fecit. &c.

# Titulus VI.

## Si familia furtum feciſſe dicatur,

### ad L. Utiliſſimum. 1.

*SUMMARIA.*

*Actio furti propter familiam in qvantum contra dominum detur. num. 1.*

*Limitationem hujus Edicti. 2.*

1. Hic habetur æqviſſima Prætoris conſtitutio. Si familia i. e. tres ad minimum ſervi furtum fecerint, vel damnum dederint, qværitur an ratione omnium ſervorum teneatur, vel omnes dedere noxæ debeat? Videtur qvod ſic, qvia, qvando plures delinqvunt, omnes in ſolidum tenentur, *L. ita vulneratus. 51. ff. ad L. Aqvil. l. 21. §. 9. & l. 76. §. 1. ff. de furtis &c.* Sed temperavit id Prætor & conſtituit, ut Dominus præſtando id, qvod ſi unus furtum feciſſet, ſolvi debuiſſet, ſe liberaret, ne ſervi plures faciendo furtum evertant Domini patrimonium. Id Edictum habetur in *l. 1. princ.*

2. In *§. 1.* id limitatur, qvod intelligendum hoc ſit de domino neſciente, aut de ſciente qvidem, ſed impedire non valente, & ita vox ſcientiæ hic intelligenda, ut includat voluntatem non prohibendi, cum poſſet *Dn. Thabor ad h. t.* qvem ſolidè pertractat *th. 25.*

### ad L. Id eſt. 2.

*SUMMARIA.*

*Dominus ad qvid hac actione teneatur. num. 1.*

*Qvod inficiatione creſcit. 2.*

*Actio hæc perpetua eſt. 3*

1. In *L. 2.* dicitur, qvid Dominus pro familia dare debeat. Reſp. qvod alius redderet liber homo, qvi furtum commiſit, ſcil. duplum per actionem furti, & ſimplum per condictionem furtivam. *Domin. Thabor. d. l. th. 45.* ſed qvid in furto manifeſto? Qvadruplum præſtandum eſt, ut *Cujac. ad l. 2. h. t.* Et *Coll. Arg. h. t. th. 7. num. 1.*
*qvos refert* Dn. *Thabor. d. l.* Et ſicut in *L. Aqvil.* lis 2.
per inficiationem creſcit. *§. 23. inſt. de Action.* ita
& hic. *Dn. Thabor. th. 48.* Et qvia hæc actio non 3.
eſt peculiaris actio, ſed adjectitia qvalitas, videtur potius perpetua eſſe ad exemplum actionis furti, qvia eſt qvalitas actionis furti, per *h. l. 2. Dn. Thabor. th. 50.*

### ad L. Familia. 5.

Circa *h. l.* conferatur explicatio *l. 9. de Noxal. action.*

### ad L. Ult

*SUMMARIA.*

*Heres, ſi plures ſint, hac actione agit pro parte hereditaria. n. 1.*

*Simpli oblatione an petitio dupli tollatur. 2.*

*Qvando hic titulus hodie uſum habere poſſit, demonſtratur. 3.*

In *l. ult.* dicitur, hæredem, cui furtum factum, 1.
vel cui damnum datum (ſi plures ſint hæredes)
pro parte hæreditaria agere. *Dn. Thabor. d. l. n. 47.*
An verò ſimpli oblatione tollatur petitio dupli 2.
qvæſtionis eſt, & affirm. id hoc *tit. in cr. Weſenb.*
*notatus ob id à Dn. Thabor.* nam in *l. 54. § 3. de*
*furt.* dicitur expreſsè, qvod re recepta qvidem tollatur rei vindicatio & condictio furtiva, ſed actio furti pœnalis non, vid. *Dn. Thabor. d. l. n. 54. &*
*in racem. 3. de furt. num. 26.* Sed qværerem, an 3.
non hujus materiæ eſſet uſus: Putarem in eo caſu, qvando proprii homines vel ruſtici conſilio capto furtum feciſſent, vel damnum dediſſent, poſſe hunc titulum allegari, & Dominum ſe offerre ad ſolutionem dupli & ſimpli, pro omnibus complicibus.

# Titulus VII.

## Arborum furtim cæſarum.

### ad L. Si furtim. 1.

*SUMMARIA.*

*Actio arborum furtim cæſarum concurrit cum* Act. L. Aqvil. *n. 1.*

*Harum actionum an una alteram abſumat. 2.*

1. De arboribus vel vitibus furtim cæſis datur actio in duplum ex *lib. 12 Tabb.* de qva *Menoch. lib. 2. A Q. caſ. 579. num. 2. & Berlich. pag. 5. concl. 52. num. 2.* Datur etiam actio *L. Aqvil.* ad ſimplum, à qva diſtincta eſt actio ad duplum, ut ex *l. 7. §. ult.* probat *Berlich. num. 2.* nec per actionem Aqvilianam vetus actio ex *l. 12. tabb.* abolita *Donell. lib. 21. cap. 3. lit. C. & ibi Hill.*

2. Harum autem actionum una alteram abſumit, ita ut ſi qvis una graviori egerit, & qvod magis eſt, conſecutus fuerit, reliqvis experiri non debeat; ſi vero minus ſit conſecutus, actione alia id, qvod deeſt, poteſt conſeqvi, *hic & l. 11. h. t. Cujac. l. 8. obſ. 24. Menoch. d. l. num. 3. & Berlich. num. 3.*

### ad L. Sciendum eſt. 2.

*SUMMARIUM.*

*Qvi arbores & maximè vites ceciderint, qvo reſpectu tanqvam latrones puniri dicantur.*

Qui arbores & maximè vites cæciderint, etiam tanqvam latrones puniuntur; qvo ipſo tantùm hoc ſignificatur, poſſe eos criminaliter puniri, non qvod eadem pœna, qva latrones affligendi ſint, ſed qvod tantùm ſimilitudo inter eos ſit. *Dn. Thabor ad h. t. th. 49. Menoch. d. l. num. 4.* confer. *P. Gregor. lib. 37. Synt. cap. 6. n. 9 Carpz. q. Crim. 83. num. 19. & 24.*

ad L.

Digitized by Google

## ad *L.* Vitem. 3. §. 5.

*SUMMARIA*

1. *AN arbor areſacta hac actione contineatur, n. 1.*
*Qvid de Jure Saxon. Elector. vid. 2.*

ARbor etiam areſacta, cujus radices exarue-
runt, in hac actione continetur, qvod qvidem
Græci negarunt, & textum corrigere voluerunt,
2. qvos refutat *Dn. Thabor ad h. t. th. 15.* Sed aliud
fortè in foro Saxon. Electorali, ob *Conſtit. Aug.
pag. 4. C. 37.* unde *Carpz.* negans videtur de ſuo
foro loqvi in *pract. crim. q. 83. num. 13.*

## ad L. Cædere. 5.

*SUMMARIA.*

*USufructuario & Emphyteuta an detur hæc actio
num. 1.*
*Domino contra Emphhyteutam qvatenus. 2.*

1. USufructuario non datur hæc actio, ſed dire-
cta, bene tamen utilis. *§. 2. & l. 3. h. t. Molina
d. 699. num. 12. Dn. Thabor d. th. 36. in fin.* Emphy-
teutæ autem datur ob dominium perpepiuari-
um, licet non directum, per dicta *Molin. d. l. Dn.*
2. *Thabor. d. l. num. 35.* Domino etiam contra Em-
phyteutam dari hanc actionem, ſi deterioratio
magna, tradit *Clarus §. Emphyt. n. 2. Dn. Thabor
d. l. num 38.*

## ad L. Si plures. 6.

*SUMMARIA.*

*AN arborem vicini, qvæ in fundo noſtro radices
egit, reſecare liceat, niſi auferat. n. 1.*
*Arbor non deſinit eſſe tota domi, ſi radices egerit in
fundo vicini.*
*Conciliatio* l. h. cum l. 7. §. ult. ff. de A. R. D. *re-
mitſivè. 3.*

1. SI arbor tua radices in meum fundum egerit, an
poſſum reſecare, niſi auferas? Reſp. debere me
actione negatoria agere, non licere tibi radices in
fundum meum emiſſos poſſidere. ſed arg. *lib. 1. C.
de Interd.* hoc declarat *Dn. Thabor.* qvod ſi non
auferantur, poſſe me utili interdicto de arbor. cæ-
dendis agere, ne impediat, qvò minùs reſecem.
2. *Dn. Thabor d. 1. th. 23.* Additur, arborem meam
manere totam, licet radices in fundum tuum ege-
rit, imò licet radices, qvæ in meo erant areſactæ,
& ita ex ſolo tuo agro alimenta recipiat, tamen
3. meam manere hic dicitur. Sed ſcrupulum & con-
trarietatem, qvæ inter hanc & *l. 7. §. ult. de A. R.
D.* eſſe videtur, eximunt Dd. alibi, ut *Hill. ad Don.
l. 4. c. 34. lit. B.* & præcipuè *Dn. Thabor ad h. t. th.
24. & ſeq.* qvod aliud ſit agere, aliud porrigere &c.

## ad L. Furtim. 7. §. 1.

*SUMMARIA.*

*RAdicitus arborem evellens non tenetur hac
actione. n. 1.*
*Qvi tantum nocendi animo vites, arbores, evellunt,
an aliis mitius puniendi. 2. 3.*
*De* conſt. Crim. Car. *hic pœna conſtituta arbitra-
ria eſt. 4.*

SI qvis arborem, vel frutices vel vites evelle-
rit, non tenetur hac actione, qvod Autumno Gal-
lico JCto iniqvum videtur, & videntur legis ver-
ba captari, qvem citat & refutat *Dn. Thabor d. l.
th. 21.* Sed ſanè negari neqvit, reperiri hodiè ho- 2.
mines, qvi non animo lucrandi, ſed tantùm no-
cendi vites, plantas frutices, arbuſculas evellunt,
hi ſcil. levius tractabuntur, qvàm ſi id lucrifaci-
endi cauſa faciant; nam illo caſu major malitia
ſubeſt, ſed & leniter nimis tractarentur illi male-
feriati homines, ſi ſimplum tantum tenerentur
reſtituere ex L. Aqvilia. Ideoqve *Carpz. p. 4. C. 37.* 3.
*d. 5.* eos extraordinariè etiam Carcere ac relega-
tione poſſe puniri tradit addito præjudicio Dece-
rem in duplum eos evulſores puniri poſſe ex hâc
actione ſi non directa, tamen utili. Id enim in
jure rarum non eſt, ut in aliqvo caſu abſolutè ne-
gari videatur actio dari, & tamen actio utilis tùm
à legibus, tùm ab Interpretibus ſuppleatur. In *Art.
Crim. 168.* pœna ſtatuitur arbitraria, ſed is loqvi- 4.
tur de ſylveſtribus arboribus.

## Ad L. Facienda. 8.

*SUMMARIA.*

*SI viva arbor cum lignis caſis eſt inæqvalis æſtima-
tionis, qvomodo præſtatio facienda. n. 1. & 3.
Actio hæc mixta & perpetua eſt 2.*

SI viva arbor æſtimari poſſit 50. florennis & li- 1.
gna cæſæ 10. deductis his 10 niſi aſportaverit
delinqvens, manet 40 qvæ duplantur, & ita hæc 2.
actio eſt mixta, dum ſimplum ineſt duplo, ut ex
*l. ſeq.* probat *Cujac ad h. l. tom. 1. pag 1363.* unde
etiam perpetua eſt. *l. 7. §. ult. h. t.* Si autem aſpor- 3.
tavit, tenetur etiam actione furti pura, & præter-
ea condictione. *Bach. d. l. n. 5. & 6.* ubi in ſeq.
de foro Saxon. ut & *Coler. deciſ 146. Dn. Thabor.
d. l. th. 40. Berlich. d. l. num. 7. & ſeqq.*

## APPENDIX.
## Ad conſtitutionem Criminalem de furtis.

*SUMMARIA.*

*QVa pœna conſtituta de conſt. Car. crim. ob fur-
tum primum non manifeſtum infra 5 ſolidos
n. 1.*
*Qvæ pœna locum habeat in furto manifeſto. 2.*
*Pœna furti manifeſti in qvadruplum hodie non ceſ-
ſat. 3.*
*Ob furtum commiſſum cum armis vel effractione vi-
olenta ædium, aut conſcenſione per ſcalas pœ-
na mortis irrogatur, qvæ differt in mareo &
fœmina. 4. 9.*
*Qvæ reqvirantur, ut ob modicum furtum pœna la-
qvei locum habeat. 5.*
*Pro effractore non habetur, qvi adulterino clavo
utitur. 6.*
*Sententia illorum, qvi effractoribus ſtramineorum
tectorum mitiorem pœnam tribuunt, an in ju-
re fundata cenſeatur. vid. 7.*
*Qvatenus pro primo furto non violento pœna laqvei
dictari poſſit. 10. 11.*

*Si plu-*

*Si plures furtum commiſerint, qvatenus his in ſingulis pœna ordinaria locum habeat. 12.*
*Duo furta non violenta nec excedentia 5. ſolidos qvomodo puniantur. 13.*
*Qvid ſi excedant illam ſummam. 14.*
*Ob furtum trinum dictatur ultimum ſupplicium. 15.*
*Tres actus conſvetudinem probare an rectè hic colligatur. 16.*
*Qvando pœna extraordinaria augeri poſſit. 17*
*Qvæ reqvirantur, ut furti impuberi pœna mortis dictari poſſit 18.*
*Ob furtum factum bonis, qvorum hæres proximus eſt fur, irroganda pœna ex jure communi reqviſitis ad hoc collegiis ſapientum. 19.*
*An puniendus is, qvi neceſſitate famis furatur eſculenta vel tales res, ex qvibus venditis cibus comparetur; etiam is, qvi ob nuditatem veſtes ſurripit. 20.*
*Fruges ſurripiens qvomodo puniendus. 21.*
*Ob ligna furtim cæſa qvando pœna exaſperanda. 22.*
*Qvi ex ſtagno vel aqvâ clauſa piſces furatur ad exemplum alterius furis punitur 23.*
*Secus, ſi qvis furetur ex flumine privato. 24.*
*Depoſitarius rem depoſitam intervertens ut fur punitur. 25.*
*Qvod ad commodatarium & tutorem non extenditur. 26.*
*Præjudicium ſubjicitur. 27.*

1. QVamvis *Nov. 134. c. fin. verſ. pro furto.* furem
capite puniri prohibeat, ab hoc tamen re-
ceſſum eſt per *Conſtit. Frider. de Pace tenenda*, ubi
de furto, & *conſt. crimin. Caroli. V.* Ex qvâ hæc no-
tanda (1.) qvi primum furtum nec manifeſtum
commiſit infra 5. ſolidos, id eſt Ungaricos, tene-
tur ad reſtitutionem dupli, unà cum re furtiva
aut ejus æſtimatione, vel ad pœnam carceris, &
cum reſtitutione expenſarum; qvas vel Magiſtra-
tus vel accuſator fecit in alendo fure & ſumptibus
cuſtodum. Et hæc, qvæ de pecuniis dicta, proce-
dunt, ſi ſolvendo fur, & cum præſtatione *Urphe-*
2. *dæ. Art. 157.* (2.) Si ſit furtum manifeſtum, debet
pro numellis publicè exponi, & cæſus relegari,
vel ut mores noſtri habent, fuſtigari eum perpetuâ
relegatione. Excipitur, niſi honeſto loco natus, &
ſpem emendationis præbeat; nam tunc ad qva-
druplom tenebitur. Vid. *Thabor. d. l. th. 4.* & ad
reſtitutionem nihilominus tenetur vel reſpectu
habito perſonæ, ad qvadruplum poteſt conveniri.
*Art. 158.* Unde patet, pœnam furti manifeſti in
3. qvadruplum hodiè non ceſſare. *Thab. ad d. art. th.*
4. *12.* (3.) Si furtum cum armis vel effractione violen-
ta non arcæ ſed ædium factum. *Dn. Thabor hic th.*
*22.* aut conſcenſione per ſcalas factum, aut fur ar-
mis accinctus, qvibus obſidentem lædere poſ-
ſit, qvia talia furta ſunt periculoſa furta, gefähr-
liche Diebe/ ob hæc furta ſine reſpectu qvanti-
tatis vir laqveo, mulier aqvis ſuffocanda, vel
membro aliqvo fur eſt mutilandus. *Art. 159.* Sed,
5.
ut fur etiam ob modicum furtum, laqveo punia-
tur, reqviritur talis effractio, qvæ non ſit ſimplex,
ſed violenta & per inſtrumenta, ſecundùm *Carpz.*
*qv. 79. num. 19.* cujus ſententia licet non verbis, æ-
qvitati tamen videtur congrua. Conf. *Dn. Thabor.*
*ad art. 159. num. 5.* Effractio tamen horrei, ſtabuli
ſufficiet. *Dn Thabor. d. l. num. 19.* Pro effracto- 6.
re tamen non habendum puto, qvi adulterino cla-
ve utitur. *Carpz qv. 79. num. 41.* Illa vero ſen- 7.
tentia, qvod effractoribus ſtramineorum tecto-
rum levior pœna debeatur, ut *Carpz qv. 79. n. 44.*
putat non videtur eſſe in jure fundata; nam non
ſeditioſa, ſed periculoſa effractio reqvitur, qvæ &
hic eſt. *Dn. Thab. hic num. 22.* ſed in dubio hic ſe-
qvenda mitior ſententia. Qvod attinet furem 8.
deprehenſum in furto, licet eandem pœnam deſe-
rat. *Dn. Thabor ad h. art. 159.* videtur tamen iſta
ſententia durior, qvia non nocuit Domino in ef-
fectu. In mulieribus rectius ſuffocatio in aqvis 9.
obſervatur propter conſtitutionem Imperatoris;
niſi contraria conſvetudo, ut fœminæ etiam ſu-
ſpendantur, appareat. Et hæc eſt pœna levior, qvia
licet ſuffocatio ſit, tamen ſepulturæ cadaver tra-
ditur. *Carpz. qv. 78. num 73.* ſtatuit, etiam pro 10.
primo furto non violento magnæ qvantitatis poſ-
ſe pœnam laqvei dictari. Sed Imperator hoc
non dicit ſimpliciter, ſcil. primum furtum, ſi ſit 5.
aureorum vel ultra, qvod ob circumſtantias poſ-
ſit contingere, non ſimpliciter, ob qvantitatem;
ſed ſi cum qvantitate iſta circumſtantiæ adgra-
vantes concurrant v. gr. ſi damnum magnum ex-
urgat ejus, qui damnum paſſus. *Dn. Thabor hic*
*num. 8 & ſeqq.* & reſpectus habendus ad eventum.
*lib. 45. §. 1. ff. ad l. Aqvil. Dn. Thabor d. l. num. 12.*
Sed & concurrentibus circumſtantiis tutior eſt 11.
cautela, ſi qvidem ob urgentes circumſtantias ob
furtum primum pœna laqvei dictetur, ſed reſer-
vatâ mitigatione ſuperiori, ut facere Dn. Scabi-
nos Lipſienſes patet ex *Carpzov. qv. 80. num. 18.*
& ſe qvoqve ita facere refert. *Dn. Thabor ad art.*
*159. num 18.* Si autem plures furtum admiſerint, 12.
nullus horum pœna ordinaria plectetur, niſi facta
diviſione rei furtivæ æqvali, cujusqve portio ad va-
lorem qvinqve ducatorum aſcenderit, ut *arg. l.*
*fin. ff. de ſicar.* colligit *Carpzov. qv. 88. num. 37. &*
*Berlich. part. 5. concluſ. 43. num. 121. art. 160.* (5.) Si 13.
autem qvis duo furta commiſerit, in neutro vero
aliqvid effregerit, vel ſcalas admoverit, vel cum
armis rapuerit, & utrubo furta conjuncta 5. ſoli-
dos non excedant, pro numellis exhibebitur vel
relegabitur, vel etiam territorii fides egredi com-
pelletur præſtita cautione. Si autem excedat il- 14.
lam ſummam, Judex circumſtantias æſtimabit, &
pœnam arbitrabitur. *Art. 161.* Sed ſi concurrant 15.
tria furta, eaqve ſint non tantum confeſſa, ſed &
probata, tunc talis fur pro famoſo habetur, & ha-
bitum furandi contraxit, & ſi mas, laqveo punitur;
ſi fœmina, aqvis ſuffocatur. *Art. 162.* licet de con-
ſvetudine Saxonica par ratio habeatur utrius-
qve

qve ſexus. *Berlich. part. 5. concl. 43. n. 37. Carpz.*
16. *pag. 4. Conſt. 38 d. 10.* Unde colligitur, tres actus
probare conſvetudinem, ſicut aſſerit *Clarus §. fur-
tum num. 8.* qvamvis & hic qvantitatem rerum fur-
tivarum attendendam eſſe putet *Carpz. d. qv. 78.
num. 80. & ſeq.* Sed hæc ſententia vix videtur hu-
ic articulo convenire, ibi, das ſich ein Verleumb-
der Dieb/ it. einem Vergewaltiger gleich geacht.
17. (7.) Si plures circumſtantiæ concurrant, qvæ fa-
ctum aggravant, pœna etiam extraordinaria auge-
18. ri debet. *Art. 165.* (8.) Pœna mortis non irrogan-
da furi impuberi, non minori 14. annis mari vel
fœminæ, niſi proximus ſit pubertati, id eſt proxi-
mus perfecto anno 14. nahe bey vierzehen Jah-
ren / & malitia ſuppleat ætatem, ſintque circum-
ſtantiæ delictum aggravantes, & ſic judicem mi-
nori ordinariam pœnam remittere non teneri, re-
ctè tradit *Carpz. q. Crim. 82. num. 26. & ſeq.* Licet
diſſentiant *Dd. citati à Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 329.
num. 12. & Tiraq. de pœn. temp. c. 7.* Si tamen tria
hæc reqviſita ſcil. 1. proximitas anni 14. 2. dolus 3.
periculoſæ circumſtantiæ non concurrant, melius
judices facient, ſi extraordinariam pœnam dicti-
gent. *Carpz. q. 143, num. 55.* & *Dn. Thabor ad h.*
19. *art. 164 de junioribus furibus concepto. 164.* (9.) Si
qvis aliqvis ſubtrahit ex bonis, qvorum proximus
hæres eſt, & eo nomine accuſetur, judices ad Col-
legia ſapientum remittuntur, ut ab illis diſcant,
qvid ex communi jure dicendum, das gemeine
Recht *art. 165.* ubi *Dn. Thabor* monet, ad jus Ro-
manum remitti judices. Sed ex officio judex par-
te læſa non deferente inqvirere prohibetur. *d. art.*
20. *165.* (10.) Si qvis neceſſitate famis furetur eſculen-
ta, ſi ob nuditatem veſtes, (ita enim per *cap. 3. de
furtis.* extendit poſt alios *Carpzov. d. q. 83. n. 46.*
licet diſſentiat *num. 2 ad h. art.* Dn. Thabor. Sed
de aliis rebus ſurreptis, ex qvibus venditis poſſit
comparari cibus, idem ſtatuit *Carpz. d. qv num. 48.*
de qvo dubitat *Dn. Thabor ib. 3.* & ego dubito;
niſi res ſit tam levicula, ut pretium vix ſedandæ
fami ſufficiat) tunc à pœna abſolvendus eſt fur;
niſi furtum ſit magnum, ubi pro arbitrio judicis
punietur. *art. 160. qv. 83. num. 42. ſeq. Cagn. & Dec.
ad l. quæ propter neceſſitatem 162. de R. J.* ſed pœ-
nitentia furi injungitur. *cap. 3. X. de furt.* qvod de
extremo neceſſitatis caſu intelligendum non eſ-
ſe, gl. *bid.* monet per *cap. 25. diſt. 5. de conſecratio-
ne.* Et licet furtum magnum ſit, non tamen ad
pœnam ordinariam hic devenire licet, ut vult
*Carpz. qv. 83. n. 42. Dn. Thabor. hic. num. 6.* Cau-
ſam aſſignant hanc, qvod neceſſitas omnia bona
externa faciat communia. *c. ſicut. 8. can. 8. diſt. 47.*
qvæ ratio, cum ceſſet in uxore fame laborante, &
ob hanc cauſam in corpus ſuum peccante, ceſſat
etiam hæc diſpoſitio. *l. Palam. 43. §. 5. de ritu nu-
pti. ar. c. 4. X. de divort. Farin. qu. 43. num 12. San-
chez. de matr. l. 10. diſp. 5. num. 6.* (11.) Si qvis fru- 21.
ges maximè noctu ſurripuerit, ut alii fures puni-
untur, niſi furtum exiguum ſit, ubi civiliter tan-
tum puniendus. *artic. 167.* ubi vid. *Dn. Thabor.*
Ideoqve dubitandum de ſententia *Covarr. lib. 1. re-
ſol. cap. 3. num. 12. & quæſt. 83 Carpz. num. 35.* niſi
ad terminos eos, in qvibus loqvuntur, reſtringa-
mus. (12.) Eadem ratio lignorum furtim cæſo- 22.
rum, cujus pœna gravior, ſi tempore anni vel lunæ
minus convenienti ceciderit, aut diebus feriatis
aut noctu. *art. 168.* (13.) Qvin ex ſtagno vel aqva 23.
clauſa piſces furatur, ad exemplum alterius furis
puniendus eſt; Aliud autem ſi ex flumine privato 24.
furetur, ubi pœna arbitraria. *art. 169.* Qvia ho-
rum propriè furtum non eſt, ſed damnum vel in-
juria. *Carpz. quæſt. 84. num. 76. ſeq. Berlich. p. 5.
concl. 31. num. 15. Bach. in Tr. vol 2, def. 22. theſ. 2.
lit. E.* (14.) Depoſitarius, ſi rem depoſitam in- 25.
terverterit, ut fur punitur, per *art. 170* ubi *Dn. Tha-* 26.
*bor.* id ad commodatarium extendi poſſe, negat
*def. 4.* nec ad tutorem extendi poteſt. *Thabor. d. l.
num. 6.* ſubjiciam hic præjudicium aliqvod. Ob 27.
wohl ſonſten/vermöge Käiſer Carls des Fünfften
Halsgerichts-Ordnung/ein Dieb der über 5 Un-
gariſche Gülden geſtohlen/ſonderlich wenn er ein-
gebrochen / oder zum drittenmahl betreten wird/
mit dem Strange vom Leben zum Tode zubrin-
gen; Dieweil aber wir nicht wiſſen können / ob
noch das mangelnde Silber und geſtohlne Korn/
ſo viel er zu ſeinem part bekommen/ſo hoch ſich be-
lauffen möchte / auch nicht erwehnet / daß er mit
mördlichen inſtrumenten / ſo ad inferendam vio-
lentiam ſich ſchicken/die Cammer/darinn das Sil-
ber geweſen/erbrochen. Den dritten Diebſtal/
den er beym Pfarrherren / als ſeinem Herrn / ge-
than/damit entſchuldigen will, daß ſein Herr ihm
ſeinen Lohn nicht entrichten wollen; Als tragen
Bedencken vor jetzo die ordentliche Todesſtraffe
zu erkennen. Derhalben über einige Umbſtände
der Herr Obriſteut. und Pfarherr eidliche æſtima-
tion und Bericht nöhtig ſeyn wird, ꝛc.

# Titulus VIII.

## Vi Bonorum raptorum & de turba.

### Ad L. Qvi rem I.

*SUMMARIA.*

*Vis bonorum raptorum qvid. n. 1.*
*An differat à furto ſpecie. n. 4.*
*Concurrit hæc actio cum actione furti. 3.*

Vis Bonorum raptorum, ſeu rapina, eſt in- 1.
juſta contrectatio rei alienæ mobilis, facta
per vim. *Molin. tit. 2. diſp. 683. num. 2. Ant.
Mateb. ad lib. 47. Pand. tit. 2. cap. 1.* eamqve à 2.
furto ſpecie differre, tradunt *Covarr. in c. pecca-
tum. pag. 2. §. 1. n. 2. Molin. d. l. n. 7.* Et nihilominus 3.
dicitur

dicitur, eum, qvi rapinam paſſus eſt, habere electionem, an actione furti, an vi bonorum raptorum, ſcil. intra annum in qvadruplum, poſt annum in ſimplum agere velit, adeò, ut ſi unâ actum ſit, poſſit etiam alterâ agere, ſi in ea qvid amplius. *l. 88. ff. de furt.* Et ideò actionem furti manifeſti contra raptorem dari, communiter tradunt Dd. *Weſenbec. hic num. 7. Hillig. l. 15. cap. 13. lit. D. Bachov. diſp. 30. theſ. 4. lit. C. Farin. quæſt. 166.*
4. *num. 37.* Et in *l. 80. §. 3. ff. de furt.* dicitur, rapinam eſſe ſpeciem furti manifeſti, qvod *d. l. Covarr.* de latiori acceptione vocis furti, intelligit.

## ad L. Prætor ait. 2.

### SUMMARIA.

Dolus hic ex facto illicito præſumitur. n. 1.
Judicium de vi publicum & privatum, an ſibi præjudicent. 2.
Qvæ hodie ſit rapinæ pœna. 3.
De rapina non ſaltem raptor ſed & is, qui homines collegit, tenetur. 4. & 10.
Vis & dolus an hic coincidant. 5. 6.
Autor tumultus ad qvid teneatur. 7.
Suam rem rapiens an teneatur. 8.
Ob Robbariam qvando teneatur Princeps. 11.

1. Dolus hic reqviritur, ut qvis per vim damnum dediſſe dicatur, qvi tamen ex facto illicito ſemper præſumitur, per *l. Si non convicii. C. de injur. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 7. num 12. & l. 2. obſ. 110. num. 8. Mynſing. cent. 3. obſ. 98. num. 6.*
2. Præter hanc actionem datur etiam criminale judicium, de vi publica & privatâ, qvarum una alteri non præjudicat, niſi qvoad ſimultaneum proceſſum. *Gl. hic & Bart.* nec per verba illa, de privata vi, vim publicam excludi puto cum *Gœddeo in l. 41. num. 2. de V. S. Hillig. in donell. l. 15. c. 32. lit. A.*
3. Jure noviſſimo etiam gladio rapina punitur. *Conſtit. Carolina art. 126.* qvi ſe refert ad jus commune raptor prima vice non ſoleat gladio plecti, per *l. 28. §. 10. de pœnis. Farin. quæſt. 167. num. 87.* licet aliter *Carpzov. in pr. crim. quæſt. 90. num. 12. &*
4. *ſeq.* Cæterum non tantum convenitur hac actione is, qvi rapit; ſed & is, qvi præcedente conſilio ad hoc homines colligit, vel ab alio collectis utitur. *§. 2. & 3. h. t.* Et, ſi vel unum hominem coegerit ad vim faciendam, tenebitur ex Edicto *§. 6.*
5. *ubi vid. Godofred.* qvid ex eo colligat *Bart.* Qvamvis autem vis & dolus ſoleant opponi; vis tamen à privato intentata, dolus eſt, per *§. 5. h. l.* ratione generalis acceptionis, ſcilicet, qva ſumitur pro qvavis malitia, improbitate ſeu variæ injuriæ
6. modo. *Hillig. in donell. l. 15. cap. 40. lit. M.* Sed qvi coegit homines, tenetur de rapina, licet effective nullam vim intulerit; nam ſufficit, qvod oſtentando manipulum furum vim videatur inferre. *§. 9. ſed*, & ſi ſine coactione hominum ipſe ſolus vim faciat, idem hac actione tenetur. *§. 9 h. l.* Qvi homines collegit ad vim 7.
faciendam; non tantùm de damno à ſe dato tenetur, ſed etiam de eo, qvod à coactis datum eſt, ſed coactus non niſi de eo, qvod ipſe dedit. *§. 11. h. l.* Collige, autorem tumultus teneri de delicto ab aliis etiam commiſſo, per *l. 6. C. de vi publ. & priv. Gail. l. 1. obſ. 109. num. 5.*
*Carpz. pract. Crim. quæſt. 1. num. 19.* Si qvis 8.
ſuam rem rapuerit, h. e actione non tenetur, ſed aliis pœnis, *ut l. ſi qvis in tantam C. unde vi.* qvæ hodie in foro adhuc uſitata. *Menoch. rem. 9. recup. poſſ. num. 8. Molin. tr. 2. d. 18. num. 11.* Qvod in noſtro imperio confirmat Ordinatio Cameræ Anno 1521. tit. wie es in Irrung der poſſeſſion, & in Collegio Juridico Jenenſi pronunciatum ſcio, de qvo remedio plura *Menoch. d. rem. 9. per tot. Guttierez. l. 1. pr. quæſt. 77. Joh. Baptiſta Plotus in h. l. aliiq.* Sed datur tamen hæc actio vi bonorum raptorum contra eum creditorem, qvi rem ſibi oppignoratam rapit, per *l. 3. C. h. t. & ibi Bald. & Salic. & l. ult. ff. de vi privata. Ant. Gabriel. l. 5. comm. concl.*
*tit. de acqvir. poſſeſſ. concluſ. 1. num 38.* Non 9.
tantum datur actio ei, in cujus bonis res rapta fuit, ſed & ex cujus bonis, ſi intereſt ejus non eſſe raptam, ut ſi commodata vel locata ſit, vel aliqvod jus in re habeam, & datur actio contra ipſum Dominum. *Gabriel. d. loc. num. 33.* & qvadruplabitur non pretium rei, ſed intereſ-
ſe. *Bachov. in Weſenbec. h. t. num. 3.* Inter fur- 10.
tum & rapinam hoc intereſt, qvod illud clam, hæc palam fiat, qvorum hæc deterior eſt, per *cap 11. cauſ. 14. quæſt. 5.* Unde infertur, licet vis actu non inferatur, ſi tamen ablatio fiat palam, & auferentes ſint parati vim inferre, qvod habeat tamen locum hæc actio. *arg. l. 2. §. 9. h. t. Farin. quæſt. 166. num. 31.* Pœna huic delicto etiam imminet publica, ſcil. gladius,
per *art. 127. conſt. crim.* Sed datur etiam ob 11.
Robbariam actio ad damnum reſtituendum, contra principem, vel eum, qvi territorii jura habet, per *Receſſ. Imp. de. de anno 1512. §. darmit* denn Obrigkeit. Ad qvod (1.) reqvirit *Carpz. pag. 2. pract. crim. quæſt. 91. num. 80.* ut pro certo cenſu Dominus ſalvum conductum dederit ſpecialem, qvamvis contraria opinio ſit receptior. *Gail. l. 2. obſ. 64. Mynſing. cap 5. obſ 79. Roſenthal. cap. 5. concluſ. 22. & qvos ipſe Carpzov. alleg. num. 62.* (2.) Si non tantum juramento, ſed etiam legitimis probationibus probaverit actor, damnum per rapinam datum; nam *l. ſi quando C. unde vi*, hic locum non habet, qvia non agitur contra eum, qvi deliqvit, ſed contra tertium ex qvaſi delicto. *Gail. lib. 2. obſ. 64. num. 8. Mynſing. cent. 5. obſ. 91. Carpzov. d. loc. num. 77.* (3.) Reqviritur, ut à regiâ viâ non deflexerit. *Aur. Bull. tit. 1. Roſenthal. de feud. d. loc. & Carpzov.* Et in hunc finem dari ſolent mandata ſine clauſula, teſte *Mindan. de proceſſ. pag. 3. cap. 57. num. 3.*

### ad L. *P*rætor ait. 4.

*SUMMARIA.*

*QVi in turba dolo damnum dedit, vel dari fecit, in duplum tenetur. n. 1.*
*Turba qvid? 2.*
*Exemplum in pace publica fracta. 3.*
*Idem notandum in interpretatione ſtatutorum. 4.*
*Quomodo turba clamore detur. 5.*
*Differentia inter edictum de vi bonorum raptorum; & hoc de turba. 6.*

SIqvid in turba dolo damnum datum fuerit,
1. contra eum, qvi damnum dedit, vel qvi fecit,
ut in turbâ damnum daretur, licet abſens fuerit,
datur actio in duplum intra annum. Turba au-
2. tem eſt, ſi numerus non ſit minor qvam 10. ho-
minum. Hic colligunt, vim fractæ pacis publi-
3. cæ inter alia reqvirere, ut facta ſit à 10. vel plu-
ribus hominibus coadunatis. *Gail. l. 1. de P. P. c. 7. n. 24. & ſeq.* Qvod notandum pro inter-
4. pretatione ſtatutorum, qvæ tumultibus certam
pœnam indicunt, ut Conſtit Auguſti & *part. 4. conſt. 44.* & ibi *Moller.* De cujus pœna alias agit
*Carpz. pract. crim qu. 110. n. 8. & Decian. l. 7. c. 7. n. 19.* Ex hoc edicto de turba tenetur etiam ille,
5. qvi miſericordiam implorando turbam conci-
tat, vel ad cujus clamorem turba ab alio etiam
contracta eſt, ſi dolo malo ejus damnum datum
fit. *§. 6. h. l. Oldend. claſſ. 7. act. 10.* Deinde ex
6. hoc §. notanda differentia inter hoc Edictum & ſuperius. *Colleg. Argent. hic n. 20. & Oldend. d. loc.* Nam actio de vi raptis bonis datur ad ea damna reparanda, qvæ dolo malo hominibus coactis dediſti, vel rapuiſti hominibus non coactis: At actio de turba de damno in turba dato datur, licet ipſe turbam non coegerit, ſed ad clamorem vel miſericordiam turba contracta eſt, vel ſi alius alius contraxit, vel ipſe ex turba fui. Rapta res etiam rupta & corrupta intelligitur, qvatenus ſc. cum violenta ereptione hæc corruptio conjuncta §. 10.

### L. *P*en.

*SUMMARIA.*

*RApiam rem ante judicium reſtituere non liberat. n. 1.*
*Ne qvidem in judicio criminali. 2.*
*Exceptio in furto 3.*
*In rapina qvantitas rei abrepta non attenditur. ult.*

NOn prodeſt ei, qvi vi rapuit ad evitandam 1.
pœnam, ſi ante judicium reſtituat rem,
qvam rapuit, idem in furto. *l qui ea mente 65. ſupr. de furt.* Idqve hic etiam in judicio crimina- 2.
li verum eſſe dicit *Carpz. q. 90. num. 55. & ſeq.* Licet in furto criminaliter vindicando ſecus; Sic
etiam in rapinâ non attenditur qvantitas rei ab- 3.
reptæ, qvia hic violatio ſecuritatis publicæ atten- 4.
ditur *Carpz. d. q. 90. n. 43. & ſeq.*

# TIT. IX.

# De Incendio, Ruina, Naufragio, Rate, Nave expugnata.

### ad L. Prætor ait. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*QVi ex incendio, naufragio &c. qvid rapit, tenetur intra annum in qvadruplum. n. 1.*
*Ampliatur. 2.*
*Sed qvi poſt naufragium in littore, qvid reperit; potius fur eſt 3.*
*Melius huic rei providet Auth. Navigia C. de furt. 4.*
*Lex conſvetudinem prohibens, tolli non poteſt conſvetudine. 5.*

IN eum, qvi ex incendio, ruina, naufragio na-
1. veqve expugnata qvid rapuiſſe aut recepiſſe
dolo malo damnive qvid dediſſe dicitur, in-
tra annum in qvadruplum actio dabitur, qvia
publicè intereſt in hujusmodi caſibus nihil rapi.
§. 1. n. 9. de qvo plura *Farin. q. 168. n. 80.* Idem
2. eſt, licet non ex incendio, ſed propter incen-
dium ſc. propter tumultum vel trepidationem
incendii aliqvid rapiatur, vel ex adjacentibus
prædiis. *§. 3. Oldendorp. claſſ. 7. act. 8.* & ſic in-
telligendus *Farin. q. 168. n. 187.* Ex naufragio
3. rapuiſſe videtur, qvi tempore & loco naufragii
aliqvid rapit, non qvi poſtea rem in littore ja-
centem reperit, ſi poſt naufragium aliqvod tem-
pus interceſſit. *l. 5. h. t.* licet non furtum commit-
tat; Sed melius proviſum huic rei à Frid. Impe- 4.
rat. *in Auth. Navigia. C. de furt.* Ubi ejecta ex
naufragio ſub pœna publicationis bonorum re-
ſtitui jubentur, & contraria conſvetudo tollitur;
& idem ſi poſt naufragium rapiatur, exceptis
tantum rebus pyratarum & hoſtium Imperii.
De qvo *etiam art. 218. conſt. crim. Gail. lib. 1. obſ. 18. Covar. c. peccatum. part 3. §. 1. n. 5 & 1 Petr. Gregor l. 39. c 3. n. 2.* Collige *ex d. Auth.* contra 5.
legem, qvæ conſvetudinem prohibet, non poſſe
introduci conſvetudinem, de qvo *V. sq. part. 2. illuſtr. l. 1. c. 3.* Similia exempla habentur *in Auth. Caſſa C. de S.S. Eccl. Auth. omnes peregrini. C communia de ſucceſſ. cap. caterum X. de juram. calum. Receſſ. imp. de anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen/ ꝛc.

### ad *L.* Qvo naufragium. 3.

*SUMMARIA.*

*COntinnatur materia legis prima. h. t. 1.*
*Deſtruens tempore incendii vicini ades non tenetur. 2.*
*Domino tamen deſtructa domus vicini damnum reſtituent 3.*

IN l. 3. princ. continuatur materia legis primæ 1.
§. ult. & l. 2. ſcilicet, qvod ille ex hoc delicto

teneatur, qvi tempore naufragii aliqvid rapit,
idem ſi tempore expugnatæ navis aliqvid rapit,
§. 1. ſed & qvi rapinam recipit dolo malo, §. 3.
i. e. occultandi animo. Porro ſi orto incendio
defendendarum meatum ædium cauſa vicini æ-
2. des diſſipaverim, i. e. deſtruxerim, contra me
neqve ex hoc Edicto neq; ex L. Aqvil. datur actio,
cum injuriam non faciat, qvi ſe tueri voluit, cum
alios non poſſet, *§. pen. h. l & l. 49. § ult. ff. ad l.
Aqvil. ubi plura. Gail. l. 2. obſ. 22. n. 3. Vivius deciſ.
50. Berlich. part. 5. concl. 25. num. 125.* Sed eo caſu
3. Domino deſtructarum ædium damnum à vicinis,
qvorum ſaluti conſultum, reſtituendum eſt. *l. 1.
& 2. ff. ad l. Rhod. Gail. d. loc. & Farin. qvæſt. 110.
n. 144. ſeq. & Berlich d. l n. 126. Menoch. l. 2. A. J. Q.
caſu 399. n. 14.*

## ad L. Pedius. 4.

*SUMMARIUM.*

*Pœna ex incendio rapientium eſt arbitraria.*

QVi ex incendio qvid furati fuerint, non tan-
tum civiliter in qvadruplum, ſed & crimi-
naliter pœna etiam corporis afflictiva poſſunt
affligi, ſi ſcil. non collegerint certò alias peri-
tura, qvod qvilibet vir bonus facere poteſt in
tali turbulento ſtatu: ſed ſi flagitioſe invaſe-
rint, qvæ ſervari poſſunt, pro qvantitate furti &
conditione perſonæ variè puniuntur; & ca-
vendum, ne qvid durius aut remisſius ſtatua-
tur, qvam cauſa poſtulat; qvod ex hoc textu
ſolet allegari, ut & id, qvod in crimine hoc
qvantitas furtum & qvalitas, & perſonæ condi-
tio attendi debeat. Unde apparet hanc pœnam
eſſe arbitrariam. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 297. Farin.
qv. 168. n. 75.*

## ad L. Neqvid. 7.

*SUMMARIA.*

*QVomodo conſulatur naufragium paſſis. 1.
Dominus tenetur ex culpa famuli, circa offici-
um ſuum delinqventis. 2.*

NAufragium paſſis hic conſulitur, ne res in
1. fluctu hinc inde dejectæ, aut in littore re-
pertæ ſurripiantur ſub pœna latrocinii, qvæ hic
tamen arbitraria. Præſidibus accurata cogni-
tio cauſæ demandatur & ejus maturatio. Poſſeſ-
2. ſores cum familiis ad præſidem remittendi, &c.
Ex qvo textu *Farin. q. 24. n. 49. & ſeq.* vult proba-
re, qvod Dominus teneatur ex culpa famuli, ſi
circa officium ſuum delinqvat. Sed de eo dictum
ſupra ad tit. de Publicanis.

## ad L. Qvi ædes. 9. & 11.

*SUMMARIA.*

*PŒna incendiarii doloſi alia ruri alia in urbe. 1. 2.
Culpoſi vero aut reſtitutio damni. 3.
Aut ſi ſit innops, pœna corporalis. 4.
Qvandoqve incendium ex culpa lata etiam crimina-
liter punitur. 5.
Laſcivia & luxuria doli ſpeciem habent.
Exemplum in prodigo. 7.*

QVi ædes acervumqve frumenti juxta do- 1.
mum poſitum combuſſerit doloſe & data
operâ, igne necandus eſt, ſive fiat inimicitiæ ſ.
prædæ cauſa. *l. 1. capitolium. 28. §. 12. de pœna.*
Sed ſi ruri caſam aut viliam incenderint, ali-
qvanto levius puniuntur, qvod de pœna gladii
intelligit *Berlich. part. 5. concluſ. 24 n. 7. & ſeq.*
Sed in incendio in civitate facto diſtingvunt le-
ges inter perſonas viles & digniores. *in l. ult.* 2.
*§. 1. h. t.* & ita variè etiam jure civili punitum
fuit incendium. *Men caſ. 390. Mynſ cent. 6. obſ. 58.*
Licet aliter *Berlich. d. concl. 24. n 4.* Sed in Ca-
rolina Conſt. *artic. 125.* dictitatur vivicombu-
rium, ſed additur in *h. l.* ſi caſu, i. e. negligentia
incendium factum, aut noxiam reſarcire debet,
aut ſi minus idoneus eſt, levius caſtigandus; un-
de probare vult *Berlich. concluſ. 125. part. 5. n. 10.
& Farin. qv. 110. n. 9. & ſeq.* qvod incendiarius
præter pœnam arbitrariam teneatur etiam ad
damni reſtitutionem, ſi per culpam latam id fa-
ctum. Si culpa levi damnum ſit datum, is qvi
damnum dedit, tenetur qvidem ad reſtitutio- 3.
nem damni ex lege Aqvilia, non verò ad pœnam
corporalem, qvia tunc venia indulgenda, qvan-
do culpa lata admiſſa, ut luxuriæ aut dolo
proxima ſit. Sed ſi per negligentiam excitatum 4.
incendium, & culpoſus ob innopiam non poſſit
reſtituere damnum, poteſt corporaliter puniri?
Ita concludunt ex hac *l. 9. in verſ. ſi vero caſu.*
ubi dicitur leviter eſſe caſtigandum, de qvo *Ber-
lich p. 5. concl 25. n. 18. Carpz in crim. qv. 39. n.
28. & ſeq.* Ex *d. l. 11.* colligi etiam poteſt, in-
cendium culpoſum, ſi culpa lata admiſſa, crimi- 5.
naliter puniri poſſe fuſtigatione, vel aliis pœnis,
hic & *l 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. Carpzov. pr.
crim. d. qvæſt. 39. n. 36. VViſſenbach. ad h. t. th. 10.*
Porro colligitur, laſciviam & luxoriam doli ſpe-
ciem eſſe. *hic & l. 23. §. excipitur ff. de ædil. edict.* 6.
Et ſic etiam prodigus declaratus poteſt doloſum
committere delictum, nec poteſt eum furioſo 7.
comparari; nam prodigus omnino delinqvit
laſciviæ, neqvitiæ, luxuriæqve vitio. *Ant. Matth.
in proleg. crim. c. 2. n. 11.*

# TITULUS X.
# De injuriis & famoſis libellis.

## Ad Rubricam.

*SUMMARIA.*

*INjuria hic ſumitur pro contumelia. n. 1.
Ex injuria & civilis & criminalis datur actio. 2. 4.
Palinodia & æſtimatio injuriæ alii donatæ ad civi-
lem actionem pertinent. 3. 5.
Huic actioni ante Lit. Cont. opponitur declaratio de
bona fama. 6.*

Inju-

1. INjuria hic ignominiam notat doloſè illatam
alteri; nam aliàs etiam pro facto non juſto
per culpam admiſſo ſumitur, ut in L. Aqui-
2. liâ. Et notatur, quod dupliciter agi poſſit ob
injurias (1.) civiliter ad pœnam pecuniariam
injuriato applicandam, quæ etiam poſt litem
conteſtatam hæredem rei ſequitur, & huc etiam
3. pertinet Palinodia: Nam ut per injuriam puta-
tivè ex opinione vulgi bona fama mihi adimi-
tur, ita ex eadem opinione vulgi per Palinodi-
4. am mihi reſtituitur. (2) Criminaliter, quan-
do pœna corporis afflictiva, aut relegatio, aut
5. pœna fiſcalis petitur. Qui autem injuriati ho-
die æſtimare ſolent injuriam, & eam æſtimatio-
nem Eccleſiæ vel Ptochotropheo applicari pe-
tunt, hæc actio ad civilem pertinet actionem;
nam liberum eſt actori alii æſtimationem dona-
6. re. Huic actioni ſolet ante litis conteſtatio-
nem opponi declaratio de bona fama, ac eſt
quaſi exceptio deficientis actionis ob defectum
doli, quod ſi autem hæc exceptio ſit altioris in-
daginis, an ſcil. abfuerit dolus, interim litis
conteſtatio injungi poteſt. *Dn. Mev. p. 5. dec. 388. & ſeq.*

## ad L. Injuria. 1.

### *SUMMARIA.*

*Injuria æquivocatio. n. 1.*
*Injuria diviſio 2.*
*Injuria ſcripta an ad realem an verbalem pertineat.*
*Injuria perſonæ poteſtati vel affectui noſtro ſubjectæ, illata nobis actionem parit. 4.*
*Quod reſtringitur ad certas perſonas. 5.*
*Magiſtratus ob injuriatum ſubditum agere non poteſt. 6.*
*Bene tamen heredes ſinguli ob injuriam defuncto factam. 7.*
*Quid ſi vero liberi ab hæreditate paterna abſtineant. 8.*
*Ignorans quem injurietur, ob id non excuſatur. 9.*
*Actio injuriarum, licet ab uno remiſſa, alteri tamen, cui adq; competit, ſalva manet. 10.*

1. IN principio agitur de voce injuriæ, quod vel
iniquitatem vel contumeliam ſignificet; un-
de infertur, injuriam non fieri niſi contumeliæ
cauſa. *Farin. q 105. n. 5. Gilhauſ. arb. crim. cap. 2.*
2. *tit. 34. §. 2.* In §. 1. dividitur injuria in realem
& verbalem. Realis vel extra corpus, ut tra-
hendo ad judicium. *lib. 13. §. 3. h. t.* item arre-
ſtando; vel in corpore vid. *Carpzov. in pract.*
3. *crim. q. 99. Berlich. part. 5. concl. 59.* Verbalis
vel ore profertur vel ſcribitur; nam & ſcripta
injuria ad verbalem refertur. *Gail. l. 2. obſ. 104.*
*Cephal. conſ. 341. n. 43.* niſi quod ratione dura-
tionis potius ad realem referatur, ut in Camera
ſervari ait *Gail. d. l.* licet in jure fortè contra-
4. rium verius. *Fachin. l. 9. c. 9.* Si injuria uxori
vel liberis inferatur, maritus vel pater actionem
injuriarum habet, ſi perſona nempe poteſtati
noſtræ aut effectui noſtro ſubjecta. §. 3. adeò ut
ſi injuria facta ſit filio vel nurui volenti, ipſis qui-
dem nulla datur actio, quia ut ex §. 5. ſolet pro-
bari, volenti non fit injuria; ſed patri ac ſoce-
ro tamen detur actio, cujus juri conſenſus filii &
nurus præjudicare nequit, per *d. §. 5.* Sed an 5.
id, quod de perſonis conjunctis dictum, indi-
ſtinctè verum, etiam de perſonis cognatis o-
mnibus? ſed ea opinio meritò reprobatur, nam
certæ perſonæ in jure expreſſæ *hic & §. patiatur 1. h. t.* & multiplicarentur actiones injuriarum,
& nunquam partes de injuriis tutò tranſigerent,
cum facile aliquis ex familia movere litem poſ-
ſit vid. *Carpzov. dec. 33.* Sed an magiſtratus ob 6.
arreſtum vel injuriam ſubdito illatam agere
poteſt? Negat hoc *Gail. 1. obſ. 125. Manz. in cent. dec. quæſt. 15.* niſi principaliter domini interſit.
*Gail. n. 4. Manz. d. l. n. 15.* Si cadaveri fiat injuria 7.
vel defuncto, ſingulis hæredibus competit actio
injuriarum pro ſe & ſuo nomine *§. 4. h. l. Joh. à Sande l. 1. t. 8. def. 2.* ubi ſingulis hæredibus in ſo-
lidum actionem ad mulctam datam fuiſſe me-
morat. Sed quid ſi liberi abſtineant ab hæredi- 8.
tate paternâ? dari iis actionem, ſi calumnioſè
v. g. intra diem trigeſimum arreſtum impetra-
tum vindicent, refert *Berlieb. p. 2. dec. 188.* quia
cujusvis hæredis intereſt, ut defendatur exiſtima-
tio defuncti. §. 5. Vid. *Farin. q. 20. n. 181. Decian. tom. 2. lib. 6. c. 41. n. 24 Berlieb. concl. 37. n. 39.* Li- 9.
cet quis neſciat meum iſtum filium eſſe, cui infert
injuriam, datur tamen mihi actio, quia ſufficit
ipſum ſcire ſe injuriam inferre, licet neſciat cui.
*§. pen. h. l. 1. & l. 3. §. 2. h. t.* ſi modò ipſum pro
filiofamil. habuerit. *l. 18. §. pen. & ult. h. l. confer. l. 15. §. 45. h. t.* In *§ ult.* dicitur, ejusdem inju- 10.
riæ ratione pluribus dari actionem, nec unius
actionem aut remiſſionem alteri præjudicare;
quæ materia, cum inſtitutionibus hoc titulo *§. patiatur & §§. ſeqq.* fusè tractetur, meritò illuc
remittitur.

## ad L. Illud relatum. 3.

### *SUMMARIUM.*

*FUrioſi, infantes, mortui, non inferunt, ſed patiuntur injuriam. n. 1. 2.*

LIcet furioſi & infantes inferre injuriam non
poſſint, pati tamen poſſunt, quod ad alia quo-
que crimina produci poteſt. *Ant Matth. in proleg. crimin. c 3. n. 1.* Et ſic etiam in volentem non
poteſt committi aliquid, quod in ipſius poteſtate
non eſt permittere. *Ant. Matth. d. l. n. 3.* Et ſic
etiam mortuis nihil ſentientibus inferri injuria
poteſt. *Ant. Matth. in proleg. d. c. 3. n. 3. in fin.*

## ad L. Lex Cornelia. 5.

### *SUMMARIA.*

*ACtio injuriarum tribus caſibus eſt civilis. n. 1.*
*Hinc anno non præſcribitur. 2.*
*Actio ad Palinodiam eſt annalis. 3.*
*Deprecatio Chriſtiana nec turpis eſt nec odioſa. 4.*

*Injuriati inepte agunt ex l. diffamari. 5.*
*Filiusfam. injuriatus ipſe ſine patris ratihabitione agere poteſt. 6.*
*In actione injuriarum actor reo juramentum defert 7.*
*Etiamſi ad pœnam intentata ſit actio 8.*

1. ACtio injuriarum eſt prætoria, ſed in tribus
caſibus civilis eſt: ſcil. ſi quis ſe pulſatum,
verberatum, vel domum ſuam vi introitam eſſe
dicat; quod ultimum de domo etiam conducta,
vel villa, omnique habitatione intelligendum. §. 2.
2. *& ſeq.* Et cum hæc actio non ſit prætoria, ideò
communiter recepta eſt ſententia, hanc actionem
non præſcribi anno, cum actiones civiles
regulariter ſint perpetuæ. *Clarus in § injuria num.
9. Gail. l. 2. obſ. 104. n. 4. Farin. q. 10. n 23. Hartm.
Piſt. part. 4. q. 20. Bacbov. in Tr. vol. 2. diſp. 30. th.
ult. p. 1137. Facbin. l. 9. c. 7. Joh. à Sande l. 5. tit. 8.*
3. *def. 3.* Ex hoc autem probat. *Dn. Mev. p. 5. dec.
369.* actionem ad palinodiam conſvetudine introductam
etiam annalem eſſe; cum exceptio
confirmet regulam in caſibus non exceptis, &
hæc actio in locum actionis injuriarum introdu-
4. cta, & habet multum odii; Sed deprecationem
Chriſtianam excipio, quæ ſolet luco palinodiæ
peti vel dictari; nam hæc nihil habet turpitudinis,
& ad eam tenetur injurians quocunque tempore,
ſi conſcientiæ ſuæ conſultum velit Salvator
noſter dicit generaliter, ſi memineris fratrem
tuum habere aliquid contra te, relinque donum
& reconciliator fratri tuo, &c. procul dubio hoc
mandatum non eſt ad annum reſtringendum.
5. Injuriati ſolent etiam agere ex remedio legis Diffamari,
ſed oppido inepte, ut multis firmat *Dn.
Mev. pag. 1. dec. 145.* nec in noſtris judiciis Marchicis
hanc ineptam implorationem admitten-
6. dam putarem. Si filiusfamilias de injuria ſibi illata
agat, non poteſt compelli, ut caveat de judicio
rato habendo à patre, quia propria filii actio
7. eſt, per *§. 7. h. l. & l. 39. §. 4. de Procurat.* In
actione injuriarum actor reo Juramentum daferre
poteſt. Unde refellitur eorum opinio, qui
in famoſis actionibus putant juramentum deferri
non debere, quos ſequitur *Carpzov. part. 1. conſt.
12. def 35.* ſed vid. *Hillig in Don. lib. 24. c. 21. lit.
8. Q.* Sed nec illa ſententia ſubſiſtit, quæ contra
textum hunc juramenti delationem in actione injuriarum
ad pœnam intentata improbat, quam
ſequi videtur *Carpzov. in pr. crim. qu. 95 n. 67. ſeq.*
Sed contraria, ſcilicet quod delatio juramenti locum
habeat in Facultate noſtra, & quoque in
Dicaſterio Regio Pomeranico approbatata fuit.

## ad L. Prætor. 7.

§. 5. Si alicui plures injuriæ illatæ, tunc non debent injuriæ illæ ſeparari, ſed in uno libello cumulari. *Gothmann. vol. 3. conſ. 4. num. 33.* ubi tamen aliquid ex hoc colligit, quod non admitto, ſcilicet quod actio injur. cum practica Legis Diffamari cumulari poſſit. vide *Finckelth. obſ. 95 n. 1. & 9.*

## ad L. Si quis. 9.

### SUMMARIA.

*FAmoſus libellus quid. n. 1*
*Qui de hoc teneatur. 2.*
*Famoſus libellus talis eſt licet nomen authoris ſubſcriptum. 3.*
*Diſtinguitur tamen. 4*
*Non omnis paſquillus eſt libellus famoſus. 5.*
*Injurioſi ſcripti autor inteſtabilis eſt. §. pen. h. l. 6.*
*Scripta hodierna Theologorum non ſunt famoſi libelli, ſed tantum injurioſi. 7.*
*Præmium denuncianti libelli famoſi autorem. 8.*
*Utilitas denunciationis in Republ. Rom. 9.*

HIc agitur de ſecundo membro Rubricæ, ſcil. 1.
famoſo libello, qui eſt ſcriptura imputans
alicui crimen publicum nondum publicatum.
confer. *Molin d. J. & J. tom. 3. diſp 35. n. 2.* & 2.
non tantum ille tenetur, qui compoſuit vel edidit,
ſed etiam qui dolo malo fecerit, quo quid eorum
fieret, per h. §. Ex quo probant, libellum 3.
famoſum etiam dici, ſi quis nomen ſuum ſubſcripſerit.
*Weſenb. in π. h. t. n. 19. Heig. c. 2. q. 31.
n. 23 Berlich. part. 5. concl. 67. n. 37.* quæ ſententia
etiam probatur per Ordinationem Pulitic. de
anno 1577. *tit. 35* §. 3. & ad art. 110. *conſt. crim.*
reſpondent alii occultationem nominis frequentioris
uſus gratia exprimi. *Heig. d. l. n 30.* Licet
diſſentiat Carpz. *quaſt. crim. 98. n. 28. Enenck. deciſ. 16 Finckelth. obſ. 38. & quos hic refert. num 15.*
Quamvis dici poſſit, famoſum libellum dupliciter 4.
accipi (1.) generaliter, pro omni ſcripto injurioſo
impingente crimen publicum alteri,
& ſic ſumitur hic & in *tit. Cod. de fam. lib.*
(2.) ſpecialiter, quatenus pœnam talionis meretur,
& ita nomen autoris non eſſe ſubſcriptum
oportet, *juxta d. art. 110.* Ex dictis apparet, graviter 5.
errare eos, qui omnia ſcripta injurioſa, aculeata,
& paſquillos pro libellis famoſis habent;
nam diſtinguendum inter injuriam ſcriptam
& famoſum libellum: hic enim ſemper
eſt injuria ſcripta; Sed omnis injuria ſcripta
non eſt ſtatim famoſus libellus. Nam famoſus
libellus eſt, in quo alicui crimen adhuc incognitum
impingitur. Ideoque quæ de famoſo
libello in jure habentur, non debent produci
ad omnia injurioſa ſcripta. conf. *Cephalus conſ.
341. num. 15.* Injurioſorum ſcriptorum aut Epi- 6.
grammatum ſcommatumque Autores inteſtabiles
ſunt. §. *pen. h. l.* Autores famoſorum
libellorum capitali ſupplicio ſubjacent. *l. un.
C. de fam. libell.* Quid dicendum de ſcriptis
hodiernis aliquorum Theologorum? Ea pro 7.
famoſis libellis haberi nequeunt, quia crimina
raro impingunt, ſed pro injurioſis ſcriptis,
elenchticos nonnullos libellos habendos,
& à Magiſtratu puniendos eſſe, negare nemo
nequit. Religio religioſe defendenda, non
per ſcommata & cachinnos. Ei, qui autorem 8
libelli

libelli famoſi denunciaverit, poteſt præmium ex
bonis diffamatoris decerni, vel libertas pro præmio, §. *ult. h. l.* ut ſcil alliciantur conſcii ad detegendum hoc ſcelus, qvod publica utilitas reqvirit.
9. Et qvia difficilis probatio, per *l ſeq.* Nam in gravioribus Reipubl. Romanæ motibus & conſpirationibus propoſitis præmiis, multis malis obviam itum eſſe, refert *Heig. part.2.qv.32 num.118.* Imo etiam impunitas conſcia & ſociis ſtatui poteſt à Principe *Heig d.q.32.num.22. & ſeqq.*

## ad L.SCtum. 6.

### SUMMARIA.

*QVæ actiones cum libello famoſo concurrunt. n.1*
*Pœna autoris famoſi libelli. 2.*

1. COncurrit ſuper libello famoſo etiam actio privata de injuriis, & actio criminalis, ſed altera actio alteram perimit, qvia omnes ad vindi-
2. ctam tendunt. Famoſi libelli jure noviſſimo eſt pœna talionis, per *Conſt. Carol. d. art. 110.* Si crimen aliqvod imputetur innocenti, ſed ſi verum ſit crimen imputatum, pœna eſt arbitraria. *Carpzov. in pr. crim. qv. 98. num. 40. Heig. d. q. 31. num. 41.*

## ad *L.* Prætor edixit. 7.

### SUMMARIA.

*INjuriarum actione agens certam injuriam ejusq; circumſtantias exprimere debet. n. 1. 2. 4.*
*Libellus hic debet eſſe certus non alternativus. 3.*
*Limitatur. 8.*
*Liberi qvando contra parentes actionem injuriarum habeant. 5. 6.*
*Retortio in jure eſt illicita. 7.*
*De pluribus injuriis ſimul illatis non ſeparatim agendum. 9.*
*Gradus injuriarum recenſet. n. 10.*
*Sollicitans pudicitiam honeſtæ perſonæ tenetur de injuriis. 11.*

1. INjuriarum actione agens debet exprimere injuriam ejusqve circumſtantias, cum non debeat
2. vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis. Unde colligunt, locum & tempus injuriæ factæ exprimendum eſſe, qvamvis diem præciſè addendum eſſe non putent, petente tamen reo addi debere. *Gail. l. 2. obſ. 64. Carpz. in pract. crim. qv. 95. n. 35.*
3. *Carpz. l. 2. reſp. 56.* Concluſio etiam certa eſſe debet, ut ſciatur, an civiliter egerit, an ad vindictam privatam, an ad publicam vindictam. Illud fit, ſi ratione damni emendandi agatur; iſtud, ſi ad æſtimationem contumeliæ; hoc, ſi ad pœnam fiſcalem agatur. Et prima non tollit alias, nec aliæ tollunt primam actionem ex lege Aqvilia inſtitutam; Sed ſecunda & tertia ſunt incompatibiles; unaqve alteram tollit, qvia ambæ ad vindictam tendunt. §. *1. h. l.* Certa etiam injuria expri-
4. menda; nam, non ex omni injuria actio danda præſertim liberto contra patronum. §. *2. h. l.*
5. Liberi emancipati contra parentes etiam non habent injuriarum actionem, niſi injuria atrox ſit, qvo caſu tamen ita intentanda actio, ut famæ parentis parcatur, qvod, qvomodo fiat, tradit *Carpz. p. 3. dec. 248.* Sed filiifamilias in poteſtate exiſten- 6.
tes, nec ab atroci injuria agere poſſunt. Sanè agere poterit filius emancipatus ad declarationem &c. *Carpz. d. l.* ubi tradit, etiam contra parentem licere retorqvere exemplo defenſioni vitæ, ſed in exemplis magna diſſimilitudo eſt. Nam vita lædi poteſt irreparabiliter, fama non. Retor- 7.
tio injuriæ non eſt licita, ut contra vulgum ſtatuit rectè Reinemannus in pecul. tract. Sanè contra parentem eſſet injuria retortio. Libellus alterna- 8.
tivus non admittitur in actione injuriarum, qvia incertitudinem habet, *hic & l. 75. §. 8. ff de V. O.* niſi ſcil. probabilis ſit ignorantia facti alieni, per *l. 1. §. 4. ff. qvod legat. Gail. 1. obſ. 62. Mynſ. cent. 1. obſ. 42. & cent. 4. obſ. 12. Gomez. l. 2. reſol. cap. 11. num. 40. Gillhauſ. in arb. judic. cap 3. num. 10.* item in actione *l 2. C. de reſc. vendit. Mynſ. d. obſ. 42. Gail. d. l.* idem in hypothecariâ actione, ubi poſſeſſor vel tradere rem vel liberare tenetur. *l. 2. ff. qvib mod. pign. ſolv.* Si plures injuriæ ſimul illatæ, 9.
non ſunt eæ ſeparandæ, nec de ſingulis ſeparatim agendum, ſed omnes conjungendæ in uno libello. § *5. h. t.* Una autem injuria atrocior eſt altera 10.
(1.) vel ratione ſui, ut injuria in corpus illata atrocior eſt ea, qvæ extra corpus eſt, realis eſt atrocior verbali, & ſcripta vocali. Vel (2.) ratione perſonæ, cui infertur. (3.) Ratione loci ac temporis. De omni autem injuria civiliter vel criminaliter agi poteſt. § *6. & ſeqq. & ll. ſeqq. & in l. 9. §. fin. & l. 10.*
De attentata pudicitia, ubi qvidem libidinoſus 11.
non tam injuriam inferendi, ſed libidinem explendi animum habet, atrox tamen injuria eſt, in honeſta perſona tentare id facinus. De atrocitate injuriarum vide *Menoch. l. 2. A. & Q. caſ. 363. Ant. Matth. l. 4. t. 1. num. 6.*

## Ad L. Non ſolum. 11.

### SUMMARIA.

*ETiam per alium injuriam inferens tenetur injuriarum. n. 1. 6.*
*Actio injur. aboletur ſimulatione. 2.*
*Et officio judicis reſtringenda eſt. 3.*
*In hoc proceſſu tam actor qvam reus procuratorem conſtituere poſſunt. 4.*
*Limitatur. 5.*
*Mandans & mandatarius in delictis ad eandem pœnam obligantur. 7. 8.*

NOn tantum is tenetur injuriarum, qvi im- 1.
mediatè intulit, ſed qvi etiam curavit, ut ab alio inferretur. Sed omnis injuriarum 2.
actio, qvæ ex bono & æqvo eſt, diſſimulatione, ſi qvis ſtatim ad animum non revocaverit, aboletur; Idem ſi aliqvandiu non vindicatur, aut inſtituta actio deſeritur. §. *1. h. t.*

3. Ideoque judicis officium eſt, injuriarum actio-
nem vel vindictam quam maximè reſtringere,
ut quæ non ex aſſe cum profeſſione veri Chri-
ſtianiſmi congruit *Dn. Mev. p. 5. dec. 371.* imò nec,
ſi nova injuria accedat, vetus tacitè remiſſa ob
novam refricanda. *Dn. Mev. d. pag. 5. dec. 372.*
4. Per Procuratorem agi injuriarum poteſt, ſed &
reus per Procuratorem comparere poteſt, quia
inſcriptio hodiè non ampliùs uſitata. *Carpzov.*
5. *qu. 95. n. 51.* Hoc quia ad mulctam plerumque
agitur, niſi injuria admodum atrox, ut probabili-
ter pœna corporalis infligi poſſit. *Raneb. pag. 1.*
*qu. 7. n. 25. & ſeq. Carpz. d. q. n. 52. & ſeq.* aut
niſi judex ad litis conteſtationem ipſius rei perſo-
nam requirat ex probabili cauſa, ut ex geſti-
bus veritas elici poſſit, arg. *l. fin. ff. de procurat.*
6. Si mandato meo facta ſit injuria, tam contra
me, quam contra ipſum inferentem datur actio
7. injuriarum. *§. 3. & 6. h.* Ex quo communiter
probant Doctores, mandantem & mandata-
rium in delictis ad eandem pœnam obligari.
*Decian. in pr. crim. l. 9. c. 37. n. 1 Carpz. pag. 4. ju-*
*riſpr. conſt. 14. def. 6. & in pract. crim. q. 4. Barboſ.*
*locuplet. l. 11. c. 10. axiom. 12. Bach. ad Tr. v. 2. d.*
*27. th. 3. lit. G. Lauterbach. ad tit. mandat. § 1. th 9.*
conf. *& Ant. Matth. ad l. 47 in proleg. c. 1. n. 12.*
8. Quod declaratur ex §. 6. ſi ſcil. alias non facturo
mandaverim, alias ſecus. *Menoch. l. 2. A. Q. caſ.*
*352. n. 13. Farin. qu. 129. n. 134. & ſeq. Carpzov. in*
*pract. crim q. 4* quod conſilium *Dn. Thabor*
*racem. 2. th. 49.* vocat directivum, quod facto
ipſi vel contrectationi ineſſe videtur. *l. 53. §. 1.*
*de V. S.*

## ad *L.* Injuriarum actione. 13.

### *SUMMARIA.*

*Actio injuriarum ante lit. conteſt. nec active nec paſſive ad heredem tranſit. n. 1.*

*Ampliatur. 2. 3.*

*Niſi agas ad æſtimationem injuriæ 4.*

*Qui autore Pretore quid facit non tenetur. 5.*

*Exemplum. 6.*

*Non omnis actor ſuccumbens reconveniri poteſt actione injur. 7.*

*Petitio de præſtanda cautione ſuper reconventione, non ſemper admittitur. 8.*

*Conſilium autoris in cauſa reconventionis. 9.*

*Animo vexandi me conveniens in eodem judicio rectè reconvenitur. 10.*

*Hinc advocatus etiam extraneus ob convicia ſtatim puniri poteſt. 11.*

*Propter vim turbativam datur actio injuriar. 12.*

1. INjuriarum actio non tranſit in hæredem neque
injuriantis neque injuriati; niſi poſt litem
2. conteſtatam. Sed quæritur, an idem dicendum
de injuria reali & actione injuriarum ex L. Cor-
neliâ, quæ perpetua eſt? Aff. & ita pronuncia-
tum refert *Sande lib. 5. t. 8. d. 4.* Sed quid de
3. actione ad Palinodiam? Reſp. *Dn. Mev. part. 2.*
*dec. 136.* ne quidem in hæredem injuriantis
tranſire, quia hæc actio perſonam injuriantis
ſolam reſpicit. Sed actio ad æſtimationem in- 4.
juriæ omninò ad hæredem injuriantis tranſit,
per *h. l. 13 §. 1. & 6.* Is, qui vel jure publico uti- 5.
tur, vel aliquid autore Prætore facit, ad pœnam
non tenetur, juris enim executio non habet in-
juriarum. *l. 116. §. 1. de R. J. Far. q. 105. n. 130. Gail.*
*2. obſ. 110. n. 40. Barb. lib. 9. c. 95 ax. 23.* Sic, qui ex 6.
conſvetudine vel neceſſitate, vel ex pacto vel
permiſſione Magiſtratus alium pignorat, non
tenetur injuriarum. *Dn. Mev part 2. dec. 331.* Si 7.
quis me vexandi cauſâ in judicio convenerit, in-
juriarum tenetur, unde apparet, non omnem
actorem ſuccumbentem reconveniri poſſe actio-
ne injuriarum, ſed ſi animus vexandi appareat,
vel ſi judicium ſit famoſum, vel ſi talia objician-
tur, quæ famam alicujus gravant, cùm eâ lite
non finitâ vindicari nequeant. *l. ſi quidem C. de*
*injur. Ceph. conſ. 661. n. 82.* & ſic non debet ad- 8.
mitti ſemper petitio de præſtandâ cautione ſuper
reconventione, quando ſcil. actor non grava-
tur, ſed habet pro ſe præſumptionem aliquam
ex documentis &c. *Mev. p. 3. dec. 243.* Putarem 9.
omninò conſtitui poſſe, ut exceptio ſatisdatio-
nis non aliter admittatur, niſi auditis prius ex-
ceptionibus rei; quibus auditis facilè judex ſci-
re poterit, an ulla præſumtio animi vexandi cu-
pidi ſit in actore. Sed ubi conveniendus ille, 10.
qui animo vexandi me hic convenit? pone eum
eſſe forenſem. Reſp. omninò in hoc judicio re-
conveniri poteſt, non tantùm ſi cautionem de
reconventione præſtitit, ſed quia hic deliquit;
quicunque enim hic in judicio mihi injuriam in-
tulit, hic etiam ſortitur forum; nam delinquens
prorogat juriſdictionem. *Zaſ. conſ. 14. num. 59. &*
*Dn. Mev. p. 5. dec. 374. ubi alios refert.* Ideo- 11.
que Advocatus, etſi extraneus, ob convicia in
foro hoc improperata, hic caſtigatur, & qui-
dem ſtatim, non expectato eventu litis, quia in-
juria notoria, quam pœnam, ſi extranei negli-
gant, ipſi Advocatura prohibenda, & Procura-
toribus ſub pœnâ interdicendum, ne quicquam
ab eo recipiant. *Mev. pag. 5. dec. 375.* Si quis re 12.
communi vel propriâ me uti prohibeat, inju-
riarum tenetur: unde hic notant, propter vim
turbativam dari actionem injuriarum. Ergò
proprium ſuum fundum ne alter ingrediatur,
prohiberi poteſt, ubi prohibentis intereſt; ſe-
cus, ubi alteri prodeſt, ſibi non nocet. *Dn. Mev.*
*p. 4. dec. 207.*

## ad L. Sanè ſi. 14.

IN mari etiam poteſt quis interdictum UTI POSSIDETIS adhibere. vid. not. *ad l. 7. ſi quis-quam. ff. diverſ. & tempor. præſcript. & Don. lib. 5. t. 22. & ibi Hillig. lit. C.*

## Ad L. Item Labeonem. 12.

### *SUMMARIA.*

*Manum minitans verbera nulla actione injur tenetur. n. 1.*

*Etymon vocis* conviaii. 2.

*Convi-*

*Convicia uno tempore repetita unica mulcta puniuntur 3.*
*Non omnis vociferatio in aliqvē directa notatur. 4.*
*Exemplum in teſte 5.*
*Attentans pudicitiam alicujus injurius eſt. 6.*
*Limitatur. 7.*
*Ex veſtitu præſumitur hominis qvalitas. 8.*
*Exempla in Clerico & Domino feudi. 9.*
*Qvando injuriandi animus non præſumatur? 10.*

1. SI qvis manum elevet, qvaſi me verberaturus, licet non verberaverit, utili actione injuriarum
tenetur; nam verbis legis non tenetur. Et hæc
vocatur Admentatio à *Dn. Thabore in fine tract.*
*de Armament.* ubi de hâc lege. Nam & manu qvaſi
loqvi interdum videmur. *Theſ. dec. 229. n. 3. &*
2. *ſeq.* In §. 4. agitur de Etymologia vocis Convicii,
qvaſi ſit convocium, ut ſi multæ voces contume-
3. lioſæ in aliqvem conferantur. conf. *Donell. lib. 15.*
*c. 24. lit. C. & ibi Hillig.* Unde notant convicia repetita uno tempore tantum unica mulcta ſtatutariâ puniri. *Vivius dec. lib. 2. dec. 352. num. 2. Sande l. 5. t. 8. def. 1. conf. nos. ad l. nunqvam plura ff.*
4. *de privat. delict.* Non omnis vociferatio in aliqvem directa notatur, ſed ea tantùm, qvæ contra bonos mores eſt, & ad infamiam alicujus ſpectat.
5. Hinc qværitur, ſi teſtis injurioſa qvædam de me affirmet, modo intra articulorum circulum ſe contineat, an injuriarum conveniri poſſit? Qvod neg. qvia non fecit contra bonos mores, 2.) fecit mandatum Prætoris, *l. 13 §. 2.* demum, publicum munus eſt, ideoqve nec teſtis ille ex *l. diffam.* cita-
6. ri poteſt. *Dn. Mev pag. 4. dec. 20* Pudicitiam alicujus perſonæ qvi attentat, injuriarum tenetur, per *l. 9. § ult. h. t. & §. 15 hujus l. 15.* ſive id fiat appel-
7. lando ſive adſectando. *§. 22. h. l.* Illud hic limitatur, niſi in habitu meretricio reperiatur; nam tunc actionem injuriarum ob ſolam appellationem non habebit fœmina, niſi realis injuria con-
8. currat. *Covarr. lib. 3. reſol. cap. 14. num. 2.* Colligunt, ex veſtitu præſumi hominis qvalitatem, de qvo *Menoch. l. 6. præſ. 89. num. 5. & conſ. 614, n. 16.* Et ex habitu præſumitur qvis talis, qvalis habitus ille convenit. *Maſcard. de probat. concl. 849. n. 2.*
9. Unde qvi clericum verberat incedentem in habitu laico convenienti, non tenetur pœnas luere, qvæ percuſſoribus Clericorum dictatæ in *c. ſi qvis ſvadente diabolo 22. c. 17. qv. 4. Maſcard. d. concl. 4.* niſi ſciverit eum eſſe Clericum. Sic, ſi qvis Dominum ſuum inter homines nauci repertum verberet ignarus, non amittit feudum.

10. Ad §. 38. legis 15. notetur, injuriandi animum non præſumi, qvando emendandi animus adeſt, ut ſi judex, paſtor, Magiſter & ſimiles perſonæ verbo alias injurioſo utantur. *Gail. lib. 2. obſ. 106. n. 6. Carpz. ſupra pract. crim. qvæſt. 97. n. 3.*

## ad L. Sed ſi unius. 17. §. 12. & ſeq.

PAter actionem injuriarum filio competentem remittere poteſt. *lib. 17. §. 12. h. tit. Petr. Barb. ad l. Lucius Titius. num. 4. ff. ſol. matr. Boer. deciſ. 120. Harpr. § 2. Inſt. h. t. n. 17.* niſi filius ſit honeſtioris conditionis qvàm pater. *§. 13 h. l. Gom. tom. 3. reſol. cap. 6. num. 6. Clar. §. fin. qv. 5. n. 22. Boer. d. l.* Sed confer. *Pinell. ad l. 4. C. de bon. mat. pag. 3. in fine.*

## ad L. Eum, qvi nocentem. 18.

*SUMMARIA.*

*DEtergens vitia nocentis injuriarum actione non tenetur n. 1.*
*Limitatur 2. 3.*
*Requiſita delatoris ab animo injurioſo immunis. 4.*
*Etiam vera crimina non deferenda animo injuriandi 5.*
*Veritas criminis an ab animo injuriandi excuſet. 6.*
*Qvid ſi vitium naturæ objiciatur. 7.*
*Caſus circa § 3 & 4. h. l. 8.*
*Qvando injuria per ſe alicui infertur, tunc reſpicitur veritas, non opinio; & contra. 9.*
*Limitatur. 10.*
*Qvi alium pro alio occidit pœnam ordinariam meretur. per §. 3 h. l. 11.*

QVi nocentis vitia detegit, ut ab eo caveatur, 1.
injuriarum actione non tenetur, qvia Reipubl. expedit peccata nocentium nota eſſe; ut ſi qvis ſcripſit alteri, cujus id ſcire intereſt, & ad Reipubl. utilitatem id ſpectet, & probabili ratione id fiat; vel ex charitate, ne indignus eligatur &c. ubi judicis arbitrium locum habet. *Dn. Mev.*
*pag. 5 d. 220.* Si tamen prava intentio concur- 2.
rat, non omninò ab injuriarum actione liberatur, nec veritas criminis excuſat. *Covarr. lib. 1. reſol. cap. 11. num 6. Myns. cap. 4. obſ. 4. Mev. pag. 1. dec.*
*145. num. 9* Nam ſi qvis crimen, qvod expedit 3.
Reipubl. ſcire, ex privatæ excandeſcentiæ impetu in criminoſum directo patefecerit, veritas ipſum non relevaret. *Menoch. caſ. 41. n 30. Myns. d. l. Coler. de proc. execut. p 1. cap. 8. num. 29. Gilhauſ. de injur. & fam. §. 5. n. 223. Carpz. l. 2. Reſp. 61. n. 6.*
*Dn. Mev pag. 3. dec. 357. & pag. 9. dec. 390.* Ubi, 4.
ut hic textus locum habeat, reqviritur (1.) ut crimen verificari poſſit. (2.) ut publice vindicari Reipubl. interſit (3.) ut denuncietur non ex vindicta privata, nec in alterius contumeliam; ſed utilitatem publicam. (4.) ut ad judicem deferatur non alibi propaletur. (5.) ut fiat legitimo modo, qvod ſi hoc modo non fiat delatio, non poteſt veritas criminis injuriantem liberare, etiamſi vellet veritatem probare, qvi non admittitur ad probandum id, qvod probatum non revelat. *Carpz. pr. crim. q. 96.*
*num. 74.* Nam vera etiam crimina deferri non 5.
debent animo injuriandi, ac ſe vindicandi. Et ſæpe homines peſſimi objiciunt corruptis mulierculis ipſarum lapſum, ubi Deus omnia remiſit, & qvi hæc objiciunt, ipſi longè majoribus vitiis ſca-
tent. Et inde probant Dd. veritatem crimi- 6.
nis tunc demum excuſare ab animo injuriandi,

qvando crimen ſcire Reip. intereſt *Gail. a. obſ. 99.*
7. *Mynſ. d. cent. 4. obſ. 4. Carpz. lib. 2. d. reſp. 61.* ſcil.
ſi ab animo puro proficiſcatur, ut dixi. Sed qvid
ſi vitium naturæ objiciatur? De eo diſputat *Anton. Matth. ad l. 47. tit. 4. c. 1. num. 3.* puto, ſi contemptim talia objecta, omninò eſſe injuriam. Sed
8. pono hunc caſum circa *§. 3. & 4. h. l.* Injuriam
mihi feciſti per errorem, qvi habebas me pro Titio, qværitur, an ego habeam actionem injuriarum, an Titius? Reſp. ego, per §. 3. qvia mihi verè facta: qvando autem injuriam infers filiofam. qvem pro patrefam. habes, vel injuriam infers alicujus uxori, qvam pro vidua habes (qvamvis viduæ omnium minimà injuriis laceſſi deberent) tum non pater, non maritus, ſed ipſe filius
9. & uxor habent actionem. Unde regula notanda: qvando injuria per ſe alicui infertur, tum aſpicitur veritas, non opinio; qvando vero alicui injuria infertur in conſeqventiam, tunc attenditur potius opinio, qvem veritas. Sed pius vide-
10. tur declarandum, niſi Titius expreſsè fuerit injuriatus; nam tunc etiam Titius haberet actionem, v. g. ſi me deſcribat à prædicato aliqvo, qvod ſoli Titio competat, & ita Titium expreſsè deſcribat.
11. Ex hoc §. 3. probatur communis ſententia, qvod, qvi alium pro alio occidit, ordinaria legis pœna afficiendus ſit, qvia adeſt dolus, qvicqvid dicat *Zaſius in ſingul. ſuo intellectu tomo 5. operum. pag 59.* qvia voluit illum occidere, licet cauſa fuerit erronea. Vid. *Sande l. 5. tit. 9. def. 6. Berlich pag. 4. concl. 10. num. 4. Carpzov pract. crim. qvæſt. 5. n. 5.*

## ad L. Si creditor. 19.

### SUMMARIUM.

*Caſus legis. num. 1.*

*Recuſans idoneum fidejuſſorem de injuria tenatur. 2.*

*Limitatur. 3.*

1. QVi injuriam debitoris, cum ſolvere [illegible]t paratus, fidajuſſorem ejus convenit, injuria-
2. rum tenetur. Qvemadmodum etiam injurioſus ille eſt, qvi idoneum fidejuſſorem acceptare non vult. *l. 5. in fin. ff. qvi satisd. cog. Wurmſer. pr. obſ. lib. 2. t. 27. obſ. 2. Weſenbec. conſ. 96. n. 16. Alex. conſ. 11. num. 4. lib. 1.* Sed aliud eſſet, ſi non
3. fieret ad injuriam debitoris, ſed ob cauſam probabilem, v. gr. ſi debitor vellet ſua bona deperdita obtrudere creditori, à fidejuſſore autem pecuniam accipere poſſet. *Caſp. Manz. in patroc. paup. dec. 2. qv. 10.* Et debitor offerens non debet tantùm ore, ſed & manu promptus eſſe. *Dn. Mev. p. 3. dec. 395.*

## ad L. Injuriarum æſtimatio. 21.

### SUMMARIA.

*INjuria æſtimatur ex eo tempore quo illata. num. 1.*

*Æſtimatio fit à parte. 2.*

*In praxi verò à judice. 3.*

*Pœna injuriarum eſt arbitraria. 4.*

*Qui pravo anima verum denunciat crimen, non tenetur ad Palinodiam. 5.*

*Palinadiæ cagnata. 6.*

INjuriarum æſtimatio ad id tempus referenda, 1.
qvo illara eſt injuria, non verò, qvo judicatum
eſt, ſi fortè perinna interim vilior facta fuerit. *Fa-*
*rin. qv. 125. num. 3.* Debet autem æſtimatio fieri à 2.
parte, qvæ tanti æſtimat injuriam, & qvidem mediante juramento, de qvo *Glaſſ. hic & Farin. d. q.*
*125. n. 38. & ſeq.* Et licet *Farin. d. l. num. 45.* di- 3.
cat, poſt taxationem factam judicem illam moderari & minuere poſſe, Praxis tamen eſt, ut judex prius taxet injuriam, & poſtea deferat juramentum. *Gail. 2. obſ. 122. num. 10. Mynſ. cent. 1. obſ. 84.*
*Farin. d. l. n. 4.* Hinc arbitraria etiam pœna eſt in- 4.
juriarum conſiderata ratione perſonarum, loci,
temporis & ſimil. *Dn. Mev. p. 3. 5. d. 31.* Ex mori- 5.
bus etiam acceſſit actio ad Palinodiam, qvæ magis ad civilem actionem accedit. *Gail. 1. obſ. 65. Mynſ. cent. 1. obſ. 98. Dn. Struv. hic th. 62. & Weſenb. th. 21.* qvæ tamen Palinodia non injungenda, qvando veritas criminis adeſt, licet animus pravus ſit; nam tunc poteſt condemnari reus ad pœnam, ſed non ad Palinodiam. *Covarr. l. 1. reſol. c. 11. num. 7. verſ. octavo &c. Farin. quæſt. 105. num. 74. Sande l. 9. t. 8. def. 7. Hilliger. ad Danell. l. 15. cap 24.* Palinodiæ cognata eſt declaratio, deprecatio, qvæ differunt ut majus & minus. Vid. *Dn. Mevnu p. 3. dec. 50.*

## ad L. Si qvis. 26.

### SUMMARIA.

*CAſus ex lege & exempla. n. 1.*

*Volenti, ſed ante injuriam voluntatem revocanti injuriato, datur hæc actio. 2.*

QVando injuria fit volenti, ſed alii ſimul per 1.
latus alterius infertur injuria ille alter habet
tamen injuriarum actinnem, ut maritus ob injuriarum volenti uxori illatam, Epiſcopus ob Clericum, Magiſtratus ob officialem. *Bajardus ad Clarum. §. injuria num. 4. & 7. Farin qv. 105. n. 159.*
*& ſeq.* Sicut etiam tunc volenti injuriato, qvan- 2.
do voluntas præceſſit, ſed invalida, vel revocata. *Farin. d. qv. 105 n. 164.* ut ſi debitor in caſum moræ facultatem injuriandi creditori permittat. De alea qvod hic dicitur, de eo vid, *Hillig. in Donell. l. 18. c. 8. l. fin.*

## ad L. Injuriarum actio. 28.

### SUMMARIA.

*ACtio injur. ante Lit. Conteſt. non eſt in bonis noſtris. n. 1.*

*Cedi tamen poteſt poſt æſtimationem juratam. n. 2. 3.*

INjuriarum actio in bonis noſtris non eſt ante 1.
litis conteſtationam, qvia tunc actor poteſt mutare libellum, & vel civiliter vel criminaliter
agere. Unde nonnulli probant, actionem inju- 2.
riarum cedi non poſſe, non ante litem conteſtatam,

Digitized by Google

tam, qvia in bonis non eſt; & qvid ſi remittatur, aut injuriatus moriatur? *Donell. lib. 19 cap. 1. l. M.* nec poſt, qvia cederetur actio litigioſa. *Joh. à Sande in tr. de ceſſion. act. cap. 5. num. 11.* ſed contrarium receptius. *Bart. hic & Weſenbec in* 11, *n. 13. & 16. Tiraqv. de retr. conſa. gv. §. 26 gl. 1. num. 50.*
3. *Farin. d. qv. 105. num. 108.* Dicerem ante æſtimationem juratam cedi non poſſe, ſed poſt eam poſſe, qvia jam liqvidum & ferè adjudicatum jus eſt.

## ad L. Nec Magiſtratibus. 32.

***SUMMARIA.***

*Magiſtratus, ſi qvid injurioſe fecerit, propter officium non excuſatur. n. 1.*

*Limitatur. 2. 3. 4. 5.*

*Magiſtratus temporalis durante officio conveniri non poteſt. 6.*

*Magiſtratus ſpolium committere poteſt. 7.*

*Exempla actionis injuriarum contra Magiſtratum. 8. 9.*

1. QVamvis præſumtio ſit pro Magiſtratu, tamen
ſi conſtet eum aliqvid injurioſè, aut per injuriam, vel qvaſi privatum fiducia Magiſtratus dixiſſe vel feciſſe, tunc injuriarum actione tenetur, nec propter officium ſe excuſare poteſt. *Farin. d. qvaſt. num. 121. Rol. à Valle conſ. 17. num. 1. & conſ. 68. num. 16. vol. 3.* v. gr. Si tormentis indebite aliqvem
2. ſubjecit. *Carpzov. l. 2. reſp 63. n. 2.* Aliud igitur ſi
legitimè proceſſerit, & reo per torturam innocentiam ſuam probaverit. *Carpzov. de reſp. 63.* Sicut
3. nec tunc tenetur, ſi juſſui ſuperioris paruit. *Carpzov. lib. 2. reſponſ. 64.* Nec ſi ſolennia proceſſus omiſit, & nihil minus ex Actis juſtitia ſententiæ probari poſſit, qvod illa omiſſio non
4. non nocuerit. *Dn. Mev p. 2. dec. 103.* Sicut nec tunc tenetur, qvando ex conſilio prudentum tulit ſententiam, qvam executus eſt, præſertim ſi conſilium reqviri teneatur, ut in criminalibus ex
5. Conſtitut. Carol. *Dn. Mevius part. 2. dec. 104.* Idem
ſi fecit Magiſtratus in alicujus damnum, ſed po-
6. ſcente Reip. bono & legibus. *l. 33. ſeq.* Sed durante officio contra Magiſtratum temporalem & majorem agi non poteſt, bene tamen contra perpe-
7. tuum & inferiorem, per *h. l.* Colligi etiam poteſt ex hac lege, Magiſtratum etiam ſpolium committere poſſe, vel judicem, ſi de facto procedat. *Gail. l. 1. obſ. 76 num. 1. & 2.* & judex ita procedens agere dicitur ut privatus, *Cravetta conſ. 302. n. 3.*
8. *Cothman. verſ. 4. conſ. 6. num. 25.* Et ideo contra judicem, qvi non citato debitore creditorem im-
9. miſerat, actio data debitori, ratione injuriæ. Sic ſi Magiſtratus Advocatum contra ſe patrocinantem in carcerem conjiciat, vel Notarium, ſi ipſi mandata inſinuaverit, hæc per mandata ſine clauſula & pœnalia à ſuperiori vindicandà. *Dn. Mev, part. 1. deciſ. 155. & ſeq.*

## ad L. Si qvis injuriarum. 35.

***SUMMARIUM.***

*POena injuriantis, ſi infamiam non curet.*

QVando injurians eſt homo levis, qvi non curat infamiam, & ob egeſtatem non poſſit ſolvere æſtimationem, luat in corpore, ſi injuria atrox, qvo caſu duæ poſſunt eſſe ſententiæ. 1 In qva ſit condemnatio pecuniaria. 2. Qva ſit permutatio in corporalem, vel etiam poteſt una ſententia ferri, & eventualiter pœna corporalis dictari. *Farin. d. qvaſt. num. 52. & ſeq.*

## ad L. Divus. 40.

***SUMMARIA.***

*INjuriarum damnatus ex decuria ejicitur. n 1.*

*In qvibusdam tamen judiciis judex ipſi famam reſervare poteſt etiam non addita ratione. 2. 3*

*Qvando reſervatio addi ſoleat. 4.*

INjuriarum damnatus, qvia infamis, in ordine 1.
Decurionum eſſe non poteſt, licet hoc Judex pronunciaverit, qvod de atroci injuria hic intelligit *Gl. & Dd. & Carpzov in pr. crimin. qv. 94.*
*num. 73.* Imò etiam in atrocioribus injuriis ob 2.
cauſam aliqvam probabilem, poſſe judicem reſervare famam & ordinem, in judiciis paſſim receptum. *Gail. lib 1. obſ. 65 num. 5. Carpzov.*
*d. qvaſt. 94. num. 78. & ſeqq.* Neqve tenetur ju- 3.
dex addere rationem, ſiqvidem præſumitur, qvod habeat rationem, unde rejectam appellationem eſſe refert *Dn. Mevius part. 3. deciſion. 32.* eo,
qvod adjecta eſſet ea reſervatio. Sane freqven- 4.
tius additur hæc reſervatio in gratiam eorum, qvi in certis collegiis ſunt, ne aliqvis ex lubrico lingvæ eſuriat, & eum ſuis innocentibus liberis & uxore ad incitas redigatur; præſertim noſtro ſeculo, ubi lingva domita ferinæ inſtar eſt.

## ad L. Judici. 42.

***SUMMARIUM.***

*JUdicis ſententiam iniqvam dicens non injuriatur.*

QVi appellando injuriam inferunt judici, infamia notantur. conf. *lib. 8. in fin. de Appell.* Sed non eſt convicium, ſi dixit, ſententiam eſſe iniqvam, ſed ſi dolus aut ſordes judici objiciantur, licet tutius ſemper addatur: ſalvo honore judicis. *Guido Papa ſing. 358. num. 8. Hillig. in Donell. lib. 28. cap. 6. lit. Ty.*

## ad L. Fin.

SUper injuriis atrocioribus etiam ex officio judex cognoſcere, & criminaliter punire ea poteſt. *Dn. Mevius p. 6 dec. 12. vid. not. ad l. fin. de privat. delict. & l. fin. de furtis.*

TITU-

# Titulus XI.

# De Extraordinariis Criminibus.

## ad *L.* Sollicitatores. 1.

*SUMMARIA.*

*Poena ſollicitatorum alienarum nuptiarum eſt diverſimada. num. 1.*

*Conatus in delictis atracioribus ordinaria pœna non punitur. 2. 3.*

*Stuprum violentum punitur gladio. 4.*

*Stuprator puellam vi compreſſam in uxorem ducere valentem poteſt. 5.*

*Pœna tamen ideò non ipſi ſemper remittenda. 6.*

1. SOllicitatores alienarum nuptiarum, & matrimoniorum interpellatores, & ſi effectu ſceleris potiri non poſſint, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur, qvod repetitur in *cap. ſollicitatores de pœnit. diſtinct. 1.* Pœna autem iſta diverſimodè infligitur, prout vel nudis verbis aut muneribus miſſis admiſſum delictum, aut ad actum proximum
2. perventum. *Farin. qv. 141. num. 103* Et inde generaliter concludunt, etiam in delictis atrocioribus conatum non puniri pœna ordinaria. *Farin.*
3. *qv. 124. num. 38.* Sed qvod exinde *Carpz. qv. 76. num 59.* colligit, id exinde non probatur Nam conatum videtur eum dicere? qvando membrum virile immiſſum eſt in vas ad id non deſtinatum, ſed ejaculatio ſeminis non in vaſe ſed extra vas facta. Hoc crimen eſt enim non conatus, ſed conſummatum ſuo modo crimen, & ita ſentiunt Dd. qvos per ſe allegat ſc. *Clarus in §. Sadomia n. 8. in verbis: ſecus autem ſi membrum impoſuiſſet, licet intus ſemen non emiſiſſet.* Et *Farin. qvæſt. 148. n. 65. & Petr. Caball. in reſol. crim. 16. num. 11. in fin. Menoch* ab eo allegatus in genere de conatu loqvitur. Et ita Facultate noſtra hoc caſu gladium dicta-
4. tum eſſe memini. Sane violenti ſtupri pœna eſt gladius. *Theſ. l. 4. qv 57. num. 3.* & ex *Conſt. crim. 198.* Qvod de ſtupro violento conſummato intelligit *Carpz p 2 pr. crim qv. 68. num. 2.* Eſt autem ſimile hoc delictum raptui, qvoniam igitur raptor raptam in uxorem ducere poteſt jure Canon.
5. qvod ſeqvimur, per *c. accedens 7. X. de Rapt.* Qværitur, an etiam ſtuprator puellam vi compreſſam in uxorem ducere volentem poſſit? qvod affirmamus, argumento raptoris, cum *Finckelth. obſ. 114.* qvia in raptu major ſeveritatis cauſa. Sed violentus tamen ſtuprator extraordinaria pœna plecti debet, v. g. relegationis, *Finckelt. d. l. n. 17.* & ita ſæpius
6. pronunciatum memini. Et ſic puella liberare à ſupplicio poteſt defloratorem ſuum, qvod ei ejusqve parentibus cæteris paribus ſvadendum: puto tamen interdum non eſſe deferendum ob exemplum, ut ſi ab officiali publico illata vis; vel ſi nebulo nobili virgini vim intuliſſet, vel ſi judex princeps eſſet, poſſet imitari Caroli Burgundiæ Ducis exemplum, qvi nuptui collocavit ſtupratam puellam Comiti ſtupratori, ſed poſtea ſupplicium de eo ſumſit capitale, ut ita & defloratæ & Reipublicæ ſatis fiat. Vid. *me in Proceſſ. inqviſit. cap 9 num. 65.*

## ad L. Divus Severus. 4.

QVæ data opera partum abegit, exilio damnatur. hic & *l 8 infr. de Sicar.* ſed id *Gl.* de fœtu inanimato ſ. informi intelligit. Nam ſi fœtus animatus vel formatus ſit, pœna capitalis locum habebit, per *l. Cicera 39 ff. de pœnis. cap. ſicut ex literatorum. X. de Homicid. cap. aliqvando cauſ. 32. qv. 2.* qvam diſtinctionem communiter *Dd.* & judices ſeqvuntur. *Farin. qv. 122. part. 6 Carpz. in pr. crim. quæſt. Berlich. part 4. concl. 8* Sed vide à me notata *in Proceſſ. inqviſit. cap. num. 59.*

## ad L. Annonam. 6.

*SUMMARIA.*

*Poena Dardanariorum. n. 1.*

*Adulterantium ſtateras & menſuras. 2.*

ANnonæ flagellatio in Dardanariis punitur arbitraria judicis vel interdictione mercaturæ, 1.
vel exilio vel damnatione ad opus publicum. conf *ordin. Polit. de anno 1577. tit. 18 Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 348. Cujac. l. 10. obſ. 19. Klock. de contrib. cap. 1. num. 359 & ſeqq. Hering. de molend. maut. 3.* 2.
*per tot.* Hinc qvicqvid annonam onerat, vexat, abolendum. *Dn. Mevius part. 2. dec. 279.* Dardanarius ſimiles ſunt, qvi adulterinis ſtateris & falſis menſuris utuntur, qvi variè extra ordinem puniuntur, hic & *l. 37. ff de pœn. conſt. crimin art 113. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ 317. Molin. tom. 3. de J. & J. diſp 701 Coler. de alim. lib. 1. cap. 17. num. 34.* Vid. Dn. Strykii Diſput. de Dardanariis.

## ad L. Sunt præterea 8.

SI qvis inſtrumenta ſua prodita eſſe dicat, extraordinarium crimen eſt, & eſt tamen etiam falſi ſpecies *l. 1 §. 6. de falſis.* Qvod paſſim in hoc libro occurrit, ut cum extraordinario crimine criminis publici perſecutio concurrat, qvod multis exemplis illuſtrat *Ant. Matth. ad h. lib. in proleg. cap. 4. num. 9.* unde tamen non plane convelli poteſt diſcrimen inter ordinaria & extraordinaria crimina.

## ad L. Sunt qvædam. 9.

*SUMMARIA.*

*Scopeliſmus quid, ejusq; pœna. n. 1.*

*Judex arbitrarias pœnas usq; ad mortem poteſt extendere. 2. 3.*

*Cautela circa talem extenſionem. 4.*

SCopeliſſimus in Arabia erat delictum, qvo 1.
qvis in agris ſcopulos & lapides ponebat indicio futuros, ſi qvis agros eos coluerit, cum malo

malo fato periturum, inſidiis à ponente ſtruendis. Hujus pœna erit extraordinaria, qvæ etiam ad mortem extendi poterat. Unde probant Dd. in gravioribus delictis pœnas arbitrio judicis commiſſas, ad mortem usqve extendi poſſe, qvod etiam probatur per *l.13. ff. de pœn. & l.7. §. ult. de crimine repetund.* ubi cum dixiſſet,
hodiè repetundarum crimen extra ordinem pu-
3. niri poſſe, ſubjicit JCtus interdum ad mortem
usqve id extendi poſſe. Nec obſtat; qvod hoc verbum USQVE exeluſive intelligendum eſſe nonnulli putent; nam hoc ſubjecta ratio reſiſtat. *Farin. q. 17. n. 54. Gometz lib. 3. reſol. c. 6. n. 8. Clarus §. fin. q. 83. n. 11. Menoch. lib. 1. Arbit. q. 86. n. 20. Ant. Matth. ad lib. 47. ff. in proleg. c. 4. n. 11. Berous vol. 2. conſil. 148. n. 43.* Maxima tamen hic cautio opus eſſe puto, ut delictum ne ſit non leve, & valde ſcandaloſum, & valde noceat alteri, & adſint circumſtantiæ, qvæ in aliis delictis capitalem merentur ſententiam & ſim.

# TITULUS XII.
# De Sepulchro violato.

## ad *L.* Sepulchri. 1.

SEpulchrum qvi violar doloſè, fit infamis, *Decian. in pract. crim. lib. 6. c. 43. n. 1. Berlich. part. 5. concl. 47. num. 7.*

## ad L. Prætor ait.

*SUMMARIA.*

*QVænam contra Sepulchrorum Violatores detur actio. n. 1.*
*Mulcta cuinam applicanda. 2.*
*Cadavera ſine permiſſu ſuperioris non transvehenda. 3.*
*Conſvetudo de mortuis in civitate ſepeliendis. 4.*
*Pœna eorum, qvi ſepulchra armatâ manu ſpoliant. 5*

CONtra violatores ſepulchrorum datur actio
1. in factum, & ſi actor fuerit cognatus defuncti, violator ſepulchri pro judicis arbitrio ad intereſſe damnatur, ſi verò extraneus, non exiſtente cognato, eſt actio popularis, & datur ad 100 aureos; Si qvis verò inædificet, ad 200. aureos condemnabitur *Menoch. l. 2. A. I. Q. caſ. 387. Decian. d. l. 6. c. 41. num. 9. & d. c. 43. & Berlich. d. concl. num. 3 & ſeq.* Qvam pœnam fiſco deberi
2. tradit *Hillig. ad Donell. lib. 19 c. 1. lit. L.* licet diſtingvatur inter pœnam in princ. legis tertiæ & §. 5. propoſitam, ut hæc fiſco, illa actori etiam extraneo debeatur. *Dn. Struvius ad h. t. th. 89.*
Cadavera ſine permiſſu ſuperioris per vicos aut
3. oppida transvehi non debent. §. 4 *h. l. Franciſc. Marci. p. 2 dec. 1084. num. 2. ſeq. Tholoſ. l. 2. Syntagm. c. 14. n. 1.* unde *Klock. vol. 1. conſ. 10. n. 475.* natam eſſe putat conſvetudinem, qvod cadaverum repertorum occiſorum ſubterrationes ad actus meri Imperii referantur. Sub pœnâ 40. aureorum Fiſco applicandorum prohibetur in §. 5. ne in ciuitate cadavera ſepeliantur, & con-
4. traria ſtatuta prohibentur. Sed utut lex hæc ſaluberrima ſit civitatibus, teſte *Carpz. p. 3. dec. 289. num. 1. & ſeqq.* huic tamen derogatum eſt contraria conſvetudine, vel potius corruptela. Unde apparet, legibus derogatoriis per conſvetudinem derogari poſſe, Principe expreſsè vel manifeſtò conſentiente. Sed poſſunt tamen Principes tales corruptelas facilè abolere, & le-
5. ges in uſum revocare. Qvi armatâ manu ſepulchra ſpoliant, etiam capite puniuntur, §. 7. *h. l. Farin. qveſt. 20. num. 114. Decian. d. c. 43. num. 5. ſeq. Berlich. d. concl. 47. num. 18.* Si verò ſine armis, neqve ad metallum procedi poteſt, per *h. §.* ubi particula USQVE excluſivè accipienda eſſe videtur. *Menoch. l. 2. A. Q. 387. num. 15.*

## ad *L.* Sepulchri. 6.

*SUMMARIA.*

*DOminus violati ſepulchri, ſi actionem ſibi inde competentem neglexerit, & in abſentia ejus alius interim egit, redux denuo agere non poteſt. n. 1.*
*Abſenti Reipubl. cauſa præter damnum in re familiari acceptum nullum reſtituitur 2.*
*Condemnatus de novo condemnari non poteſt 3.*

SEpulchrum violatum eſt, & Dominus ſepul- 1.
chri, cui prius & ante omnes competebat jus agendi ad 100. aureos, neglexit agere, vel abfuit fortè Reip. causâ: interim alius egit, qvi accepit aureos 100. Rediens Dominus, ad qvem ea res propriè pertinet, vult denuò agere, qværitur, an audiendus? Videtur qvod ſic, qvia aliàs abſentia Reip. cauſa ipſi eſſet damnoſa; ſed negatur, qvia hœc pœna non ad rem familiarem, ſed ad ultionem & vindictam pertinet. Collige (1.) abſentem Reipubl. cauſa non reſtitui ad lucrum ex alterius delicto ſpera-
tum, ſeu per abſentiam aut præventionem amiſ- 2.
ſum, ſed ad damnum in re familiari acceptum. Unde nec ob amiſſam actionem injuriarum reſtitui poſſet. *Vinc. de Franch. dec. 421. num. 4.* vid *not. ad l. auxilium 37. ff. de minor.* nam hanc leg. ad minores etiam accommodat *Sfort. Odd. de Reſtit. quæſt. 89. n. 3.* (2.) Collige con- 3.
demnatum iterum de novo conveniri non poſſe in criminalibus. Vid. *Farin. qv. 4. n. 2.* ubi *in ſeq.* id limitat *Marant. a tit. de Inquiſit. n. 40. Gomez l. 3. reſol. c. 1. n. 27. Boer. dec. 289.*

## ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*POena extrahentium non tamen ſpoliantium cadavera. n. 1.*
*Pœna auferentium à ſepulchris monumenta, ſaxa & arma. 2. 3. 4.*

*Pœna*

Digitized by Google

*Pœna creditorum, ſepulturam mortuorum impedientium 5.*

*Intra quot dies ab obitu conveniri neqveat heres. 6.*

QUi cadavera tantùm extraxerunt, non ſpo-
1. liarunt, humiliores ultimo ſupplicio afficiuntur, honeſtiores in inſulam deportantur vel relegantur, vel in metallum damnantur. *Farin. d. qvaſt. 20. n. 115. Damboud. in pract. crim. c. 111. Berlich. d. concl. 47. num. 115.* Qvi monumenta,
2. ſaxa, & arma auferunt à ſepulchris, puniuntur 10. libris auri, aliis pœnis non ſublaris. *l. 4. C. h. t. Farin. d. qvaſt. 20. n. 120. Menoch. rem. 9. recup. poſſ. num. 375.* Et domus, in qvas res religioſæ
3. translatæ ſunt, fiſco addicuntur. *l. a. C. h. t. Farin. d. l.* & pœnam 20. librarum incurrit etiam ju-
4 dex negligens. *l. 3 ſi qvis C. h. t.* Qvi domum
5. moribundi ingreditur, & ſignacula bonis ſine autoritate judicis imponit, vel ſepeliri mortuos prohibet, dum ſuum fuerit conſecutus, pœna in *l. ult. C.* ſtatuta erat 50. librarum auri, ſed Juſtinianus in *Nov 60.* conſtituit, ut creditores iſti importuni jus crediti amitterent, & tertia bonorum parte mulctarentur, infamia notarentur, & hæredibus defuncti tantumdem ſolvere cogerentur. *Farin. qv. 20. n. 139. Covarr. lib. 2. reſol. c. 1. n. 10. Gail. de arreſt. Imp. c. 11. n. 28. Menoch. d. l. num. 16 & ſeq. Berlich. d. l. in fin.* licet id in inſtrumento partibus placuerit. *Suarez. in l. poſt. rem judic. extens. 5. n. 8. ff. de re judic.* Intra 9. dies ab obitu numerandos nulla debet fieri exactio. *Menoch d. l num. 22. Ripa de Peſte c. 4. num. 104.* Jure Saxon. & paſſim etiam noſtro, ad 30. dies hoc extenditur. Hæc de jure novo.

# TIT. XIII.
# De Concuſſione.

## Ad L. Si ſimulato. 1.

### *SUMMARIA.*

*COncuſſio qvid & qvotuplex. n. 1.*
*Qvæ hodie pœna. 2.*

1. COncuſſio eſt extorſio alieni metu poteſtatis ſuæ vel alienæ. *Donell. l. 15 c. 39* Unde apparet duplicem eſſe concuſſionem; alia enim fit à Magiſtratu, & ſic eſt crimen publicum, ſeu repetundarum, de qvo infra: Alia verò à privato terrorem ex poteſtate aliena incutiente, & tunc eſt privatum crimen. De qvo hic agitur, cujusque pœna eſt arbitraria. *Menoch. l. a. A. Q. caſ. 342. n. 11. Don. & Hillig. d. l. Decian. l. 8. c. 35. num. 24. Farin. qvaſt. 111. art. 3. n. 54.* Sed qvia in *art. 129. conſt crim.* ſtatuitur pœna capitalis, rectius dicetur hodie eſſe crimen publicum, aut concurrere interdum cum extraordinario crimine judicium publicum. Vid. *Ant. Matth. ad l. 47. tit. 7. cap 1.*

## ad L. Fin.

SI privatus terrorem incuſſerit, ne me accuſaret de aliqvo crimine, crimen ipſum qvidem per ſe eſt privatum, ſed judicio publ. ex L. Cornelia de falſis poteſt vindicari, ſicut & alia delicta privata, per *l. fin. ſupr. de privat. delict. Gloſſ. hic & Dd.* & habetur hic textus in *Canon. 128. cauſ. q v. 1.*

# TITULUS XIV.
# De Abigeis.

## Ad L. De Abigeis. 1.

### *SUMMARIA.*

*ABigei qvinam ſint, eorumqve pœna. n. 1.*
*Ob frequentiam delicti pœna poteſt mutari in capitalem. 2.*
*Pœna ejus, qvi alterius pecora, ac ſi ſua eſſent, abegit. 3.*

ABigeus eſt, qvi dolo malo eqvum, bovem vel unum abegit, porcos qvinqve vel
1. qvatuor, oves verò decem. Qvia autem Abigei ſunt fures improbiores, ideò ſolent vel in metallum damnati, vel ad opus publicum, vel ad perpetuum vel temporarium; ubi verò frequentiùs iſtud delictum, etiam duriſſimè delinqventes, i. e. gladi opuniuntur. *Farin. qvaſt. 107. n. 11. Carpz. qvaſt. 86. num. 34. Gomez tom. 3. reſol. c. 5. num. 19.* Non vero ad gladiatoriam pugnam à Conſtantino dudum ſublatam. *Sande l. 5. c. 9. dec. 9.* ubi exempla etiam ſuppliciorum adducit. Unde obiter colligitur, ob fre-
qventiam delictorum poſſe pœnam non capitalem in capitalem mutari. De qvo *Carpzov. qvæſt. 7.* Cæterum ſi ea, qvæ conſtitutio criminalis in pœna capitali furti reqvirit, adſint, pœnam laqvei obtinere, per *l. 2.* rectè tradit *Carpz. h. t. quaſt. 86. num. 39.* Qvi controverſiam alicui fecit de pe- 3.
cudibus, & putat ſibi licere ſuam rem abducere, & adeat pecora, ſi juſtis rationibus ductus hoc putaverit, non erit puniendus, ut abigeus, ſed ad duplum tenebitur ex § *penult. inſtit. de vi bonor. raptor. & l. extat. 13. ff. qvod metus cauſa. Farinac. d. loc. n. 121. qvi num. ſeq.* videtur intelligere injuſtam etiam credulitatem, qvæ probabilibus rationibus nititur; ſed hæc intelliguntur, niſi color qvæſitus, & ad colorandum factum, qvæſtio proprietatis inventa.

TITU-

# Titulus XV.
# De Prævaricatione.

## ad L. Prævaricator. 1.

*SUMMARIA.*

*Prævaricator quis propriè dicatur. n. 1.*
*Latè etiam hoc nomine veniunt Anciani, Tonſores Advocati. 2. 3.*

1. Prævaricator à varicando dicitur, quod quaſi
obtortis plantis incedat, & hinc & illinc
ſtare videatur, de quo *Ant. Matth. in h. t. c.*
*1. in pr.* Et propriè accipitur de accuſatore, qui
cum accuſato colludit, veras probationes reti-
cendo, falſas verò producendo, *hic & l. 212. de*
*V. S. Farin. qu. 4. n. 18. Speckhan. cent. 2 claſs. 4.*
2. *qu. 41. n. 8. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 323. n. 10.* Et
hoc transferunt ad Ancianos, qui ex ſtatuto te-
nentur, denunciare crimina, ſi cum reis colluſe-
rint, & vel non omnes reos detulerint, vel non
omnium teſtium nomina ediderint, *Menoch. d.*
*caſ. 323. n. 13. Farin. d. loc. n. 17. & Ant. Matth. d.*
3. *c. 1. in fin.* Qui & idem habet de tonſoribus, qui
vulnera non deferunt ſecundum ſtatuta loco-
rum. *Ant. Matth. d. c. 1. in fin.* Ideoque Carpz.
diſtinguit inter prævaricatorem ſpecialiter &
ſpecialiſſimè dictum. *Carpzov. p. 1. dec. 91.* Præ-
varicatores etiam dici poſſunt, qui ſecreta ſuo-
rum clientum parti alteri produnt. *arg. l. 3. de*
*crimin. ſtell. Menoch. d. l. n. 3. Clarm §. ult. qu. 72.*
*& Carpz d. l. n. 7.* Quamvis etiam de falſo ac-
cuſari poſſit, per *l. 1. §. 6. ff. de falſo* Dd. refert
*Farin. d. q. n. 14. circa finem.* & quos *Carpzov.* al-
legat *d. l. n. 15.*

## ad L. Prævaricationis. 3.

*SUMMARIA.*

*Judicium prævaricationis interdum publicum & privatum. n. 1.*
*Advocatus & Conſultor an poſſint Clientis ſui partes deſerere. 2. 3.*
*In privatis delictis actor non poteſt prævaricari. 4.*

1. Prævaricationis judicium in accuſatore eſt pu-
blicum; ſed in Advocato, qui ſui clientis cau-
ſam prodit, ſive in publico ſive in privato id con- 2.
tingat judicio, privatum tamen judicium eſt. Sed
ſi Advocatus ſui clientis partes deſerere velit, ſi
lis ſit in puncto juris, ſine vitio id licebit; nam
præſumitur mutaſſe ſententiam ſuam; ſi in facto
ſecus. *Ant. Matth. in d. c. 1.* Et hoc caſu ſuſpicio- 3.
ne criminis laboraret, ſi ad aliam partem transe-
at. *Farin. d. l. n. 16.* Sed Conſultorem diverſo
tempore mutata circumſtantiâ facti vel opinio-
ne poſſe contrarium priori conſilium ſuppedita-
re, tradit *Speckhan. d. l. n. 9.* Si v. g. aliis ratio-
nibus, quam de quibus conſilio priori egit, eam
niti comperetit. *Guttirez. lib. 1. pract. quæſt. 30.*
*n. 5.* vel ſi ſecuta facti aut opinionis mutatio.
*Freber. lib. 3. de infam. cap 13. n. 8. & ſeq. Hillig in*
*Donell. lib. 18. c. 3. lit. Zz.* In privatis autem de- 4.
lictorum judiciis actorem non poſſe prævaricari,
rectè tradit *Cujac. l. 9. obſ. 40.* malè notatus ab
*Anth. Matth. d. c. 1. n. 4.*

## ad L. Pen.

Publico judicio prævaricationis cauſa, ſi quis convictus ſit, afficitur eadem pœna, qua reus afficeretur, ſi non ob prævaricationem abſolutus eſſet, & fiebat infamis. *l. 4. h. t.* Sed advocatus prævaricator extra ordinem punitur. *l. 1. in fin. h. t. Menoch. d. l. n. 5. & ſeq. Farin. n. 15.* ſcil. remotione ab officio, relegatione, & ſim. *Carpz. l. 3. reſp. 3. n. 4. & d. dec. 91. n. 18.* In Imperio Romano advocatus vel Procurator damnum reſarcire cogitur, ſiſtendus in numellis, virgisque cæſus relegandus. *Art. 115. conſt. crim.*

## ad L. Fin.

Reus ſi accuſatorem vel Advocatum ad prævaricationem induxit, pro victo habebitur, præterquam in cauſa ſangvinis, & reſcinditur ſententia abſolutoria. *l. 3. §. 1. h. t.* Excipiuntur hic cauſæ ſangvinis; cujus ratio in *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent.*

# Titulus XVI.
# De Receptatoribus.

## ad L. Permiſſum. 1.

*SUMMARIA.*

*Receptatores quinam dicantur, eorumque pœna. n. 1.*
*Conciliatio textuum, ex quibus nonnulli pœnam arbitrariam ſtatuunt. 2.*
*Receptatores Proſcriptorum, eorumque vel bonorum, banno Imperii feriuntur. 3.*

1. Receptator eſt, qui latrones vel alios male-
ficos, ut ex generali Rubr. C. h. t. patet,
ſciens, dolo malo ſuſceperit, occultave-
rit, quive cum adprehendere poſſet, accepta pecu-
nia, vel ſurreptorum parte, dimiſerit, *hic & l. 1. &*
*2. C. de his qui latron. &c.* & hos quidem de eadem
pœna manet, quæ ipſos latrones, quia videntur
quaſi ſocietatem criminis contrahere. *Farin. q. 133.*
*n. 1. Damboud. c. 134. n. 2.* Sed in *d. l. 1. C. h. t.* dici-
tur aut ſupplicio corporali, aut diſpendio facul-
tatum pro Judicis arbitrio plectendos, & *l. ult. §.*
*ult. ſupr. de Abigeis.* Ideoque nonnulli arbitrari-
am volunt eſſe pœnam. *Farinac. qu. 30. n. 95. &*
*ſeq. & qu. 135. n. 92. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 348.*
*n. 2. & caſ. 349. n. 21. Finkelthaus. obſ. 182. per tot.*
*& quos refert num. 13.* Poſſunt tamen hi textus 2.
conciliari, ut *l. hac 1. in ff.* intelligatur

de iis, qui ſocietatem contraxerunt cum latrone participando de ſurreptis. Aliæ verò leges de ſimplici occultatore. *Farinac. d. l. n. 4. Carpzov. in pract. crim. qu. 134. n. 40. & ſeq. Anthon.*
3. *Matth. hic. c. 2. n. 2.* conf *Finckelth. d. l. n. 18.* In Imperio qui proſcriptorum bona vel ipſos proſcriptos & pacifragos, vel alterius Status ſubditos ſe ſui Magiſtratus jurisdictioni ſubtrahentes receperint, banno Imperii feriuntur ipſo facto. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 12. Petr. Denaiſius in jure Cam. cap. 256.*

### ad L. Eos apud quos. 2.

*SUMMARIUM.*

P*Oena illorum, qui cognatos vel affines occultant, mitior eſt.*

Pœna mitiganda eſt iis, apud quos cognatus aut affinis occultatus eſt, quod non tam dolo malo id feciſſe videantur, quam amoris & affectionis vi victi. *Men. lib. 2. A. Q. caſu 3. 8. n. 7. & conſ. 74. num. 22. Ant. Matth. h. t. c. 1. num. 3.* Et ignoſcendum aliquatenus iis, qui conſilium pro tuendis cognatis capiunt. *l. 22. ff. de adulteriis. Gail. l. 2. de P. publ. c. 10. Farin. d. l. n. 32. Carpzov. d. l. n. 48.* Ex quo infertur, parentem non poſſe compelli, ut indicet filium facinoroſum. *Carpz. d. l. n. 52.* Et uxor excuſabitur, ſi maritum etiam rebellem ſuſceperit. *Decian l. 7. c. 34. n. 11. & 17. Farin. qu. 113. n. 280. & quos alleg. Ant. Matth. d. c. 1.* qui tamen hanc *l. 2.* rectè limitat *n. 3.* ſi de ſurreptis participaverit.

# TITULUS XVII.
# De Furibus Balneariis.

### ad L. Fures. 1.

FUres nocturni & balnearii ideò durius aliis puniendi, quia major tempore nocturno & in balneis publicis eſt delinquendi facultas, & ideò in univerſum, quò facilius poteſt delictum committi, eò ſeverius caſtigandum, *hic & l. 8. C. de Epiſc. Weſenb. in π. h. t. Cujac. l. 6. obſ. 8. Ant. Matth. in h. t. & Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 296.*

# TITULUS XVIII.
# De Effractoribus & Expilatoribus.

### ad L. De his. 1.

*SUMMARIA.*

E*Ffractores quotuplices ſint, eorumque pœna. n. 1.*

*Rationes cur illa ſit ſeverior. 2.*

*Communiter eſt tamen arbitraria. 3.*

1. EFfractores ſunt vel fures, qui effractis januis & parietibus aut feneſtris, furtum faciunt, quæ effractio violenta valdè aggravat delictum, & ſic pœnam meretur *l. 2. h. t. art. 159. conſt. crim. Carpz. pr. cr. qu. 79. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 299. Farin. qu. 167. n. 27.* Alii effractores ſunt carceris, de quibus in *l. 1. pr.* dicitur, quod ſi facta conſpiratione, vel effractis foribus eruperint, capite plectendi ſint, ſi videlicet abſit negligentia cuſtodis; quia ignoſcendum fuit iis, qui eva-
2. dendi occaſione oblatâ ſunt uſi. Ratio ſeveritatis hæc eſt, qui ita evadentes pro confeſſis aut convictis habentur. *Gomez. tom. 3. reſol. c. 9. n. 11. & Bachov. in Tr. vol. 2. diſp. 31. th. 4. lit. D.* Quamvis potius favor diſciplinæ publicæ huic ſeveritati cauſam dediſſe præſumatur, per *l. 3. ff. de cuſtod. Reor.* & hoc *Treutl. d. l.* extendit, etiamſi reus fuerit inſons, quia videatur Majeſtatis crimen contrahere, qui carcerem Principis effregerit. *L. 4. in fin. ad L. Jul. Majeſt.* ſed ſententiam illam cum *Gomezio d. l. Bachovius* rectè duram & inhumanam vocat, & ad rationes contrarias reſpondet; Et ideo *L.* hæc ad ſontem reſtringi poteſt, *Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 301. n. 15.* Et cum pœna 3.
capitis non ſemper mortem naturalem ſignificet, receptum eſt communiter, pœnam effractionis eſſe arbitrariam, & extraordinariam, nec ex ſola effractione pœnam delinquenti ordinariam dictandam eſſe, licet effractio aliquod iudicium criminis ſuggerere videatur. *Farin. qu. 30. num. 24. Boſſius in tr. de carceratis num. 6.* Et ideo colligitur *l. 1. § 1.* quotiescunque in lege pœna non exprimitur, intelligendam eſſe pœnam arbitrariam. *Gail. lib. 1. obſ. 87. n. 11. Tiraqu. de pœnis temp. C. 31. n. 34. Carpz. p. 4. conſt. 17. def. 12. n. 6.*

# TITULUS XIX.
# Expilatæ Hereditatis.

### ad L. Si expilatæ. 2.

*SUMMARIA.*

E*Xpilator hereditatis furtum propriè non committit. n. 1.*

*Hinc & pœna laquei ipſi dictanda non eſt. 2.*

1. QUi rem mobilem hereditariam ante aditam hereditatem vel poſt aditam, antequam ab herede res hereditariæ poſſeſſæ eſſent, intervertit, furtum propriè non committit, quia nullus adeſt poſſeſſor, cui tantum furtum fieri poteſt, de quo ſupra actum. Unde in locum deficientis actionis 2.
pœnalis datur actio expilatæ hereditatis, & inde rectè concluditur, pœnam furti ſtatutariam, [illegible] i. e.

Digitized by Google

c. laquei, expilatoribus hereditatis dictandam non eſſe. *Farin. q. 174. n. 121. Carpz. in pract. crim. q. 83. n. 7. Ant. Matth. in h. t. c. 2. n. 1.* Licet diſ- … *Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. … n. 7. Gomez. tom. 3. reſol. c. 5. n. 16. & quos al- … Farin. d. l. n. 1…* quin tamen corporalis pœna … imponi poſſit, dubium non eſt. *Farin. d. loc. … Carpz. n. 76. & 80. & Anth. Matth. d. loc.* … deprehendo hic ſubtilitatem juris noſtri, pu- … ſi … lterius ſtatui poſſe per ſuperiores ean- … pœnam præſertim civilem in explicatione, … expilatorem puto magis delinquere quam fu- … *vide not. ad l. 11 C. de furtis.*

probari poteſt. *l. 15. ad exhib.* ita reſp. menſe Junii anno 1654.

## ad L. Divus Severus. 3.

*SUMMARIA.*

*Concurrit aliquando petitio hereditatis. n. 1.*
*Qua actione agendum, ſi expilatio plene probari nequeat? 2. 3.*

Concurrit cum hoc judicio petitio hæreditatis. Interdum autem dubitatur. Propoſita aliquando eſt Facultati hæc ſpecies: Mortuus eſt … *L.* W. R. laborabat ſuſpicionibus expilatæ hæreditatis. Unus enim teſtis viderat lectos & … defuncti in rebus W. R Deinde W. … antea erat pauperrimus, poſtea locupletior. 3. … lius dicebat, non exiguam pecuniæ ſummam ſe vidiſſe in manibus W. R uxoris. 4. Erat perſona domeſtica. Quærebatur, quæ actio detur. Reſp. Non dari actionem hanc expilatæ hæreditatis, aut certè non ſine difficultate; quia teſtes erant … lares, & ex eadem ratione vix dabitur pe… hæreditatis, nec interdictum quorum bonorum … quia nec hic teſtis ſingularis probat. *Menoch. remed. 1. adipiſc. poſſ. n. 96.* Putavimus autem agendum eſſe ad exhibendum tanquam præparatoria actione ad interdictum quorum bonorum, vel expilatæ hæreditatis, quia teſti unico … itur, quando ſine præjudicio alterius fit. *Farin. q. 63. n. 26.* per exhibitionem autem rerum … non gravatur W. R. ſi eſt innocens, & in … actione etiam juramento actoris intereſſe.

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Uxor ob expilationem qua actione tenetur. n. 1.*
*An judex hoc caſu ex officio inquirere poſſit. 2.*
*Quo remedio uxorum expilationi ſuccurrendum. 3.*
*Inter ſocios an actio furti locum habeat. 4.*

1. Uxor hoc crimen propriè non committit, *hic & l. 4. C. h. t.* cum ſocia ſit omnium bonorum. *Farin. d. q. 74. n. 150. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 300. in fin.* ſed tenetur actione rerum amotarum, vel petitione hereditatis, rei vindicatione & actione ad exhibendum. *d. l. 4. C. h. t.* Et ex hoc infert 2. *Carpz. l. 6. reſp. 85.* Judicem ex officio de expilatione hereditatis à muliere facta inquirere non debere. Pro quo facit *art. 165. Conſt. Carolin.* Sed id ad leviora furta reſtringendum videtur, per *l. perſpiciendum 11. §. 1. ff. de pœn.* cum *Bartol. in l. 1. ff. rerum amotar. n. 4 & Weſenb. in ff. hic. n. 2.* Et cum hoc delictum mulierum hodiè ſit frequen- 3. tius, meritò optat *Cujac. l. 14. obſ 38. laudatus hic ab Anth. Matth. c. 1. n. 3.* Novellam Leonis 110. in uſum revocari, cujus ſumma, ut conjuge mortuo uxor intra tres menſes inventarium conficiat, ſub pœna, quod nihil aliàs poſſit petere, quod ſibi abeſſe quæritur. Eadem autem ratio, quæ 4. uxorem à furti & expilationis pœna abſolvit, militat etiam in ſocio. *l. 1. C. h. t. & l. 3. C. fam. Herciſc.* quod limitat *Duar. ad h. t. & Menoch. d. caſ. 300. n. 7.* niſi ſciens ultra ſuam partem aliquid rapiat, per *l. 45. ff. pro ſocio.* A quibus verò diſſentit *Ant. Matth. d. c. 1. n. 4.* concedens tamen actionem furti eo caſu dari; Sed quia ratio *d. l. 1. & 3.* eſt ea, quod lex præſumat, ſocium accepiſſe bona ratione partis ſuæ, non autem malo animo ſubtrahendi. *l. merito. 51. ff. pro ſocio. Menoch. l. 4. præſ. 18. n. 3.* Et noſtro caſu, ubi dolus eſt manifeſtus, ea ratio ceſſat meritò amplectimur ſententiam priorem.

# TITULUS XX. Stellionatus.

## Ad L. Stellionatus. 2.

*SUMMARIA.*

*Crimen Stellionatus an infamat?*

Stellionatum non infamare, dicitur hic; ſed contrarium dicitur in *l. 13. §. ult. ſupr. de his qui notantur infamia.* Varias hic quærunt conciliationes, ut videre eſt apud *Bach. in Tr. vol. … Diſp. 7. th. 6. lit. C. & Hill. in Donell. l. 18. c. 8. lit. R.* Sed receptiſſima ea eſt, qua diſtinguitur; An crimen ſtellionatus concurrat cum alia actione civili per ſe famoſa, v. g. Depoſiti, nec ne *arg. l. 7. ff. de publ. Jud. & l. 2. C. h. t. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 381. n. 30. Don. Hillig. & Bach. dd. locis. Weſ. in π. h. t. & Ant. Matth. in l. ff. 48. tit. 18. c. 3. n. 4.*

## ad L. Stellionatus. 3.

*SUMMARIA.*

*Crimina innominata Stellionatus nomine veniunt. n. 1.*
*Exemplum in eo, qui rem alii obligatam dolosè in alium transfert. 2.*
*Quid ſi quis rem duobus vendat. 3.*
*Alia impoſturæ exempla. 4.*
*Stellionum pœna priſtina & moderna. 5.*

1. Stellionatus eſt crimen extraordinarium, quo quis improbius alium fraudavit, ſi crimen ali-

ubi non ſit, quod objicitur; Nam quod in privatis judiciis eſt de dolo actio, id in criminalibus
2. eſt ſtellionatus perſecutio. v. gr. ſi quis rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alii detraxerit vel permutaverit, vel in ſolutum dederit, quod de generali etiam obligatione cum *Gomez. l. 3. reſol. c. 7.* intelligit *Anth. Matth. in h. l. 47. t. 13. c. 1. n. 3.* quod admitto, ſi & animus fraudandi & effectus fraudationis concurrant. Ideoque ſi utrique creditori ſatisfecit, ceſſat crimen & pœna *l. 1. C. h. t.* Et pœnitentia hoc crimen diluit. *Ant. Matth. tit. 13. cap. 2. n. 3.* Idem crimen contrahit, qui merces ſupponit alias inutiles, vel obligatas avertit. i. e. pro auro pignori dederit. *l. 36. ff. de pign. act.* vel ſi corrupetit, *hic verſ ſed & ſi quis.* Item ſi quis rem eandem duobus oppigno-
3. raverit. Licet aliud videatur eſſe, ſi quis eandem rem duobus vendiderit; nam hic non ſtellionatum, ſed falſum, quod crimen publicum eſt, committit, per *l. qui duobus 21. ff. ad L. Cornel. de falſ.* ut poſt *Accuſar. Bart.* rectè ſentit *Anth. Matth. a. c. 1. n. 4. & Colleg. Arg. hit tb. 3.* Licet diſſentiat *Menoch. d. caſ. n. 11.* præſertim cum gravius ſit vende-
4. re duobus quam obligare. Ad hanc claſſem etiam pertinent, qui impoſturam vel colluſionem cum alio in tertii necem faciunt, & fraudem, quod exemplis declarant *Gomez d. r ſ. l. Menoch. d. caſ. 381. num. 2 ſeq. & . . in fin. Tholoſ. l. 39. c. 14. Tuſ h. conc . . l. 1. S. Ant. Matth. d. c. 1. n. 6. & Colleg. Argent. h. . . 4*

5. *Ad . . 2.* Pœna damnationis in metallum excedere non debet in plebejis, in aliquo honore qui ſunt poſiti, illis relegatio ad tempus vel ab ordine motio temi tenda eſt, & ſic pœna eſt arbitraria. *Menoch. d. . . 81. n. 4 Chr . . . v. 4. d. . 1. n. 18. Tholoſ. d. . 14. n. 4. . . . a. 19. . . 34.* . . . viles & peſſimi ſtellionatus . . . cum perpetua relegatione, quale exemplum recenſet *Joh. à Sande l. 5. tit. 9. d.* . . . ferebat catenam auream, ut pro ea pecuniam acciperet, cum autem illi in pecunia numeranda . . . occupari, ſubſtituerat æneam, in eo qui arte erat expeditus.

## ad L. fin.

Qui pegerit ſua eſſe pignora de ſtellionatu tenetur, cum etiam is, qui alienas res . . . ignoranti creditori pignori dat, ſine perjurio hoc crimine teneatur *l. 2. C. h. t. l. 16. § 1. ff. de pignor.* Sed perjurium pœnam auget, neque hoc juramentum erat delatum ſed ultro præſtitum. *Hillger. in Donell. l. 24. cap. 7. lit. N.*

# Titulus XXI.

# De termino moto.

## Ad L. Terminorum. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Terminorum motorum pœna. n. 1. 3.*
*Ob ſenectutem quando pœna mitiganda. 2.*

1. Terminorum motorum i. e. propulſorum, avulſorum vel exaratorum vel finium obſcurandorum gratia factæ converſionis ſacieì loci, pœna non tantum eſt pecuniaria; ita enim hoc explicamus cum pleriſque, & exempla ſimilia adducit *Anth. Matth. t. 14. c. 2. n. 2.* Sed etiam coercitio corporalis, ſc. ut ſplendidiores, qui occupandorum finium gratia terminos propulerunt, relegentur, ut cujusque patiatur ætas, juvenis in longius, ſenes in receſſus tempus; cæteri ad opus publicum biennio dandi, qui per ignorantiam culpa tamen fecerunt, ſufficiet eos verberibus decidere, de quo plura *Farin. qu. 168. n. 94. ſeq. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 393. num. 15. Damhoud.*
2. *Prax. crim. c. 129.* Colligunt ex textu hoc, ob ſenectutem pœnam, v. gr. relegationis, mitigari poſſe; quod de pœnis arbitrariis & extraordinariis, non vero ordinariis, . . . & determinatis intelligendum eſt. *Gomez. tom. 3. reſol. cap. . n. 68. & Carpz. in pr. crim. qu. 144 n. 17.* In *Ord. Caroll. art. 114.* ſtatuitur etiam pœna corporalis. *Carpz. qu. 83. n. 67.* Sicut menſe Octobris anno 166 . caſtigatio dictata alicui fuit.

## ad L. ult.

Lege Agraria contra terminorum propulſores pœna pecuniaria ſtatuta eſt, ſc. in terminos ſingulos, quos ejecerint locove moverint, 50. aurei in publicum dandi, & eſt actio popularis, quam exoleviſſe putat *Panorm. in c. ex literis. . de prob. & Menoch. rem. 9. recup. poſſ. n. 346.* Sed contrarium verius per tradita *Farin. d. q. 165 n. 91. Thol . l. 39. c. 13. n. 9. Ant. Matth. d. c n. 2.* . . pœna hæc pecuniaria juxta receptiorem ſententiam fiſco debetur, ſi non in totum, tamen ex parte, poſt *Gl. & Bart. h. l. Farin. d. l. n. 109. Hillig. in Don. l. 19. c. 1 lit. L. Bachov. in Tr. v. 1. d. 4. th. 9. lit. B.*

# Titulus XXII.

# De collegiis & corporibus.

## Ad L. Mandatis.

*SUMMARIA.*

*Collegia quare illicita. n. 1.*
*Quænam vero licita. . 3.*
*An quis in dubio Collegium eſſe poſſit. 4. 5. 6.*

1. Inter privata delicta extraordinaria numerantur etiam collegia illicita, quæ in jure prohibentur, ſeu ob metum factionum, ſeu ob laxationem diſciplinæ publicæ. *Dd. ad L. Neratius. ff. de V. S. Tholoſ. . 15. c. 31. n. 1. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 7. n. 1. & Farin. qu. 113. n. 234. Anth. Matth. t. 15. c. 1. n. 5.* Excipiuntur autem in § 1. Collegia ea, quæ reli- 2.

[illegible] ac devotionis cauſa coëunt, ut conſta- [illegible], quamvis collegia Religioſorum hodie [illegible] te a[u]toritatem ſuperioris requirant. *c.* [illegible] *relig. Dom. lib. 6.* [illegible] *in tit. de Feud. de pace* [illegible] *las n. 2.* Imo & hodie in civilibus pe- [illegible] um e[illegible] præter [illegible] Religionis in collegi- [illegible], cum ex [illegible] his c[illegible] rationibus pl[illegible] a [illegible] *Decian.* [illegible] *n. 7 & 1* [illegible] *. Farin. qu.* [illegible] *n. 4* [illegible] conſ. notata [illegible] *ad l.* [illegible] *ff. quod cujus-* [illegible] *&c.* Nem[illegible] autem in duobus [illegible] g[illegible] s al[illegible] h[illegible] itis eſſe [illegible] orc[illegible], cum & cumula- [illegible] offic[illegible] ui[illegible] prohib[illegible] ta, per *l.* [illegible] *omperimus. C. de* [illegible] *r.* [illegible] *l. 4. &* [illegible] *verſ. in poſterum verò* [illegible] *ſtare p[illegible] int. l. 1* [illegible] *§.* [illegible] *& 4. ff. ad Muni-* [illegible] *m non ignores. 15. X. de Præbendis. Alex.* [illegible] *apud Julianum § tempeſtivum n. 4.* [illegible] *ll. Petrus Gregor. l. 2* [illegible] *Syntagm c. 32. n.* [illegible] *. Steph. de Jurisd. lib. 2. part. 2. c. 6. in fin.* [illegible] *Ar[illegible] ent. h. t. d. 11 n 1. & d 12. n. 2.* Sed *Carpz* [illegible] *dec 194* contrariatur 1. ex *l. 5. ff. de Adopt.* ſed [illegible] r [illegible] ic textus de duplici reſpe[illegible] u unius per- [illegible] nun de duplici officio & collegio; nec video [illegible] ex *c. gen. §. porro de Elect.* probari poſſit. In [illegible] *off præſid.* nihil præſidii eſt. Ad Rat. [illegible] quod [illegible] na duplici reſp ctu cenſeri poſſit, [illegible] um. [E]xemplum Advocator[u]m & [P]ro- [illegible] u[illegible] qu[o]d attinet [illegible] illu[d] habet ſpecialem [illegible] ſere [illegible] officium, aut certè alterum alteri maximè cognatum, & una exce- [illegible] non tollit regulam. [E]t experti [illegible] im ſæpius, [illegible] n æ [c]onfuſiones & lites oriantur, quando [illegible] nobus Collegiis eſt. Jam ab aliquot an- [illegible] en [illegible] ur contro[v]erſia inter Collegium pan- [illegible] & eos, qu[i] tam in pannificum quam [illegible] um panni Collegio ſunt, die zugleich [illegible] macher und Gewandſchneider ſeyn / quæ [illegible] a ex duplicitate Collegii orta. Colli- [illegible] m e[illegible] hoc §. q[u]a nemo in duobus Col- [illegible] s e[illegible] e debet, ne per id confuſio opificiorum [illegible] ne [illegible] collegio id concedendum eſſe, quod [illegible] r[illegible] s eſt, nec alteri jus prohibendi indulgen- [illegible] m eſſe *Dn. Mev. p. 4. dec. 195. & p. 5. dec. 229.* [illegible] ramen frivolæ querelæ repelluntur, quando [illegible] non mut[a]tur ſpecies, ſed ſpeciei modus ut [illegible] dem *d. d. 229.* refert. Aliud exem- [illegible] e[illegible] piarius Satlern / & freoariis pro- [illegible] e [illegible] adit *berichh. p.* [illegible] *dec. 26.*

## ad L. Quisquis. 2.

Q[illegible] in [illegible] cit. collegio coëunt, eadem pœna [illegible] ſtic[illegible] odi, quâ afficiuntur illi, qui hominibus ar[illegible] atis loca publica vel templa occupaſſe judi- c[illegible] unt, & ſic incurrunt pœnam vis publicæ, [illegible] ta *Duar. h. t. & Boſſium t. de unionibus n. 2.* vel e[illegible] am Majeſtatis. *l. 1. §. 4. ff. de crim. majeſt. Farin. d. q. 113. n. 30.* quod intelligendum, ſi ad Rem- pu[illegible] [tu]rbandam inſtituuntur collegia. *Anth. Mat[th]* [illegible] *d.* [illegible] Ex quò rectè colligitur, publicum hoc cri[illegible] n non eſſe, ſed tantum cum publico inter- [illegible] ncurrere. *Farin. n. 239. Matth d. t. c. 2. in fin.* Sed qu[a]ndo non directò ad turbandam Rem- publ. inita talia collegia, pœna collegii licitis eſ- ſet arbitraria, per *l. 13. ff. de pœn. Decian. d. c. 20. n. 30. Men. d. caſ. 595. n. 2. & ſeq.* Et hic conſiderari debet perſonarum qualitas, congregationis cau- ſa, & effectus. *Menoch. d. caſ. n. 4. & conſil. 28. Decian. d. loc. n. 31.*

## ad L. Collegia. 3.

*SUMMARIA.*

*Quid juris Collegio diſſoluto. n. 1. 2.*
*Collegia cujus approbationem requirant. 3. 4. ſeq.*

Collegia ſi qua fuerint illicita, mandatis & 1.
conſtitutionibus diſſolvuntur, & permittitur
tantum eis, ut pecunias communes dividere & in-
ter ſe partiri poſſint. *Farin. d. qu. inſpect. 7. in fin.*
*& Menoch. d. caſ. n. 7* quod de bonis autem Col-
legiis propter ſe poſſeſſis intelligendum videtur,
ſed ſi habeant bona inter alios diſtribuenda, vel
aliena, cedunt Magiſtratui *Carpz. part. 3 Juriſpr.*
*conſt. 16. def. 17.* quem ſequitur *Dn. Mev ad Jus Lu-*
*bec. lib. 4. tit. 13. art 3. in fin.* Quando etiam [illegible] às 2.
conſenſu vel alio modo diſſolutum Collegium,
ubi nulla amplius inter Collegiatos communia,
nulli ſeniores, nulli ordinarii conventus, & libe-
ra omnibus commercia, fruſtra allegantur con-
tra aliquos diſſoluti collegii ſtatuta, quæ olim fu-
erunt. *Mev. p. 5. dec 170.* Omne igitur, ut dixi, col- 3.
legium eſt illicitum, niſi ex SCti vel Cæſaris auto-
ritate coierint, quia jura collegiorum ſunt juris
publici, & non ſecuta approbatione ſuperioris
ſunt conventicula & non collegia. *Gigas de crim.*
*Majeſt. rubr. qualiter & à quibus. quæſt. 48. n. 4.*
*Farin. d. loc. n. 234. Berl part. 1. deci. 150. n 2.* A Ma- 4.
giſtratibus urbium collegia etiam fundari poſſe,
& ita pro parte politicæ ordinationis haberi con-
firmationem collegiorum, tradit *Dn Mev. d art.*
*3. n. 6.* quod intelligo, ubi id immemoriali præſcri-
ptione obtentum. Sanè ſodalitates mercatorum 5.
ſine conſenſu ſuperiorum fieri poſſunt, quia
propriè non ſunt collegia, ſed tantum ſocie-
tates. *Ant. Matth. d. t. c. 1. in fin.* Licet ad col-
legia referre etiam videatur *Dn. Mev. d. l. n. 11.*
quod intelligo de majoribus iſtis ſocietatibus,
quæ multa habent juris publici, ut ſocietas
Indica in Belgio. *Anthon. Matth. d. l.* vel quæ ju-
risdictionem habent, ut collegia mercatorum
omnium. *l. fin. C. de Juriſdict.* Ubi ergo certa 6.
collegia Superiorum conſenſu conſtituta, tunc
aliis extra illud Collegium, ejus artis exercitium
prohibitum eſt, & libertas commerciorum re-
ſtringitur per conſtitutionem Collegii. *Dn. Mev.*
*p. 1. dec. 108.*

## Ad L. fin.

*SUMMARIA.*

*Collegia qualia ſtatuta condere poſſint. n. 1.*
*Exempla ſtatutorum invalidorum. 2. 3. 4.*
*Statuta an confirmatione opus habeant. 5.*
*Quando mutanda. 6. 7.*
*An opifices liberi juſtè conſtituantur. 8.*

*Collegia habent Jurisdictionem cumulativè conceſſam. 9. 10.*

*Quouſque hæc jurisdictio extendatur. 11. ſeqq.*

1. COllegia poſſunt facere ſtatuta in rebus ſuæ profeſſionis, non aliis. *Berlich. deciſ. 150. n. 23.* quæ non derogant juri publico, nec jure publico ſunt prohibita, quæque jurisdictioni Magiſtratus non præjudicant: quæ turbis occaſionem non præbent, quæque monopolium non ſapiunt, licet ex juſta cauſa & pro utilitate publica monopolium à Magiſtratu conſtitui poſſit. *Marquard. de jure mercat. l. 4. c. 7. n. 2.* quæ non aliorum juri obſunt, quæq; negotia ad artificium illud ſpectantia non excedunt *Schilter in § conſt. int. Inſt. de jur. natur. & Gent. n 17. Berlich. d. deciſ. n. 23. Mev. d. art. 3. n. 38.* Ubi *num. ſeq* habet exempla illicito-

2. rum ſtatutorum, ut, quod unus cœpit, alter perficere non poſſit. [illegible] *un. § 1 C. de Monop. Berlich. p. 1. d. 26. n. 5.* quale illud etiam eſt, quod nemo recipi debeat in Collegium, utut aliàs habilis, qui non viduam opificis vel filiam duxerit, de quo *Dn. Mevius p 3 dec. 38.* ſic invalidum ſtatutum, ut, qui ſponſam imprægnavit ante nuptiarum ſolennitatem, non recipiatur in collegium. *Dn. Mev. p 3. d. 39.* item qui ducit imprægnatam ab alio, ut non admittatur. vid. *Dn. Mev. d. art 3 n. 41. & d. dec. 39. n. 8. & Carpz. l. 6. reſp. 99. n. 10. & part. 2. c. 6. def 14. Berlich. p. 2. d. 299.* Sic invalidum ſtatutum, ut

3. molitores & ſimiles non recipiantur etiam in collegia mercatorum, quia hoc ſtatutum prohibitum in *Ref. Polit. de anno 1577 tit 38.* conf. *Dn. Mev. p. 5. d. 117.* Invalidum etiam ſtatutum, ut, cujus mater fuit diffamata de ſcelere, is non recipiatur

4. in collegium. *Dn. Mev. p. 5. d. 118.* Sic invalidum puto eſſe ſtatutum, quo injuriatus jubetur abſtinere ab exercitio opificii ſui, donec injuriam vindicet. Quod ſtatutum contrariari puto non tantum regulæ juris, ut nemo invitus agere compellatur; ſed etiam regulæ vitæ Chriſtianæ, qua convitia ignoſcere jubemur, non verò vindictam expetere. Nam hæc non tantum gloria Epiſcoporum & Sacerdotum, ut Juſtinianus in *l. 10. C. de Epiſc. & Clericis* tradit, ſed & omnium Chriſtianorum. Non nego poſſe aliquem famam ſuam defendere, præſertim ſi ei ſcelus objiciatur, unde famæ jacturam pati poſſet, ſed vindictam expetendi neceſſitatem imponere, id veræ Chriſtianæ Profeſſioni non videtur convenire. Sic invalidum eſt ſtatutum, quo plus temporis ad diſcendum, atque opus eſt, injungitur, in aliorum incom-

5. modum. *Dn Mev. p. 5. d. 171.* Statuta autem non illicita de neceſſitate non opus habent confirmatione ſuperioris, licet melius adhibeatur. *Jaſon. in l. omnes populi n. 37. ff. de J. & J. Berlich. p.* [illegible] *d. 150. n. 18. Dn. Mev. d. l. n. 37. & d. dec. 38.* niſi excedant poteſtatem Collegii, ubi confirmatione ſive ſupremi ſive inferioris opus eſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 284. n. 5.* Addi ſolet in confir-

6. matione iſta clauſula: Daß man ſich vorbehalte die Statuta zu ändern/zu mehren/zu beſſern und zu endern. Quæ clauſula non con[illegible] poteſtate [illegible] pro libitu [illegible] ſed [illegible] laria vel [illegible] Re[illegible] vel ſi [illegible] Reip [illegible] ſubrogare, quod [illegible] mutatione fieri poteſt. *Dn. M[illegible] p. 5. d.* [illegible] Pr[illegible] 7.

pue vero tunc [illegible] vitati nocere incipiunt [illegible] rum u[illegible] ſtant, præſerti[illegible] ſtatuta reſtringunt [illegible] effect[illegible] ſcant, hic decreſcunt. *Dn.* [illegible] 8

an[illegible]enatus, q[illegible] fi[illegible] liberum extra [illegible] quot ration[illegible] pu[illegible] nos Senat[illegible] ſtituend[illegible] piſtore [illegible] Sc[illegible] Schuſt[illegible] Collegi[illegible] ctant, qu[illegible] ven[illegible]dit, nulla [illegible] rum mal[illegible] conſti[illegible]antur. *Dn. M.* [illegible] de ſtur, quod [illegible] abeant [illegible] nem in negot[illegible] leg[illegible] *C.* [illegible] *Carpz.* [illegible] *c 6. d.* [illegible] non ex ſpeci[illegible] conceſſione [illegible] *Carpz. d.* [illegible] *d f. 9 R* [illegible] *Dn.* [illegible] *d. dec. 38. n. 10.* Quod tamen [illegible] mulativè non [illegible] Collegio, per *d.* [illegible] *D. M* [illegible] *3. n.* [illegible] *& ſeq.* unde regulam [illegible] juri[illegible]dictio datur [illegible] non videtur data privative [illegible] *Dn. Mev. d. l. n. 2*[illegible] & [illegible] Ma[illegible] is Collegii eo legium præveniri poteſt. [illegible] *d. l.* Collegio ergò competit cognitio [illegible] colle[illegible] ſpectantis, nec non de [illegible] & [illegible] indictio & coercitio. *arg.* [illegible] *centi &c. Matth. Steph* [illegible] *l. 2. p. 2. c 8 n.* [illegible] ubi *n ſeq.* id exemplo [illegible] mixt[illegible] imperi[illegible] competi[illegible] ter[illegible] ob contumaciam pignor[illegible] omnium [illegible] extraneos. [illegible] *p.* [illegible] *d. 2 5.* [illegible] collegio competet [illegible] ſtigandi falſas merces aut pig[illegible] ejiciendi. Nam falſific[illegible] publicum à Magiſtratu puniend[illegible] *Dn. Mev. p. 5. d. 257.* Nec competit Collegio [illegible] cri- 13

mina publica. v. gr. adulterium, qua tantum [illegible] cauſis Collegii ſermo eſt. Ideò non poſſunt pu[illegible] tos de adulterio compellere, ut denuo cum Collegio etiam conveniant de pœna, daß Sie ſich mit der Zunfft abfinden. Nec ob præmaturum partum punire poſſunt membrum Collegii, niſi hoc ſpecialiter ipſi Collegio conceſſum. *Carpz.* [illegible] *3. dec. 285* Nec eò uſque etiam ſe extendit poteſtas Collegii, ut ad Collegium ſuum amplectendum aliquem compellere poſſit, ut ſi quis ex Col- 14

legio

... ſuo uxorato utatur, ut miniſtro, non ... ius cumpelli, ut nomen Collegio det, ... das ... eiſterrecht gewinne, ut deciſ... m in ... Facultate menſe Julio anno 1654. Sed in his ... probatis multæ deprehenduntur abu... hæc ferè ſemper laborant proextenden... ntia & conſequenter coarctanda in ſe ... ratus poteſtate. E... per opificum contradi... ctiones prætenſ... nes & introdu... ctos mores multa, quæ ad c... m... nem uſum ſp... ct ant, præp... di... un... r. Ideoque contra Decreta Magiſtr... tus non ſunt decernenda n aud... ta ad inſtantiam, ni... in cauſa liquid... ſima, *per Receſſ. Imper. de anno 1594.* §. darum ſetzen und ordnen. *p. m. 724. & in Receſſ. de anno 1654.* §. Wie nun ſolches von den *cauſis mandatorum &c.*

# Titulus XXIII.

## De popularibus actionibus.

### Ad L. Eam popularem. 1.

P... tis actio eſt, quæ jus populi tuetur. ut ... o corrupto, ... ctio de dejectis vel effu... nocuerunt libero homini, de ſuſpen... nocere poſſunt, de aleatoribus, ſi quis ... non obtemperaverit, ex SCto Silania... de colluſione detegenda, item interdicta ... de rebus ſ... cris vel publicis, vel de li... e exhibendo dantur, item de ſepul... de termino moto. *vid. Coll. Ar... ent. ... ring. in Biblioth rubr de action. n. 697.* ... pro legato pi... pro accuſando matri... o, pro matrimunio malè ſepara... rando & ſim. quilibet è Chriſtiano ... ulo admittitur. *Tuſch. concl. 380. lit. P.*

### ad L. penult.

Q... bet actionem popularem non dicitur exinde locupletior, unde *Hillig. in Don. l. 19. c. 1.* probat illorum ſententiam, qui ſtatuunt pœnam in actionibus popularibus deberi Fiſco, niſi aliud in ſpecie dictum; ſed nunquid tut commodè reſpondere ad *l. 12 de V. S.* Quia aliud eſt creditor ſeu Dominus nominis; Aliud eſt Dominus litis ſeu inſtantiæ & judicii; ... ad hunc textum r... ſ... onderi poteſt, actionem popularem non reddere aliquem locupletiorem, ſcil. ante litem conteſtatam, ut alias L. diſt ... *l. 1.* Quicquid verò ſit de jure communi, contraria ſorte in praxi ſequenda, ... diſpoſit... *25. §. ult. ad SCtum S... ian.* de ſpecie popularis actionis quidem agit, in genere tamen nullam habemus regulam contrariam, ... hiis nemo ... opulari actione facile ageret, niſi commodu... aliquod exinde ſperaret. *Weſenb. tit. de jurud. n. 13. Cujac. l. 10. obſ. 10. Theodor. in Coll crimin. diſp. 3. th. 1. lit. H.*

# LIBRI QUADRAGESIMI OCTAVI

# Titulus I.

## De publicis judiciis.

### Ad Rubricam.

I... hoc libro tractatur terribilis materia cauſa... criminalium, quæ unica in peſſimo hoc ... etundit aliquatenus malorum homi... ant. Judex hic competens, cui vel ſuo ... o competit, ut Princeps, vel quia à Prin... titulo feudi, vel donationis, vel ti... vel titulo mandati. In Camera Spir. ... tiones quidem in criminalibus reci... Dd communiter: At per modum ſim... relæ de criminibus ibidem agi poſſe, *Mandans l. 1. de Mandat. c. 9. n. 2.* conf. *Merius p 5. dec. 373.*

### Ad L. Non omnia. 1.

*SUMMARIA.*

*Publica delicta, unde ſic dicantur. n. 1. 2.*

*Omne crimen, tendens principaliter in offenſam Dei, an publicum dici poſſit. 3.*

*Blaſphemia & Magia crimina publica ſunt. 4.*

Publica delicta dicuntur tum ratione cauſæ principalis, quod per publicam legem à populo de iis judicia primum ſint conſtituta, tum ratione inſtrumenti, quod per quemvis ex populo regulariter expediantur; tum ratione finis, quod ad publicam vindictam tendant. *Dreian. l. 5. c. 3. n. 5.* Cur autem de his hic enumeratis de... ctis judicia publica ſint conſtituta, ratio prima hæc eſt; quod per hæc delicta magis videatur lædi Reſpublica. *Duar. l. 1. diſp. 37.* & 2. quod ſolus populus olim de bis cognoſceret, vid. *Bach. in ... vol. 2. diſp. 31. th. 1. lit. A.* Ex quo dubitare licet de hypotheſi Dd. quod omne crimen tendens principaliter in offenſam Dei dici poſſit publicum, quod communiter affirmant, per *L. ult. C. de Maleſ. & Mathemat. l. 4. C. de heret. Far. qu. 18. num. 10. Clar. §. fin. qu. 1. n. 2. Gom. tom. 3. reſol. tit. 1. n. 1.* Negat verò *Anton. Matth. in lib. 48. tit. 1. n. 4.* qui tamen rectè conce... Blaſphemiam & Magiam crimina publica eſſe.

## ad L. Publicorum. 2.

*SUMMARIUM.*

*Crimina publica alia capitalia alia non capitalia.*

Dividuntur hic crimina publica in capitalia & non capitalia. Capitalia ſunt, propter quæ damnato aut vita eripitur, aut libertas, aut civitas. Cætera non capitalia, *hic & l. 6 & ſeq & 28. infr. de pœn Farin. q. 19. n. 1.* (ubi *n. 2. & ſeq.* infert, pœnam capitalem in *L.* dictatam non præciſè de pœna mortis eſſe intelligendam) *Carpz. pract. Crim. q. 102. n. 2. ſeq. Ant. Matt. d. t. 1. n. 5.*

## ad L. Interdum. 4.

*SUMMARIA.*

*Ex quibuſdam delictis & civiliter & criminaliter agi poteſt. n. 1.*

*Exempla ſubjiciuntur. 2.*

*Quatenus, ſi civiliter prius actum, præjudicium fiat criminali judicio. 3.*

1. Certum eſt, ex quibuſdam delictis dari actionem civilem & perſecutionem criminis *l. 1. C. Quando civilis actio criminali præjudicet.* v. g.
2. Servo alieno occiſo agi poteſt civiliter & criminaliter, hic ſurrepto ſervo alieno agitur actione furti, & ex *L. Fabia de Plagiariis* criminaliter. Sic de rebus mobilibus ablatis agitur actione de vi bonor. raptorum; de immobilibus verò occupatis interdictio unde vi. Utroque modo civiliter, & agitur etiam criminaliter de vi publ. & privata: Sic de tabulis exhibendis agitur interdicto
3. & etiam criminaliter ex *L. Teſtamentaria.* Si igitur civiliter prius actum ſit, fit præjudicium criminali judicio, quatenus ex inſtituto prius judicio civili ſumitur exemplum & argumentum, quod judices in criminali ſequantur. Alio ſenſu dicitur non præjudicare in *l. 23. §. 9. ff ad L. Aquil.* quatenus civile judicium non impedit criminale. Ita *Cujac. ad h. l. tom 2. p. 1346. & Bronchorſt. cent. 4. Enantiophan. aſſert. 27. Ant. Matth. in lib. 47. ff. tit. 5. c. 2. n. 5.* Licet aliter *Bach. in Tr. d. diſp. 18. th. 10. lit. H.*

## ad L. Si qui reus. 5.

*SUMMARIA.*

*Reus ante abſolutionem alium accuſare non poteſt. n. 1.*

*Quod ampliatur. 2.*

*Limitatur variè. 3.*

*Declaratur. 4.*

1. Si quis reus factus ſit, purgare ſe prius debet, nec ante poteſt alium accuſare, quam fuerit excuſatus; non enim relatione criminis, ſed innocentia reus purgandus eſt; quia jus præſumit non Reipublicæ ſtudio, ſed accuſatoris odio, aut protelandi judicii cauſa anticagatorias fieri. *Ant. Matth. ad lib. 48. tit. 13. cap. 10. n. 2.* idque de eo caſu potiſſimum intelligunt, poſtquam nomen ejus inter reos receptum eſt. *Decian. l. 3. pract. Crim. cap. 24. Clar. §. fin. qu 14. n. 12. Farinac. qu.*
2. *12. num. 23.* Quod huc ampliatur, ut etiam finita accuſatione non poſſit alium reacc[illegible]are, ſi fuerit condemnatus ad amiſſi[illegible]nem [illegible]ivitatis au[illegible] libertatis; ni[illegible] inchoatas ante delationes [illegible]pleverit. Limitatur vero in *l. neganda C. de Su qui ac[illegible] non poſſ. & c. neganda cauſa 3. q. 1[illegible]* [illegible] Niſi [illegible] 3.
as & ſuorum injurias exequatur, [illegible] bi etiam de pari vel minori delicto alium reaccu[illegible]re poteſt. *Dec. n. 12.* (2. Niſi de majori crimine vel[illegible] accuſare accuſatorem. *Anth. Matth. d. c. 10. n. 7.* (3.) Niſi de crimine connex[illegible] g[illegible]t. *De[illegible]. d. l. [illegible] &* [illegible] (4) N[illegible]ſi idem crimen re[illegible]orque[illegible]tur, ut pl[illegible]ribus probat *Ant. Matth. d. c. 10. n. 4. & ſeqq.* De[illegible]lara- 4.
tur, ut quidem non accuſare, in[illegible]ptione tamen pendente accuſatione [illegible]eponere po[illegible] [illegible]r *d. l. neganda Dec. d. [illegible] n. [illegible] & 9.*

Ex §. [illegible] *h.* [illegible] notandi m[illegible] inch[illegible]s a[illegible]te d[illegible]mnationem actiones impler[illegible] p[illegible] [illegible] a[illegible] [illegible] at[illegible] [illegible]m etiam permiſſum eſſe *Dn M[illegible]v. p.[illegible] d[illegible] [illegible] n.[illegible]* 5.

## ad L. Defuncto. 6.

*SUMMARIA.*

*Per mortem r[illegible] t an pœn[illegible] e[illegible] in[illegible]uatur. n. [illegible]*

*Lucra ex ſcelere quæſita a quo [illegible] anda diſt[illegible]atur. 2*

1. Mortuo re[illegible] ante ſententiam vel pe[illegible] e[illegible] appellatione ext[illegible] [illegible] ct[illegible] [illegible] cri[illegible]em eſt; pœn[illegible], ſed t[illegible]rpiter ex ſcelere q[illegible]æ[illegible] [illegible]m [illegible]crum et[illegible] [illegible] h[illegible]dibus extorquend[illegible]m. *hic. & l. 9. ff de jur[illegible] [illegible] 4. & [illegible] ad Cornel de falſ. Farin. q. 10. n. 15. [illegible]*
2. Fiſco autem [illegible] [illegible] [illegible]tio datur, qua[illegible] [illegible] eo antiquam indigno aufferti r, quod ſcelere quæſitum eſt veluti hæreditas, legat[illegible]m, fid[illegible]commiſſum veneſico quæſitum, ſed ſi non [illegible] n[illegible] [illegible]id[illegible]n perſecutio ei datur, cui res ablata e[illegible]at *Ant. M[illegible]tt[illegible] l. 45. tit. 10. c. 3. n. 3.*

## ad L. Infamem. 7.

*SUMMARIA.*

*Omnia judicia publica infamant. n. 1.*

*Perſecutio criminalis ex crimine privato quando infamet. 2.*

1. Omnia judicia publica infamant ſive per accuſationem ſive per inquiſitionem [illegible]oc[illegible]tur. *Farin. qu. 17. n. 9.* Sed ſi ex criminibus p[illegible] tis criminaliter agatur, non [illegible]r ſeque[illegible] [illegible]tin a[illegible]m[illegible]a, n[illegible] ſi eadem ſe[illegible]uere[illegible]ur, ſi ci[illegible] [illegible]ier agere ſic condemnatus de ter[illegible]ino moto etiam in [illegible]riminali judicio non fit infamis, q[illegible]ia ex j[illegible]di[illegible]o finium regundorum damnatus in[illegible] mi[illegible] no[illegible] fieret. *Ant. Matth. h lib. t. 18. c. 3. n. 4. D[illegible]ell. l. 18. c. 3. lit. O. R. S.* conf. *not. ad l. 2. ſup. de ſtellionatu.*

## ad L. Ordo. 8.

Solennitas judiciorum criminalium olim rece[illegible]pta abolita eſt, ſed manſerunt pœnæ, imò & ea neceſſaria, quæ jure gentium requiruntur, u[illegible] (1.) citetur accuſatus & audiatur, (2.) ut plene convincatur, (3.) ut tempus ſe defendend[illegible] ipſi re[illegible] [illegible]nquatur, de quo pluribus egi in proceſſu criminali inquiſitorio.

## ad L. Cuſtodias. 12.

*SUMMARIA.*

*PRaſes in ſingulis cauſis criminalibus ex numero Advocatorum Adſeſſores ſibi adjungere poteſt. n. 1.*

*D[illegible] quibus Adſeſſoribus hac intelligatur. 2.*

*Judicia criminalia hodie oſcitantius peraguntur quam olim. 3.*

*An diebus feriatis cognitio cauſæ criminalis ſuſcipi p[illegible] n. 4.*

1\. NOt[illegible]nda ex hac lege duo: 1. quod Præſes vel [illegible] ex A[illegible]eſſores in ſingul[illegible]s cauſis criminali-b[illegible] [illegible]gere poſſit ex numero Advocatorum; [illegible] conſiderandum, quod Præſides habue-[illegible] ord[illegible]arios Adſeſſores, ſed his adjun-

2\. [illegible] rori[illegible] cauſarum, ut Adſeſſores ex-traord[illegible] in criminalibus. Hodie omnia enn-ve[illegible]. In civilibus plures judices adhiberi ſ[illegible]ler[illegible] in criminalibus pauci, imo interdum unus. M[illegible] apparato tractantur cauſæ, quæ bona con-cern[illegible]nt; levi brachio, quæ vitam hominis con-

4\. [illegible]r[illegible]unt. Deinde notandum, quod cognitio [illegible] etiam in diebus feriatis ſuſcipi poſſit, quod ion[illegible]go etiam in feriis in honorem DEI inſtitu-tis, [illegible] in mora ſit periculum, v. gr. ſi generaliter in-qu[illegible]rendum, quis ſit autor cædis, ne, dum differtur cogn[illegible]tio, [illegible] elabatur, pœna tamen ſemper dif-ferenda.

## ad L. Accuſatore. pen. §. 1.

*SUMMARIA.*

*PRocurator in publicis judiciis ex parte actoris non admittitur. n. 1.*

*H[illegible] hic admit[illegible]tur.*

*A parte [illegible] non admittitur. 3.*

*Qu[illegible]d declaratur. 4.*

*Pro[illegible]urator admittitur in omnibus non capitalibus d[illegible]lis. 6.*

*[illegible]um. 4. Limitatur. 7.*

*[illegible] matrimonialibus non admittitur. 8.*

*Idem in proceſſu deſertionis. 10.*

*[illegible]elaxatus è carcere in perſona propria comparere teneatur. 9.*

P[illegible]curator in publicis judiciis admitti non de-[illegible] ex parte actoris. *hic & l. 16. C. de fals. Mende [illegible] J. [illegible] 1. q 79. & quos alleg Carpz. in pract. crim. q. [illegible] n[illegible].* Cujus ratio eſſe videtur, quod accuſa-tor [illegible] pœnam Talionis ſe inſcribere debeat, quæ

2\. [illegible] o[illegible]um hodie ceſſet, Procurator hodie admit-[illegible]dus vid[illegible]ur. per *Conſt. crim. Carol. art. 12. de [illegible]a Carpz. d. q n. 8.* quod etiam in civitate accu-

3\. ſante ratio Juris Civilis admittit. *Carpz. n. 10.* Sed mul[illegible]ò magis ex parte rei procurator repellitur, cum quia publicè interaſt, ipſum reum audire & videre reſpondentem, tum quia judex ſententiam contra Procuratorem latam exequi non poteſt. *Menoch. l. [illegible]. A. Q. q. 80. Matth. Steph. ad art. 12.*

4\. *n. 3. & Carpz. d. l. n. 25.* Sed hæc ſententia de-claratur, ut cauſa abſentiæ allegare poſſit alius pro abſente, quo ſententia differatur, quod qui-dem ex hac lege volunt probare, ſe[illegible] hæc [illegible]ex non de exc[illegible]ſatione abſentiæ; ſed abſentium loquitur, ideo mel[illegible]us de iis caſibus infra recenſendis intel-ligenda, in quibus contra abſentem contumacem procedi poteſt. *& l. 3. C. de Accuſ.* etiam de iis

5\. caſibus loquitur. Et hoc probatur per *l. 33. §. 2. de procurat.* ſed quod cauſæ abſentiæ per ali-quem poſſint allegari hoc effectu, ne in contu-maciam procedatur, illud ex *l. 12. §. 1. C. de pro-curat.* ſatis probatur, ubi etiam idoneus ad ta-lem excuſationem ad[illegible]ittitur. conf. *not. ſupra ad d. l. 33. [illegible]. 2. de procurat. & quæſt. ſalutat. Dn. Thabor. in tract. de confront. in Caroli. cap. 1. n. 7.*

6\. *& ſeqq. & c 3. n. 1. & ſeqq.* Poteſt autem Procu-rator admitti in omnibus non capitalibus deli-

7\. ctis, per *l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* Deinde li-mitatur in caſu, ubi ex jure communi vel ſtatuto aliquis abſens ceu confeſſus condemnari poteſt, per *l. 33. ff. de procurat.* quam L. non tantum de excuſati[illegible]ne abſentiæ cum *Carpz d. q. n. 29. & Ant. Matth tit. 13. [illegible]. 4. n. 6.* ſed de caſibus Legum ſpe-cialibus. v. g *l. 4. §. ult. de Sicariis l. 21. C. de pœnis. l. 5. ff. de pœnis* & de ſtatutis intelligimus cum *Pacia*

8\. *cent. 2. q. 40. [illegible] Hill. in Don. l. 18. cap. [illegible] lit. E.* Ex *arg. [illegible]ujus §.* inferunt, nec in matrimonialibus ad-mitti procuratorem aut defenſorem. *Mevius p. 3. dec. 300.* Nec relaxatum ex carcere poſſe excu-

9\. ſari, quaſi non teneatur in perſona comparere. *Dn. Mev. p. 4. dec. 38.* Nec in matrimonialibus &

10\. in proceſſu deſertionis requiritur aut admitti-tur mulieris defenſor aut curator. *Carpz. l. 3. Juriſpr. Eccl. def. 65.* Conferantur ea, quæ cir-ca hanc materiam diſputant ad *tit. de procurat. cap. 3. n 3.*

## Ad L. Generi. ult.

*SUMMARIA.*

*VIndicantes necem parentum vel liberorum non tenentur de calumnia. n. 1.*

*Quod limitatur. 2.*

*Iniquam ſententiam non diffamare, an recte ex h. l. colligatur. 3.*

1\. NOn tenentur illi de calumnia, quia necem pa-rentum vel liberorum vindicant, & [illegible]uccum-bunt, quia conjunctio perſonæ & juſtiſſimus dolor eos excuſat. *Malin. de J. & J tr. 4. diſp. 9. n. 8.* quod juxta *Barthol.* hic limitandum ex *l. 2. C. qui accuſ. non poſſ. & l. 2. C. de his quib[illegible] ut indign.*

2\. Ubi dicitur accuſantes tutores non facilè notari, niſi evidens eorum calumnia ſit, unde regula generalis colligitur; Eos, qui ſine metu calu-mniæ accuſant, puniri tamen ob evidentem ca-lumniam. *Ant. Matth. tit. 17. cap. 3. num. [illegible]. & 6.* Licet enim etiam in aliis accuſatoribus requi-ratur evidens calumnia, *l. 1. §. 3. ff. ad Turpill.* Gradus tamen ſunt evidentiæ, & ita major evi-dentia in perſonis exceptis requiritur. *Anthon.*

3\. *Matth. d. loc.* Colligi etiam poteſt ex *h. l.* ini-quam

quam ſententiam non diffamare, ſed contrarium poſt *Gl.* hic ſtatuit *Molin. d. diſp. 9. num. 15. Ant. Matth. tit. 18. c. 3. n. 7. Cujac. ad h. l. tom. 4. p. 1251.* qui reſpondet huic legi, quod tantum dixerit Præſes patrem calumniam intuliſſe, ſed quid hoc aliud, quam calumniari.

# TITULUS II.

# De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

## Ad L. 1. & L. Certis. 2.

*SUMMARIA.*

*Mulier accuſare non poteſt. n. 1.*
*Caſus excepti vid. 2. 4. & 5.*
*Non debet quis admitti ut talis, niſi probet prius ſe eſſe talem. 3.*

1. PRopter ſexum accuſare prohibetur mulier; cujus rei rationes, in pudore ſexus, qui non permittit eas cætui virorum miſceri, tum
2. quia alias proclives ſunt ad accuſandum. *Anth. Matth. l. 13. c. 1. n. 2.* Cujus hic habetur exceptio, niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur i. e. eorum, in quo teſtimonium invita non dicit *hic & L. 4. 5. 9. C. qui accuſ. non poſſ. Farin. q. 12. num. 16.* quo caſu inſcriptionis neceſſitas ceſſat. *l. 12. C. d. tit.* Sed neceſſe eſt, ut prius probet mulier, ſe eſſe matrem. *per d. l. 9. C. qui non accuſar.* Unde regu-
3. lam colligunt Dd. Quod non debeat quis admitti ut talis, niſi probet prius ſe eſſe talem. *Ricc. Dec. collect. 306. Klock. vol. 2. conſ. 39. num. 241.*
4. Admittitur etiam mulier ad accuſandum in crimine falſi, non omni tamen, ſed quod in teſtamento paterno, liberti, &c. commiſſum. *Decianus l. 3. pract. Crim. c. 7. num. 18. Ant. Matth. d. loc.*
5. Cæterum ad alia quoque delicta accuſanda mulier admittitur, ut Majeſtatis *l. 8. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Annonæ. *l. ult. §. 2. ff. de annon. l. 13. h. t.* Simoniæ. *l. 13. C. de Epiſc. Farin. d. Quæſt. 12. num. 6. Carpz. pract. Crim. q. 104. num. 24. Ant. Matth. d. loc.*

## ad L. Libellorum. 3. pr.

*SUMMARIUM.*

*Circumſtantia in libellis criminalibus exprimenda. n. 1.*
*Cur temporis, loci, & perſonæ circumſtantia notanda. 2.*
*Non vero hora aut diei. 3.*
*Limitatur, ſi petat accuſatus. 4.*
*Circumſtantia temporis in criminalibus probanda. 5.*
*Colligitur: in criminalibus concluſionem libelli omitti poſſe. 6.*
*Injuriarum agens, ſi in libello concluſionem omittat, præſumitur criminaliter agere. 7.*
*Si requiſitum ſubſtantiale omittatur rei nomen aboletur. 8.*
*An idem obtineat, ſi pars non opponat? Dd. ſententia. n. ult.*

1. IN libello criminali exprimenda eſt circumſtantia loci, temporis & perſonæ; diem verò &
2. horam exprimi non eſſe neceſſe. Prioris ratio eſt, ut reus in defenſione ſua negativam tempore & loco coarctatam probare & teſtes adverſos falſitatis arguere poſſit. *Gail. l. 1. obſ. 63. n. 3.* Hujus, 3.
quia in legibus antiquis nulla diei & horæ mentio, & facilis diei vel horæ oblivio, & publicè intereſt accuſatorem non nimis eſſe arctandum. *Anth. Matth. tit. 13. cap. 6. n. 6.* Si tamen accuſatus 4.
petat expreſſionem diei, accuſatorem exprimere teneri diem, tradunt. *Clarus §. fin. q. 12. n. 13. Gail. d. obſ. 64. n. 12. Padilla ad l. 4. C. de diverſ. reſcript. n. 17. & Carpz. l. 2. Rſ. 56. n. 1.* quæ ſententia quidem negatur ab *Ant. Matth.* ſed ſine ſufficiente ratione, niſi accuſator ſcientiam diei vel horæ jurato diffiteatur; Colligitur etiam ex hoc textu, 5.
quod circumſtantia temporis præciſe ſit probanda. *Clarus §. ult. q. 12. n. 8* Sed aliud in civilibus. *Berlich. dec. 9. 7. vid. not. ad l. ob carmen § ult. ff de Teſtibus.* Cum etiam in formula libelli hic 6.
relata nulla concluſionis fiat mentio, colligunt exinde Dd. in libellis criminalibus concluſionem omitti poſſe. *Gail. l. 1. obſ. 91. n. 18. Borell. tom. 1. deciſ. 49. n. 4. Hill. in Don. lib. 23. c. 4. lit. D. & Anth. Matth. d. c. 6. n. 7.* Et ideo quando ſuper in- 7.
juriis agitur, & nulla habetur concluſio in libello, præſumitur actor criminaliter agere. Si 8.
hoc requiſitum ſubſtantiale vel ſimile omittatur, libellus eſt ineptus & rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. *5. h. l.* Quod 9.
etiam tunc affirmant, ſi pars non opponat, *Bart.* hic & *Gail. d. obſ. 64. n. 9* Negat vero *Ant. Matth. d. tit. 6. n. 8.* licet alii diſtinguant cum *Myſingero cent. 2. obſ. 32.*

## ad L. Levia. 6.

IN levioribus delictis plena cauſæ cognitio neceſſaria non eſt, nec ſolitus ordo judiciorum adhibetur, ſed ſuper iis ſummariè & de plano cognoſcitur, etiam ubi corporalis coercitio locum habet, hic & *l. 18. §. ult. ff. de quæſt l. 9. §. 3. offic. proconſul.*

## ad L. Si cui crimen. 7.

*SUMMARIA.*

*Accuſator ſe olim inſcribere, & ad pœnam talionis obligare tenebatur. n. 1.*
*Hodie talionis pœna ceſſat. 2.*
*Cuſtodiæ tamen accuſator tradendus, donec ſufficienter caverit. 3.*
*Quod tamen ad denunciationem non trahendum. 4.*
*An, cujus quia accuſatus criminis ſemel eſt, ejus iterum accuſari queat. 5.*

*Infertur: Accuſatore crimen non probante, Reum definitive abſolvendum. n. ult*

1. ACcuſator jure Civili tenebatur ſe inſcribere,
qva dicebat accuſator, ſe deferre vitium, & ad
talionis pœnam ſe obligabat, ſi calumniæ convi-
ctus fuerit, & promittebat, ſe in criminis perſecu-
tione permanſurum usqve ad ſententiam. *§. 1. h. t.*
Si autem literas neſciret, alius pro eo ſubſcribebat,
hic & *L. 3. §. 2. h. t. & L. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Ex-
2. ceptiones habet *Ant. Matth. d. t. 13. c. 6. n. 9.* Ho-
die tam pœna talionis, qvam ſolennitas inſcri-
ptionis paſſim in deſvetudinem abierunt, nec me-
tu propriæ ſalutis ab accuſatione aliqvis deſiſtat, &
ſic crimina maneant impunita. *Clar § fin. q. 12.*
3. *num. 17. Weſenbec in* П. *h. t. num. 17. & Carpz. in
pract. Crim. qv. 106. num. 41.* Sed per conſtitutio-
nem tamen criminalem accuſator vel procurator
ejus cuſtodiæ tamdiu tradi debent, donec prædi-
bus prædiisve caverint, & ſatisdationem idone-
am de ſumptibus & damnis in caſum ſuccumben-
tiæ refundendis, ut & de ſatisfactione injuriæ illa-
4. tæ præſtiterint. *Carpz. d. Conſt. n. 45. & ſeq.* Sed
5. huc ad denunciatorem trahendum non eſſe tra-
dit *Dn. Manzius in cent. d. q. 63.* Ejusdem crimi-
nis, cujus qvis ſemel accuſatus eſt, non poteſt ite-
rum accuſari, niſi aut novus accuſator ſuum do-
lorem proſeqvatur, doceatqve ignor. ſſe ſe accu-
ſationem ab alio inſtitutam, vel ſe fuiſſe impedi-
tum, qvo minus in tempore ageret, aut niſi doce-
at. prævaricatione prioris accuſatoris reum abſo-
lutum eſſe, *§. 2. & L. 3. §. 1. ff. de Prævaric. L. 4.
§. ult. ff. de Adult. Farin. quæſt. 4. limit. 3. num. 13.
& lim. 4. n. 20. Ant. Matth. tit. 16. cap 4. num. 16.*
6. Unde nonnulli volunt probare, qvo caſu accuſa-
tor crimen non probat, qvod reus non ab inſtan-
tia tantum, ſed definitivè abſolvendus ſit, cum ali-
as fruſtra hæc reqvirerentur, qvæ hic habentur.
*Ant. Matth d. loc.*

## Ad L. Qvi accuſare. 8.

*SUMMARIA.*

*PErſonæ qvædam accuſare neqveunt. n. 1.*
*Pauper eſt, qui minus 50. aureos in bonis habet. 2.*
*Pauper, ſi integris moribus, admittendus. 3.*
*Minores poſt 16. ætatis annum accuſare poſſunt. 4.*
*Inimicus capitalis jure Can. accuſare non poteſt. 5.*
*Limit. niſi dolo accuſandi factus inimicus. ult.*

1. HIc, ut & in LL. duab. ſeq recenſentur perſo-
næ, qvæ accuſare alias neqveunt, ut mulier,
pupilli, milites, magiſtratus merum Imperium
habens, cum ipſe accuſari neqveat, & iniqva reo
cum accuſatore potente futura ſit concertatio.
*Ant. Matt. tit. 2. & 3. c. 1. n. 7.* Item neqveunt accuſare,
qvi duo judicia adverſus reos ſubſcripta habent,
item qvi pecuniam ob aliqvem accuſandum vel
non accuſandum acceperunt. Itē Libertini, vel qvi
falſum teſtimonium dixerunt, item pauperes, illi
ſunt, qvi minus qvam 50. aureos in bonis habent,
2. *per L. 10.* Ex qvo colligunt definitionem Pau-
peris. *Gail. 1 obſ. 142. num 8.* conf. tamen *Menoch.
lib. 2. A. Q. caſ. 61. & Wehnerus in obſervat. pract.
in voce* Arme. Si tamen pauper ſit integris mo-
ribus admitti volunt. *Clarus §. fin. qv. 14. n. 40. Far.* 3.
*qv. 12. num. 48. Dec. lib. 3. cap. 22. num. 19. Carpz.
in pr. Crim. qv. 104 num. 29.* A qvibus ſine neceſ-
ſitate diſſentit. *Anton. Matth. tit. 13. cap. 1. num. 9.*
Colligitur etiam ex *L. 8.* Qvia impuberes tantum 4.
excipiuntur, minores non repelli, ſi expleverint
annum 16 per *L. 1. ff. de poſtuland. Ant. Matth. d.
c. 1. n. 3.* Licet Dd. communiter, *ut Clarus d. q. 14.
num. 7. Farin. n. 15 Carpzov. d. quæſt. 104. num. 25.*
putent, minorem 20. annis repellendum, qvia
etiam repellitur à Teſtimonio, per *l 20 ff. de Teſtib.*
ſed qvia non ut in fide teſtis, ita in fide accuſato-
tis ſalus rei vertitur. Ideoqve ratio hæc meritò
diſplicet *Deciano lib. 3. cap 12. num. 13. & Ant.
Matth d. n. 3.* Jure Civili inimicus non repelli- 5.
tur ab accuſatione, benè tamen Jure Can. per *c. 7.
X. de accuſ.* qvia accuſatio præſumitur ex odio
proficiſci. *Decianus lib. 3. cap. 25. n. 1. Ant. Matth.
tit. 13 c. 1. n. 11.* modo inimicitia ſit capitalis. *Cla-
rus §. fin. qv. 14. num 17. Farin. qv. 12. num. 38. De-
cianus d. l. num. 36.* Adde, modo inimicitia ab ac- 6.
cuſando non ſit procurata doloſè & affectatè.

## ad *L.* Hi tamen omnes. 11.

*SUMMARIA.*

*QVando perſonæ accuſare prohibitæ tamen admittantur. n. 1.*
*Qvinam ſuorum nomine veniant. 2.*
*Liberi ac liberti contra ſuperiores ſuos res ſuas civiliter defendere poſſunt. 3.*
*Pœna liberti patronum de facto accuſantis. 4.*
*Hodie rigor iſte ceſſat. 5.*
*Reg. Ab alio delatus, ab alio iterum deferri neqvit, limitatur 6.*
*Poſt 30. dies licet de novo accuſaturus non admittitur. 7.*
*Inquiſitio magiſtratui ſalva manet. 8.*
*Exempl. ex. L. diffamari ſubjicitur. 9.*
*De pluribus verò criminibus à pluribus etiam accuſari poteſt. n. ult.*

GEneralis eſt exceptio regulæ propoſitæ in *L. 8.* 1.
ut eæ perſonæ, qvæ alias accuſare non poſ-
ſunt admittantur tamen, qvando ſuam ſuorum-
qve injuriam exeqvuntur, mortemqve propin-
qvorum defendunt, *hic & l. 8. & 10. C. qui accu-
ſar. non poſſ.* qvod intellige, ſi perſona illa habe-
at poteſtatem ſtandi in judicio, vel ipſi tutor aut
curator aſſiſtat. *l. 2. § 1. h. t. Far. quæſt. 12. num. 15.*
Per ſuos autem, non tantum aſcendentes vel de- 2.
ſcendentes, ſed etiam collaterales usqve ad ſe-
xtum gradum intelliguntur. Per *l 4. ff. de Teſtib.*
collatam cum *L. 2. h. t. Gomez. tom. 3 reſol. tit. 1.
num. 34. & Farin. d. quæſt. 12. num. 38.* Liberi & li- 3.
berti non qvidem accuſare parentes ac Patronos
poſſunt, ſuarum tamen rerum conſervandarū cau-
ſa de

Digitized by Google

ſa de facto eorum civiliter quæri poſſunt, §. *1. h. l.*
4. veluti ſi dicant, vi ſe à poſſeſſionibus ab his ex-
pulſos, vel ſuppoſitum eſſe partum, ſed ſi de fa-
cto accuſaverit libertus Patronum, ultore gladio
teneatur, per *l. pen. & ult. C. qui accuſ. non poſſ.*
*Dec. l. 3. c. 14. n. 10. Ant. Matth. tit. 13. c. 1. num. 14.*
5. Nec per familiares in *d. l. pen.* ſimpliciter dome-
ſtici intelliguntur, & ceſſat hodie rigor *d. l. pen.*
6. *& ult.* Qui jam ab alio delatus eſt, ab alio deferri
7. nequit, quod limitatur in §. *2.* niſi accuſator de-
ſtiterit vel deceſſerit, tunc enim aboletur quidem
nomen rei, ſed ab alio poteſt accuſari ex integro,
vel repeti intra 30. dies, *hic & l. 3. §. fin. h. t.* poſt
quod tempus non admittitur, licet de novo velit
accuſare, *d. l. 3. §. ult. & l. 12. §. 1. h. t.* Quid enim
aliud eſt ex integro repetere, quam novo judicio
agere, ut rectè contra *Gomez. d. t. 1. n. 86.* tradit
8. *Ant. Matth. tit. 19. c. 6. n. 6.* Inquiſitionem tamen
Magiſtratui denegandam non eſſe, tradit *Clarus*
*§. fin. qu. 51. n. 11.* Nam ſi accuſator deſiſtat, Magi-
ſtratus tamen ex officio de crimine inquirere de-
9. bebit. Ideoque etſi diffamatus ex *L. diffamari*
agat contra aliquem privatum, ut præveniat Ma-
giſtratum, quæ cautela hodie frequentiſſima &
pene jam inſipida, non tamen hoc Magiſtratui
præjudicat, cum Reip. interſit, delicta citius pu-
10. niri. Ideoque non attento illo proceſſu ex *L. Dif-*
*famari* judex inquiret; nam ſi in contumaciam
contra diffamatorem ſilentium dictum fuerit,
hoc tamen ipſi diffamatori, non alii, minus Reip.
oberit. *Carpz. p. 2. dec. 182.* Sed declarantur ſupe-
riora in *L. Si de crimine. 9. C. h. t.* Si ex uno facto
plura crimina oriantur, v. gr. Si quis ſimul ince-
ſtum & adulterium commiſerit, conventus ratio-
ne adulterii, ratione inceſtus ab alio deferri pot-
eſt, ſed judex idem debet utrumque crimen una
ſententia terminare, *d. l. 9. Decian. lib. 3 c. 31. n. 3.*
*Ant. Matth. tit. 13. c. 3. n. 3.*

## ad L. Hos accuſare. 12.

*SUMMARIA.*

*Legatus & Magiſtratus accuſari nequeunt. n. 1.*
*Duos eodem tempore nemo accuſet. 2.*
*Quomodo ſervus accuſetur. 3.*

1. ACcuſari non poſſunt Legati Imperatoris &
Magiſtratus, durante Magiſtratu: quomodo
autem inter reos receptus poſſit creari Magiſtra-
tus, de eo agit *P. Barboſ. ad l. 7. ff. de judic. n. 171. &*
2. *ſeqq.* Deinde *in §. 2.* prohibetur, ne quis duos ſi-
3. mul accuſet. Et demum de ſervis agitur; nam
ſervus accuſari poteſt de crimine, ſed non de
omnibus criminibus, ſed tamen illis, ubi bono-
rum pars non publicatur, nec civitas vel libertas
adimitur, durior tamen pœna ei extra ordinem
imminebit. *Ant. Matth. d. c. 3. num. num. 1.*

## ad L. Mulierem. 30.

ILli, qui annonam onerant, vexant, ab omni-
bus, etiam mulieribus poſſunt accuſari, etiam
infamibus.

## ad L. Si plures. 16.

*SUMMARIA.*

*SI plures accuſare velint, quem judex potius eli-*
*gat. n. 1. & 2.*
*Si omnes pares, omnes admittendi. 3.*

SI plures exiſtant, qui reum velint accuſare, ju- 1.
dex conſtituere debet accuſatorem cauſa co-
gnita æſtimatis perſonis, dignitate, eo quod in-
tereſt, ætate, moribus, aliiſque juſtis cauſis, præ-
ſertim quoad intereſſe conſideratur, quem pro-
prius dolor & injuria contingat, ita ut cognati
affinibus, & illis deſcendentes ac aſcendentes,
vel uxor præferatur. *Ant. Matth. t. 23. c. 2. num.*
*2. & ſeqq.* Idemque quando remotior occupavit 2.
accuſationem, niſi propior in mora, vel à remo-
tiore lis conteſtata, quæ competentem judicem
facit, quantò magis accuſatorem tuebitur. Si 3.
omnes autem pares, omnes admittendi, de quo
vid. *Clarus §. fin. q. 15. Gom. d. tit. 1. num. 32. Fa-*
*rin. q. 13. Decian. lib. 2. c. 32. Carpz. qu. 104. n. 46.*
*& ſeq.* & hæc judicia dicebantur Divinationes.
*Decian. n. 2. Ant. Matth. d. loc.*

## ad L. Divi Fratres. 19.

*SUMMARIA.*

*HEres accuſatoris, ut exequatur crimina, non*
*poteſt compelli, n. 1.*
*Nec proſequi poteſt, niſi ex integro reum repetat. 2.*

1. ACcuſatoris heres non poteſt compelli, ut ex-
equatur crimina; nam finitur accuſatio
mortuo accuſatore, hic & *L. fin. C. ſi Reus vel accu-*
*ſat. mort.* Et quamvis à contrario ſenſu colligant
nonnulli, heredem proſequi poſſe, ſi velit, poſt 2.
litem conteſtatam, videtur tn. *obſtare L. 3. §. ult.*
*h. t.* ubi dicitur, rei nomen eſſe abolendum,
quamvis heres ex integro reum repetere poſſit.
*d. §. ult.*

## ad L. Ex judiciorum. 20.

*SUMMARIA.*

*QUando pœna ademtionis bonorum in heredem*
*tranſeat. n. 1. & 2.*
*Si tempus appellationis pendeat, bona non adiman-*
*tur. 3.*
*Limitatur id. 4.*
*Si adſcendentes vel deſcendentes reo ſint, jure Nov.*
*bona non publicantur. 5.*
*De quo caſu legis ultima verba intelligenda. 6.*
*Si de pecunia agatur poſt litem cont. lis ad heredes*
*tranſit. 7.*

IN Judiciis publicorum criminum pœna bono- 1.
rum ademptionis non tranſit in heredem, niſi
lis ſit conteſtata & ſententia condemnatoria la-
ta. *Farin. qu. 10. n. 45.* Ita ut hic ſententia & lis 2.
conteſtata, conjunctim requiri videatur, licet in
nonnullis caſibus, ubi litis conteſtatio ex ſtatuto
non requiritur, ſola ſententia ſufficiat, juxta tra-
dita *Thomingii conſ. 13. n. 155.* Sed quod de ſen-
tentia dictum, id locum habet, ſi ſententia illa
tranſiverit in rem judicatam. Secus ſi ab ea fue-
rit appellatum, vel tempus 10. dierum ad appel-
lan-

landum datum pendeat, ut *hic Gloſ & Dd.* com-
4. muniter, teſte *Farin. d. loc. n. 46.* Sed hanc declà-
rationem intelligunt, ſi pœna ademtionis bo-
norum tacitè ſeqvatur pœnam corporis, ſecus, ſi
expreſsè in ſententia exprimatur, qvia tunc, et-
iamſi pendente appellatione deceſſerit reus, te-
netur tamen heres, niſi ipſe aut appellaverit, aut
appellationem proſecutus fuerit, *l. 3. C. ſi pen-
dent. Appell. mors interven.* qvaſi tunc pluta eſ-
5. ſent ſententiæ capita. *Farin. d. loc n. 47.* Verum
per *Nov. 134. c. ult.* nec lite conteſtata, nec con-
demnationa ſecuta, publicantur bona, ſi adſint
deſcendentes vel aſcendentes ad tertium uſqve
gradum, excepto crimine Majeſtatis. Sed qvæ-
6. ritur, de qvo caſu verba ultima legis intelligen-
da? Ex cæteris delictis &c. *Godofr. & Dd.* com-
muniter hæc ad delict. privata referunt. *Dn. Mev.
v p. 5. dec. 393.* ad cætera judicia criminalia, in
qvibus agitur ad pœnam pecuniariam, ubi non
putat intereſſe, utrum ſit publicum, an vero pri-
7. vatum delictum. Sane ſi de pœna pecuniaria
agatur, in qvam incurriſſe dicitur defunctus, &
tantum de declaratione agitur, an eam pœnam
incurrerit, omnino poſt litem conteſtatam lis
ad heredes tranſibit, juxta tradita *Dn. Mevii
dict. loc.*

## ad *L.* Alterius. ult.

*SUMMARIA.*

*Reus de crimine in loco delicti conveniri poteſt. n. 1.*
*Ideoqve ſi abſens, citari. 2.*
*Remiſſiones hodienum obtinent. 3.*

Tam milites qvam alii privati eo loco de cri- 1.
mine poſſunt conveniri, ubi deliqverunt, ut
ſtatuatur ibi exemplum vindictæ publicæ, *hic &
l. 1. & Auth. qua in provincia. C. ubi de crimine.
Farin. q. 7. n. 1. & ſeq. Carpz. in pract. crim. q. 110.
num. 13. & Ant. Matth. tit. 13. num. 3. & ſeq.* Et 2.
ideo abſens etiam citari poteſt in levioribus cri-
minibus, & ut dixi infra *ad L. 5. de pœnis.* Sed
& in gravioribus delictis citari poteſt reus ab-
ſens per ſubſidium aut per Edictum, licet ad
ſententiam condemnatoriam perveniti non
poſſit, per *dict. l. 5.* Sed ſi ibi deprehendatur
in loco delicti, poterit ibi accuſari & puniri.
*Gail. de pignorat. obſ. 3 num. 11 Rauchb. p. 1. qv.* 3.
*50. num. 3.* & qvos refert *Berlich. p. 2. dec. 162. n.
9.* qvi dec. ſeq negat, remiſſiones in uſu eſſe, et-
iam inter Magiſtratus ejusdem territorii. Sed
ſæpius vidi remiſſionea fieri, præſertim qvando
nulla ſpes mulctæ affulget.

# Titulus III.
# De cuſtodia & exhibitione reorum.

## Ad L. De cuſtodia. 1.

*SUMMARIA.*

*In criminali judicio qvæſtio prima n. 1.*
*In criminalibus ſi pœna corporis afflictiva immi-
neat, reus carceri tradi poteſt. 2.*
*Exemplum in attroci injuria. 3.*
*Hinc ſi gravis pœna locum non interveniat, arreſtum
ſufficiet. 4.*
*Si civiliter agatur, reus cautionem præſtans, ab a-
reſto liberatur 5.*
*In gravioribus etiam delictis judiciis arbitrium ad-
mittitur. 6.*
*Illuſtrium privilegia, nuda promiſſiones, juratori-
cant &c. hodie vix obtinent. 7.*
*Ditiores rei à cuſtodia immunes. 8.*
*Modo crimen gravius non ſit 9.*
*Si vita rei & virtus attendenda. 10.*
*committere poteſt 11.*
*Pro carcere civitas aſſignari poteſt. 12.*
*Accuſator potens de qvibus cavere teneatur. n. ult.*

In criminali negotio prima qvæſtio eſſe ſo-
1. let, An reus in carcerem rapiendus: An mi-
liti tradendus? An fidejuſſoribus commit-
2. tendus, vel ſuæ fidei? idqve dijudicandum per
*h. L. 1.* ex criminis qvalitate. Unde Dd. com-
muniter diſtingvunt inter crimina graviora &
leviora: in illis tradunt, cuſtodiam carceris ha-
bere locum, præſertim, ſi pœna capitalis, vel
corporis afflictiva immineat. *Clar. §. fin. qvæſt.
46. num. 7. Gomez part. 3. reſol. c. 9. num. 8. Fa-
rin. q. 33. num. 1. & ſeq. & num. 48. & ſeq. Carp-* 3.
*zov. q. Crim. 111. Dn. Mevius. p. 3. dec. 190.* Id-
eoqve in injuriis etiam atrocibus non facile car-
cer dictandus, niſi talis ſit, ut certa pœna affli- 4.
ctiva corpotis certo immineat; ſecus vero, ſi
ob qvalitatem perſonæ injuriantis non facile
hæc pœna poſſit infligi; nam tunc areſtum ſuf- 5.
ficiet. *Mevius dict. loc* Sed ſi etiam verberibus
tractatus civiliter agat ad pœnam parti appli-
candam, judex areſtum reo non dictabit, niſi eo
fine, ſi peregrinus, vel non poſſeſſionatus; ut
cautionem præſtet, qva præſtita relaxandus,
cum actio hic non ſit criminalis, ſeu civilis,
& judex adſtrictus eſſe debeat actionis naturæ
& qvalitati. *Dn. Mevius p. 3. dec. 274.* Non 6.
tamen in gravioribus delictis arbitrium Judicis
Dd. excludunt. *Farinac. num. 60.* Menoch. *l. 2.
A. Q. caſu 303. & Anthon. Matth. tit. 14. c. 2.
num. 2. Finckelthaus. obſ. 4. num. 6.* Attenden-
da enim dignitas rei; nam illuſtres ad juratori- 7
am cautionem admittuntur. *l. 17. C. de dignitat.*
in minori autem dignitate conſtituti dant fi-

ud non ſit, quod objicitur; Nam quod in privatis judiciis eſt de dolo actio, id in criminalibus
2. eſt ſtellionatus perſecutio. v. gr. ſi quis rem alii obligatam, diſſimulata obligatione, per calliditatem alii detraxerit vel permutaverit vel in ſolutum dederit, quod de generali etiam obligatione cum *Gomez. l. 3. reſol. c. 7.* intelligit *Anth. Matth. in h. l. 47. t. 13. c. 1. n. 3.* quod admitto, ſi & animus fraudandi & effectus fraudationis concurrant. Ideoque ſi utrique creditori ſatisfecit, ceſſat crimen & pœna *l. 1. C. h. t.* Et pœnitentia hoc crimen diluit. *Ant. Matth. tit. 13. cap. 2. n. 3.* Idem crimen contrahit, qui merces ſupponit alias inutiles, vel obligatas avertit. i. e. pro auro pignori dederit. *l. 36. ff. de pign. act.* vel ſi corruperit, *hic verſ. ſed & ſi quis.* Item ſi quis rem eandem duobus oppigno-
3. raverit. Licet aliud videatur eſſe, ſi quis eandem rem duobus vendiderit; nam hic non ſtellionatum, ſed falſum, quod crimen publicum eſt, committit, per *l. qui duobus 21. ff. ad L. Cornel. de falſ.* ut poſt *Accurſ. Bart.* rectè ſentit *Anth. Matth. d. c. 1. n. 4. & Colleg. Arg. hic th. 3.* Licet diſſentiat *Menoch. d. caſ. n. 11.* præſertim cum gravius ſit vende-
4. re duobus quam obligare. Ad hanc claſſem etiam pertinent, qui impoſturam vel colluſionem cum alio in tertii necem faciunt, & fraudem, quod exemplis declarant *Gomez d. reſol. 7. Menoch. d. caſ. 381. num. 22. ſeq. & caſ. 3. 3. in fin. Tholoſ. l. 39. c. 14. Tuſ h. concl. [illegible] lit. S. Ant. Matth. d. c. 1. n. 6. & Coll. Argent. h. [illegible] 4.*

*Ad §. 2.* Pœna damnationem in metallum excedere non debet in plebejis, in [illegible] quo honore qui ſunt poſiti, illis relegatio ad tempus vel ab ordine motio remittenda eſt, & ſic pœna eſt arbitraria. *Menoch. d. caſ. 381. n. 4. Chr[illegible] v. 4. d. 201. n. 18. Tholoſ. d. c. 14. n. 4. Farin. q. [illegible] n. 34.* Hodie viles & peſſimi ſtelliones [illegible] etiam [illegible] cum perpetua relegatione, qualem exemplum recenſet *Job. à Sande l. [illegible] tit. [illegible] d. [illegible] 8* [illegible] ferebat catenam auream, ut pro ea [illegible] ciperet, [illegible] tem [illegible] in pœ[illegible] occupati, [illegible] ſubſtituerat æneam [illegible] expeditus

## ad L. fin.

QUi pejerat ſua eſſe pignora de ſtellionatu tenetur, cum etiam is, qui alienas res quaſi ſuas ignoranti creditori pignori dat, ſine perjurio hoc crimine teneatur *l. [illegible] C. h. t. l. 16. § 1. ff. [illegible] pignor.* Sed perjurium pœnam auget, neque hoc juramentum erat delatum ſed ultro præſtitum. *[illegible]ger. in Donell. l. 24. cap. 17. lit. N.*

# TITULUS XXI.

# De termino moto.

## Ad L. Terminorum. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*TErminorum motorum pœna. n. 1. 3.*
*Ob ſenectutem quando pœna mitiganda. 2.*

1. TErminorum motorum i. e. propulſorum, avulſorum vel exaratorum vel finium obſcurandorum gratia factæ converſionis facici loci, pœna non tantum eſt pecuniaria; ita enim hoc explicamus cum pleriſque, & exempla ſimilia adducit *Anth. Matth. t. 14. c. 2. n. 2.* Sed etiam coercitio corporalis, ſc. ut ſplendidiores, qui occupandorum finium gratia terminos propulerunt, relegentur, ut cujusque patiatur ætas, juvenis in longius, ſenes in receſſius tempus; cæteri ad opus publicum biennio dandi, qui per ignorantiam culpa tamen fecerunt, ſufficiet eos verberibus decidere, de quo plura *Farin. qu. 168. n. 94. ſeq. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 393. num. 15. Damboud.*
2. *Prax. crim. [illegible] 129.* Colligunt ex textu hoc, ob ſenectutem pœnam. v. gr. relationis, mitigari poſſe; quod de pœnis arbitrariis & extraordinariis, non verò ordinariis, [illegible] & determinatis intelligendum eſt. *Gomez. tom. 3. reſol. cap. 1 n. 68. & Carpz. in pr. crim. qu. 144 n. 17.* In *Ord. Carol. art. 114.* ſtatuitur etiam pœna corporalis *Carpz. qu. 8[illegible]. n. 67.* Sicut menſe Octobris anno 16[illegible] [illegible] ſtigatio dictata alicui fuit.

## ad L. ult.

LEge Agraria contra terminorum propulſores pœna pecuniaria ſtatuta eſt, ſc. in terminos ſingulos, quos ejecerint locove moverint, 50. aurei in publicum dandi, & eſt actio popularis, quam exoleviſſe putat *Panorm. in c. ex literis. 13. de prob. & Menoch. rem. 9. recup. poſſ. n. 346.* Sed contrarium verius per tradita *Farin. d. q. 168. n. 91. Tholoſ. l. 39. c. 13. n. 9. Ant. Matth. d. c. n. 2.* Et pœna hæc pecuniaria juxta receptiorem ſententiam fiſco debetur, ſi non in totum, tamen ex [illegible], poſt *Gl. & Bart. h. t. Farin. d. l. n. 109. Hillig in Don. l. 19. c. 1 lit. L. Bachov. in Tr. v. t. d. 4. th. 9. lit. B.*

# TITULUS XXII.

# De collegiis & corporibus.

## Ad L. Mandatis.

*SUMMARIA.*

*COllegia quare illicita. n. 1.*
*Quænam vero licita. 2. 3.*
*An quis in dubio Collegiis eſſe poſſit. 4. 5. 6.*

1. INter privata delicta extraordinaria numerantur etiam collegia illicita, quæ in jure prohibentur, ſeu ob metum factionum, ſeu ob laxationem diſciplinæ publicæ. *Dd. ad L. Neratius. ff. de V. S. Tholoſ. l. 15. c. 32. n. 1. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 597. n. & Farin. qu. 113. n. 234. Anth. Matth. t. 15. c. [illegible] n. 5* Excipiuntur autem in § 1. Collegia ea, quæ a reli-

[illegible] ac devotionis cauſa coëunt, ut confra- [illegible] s collegia Religioſorum hodie [illegible] a [illegible]oritatem ſuperioris requirant. *c.* [illegible] *relig. Dom. lib.* [illegible] *ff. cit. in tit. de Feud. de pace* [illegible] *ventis* [illegible] *n. 2.* Imo & hodie in civilibus pe- [illegible]m eſt ſub prætextu Religionis in collegi- [illegible] m ex iſtis [illegible]ationibus plurima [illegible] . *Decian.* [illegible] *n. 7. & 1. Farin. qu.* [illegible] *n.* [illegible] notata ſupra *ad l.* [illegible] *ff. quod cujus-* [illegible] *&c.* Nemo autem in duobus [illegible] alias [illegible] eſſe [illegible], cum & cumula- [illegible] *l. comperimus. C. de* [illegible] *4. & 5. verſ. in poſterum verò* [illegible] *ſunt.* [illegible] *§.* [illegible] *& 4. ff. ad* [illegible] *uni-* [illegible] *tores.* [illegible] *de Præbendis. Alex.* [illegible] *apud Julia*[illegible] *§. tempeſtivum n. 4.* [illegible] *Petrus Gregor. l. 2. Syntagm. c. 32. n.* [illegible] *Steph. de Jurisd. lib. 2 part. 2. c. 6. in fin.* [illegible] *l. 11 n. 1. & l. 12. n. 2.* Sed *Carpz.* [illegible] contrariatur 1. ex *l. 3. ff. de Adopt.* ſed [illegible] textus de duplici reſpe[illegible] ſ per- [illegible]on de duplici officio & collegi[illegible] eo [illegible] ex [illegible] *en. §. porro de Fi. ff.* probari poſſit. In [illegible] *off. præſid.* nihil [illegible] eſt. Ad Rat. [illegible] quod [illegible] na duplici reſpectu cenſeri poſſit, [illegible]ponſum. Exemplum Advocatorum & Pro- [illegible] quod attinet [illegible] habet ſpecialem [illegible] quia [illegible] fere [illegible] officium, aut certè [illegible] alteri maximè [illegible]gnatum, & una exce- [illegible] ſæpius, [illegible] confuſiones & lites oriantur, quando [illegible] obus Collegiis eſt. Jam ab aliquot an- [illegible] ur controverſia inter Collegium pan- [illegible] & eos, [illegible] in pannificum quam [illegible] panni Collegio ſunt, die zugleich [illegible] macher und Gewandſchneider ſeyn / quæ [illegible] ver[illegible] ex duplicitate Collegii orta. Colli- [illegible] tiam ex hoc §. quia nemo in duobus Col- [illegible] debet, ne per id confuſio opificiorum [illegible] collegii id concedendum eſſe, quod [illegible] nec [illegible] jus prohibendi indulgen- [illegible] eſſe. *Dn. Mev. p. 4. dec. 193. & p.* [illegible] *dec. 229.* [illegible] men frivolæ querelæ repelluntur, quando [illegible] tur ſpecies, ſed ſpeciei modus ut [illegible] dem [illegible] *d. 229.* refert. Aliud exem- [illegible] pl[illegible]ppiarii Sattlern / & frenarius pro- [illegible] at [illegible]*rlich. p.* [illegible] *dec. 26.*

## ad L. Quisquis. 2.

Q[illegible] illicita collegio coëunt, eadem pœna [illegible]ficiendi, quâ afficiuntur illi, qui hominibus [illegible] loca publica vel templa occupaſſe judi- [illegible], & ſic incurrunt pœnam vis publicæ, [illegible] *Dn.* [illegible] *h. t. & Boſſium t. de unionibus n. 2.* vel [illegible]m Majeſtatis. *l. 1. §. 4. ff. de crim. majeſt. Farin.* [illegible] *n. 230.* quod intelligendum, ſi ad Rem- [illegible] andam inſtituantur collegia. *Anth.* [illegible] *d. l.* Ex quò rectè colligitur, publicum hoc [illegible] non eſſe, ſed tantum cum publico inter- [illegible] concurrere. *Farin. n. 239. Matth. d. 1. c. 2. in fin.* [illegible] quando non directò ad turbandam Rem- publ. inita talia collegia, pœna collegii licitis eſ- ſet arbitraria, per *l. 13. ff. de pœn. Decian. d. c. 20. n. 20. Men. d. caſ. 595. n. 2. & ſeq.* Et hic conſiderari debet perſonarum qualitas, congregationis cau- ſa, & effectus. *Menoch. d. caſ. n. 4. & conſil. 28. Decian. d. loc. n. 31.*

## ad L. Collegia. 3.

### SUMMARIA.

*Q*Uid juris Collegio diſſoluto. *n. 1. 2.*
*Collegia cujus approbationem requirant. 3. 4. ſeq.*

COllegia ſi qua fuerint illicita, mandatis & conſtitutionibus diſſolvuntur, & permittitur tantum eis, ut pecunias communes dividere & in- ter ſe partiri poſſint *Farin. d. qu. inſpect. 7. in fin. & Menoch. d. caſ. n. 7* quod de bonis autem Col- legii propter ſe poſſeſſis intelligendum videtur, ſed ſi habeant bona inter alios diſtribuenda, vel aliena, cedunt Magiſtratui *Carpz. part. 3 Juriſpr. conſ. 16. def. 17.* quem ſequitur *Dn. Mev ad Jus Lu- bec. lib. 4. tit. 14. art 3. in fin.* Quando etiam [illegible]às 2. conſenſu vel alio modo diſſolutum Collegium, ubi nulla amplius inter Collegiatos communia, nulli ſeniores, nulli ordinarii conventus, & libe- ra omnibus commercia, fruſtra allegantur con- tra aliquos diſſoluti collegii ſtatuta, quæ olim fu- erunt. *Mev. p. 5. dec 170.* Omne igitur, ut dixi, col- 3. legium eſt illicitum, niſi ex SCti vel Cæſaris auto- ritate coierint, quia jura collegiorum ſunt juris publici, & non ſecuta approbatione ſuperioris ſunt conventicula & non collegia. *Gigas de crim. Majeſt. rubr. qualiter & à quibus. quæſt. 48. n. 4. Farin. d. loc. n. 234. Berl part. 1. deciſ. 150. n 2.* A Ma- 4. giſtratibus urbium collegia etiam fundari poſſe, & ita pro parte politicæ ordinationis haberi con- firmationem collegiorum, tradit *Dn Mev. d art. 3. n. 6.* quod intelligo, ubi id immemorialis præſcri- ptione obtentum. Sanè ſodalitates mercatorum 5. ſine conſenſu ſuperiorum fieri poſſunt, quia propriè non ſunt collegia, ſed tantum ſocie- tates. *Ant. Matth. d. t. c. 1. in fin.* Licet ad col- legia referre etiam videatur *Dn. Mev. d. l. n. 11.* quod intelligo de majoribus iſtis ſocietatibus, quæ multa habent juris publici, ut ſocietas Indica in Belgio. *Anthon. Matth. d. l.* vel quæ ju- riſdictionem habent, ut collegia mercatorum omnium. *l. fin. C. de Juriſdict.* Ubi ergo certa 6. collegia Superiorum conſenſu conſtituta, tunc aliis extra illud Collegium, ejus artis exercitium prohibitum eſt, & libertas commerciorum re- ſtringitur per conſtitutionem Collegii. *Dn. Mev. p. 1. dec. 108.*

## Ad L. fin.

### SUMMARIA.

*C*Ollegia qualia ſtatuta condere poſſint. *n. 1.*
*Exempla ſtatutorum invalidorum. 2. 3. 4.*
*Statuta an confirmatione opus habeant. 5.*
*Quando mutanda. 6. 7.*
*An opifices liberi juſtè conſtituantur. 8.*

*Collegia habent Jurisdictionem cumulativè conceſſam. n. 10.*

*Quousque hæc jurisdictio extendatur. n. ſ qq.*

1. COllegia poſſunt facere ſtatuta in rebus ſuæ profeſſionis, non aliis. *Berlich. deciſ. 150. n. 23.* quæ non derogant juri publico, nec jure publico ſunt prohibita, quæque jurisdictioni Magiſtratus non præjudicant: quæ turbis occaſionem non præbent, quæque monopolium non ſapiunt, licet ex juſta cauſa & pro utilitate publica monopolium à Magiſtratu conſtitui poſſit. *Marquard. de jure mercat. l. 4. c. 7. n. 2.* quæ non aliorum juri obſunt, quæq; negotia ad artificium illud ſpectantia non excedunt. *Schneidw. in § conſtant. Inſt. de jur. natur. & Gent. n. 15. Berlich. d. deciſ. n. 23. Mev. d. art. 3. n. 38.* Ubi *num. ſeq.* habet exempla illicitorum ſtatutorum, ut, quod unus cœpit, alter perficere non poſſit. *l. un. §. 1 C. de Monop. Berlich. p. 1. d. 26. n. 5.* quale illud etiam eſt, quod nemo recipi debeat in Collegium, utut aliàs habilis, qui non viduam opificis vel filiam duxerit, de quo *Dn. Mevius p. [illegible] dec. 38.* ſic invalidum ſtatutum, ut, qui ſponſam imprægnavit ante nuptiarum ſolennitatem, non recipiatur in collegium. *Dn. Mev. p. 3. d. 39.* item qui ducit imprægnatam ab alio, ut non admittatur. vid. *Dn. Mev. d. art 3 n. 41. & d. dec. 39. n. 8. & Carpz. l. 6. reſp. 99. n. 10. & part. 2. c. 6. def. 14. Berlich. p. 2. d. 299.*

2. Sic invalidum ſtatutum, ut molitores & ſimiles non recipiantur etiam in collegia mercatorum, quia hoc ſtatutum prohibitum in *Ref. Polit. de anno 1577. tit. 38.* conf. *Dn. Mev. p. 5. d. 117.* Invalidum etiam ſtatutum, ut, cujus mater fuit diffamata de ſcelere, is non recipiatur in collegium. *Dn. Mev. p. 5. d. 118.*

3. Sic invalidum puto eſſe ſtatutum, quo injuriatus jubetur abſtinere ab exercitio opificii ſui, donec injuriam vindicet. Quod ſtatutum contrariari puto non tantum regulæ juris, ut nemo invitus agere compellatur; ſed etiam regulæ vitæ Chriſtianæ, qua convitia ignoſcere jubemur, non verò vindictam expetere. Nam hæc non tantum gloria Epiſcoporum & Sacerdotum, ut Juſtinianus in *l. 10. C. de Epiſc. & Clericis* tradit, ſed & omnium Chriſtianorum. Non nego poſſe aliquem famam ſuam defendere, præſertim ſi ei ſcelus objiciatur, unde famæ jacturam pati poſſet, ſed vindictam expetendi neceſſitatem imponere, id veræ Chriſtianæ Profeſſioni non videtur convenire.

4. Sic invalidum eſt ſtatutum, quo plus temporis ad diſcendum, atque opus eſt, injungitur, in aliorum incommodum. *Dn. Mev. p. 8. d. 171.*

5. Statuta autem non illicita de neceſſitate non opus habent confirmatione ſuperioris, licet meliùs adhibeatur. *Jaſon. in l. omnes populi n. 37. ff. de J. & J. Berlich. p. 1. d. 150. n. 18. Dn. Mev. d. l. n. 37. & d. dec. 38.* niſi excedant poteſtatem Collegii, ubi confirmatione ſive ſupremi ſive inferioris opus eſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 284. n. 5.*

6. Addi ſolet in confirmatione iſta clauſula: Daß man ſich vorbehalte die Statuta zu mindern/zu mehren/zu beſſern und zu endern. Quæ clauſula non [illegible] poteſtatem [illegible] pro libitu corrigendi, [illegible] vel [illegible] Reipubl. vel ſi [illegible] Rem [illegible] ſubrogare, quod non o[illegible] ſuperior [illegible] matione fieri poteſt. *Dn. Me[illegible] d. [illegible]* Præcipue verò tunc neceſſar à mutatio [illegible], quando [illegible] vitati nocere incipiunt [illegible], vel [illegible] rum u[illegible] obſ[illegible] ni, præſertim [illegible] ſtatuta reſtringunt ir, [illegible] vicini [illegible] effect[illegible] metuentes, [illegible] ſcant, hie decreſcant. *Dn. M[illegible]* [illegible] an Senatu, qui lædit [illegible] fic liberum eos [illegible] quot rationibus [illegible] A pud nos Senatus cum Academia [illegible] it tuend piſtores & laniari [illegible] Schlachter im [illegible] Schuſter [illegible] collegi [illegible] perpet[illegible] & ſe [illegible] ſtant, qui [illegible] levior[illegible] pre[illegible] vendidit, nulla [illegible] rum malitiam [illegible] eſt, qu[illegible] ſi op[illegible] conſti[illegible] ant. *Dn. M[illegible] d. [illegible] 156.* 9

[illegible] de fluit, quod habeant [illegible] a collegia [illegible] ne [illegible] in negotiis colle[illegible] pr[illegible] & q[illegible] leg[illegible] illud pr[illegible] prie ſpect[illegible] *C. d[illegible] dict. Carp. p. 2. c 6. de[illegible]* q[illegible] ip[illegible] non ex ſpeciali conceſſione, ſed jure c[illegible] *Carp. d. C[illegible] f. R[illegible] Dn. M[illegible] d. dec. 38. n. 10.* Quod tamen [illegible] collegi[illegible] mulativè non privat [illegible] Collegio, per *d[illegible] Dn. M[illegible] 3. n. 27. & ſeq.* unde re[illegible] Collegiis [illegible] juriſdictio datur, q[illegible] non videtur data pr[illegible] *Dn. Mev d. l. n. 2[illegible]* & ſic Ma[illegible] is Collegii collegium prævenire poteſt. *Dn. Me[illegible] d. l.* Collegio ergò competit cognitio [illegible] collegium ſpectantis, nec non de [illegible] & [illegible] indictio & coercitio. *ar[illegible] l. un. in pr[illegible] cemi &c. Matth. Steph[illegible] de jur[illegible] l. [illegible] p. 2. c 8 n. 1[illegible]* ubi *n ſeq.* id exemplo pe[illegible] cel[illegible] mixtum impe[illegible] non compet[illegible] non rerit [illegible] contumacia [illegible] pigno[illegible] omnium in extraneos. *Dn. M[illegible] p. 5 d. 2[illegible]* 12

collegio competet jus [illegible] & [illegible] ſtigandi falſas merces, ut pign[illegible] vel [illegible] ejiciendi. Nam falſificatio mercium [illegible] publicum à Magiſtratu puniendum. *Dn. Mev. d. p. 5. d. 257.*

13. Nec competit Collegiis [illegible] puniendi crimina publica. v. gr. adulterium, qu[illegible] tantum de cauſis Collegii ſermo eſt. Ideò non poſſunt punitos de adulterio compellere, ut denuò cum Collegio etiam conveniant de pœna, daß Sie ſich mit der Zunfft abfinden. Nec ob præmaturum partum punire poſſunt membrum Collegii, niſi hoc ſpecialiter ipſi Collegio conceſſum. *Carp. [illegible] 3. dec. 285*

14. Nec eo usque etiam ſe extendit poteſtas Collegii, ut ad Collegium ſuum amplectendum aliquem compellere poſſit, ut ſi quis ex Collegio

[illegible] ſ o [illegible] xorato utatur, ut miniſtro non [illegible] us compelli, ut nomen Collegio det, [illegible] Meiſterrecht gewinne, ut deciſum in [illegible] alte mente Julio anno 1654. Sed in his [illegible] approbatis multi deprehenduntur abu-[illegible] hæc ferè ſemper laborant pro exteoden-[illegible] entia & conſequenter coarctanda in ſe [illegible] ates poteſtate. Et per opificum contradi-ctiones, pretenſiones & introd[illegible] es multa, quæ ad communem uſum [illegible] præpediuntur. Ideoque contra Decreta Magiſt[illegible] non ſunt decernenda [illegible] ad inſtantiam, niſi in cauſa liquidiſſima, *per Receſſ. Imper. de anno 1594.* §. darum ſetzen und ordnen. *p. m. 7:4. & in Receſſ. de anno 1654.* §. Wie nun ſolches von den *cauſis mandatorum &c.*

# Titulus XXIII.

# De popularibus actionibus.

## Ad L. Eam popularem. 1.

P[illegible]s actio eſt, quæ jus populi tuetur, ut [illegible] corrupto, actio de dejectis vel effu-[illegible] nocuerunt libero homini, de ſuſpen-[illegible] nocere poſſunt, de aleatoribus, ſi quis [illegible] non obtemperaverit, ex SCto Silania-[illegible] de collusione detegenda, item interdicta [illegible] de rebus ſacris vel publicis, vel de li-[illegible] exhibendo dantur, item de ſepul-[illegible] to, de termino [illegible] *vid. Coll [illegible] D[illegible] ing. in Biblioth rubr de act[illegible] n. 697.* [illegible] pro legato pio, pro accuſando matri-[illegible] n[illegible] o, pro matrimonio male ſepara-[illegible] rando & ſim. quilibet è Chriſtiano [illegible] o admi[illegible] *T ſch. conc. 350. lit. P.*

## ad L. penult.

Q[illegible] bet actionem [illegible] pularem non dicitur exinde locupletior, unde *Hillig. in Don. L. 19. c. 1.* probat illorum ſententiam, qui ſtatuunt pœnam in actionibus popularibus deberi Fiſco, niſi aliud in ſpecie dictum; ſed non videtur commodè reſpondere ad *l. 12 de V. S.* Quia aliud eſt creditor ſ[illegible] u Dominus nominis; Aliud eſt Do[illegible] us litis ſeu inſtantiæ & judicii; et ad hunc textum reſpondere poteſt, actionem popularem non reddere aliquem locupletiorem, ſcil. ante litem conteſtatam, ut alia L diſtinguit ſe. *l. 12.* Quicquid verò ſit de jure communi, contraria forte in praxi ſequenda, quia diſpoſitio *l. 25. §. ult. ad SCtum Sillanian.* de ſpecie popularis actionis quidem agit, in genere tamen nullam habemus regulam contrariam, & [illegible] s nemo populari actione facile ageret, niſi commodum aliquod exinde ſperaret. *Weſenb. tit. de juriſd. n. 13. Cujac. l. 10. obſ. 10. Theodor. in Coll crimin. diſp. 3. th. 1. lit. H.*

# LIBRI QUADRAGESIMI OCTAVI

# Titulus I.

# De publicis judiciis.

## Ad Rubricam.

I[illegible] libro tractatur terribilis materia cauſa-[illegible] iminalium, quæ unica in peſſimo hoc [illegible] etundit aliquatenus malorum homi-[illegible] am. Judex [illegible] ic competens, cui vel ſuo [illegible] competit, [illegible] Princeps, vel quia à Prin-[illegible] l titulo feudi, vel donationis, vel ti-[illegible] vel titulo mandati. In Camera Spir. [illegible] tiones quidem in criminalibus reci-[illegible] d communiter: At per modum ſim-[illegible] relæ de criminibus ibidem agi poſſe, *Min[illegible] anus l. 1. de Mandat. c. 9. n. 2.* conf. *[illegible] evius p 5 dec. 373.*

## Ad L. Non omnia. 1.

### SUMMARIA.

P[illegible] ca deli[illegible] a, unde ſit dicautur. n. 1. 2.

Or[illegible] e crimen, tendens principaliter in offenſam Dei, an publicum dici poſſit. 3.

*Blaſphemia & Magia crimina publica ſunt. 4.*

Publica delicta dicuntur tum ratione cauſæ principalis, quod per publicam legem à populo de iis judicia primum ſint conſtituta; tum ratione inſtrumenti, quod per quemvis ex populo regulariter expediantur; tum ratione finis, quod ad publicam vindictam tendant. *Decian. l. 5. c. [illegible] n. 5.* 1.
Cur autem de his hic enumeratis delictis judicia publica ſint conſtituta, ratio prima hæc eſt; quod per hæc delicta magis videatur lædi Republica. *Dnar. l. 1. diſp. 37.* & 2. quod ſolus populus olim de his cognoſceret, vid. *Bach. in T[illegible] vol. 2. diſp. 31. th. 1. lit. A.* 2.
Ex quo dubitare licet de hypotheſi Dd. quod omne crimen tendens principaliter in offenſam Dei dici poſſit publicum, quod communiter affirmant, per *L. ult. C. de Malef. & Mathemat. l. 4. C. de haret. Far. qu. 18. num. 10. Clar. §. fin. qu. 1. n. 2. Gom. tom. 3. reſol. tit. 1. n. 1.* 3.
Negat verò *Anton. Matth. in lib. 48. tit. 1. n. 4.* qui tamen rectè concedit Blaſphemiam & Magiam crimina publica eſſe. 4.

## ad L. Publicorum. 2.

*SUMMARIUM.*

*CRimina publica alia capitalia alia non capitalia.*

DIviduntur hic crimina publica in capitalia & non capitalia. Capitalia ſunt, propter quæ damnato aut vita eripitur, aut libertas, aut civitas. Cætera non capitalia, *hic & l. 6. & ſeq & 28. infr. de pœn Farin. q. 19. n. 1.* (ubi *n. 2. & ſeq.* infert, pœnam capitalem in *L.* dictatam non præciſe de pœna mortis eſſe intelligendam) *Carpz. pract. Crim. q. 102. n. 2. ſeq. Ant. Matt. d. t. 1. n. 5.*

## ad L. Interdum. 4.

*SUMMARIA.*

*EX quibusdam delictis & civiliter & criminaliter agi poteſt. n. 1.*
*Exempla ſubjiciuntur. 2.*
*Quatenus, ſi civiliter prius actum, prajudicium fiat criminali judicio. 3.*

1. CErtum eſt, ex quibusdam delictis dari actionem civilem & perſecutionem criminis *l. 1. C. Quando civilis actio criminali prajudicet.* v. g.
2. Servo alieno occiſo agi poteſt civiliter & criminaliter, hic ſurrepto ſervo alieno agitur actione furti, & ex *L. Fabia de Plagiariis* criminaliter. Sic de rebus mobilibus ablatis agitur actione de vi bonor. raptorum; de immobilibus verò occupatis interdictio unde vi. Utroque modo civiliter, & agitur etiam criminaliter de vi publ. & privata: Sic de tabulis exhibendis agitur interdicto
3. & etiam criminaliter ex *L. Teſtamentaria.* Si igitur civiliter prius actum ſit, fit præjudicium criminali judicio, quatenus ex inſtituto prius judicio civili ſumitur exemplum & argumentum, quod judices in criminali ſequantur. Alio ſenſu dicitur non præjudicare in *L. 23. §. 9. ff ad L. Aquil.* quatenus civile judicium non impedit criminale. Ita *Cujac. ad h. l. tom 2. p. 1346. & Bronchorſt. cent. 4. Enantiophan. aſſert. 27. Ant. Matth. in lib. 47. ff. tit. 3. c. 2. n. 5.* Licet aliter *Bach. in Tr. d. diſp. 18. th. 10. lit. H.*

## ad L. Si qui reus. 5.

*SUMMARIA.*

*REus ante abſolutionem alium accuſare non poteſt. n. 1.*
*Quod ampliatur. 2.*
*Limitatur variè. 3.*
*Declaratur. 4.*

1. SI quis reus factus ſit, purgare ſe prius debet, nec ante poteſt alium accuſare, quam fuerit excuſatus; non enim relatione criminis, ſed innocentia reus purgandus eſt; quia jus præſumit non Reipublicæ ſtudio, ſed accuſatoris odio, aut protelandi judicii cauſa anticagatorias fieri. *Ant. Matth. ad lib. 48. tit. 13. cap. 10. n. 2.* idque de eo caſu potiſſimum intelligunt, poſtquam nomen ejus inter reos receptum eſt. *Decian. l. 3. pract. Crim. cap. 24. Clar. §. fin. qu 14. n. 12. Farinac. qu.*
2. *12. num. 23.* Quod hic ampliatur, ut etiam finita accuſatione non poſſit alium reacuſare, ſi fuerit condemnatus ad amiſſionem civitatis aut libertatis; niſi inchoatas ante delationes impleverit. Limitatur verò in *l. neganda C. de Su qui acc. n. non poſſ. & c. neganda cauſa 3. q. 1.* (1.) Niſi ſuas & ſuorum injurias exequatur, ubi etiam de pari vel minori delicto alium reacuſare poteſt. 3.
*Dec. n. 12.* (2.) Niſi de majori crimine velit accuſare accuſatorem. *Anth. Matth. d. c. 10. n. 7.* (3. Niſi de crimine connexo agat. *Dec d. l. n. 10. &* [illegible] (4.) Niſi [illegible] crimen [illegible] quatur, ut pluribus probat *Ant. Matth. d. c. 10. n. 4. & ſeqq.* Declaratur, ut quidem non accuſare, inſcriptiones tamen pendente accuſatione deponere poſſit per 4.
*d. l. neganda Dec. d. l. n. 7 & 9.*

Ex §. 1. *h. l* notandum, inchoatas ante damnationem actiones implere poſt damnationem etiam permiſſum eſſe *Dn Mev. p.* [illegible] *n. 3* 5.

## ad L. Defuncto. 6.

*SUMMARIA.*

*PEr mortem rei pœna extinguatur. n. 1.*
*Lucra ex ſcelere quæſita a quo vindicanda, diſtinguitur. 2*

MOrtuo reo ante ſententiam vel pendente appellatione extincta quidem eſt pœna, ſed 1.
turpiter ex ſcelere quæſitum lucrum etiam heredibus extorquendum. *hic. & l. 9. ff de jur fi.* [illegible] *4. & 12. ad Cornel de falſ. Farin. q. 10. n. 5. & 57.*
Fiſco autem perſecutio datur, quando reo tanquam indigno aufertur, quod ſcelere quæſitum 2.
eſt vel ut hæreditas, legatum, fideicommiſſum veneficio quæſitum, ſed ſi non tanquam indigno, perſecutio ei datur, cui res ablata erat. *Ant. Matth. l. 48. tit. 10. c. 3. n. 3.*

## ad L. Infamem. 7.

*SUMMARIA.*

*OMnia judicia publica infamant. n. 1.*
*Perſecutio criminalis ex crimine privato quando infamet. 2.*

OMnia judicia publica infamant ſive per accuſationem ſive per inquiſitionem procedatur. *Farian. qu. 17. n. 9.* Sed ſi ex criminibus privatis criminaliter agatur, non aliter ſequetur infamia, niſi eadem ſequeretur, ſi civiliter ageretur; ſic condemnatus de termino moto extra ordinem in criminali judicio non fit infamis, quia ex judicio finium regundorum damnatus infamis non fieret. *Ant. Matth. h lib. t. 18. c. 3. n. 4. Donell. l. 18. c. 8. lit. O. R. S.* conf. *not. ad l. 2. ſup. de ſtellionatu.* 1.

## ad L. Ordo. 8.

SOlennitas judiciorum criminalium olim recepta abolita eſt, ſed manſerunt pœnæ, imò & ea neceſſaria, quæ jure gentium requiruntur, ut (1.) citetur accuſatus & audiatur, (2.) ut plene convincatur. (3.) ut tempus ſe defendendi ipſi relinquatur, de quo pluribus egi in proceſſu criminali inquiſitorio.

ad L.

## ad L. Cuſtodias. 12.

*SUMMARIA.*

*PRæſes in ſingulis cauſis criminalibus ex numero Advocatorum Adſeſſores ſibi adjungere poteſt. n. 1.*

*De quibus Adſeſſoribus hoc intelligatur. 2.*

*Judicia criminalia hodie oſtantius peraguntur quam olim.* .

*An diebus feriatis cognitio cauſæ criminalis ſuſcipi p[illegible]t. [illegible]*

1. NOtanda ex hac lege duo: 1. quod Præſes vel Judex A[illegible]eſſores in ſingulis cauſis criminalibus [illegible] eligere poſſit ex numero Advocatorum;
2. ubi [illegible] conſiderandum, quod Præſides habuerint [illegible] ordinarios Adſeſſores, ſed his adjun[illegible] cauſarum, ut Adſeſſores extraordinarii in criminalibus. Hodie omnia conve[illegible]t. In civilibus plures judices adhiberi ſolent, in criminalibus pauci, imo interdum unus. Magno apparatu tractantur cauſæ, quæ bona con[illegible]rnunt; levi brachio, quæ vitam hominis con-
4. [illegible]unt. Deinde notandum, quod cognitio [illegible] etiam in diebus feriatis ſuſcipi poſſit, quod intelligo etiam in feriis in honorem DEI inſtitutis, ſi in mora ſit periculum, v. gr. ſi generaliter inquirendum, quis ſit autor cædis, ne, dum differtur cognitio, [illegible] elabatur, pœna tamen ſemper differenda.

## ad L. Accuſatore. pen. §. 1.

*SUMMARIA.*

*PRocurator in publicis judiciis ex parte actoris non admittitur. n. 1.*

*Hodie admittitur. 2.*

*A parte rei non admittitur. 3.*

*Quod declaratur. 4.*

*Procurator admittitur in omnibus non capitalibus delictis. 6.*

*Num. 4. limitatur. 7.*

*In matrimonialibus non admittitur. 8.*

*Idem in proceſſu deſertionis. 10.*

*Relaxatus è carcere in perſona propria comparere tenetur. 9.*

1. PRocurator in publicis judiciis admitti non debet ex parte actoris. *hic & l. 16. C. de falſ. Mende A. J. Q. [illegible] q. 79. & quos alleg. Carpz. in pract. crim. q. [illegible] n. [illegible]*. Cujus ratio eſſe videtur, quod accuſator ad pœnam Talionis ſe inſcribere debeat, quæ
2. [illegible]o cum hodie ceſſet, Procurator hodie admittendus videtur. per *Conſt. crim. Carol. art. 12. de quo Carpz. d. q. n. 8.* quod etiam in civitate accu-
3. ſante ratio Juris Civilis admittit. *Carpz. n. 10.* Sed multò magis ex parte rei procurator repellitur, tum quia publicè intereſt, ipſum reum audire & videre reſpondentem, tum quia judex ſententiam contra Procuratorem latam exequi non poteſt. *Menoch. l. [illegible] A. Q. q. 80. Matth. Steph. ad art. 12.*
4. *n. 3. & Carpz. d. l. n. 25.* Sed hæc ſententia declaratur, ut cauſa abſentiæ allegare poſſit alius pro abſente, quo ſententia differatur, quod quidem ex hac lege volunt probare, ſed hæc lex non de excuſatione abſentiæ; ſed abſentium loquitur, ideo melius de iis caſibus infra recenſendis intelligenda, in quibus contra abſentem contumacem procedi poteſt. *& l. 3. C. de Accuſ.* etiam de iis caſibus loquitur. Et hoc probatur per *l. 33. §.* 5.
*2. de procurat.* ſed quod cauſæ abſentiæ per aliquem poſſint allegari hoc effectu, ne in contumaciam procedatur, illud ex *l. 12. §. 1. C. de procurat.* ſatis probatur, ubi etiam idoneus ad talem excuſationem admittitur. conf. *not. ſupra ad d. l. [illegible] 2. de procurat. & qnæſt. ſalutat. Dn. Thabor. in tract. de confront. in [illegible]roll. cap. 8. n. 7. & ſeqq. & c. 3. n. 1. & ſeqq.* Poteſt autem Procu- 6.
rator admitti in omnibus non capitalibus delictis, per *l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.* Deinde li- 7.
mitatur in caſu, ubi ex jure communi vel ſtatuto aliquis abſens ceu confeſſus condemnari poteſt, per *l. 33. ff. de procurat.* quam L. non tantum de excuſatione abſentiæ cum *Carpz. d. q. n. 29. & Ant. Matth. tit. 13. c. 4. n. 6.* ſed de caſibus Legum ſpecialibus. v. g. *l. 4. §. ult. de Sicariis l. 21. C. de pœnis. l. 5. ff. de pœnis* & de ſtatutis intelligimus cum *Pacio rent. 2. q. 40. & Hill. in Don. l. 18. cap. [illegible] lit. E.* Ex 8.
*arg. hujus §.* inferunt, nec in matrimonialibus admitti procuratorem aut defenſorem. *Mev. in p. 3. dec. 300.* Nec relaxatum ex carcere poſſe excu- 9.
ſari, quaſi non teneatur in perſona comparere. *Dn. Mev. p. 4. dec. [illegible]8.* Nec in matrimonialibus & 10.
in proceſſu deſertionis requiritur aut admittitur mulieris defenſor aut curator. *Carpz. l. 3. Juriſpr. Eccl. def. 65.* Conferantur ea, quæ circa hanc materiam diſputant ad *tit. de procurat. cap. 3. n. 3.*

## Ad L. Generi. ult.

*SUMMARIA.*

*VIndicantes necem parentum vel liberorum non tenentur de calumnia. n. 1.*

*Quod limitatur. 2.*

*Iniquam ſententiam non diffamare, an rectè ex h. l. colligatur. 3.*

NOn tenentur illi de calumnia, quia necem pa- 1.
rentum vel liberorum vindicant, & ſuccumbunt, quia conjunctio perſonæ & juſtiſſimus dolor eos excuſat. *Molin. de J. & J. tr. 4. diſp. 9. n. 8.* quod juxta *Barthol.* hic limitandum ex *l. 2. C. qui accuſ. non poſſ. & l. 2. C. de his quib. ut indign.* Ubi dicitur accuſantes tutores non facilè notari, 2.
niſi evidens eorum calumnia ſit, unde regula generalis colligitur; Eos, qui ſine metu calumniæ accuſant, puniri tamen ob evidentem calumniam. *Ant. Matth. tit. 17. cap. 3. num. [illegible] & 6.* Licet enim etiam in aliis accuſatoribus requiratur evidens calumnia, *l. 1. §. 3. ff. ad Turpill.* Gradus tamen ſunt evidentiæ, & ita major evidentia in perſonis exceptis requiritur. *Anthon. Matth. d. loc.* Colligi etiam poteſt ex *h. L.* ini- 3.
quam

quam ſententiam non diffamare, ſed contrarium poſt *Gl.* hic ſtatuit *Molin. d. diſp. 9. num. 15. Ant. Matth. tit. 18. c. 3. n. 7. Cujac. ad h. l. tom. 4. p. 1251.* qui reſpondet huic legi, quod tantum dixerit Præſes patrem calumniam intuliſſe, ſed quid hoc aliud, quam calumniari.

# TITULUS II.
# De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

## Ad L. 1. & L. Certis. 2.

*SUMMARIA.*

*Mulier accuſare non poteſt. n. 1.*
*Caſus excepti vid. 2. 4. & 5.*
*Non debet quis admitti ut talis, niſi probet prius ſe eſſe talem. 3.*

1. PRopter ſexum accuſare prohibetur mulier; cujus rei rationes, in pudore ſexus, qui non permittit eas cætui virorum miſceri, tum
2. quia alias proclives ſunt ad accuſandum. *Anth. Matth. t. 13. c. 1. n. 2.* Cujus hic habetur exceptio, niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequatur i. e. eorum, in quo teſtimonium invita non dicit *hic & L. 4. 5. 9. C. qui accuſ. non poſſ. Farin. q. 12. num. 16.* quo caſu inſcriptionis neceſſitas ceſſat. *l. 12. C. d. tit.* Sed neceſſe eſt, ut prius probet mulier, ſe eſſe matrem *per d. l. 9. C. qui non accuſar.* Unde regu-
3. lam colligunt Dd. Quod non debeat quis admitti ut talis, niſi probet prius ſe eſſe talem. *Rocc. Dec. collect. 306. Klock. vol. 2. conſ. 39. num. 241.*
4. Admittitur etiam mulier ad accuſandum in crimine falſi, non omni tamen, ſed quod in teſtamento paterno, liberti, &c. commiſſum. *Decianus l. 3. pract. Crim. c. 7. num. 18. Ant. Matth. d. loc.*
5. Cæterum ad alia quoque delicta accuſanda mulier admittitur, ut Majeſtatis *l. 8. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Annonæ. *l. ult. §. 2. ff. de annon. l. 13. h. t.* Simoniæ. *l. 13. C. de Epiſc. Farin. d. Quæſt. 12. num. 6. Carpz. pract. Crim. q. 104. num. 24. Ant. Matth. d. loc.*

## ad L. Libellorum. 3. pr.

*SUMMARIUM.*

*Circumſtantiæ in libellis criminalibus exprimendæ. n. 1.*
*Cur temporis, loci, & perſonæ circumſtantia notanda. 2.*
*Non vero horæ aut diei. 3.*
*Limitatur, ſi petat accuſatus. 4.*
*Circumſtantia temporis in criminalibus probanda. 5.*
*Colligitur: in criminalibus concluſionem libelli omitti poſſe. 6.*
*Injuriarum agens, ſi in libello concluſionem omittat, præſumitur criminaliter agere. 7.*
*Si requiſitum ſubſtantiale omittatur rei nomen aboletur. 8.*
*An idem obtineat, ſi pars non opponat? Dd. ſententia. n. ult.*

1. IN libello criminali exprimenda eſt circumſtantia loci, temporis & perſonæ; diem verò &
2. horam exprimi non eſſe neceſſe. Prioris ratio eſt, ut reus in defenſione ſua negativam tempore & loco coarctatam probare & teſtes adverſos falſitatis arguere poſſit. *Gail. l. 1. obſ. 64. n. 3.* Hujus, 3.
quia in legibus antiquis nulla diei & horæ mentio, & facilis diei vel horæ oblivio, & publicè intereſt accuſatorem non nimis eſſe arctandum.
*Anth. Matth. tit. 13. cap. 6. n. 6.* Si tamen accuſatus 4.
petat expreſſionem diei, accuſatorem exprimere teneri diem, tradunt. *Clarus §. fin. q. 12. n. 13. Gail. d. obſ. 64. n. 12. Padilla ad l. 4. C. de divers. reſcript. n. 17. & Carpz. l. 2. Rſ. 56. n.* quæ ſententia quidem negatur ab *Ant. Matth.* ſed ſine ſufficiente ratione, niſi accuſator ſcientiam diei vel horæ jurato diffiteatur; Colligitur etiam ex hoc textu, 5.
quod circumſtantia temporis præciſe ſit probanda. *Clarus §. ult. q. 12. n. 8* Sed aliud in civilibus. *Berlich. dec. 9. 7. vid. not. ad l. ob carmen §. ult. ff. de Teſtibus.* Cum etiam in formula libelli hic 6.
relata nulla concluſionis fiat mentio, colligunt exinde Dd. in libellis criminalibus concluſionem omitti poſſe. *Gail. l. 1. obſ. 91. n. 18. Borell. tom. 1. deciſ. 49. n. 4. Hill. in Don. lib. 23. c. 4. lit. D. & Anth. Matth. d. c. 6. n. 7.* Et ideo quando ſuper in- 7.
juriis agitur, & nulla habetur concluſio in libello, præſumitur actor criminaliter agere. Si 8.
hoc requiſitum ſubſtantiale vel ſimile omittatur, libellus eſt ineptus & rei nomen abolετur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. *§. h. l.* Quod 9.
etiam tunc affirmant, ſi pars non opponat, *Bart. hic & Gail. d. obſ. 64. n. 9* Negat vero *Ant. Matth. d. tit. 6. n. 8.* licet alii diſtinguant cum *Mynſingero cent. 2. obſ. 32.*

## ad L. Levia. 6.

IN levioribus delictis plena cauſæ cognitio neceſſaria non eſt, nec ſolitus ordo judiciorum adhibetur, ſed ſuper iis ſummariè & de plano cognoſcitur, etiam ubi corporalis coercitio locum habet, *hic & l. 18. §. ult. ff. de quæſt. l. 9. §. 3. offic. proconſul.*

## ad L. Si cui crimen. 7.

*SUMMARIA.*

*Accuſator ſe olim inſcribere, & ad pœnam talionis obligare tenebatur. n. 1.*
*Hodie talionis pœna ceſſat. 2.*
*Cuſtodiæ tamen accuſator tradendus, donec ſufficienter caverit. 3.*
*Quod tamen ad denunciationem non trahendum. 4.*
*An, cujus quis accuſatus criminis ſemel eſt, ejus iterum accuſari queat. 5.*

In-

*Infertur: Accuſatore crimen non probante, Reum definitive abſolvendum. n. ult*

1. ACcuſator jure Civili tenebatur ſe inſcribere,
qva diccbat accuſator, ſe deferre vitium, & ad
talionis pœnam ſe obligabat, ſi calumniæ convi-
ctus fuerit, & promittebat, ſe in criminis perſecu-
tione permanſurum usqve ad ſententiam. §. *1. h. t.*
Si autem literas neſciret, alius pro eo ſubſcribebat,
hic & *L. 3. §. 2. h. t. & L. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Ex-
2. ceptiones habet *Ant. Matth. d. t. 13. c. 6. n. 9.* Ho-
die tam pœna talionis, qvam ſolennitas inſcri-
ptionis paſſim in deſvetudinem abierunt, nec me-
tu propriæ ſalutis ab accuſatione aliqvis deſiſtat, &
ſic crimina maneant impunita. *Clar § fin. q. 12.*
3. *num. 17 Weſenbec in Π. h. t. num. 17. & Carpz. in
pract. Crim. qv. 106. num. 41.* Sed per conſtitutio-
nem tamen criminalem accuſator vel procurator
ejus cuſtodiæ tamdiu tradi debent, donec prædi-
bus prædiisve caverint, & ſatisdationem idone-
am de ſumptibus & damnis in caſum ſuccumben-
tiæ refundendis, ut & de ſatisfactione injuriæ illa-
4. tæ præſtiterint. *Carpz. d. Conſt. n. 45. & ſeq.* Sed
5. hoc ad denunciatorem trahendum non eſſe tra-
dit *Dn. Manzius in cent. d. q. 63.* Ejusdem crimi-
nis, cujus qvis ſemel accuſatus eſt, non poteſt ite-
rum accuſari, niſi aut novus accuſator ſuum do-
lorem proſeqvatur, doceatqve ignoraſſe ſe accu-
ſationem ab alio inſtitutam, vel ſe fuiſſe impedi-
tum, qvo minus in tempore ageret, aut niſi doce-
at, prævaricatione prioris accuſatoris reum abſo-
lutum eſſe, §. *2. & L. 3. §. 1. ff de Pravaric. L. 4.
§. ult. ff. de Adult. Farin. qvæſt. 4. limit. 3. num. 13.
Tabulas Teſtamenti ſi quis ſurripuerit, tenetur crimine falſi. *hic & l. 1. §. 4. ſupra h. t.* ſed ali[illegible] ſurripiente Inſtrumentum privatum, qui [illegible] tenetur de falſo, ſed furto *l. 27. ff. de furt. Fa[illegible] rin. d. qu. 150. n. 1 1.* Qui in rationibus, tabulis, [illegible] publicis aliquid falſum fecerit, vel ut ve[illegible] [illegible] appareat, quid celaverit, ſurripuerit, [illegible], afficiatur pœna criminis falſi, §. *fin.* [illegible] poteſt illa ſententia *Farin. d. q. 150.* [illegible] quod etiam alia inſtrumenta ſurripiens, ſi [illegible] animo occultandi veritatem, in hoc cri[illegible] [illegible], quod intelligo, ſi non faciat animo [illegible] aut forte progreſſu temporis pœna falſi [illegible] hos etiam porrecta, qui ſurripuerunt.

## ad L. Qui falſam. 19. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*ACcuſatio partus ſuppoſiti nunquam præſcribi[illegible] tur, imo poſt mortem hoc crimen commit[illegible] tentis durat.*

ACcuſatio partus ſuppoſiti nulla temporis præ[illegible] ſcriptione repellitur, & durat etiam poſt mor[illegible] tem ejus, qui hoc crimen commiſit: prius ita in[illegible] telligit *Hippol. de Marſil. in hunc §. 1. n. 1.* ut etiam poſt 2[illegible] annos detur hæc accuſatio. *Farinac. qu. 10. n. [illegible]* [illegible] *Anton. Matth. t. 19. cap. 4. num. 3.* ita hoc intelligat, quod curſus quinquennii hic non habeat locum, ut in adulterio de ſecundo. *Hippol. de Marſil. hic n. 8.* Ubi plura ejus rei exempla *Farin. d. q. 150. n. 244.*

## ad L. Falſi pœna. 20.

*SUMMARIUM.*

*POena falſi coercetur tam litem falſam inſtituens, quam teſtes corrumpens, licet hi falſum non dixerint.*

POena falſi coercetur, qui accepit pecuniam ob litem [illegible] inſtituendam, vel ob advocationem falſam [illegible] i. e. qui in necem innocentis Advocatum [illegible] *Ant. Matth. d. t. 7. c. 1. n. 14.* vel ob teſtimonium falſum dicendum, vel ob veritatem opprimendam. *Far. qu. [illegible] 6. per tot. Ant. Matth. d. t. 7. cap. 1. n. 12.* qui ſane id ad teſtem pecunia conductum, ſed veritatem tantum dicentem, etiam contra producentem, extendit. Verum cum in hoc crimine falſi damnum datum requiratur, nec hic teſtis falſum dixerat, verior eſt contraria ſententia. *Clar. §. falſum. num. 13. & Mynſ. cent. 6. obſ. 67. n. 2. Farin. d. q. 67. n. 246.*

## ad L. Qui duobus. 21.

*SUMMARIUM*

*UNam eandemque rem duobus in ſolidum vendens pœna falſi coercetur, ſed mitiori tamen.*

QUi duobus in ſolidum eandem rem vendidit, pœna falſi coercetur; quod nonnulli intelligunt, ſi expreſsè ut ſuam vendiderit, ſecus ſi venditam eſſe diſſimulaverit. *Cujac. l. 1[illegible]. obſ. 21 & Hotoman. lib. 5. obſ. 15. quos refert Hillig. lib. 4. c. 17. lit. C. ob l. 3. §. 1. de Stellionatu.* ſed non ordinaria, verum mitiori pœna hic coercendus. Nam verſiculum, *Sed utiſſime* non tantum de eo, qui judicem corrupit, ſed etiam qui duobus vendidit, intelligo cum *Farinac. quæſt. 150. num 229.*

## ad L. Eos. 27.

*SUMMARIUM.*

*TEſtis varians de falſo ſuſpectus eſt, ſtatur tamen depoſitioni judiciali.*

QUi diverſa & contraria teſtimonia præbuit de crimine falſi tenetur, ſi igitur mox hoc, mox, mox illud deponat, varius eſt teſtis & de falſo ſuſpectus. *Albericus de ſtibus c. 9. n. 4. Ricc. Coll. El. deciſ. 569. Far. qu. 66. per tot.* Si quis extra judicium aliud, aliud in judicio deponat, ſtatur judiciali depoſitioni. *Hyppol. de Marſil. ſing. 212. Farinac. q. 66. n. 193.*

## ad L. Si à debitore. 28.

*SUMMARIUM.*

*DEbitor in conſtitutione pignoris diem antevertens de falſo tenetur.*

DEbitor qui præfert diem ſeu antevertit aut anticipat diem, de quo vide *Hill. ad Don. l. 23. c. 6. lit. M.* in conſtitutione pignoris de falſo tenetur. Nam, ſi nulla pignoris conſtitutio, nihil nocet prælatio diei; ſed in pignore nocet creditori, ſi alii prælato die eandem rem oppignoret, quæ nequitia procul dubio frequentiſſima eſt, & de-

dit rationem decidendi legi, *Scripturas C. qui potiores in pignore.* Et optandum eſſet ut conſtitueretur, ne ulla hypotheca, ſine judiciali authoritate fiat. Interdum tamen prælatio dari in nullius præjudicium fieri poteſt, cujus rei exemplum aliquando vidi.

### ad L. Si quis. 29.

*SUMMARIUM.*

*OBreptitiè agens, & male narrando refer ptum impetrans pœnam falſi olim merebatur, hodiè non.*

SI quis obrepſerit judici tam per Acta, quam per Libelli interpellationem, nihil agit, & pœnam falſi incurrit; unde probatur, cum non tantum, qui probando, ſed etiam qui narrando obreptitium impetravit reſcriptum hanc pœnam mereri. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 14. num. 10. Far. d. qu. 150. §. 6 per tot.* Sed hodie non videmus frequentari hanc pœnam ſubreptitiarum precum.

### ad L. Lege Cornelia. 30. §. 1.

*SUMMARIUM.*

*EXtraneus de partu ſuppoſito accuſare non poteſt, Magiſtratus tamen ex officio inquirere omnino poteſt.*

DE partu ſuppoſito non omnibus patet accuſatio, ſed parentibus tantum & iis, ad quos causa pertinet, ex qua tamen probari nequit, non eſſe crimen publicum; ſicut etiam Magiſtratum ex officio inquirere poſſe, pluribus placuit *Farin. d. q. 150. n. 236.* Nam publicè intereſt partum non ſubjici, ut ordinum & familiarum dignitas conſervetur. Ergo non admittuntur alii ad ac[illegible]ndum, quorum non intereſt, a [illegible] ver[illegible] qui in[illegible]quiri poſſit, [illegible] non negatu[illegible]. *[illegible]andellus [illegible] Alba conſ. 319. n. 40. [illegible]*

### ad L. Divus pius. 31.

*SUMMARIUM.*

*JUdex, ſi delinquenti majorem pœnam prom[illegible]tam ex Regula præ[illegible]pta in[illegible]ere non poteſt, ſuperiori æſtim[illegible] eſſer[illegible].*

LEx [illegible]lanta eſt, ſed [illegible] pro[illegible] Si delinquens plus meru[illegible] quam ex forma Juriſdictionis pati po[illegible]nt, i. e. [illegible] rei pœnam meritam judex ex regula præ[illegible] vel transactione non poſſit infligere, debe[illegible] tori vel ſuperiori id referre [illegible] coercere debeat. *Klock. conſ. [illegible] n. [illegible].* E[illegible] cum judex non [illegible] alium judicem, qui [illegible]tra reum inquirere inci[illegible] gravi ore qu[illegible] *l. 2. §. pen & ult. & l. [illegible] q. ff de A[illegible]. Klock. [illegible] l. Farin. q. 7. n. 65.*

### ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

*EDictorum & publicarum menſurarum corruptores arbitrariè puniuntur.*

EDictorum, ut & menſurarum publicè pr[illegible]tarum, corruptores non tantum in Inſ[illegible]m relegantur, ſe[illegible] & duplum reſti[illegible]unt unde c[illegible]ligitur in arbitrio judicis poſitum eſſe, pro ſal[illegible] menſura imponere pœnam relegationis c[illegible] in reſtitutione dupli, vel pœnam falſi ſeu deportationem. *Far. d. q. 150. n. 76. vid. art. 113. Carpz. q. 9[illegible] n. 78.*

# TITULUS XI.

# De Lege Julia repetundarum.

### ad L. Lex Julia. 1.

*SUMMARIA.*

*CRimen Repetundarum quid. n. 1.*
*Officialis à cognatis ſuis u[illegible] ad ſextum gradum munera accipere poteſt. n. 2.*

1. REpetundarum crimen eſt, quo quis in officio publico conſtitutus, à privatis pecunias extorſit aut contra jura accepit. Dicitur alias Barrataria, quando judex ſe corrum pi patitur. De qua *Far. q. 111. part. 1. per tot. & Tholoſ. lib.*
2. *6. c. 18.* Limitatur ſententia hæc in §. t. ut officialis munera accipiens à ſuis cognatis uſque ad ſextum gradum ab hoc crimine ſit abſolvendus, quia ratio ſanguinis omnem tollit ſuſpicionem, quando in dubio verſamur. *Far. d. q. 111. n. 245. ſeq.*

### ad L. Datur. 2.

*SUMMARIUM.*

*HEres ex hoc delicto poſt annum ne quidem in ſimplicium tenetur, niſi lucri particeps factus fuerit.*

DElictum hoc, ut & de annonis & peculatus ad heredem tranſeunt. *Bach. in Tr. diſp. 32. th. ult. lit. B. & C.* Sed poſt annum, ne quidem in ſimplum contra heredem agi poteſt; niſi quid ex crimine defuncti lucrati ſunt.

### ad L. Eadem. 6.

*SUMMARIUM.*

*AQui[illegible] jud[illegible] munera accipere poſſit & quantum in anno.*

DIcitur hic in fine, judicem non plu[illegible] muneris in anno accipere debere, quam quod [illegible]aureorum 100. quod de muneribus a cogn[illegible]s int[illegible] *Boër. dec. 153. n. 27.* quo[illegible] d[illegible]ter dic[illegible] putat *Farin. q. 111. n. 248.* [illegible] conſanguineis nullus ſermo, ideoque de X[illegible]is ſeu eleule[illegible]is malo hoc ac[illegible]pere quæ [illegible] r[illegible]cipere poterat. *L. Plebiſcito ff. de [illegible] & Ant. Math. 1. 8. c. 1. n. 10.*

### ad L. Lex. 7.

*SUMMARIUM.*

*REi Legis repetundarum puniuntur arbitrariè certis caſibus etiam capitaliter.*

LEgis repetundarum rei arbitrariè hodiè puniuntur, exilio vel etiam durius. *Farinac. [illegible] qu. 111. num. 16.* Pœna etiam capitali affi[illegible] p[illegible]ſunt, ſi pecuniam ob hominem necandum ac[illegible]ceperint, vel etiam non accepta pecunia innocentem interfecerint, *Farinac. d. q. 111. num. 16. 21. & 25.*

Ti-

# TIT. XII.
## De lege Julia de Annona.

### Ad *L.* Conſtitit. 1.
*SUMMARIUM*

*IN lege Jul. de Annona accuſare poſſunt ſervus & mulier.*

LEx de annona adeò privilegiata eſt, ut etiam ſervus & mulier ad accuſandum vel denunciandum admittatur, *hic & l. ult. §. ult. h. t. & l. 13. ff. de accuſ. & Ant.* Matth. *tit. 9. c. 2. n. 3.*

### ad *L. L*ege Julia. 2.
*SUMMARIUM.*

*Qvomodo delinqvatur contra hanc legem.*

COntra Juliam de annona variè delinqvitur, ut qvi ſocietatem iniverit, qvo annona fiat carior, vel qvi navem vel nautam detinet dolo malo, vel qvi ſpecies coemptas ſupprimunt vel flagellant, qvi in ſpecie Dardanarii vocantur, de qvibus *Men A Q. caſ. 384 Decian. lib. 8. Pract. Crim. c. 22. Tholoſ. lib. 36. tit. 30.*

### ad L. fin.
*SUMMARIUM.*

*Pretium Annonæ ſtatuere ſolus Princeps poteſt.*

MAgiſtratui municipali jus non eſt, grano, qvod invehitur, pretium ſtatuere. Hoc enim jus pretium annonæ ſtatuendi penes Principem tantum reſidet. Molin. *de J. & J. tr. 2. diſp. 464. n. 1. & Fagundez de J. & J. lib. 5. c. 37. n. 1.* Et ſanè, ſi Senatus urbis annonæ, qvæ à ruſticis vicinis invehitur, pretium vellet ſtatuere, extenderet ſuam jurisdictionem in homines ſibi non ſubjectos: Civibus ſuis aliqvid vendituris pretium ſtatuere poteſt, non extraneis.

# TIT. XIII.
## Ad legem Juliam peculatus, & de ſacrilegis & de Reſiduis.

### ad L. *L*ege Julia. 1.
*SUMMARIUM.*

*Qvinam incidant in Crimen peculatus.*

IN crimen peculatus incidit, non tantum qvi ipſe auffert pecuniam publicam, ſed etiam qvi facit, ut alius auferat, vel ablatam ſuſcipit, vel qvi auro & argento publica forma ſignando (darauß ſoll Müntze geſchlagen werden) aliqvid æris immiſcet. Primi hic additur exceptio, niſi cui lege licebat, qvod ex *l. 9. §. 2. & 4.* explicandum de eo, cujus periculo publica pecunia erat. *Ant. Matth. tit. 10. c. 1. n. 7.*

### ad *L. L*ex Julia. 2.
*SUMMARIUM.*

*Crimen reſiduorum qvid.*

REſiduorum crimen eſt pecuniæ publicæ retentio, qvæ apud aliqvem ex adminiſtratione publica reſedit, & ſi pecuniam publicam in aliqvem uſum, cui deſtinata erat, non conſumſerit, per *h. l.* Unde colligitur, eum qvi pecuniam publicam, qvam ipſe adminiſtravit, intervertit, de reſiduis teneri, ſi non adminiſtravit, de peculatu *Farinac. qv. 171. n. 14. & 57. Carpz. qv. 85 n. 4.*

### ad *L.* Peculatus. 3.
*SUMMARIUM.*

*REus peculatus ob rigorem publicæ utilitatis capitaliter rectè punitur.*

POena peculatus eſt deportatio, ſed in *l. un. C. h. t. & § 9. Inſt. de publ. judic.* pœna capitalis dictatur ſcil. Magiſtratibus pecuniam publicam intercipientibus. *Weſenb in π. h. t. n. 7. Berlich. part. 5. conſl. 57. n. 9.* Qvamvis autem à pœna capitali recedere voluerit Leo in *Novell. ſua 150.* priorem tamen pœnam capitalem defendit rigor publicæ utilitatis. *Ant. Matth. tit. 10. c. 2. n. 2.*

### Ad *L. L*ege Julia. 4.
*SUMMARIA.*

*REus Criminis de Reſiduis reſtitutione in triplum punitur. n. 1.*

*Peculatus committitur etiam ſi civitati municipali pecunia adimitur. 2.*

CRiminis de reſiduis pœna eſt, ut amplius tertia parte fiſco ſolvat i. e. ut tertiam partem 1
pecuniæ ablatæ cum ſorte Fiſco reddat, *§. 5. h. l. Petr. Capall. reſol. crim. 99. n. 46. Farin. qv. 171. n. 95. Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 32. th. ult. lit. G. Berl. d. concl. n. 14.* Licet civitas non ſit proprie Reſpubl. 2
*l. 15. d. V. S.* tamen ſi pecunia civitatis municipalis ademta ſit, peculatus committitur, & ſic videtur derogatum Legi *ob pecuniam, 81. ff. de furt.* vid. *Decian. lib. 8 c. 28. n. 11. Hill. in Donell. lib. 15. c. 29. lit. H. Ant. Matth. d. t. 10. c. 1. n. 5. Berlich. d. loc. n. 9. & Gœdd. ad l. 17. de V S n. 17.*

### ad *L.* Divi. 5. pr.
*SUMMARIUM.*

*ABlatio rerum profanorum in ædem ſacram translatarum Jur. Can. dicitur ſacrilegium, mitius tamen punitur.*

REs profanæ in ædem ſacram portatæ ſacræ non ſunt, nec in iis ſacrilegium committitur, qvod eſt rei ſacræ furtum, ſed Jure Canon. per *cap. qvisqvis, cauſa 17. qv. 4. & conſt. Carolin. art. 171.* hoc etiam ſacrilegium eſt, ſed mitius puniendum. *Farinac. qv. 172. n. 28.* Pœna autem apud nos alia non eſt, qvam furti. *qv. 89. n. 78.*



Digitized by Google

### ad *L*. Sacrilegii. 6

*SUMMARIA.*

*Fur nocturnus odioſior eſt diurno, & hinc durius etiam punitur. n. 1.*

*Pœna ſacrilegiorum qvaenam. 2.*

1 EX princ. probatur furtum nocturnum gravius eſſe & odioſius diurno, cum hoc damnatione in metallum, illud pœna mortis coerceatur. *Petr. Gregor. in ſyntagm. l. 37. c. 14. n. 2. Far. 165. n. 15* Sacrilegii proprie dicti pœna arbitraria
2 eſt pro ratione perſonæ, rei, temporis, ætatis, ſexus; nam vel ad beſtias, vel ad ignem, vel ad furnem condemnari ſolent; unde apparet, pœnam Jure Civili ad mortem extendi poſſe, licet generaliter pœnam mortis eſſe, ex hoc textu probari non poſſit. *Carpz. d. qu. 89. n. 11.*

### ad *L*. Peculatus. 7.

CRimen hoc qvinqvennio præſcribitur. *Ant. Matth. d. lib. 10. c. 8. n. 3.*

### ad *L*. Qvi Tabulam. 8.

*SUMMARIUM.*

*Qvomodo ex hoc crimine qvis teneri poſſit.*

CRimen hoc ad alia delicta varia accommodatum, ut ſi qvis tabulam æream formam qve agrorum, vel aliud, qvod continentem refixerit, vel immutaverit, vel in tabulis qvid deleverit, vel ſi qvis clam poteſtatem inſpiciendarum tabularum publicarum fecerit invito eo, qvi eis præpoſitus. *l. 9. §. 5. h. t.* Aliud exemplum in *L. 11.* de qvibus exemplis *Ant. Matth. dict. tit. 10. c. 1. n. 2. & ſeqq.*

### ad *L*. Sacrilegi. 9

*SUMMARIA.*

*POena ſurripientis rem ſacram ex loco privato, n. 1.*

*Collectores pecuniarum de peculatu non teneri. 2.*

*Omnino autem de Reſiduis, ſi ultra annum retineant, vel præfixo termino non inferant. 3.*

QUi rem ſacram ex privato loco ſurripit, plus 1 eſt qvam fur, minus qvam ſacrilegus. *§. 1. h. l. & l. 16. §. 4. de pœn.* Ideò pœna furti hic videtur ſufficere. *Clarus. §. Sacrilegium. n. 4. Far. d. q. 172. n. 27. Carpz. d. q. 89. num 71.* Peculatus eſt 2 furtum pecuniæ publicæ commiſſum ab eo, cujus periculo non fuit, *§. 2. h. l.* & ideo collectores pecuniarum de peculatu teneri, concludit *Franc. de Clapperiis cauſ. 20. q. un. n. 2.* Si 3 præſes pecuniam publicam in Ærarium non defert, non de reſiduis tenetur, ſed ut qvilibet alius debitor fiſci privatus, niſi ultra annum retinuerit: unde colligunt, retentionem ultra annum reqviri ad infligendam pœnam hujus criminis. Sed poteſt dici ſufficere brevius tempus, v. gr. ſi collectores pecuniarum publicarum ſingulis trimeſtribus inferre jubeantur, ſi hoc non fecerint, tenentur hujus criminis pœna. *Franc. de Clapperiis cauſa 20. qu. un.*

### ad L. Pen.

*SUMMARIUM.*

*PRedam indiviſam ſurripiens olim tenebatur lex peculatu, hodie non.*

PRædam i. e. pecuniam vel aliam rem pretio æſtimabilem ſi qvis ſurripiat, anteqvam inter milites diviſa ſit, tenetur ex peculatu. *Donell lib. 4. cap. 21. lit. E. & ibi Hill.* ſed cum hodie præda non diſtribuatur, ſed qvisqve qvod capit, ſibi rapiat, videtur regulariter hodie hoc delictum non committi.

### ad L. fin.

*SUMMARIUM.*

*RAtio, cur pœna hujus delicti tranſeant in heredes.*

NOtetur hic tantum ratio, cur tria illa delicta, qvæ hic recenſentur, de qvibus etiam in *L. 2. ſupr. ff. repetundar.* actum eſt, in heredem tranſeant pœnæ, qvod principalis ſit qvæſtio ablatæ pecuniæ.

# TIT. XIV.

# De lege Julia ambitus.

### Ad L. Unic.

*SUMMARIA.*

*CEſſat hoc crimen in urbe Romana, in Municipiis verò durat, & punitur 100. aureorum & c. n. 1.*

*Ad qvos alias hoc crimen extendatur. 2.*

1 HOc crimine tenetur, qvi non palam, qvod licebat, ſed clam corruptis ſuffragiis aut conducta turba honores ambiebat, qvæ tamen lex, cum non amplius per ſuffragia populi eligeretur magiſtratus, ſed à Principe, in urbe Romana ceſſavit; Durat verò in Municipiis, pœna eſt 100. aureorum cum infamia, qvam infamiam tamen purgat, ſi alium ejusdem criminis reum convicerit. Crimen 2 etiam hoc ad eos extenditur, qvi nova vectigalia inſtituunt, aut domum Judicis introeunt. Unde apparet, non licere partibus judices domi adire, eosqve informare. De qvo hie *Godofredus*; unde perverſum oportet eſſe morem noſtrorum litigantium, qvi judices prius volunt informare.

*TITU-*

# Titulus XV.
# De lege Fabia de Plagiariis.

## ad *L.* Si liberum. 1.

*SUMMARIUM*

*Plagium quid, qvomodo & à qvo committatur.*

SI qvis liberum hominem ſciens pro ſervo vendiderit, vel emerit, plagium committit, & capitale crimen incurrit. Eſt enim plagium ſuppreſſio liberi hominis vel ſervi alieni lucri cauſa clam facta, & ideò hoc crimine notetur, qvi liberum hominem qvocunqve titulo alienat, donat, vel in dotem dat, vel accipit. *l. 4. h. t.*

## ad L. 2.

*SUMMARIUM.*

*SErvum fugitivum purè vendens committit plagium.*

SErvum fugitivum purè vendere nemo poteſt citra crimen plagii, ex *SCto hic & L. 6. C h. t.* cujus forte hæ rationes, 1. ut à fuga ſervi deterreantur, ſi nec recipi ſe poſſe à qvoqvam impunè intellexerint. *L. 5. h. t.* Nec acquiri alteri titulo juſto, & 2. nec fugitivi eludant pœnã fugæ, qvippe qvam nec venditor, qvi Dominus eſſe deſiit, exactutus eſt, ne emptor, contra qvem nihil deliqvit. *Ant. Matt. d. t. 12. cap. 1. circa fin.*

## ad L. Legis. 3.

*SUMMARIUM.*

*Errans ex hac lege non punitur.*

DOlus hic reqviritur, ut & in omni crimine capitali: non igitur tenetur, qvi filium vel ſervum ſuum ſurripit. *Farin. qvæſtion. 176. num. 101.* nec qvi ſervum alienum pro ſuo habet, *hic & L. 14. C. h. t. Menoch. lib. 2. A. Q. caſu. 536. num. 17.* vel ſi non invito Domino ſe ſurripere credat. *Farin. d. loc. num. 104.*

## ad *L.* Pen.

*SUMMARIUM.*

*Jllvans furem de furto tenetur, de plagio non.*

LIcet plagium cum furto multa habeat communia, is tamen, qvi ope & conſilio juvit furem, de furto qvidem tenetur, ſed non de plagio. *Ant. Matth. d. c. 1. num. 3. ſeqq.*

## ad L. Ult.

*SUMMARIUM.*

*REus hujus Criminis punitur gladio.*

ABolitâ pecuniariâ pœna ſucceſſit damnatio in metallum, ſed per *L. 7. & ult.* conſtituta eſt pœna gladii, qvæ etiam juri Divino conſentanea, *Exod. 21. verſ. 16. & Deuteronom. 24. verſ. 7. Heig. part. 2. q. 32. Carpz. q. 83. num. 89. Ant. Matth. d. tit. 12. c. 2. num. 1.*

# Titulus XVI.
# Ad SCtum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

## Ad L. Accuſatorum, 1. pr.

*SUMMARIA.*

*QVot modis detegatur accuſatorum temeritas. num. 1.*
*Pœna calumniatorum qvænam. 2*
*Qvis habendus ſit pro vero calumniatore 3.*
*Accuſator licet de calumnia etiam poſt abſolutionem & in proceſſu criminali criminaliter reconveniri poſſit, terminus tamen ipſi ſtatuendus ad excuſandam calumniam. 4.*
*Judex pœnam calumniæ ut exprimat, non eſt neceſſe. 5.*
*Magiſtratus pœnam à Collegio Jurid. dictatam in pecuniariam mutare non poteſt. 6.*
*Temeritas litigandi latius patet quam calumnia, nec liberat Juramentum calumnia ab expenſis. 7.*
*Pœna deſiſtentis ab Accuſatione eſt arbitraria. 8.*
*Inſtruens ad calumniam, licet non ex verbis, tamen ex mente hujus SCti punitur. 9.*
*Pronunciatio condemnationis an extingvatur provocationis remedio, 10.*

ACcuſatorum temeritas tribus modis detegitur & punitur. Aut enim 1. calumniantur, 1.
id eſt dolo malo falſa crimina intendunt, aut 2. Prævaricantur, dum vera crimina abſcondunt, & veras probationes diſſimulant, falſas verò rei excuſationes admittunt. §. 6. *h. L.* aut 3. tergiverſantur, i. e. in univerſum ab accuſatione ſine abolitione deſiſtunt. calumniatoribus L. Rhe- 2.
mnia litera K. fronti inurebatur, poſtea pœna talionis exercebatur. *Farin. qv. 16. num. 2 Ant. Matth. tit. 16. cap. 3. n. 1.* Demum extra ordinem puniuntur. *Dn. Manz. in dec. q. 68. n. 8. In* §. 3. dicitur, non 3.
eum ſtatim pro calumniatore habendum, qvi objectum crimen non probat, qvid ſi enim juſto errore ductus ad accuſationem? Qvid ſi à jure jubeatur ulciſci necem? Qvid ſi ipſe accuſatꝰ vel denunciatus cauſam denunciationi dedit? ideoq; hoc à judice diſqvirendum. *hic & l. 15. ff. de jure fiſci. Dn.* 4.
*Mev. p. 3. d. 295. Carp. p. 2. d. 178. n. 15. & ſeq.* qvid ſi delator ſuam delationem juramento confirmaverit; nam tunc etiam à pœna calumniæ & reſtitutione rum

rum & damnorum abſolvendus eſt. *Carpz. d. dec.
184. per totam.* Ut autem calumniator teneatur,
ipſum calumniæ condemnatum eſſe oportet,
qvod non eſt factum, ſi dixerit Judex, non proba-
ſti. *§. 3. & 4. h. l.* Nam poteſt eſſe probabilis er-
ror in accuſatore, cur temerè, ſed non calumnio-
4. sè accuſarit. Ideoq; licet de calumnia accuſato-
ria poſt ſententiam abſolutoriam in uno contextu
fieri poſſit per *L. 1. de calumniat.* & ideò in proceſ-
ſu criminali criminalis reconventio fieri poſſit,
ſcilicet in hoc puncto calumniæ, nihilominus ta-
men accuſatori, anteqvam de calumnia conde-
mnetur, debet ipſi ſtatui terminus ad deducen-
dam cauſam, cur non in calumniam ſit conde-
mnandus. *Farin. qv. 16. num. 39. Clarus §. fin. q. 62.
num. 9. & Dn. Manz. in cent. Deciſ. q. 66. n. 14.* qvæ-
nam autem ſint cauſæ, qvæ vel accuſatorem vel
denunciatorem à præſumta calumniâ excuſent,
vid. *Far. qv. 16. num. 32. & ſeqq. Clarus §. fin. d. q. 62.
5. Manz. qv. 68.* Nec neceſſe eſt, ut judex pœnam ca-
lumniæ exprimat, qvia ſufficit dicere, calumnia-
tus es, licet enim nihil de pœnâ ſubjecerit, legis
tamen poteſtas adverſus eum exercetur; nam fa-
cti qvidem qvæſtio in arbitrio eſt judicantis, ut di-
ſcernat ſcilicet ordinarium ab extraordinario, pri-
vatum à publico, certum ab incerto. *Thabor in
art. 158. Conſt. Carol. n. 7.* Pœnæ verò perſecutio
non ejus voluntati mandatur, ſed Legis Autorita-
ti reſervatur, qvæ verba extollit *Bartol. ad l. 40.
n. 5. ff. ſol. matr. & l. 29. num. 3. de Jure Fiſci. Petr.
Barb. ad lib. 8. §. ſi vir. 48. ff. ſol. matr.* nam poſt-
qvam certum eſſe crimen pronunciavit, ſi illud
ordinariam pœnam meretur ex Lege, eam omni-
nò inferre debet, aut ſi non inferat, certè ea Lege
dicta eſt pœna *Dn. Thabor. d. l. th. 8. & ſeqq* Conſ.
*Carpz. qv. crim. 142. n. 48.* Sed aliud ſi pœna ex-
6. traordinaria. *l. Proſpiciendum. 11. de Pœn.* Ex hâc
Lege etiam id colligitur, non poſſe Magiſtratum
pœnam à Collegio juridico dictatam in pœnam
pecuniariam mutare ſine conſenſu ſuperioris. De
qvo prolixè *Finkelth. obſ. 49 per totam.* Sic nec
calumniæ videtur damnatus, ſi judex dicat, accu-
ſatorem temerè accuſaſſe, qvia inconſultus calor
calumniæ vitio caret, & ob id nullam pœnam ſub-
7. ire oportet *§. 5. h. l.* Unde colligitur, temerita-
tem litigandi latius patere qvam calumniam. *Bla-
rer. in l. diffamari c. 3. num. 40. & quot alleg. Hill.
in Don. lib 24 cap. 3 lit. F. in fin.* Et ideò calu-
8. mniæ juramentum non liberat ab expenſis. *Co-
varr. pract. q. 27. n. 1. & Hill. d. loc.* Si accuſa-
tor ſine abolitione, i. e. criminis vel accuſationis
abolitione ab accuſatione deſiſtat, punitur extra-
ordinariè & pœna infamiæ, hic & *l. 2. C. h. t. Don.
lib. 8. c. 8. lit. O.* Abolitio autem vel à principe
vel à præſide pro Tribunali ſedente, & qvidem ſo-
lo impetrari debebat. *hic & § ſeq.* qvod in *§. 11.* de
ſuſpecti tutoris accuſatione dictum ad perſecu-
tionem criminalem pertinet, *Hill. in Don. l. 3. c. 16.
9. lit. D.* Qvi non qvidem accuſat, ſed dolo accu-
ſatorum ſubmittit, inſtigat, mandat, inſtruit ad
calumniam, pœnam calumniæ incurrit, non qvi-
dem ex verbis SCti, ſed mente *§. pen.* & ita intel-
ligenda *l. 20. ſupr. de his qui notant. infam.* Sed ta-
men ex mente & ſententia SCti, *Ant. Matth. in tr.
de crimine in prolegom. num 10. c. 1. & in lib. 48 ff.
tit. 17. num. 4. Hilliger. in Donell. l. 17. c. 8. lit. X.*

Dicitur in *§. fin.* provocationis remedio ex- 10.
tingvi condemnationis pronunciationem, & ta-
men ſuſpendi dicitur ſententia. *l. 32. §. 3. Cod. de
Appell.* Vulgaris diſtinctio eſt, extingvi qvoad præ-
ſentem ſtatum judicii, ſuſpendi qvoad futurum
eventum, vel ut alii, extingvi ſententiam, ſi appel-
latio fuerit introducta, *Hill. in Don. lib. 28. cap. 4.
lit. A.* Et ex hoc §. probat *Petr. Greg. de Appellat.
l. 8. cap. 5. num. 3.* qvod appellatus poſſit petere,
ut illi ſententiæ qvid addatur vel detrahatur, qvia
tota ſuſpenſa eſt ſententia.

## ad *L.* Qvi deſtiterit. 2.

QVi ſemel reſtitit, ad accuſandum ulterius non admittitur, hic & *l. 4. §. 1. h. t. & l. 3. & 4. C. eod.*

## ad *L.* Et in 3.

*SUMMARIUM.*

*CAlumniatores in privatis delictis, & ab accuſatione etiam deſiſtentes puniuntur arbitrariè.*

IN privatis etiam ab extraordinariis criminibus calumniatores extra ordinem puniuntur. *Far. d. qv. 16 num. 5. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 322. num. 3.* unde Weſenb. *in p. h. t.* colligit, etiam deſiſtentes ab accuſatione in privatis delictis puniri extra ordinem.

## ad L. Ab accuſatione. 6.

*SUMMARIA.*

*QVis videatur deſiſtere ab accuſatione. n. 1.
Denunciatores criminum indiciis notoriis aſſiſtere coguntur, & teſtibus factum probare. 2.*

AB accuſatione deſiſtere videtur, qvi cum ad- 1.
verſario de compoſitione ejus criminis fue-
rit locutus. Nam præſumitur calumnioſè litem
moviſſe, & videtur prodere cauſam publicam hic,
qvi inter tempus debuit probare crimen nec pro-
bavit. *§. 2. h. l.* Denunciatores autem criminum,
qvi notoria indicia produnt, notoriis ſuis aſſiſtere
coguntur, & probationes ſuggerere. *§. 3. h. l. & l. 6.
ff. de cuſtodiis & exhib. reor. Maſcard. concl. 506.
num. 1. ſeq. Farin. qv. 52. num. 172.* Qvod ita in- 2.
telligendum, non qvod crimen ipſum probare,
ſed qvod ipſi viderunt, ſignificare & teſtes nomi-
nare debeant; nam aliàs nimis dura eſſet condi-
tio denonciatorum, & qvilibet à denunciatione
abſtineret. conf. *Clar. §. fin. qv. 7. n. 10. Manz. in
centur. dec. q. 65.* Sanè à præſumtione calumniæ
neceſſitas officii liberat eos. *Farin. qv. 16. num. 52.
& Men. lib. 2. A. Q. caſ. 321. num. 21. Maſcard. d.
d. concl. 506. num. 3. & concl. 253. n. 34. Mev. pag. 1.
dec. 41. num. 3.* Niſi calumnia manifeſta: nam
præſumptio cedit veritati.

ad L.

### ad L. Abolitio. 8. 9. 10.

*SUMMARIA.*

*Abolitio ſit vel publicè vel privatim. n. 1.*
*Fit etiam ex legt accuſatore mortuo. n. 2.*

1. Abolitio ſit vel publicè ob publicam lætitiam, vel privatim accuſatore poſtulante: Illa ſi facta, reus intra 30 dies repeti poteſt, ſi accuſator velit, *L. 10. §. fin. & L. 15. §. fin. h. t.* Hæc ſit ad inſtantiam accuſatoris etiam invito reo, ſi res integra, i. e. ſi reus nondum vincula aut tormenta paſſus eſt, nec manifeſta eſt calumnia, *l. 3. C. de Abolit.* Excepta ab abolitione crimina Perduellionis, proditionis, peculatus, Sacramenti deſerti, cujus cauſa manifeſta, ſcilicet ſpecialius præ cæteris publicum intereſſe.
2. Ex lege ſit etiam Abolitio accuſatore mortuo vel reo. *l. 15. §. 3. h. t* Nam accuſatoris hæres non tenetur continuare accuſationem; nec tamen, ſi accuſator adhuc ſanus ſua ſponte deſtitit, mors impunitatem adfert, *l. 15. §. 4. h. t.* Deinde Abolitio alia eſt generalis alia ſpecialis, quæ certas perſonas concernit. vid. de hac materia *Decianus lib 3. cap. 35. Weſenb. Dn. Hahnius, Dn. Struvius, Zæſius ad h. t. Petrus Greg. lib 32. ſyntagm. cap. 23. Farin. q. 6. & alii.* Circa crimen Robbariæ in tranſactione inita Anno 1617. inter Sereniſſimum Elect. Brandenb. Duces Pomeraniæ & Megapolitanos placuit ne hujus criminis remiſſio aut Adgratiatio fiat his verbis: Es verſprechen J. J. J. J. J. Chur- und F. F. F. F. F. G. G. G. G. G. einander auch feſtiglich/ daß Sie um einiger Interceſſion willen/ ſie rühreten von Königen/ Chur-Fürſten/ Herren/ Communen oder von wem ſie wolten her/ ſo auch nicht einiger qualität halb/ die an dem verhaffteten Räuber verſpüret werden möchte/ einigen Räuber das Leben ſchencken/ Gnade erzeigen oder anders mit ihm gebehren und umgehen wollen/ als wie hierin gemeldet un geſchrieben ſtehet.

# Titulus XVII.

# De Requirendis, vel Abſentibus damnandis.

### Ad L. Divi. 1.

*SUMMARIA.*

*Inauditus condemnari quis non debet. n. 1.*
*Quomodo procedatur, ſi judex aliquem inter reos annotaverit. 2.*

1. Abſens criminoſus cauſa non audita, non debet damnari; de quo vide plura infra *ff. de pœn. l. 5.*
2. Si præſes vel judex aliquem inter reos annotaverit, edicto adeſſe eum jubeat, ut poſſit ſe defendere, requiret etiam Magiſtratum loci ubi degit; poſtea annotantur ejus bona, & ipſe denuo trinundina citatione adeſſe jubetur, qui, ſi intra annum compareat & ſe defendat, abſolvitur ſi innocens, & reſtituuntur ei bona; ſi poſt annum redeat, rediguntur bona in fiſcum, licet innocens reperiatur. *Clar. §. fin. qu. 44. n. 2. Farin. q. 11. n. 2. Klock. vol. 1. conſ. 24. n. 65. & Ant. Matth. tit. 13. n. 2. r. 7.*

### ad L. Anni. 4.

*SUMMARIUM.*

*Defenſio rei non præſcribitur.*

Annus ille à die annotationis computandus, ſed defenſioni rei nullo tempore præſcribitur; ſed ſemper docere poterit reus ſuam innocentiam. *Far. d. loc.*

### ad L. Fin. §. fin.

*Debitores reo profugo nihil debent ſolvere. n. 1.*
*Quinam in Marchia noſtra obſervetur contra profugos proceſſus. 2.*
*Autores famoſorum Libellorum quomodo puniantur. 3.*

Curandum ne quid ei, qui medio tempore profugit à debitoribus ejus ſolvatur, ne per 1.
hoc fuga ejus inſtruatur, & eo fine etiam hodie debet fieri annotatio i. e. inventarium bonorum, ne quid ex bonis ad fugitivum transferatur, per *artic. 206. conſtit. Carol.* hodiè tamen bona ne quidem poſt annum fiſco acquiruntur, ſed reſtituuntur reo aut ejus hæredibus. *Matth. Steph. & Remus ad d. Art. Farin. d. q. 11. num. 3.* conf. *Klock. d. conſ. 24. num 65.* In Marchia noſtra de- 2.
cernuntur quidem citationes generales, ſed ad ſententiam raro aut nunquam proceditur, niſi in crimine Robbariæ. Nam in eo crimine citantur Robbatores, ut crimen barbaricum, barbaro nomine inſigniamus, per Edictum, quod in quatuor Civitatibus proximis ei loco ubi rapina admiſſa, dato ſimul ſalvo conductu, quod ſi non compareat Robbatarius, pro infami à carnifice declaratur, in præcipuis orbis loco ubi patratum crimen, proximè plateis. Deinde ſi feuda habeant, eorum feudorum fructus à Domino feudi vivente Robbatore percipiuntur, ſicut proceſſus hic in dicta tranſactione prolixius Præterea autores famoſorum libellorum vel Paſquillorum, incogniti, præterea autores anonymi ſcriptorum injurioſorum ſolent à carnifice pro Infamibus declarari, & ſcripta flammis declarari, quod utinam cum omnibus ſcriptis injurioſis ita obſervaretur.

# Titulus XVIII.
# De Quæſtionibus.

## Ad L. In criminalibus. 1.

### *SUMMARIA.*

*A Tormentis cur non ſit incipiendum. n. 1.*

*Judex injuſtè torquens tenetur de injuria, interdum & pœna capitali, & torto agenti urpheda non obſtat. 2.*

*Tortura quando adhibenda, & qualia debeant eſſe indicia. 3.*

*Quis inter plures primus debeat torqueri 4.*

*In quem quis invitus teſtimonium dicere non cogitur, in eum non eſt torquendus, niſi crimina ſint graviora 5.*

*Confeſſioni reorum non ſemper credendum. 6.*

*Ad torturam quare non ſtatim ſit proſiliendum. 7.*

*Quandonam tortura in cauſis civilibus locum habeat, ibidemque exemplum. 8.*

*Quæſtionem habiturus generaliter debet interrogare. 9.*

*Cautela Judici circa omnes judicii crimio alis partes obſervanda. 10.*

*Quæſtioni fides quare non ſemper nec tamen nunquam habenda, & quid circa hac obſervandum ſit. 11.*

*An judex ſemel damnatum, ſed poſtea innocentem repertum, irrequiſito reſcripto Principis abſolvere poſſit. 12.*

*Qui ob delictum eſt privatus bonis, poſtea verò innocens repertus, recipere debet omnia bona etiam tertio quæſita. 13.*

1. A Tormentis incipiendum non eſt; nam ideò ſunt inventa, ut veritas, quæ aliter erui non poteſt, inclareſcat, & eſt quaſi cæterarum probationum ſubſidiaria. *Gom z. tom. 3. reſol. c. 13. n. 29. Farin. q. 39. n. 154. Carpz. q. 119. n. 65. & Ant. Matth. d. t. 16. c. 4. n. 2.* & ſi aliter extorqueatur confeſſio, nullius momenti ea eſt, licet in eâ perſeveraverit reus. *Gomez d. c. 13. num. 25. Farin. qu. 37. n. 110. & q. 83. n. 9. Clar. §. fin quæſt. 55. Carpz. pr. crim. q. 123. num. 8. & ſeq. Manzeus ad d. art. 20. Conſt. Carol. n. 21. Dn. Tha-*
2. *bor ad d. art. n. 6. & Zang. in tr. de Tortur. c. 2. n. 9.* Et judex injuſtè torquens tenetur reparare & ſatisfacere de injuriâ, de doloribus, de ſumtibus, de damnis; ſed pœna capitalis in *l. 16. C. h. t.* ſpecialis eſt, pertinens ad eum, qui in contumeliam ordinis Decurionem torſerit. *Dn. Thabor ad d. art. n. 10. & ſeq.* & judex doloſè aliquem torquens & in tormentis enecans, capitali ſupplicio ſubjiciendus. *Carpz. Pr. crim. qu. 127. num. 3.* nec urpheda obſtat agenti torto, quia ut tortura, ita urpheda nulliter à judice exacta. Confer. *Thabor d. l. num. 15.* ut autem omne periculum effugiat judex, poteſt conſilia peritorum requi-
3. rere. Tortura tunc adhibenda, quando ſuſpectus eſt reus, & ſola ferè confeſſio ſervorum deſiderabatur; nam indicia oportet eſſe gravia & concludentia & urgentia. *Farin. qu. 37. n. 3. & 13. Carpzov in Pr. crim. qu. 121. n. 1. & ſeq* Lubrica ergo & incerta Magiæ indicia, ſi his inter inquiſitum exorta, & ſubſequatur alterius damnum. Incertum utique hoc indicium, nam non ſequitur: Ergo damnum alterius culpa ortum; nec omnis comminatio præbet indicium, niſi comminatio reſpiciat veneficium; wann iemand einen andern zu bezaubern bedräuet / und dergleichen erfolget. *art. 44.* Quando plures ſunt tor- 4.
quendi, à ſuſpectiſſimo eſt incipiendum. *§. 2. h. l. Zang. d. tr. c. 4. n. 25. ſeq* Quod ſi pariter ſuſpecti, ab eo, qui doloris impatientior, aut cujus dolor alium ſocium ob affectum magis afficit. *l. 15. ff. quod met. cauſ.* Servi etiam ad eruendam veritatem ſæpius torquebantur. §. 5. & quidem initio ſoli ad eruendam veritatem, ut *Dn. Thabor in tr. de quæſtion.* paſſim tradit, & non tantùm ratione ſuorum delictorum, ſed etiam in alios, ſed non in Dominum, niſi criminibus nonnullis exceptis. *Ant. Matth. d. t. 16. c. 2. n. 3.* ſervus civitatis autem in cives torqueri poteſt addita hac ratione, quòd non ſit civium, ſed civitatis ſervus. *§. 7. h. l.* Teſtis etiam vacillans in criminalibus torqueri poteſt, quando ſcil. vacillat in ipſo capite & ſubſtantia ſceleris. *Farin. qu. 66. n. 114. & qu. 79. num. 7. Zang. d. tr. c. 1. n. 20.* requiritur etiam ut interfuerint negotio. *Carpz. qu. 119. n. 46 ſeq.* Pro regula tamen hic in § 10. 5.
traditur, in quem quis invitus teſtimonium dicere non cogitur, ut in *l. 4. & ſeq. ſupra de Teſtib.* in eum non eſſe torquendum. Ergò nec liberi in parentes, nec uxor in maritum torquenda. Sed excipi ſolent crimina graviora, ut Perduellio, Magia, homicidium, præſertim proditorium & lucri cauſa factum, ubi non poſſunt alii teſtes adhiberi niſi domeſtici, ubi ceſſant ejuſmodi Privilegia. Cætera, quæ de ſervorum tortura hic habentur, parum utilitatis præſtant in foro. Ex 6.
§. 17. autem notandum, confeſſioni reorum credi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. *Zang. c. 5. n. 69.* præſtat dimittere in dubio decem nocentes, quàm unum innocentem, confeſſum tamen, condemnare. Facilis hic lapſus, præſertim in magia & Infanticidiis. Suſpicor ob Magiæ crimen multas concremari innocentes fœminas. Nam ex infirmio- 7.
ribus argumentis ſæpe torturæ ſubjiciuntur, metuendum, ne multæ mortem proferant ulterioribus tormentis, præſertim cùm ſub tormentis interdum pereant. Odioſiſſimum hoc crimen fœderis cum Satana initi, ſed utendum tamen ratione in ejus crimiois vindicta, nec ita ad torturam properandum, multò minus tamdiu in tormentis detinendæ miſeræ fœminæ, donec tandem extorqueatur (proprie hic accepto vocabulo) con-

feſſio

8. [illegible]ſio ex dolorum impatientiâ. Tortura non tantùm in cauſis criminalibus, ſed & civilibus interdum vel pecuniariis cauſis ob publicum intereſſe locum habet, ut in cauſis fraudati cenſus aut vectigalis, per §. 20. h. l. Memini Carpzov. allegare præjudicium torturæ inflictæ ad exprimendam veram quantitatem theſauri reperti,
9. cum perſona eſſet ſuſpecta. Qui quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius, Titius fecerit? ſed generaliter, quis fecerit? alterum enim magis ſuggerentis, quàm quærentis eſſe videtur. §. 21. h. l. quod maximè intelligendum, ſi ſervus vel teſtis ſuper aliorum [illegible] vel criminoſus ſuper ſociis interroge[illegible] Farin. qu. 79. n. 78. & qu. 83. n. 4. Anth. Matth. d. tit. 16. cap. 4. n. 10. præcipuè huc in inquiſitione generali, ubi author criminis igno-
10. ratur, obſervandum. Ant. Matth. d. loc. Imò in omnibus judicii criminalis partibus caveat judex a ſuggeſtionibus, ne ſuggerat reo circumſtantiam aliquam, ſed potius curet, ut circumſtantia a reo ipſo exprimatur; ita enim tranquillior erit in conſcientiâ ſuâ judex, niſi forte [illegible] co præfractus, ut omnia neget, tunc enim [illegible] vel altera circumſtantia exprimenda, ut [illegible] reus convincatur. De ſuggeſtionibus [illegible] plura in Tractatu Inquiſitorio cap. 8.
11. [illegible]br. 1. num 38. & ſeqq. Quæſtioni fides non [illegible]per, nec tamen nunquam habenda; nam [illegible]gilis eſt res & periculoſa, & quæ veritatem [illegible]lat; nam plerique patientia ſeu duritia tor[illegible] contemnunt, ut veritas eis exprimi [illegible] poſſit, ita ſi, ut non tantum de ſe, ſed & de [illegible] confitentur: ideoque circumſtantiæ omnes, quas confeſſus eſt reus, diligenter perquirendæ. art. 54. Conſt. Crim. & poſt unum vel alterum [illegible]m interrogandus reus, an in confeſſione per[illegible]ſtat. art. 56. Conſtit. Crim. Clarus. §. fin. q. 64. n. 40. Anth. Matth. d. c. 4. n. 11. Etiam condemnato reo ex propria ipſius confeſſione, tamen de innocentia ejus quærendum eſt; & audiendi teſtes ſuper innocentia rei, ne quis innocens puniatur,
12. [illegible] ſine culpa. 23. & ibi P. Peckius n. 5. Gail. 1. de P. c. 18. n. 6. In §. fin. dicitur, Præſidem eum, quem ob crimen condemnaverat, ſi poſtea innocens reperiatur, reſtituere non poſſe, ſed ſcribendum eſſe ad Principem, & ipſius innocentiam ſignificandam, quod fortè hodiè, ubi criminalis juriſdictio in feudum concedi ſolet, vix obtinet; ſed putarem quemlibet judicem hodiè abſolvere poſſe ſemel damnatum innocentem repertum, licet diſſentire videatur Carpzov. in pract. crim. qu. 61. num. 66. & ſeq. quod in eo caſu, quando quid dubii ſubeſt, ſuaſerim, imò præſtaret fortè ſemper hac de re ferre ad Principem, aut
13. conſilium requirere à Collegio juridico. Colligitur etiam ex hoc §. 27 ſeu ultimo, ſi quis privatur bonis ob delictum, poſtea tamen reperiatur innocens, quod tunc reſtitui ei debeant omnia bona, etiam tertio interim quæſita, quia eſt reſtitutio non gratiæ, ſed juſtitiæ. Menoch. conſ. 103. num. 51.

## ad L. Si quis viduam. 5.

*SUMMARIA.*

*Pœna committentis ſtuprum conjunctum cum inceſtu n. 1.*

*Servi in hoc crimine etiam in dominos torquendi. 2.*

Quando quis ſtuprum vel adulterium committit cum cognata ſua, quam uxorem ducere nequit, quia duplex crimen committit, & ſtupro vel adulterio inceſtum adjungit, ideò deportandus eſt. Hodiè ſolum adulterium, nedum cum inceſtu conjunctum, capitale eſt, maximè ex parte adulteri, L. Quamvis 30. C. de adult. Et in hoc crimine etiam ſervi in Domi- 1.
nos torquendi, quod alias fieri non poteſt, quod tum ob ſceleris atrocitatem, partim ob reſtium præterquam domeſticorum defectum conſtitutum eſt. 2.

## ad L. Quæſtione. 7.

*SUMMARIUM.*

*Quænam perſonæ non ſint torquendæ.*

Ita quæſtionem habere oportet, ut reus ſalvus ſit, vel innocentiæ vel ſupplicio, & ideò valetudinarii infirmi non torquendi. Gomez. d. cap. 13. n. 4. Farinac. q. 41. num. 104. Gravidæ etiam non terrendæ Carpz. qu. 118. n. 34. Eadem ratio ſenum in extrema ætate conſtitutorum. Farin. qu. 41. num. 24. Nec torquenda puerpera in 6. prioribus ſeptimanis. Et cum cautela magna exequenda tortura in fœminâ lactante infantem. Vide quæ ſcripſi in tract. Inquiſitorio cap. 8. membr. 5. n. 27. & ſeqq. Parcì ſolet Epilepticis & ſimilibus.

## ad L. Edictum. 8.

*SUMMARIA.*

*Tortura in gravioribus delictis tantum adhibenda. n. 1.*

*Quænam dicantur crimina graviora. 2.*

*An cognoſcens de cauſis civilibus poſſit quæſtionem, ſi ea requiratur, inſtituere, an verò debeat reum ad juriſdictionem criminalem mittere. 3.*

Tortura in delictis gravioribus tantum locum habet. Carpz. qu. 119. & Ricc. collect. deciſ. 730. 1.
Crimina graviora ſunt, ubi pœna eſt ſupplicium capitale aut eſſe debebat, ut in adulterio, non verò ubi pœna eſt levior, ut Carpz. pr. crim. qu. 119. n. 7. quam definitionem nimis generalem dicit Thabor de quæſt. c. 4. Ex qua lege Dn. Thabor de quæſt. c. 3. n. 7. & ſeqq. probat, Quæſtionem ad juriſdictionem criminalem pertinere, & licet Quæſtio haberi interdum poſſit in gravi civili cauſa, judicem tamen, qui tantum de civilibus cauſis cognoſcit, debere remittere reum ad eum, qui juriſdictionem criminalem habet. Sed in hac ſpecie, ſi Quæſtio in civile judicium incidat, dubitari poſſed, cum acceſſoria non ſint ſeparanda à principali cauſa. Confer. Carpz. pract. crim. 117. n. 23. cujus tamen reſponſio non ſatisfacit; quale maleficium com- 2. 3.

commiſit ſervus in cauſa civili gravi ad teſtimonium vocatus? Vacillario teſtis [illegible] male [illegible]cium tormentis dignum? nec ob vacill[illegible] [illegible] torquetur teſtis, ſed ut veritas eruatur. Quicquid ſit, ſi in civili cauſa dictaretur à judice vel collegio juridico tortura teſti vacillanti, aut etiam reo in cauſa theſauri reperti, ſvaderem, ut judex civilis requirat conſenſum ſuperioris.

## ad L. Divus. 9. princ.

*SUMMARIA.*

*IN rebus pecuniariis quæſtio de ſervis facilè habenda non eſt. n. 1.*

*Quid ad torturam judicendam requiratur. 2.*

1. NOn facilè in re pecuniariâ de ſervis quæſtio habenda eſt, niſi aliter veritas haberi non poſſit. *Ricc. collect. deciſ 2069.* Alias nequaquam in crimine, quod civiliter perſeq[illegible]ntur, locum habet. *Farin. qu. 42. n. 3. Carpz. d. qu. 119. n 7. & ſ[illegible] Ant. Matth d tit. 16. c[illegible]. num.* [illegible] Ergò ut tor-
2. tura indici poſſit, requiritur, ut delictum ordinariam habeat pœnam corporis afflictivam. *Marz. ad Art. Carol. 6. num. 28. & in centur. dec. q 88. n. 18. & Farin qu. 38. n 6. & ſeqq. Carpzov. qu. 119.* (2. [illegible]t nulla ratione aliter veritas explorari poſſit, ut ex hoc textu etiam probant Dd. Deinde neceſſe eſt, ut conſtet de corpore delicti, in occultis quidem per vali[illegible]us præſumptiones.

## ad L. De minore. 10.

*SUMMARIA.*

*AN de minore 14. annis haberi poſſit quæſtio. n. 1.*

*Veritas ſæpè eruitur ex geſtibus, imo etiam ex fama. 2.*

1. DE minore 14. annis quæſtio haberi non debet, licet terreri poſſit, *l. 1. § 33. ſupr. ad SC. Syllan. Carpz. qu. 118. n. 10. & ſeq. Dn. Thabor. de quæſtion. c. 5. num. 27* Excipitur tamen cauſa criminis Majeſtatis, interim tamen nec illi ætati plene creditur, *l. 15. §. h. t.* Quod ergò hic dicitur abſolute, id in *d. 15. §. 1.* ad certam facti ſpeciem accommodatur. *Dn. Thabor. d. l. th. 25. & ſeq.*
2. Sæpe ex geſtibus reſpondentis, quanta conſtantia quis aliquid dicat, vel qua trepidatione, e[illegible]itur veritas, ſæpe etiam ex fama, qua quis in exiſtimatione ſit § 5. *l. 10.* Ex priore parte colligi ſolet, teſtem non poſſe juramentum præſtare per procuratorem. *Lud. Rom. plures allegans ſingulari 8.* item judicem ipſum non facilè debere delegare [illegible]is examen rei vel teſtium &c. Ex altero membro poteſt colligi, quid fama poſſit in dictanda tortura, modò e[illegible] habeat juſtas qualitates, & ſit al[illegible]is indiciis ſuffulta. vid. *Marqu. Freber. de fama l. 1. c. 14. & Dn. Thabor. de Tortura ad art. 25. §. 18.* Fama autem ſæpe irrationabilis.

## ad L. Ex libro homine. 15.

*SUMMARIUM.*

*LIber homo, in teſtimonio dicendo varians vel vacillans, leviori torturæ omnino poteſt ſubjici.*

LIber homo ſi in dicendo teſtimonium [illegible] vacillet, non eſt torturæ ſubjiciendus, [illegible] à contrario ſenſu colligitur. Ergo ſi vac[illegible] poterit torqueri; idem ſi varie[illegible]. na[illegible] licet [illegible] diſtincta, tamen idem eſt variationis, quando q[illegible] [illegible]mina dicit, & vacillationis, qu[illegible] qui [illegible] ter reſpondet, effectus. C[illegible] judex [illegible] per tali teſtimonio nullam ſententiam n[illegible] pro innocentia rei nec pro ejus condemnatione ferre poſſit, & tamen alterutrum d[illegible] tegi Reipubl. maxi[illegible] in criminalibus interſit, [illegible] [illegible] varium teſtem ad [illegible] ſciendam veritatem compell[illegible] poſſe per leviorem torturam. *Farin. q.* [illegible] *n. 6. & ſeqq. Co[illegible]hm. vol. 2. conſ. 90 n. 5.* [illegible] ne[illegible] eſt, ut tel[illegible] [illegible] erit actui. *l. 1[illegible] [illegible] h t* [illegible] *16 ff. de Teſtib.* quæ de p[illegible] ien[illegible] lo[illegible] [illegible]te lo[illegible]ur

## ad L. Repeti. & l. unius. 18. §. 1.

*SUMMARIA.*

*TOrtura an, quomodo* [illegible] *ue* [illegible] *poſſit* [illegible] *p.* [illegible] *n*

*Reus poſt tertiam torturam iterum ne[illegible]* [illegible] *an abſolvendus. 2.*

*Quibus caſibus iterari poſſit tortura.* [illegible]

*Sponte de [illegible] confeſſus in aliorum caput torqueri non debet. 4.*

TOrtura repeti poteſt, [illegible] eiſdem toribus [illegible] nientis [illegible]rgeatur, *hic & l. 18. §. 1. Car[illegible]* [illegible] *5. n. 5[illegible]. Zang. de Tortur. c. 5. n. 11.* quod de [illegible] tinua repetitione intelligo. A[illegible] repetitionem verò torturæ nova indicia requiruntur. *l. 18. § h. t. Clarus §. fin. q. 64. num. 46.* [illegible]*ar[illegible] q. 38 n. 88. Carpz pract. crim. qu. 125. Zan[illegible]* [illegible] *5. n 14.* & quæ trad[illegible] in *Proceſſu crim. c. 8. mem[illegible]r. 6. num. 91* quand[illegible] [illegible]tem confeſſio d[illegible] [illegible]n & poſt tor[illegible] ram facta, & reus revocat confeſſionem, tunc repetitio fieri poteſt, per *art. 5[illegible] conſt Caro[illegible] Clar. § fin q. 21. n.* [illegible]. *Carpz. q 126.* & quæ notavi *d. c. 8. m. 6. num.* [illegible] *& ſeq.* & præterea *Berlich. p. 1. dec. 6[illegible].* Ubi cum [illegible] [illegible]adit per tertiam torturam reum, ſi iterum neget, potius abſolvendum eſt, cum ab [illegible]finito natura & jurisprudentia abhorreat, niſi bene quis convictus & in tertia revocatione mendacia deprehendantur; tunc enim pœnam ordinariam decerni poſſe exemplo probat *Berlich.* quod ſuo loco relin[illegible]uo & ea de re dubito. Si etiam primò leviter tortus eſſet, non quidem cauſa cognita ex præſcripto Collegii, ſed per imprudentiam judicis, tunc iterari poteſt tortura, *Theſaur. lib. 3. qu. 10.* ubi addit hunc caſum & declarat, ſi quædam interrogatoria neceſſaria ex imprudentia judicis omiſſa. Tunc etiam iterari poſſe puto torturam, quando reus ſub initium torturæ ſtatim fatetur, ſed poſt triduum non v[illegible]l[illegible] con[illegible]rmare confeſſionem, ſed eam revocat ut factum memini. Nam ne hac cautela eludatur juſtitia, poterit repeti tortura, ut judicatum memini. Qui 4.
de ſe confeſſus, in caput aliorum torqueri non debet, *hic & l. ult. C. de Accuſ.* quod de ſpontanea

tanea confeſſiooe, ut ſupra dictum, intelligit *Ant. Matth. r. 16. c. 3. num. 15.* conſ. *Dn. Thabor. de quaſt. c. 5. n. 50. p. 90.*

## ad L. Unius. 18.

*SUMMARIA.*

*IN torturis à timidioribus & imbecillioribus faciendum initium. n. 1.*

*Torqueri poteſt teſtis, qui actui interfuit, & in circumſtantiis principaliter negotium concernentibus vacillat, alias non. 2.*

*Reo dandus eſt terminus ad ſe defendendum, nec non indicia ipſi communicanda ante torturam. 3.*

1. QUando plures ſunt torquendi, ab eo initium faciendum, qui eſt timidior & teneræ ætatis, v. g. à fœmina & filio. *Zang. c. 4. n. 27. Carpz.*
2. *qu. 124. num. 16. & ſeq* Teſtis vacillans, qui actui interſuit, torqueri poteſt, non alius, quia nihil probaret, conſ. *Thabor. de quaſtion. c. 5. num. 21. Farin. q. 39. n. 20.* Hinc puto, licet teſtis vacillet in circumſtantia loci vel temporis, & circumſtantiæ hæ non concernant principaliter negotium, quod tunc etiam vacillans teſtis torqueri non
3. poſſit. Judex debet dare reo terminum ad ſe defendendum, licet ſine termino etiam fieri poſſit defenſio, communicanda etiam indicia, an ea poſſit refutare, *§. pen. h. l. Far. qu 34. per tot. Zang. c. 3. Ant. Matth. d. t. c. 4. n. 3.* quod debeat fieri ante torturæ executionem, ut dixi in *Proceſſu Inquiſitorio. c. 8. memb. 4. num. 12. & membr. 5. n. 19.* Ex verbis (poſtulanti reo) non debet colligi, quaſi non niſi poſtulans reus ad defenſionem admittendus, quia ea verba per modum cauſæ impulſivæ inſerta, quo caſu argumentum à contrario ſenſu non concludit. *Zang. c. 3. num. 13.*

## ad L. Maritus. 20. & ſeq.

*SUMMARIA.*

*CAſus. ubi dicitur, quod unicus teſtis non ſufficiat ad quæſtionem accuſati habendam. n. 1.*

*Confeſſio facta per torturam ſine indiciis ad condemnationem non ſufficit. 2.*

SUrus reus de depoſita pecunia conventus negans ſe illam accepiſſe, cùm unus teſtis contra eum produceretur, & ancilla ad quæſtionem offerretur, dixerat Junius 1. hominis teſtimonium non debere admitti. 2. nec à quæſtionibus incipiendum eſſe. Procurator Cæſaris quæſtione de ancillâ habita condemnat Surum, hic appellat ad Imperatorem, qui abſolvit, in l. *ſeq.* dicens, neminem ſine indiciis gravibus, & ubi ferè ſola confeſſio deſideretur, ad torturam condemnandum eſſe, ita, ut *L. ſeq.* non de condemnatione ad tormenta quaſi ad pœnam, ut *Godofr. ad d. l. pen. 21. h. t.* ſed de non habendâ quæſtione citra graviſſimas cauſas intelligatur. Hæc rectè *Dn. Thabor in tr. de quaſtion. c. 2. n. 9. & ſeq.* Teſtis, qui non debet examinari propter reverentiam, ſi examinetur, vel torqueatur, non facit indicium, nec probationem, & confeſſio ſine indiciis facta per torturam non ſufficit ad condemnationem. *Roman. ſingul. 132.* 1. 2.

## ad *L.* Fin.

*SUMMARIUM.*

*IN cuſtodiam receptus ſine accuſatoribus, non ſtatim torquendus.*

QUi in cuſtodiam ſine accuſatoribus ſunt recepti, non ſunt torquendi, niſi gravioribus indiciis urgeantur. Mevius hanc L. intelligit de eo, qui ex inquiſitione vel officialibus nunciantibus, vel in tumultu deprehenſus in cuſtodiam venit non ſtatim torturæ eſt ſubjiciendus. Nam alia indicia ad cuſtodiam ſufficiunt, alia ad torturam, alia & longè graviora, ut *Dn. Thabor. c. 5. de quaſt. num. 31.* quod etiam videtur innuere *Joh. Aloys. Riccius collect. dec. 133. in pr.* ubi dicit, nullibi melius ſedere materiam indiciorum; & de indiciis notabilia ex aliis adducit. De materia indiciorum videantur *Farin. Carpzov.* ſuis locis fuſius, & quæ tradidi in *tract. Inquiſit. cap. 8. memb. 5. per tot.*

# TITULUS XIX. De Pœnis.

## ad L. Quotiens. 1.

*SUMMARIA.*

*IN pœnis irrogandis tempus delicti attendendum, non ſententiæ. n. 1.*

*Tempus delicti quomodo ſpectetur. 2.*

1. QUando pœna eſt irroganda, tempus delicti attendendum eſt, non verò ſententiæ, licet interim rei ſtatus ſit mutatus. *Ant. Fab. lib. 3. C. tit. de Juriſdict. omn. judic. def. 14. Vinc. de Franch. decif. 209. Ricc. collect. decif.*
2. *124.* Ergò tempus delicti ſpectatur, quatenus opponitur tempori ſententiæ latæ, ſed quando opponitur tempori judicii accepti, tunc non illud ſcilicet delicti, ſed judicii accepti attendendum, per *l. pen. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. & ibi Bachov. in Protis. Cujac. l. 11. obſ. 22.*

## ad L. Prægnantis. 3.

*SUMMARIA.*

*PRægnans mulier ſupplicio affici neutiquam debet. n. 1.*

*Nec ante 40. dies poſt partum. 2.*

PRægnantis mulieris damnatæ ſupplicium differendum, quod ſua luce patet; & ideò, ubicunque minima ſuſpicio prægnantis uteri, debebant Judices & Notarii hac de re inquirere, quamvis ſciam Fœminam aliquam finxiſſe uterum. Prægnans etiam torqueri non poteſt, quod extenſum ad territionem. *Clarus. §. 64, num. 23. &* 1. 2.

(2.) ad 40. dies poſt partum, per tradita *Dn. Thaboris de quæſtion. c 5. n. 30.* ubi dicit, hoc ex benignitate inductum; poſſet tamen fœmina intra ſex ſeptimanas torqueri, ſi periculum in morâ, data interim alia infanti nutrice. Et ſic de periculo moræ accipio dicta à *Carpzov. q. 118. n. 61. & Dn. Thabore d. 1.* Malè autem *Marcus de Mantua ſing. 10. n. 16. in fin.* excipit à legis obſervantia fœminam bannitam.

## ad L. Relegati. 4.

### SUMMARIA.

*Relegatus quotieſcunque redit, pœnam duriorem perſentiſcere debet. n. 1.*
*Contra juratam fidem redeunti amputantur digiti. 2.*
*Intellectus verborum, quibus dicitur, neminem præter Imperatorem poſſe exuli dare commeatum remeatumve. 3.*
*Salvus conductus ab omni poteſt dari judice. 4.*
*Quotuplex ſit. 5.*
*Salva Gvardia à ſolo datur Imperatore. 6.*

1. Relegatus ad tempus ſi redeat, in perpetuum relegetur; ſi hic redeat, in inſulam relegatur; ſi in inſulam relegatus redeat, deportatur, ſi deportatus redeat, capite plectitur, & ſic ſemper pœna augetur, de quo *Rec. Deciſ. collect. 1631.*
2. Sed per *Conſt. Carol.* qui contra juratam fidem redit, prioribus articulis digitorum mulctatur. *Art. 108. conſt. Carol. Carpz. p. 4. conſt. 48. def. 3.*
3. Quod in fine hic dicitur, neminem poſſe, commeatum & remeatum (i. e. einen Paß) dare exuli, niſi Imperatorem ex aliquâ causâ, non de ſalvo conductu, ſed de gratioſâ reſtitutione intelligendum eſſe, monet *Carpz. q. 112 n. 22. & ſeq.* quam
4. explicationem etiam juvat vox exulis. Nam ſalvus conductus dari poteſt ab omni judice, quia non ultima pars adminiſtrationis juſtitiæ eſt, ut partibus ſecurus concedatur aditus, & ſi negetur, datur Appellatio; vel ſi differatur, de denegatâ aut protracta juſtitia coram ſuperiori conqueri
5. poteſt *Dn. Mev. p. 4. dec. 211.* Et eſt duplex, generalis & ſpecialis. In illo ſecuritas datur in diebus juridicis, & quidem ut accedat & recedat ſecurè. Sed ſpecialis dat omnimodam ſecuritatem, ſi cautio præſtita, de quo *Carpz. lib. 2. Reſp. 85. & ſeq.* eaque poſſibilis & juratoria. *Dn.*
6. *Mev. p. 1. dec. 4.* Sed aliud Salva Gvardia, quam ſolus Imperator dat vel Princeps damnatis, de quo hic *Dn Mev. p. 3. dec. 169.* Et ad concedendum ſalvum conductum aliqua cauſæ cognitio requiritur & informatio, *Dn. Mev. p. 5. dec. 131.* maximè ubi præſens petit, aut cujus apprehendendi ſpes eſt.

## ad L. Abſentem. 5.

### SUMMARIA.

*Criminoſus abſens non debet condemnari, nec contra illum teſtes examinandi. n. 1.*
*Ratio hujus rei. 2.*
*In reos contumaciter abſens gravior pœna ferenda non eſt. 3.*
*In criminibus levioribus abſentem à Judice illius loci ubi delictum commiſſum, non poſſe citari, defendit Carpzovius. 4.*
*Reſpondetur ad ipſius argumenta. 5.*
*Quid hodiè obtineat in Imperio & alibi. 6.*

Abſens criminoſus non debet condemnari, 1.
quia ſatius eſt, impunitum relinqui facinus, quàm innocentem damnare. Huic ſimile eſt, quod in criminalibus non liceat contra abſentem examen teſtium inſtituere ob perpetuam rei memoriam, argumento ducto ex *C quoniam frequenter. in pr. ibi: cum civiliter eſt agendum, ut lit. non conteſt. Clarus d. qu. 44. pr. Farin. q. 76.*
*num. 113. & quos refert Carpz. dec. 41. n. 5.* Et ra- 2.
tiones hujus rei examinat, ſed vera ratio eadem, quæ in hac lege; nam liquidiſſimæ hic probationes requiruntur, & facilè abſenti reo in tali examine præjudicaretur. Si autem præſens eſt, ſtatim eſt conveniendus, ob utilitatem publicam. Sed triplicem *d. l.* limitationem vel exceptionem proponit *Carpz.* 1. ſi pro defenſione rei. 2. ſi civiliter agatur. 3. Si judex de inquirendo agat, ubi tamen jura ſemper reſervanda integra. Sed ut ad legem hanc redeam ſi con- 3.
tumaciter abſit reus, poteſt abſens condemnari ad relegationem & pœnam mitiorem, gravior enim pœna in contumacia ferenda non eſt. *Clar. § fin. qu. 44 num. 2. Farin. qu. 11. num. 1. Gail. de Arreſt. Imp. cap. 1. n. 5. Wiſſ. diſp. 38. th. 31. Beſold. conſil. 64. num. 13. & 22. Anth. Matth. t. 18. num. 8.*
Sed quæritur, annon in levioribus criminibus, 4.
v. gr. injuriarum, abſens à judice, ubi ſunt evomitæ injuriæ, injurians poſſit citari, vel in puncto ſtupri? *Carpz.* reſp. negativè *P. 2. dec. 191. n. 13.* ob duplicem rationem (1.) quia Proceſſus Banni Saxonicus in levioribus delictis locum non habet. (2.) Sicut contrahens alicubi non poteſt citari, niſi ibi reperiatur, *l. 19. de judic.* ita & delinquens. Quod limitat, niſi judex domicilii ſponte remittat. Sed puto in jure communi per expreſſum hunc textum ſtupratorem, injuriantem &c. citari poſſe, ſive per ſubſidium ſive per
Edictum. Sed non video in argumentis illis ro- 5.
bur; nam nulla eſt conſequentia: Non datur hoc caſu Bannum Saxonicum, Ergò ceſſat etiam remedium juris communis hujus leg. 5; nec ſemper concluditur benè à contrahente ad delinquentem, ut quod in favorem contrahentis ſtatutum, etiam ad favorem delinquentis ſit extendendum, qui non favore, ſed odio dignus. Ergò, ſi quis in judicio hoc injurioſum ſcripſum exhibuerit, & abſens transmiſerit, eum citandum eſſe per ſubſidium; vel ſi judex nolit remittere, eum per Edictum citandum eſſe, puto ex hac lege, quia tan-
tum de pecuniaria pœna agitur. Sed hodiè paſ- 6.
ſim locorum conſvetudo invaluit, ut etiam in graviſſimis delictis contra abſentem procedatur, ut de Italia conſtat. *Clarus §. fin. qu. 44. Farin. qu. 11. n. 3.* de Banno etiam Saxonico conſtat. Et in Germa-

Germania abſentes aliquot locis in bannum condemnari in die Mordacht / teſtatur *Art. 155. conſt. Carol. Sichard. in l. 1. n. 14. C. quomodo & quando jud. Klock vol. 3. conſ. 220. num. 25.* Ubi tamen *n. 26.* excipit minorennes abſentes eum *Farin. d. q. 11. n. 26. & 30.* In noſtro Electoratu & Pomerania & Megapolenſium Ducatu approbatus eſt proceſſus banni in caſu latrocinii ex peculiari inter Principes conventione, de qua ſupra.

## ad L. Si quis forte. 7. (aliis. 6.) §. 1.

*SUMMARIUM.*

*Dominus ſubditos conſueta ſervitia denegantes punire poteſt.*

PRoconſul ſuos miniſtros ipſe punire poteſt, ſi quid deliquerint in Proconſulem, nec tenetur ſucceſſori eos puniendos relinquere. Unde colligitur, poſſe Dominum jurisdictionem habentem ſuos ſubditos, ſervitia conſueta denegantes, punire & coercere. *Borcholt. conſ. 9. qu. 1. per tot. & Berlich. p. 1. dec. 65. n. 2. Gail. 1. obſ. 17. n. 8. Dn. Pruckm. vol 1. conſ. 11. n. 45.*

## ad L. Aut damnum. 8.

*SUMMARIA.*

*Judex pœnas lege dictatas, in inſolitas mutare non debet. n. 1.*

*Electio pœnæ reo concedenda non eſt. 2.*

*Nec verberibus quis enecandus. 3.*

*In opus publicum damnatus fugiens duplicato debet condemnari tempore. 4.*

*Jure Can. & Conſuetud. carcer etiam eſt pœna. 5.*

1\. JUdex non debet imponere pœnas inſolitas, ſed ſed eas tantùm, quas lex imponit, *§. 1. h. l.* ſic ſpecialiter prohibitum, ne quis ſecuri vel telo perimatur; & allegatur hic exemplum Caracallæ, cùm audiviſſet Papinianum ſecuri peremtum, dicentis, gladio te exequi oportuit juſſum meum: item prohibitum ad mortem cædere, vel veneno interimere, vel inediâ. *l. 20. ff. de interd. & releg.* item de ſaxo præcipitare prohibitum. *l. 25. §. 1. h. l. Anton. Matth. t. 18. cap. 1. num. 3.*
2\. Prohibitum etiam eſt pœnæ electionem reo concedere, cùm non ſit Dominus membrorum ſuo-
3\. rum. *Menoch. l. 1. A. Q. qu. 87.* Nec permiſſum eſt aliquem condemnare, ut virgis vel verberibus, vel tormentis enecetur, per *§ 3. h. t.* Poteſt tamen aliquis condemnari ad opus etiam in alienâ provinciâ expediendum, ſi id opus in hac exerceri non poſſit, ut ad opus, metalli, quod in omnibus Provinciis non habetur. *§. 4. h. l.* ſic condemnari ſolent nobiliores homicidæ, quando ex certis circumſtantiis remittitur pœna ordinaria, ut Hungaria in certo caſtello limitaneo
4\. contra Turcas militent. Quando quis ad certum tempus in opus publicum damnatus fugit, duplicato tempore condemnari ſolet, *§. 7. h. l.* ſed duplicari debet id tempus, quod, cùm fugeret, ſupereſſet.
5\. E *§. 9.* notetur, carcer pœna eſſe non debet, ſed cuſtodia ſed hoc ſecùs jure Canonico & conſvetudinario. *Gail. 1. de P. P. cap. 1. n. 33.*

## ad L. Perſpiciendum. 11.

*SUMMARIA.*

*Judicis officium in decidendis cauſis. n. 1.*

*Furta domeſtica quomodo punienda in famulis & uxoribus liberisq́; 2.*

*Delicta, quæ conſilio perpetrantur, gravius punienda, quam quæ caſu fiunt. 3.*

PErſpiciendum judici, ne quid aut durius aut 1.
remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit, nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, prout quæque res poſtulat, ſtatuendum eſt, & in levioribus delictis proniores ad lenitatem eſſe debemus, in gravioribus ſeveritatis cum aliqua benignitate temperanda eſt. Unde limitanda eſt *l. pen. h. t.* ubi dicitur, pœnas interpretatione eſſe molliendas. & *l. 155. §. pen. d. R. J.* unde colligit, etiam in pœnalibus extenſionem fieri poſſe, & falſam eſſe ſententiam eorum, qui dicunt, in criminalibus ſemper mitiorem, licet ſingularem, viam ſequendam eſſe, *Ant. Matth. d. t. 18. c. 4. num. 4.* Furta 2.
domeſtica, quæ viliora ſunt, publicè non vindicantur. *§. 1. h. l. Carpz. qu. 82. Anth Matth. lib. 47. ff. tit. 1. n. 3. c. 3. Chriſtin. ad ſtat. Mechlin. tit 2. art. 1. n. 6.* Sed quæ graviora ſunt, ſolent pœna eadem, qua alii fures, affici. *Carpz. d. qu. 82. n. 55. Clarus § furtum. n. 22. & quos d. n. 55. allegat. Carpzov.* Utique gravius peccat domeſticus fidem frangens. vid. *Ant. Matth. d. l.* Sed id ad famulos pertinet. In uxore & liberis conjunctio ſuaviſſima vindictam publicam excludit: parum ſupplicii ſatis eſt patri; quæ vox Chriſtianiſſima excidit Comico.
Delinquitur vel propoſito, ut à latronibus; vel Im- 3.
petu, ut ab ebriis vel iratis; vel caſu, i. e. ex inopinato affectu. Gravius autem punienda quæ ex propoſito fiunt. *Carpzov. qu. 142. num. 25. ſeq. Ant. Matth. tit. 18. c. 4. n. 8.* & ad caſum quodammodo poteſt referri, quando quis ideo non intravit conclave, ut furaretur, ſed forte repertas res impetu potius quam conſilio arripit. *Berlich. parte 5. concl. 44. n. 40. Dn. Thabor.* in conſilio ſuo criminali, expoſitioni articuli 164. ſubjecto.

## ad L. Hodiè. 13.

*SUMMARIA.*

*Pœna ordinaria hodie à judice in mitiorem converti poſſunt. n. 1.*

*Maleficia innumeris circumſtantiis variant. 2.*

HOdie licet ei, qui extra ordinem de crimini- 1.
bus cognoſcit, ſententiam ferre vel graviorem vel leviorem, ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat. Unde colligitur, ob cauſam rationabilem pœnam ordinariam à judice in mitiorem pœnam mutari poſſe, & pœnas hodie eſſe in arbitrio judicis. *Farin. quaſt. 17. n. 7. Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 9. n. 22. & Carpz. d. quaſt. 142. n. 22. ſeq.* Non enim Stoici ſunt JCti, qui omnia delicta paria dixere. Et innumera ſunt, quæ ma- 2.
leficium vel elevare vel exaggerare poſſunt, undè

factum, ut tandem etiam publica crimina extra ordinem vindicari cœperint. *Ant. Matth. ad l. 47. in proleg. cap. 4. num. 10.*

## ad L. Aut facta. 16.

### *SUMMARIUM.*

*QVænam in puniendis delictis conſideranda ſint circumſtantiæ.*

AUt facta puniuntur aut dicta, aut convitia, & infidæ advocationes, aut ſcripta, ut falſi, aut famoſi libelli, aut conſilia, ut conjurationes & ſimilia; & in his omnibus ſunt circumſtantiæ conſiderandæ, 1. Cauſa. 2. Perſona ejus, quæ fecit, & contra quam facit. 3. Locus; nam ex loco non tantum ſumitur delicti qualitas, ut in §. 4. *h.* legis, ſed & delicti præſumptio, per *l. 21. §. 11. ff. de Arbitris. Zang de Tort. c. 2. n. 83. Dn Thabor de Tortur. ad art. 25 §. 20.* 4. Tempus. 5 Qualitas. 6. Quantitas. 7. Eventus. vid. *Weſenb. in π. h. t. n. 8.*

## ad L. Sunt quidem, 17.

### *SUMMARIUM.*

*IN ſervis pœnæ & in opus publicum damnatis quid obſervandum.*

SErvi pœnæ ſunt, qui in metallum damnati, & ſi quid eis legatum pro non ſcripto habetur, quia nullum Dominum habent, hic & *l. 3. pr. ff. de his, quæ pro non ſcript. hab. Donell. lib. 9. c. 26. lit. H.* In opus publicum autem perpetuo damnatis & deportatis interdictum eſt omne commercium, & acquiſitio civilis. *Donell. lib. 9. c. 5. & quos citat ibi Hilleg. lit. R.*

## ad L. Cogitationi. 18.

COgitationis pœnam nemo patitur, quamdiu in terminis cogitationis quis manet, nec ad actum externum progreditur. *Ant. Matth. in prolegom. crim. tract. c. 1. num. 5. 6. Aug. Barb. lib. 3. c. 26. ax. unic.*

## ad L. Si non. 19.

### *SUMMARIA.*

*PRo defenſione reorum quilibet etiam extraneus admittitur. n. 1.*

*Indicia reis etiam non flagitantibus ſunt communicanda. 2.*

1. DEfenſio reorum in criminalibus ita eſt privilegiata, ut non tantum pro reo Dominus, ſed quivis extraneus admittatur, imò judex ipſe debet ſollicitus eſſe de eorum defenſione, & de ea quærere. *Carpz. p. 1. conſt. 19. def. 27. & qu. 115. n 13. ſeq.* Et debet copiam indiciorum dare etiam
2. non flagitantibus reis, ut ex hac lege & verbo DEBEBIT concludit *Zang. de quaſt. cap. 3. num. 6.* quod notarii malè non ſervant.

## ad L. Sine præfinito. 23.

### *SUMMARIA.*

*IN ſententia ſi mentio fiat temporis, relegatio intelligitur facta ad decennium, ſin minus, perpetua cenſetur. n. 1.*

*Limitatio hujus. 2.*

QUando quis ad opus publicum damnatus eſt 1.
ſine præfinitione temporis, intelligitur ad decennium damnatus, non ultra; quod intelligo, ſi ex ſententia appareat ad tempus, non in perpetuum eſſe ipſum damnatum, & ita in ſententia fiat temporis mentio; nam ſi nullius temporis fiat mentio, abſolutè relegatus, videtur in perpetuum relegatus, per *L. Serv. 10. C. de Pœn. Gloſſa hic Carpz. p. 4. c. 47. de fin. 5. & Hartm. Piſt. obſ. 189.* licet autem *Berlich. p. 1. dec. 64.* aliam conciliationem quærat, non felicius tamen ſe expedit, & ex præjudicio *n. 8. d. dec. 64.* apparet, Dominos Scabinos ex teſtium depoſitionibus collegiſſe, perpetuam relegationem fuiſſe duriorem ac delicto non convenientem; quo caſu poteſt indefinitè relegatio decennii
intelligi. Non tamen ſemper puto decennium 2.
intelligi; quid ſi enim quis dicatur relegandus ad aliquot annos, daß er auff etliche Jahr der Gerichte zu verweiſen/ ut factum memini; nam hoc caſu arbitrium judici à Collegio conſulto commiſſum exiſtimo, ad quot annos relegationem reſtringere velit, etiam decem annis pauciores.

## ad L. Si diutino. 25.

### *SUMMARIA.*

*IN diutino reatu exiſtenti pœna mitiganda eſt. n. 1. Quid ſit diu in reatu eſſe. 2.*

*Reo, qui diu tergiverſatus eſt, pœna ob reatum diutinum non mitiganda. 3.*

*Præſcriptio vicennalis, homicidii eſt contra Jus divinum, hinc Princeps illam tollere poteſt. 4.*

SI quis diutino tempore in reatu fuerit, pœna 1.
ejus mitiganda, *hic & L. Omnes. C. h. t. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 41. Farin. quæſt. 10. n. 84. Vivius dec. 439. n. 37. Theſ. dec. 67. Carpz. in pract. crim. quæſt. 149. n. 43. & ſeq. Hartm. Piſt. obſ. 61.*
Sed quid eſt diu in reatu eſſe? id nonnulli inter- 2.
pretantur de diuturnitate temporis, ſed ille intellectus non convenit legi, ſed qui pertulit accuſationis moleſtiam, carceris pudorem, & judicii ancipitem aleam, *Joh. à Sande lib. 5. tit. 9. def. 1. Ant. Matth. l. 48. tit. 18. c. 4. n. 26.* conf. *Covarr. lib. 2. reſol. c. 9. n. 2. Carpz. pract. crim p. 3. quæſt. 141. n. 81.* Ideoque rectè homicidas or-
dinaria pœna affectos meminit *num. 82.* Nam 3.
ſi propterea reus, qui eluſit judicium, poſſet ab ordinaria pœna ſe liberare, judicia publica facilè eluderentur. Ideoque poſt multos annos in Collegio noſtro alicui in puncto homicidii gladium eſſe dictatum, memini. Sanè ſi vel aliquot annis in carcere fuiſſet ob homicidium, culpa ſua, (nam ſæpe ipſi rei variè tergiverſantur in proceſſu) non putem recedendum eſſe à pœna ordinaria, non ab Imperatore terreſtri,
ſed cœleſti dictata. Et dubito, an præſcriptio 4.
vicennalis in homicidio voluntario locum habeat. Jus Divinum ſimplicitar pœnam capitalem ſtatuit, cui terminum ponere non eſt humanæ poteſtatis. Sed Principi licet hæc mutare, & homicidis ſine temporis Præſcriptione

juxta

juxta Jus Divinum pœna [illegible] capit[illegible] dicti[illegible]re, ſicut ob interfectio[illegible] Abnerum fere poſt [illegible]o. annos Ioabum pœnam capitis fuiſſe ex ſacra hiſtoria ſcimus.

## ad L. Crimen. 26.

*SUMMARIUM.*

*CRimen Patris ſilium non contaminat.*

CRiminis pœna patris filio n[illegible]llam mac[illegible]lam [illegible]r[illegible]igere poteſt. Nam un[illegible]sq[illegible]sque ex ſ[illegible]o ad[illegible]ſſ[illegible] ſorti ſubjicitur, nec alterius criminis ſucceſſor conſtituitur. *Farin. quaſt. 2[illegible]. nu[illegible] 5. Covarr. lib. 2. reſ[illegible] l. c. 8. num. 1. Carpzov. quæſt. 131. num. 4.*

## ad L. Divi. 27.

*S[illegible]MMARIUM.*

*COndemnatum prius, poſt. [illegible] verò innocentem repertum ſolus Princ[illegible]p[illegible] [illegible]ituere poteſt.*

QUando quis condemnatus [illegible] [illegible] innocentia [illegible] [illegible] appa[illegible]et, pœna po[illegible] ea min[illegible] [illegible] po[illegible]t, vel [illegible] [illegible]pe, eoque ſolo, poteſt reſtitui. Unde pecb[illegible], pœnam tolli non poſſe a jud[illegible]e, [illegible] m[illegible]em [illegible] [illegible]lum Principem etiam [illegible]nocentem re[illegible]ere poſſe, & hanc poteſtatem [illegible] [illegible] [illegible]pertinere. *Heig. p. 2. quaſt. 22. num. 6. Carpzov. [illegible] [illegible] o. num. 14. & ſeq.* Sed de hoc an hodie [illegible]tine[illegible]t, ſi erros evidenter appareat, dubito.

## ad L. Capitalia. 28.

*SUMMARIA.*

*GEnera ſuppliciorum quot. n. 1.*
*[illegible]ana infamat ſi cauſa infamis. 2.*
*Pe[illegible]nis honeſtioribus pœna ſerviles non dictitantur. 3.*
*[illegible]eratio delicti aggravat pœnam. 4.*
*Quid in conſvetudine peccandi & in ſpecie in adulterio obtineat. 5.*
*Admiſſa in cognatos gravius punienda quam quæ in extraneos. 6*
*Injuria perſonis honoratis & miſerabilibus facta judex ex officio vindicare debet. 7.*
*[illegible]ſſatorum pœnæ & quid circa illarum dictationem attendendum. 8.*
*[illegible]cen[illegible]iariorum pœna. 9.*

REcenſentur hic ſuppliciorum genera ut ultimum ſupplicium, quod propriè de morte n[illegible]ali accipitur, per *l. ult. h. t.* hujus ſpecies e[illegible] damnati[illegible] ad ſuccam [illegible] vi[illegible] crematio, item ſuppl[illegible]ii ſpecies eſt damnatio ad metallum, & deport[illegible]io. Non capit[illegible]s pœna eſt [illegible]legatio ſive perpetua ſive temporalis, vel in inſulam, vel damnatio ad opus publicum, vel f[illegible]ſtigatio *W[illegible]ſenb. in π. h. t. n. 2. Carpz. q. 128. per tot. & ſeq.* Colligitur exinde pœnam capitalem dici in jure etiam illam, quæ libertatem adimit vel civitatem. *Carpz. pract. crim. qu. 129. n. 1. Ant. Matth. d. t. 18. c. 1. num. 1.* Collige ex §. 1. per pœnas ha[illegible] fama imminui, ſi cauſa ſcilicet infamans præceſſit. *Harm. Piſt. obſ. 177. n. 46.* Honeſtiores fuſtibus non ſunt cædendi [illegible] *l.* & ſic nec Nobiles. *Rec. Deciſ. collect. 664. per tot* ſed ut dixi, ſolet dictitari interdum amputatio manus, relegatio, ademtio feudorum ad vitam &c. Qui ſemel ſ[illegible]nt admoniti, aut qui antea levi[illegible]s punitis, ſi ad idem delictum revertantur, gravius puniu[illegible]tur, *§. 3 h.* [illegible] unde colligunt, quod delicta antiq[illegible]a cum novis ad pœnam aggravandam cum[illegible]lari po[illegible]int. *Berlich. dec. [illegible]o n 1* ubi tamen id ad graviora delicta reſtrin[illegible]ir, & in t[illegible] anni lapſu præſcrip[illegible]s non v[illegible] [illegible]abere locum. Col- 4.
ligere etiam ſolent ex hac Le[illegible]e, pœnam propter conſvetud[illegible]nem pecc[illegible]ndi v. g. ſi diutin[illegible] [illegible]ul[illegible] vixerit non poſſ[illegible] [illegible]geri, n[illegible] pr[illegible]s de deli[illegible]is primis fueri[illegible] [illegible] [illegible]natus & punit[illegible]s *Farin. q. 23. n. 0. Berl[illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] n. 3.* [illegible] [illegible]is *Dn. M[illegible] [illegible]cent. [illegible] q. [illegible]* ſic [illegible]tus ſæpius redsens [illegible] [illegible]na tamen [illegible] [illegible] e digitorum [illegible]um punici dum eſſe. [illegible] *[illegible]lib. d. l. n.* [illegible] ouen[illegible] [illegible]at *[illegible] a. [illegible]* ſed adulter non [illegible] [illegible]nter frequent[illegible] [illegible] [illegible]nis [illegible]em[illegible] tantum puniendus *Carp. pr C[illegible]m. q. [illegible]6. n. 24.* Omnia 6.
admiſſa in Patr[illegible], [illegible], prop[illegible]q[illegible]u[illegible], n[illegible]n, [illegible]or m[illegible]. [illegible] [illegible]ec[illegible] [illegible]di[illegible] gravi[illegible]s vin[illegible]c[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]e[illegible]ne[illegible]. Et ideò 7.
de in[illegible] [illegible]s per[illegible]nis h[illegible] [illegible]at[illegible]s f[illegible]s ex officio [illegible] qui po[illegible]t[illegible], m[illegible] [illegible] [illegible]nfer[illegible]ntur perſonis. [illegible]ct[illegible]s & mi[illegible]rab[illegible]l[illegible]b[illegible]s, ut [illegible], pupillis, peregrini[illegible] & ſimil. H[illegible]s ex off[illegible] [illegible] dicet ju[illegible]e[illegible] DEUM tutorum [illegible]rum imitans.
Graſſatores qui prædæ cauſa id faciun[illegible], ſi c[illegible]m [illegible]ervo aggredi[illegible] [illegible]t[illegible] [illegible]ecunt, capite pu[illegible]r, utique ſi ſæpius hoc admiſeru[illegible]t *§. 10. h. l.* [illegible] probant primum actum non puniri *Beſ[illegible] d. in theſ. pr. voce Raub. Farin. q. 67 n 87.* [illegible] hoc de conatu intelligit, aut moc[illegible]s non obſervat[illegible]r. dic. *Carpz. quæſt. 90. num. 27.* ſed bo[illegible] non ſimplici[illegible]r credo verum; nam attendenda eſt æt[illegible]s, [illegible]aula, occaſio, ideoque ob rap[illegible]am non facil[illegible] pœna capitalis dictari à nobis ſolet; niſi [illegible] [illegible] habeat circumſtantias reum graviter on[illegible]rantes. In- 8.
cendiarii, ſi in urbe incende[illegible]nt dom[illegible]m, plerumque vivi exuruntur, rur[illegible] puni[illegible]ntur levius *§. 12,* quamvis hodiè illis indiſtinctè ſupplicium ignis dictetur. vid. *Carpz. qu. 38.* 9.

## ad L. Qui ultimo. 29.

*SUMMARIA.*

*DAmnatus ſtatim habetur pro mortuo, differtur tamen executio, donec complices, ſi quos habuit, indagati ſunt n. 1.*
*Quid in illo inquiſito obtineat, qui de ſe confeſſus eſt. 2.*
*Reum de aliis confeſſum ad denunciationem ſuam confirmandam torqueri poſſe, ex hac lege non apparet. 3.*

QUando aliquis damnatus eſt, ſtatim amittit 1.
libertatem & civitatem, & ita pro mortuo habetur, ſed vide *not. l. 8. §. 1. de Jure Fiſci.* & quando

quando habuerit complices criminis, ſolet differri executio, donec ſocii etiam indagentur, ſi alias nominare noluit *Dn. Thabor. de Confront.*
2. *d. 2. th. 14. Carpz. q. 137. n. 19. & ſeq.* Et quamvis nonnulli inferre velint, ſi confeſſus de ſe ſit inquiſitus, & tale crimen ſit, quod cum adjutoribus committi ſolet, & reus confeſſus ſit de aliis, quod tum denuò reus torquendus ad fidem depoſitionis ſuæ faciendum. *Dn. Thabor. de quæſt. c. 4. n. 18. & ſeq.* ubi *n. 22.* tradit, licet repetat ſuam denunciationem reus in tortura illatus, requiſita in *Art. Conſt. Carol. 31.* non ſufficere ſtatim ad torturam, ſed ad Proceſſum criminalem. Confer. *idem Dn. Thabor. c. 5. th. 50.* ubi tradit convictos & confeſſos in alios torqueri debere, non verò ſponte confeſſos. Nam nec interrogari poſſunt de conſciis *l. fin. C. de Accuſ.* niſi ſint crimina excepta, per *h. l. & l. 1. §. 26. de quæſtion. L. ult. de Maleſic. c. 1. de confeſſ. Farin. q. 43. n. 56. Clarus §. fin. q. 21. n. 3. Carpz. pract. qu. 121. n. 26.* præſertim ſi crimen præſumatur vel ſciatur cum ſociis commiſſum *Farin. d. l. n. 107. Carpz. n. 27.* & ſi confiteatur pene convictus, non
3. ſi ſponte confeſſus. *Ant. tit. 16. cap. 3. n. 15.* Cum autem dicat lex reum condemnatum in alios torqueri poſſe, exinde inferunt nonnulli, reum de aliis confeſſum poſſe torqueri, ut denunciationem ſuam confirmet; ſed id ex hac lege non probatur, quia hic de eo tantum agitur, quod poſſit interdum condemnatus torqueri in alios, ſed non ſequitur, quod confeſſus de aliis denuò torqueri debeat; ſed poteſt intelligi de reo nullos necdum ſocios confeſſo. *Dn. Thabor d. tract. c. 5. th. 51. pag. 98.*

## ad L. Ad beſtas. 31.

### SUMMARIUM.

*AN propter inſigne artificium aut robur quis aggratiari debeat.*

PRopter inſigne artificium aut robur parci alicui poteſt & differri ſupplicium, donec Princeps conſulatur, an illi gratiam facere velit. *Gail. 2. obſ. 110. n. 41. Farin. q. 98. n. 134. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 49. & ſeq. Carpz q. 149. num 65. Bolognettus hic. Hippolytus de Marſil. in pr. crim. §. opportunè. n. 6. & in l. qui falſam monetam num. 66. in fin. ff. ad L. Cornel. de falſ. Brederod. in Enchirid. cautelarum part. 2. tomi tertii, tit. 15. caut. pen. n. 5.* Non ignoro, non ita generaliter legem intelligendam, ſed de ſpectaculis intelligendam, ſed non ſunt immutanda, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt. *L. minimè de LL.* licet aliter interpretetur *Ant. Matth. d. 18. c. 5. n 7.* Sed in crimine veneficii et homicidii doloſi non putarim habere locum hanc cautelam. Nam hæc jure Divino capitalia.

## ad L. Mandatis. 35.

NOn debet aliquis ad perpetuam carcerem condemnari. Vid. *Carpz. d. qu. 111. n. 58.* Sed de conſvetudine aliud.

## ad L. Si quis. 38.

### SUMMARIA.

*POena ſeditionem moventis contra immediatum Magiſtratum vel populum eſt varia. n. 1.*

*Abortionis pocula aut philtra propinantes, quomodo puniantur. 2.*

*Pœna militis manus ſibi inferentis. 3.*

QUi etiam contra immediatum Magiſtratum 1.
vel populum ſeditionem movent, variis modis capitaliter tamen puniuntur, licet non penitus fuerit ſumma Majeſtas. Accedit & pœna legis Corneliæ. *l. [illegible] §. 3. ff. ad L. Cornel. de homicid.* Et talibus in Friſia tumultuantibus pœnam gladii dictatam memorat *Job à Sande L. 5. tit. 9. def. 12. Chriſtin. V. 4. dec. 200. n. 20.* Interdum tamen levior poteſt eſſe pœna, ſi [illegible] tus non ſit dirus, ſi Magiſtratus [illegible] o[illegible] onem dedit, ſi nullæ ædes [illegible], ideo arbitrariam Elector Saxo[illegible] *m p. 4 onſt. 45.* Qui abortionis aut amatoriorum poculum 2.
propinat, quia res mali exempli eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam relegantur amiſſa parte bonorum, quod ſi eo homo periit, ſummo ſupplicio afficiuntur. *Ric[illegible]ol kch. deciſ. 590.* Unde communiter colligunt hæc duo delicta dari paſſu ambulare. *Farin. quæſt. 87. num. 48. & quæſt. 122. num. 113.* Licet autem *Carpzov.* diſſentiat *quæſt. 21 num. 19* ejus tamen interpretatio hujus §. nimis contorta.
Miles, qui ſibi manus intulit, ſive impatientia 3.
doloris vel luctus, vel alia ex cauſa fecerit, ignominioſè mittitur; ſin ex nulla cauſa, plectitur capite: ſpecialis itaque ratio in milite. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 284 num. 23. Farin. qu. 128. p. 1 num. 23.*

## ad L. Sanctio. 41.

QUando lex nova pœnam tranſgreſſoribus legum irrogat, pœnæ eæ, quæ per legem uni vel alteri delicto in ſpecie dictatæ ſunt, non videntur ſublatæ. *Riminald. conſ. 28. n. 25.*

## ad L. Pen.

### SUMMARIUM.

*QUando & quomodo locum habeat illud, quod pœnæ molliendæ ſint potius quam exaſperandæ.*

INterpretatione legum potius molliendæ ſunt pœnæ, quam exaſperandæ. *hic & c. 49. de R. J. lib. 6.* & exemplum in *l. 23. h. t.* quod limitari ſolet, ut non habeat locum in gravioribus delictis, in *pr. h. t.* nec ubi in pœnis dictatis exprimitur ratio; nam tunc pœna facile extenditur, *lib. 2 Feud. tit. 24. §. Porro.* vel quando agitur de utilitate publicâ, ubi pœnalis conſtitutio eſt favorabilis, arg. *l. 41. §. 6 de legat. 1. & l. 1. C. quæ res export. non deb.* & quando agitur de facto per ſe prohibito, ubi ſemper in pejorem partem fit interpretatio, *L. Si non convitii. 5. C. de injur.* item in pœnis medicinalibus *c. pen. X. de ſent. excommun.*

TITU-

# Titulus XX.
# De bonis damnatorum.

### Ad L. Damnatione. 1.
*SUMMARIUM.*

*Condemnatis ad mortem intelliguntur etiam adempta bona, liberi autem ſi ſuperſtites, aliud obſervatur.*

Quando quis condemnabatur ad mortem naturalem vel civilem i. e. ademptionem libertatis vel civitatis, tacitè etiam ipſi bona adempta intelligebantur, quamvis in ſententia id expreſſum non eſſet; ſi autem condemnatus duos liberos habebat, ex æquitate concedebatur illis dimidia pars bonorum; ſin autem plures liberi, totum conſequebantur. *l. 7. §. 3. h. t.*

### ad L. Quinque. 3.
*SUMMARIUM.*

*Mulieris damnatæ dos quando in confiſcationem veniat.*

Si conſtante matrimonio muliet damnata, non venit dos in confiſcationem, niſi vel crimen Majeſtatis fuerit commiſſum, vel vis publicæ, vel parricidii vel veneficii, vel homicidii, ſi verò poſt ſolutum matrimonium damnetur, dos indiſtinctè veniet. *P. Barb. in l §. 25. fin. n. 1. ff. ſolut. matr. Ricc. collect. deciſ. 1533. Ant. Matth. ad l. 47. ff. proleg. c. 4. n. 14. in fine.*

### ad L. Cum ratio 7.
*SUMMARIA.*

*Damnatorum liberis omnia bona relinqui æquum eſt. n. 1.*
*Ob numerum liberorum pœnam mitigari poſſe, omnino convenit. 2.*

Ratio naturalis parentum hereditatem liberis addicit. Quam regulam ſemper ex hac *L. 7.* allegant, quando damnatus plures habet liberos, tum ei omnia bona relinqui æquius eſt, & adducitur dictum Adriani Imperatoris, quod ampliari Imperium magis hominum adjectione quam pecuniarum copia malit. *Barboſ. ad L. Si ab hoſtibus 11. §. fin n. 1. ſol. matr. Donell. l. 9. c. 10. lit. CC.* 1 Unde probatur, ob numerum liberorum pœnam mitigari poſſe. *conſ. l 57. §. 1. de Ritu. nupt. c. 3. de his qui filium occid. Tiraq de pœnis temper. cauſa 26.* 2 Et licet quidam referant contrariam obſervantiam, loquuntur tamen tantum in ſpecie de ſuo foro. Sed in jure hoc, quod juri Divino conſentaneum, merito adquieſcimus. *Hondedeus vol. 1. conſ. 110. n. 16.*

# Titulus XXI.
# De bonis eorum, qui ante ſententiam, vel mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt.

### Ad L. In capitalibus. 1. & 2.
*SUMMARIUM.*

*In cauſis capitalibus reo, quod adverſariorum corruperit, ignoſcitur.*

In capitalibus cauſis non nocet reo, quod adverſarium corrupetit, quia ignoſcendum eſt ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemtum voluit; & ideo, ſi reus corrupto accuſatore deceſſerit, non propterea pro convicto eſt habendus, ſed integra defenſio heredibus manet. *l. 2. pr. h t.*

### ad L. Qui rei poſtulati. 3. §. fin.
*SUMMARIA.*

*Quid requiratur ad id, ut Propricida bona fiſco addicantur. n. 1.*
*Hodiè quid in uſu. 2.*

Ad id, ut ejus bona, qui mortem ſibi conſcivit, fiſco addicantur, requiritur 1. ut poſtulatus fuerit alicujus criminis vel in crimine deprehenſus. 2. Ut tale ſit crimen, quod publicatione bonorum punitur. 3. Ut fecerit non tædio vitæ, aut impatientia doloris, ſed conſcientia criminis: qui autem ſine cauſa ſibi manus intulit, nec perfecit, omnino puniendus eſt; qui enim ſibi non pepercit, multò minus aliis parcet. *§. 6. h. l.* 1 Hodie cum bona non adimantur, niſi in certis delictis, in iis etiam tantum effectus Autochiriæ locum habebit. *Farin. quæſtion. 128. part. 2. per tot. Menoch. caſ. 284. Carpzov. part. 3. Juriſpr. conſt. 6. def. ult. Decianus tract. crimin. l. 9. c. 2. num. 2. Finckelthaus obſ. 41. num. 23.* 2

# Titulus XXII.
# De Interdictis & Relegatis, & deportatis.

### Ad L. Eum qui. 3.
*SUMMARIA.*

*Quanam patris damnati bona hereditaria debeantur liberis. n. 1.*
*In vaſallo quid obtinere videatur. & quid in jure Feud. ſuper hoc diſpoſitum. 2.*

Si pater fuit damnatus, & omnia ei adempta bona, tunc liberis non debentur bona patri

tris hæreditaria, ſed ea, quæ ratione generis aut
familiæ ipſis debentur. *Menoch. conſ. 713. num. 12.*
aut quæ pater nonquam adminiſtravit. *Beſold.*
2. *conſ. 1. part. 1. num. 166.* Unde concludere quis
poſſet, ſi Vaſallus crimen perduellionis vel felo-
niam contra Dominum admittat, quod tunc fi-
lii delinquentis in feudo antiquo ſuccedant, quia
id non à patre, ſed à primo acquirente obtinent.
Sed contrarium in jure feudali diſpoſitum. *lib. 2.*
*feud. tit. 31.* Ergo filii eo caſu excluduntur,
& filiis mortuis admittuntur agnati, quibus de-
functus Vaſallus præjudicare non potuit. *Gail.*
*2. de P. P. cap. 13. num. 21. Carpz. p. 3. conſt. 27. def.*
*6. 8. & 16. Dn. Struv. de feud. c. 15. aph. 14. num.*
*2.* de quo conferatur *Menoch. conſ. 99. num. 195.*
& per totum conſilium, ubi agit de feudo adem-
to ob tumultum poſſeſſori, & Andreæ Auriæ,
Præfecto maris Carolino celebratiſſimo donato.

## ad *L.* Relegati. 4.

RElegati in inſulam in poteſtate ſuâ liberos &
omnia bona retinebant. *Carpz q. 130 num. 52.*
niſi judex perpetuò relegatis partem bonorum
ademerit.

## ad L. Exilium. 5.

RElegatio triplex, aut certo loco alicui inter-
dicitur, aut omnia loca præter unum, aut
inſula ipſi aſſignatur.

## ad L. Relegatorum. 7. & 10.

*SUMMARIA.*

*QVa Inſula & Provincia interdicere poſſit præ-
ſes. n. 1.*
*Hodie ab una relegatus præfectura à toto videtur
relegatus Principatu. 2.*
*Aliud obtinet in Relegato à Civitatibus & Vaſal-
lis. 3.*

POteſt præſes ea tantùm inſula interdicere & 1.
provinciâ, quam regit, ſed & provincia ori-
ginis ipſum poteſt interdicere, licet eam non re-
gat; qui enim indignus eſt ea provincia, cujus
tantùm incola, magis ea, ex qua oriundus eſt.
*Gœdd. ad l. 190. de V. S. num. 6.* Sed hodiè ab unâ 2.
Præfecturâ relegatus, à toto Principatu relegatus
videtur. *Clarus §. fin qu. 71. num. 4. Berlich.*
*part. 1. concl. 71. num. 10. Carpzov. quaſt. 130. num.*
*26. & Carpz. p. 1. dec. 98.* quod intelligo, ſi præ-
fectus nomine Principis releget, quod olim non
fuit ob Provinciarum amplitudinem; nam ſi à
*Præſide* relegatus à toto Imperio relegatus fuiſſet,
à toto ferè orbe excluſus fuiſſet. *Theſſaur. lib. 2.*
*quaſt. 10.* Verùm à civitatibus & vaſallis rele- 3.
gati apud nos non à toto territorio relegati, per
*Receſſ. Provinc. de anno 1654.* ſanè à ſuperiori re-
legatus videtur. *Carpz. d. dec. 98.* Et conſue-
tudinem allegat *Manz. dec. ult.* ut quis ab alie-
na Provincia facinoroſum arcere poſſit. Sicut
ſæpè à nobis militia contra Turcam facinoroſis
dictata. Sic ſæpe etiam factum eſſe meminit
*Manz. d. l.* ut quis jubeatur per aliquot milliaria
abeſſe ab hac vel illa provincia ob periculum,
quod à perſona illa metuitur, cujus effectus eſt,
ut ſi in loco vicino, alieno quidem, ſed prohibi-
tio eum offenderit, à nobis puniri non poſſit.
vid. *Manz. d. l.*

## ad *L.* Poteſt Præſes.

POteſt judex alicui pœnæ loco injungere, ne
domo ſuâ excedat vel procedat, ins Hauß
ſchweren/ item der Gehorſam/ Einlage. *Dn. Tha-
bor. ad art. 161. num. 5.* huc referendum exem-
plum Simei.

# TITULUS XXIII.
# De ſententiam Paſſis & Reſtitutis.

## ad L. Si deportatus 2. & 3.

*SUMMARIA.*

*REſtitutio Principis an bona reſtituat, & quotu-
plex ſit reſtitutio n. 1.*
*An ob reconciliationem cum Principe tertio interim
data revocanda. 2.*
*Quomodo à Domino feudi fiat remiſſio. 3.*

1. REſtitutio Principis bona non reſtituit, niſi
aut pleniſſima fuit, aut bonorum ſpecia-
liter fiat mentio *l. 4. de bon. præſcr.* Du-
plex enim reſtitutio, alia ſimplex, quæ in ſpecie
indulgentia dicitur, alia verò plena &c. ut poſt
2. alios dixi ad *l. 1. C. h. t.* Sed quæritur, ſi alicu-
jus hoſtis militantis bona confiſcentur, & quæ-
dam Titio à Principe donentur, an recuperet
ille bona, ſi ad Principis partes tranſeat? Ne-
gat hoc *Dn. Mevius part. 2. dec. 23.* Confer. *The-
ſaur. lib. 2. quaſt. 58. & Dd.* qui de Adgratiatione
ſcripsêre, præſertim verò, *Dn. D. Theodorus Se-
curius* Fautor & Amicus meus honoratisſimus in
diſputatione ſuâ Inaugurali docte elaborata &
hic habita anno 1658. de jure Adgratiandi. Re-
miſſio etiam fieri poteſt à Domino feudi, ſed 3.
non tanquam adgratiatio, ſed tanquam pœnæ
remiſſio, ſi vaſallus ob feloniam commiſſam
feudo ſit privandus. *Schrad. de feud. part. 2.
partis. 9. princ. ſect. 14. n. 34. Roſenth. de feud. c.
10. concl. 39. n. 2.* & quos in Gloſſa allegat *lit. D.*
Sed etiam quando feudum ipſo jure eſt amiſſum.
*Schrad. d. l. n. 38. & p. 6. c. 2. n. 78. Roſenth. d.
concl. 39. n. 2. & in gloſſ. lit. B.* conf. *Theſaur. l.
4. q. 71. in fine.*

TITU-

## TITULUS XXIV.
## De Cadaveribus punitorum.

### ad L. Corpora. 1.

*SUMMARIUM.*

*Quid ſentiendum de conſvetudine, quo cadaveribus punitorum negatur humatio.*

Cadavera punitorum à Principe peti poſſunt, ut terræ mandentur; quod eſt juri divino conveniens. *Carpz. q. 137. n. 69.* ut adeò conſvetudo Germaniæ, qua cadavera punitorum in furca vel rota relinqvuntur inſepulta, tolerabilis quidem ſit ob dandum exemplum, per *l. 28. §. pen. ff. de pœn.* Rationabilis tamen non ſit, ut ex *Heig. part. 2. q. 37. n. 18.* hoc in titulo tradit *Colleg. Arg.* Vid. *Proc. meus Crim. c. 10. num. 32. & ſeq.*

# LIBRI QUADRAGESIMI NONI

## TITULUS I.
## De Appellationibus & Relationibus.

### ad L. Appellandi. 1. pr.

*SUMMARIA.*

*Appellationis finis. n. 1.*

*Regula proponitur, ex qua cognoſci poteſt, quænam cauſæ appellationem admittant, & ſubjiciuntur varia exempla. 2. 4.*

*A decreta commiſſione ad perpetuam rei memoriam cur non appelletur. 3.*

*In Criminalibus quando appelletur ad Cameram Spirenſem. 5.*

*Regula proponitur, ex qua cognoſci poteſt, quanam cauſæ non admittant appellationem, & adjiciuntur caſus. 6. 8.*

*An contra ſententiam judicis ex reſcripto Principis judicantis detur appellatio diſtingvitur. 7.*

1. Appellationis finis eſt, iniquitatem vel imperitiam judicantium corrigere. *Tholoſan. in tr. de Appellat. lib. 1. c. 5. num. 2. Donell. lib. 28. c. 4. lit. A.* licet nonnunquam benè latas ſententias in pejus reformet, neque enim utique melius pronunciat, qui noviſſimus ſententiam

2. laturus eſt. Ergo exinde probatur, ubicunque iniquitas & imperitia admitti poteſt, ibi appellari poteſt. Ergo non eſt dubium; in matrimonialibus licitam eſſe appellationem, *Dn. Mevius p. 2. deciſ. 364. Carpz. in Proceſſ. tit. 18. art. 2. n. 11. & ſeqq. Idem pag. 3. deciſ. 240.* Nec ſummariæ cauſæ ab Appellationis beneficio ſunt excluſæ. *Dn. Mev. d. dec. 364. n. 7.* ubi contrarium errorem multorum vocat. Sic nec inquiſitionis proceſſus excipiendus, *Berlich. p. 3. dec. 230.* nec cauſa libertatis. *Dn. Mev. p. 1. dec. 178.* vide quæ notavi in *Proceſſ. civ. c. 28. n. 11. & ſeqq.* Sic à ſubhaſtatione & adjudicatione, ſi debitor offerat ſolutionem, poteſt appellari, argumento eorum, quæ habentur in *l. 9. ff. de Reſc. vend. & l. 16. C. eodem.* Licet neget *Carpz. p. 3. dec. 274.* cujus rationibus reſponderi poteſt. Sic à decreto judicis cauſam immature pro concluſa acceptantis appellationi locus eſt, ſi v. gr. ante concluſionem documenta ab adverſario edi petat. *Dn. Mev. p. 5. dec. 240.* A negata citatione ex *L. Diffamari*, ſi diffamatio idonea ad hunc proceſſum probata, rectè appellatur. *Dn. Mev. p. 5. dec. 258.* Ab impoſitione novi & inſoliti oneris datur appellatio, & mandata ſine clauſula dantur contra Magiſtratum, quæ aliis in cauſis contra Magiſtratum non facilè dantur, *Dn. Mev. p. 5. dec. 325.* A mandato ſine clauſula injuſtè dato datur appellatio *Dn. Mev. p. 1. dec. 26.* A decreta commiſſione ad perpetuam rei 3.
memoriam non appellatur, quia per id nemo gravatur, ſed veritas tantum conſervatur; & ſalvæ ſunt exceptiones ei, contra quem teſtes producuntur, licet aliquando ex cauſa appellationem receptam eſſe, teſtetur *Dn. Mevius p. 1. dec. 49.* ubi tamen inhibitionem negatam eſſe refert *dec. ſeq.*
Sic juſta eſt appellatio, quando termini nimis an- 4.
guſti exceptio non admittitur, *Zang. p. 2. de Except. c. 6. in fin.* Sic idem eſt, quando judex durante dilatione à ſe data anticipat terminum, & quid in fraudem termini decernat. *Dn. Mevius p. 1. dec. 135.* In criminalibus non appellatur quidem ad 5.
Cameram Spiranſem, excipiuntur tamen caſus, non pœnam corporalem, ſed mulctam concernentes, *p. 2. Ord. Cam. tit. 28. §. 5.* ibi die Leibes-
Straffe auff ſich haben. *Manzius cent. dec. q. 70.* E 6.
contrario, ubi alio modo iniquitas emendari poteſt in prima inſtantia, non admittenda appellatio, quia ubi ea non opus eſt, non eſt admittenda, ſed cum decreto cauſam exprimente & partem inſtruente remittenda cauſa ad judicem à quo, *Dn. Mev. p. 4. dec. 124.* Nec eſt admittenda appellatio, quando quis in inferiori judicio gravatus nondum eſt per ſententiam, *Dn. Mev. p. 5. dec. 89.* Nec admittenda ob citationem, ſi præjudicium exceptione, v. g. judicis ſuſpecti &c. evitari poteſt & tolli, *Dn. Mev. p. 5. dec. 122.* vel ſi à miſſione ex primo decreto appellatur, *Dn. Mev. p. 5. dec. 351.* ob futurum etiam gravamen licita appellatio, ſi

gravamen quidem ſit in pendenti, ſed ſi evene-
rit, difficulter iſtud removeri poſſit, ut ſi ſu-
7. ſpectus decreverit. *Dn. Mev. p. 1. dec. 64. §. 1.* Quia
petens reſcriptum Principis mentiri poteſt, ideò
contra ſententiam judicis, qui ex reſcripto judi-
cat, datur appellatio, *Heig. p. 1. q. 18 n. 25. P. Gre-
gor. d. tr. lib. 2. c. 2. n. 2. & ſeq. Donell. lib. 28. c. 6.
& ibi Hill. lit. Z.* Nam reſcriptum Principis non
potuit tollere jus naturale, ad quo pertinet Ap-
pellatio. Et de obreptione quærere licet *Dn.
Mev. p. 2. dec 43.* Diſtingvendum enim eſt, utrum
judex ex Reſcripto ſententiam ferat, an verò
mandatum ſuperioris exequatur. Illo caſu da-
tur appellatio; hoc caſu non, ſed tantum exceptio
ſub & obreptionis, quia hic tantum reſpicitur
perſona ipſius Principis. Sed illo caſu reſpici-
tur proximè perſona judicis. *Dn. Mev. p. 1. dec.*
8. *244 §. 3.* Si quis in interponenda appellatione
erraverit in perſona judicis ad quem, & quidem ſi
inferiorem appellaverit, inutilis eſt appellatio, a-
liud ſi majorem. *Scaccia de Appellat. q. 1. n. 12. & 13.*

## ad L. Sed ſi. 2.

SI quis illico apud acta vivâ voce dicat, Appello, hoc ſufficit ad interpoſitionem appellationis. *hic & l. 5. §. ult. h. t. & l. 14. C. eod. Donell. d. c. 6. l. FF. Beſold. de appellat. c. 8. n. 3.* Sed aliud ſi ab interlocutoria appelletur. *c. 1. X. de appellat. Ord. Cam. p. 2. tit. 30. § 9. Gail. l. 1. obſ. 139. Myuſ. cent. 3. obſ. 15. Hill. d. c. lit. TT. Carpz. p. 1. c. 20. d. 5. num. 7.*

## ad L. Scio. 3.

*SUMMARIA.*

*IN ſchedula appellationis judici à quo offerenda, quæ obſervanda. n. 1.*
*In appellatione à definitiva ſententia unâ cauſa ſaltem adjectâ, aliæ libere in proſecutione Appellationis adjungi poſſunt 2.*
*Quæ exceptiones novæ admittendæ in Appellationis inſtantiâ. 3.*
*Libellum in ſecunda inſtantiâ mutare non licet. 4.*
*Si articulus aliquis ſcienter omiſſus, & aliquis per negligentiam, an hic in ſecunda allegari poſſit. 5.*
*Cautela abbreviandi proceſſus in ſecunda inſtantiâ. 6.*

IN ſchedula appellationis, quæ offertur judici
1. à quo *l. 1. §. ult. h. t.* debet exprimi, quis appel-
let, & à qua ſententia; non vero neceſſe eſt, ut
exprimatur contra quem, & ſi plures ſint adverſa-
rii & aliqui nominentur, non eſt neceſſe, ut cæteri
omnes nominentur. *pr. & §. 1. h. l. Donell. l. 28.
c. 6. lit. TT.* Si à definitiva ſententia appellatur, ſi
2. una cauſa tantum ſit adjecta, aliæ adjungi liberè
poſſunt in proſecutione Appellationis. *hic & c.
conſtitutis 46. X. h. t.* quia per beneficium *Legis, per
hanc C. de Tempor. Appell.* licet non deducta de-
ducere. *Petr. Gregor. d. tr. l. 6. c. 1. n. 9.* Novæ au-
tem exceptiones, quæ ad actionem inſtitutam [illegible]

planè non pertinent vel illam non infirmant, illæ
non admittuntur in appellationis inſtantia, ſed ex
novæ admittuntur, quæ actionem perimunt, ut ſi
oppoſuerim in prima inſtantia pactum de non pe-
tendo, & ſuccubuerim, poſtea in Appellatione
adducam donandi animum. vid. *Hartm. Piſt. p. 4.
q. 23. n. 18. & ſeq. Dn. Mev. p. 3. dec. 416.* Sed li- 4.
bellus in ſecunda inſtantia mutari non poteſt,
nam ſuper alio cognoſceret judex ad quem, quam
ſuper quo judex à quo pronunciaverat. Sed quid 5.
ſi omiſit allegare articulum aliquem ſciens, & ali-
quem per negligentiam, an in ſecunda inſtantia
hunc allegare poteſt? Aff. ſi ex mera negligentia
omiſit, non ex malitia. *Dn. Mevius p. 2. dec. 157.*
Imò poteſt cauſam appellationis ſub loco relin- 6.
quere, & non ſuper gravaminibus, an relevantia
ſint, ſed ſuper actis prioribus ſubmittere, quæ eſt
cautela abbreviandi proceſſus, ſi merita cauſæ
probè deducta in priori inſtantia. *Ord. Cam. p. 3.
tit. 33. §. 2. Gail. lib. 1. obſ. 128. n. 4. Dn. Mevius p. 2.
dec. 264. & p. 3. dec. 414. vid. not. in proceſſ. meo
tit. 28. n. 75.*

## ad L. Ab executore. 4.

*SUMMARIA.*

*AB executore quatenus appellari non poſſit. n. 1.*
*Quod limitatur. 2.*
*A tranſactione & à lege quando appellari poſſit. 3.*
*Caſus recenſentur, quibus ab executione appellari poſſit. 4.*
*Interpretatio ſententiæ præſertim in executione à judice ordinario peti poteſt. 5.*
*Executoris officium ad evitandam injuriam ex executione redundantem. 6.*
*Ab executione ex inſtrumento liquido rectè appellatur. 7.*
*A declaratione ſententiæ an appellari poſſit. 8.*
*Declaratio ſententiæ à quo petenda. 9.*
*Leuteratio Saxonica unde fluxerit & quid eâ petatur. 10.*
*Ex inſtrumento liquido, ſi ſententia lata non licet moribus Saxonum, Pomeran. quoad effectum ſuſpenſivum appellare 11.*
*Quid, ſi exceptio liquida ſit, an impediatur effectus devolutivus. 12.*
*Tertius rectè appellat, ſi contra ſe ex inſtrumento guarentigionato agatur. 13.*
*Appellat tertius pro ſuo intereſſe, reluctante licet principali. 14.*
*Procurator qui victus eſt, & ſine mandato appellare poteſt & alium Procuratorem ſubſtituere. 15.*
*Leuteratio an ſine mandato etiam generali per Procuratorem fieri non poſſit. 16.*

AB Executore appellari non poteſt, modò ea 1.
fiat præcedente cognitione cauſæ; nam ab
immiſſione, ſine brævia ſententiâ aut inſtru-
mento paratam executionem habente decreta,
admittitur appellatio. *Dn. Mev. pag. 1. dec. 5.*
Prius limitatur, niſi executor male interpreta- 2.
tus eſt ſententiam; nam tunc, licet executio
[illegible] ſenten-

ſententiæ prætendatur, admittitur, tamen Ap-
pellatio. §. 1. h. l. Dn. Mev. p. 3. dec. 264. num. 3.
3. Sicut contra tranſactionem quidem non appel-
latur, benè tamen à latiori tranſactionis exten-
ſione. Sic licet à lege non appelletur, à ſen-
tentia tamen ejus interpretativa appellari poteſt.
4. Dn. Mev. d. dec. 264. Imò ab omni facto judi-
cis appellari poſſe, quando evidens eſt injuria,
tradit Dn. Mev. p. 3. dec. 425. ſcil. ſi damnum me-
tuamus irreparabile, aut modum in exequen-
do exceſſit executor. l. 5. C. Quorum appell. non
recipiuntur. vid. P. Gregor. d. tr. lib 2. c. 11. per
tot. Hillig. d. c. 6. lit. Bb. Carpz. pag. 1. conſt. 20. def.
12. Sic in executione admittitur Appellatio, ſi
pro exiguo debito multò majora pignora diſtra-
hantur aut adjudicentur. Dn. Mev. pag. 1. dec.
94. item ſi injuriam debitoris vel alterius con-
creditoris in alias res extendatur, cum tamen
neceſſe non ſit, Dn. Mevius pag. 3. dec. 82. Sig.
Scaccia de Appell. q. 17. limit. 10. num 30. ſic im-
miſſio facta non citato debitore & in nundi-
nis pro nulla declarata fuit, & prior ſententia
reformata Menſe Sept. anno 1667. à Facultate no-
ſtra. Mandato de executione à Principe facto,
ſi opponatur exceptio illiquidi debiti, & judex
tamen immittat, appellationem admiſſam re-
fert Dn. Mevius p. 4. dec. 116. Si executio mande-
tur à Principe lite pendente, non habet quidem
locum revocatio attentatorum; ſed Principis
Reſcriptum ita intelligendum, ut quam mini-
mè à jure communi recedat, & ſi judex corticem
verborum ſecutus diſtrictè executus fuerit, datur
appellatio ab indiſcreta executione. Dn. Mev.
5. pag. 5. dec. 73. Collige etiam ex §. 1. à judice
ordinario peti poſſe interpretationem ſenten-
tiæ, præſertim in executione. Gail. lib. 1. obſ. 116.
n. fin. Carpz. p. 1. juriſpr. conſt. 19. d. 1. Wurmſer.
6. tit. 22. obſ. 18. Et executor ipſe, quando inju-
riam alteri fieri deprehendit, debet ab executio-
ne abſtinere, & partibus intacta jura ſervare, ac
rem ad mandantem referre. Dn. Mev. pag. 1. dec.
144. & executor debet admittere omnes exce-
ptiones, quæ non impugnant ſententiam, ſed
moderantur, ut in l. 41. §. fin. de Re judic. l. 41. §.
fin. de fidejuſſ. quod ni faciat, ab eo juſtè appel-
7. latur. Dn. Mevius d. pag. 1. dec. 143. Ex lege hac
infertur, ſi ab exceſſu executionis appellare licet,
magis licebit, ubi ex inſtrumentis liquidis execu-
tio petitur; nam & in tali proceſſu quis lædi
poteſt. Ergò & licita appellatio, ut prolixe &
8. accuratè docet Dn. Mev. pag. 1. dec. ult. Et de-
claratio non excludit appellationem, nec decla-
ratione pendente currunt fatalia. Dn. Mev. pag.
3. dec. 10. & declaratione ſententiæ factâ poteſt
appellari, ſicut per hanc legem ejusque §. 1. ma-
nifeſtè probatur, dum dicitur, à mala interpreta-
tione appellari poſſe; nam tunc demum per
ſententiam gravatur pars, quando ſententia cer-
tum ſenſum accipit. Dn. Mev. pag. 1. dec. 119.
9. Declaratio autem ſententiæ peti debet ab eo,
qui ſententiam concepit. Unde ſtylus curia-
rum eſt, ut, quando de ſententiæ interpretatio-
ne lis eſt, ad idem Collegium, à quo ſententia
concepta, pro declaranda ſententia transmittan-
tur Acta. Dn. Mevius p. 1. dec. 112. Cæterum ex 10.
facultate petendi interpretationem fluxit Leute-
ratio Saxonica, per quam tamen non declaratio
tantùm, ſed & emendatio ſententiæ prioris peti-
tur Carpz. d. conſt. 19. def. 2. & ferè iisdem regu-
lis utitur quibus appellatio. Carpz. d. l. def. 1.
Collige ex inſtrumento liquido, ſi ſententia lata, 11.
non licere moribus Saxonum, Pomeran. alio-
rumque appellare. Carpz pag. 1. juriſpr. for. cap.
20. d. 43. ſcil. quoad effectum ſuſpenſivum, aliud
quoad effectum devolutivum: ſi tamen exceptio 12.
per idem vel aliud inſtrumentum liquida ſit, exe-
cutio non decernetur, & ſi decreta fuerit, tan-
quam ab exceſſu executionis appellabitur. Dn.
Mev. pag. 4. dec. 347. Si etiam ex inſtrumento 13.
Guarentigionato contra tertium agatur, juſtam
habet appellandi cauſam tertius. Dn. Mev. pag.
dec. 16.

Ex §. 2. notetur non tantùm principalem 14.
litigantem, ſed & tertium, cujus quodammodo
intereſt, appellare poſſe, pro ſuo intereſſe, licet
reluctante principali, v. gr. legatarium. hic &
l. ſeq. 5. ubi exempla, & l. 14. h. t. P. Gregor. lib.
5. cap. 1. 1. num. 3. Gail. lib. 2. obſ. 122. num. 5. Scac-
cia d. quæſt. 5. num. 68. ſeq. Sic tutoris pupilli fra-
trem pro pupillo, concurrente tamen ſuo ali-
quali intereſſe, appellantem admiſſum refert Dn.
Mev. pag. 3. dec. 214. ſed non cauſæ ſimilitudo,
ſed identitas requiritur; nam ſententia non fa-
cit jus inter alios. Dn. Mev. pag. 4. dec. 180. ſic ſi
quis ſuis ſubditis prohibeat, ne ad meum eant
molendinum, poſſum ego appellare. Dn. Mev.
pag. 1. dec. 61. Procurator qui victus eſt, non tan- 15.
tùm ſine mandato appellare poteſt, arg. l. 56 §.
pen. ff. de furtis. Donell. l. 28. cap. 6. lit. E. ſed &
alium procuratorem ſubſtituere poteſt, quia per
appellationem Dominus litis factus eſt. ult. h. l.
Tholoſ. de Appell. lib 5. cap. 1. num. 12. Scaccia de
appellat. q. 5. num. 19. ubi id limitat, ideoque du-
bia deciſio Carpzovii pag 1. conſt 19. def. 3. num. 4.
quod Leuteratio ſine mandato non poſſit per 16.
Procuratorem fieri, ſed ſe ipſum explicat, quod
de generali mandato loquatur. At ſi nec ge-
nerale mandatum habeat ſufficeret tamen, ſi
principalis ratam habeat appellationem, quod
mandato æquiparatur, cum etiam is, qui reſti-
tutionem pro alio petit, poſſit ratihabitionem
Domini in judicio exhibere. Dn. Mev. p. 4. dec.
377. & negotiorum geſtor poteſt pro alio ap-
pellare. Dn. Mev. pag. 3. dec. 214. num. 1. Scaccia
de Appellat. q. 5. num. 41. confer. Dn. Mev. p. 1.
dec. 91. Sed in extraneo pro alio appellante re-
quiritur fortè, ut intra decendium ratificet.
Secus in Procuratore vel Advocato. Dn. Mev.
p. 4. dec. 216.

## ad L. A Sententia. 5.

*SUMMARIA.*

*Tertius pro ſuo intereſſe appellare poteſt, licet ſententia contra principalem lata ipſi non præjudicet. n. 1.*

*Hoc intereſſe an ſummariè probandum. 2.*

*Appellante principali à lite recedente non prohibetur tertius inſtitutam appellationem proſequi. 3.*

*Quid ſi tertius non adhæſerit. 4.*

*Tertius pendente apud inferiorem judicio an appellare poſſit. 5.*

1. Licet ſententia inter duos lata tertio non præjudicet, & ita tertius ipſo jure tutus ſit (exceptis certis caſibus, ut in *l. ſæpe. de Re judic.* & ſi res litigioſa vendita) præſtat tamen interdum, ſi tertius interveniat appellando v. g. ſi hæres cum præjudicio cohæredum condemnatus, vel fidejuſſor condemnato reô, item ſi hæres victus in querela inoff. Teſtam. nam tunc Legatarii poſſunt in-
2. tervenire. Debet tamen hoc intereſſe probari ſummariè, *Hillig. in Donell, l. 28. c. 6. lit. Q.* Sed *Dn. Mevius p. 4. dec. 342.* dicit, non opus eſſe probatione, quod intelligo de ea, quæ vocato adverſario facienda. Aliqualem tamen informatio-
3. nem putarem requiri. Et tertius, qui appellavit, non prohibetur proſequi appellationem, licet appellans principalis à lite receſſerit. *Dn. Mev. p. 5.*
4. *dec. 87.* Sed ſi non adhæſerit, non debet admitti ad appellationem perſequendam, niſi cauſa ſimul tertium concernat. *Dn. Mev. p. 4. dec. 180. n. 5. &*
5. *ſeq.* Tertius autem appellare non poteſt, pendente apud inferiorem judicio, niſi interventionem ſibi denegatam probet. *Dn. Mev. p. 5. d. 89.*

## ad L. Non tantum. 6.

*SUMMARIA.*

*Pro eo, qui ad ſupplicium ducitur, cuilibet cujuscunque ſexus appellare licet. n. 1.*

*Quando pro tertio in cauſa civili appellare liceat. 2.*

*In criminalibus appellationem locum habere, probatur. 3.*

*Vitia hodie in criminalibus judiciis admitti ſolita notantur. 4.*

*Appellatio tutior eſt reſtitutione ab eodem judice facienda. 5.*

*Judicis ſuperioris officium ad maturandum cauſæ expeditionem. 6.*

*Deſuper condemnati gravamina non ſunt rejicienda. 7.*

*Pœna, quæ mitigationem admittit, an, petente delinquente ejus rigorem, exaſperanda. 8.*

1. Appellare cuilibet licet pro eo, qui ad ſupplicium ducitur, licet perire feſtinet. *Farin. q. 79. num. 95. & q. 101. n. 23. Scaccia q. 5. n. 44. & ſeq.* Sic & invito infirmô adhibetur cura, *Decius ad L. invito. 69. de R. J.* Invitus ex ruente domo extrahitur. *Hippol. de Marſil. ſing. 189.* Et id quidem in ſpecie in ultimo ſupplicio locum habet, *Ant. Matth. ad lib. Pand. 48. tit. 17. cap. 3. n. 2. & ſeq.* & poteſt defenſio atque Appellatio ſuſcipi etiam à fœmina. *arg. l. 1. §. conſequens ff. de ſuſp. tut. Ant. Matth. d. l. n. 4.* Et poteſt à tertio Appellatio juſtificari quoque. *P. Greg. de Appell. c. 7. n. 12. Hill. in Don. l. 28. c. 6. lit. G.* Idem in membri abciſſione. *Petr. Greg. d. c. 7. num. 13.* Idem in cauſa ci- 2.
vili, ſi ſumma condemnati egeſtas. *Vaſq. lit. c. ill. quæſt. cap. 41. num. 9. Hill. d. l.* Unde probatur, 3.
poſſe ad ſuperiorem appellari in criminalibus, & quidem abſurdum videtur, appellationem in pecuniariis cauſis concedere, & in criminalibus negare. *Berlich. p. 2. dec. 231. & Oldenkop. in pec. tract.* vid. quæ notavi in *Proc. Inquiſit. c. ult. n. 19.* Proh 4.
ſuperi! quanta hodiè vitia & ſolæciſſimi in criminalibus admittuntur? ſæpiſſime negligitur litis conteſtatio, interrogatoria generalia, de quibus teſtes rogandi, omittitur confrontatio. Defenſio inquiſiti inſuper habetur, ſed & appellatio denegatur. Poteſt quidem contra Proceſſum cri- 5.
minalem inquiſitus & condemnatus reſtitutionem petere, per tradita *Dn. Mevii pag. 3. dec. 41.* Sed periculoſum eſt petere ab eodem judice; tutior appellatio. Ne autem judex vereatur, cau- 6.
ſas ita procraſtinari, ſtylus eſt, ut ſuperior exhibitionem Actorum injungat judici, à quo, quæ tranſmiſſa ſi ſint, reviſionem eorum inſtituit ſuperior, & ſententiam vel emendat vel confirmat. De ſuper autem condemnatum cum ſuis gravami- 7.
nibus audiendum eſſe puto, & hæc cum actis conferenda. Sed Acta ſæpe ſolent tumultuariè conſcribi, quod animadvertere ſuperioris eſt. Si 8.
autem ipſe delinquens petat pœnam capitalem, ſi ex circumſtantiis mitigari poſſit pœna, an deſiderio confeſſi ſatisfaciendum? Non putarim, niſi metus relapſus, quale exemplum recenſet pueri *Manzius cent. decif. d. 85.*

## ad L. Cum quidam. 7.

*SUMMARIA.*

*Schedula appellationis inſinuanda ipſi judici à quo, niſi. n. 1.*

*Hodie etiam fit coram Notario & teſtibus. 2.*

*Quid in March. Elector. & Pomer. obtineat. vid. num. 3.*

Appellationis ſchedula ipſi judici à quo inſi- 1.
nuanda. *hic & Nov. 119. c. 4.* niſi ob violentiam ſive Tyrannidem ipſi inſinuari nequeat, tunc enim publicè proponenda, per *h. l. 7.* Ho- 2.
diè coram Notario & teſtibus, de quo *Carpzov. p. 1. Conſt. 20. def. 1. n. 5. Scaccia q. 6. n. 35.* ita tamen, ut non ſufficiat Notarius, ſed etiam teſtes requirantur. *Ord. Cam. p. 2. t. 29 §. 5. Carpz. d. l. def. 2.* Sed hæc appellandi ratio in Electoratu 3.
Brandenburgico non obſervatur, bene tamen in Pomerania. Sed & apud nos fieri id poſſe, puto in caſu deficientis judicis. vid. *Proceſſus meus civ. c. 28. num. 33.*

ad L.

Digitized by Google

## ad L. Illud. 8.

### SUMMARIA.

*Appellans à conviciis in judicem non abſtinens punitur. n. 1.*
*Appellans citra reſervationem honoris, judicem male judicaſſe aſſerens, injuriam non infert judici. n. 2.*
*Quibus verbis injuria inferatur. vid. 3.*
*An, ſi judex ob convicium à parte acceptum inter reliqua transmiſſa acta ad Collegium, ejus commeritam pœnam reſcribendam petat, pars ab hoc gravamine appellare poſſit? 4.*

Appellans non debet Judici convicium dicere,
1. alìàs plectitur, *hic & l. 42. ſupr. de injuriis.*
Ideò ſolet cum reſervatione honoris dici, judi-
2. cem malè judicaſſe. Nulla tamen injuria eſt, ſi
3. dicam, male judicatum etiam ſine reſervatione
honoris; ſed ſi dicam, judicem corruptum malè
judicaſſe, vel ſi verbis dolus aut ſordes judicis ex-
primantur. *Guido Papæ ſing. 358. n. 8* & quos re-
fert *Hillig de c. 6. lit. YY.* Hinc ſi pars judici con-
4. vicium dixiſſet, & judex in Epiſtola, quâ Acta ad
peregrinum collegium transmittebantur, addidiſ-
ſet hæc verba: Es wolle der Urthelsfaſſer zugleich
wegen der injurien dem Richter durch die anzü-
gliche Schrifften zugefügt / und was dadurch
verſchuldet / urtheilen / quæritur, an ab hoc gra-
vamine pars appellare poſſit? Negabatur, ſiqui-
dem de injuria nondum judicaverat, ſed judican-
dum, & eſt tantùm remiſſio ad ulteriorem cogni-
tionem, & Collegio non eſt impoſita neceſſitas
hoc pro injuriâ habendi. *arg. l. 40. ff. de judic. Dn. Mevius p. 4. dec. 146.*

## ad L. Si qui. 10.

### SUMMARIA.

*Appellatio unius ex pluribus per d. l. diverſas ſententias condemnatis non prodeſt reliquis. n. 1.*
*Secus ſi contra plures ſimul actum & omnes condemnati. 2.*
*Quod explicatur & exemplo declaratur. 3. 4.*
*Appellatio unius in rebus individuis prodeſt alteri. 5.*
*Si plures condemnati ob ſummam quomodo teneantur. 6.*
*An hic tot appellationes requirantur quot perſonæ. 7.*
*Sententia lata, ubi unus creditorum nomine aliorum egit, reliquis non nocet. 8.*
*Diverſæ ſummæ an conjungi poſſint. 9. 10.*
*Admittitur appellatio, ſi cauſa ſumma per ſe non appellabilis concernat famam. 11.*

Si plures per diverſas ſententias condemnati
1. ſint, licet ex eadem cauſa v. g. fidejuſſionis,
tunc unius appellatio aliis non proficiet, ſed
quilibet pro ſe tenetur appellare, quia ſunt plu-
2. res ſententiæ. *hic in pr. l.* Quod ſi autem contra
plures ſimul actum v. g. tutores, & omnes con-
demnati, tunc unus ex conſortibus litis appella-
re poteſt, & victoriæ emolumentum etiam ad
cæteros tranſit. *hic. §. 2. & l. 1. & 2. C. Si unus ex*
3. *pluribus appellat.* Si modo una cauſa defenſionis,
non diverſa in ſingulis. *§. ult. h. t.* Sic non eſt una
defenſionis cauſa, quando unus fidejuſſor excuſ-
ſioni renunciavit, alter non. Deinde (2.) ut ea- 4.
dem cauſa ſit, ſic non eſt eadem cauſa, v. g. ſi tu-
tores duo condemnati, unus qui geſſit, alter non,
& qui non geſſit, appellavit. *dicto §. ult.* (3.) de-
bet alter jure communi niti non ſingulari. (4.) ſi
unus tantùm appellavit, vel omnes quidem; ſed
cæteri deſeruêre. (5.) ut non approbarit ſenten-
tiam. (6.) ut intra decendium ſciat appellatum
eſſe. (7.) ut non contrarium prius ſit confeſſus.
(8.) ut appellatio valida, ſicut hæc requiſita re-
fert *Hartm. Piſt. part. 1. q. 47 Hillig. lib. 28 c 5. lit. R. Carpz. part. 1. conſt. 20. def. 15. Petr. Gregor. de Appell.*
*l. 5. c. 5. n. 3.* vid. *notata ad illum tit. Cod.* Sed bene 5.
notandum, alium eſſe caſum, ubi unius appella-
tio alteri prodeſt, ſi ſcil. res ſit individua, ubi non
requiruntur omnia, quæ hactenus dicta, ſed ob
indiviſibilitatem rei utrique beneficium compe-
tit. *arg. l. ſi communem. ff. quibus mod. ſervit. amitt.*
*Hartm. Piſt. d. q. n. 26.* Collige ex §. 3. quando 6.
ſunt plures condemnati ob ſummam, omnes te-
nentur pro parte virili, quia ſumma ſemper divi-
dua; Sed *hic* dicit *Gloſſa*, tot appellationibus 7.
opus eſſe, quot ſunt perſonæ, quod reprobat
*Bart. hic.* Sed ſi unus creditorum egerit nomine 8.
aliorum etiam ſine mandato, tunc ut ſententia
illis non præjudicat, ita illis nec appellatione
opus. *Dn. Mev. p. 3. d. 285.* Collige etiam ex §. 1. plu- 9.
res ſummas, ut ad principem eatur, conjungi
poſſe. *Manzius q 69 n. 3. Mynſ. c. 5. obſ 83. Gail. lib. 1. obſ. 123. n. 3. Trentl. diſp. 33. vol. 2. th. 5. lit. A.* Et huic
ſententiæ non obſtat *l. itemq. 11. ff de juriſd.* ut ibi
putat *Bachov.* Sed magis hanc confirmat. Ut
enim plures ſummæ cumulatæ non excludunt
juriſdictionem judicis habentem reſtrictam ad
certam quantitatem juriſdictionem; ita plures
ſummæ cumulatæ fundant juriſdictionem Came-
ræ vel judicis ad quem; nam in prima ſpecie coa-
cervatio eſt adverſa actori, cui initio favetur, &
in hoc textu eſt actori vel appellanti commoda ad
fundandam actionem. In ſumma, quando ex 10.
coacervatione reſultat favor, tunc illa facienda,
quando autem reſultat inde odium, tunc non eſt
facienda. *Alex. vol. 5. conſ. 13. n. 3.* Appellationis
autem devolutio eſt res favorabilis. *Alex. d. l. & Scaccia de Appellat. q. 17. limit. 6. memb. 9. n. 26.*
quamvis diſtinguant alii, an oriantur plures ſum-
mæ ex una cauſa, & ſic una actione petantur, an ex
diverſis, & ſic diverſæ ſint actiones, ut illo caſu
fundetur juriſdictio, hoc non, *Gail. l. 1. obſ. 123. n. 3.*
*Mynſ. cent. 5. obſ. 83. §. 1.* Cumulari etiam poſſunt 11.
uſuræ & expenſæ, imò licet ſumma per ſe non ſit
appellabilis, cauſa tamen famam concernat, ap-
pellationem admittendam eſſe putant, vid. *Manzius d. l. n. 5.* ubi præjudicium allegat.

## ad L. Appellanti. 13.

Non nocet appellanti, licet non ſignificet, à
quâ parte ſententiæ appellet, hactenus ta-

men nocet, quod appellatus poſſit adhærere appellationi, etiam poſt decendium, ſi in genere appellatum, non ſi in certo membro; nam ſi à certo membro ſententiæ appellatum, non niſi in eo membro adhærere Appellationi poteſt appellatus. *Trentac. lib. 2. de Appell. reſol. 7.*

## ad L. Si perluſorio. 14.

### *SUMMARIA.*

*Quibus caſibus olim. ante* Nov. 115. *expngnato teſtamento per querelam legata non intercidebant. vid n. 1.*

*Sententia in contumaciam lata ſoli contumaci nocet. 2.*

*Invitis etiam principalibus litigantibus tertius interveniens admitti debet. 3.*

1\. CErtum eſt ante *Nov. 115.* expugnato Teſtamento per querelam intercidere legata fideicommiſſa & omnia: Sed hic habentur duæ exceptiones (1.) Si hæres ſcriptus in fraudem legatariorum colluſerit cum Actore, & teſtamentum non invitus paſſus ſit expugnari; nam ſic perluſoriè tantum egit, ea ſententia Legatariis non potuit obſtare, quia defuit juſtus contradictor, juſtus defenſor teſtamenti. Secunda exceptio: Si heres ſcriptus abfuit, & eo abſente in contumaciam pronunciatum ſit, inofficioſum eſſe Teſtamentum, quia heres potius præſumitur condemnatus ob contumaciam ejus. *Farinac. q. 11. n. 92.* ubi plures allegat. Ergo hæc ſententia aliis quàm ipſi heredi nocere non poteſt, *hic & l. 17. §.*
2\. *ult. ff. de inoff. teſtam.* Collige, ſententiam in contumaciam latam non aliis ſed ſoli contumaci nocere. vid. *Cujac. add. l. 17. §. ult. p. 555.* Et ergo alii, quibus alias per dependentiam noceret, integra jura ſervanda ſunt. *Felin. ad c. cum Bertholdus. 18. n. 20. de Sentent. & re judic. Scacc. de Appell. gloſſ. 14. q. 12. n. 47. & n. 124. Surdus dec. 256. n. 13. & 14.* quem vide. *& Covarr. in quæſt. pract. 13. n. 5.*
3\. Invitis etiam principalibus litigantibus tertium interveniententem admittendum, concludit hinc *Dn. Mev. p. 4. dec. 285.*

## ad L. Conſtitutiones. 16.

### *SUMMARIA.*

*Latro vel dux factionis condemnatus appellare non poteſt. n. 1.*

*Licet hi ſolum convicti, quo referuntur adulteratores monetarum & raptores virginum. 2.*

*Reliqui malefici non removentur ab hoc beneficio niſi confeſſi. 3.*

*Extra hoſce caſus in criminalibus appellari poſſe colligitur. 4.*

*Camera Spirenſis quomodo appellationem admittat. 5.*

1\. QUando inſignis latro, vel dux factionis, vel ſeditionis concitator condemnatus eſt, appellatio non eſt recipienda, cum eos damnatos ſtatim puniri publicè interſit, Et hi carent beneficio Appellationis, licet ſolum ſint convicti,
2\. *Rauchbar. p. 2. q. 8. num. 11. & 16.* & hunc referens *Hill. in Don. l. 28. cap. 6. lit. K.* qui ad hanc claſſem adulteratores monetarum & raptores virginum refert. Cæteri malefici, ut homicidæ, venefici, malefici, adulteri violentiæ manifeſtæ 3.
rei ita removentur à beneficio Appellationis, ſi non tantum convicti, ſed & confeſſi. *l. 2. C. quorum appell. non recipiuntur. Donell. d. c. 6. lit. L.*
Ex quo à contrario ſenſu colligitur, in criminalibus extra hunc caſum poſſe appellari. *Berlich. p. 2.* 4.
*deciſ. 230. Scaccia §. 17. limit. 48. n. 24.* præſertim à Magiſtratu, qui ſubeſt Principi vel Statui Imperii; nam ad Cameram Spirenſem non appellatur, niſi ex capite nullitatis, v. g. quando contra inauditum proceditur, vel contra jus naturale. *Ord.* 5.
*Cam. p. 2. c. 28. §. pen* Et ſi Camera deprehendat nullitatem, judici inferiori à Camera præſcribitur forma procedendi contra reum criminis poſtulatum. *Dn. Mev. p. 2. dec. 272.* Non facilè tamen ſtatim decernenda inhibitio, niſi ex progreſſu damnum irreparabile immineat. *Dn. Mev. d. l. def. 273.*

## ad L. Si expreſſe. 19.

### *SUMMARIA.*

*Sententia contra jus lata ipſo jure nulla eſt, & appellatione non indiget. n. 1.*

*Quod ampliatur. 2.*

*Appellatione cum nullitatis remedio cumulata, illa deſerta hoc ſupereſt. 3.*

*Item, ſi appellatio rejecta. 4.*

*Omnis ſententia notoriæ iniquitatis ad ſuperius judicium rectè ſine appellatione devolvitur. 5.*

*Ex ſententia nulla appellari poſſe colligitur. 6.*

SI ſententia lata contra jus vel conſtitutionem Superioris, non eget Appellatione, ſed ipſo 1.
jure nulla eſt, quando ſcilicet nominatim aliud jus eſſe dicit judex, quam lege cautum, ut infra *l. 1. §. 2. quæ ſent. ſint appellatione &c. Donell. lib. 28. c. 6. & ibi Hillig. lit. A. & B.* Quod ampliatur, 2.
licet appellatum ſit, & deſerta ſit appellatio ob id, non reconvaleſcit tamen ſententia; Et ſic, ſi à judice peregrino lata ſit ſententia, quæ tamen ſi contra conſuetudinem ſit, poteſt à judice, qui ſententiam publicavit, reformari, etiamſi appellatum non ſit, ut judicatum refert *Dn. Mevius p. 2. dec. 268.* conf. *idem p. 5. dec. 150.*
Et hinc infertur, ſi appellatio cum nullitatis re- 3.
medio cumulata ſit, quod tunc deſerta appellatione, tamen hoc ſuperſit, *Trentacinq. l. 2. tit. de confeſſ. reſol. 1. n. 46.* & quos allegavi remiſſivè *in proceſſ. civ. c. 28. num. 109.* licet contrarium videatur ſentire *Dn. Mev. p. 4. dec. 389.* Sic 4.
etiam ſi appellatio, quia non agitur de ea quantitate, quæ ad appellationem requiritur, rejiciatur, v. g. ſi ſuper ducentis thaleris tantum admittatur Appellatio, & ſententia lata tantum ſuper 100. thaleris, tamen nullitatis remedium intendi poteſt coram appellationis judicio. *Dn. Mevius p. 3. dec. 89.* Imò quævis noto- 5.
ria ſententiæ iniquitas etiam ſine apppellatione

cauſam

Digitized by Google

cauſam ad judicium ſuperius devolvit. *Dn. Mev. p. 1. dec. 195. & p. 4. dec. 115.* præſertim ſi notorie-
tas ex Actis appateat, & nullitas talis, quæ meri-
6. ta cauſæ afficiat. *Dn. Mev. p. 5. dec. 339.* Colligi-
tur etiam ex *h. l. 19.* à ſententia nulla appellari
poſſe. *Scaccia de Appell. c. 17. limit. 19. n. 2.* vid. *l. 1. & 2. infr. Quæ ſent. ſine appell.*

## ad L. Imperatores. 21.

### SUMMARIA.

*Appellationes gradatim fieri debent. n. 1.*
*Quod & hodiè obtinet. 3.*
*Secus de jure Canonico. 2.*
*N. 1. limitatur variè. 4. & 5.*
*Quando mandatum ſine clauſula petitur contra ſubditum imperii mediatum cauſa remittenda eſt ad judicem immediatum. 6.*
*Actus Juriſdictionales gradatim fieri debent. 7.*
*Alienatio feudi validè ſit, requiſitio conſenſu judicis immediati. 8.*
*Quod extenditur, ſi ex ſtatuto conſenſus Magiſtratus requiritur. 9.*
*Appellatio indefinita ſubſiſtit. 10.*
*Delegatione judici infimo à ſupremo facta, appellationem recipit non immediatus, ſed ſupremus. 11.*
*Secus, ſi ſupremus cauſam infimo commendaverit per promotoriales. 12.*
*Error non nocet juſtificationi appellationis faciendæ coram judice immediato. 13.*
*Sequeſtratio bonorum quando & quo modo concedenda. 14. 15. & 16.*

1. Appellatio ad Principem omiſſo medio regu-
lariter non admittitur, cum appellationes
gradatim fieri debeant, *hic & Nov. 23. c. 3. & c.*
2. *63. X. h. t. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. 1.* Sed jure
Canon. ad Principem vel Pontificem ſtatim
poteſt appellari. *Rittersh. l. 5. diff. c. 26. Bachov. vol. 2. in Treutl. diſp. 33. th. 6. lit. A. & B. Donell.*
3. *l. 28. c. 7. lit. H.* Sed nec hodiè ad ſummum Tri-
bunal itur, niſi adito medio judice aut juſta
4. ratione allegata. *Dn. Mev. p. 1. d. 87.* Sed prius
etiam de jure Civ. limitandum eſt, niſi medius
judex impediatur, quo minus cognoſcat, & im-
pedimentum ita comparatum, ut facilè & citò
removeri non poſſit, quia iniquum eſt, ut quis ob
alienum impedimentum juſtitiâ non fruatur.
*Dn. Mev. p. 3. dec. 384.* ubi proponit exemplum,
ubi medii judicis controverſa eſt jurisdictio.
Item poteſt fieri, ut medius deneget juſtitiam
vel ſuſpectus ſit. *Ord. Camer. d. c. 29. §. 1. Mynſ. cent. 1. obſ. 67. Gail. lib. 1. obſ. 119. num. 2.* Sic
quando inter judicem à quo & ad quem ſuper
devolutione controverſia eſt, poteſt ab appel-
lato adiri Princeps vel ejus Tribunal. *Dn. Mev.*
5. *p. 1. dec. 217.* quas aliasque limitationes ulterius
tractatas vide apud *Sigism. Scacc. de Appell. q. 7. n. 36. & multis ſeqq. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 68. & ſeqq.* vel ſi conſvetudo admittat præterire me-
dium. *Mynſ. c. 1. obſ. 67. Blum. de jure Cam. c. 48.*
6. *num. 5.* Argumento *hujus L.* probatur illa ſenten-
tia, quod, quando mandatum ſine clauſula pe-
titur contra mediatum imperii ſubditum, re-
mittenda ſit cauſa ad judicem immediatum, ut
per deputatos Imperii concluſum refert *Roding. in Pandect. Cam. l. 1. c. 12. num. 49. & Dn. Mev. part. 1. dec. 140.* niſi ſcil. periculum in mora ſit.
Generalius colligunt ex *h. l.* quod actus juris- 7.
dictionales gradatim debeant expediri, & non
omitti magiſtratus intermedius. Unde pro- 8.
bant, conſenſum Domini immediati requiri, ut
feudum validè alienetur, vel ſufficere conſen-
ſum ſuperioris Domini. vid. *Carpz. p. 1. dec. 65.*
& quos refert *Hartm. Piſt. obſ. 45.* Dixerim etiam, 9.
ubi ex ſtatuto conſenſus Magiſtratus requiri-
tur ad obligationem immobilium, requiri con-
ſenſum immediati Magiſtratus. Nam ſi ſuperio-
ris ſufficere, non poſſet creditor ſcire onus æris
alieni hypothecarii, qui tamen finis eſt ſtatuti, &
ſic ſtatuo cum *Berlich. p. 2. concl. 29. n. 66.* licet diſ-
ſentiat *Carpz. p. 1. dec. 64.* Colligitur etiam ex 10.
*h. l.* poſſe ſubſiſtere appellationem indefinitam
non expreſſo nomine judicis ad quem, quia in-
telligitur gradatim facta ad ſuperiorem imme-
diatum. Sic etiam, ſi ſupremus judex delega- 11.
verit cauſam judici infimo, tunc enim non ad
immediatum, ſed ad ſupremum judicem appel-
latur, ut delegantem, per *not. ad l. fin. tit. 3. hujus lib.* Sed ſi ſupremus judex infimo per pro- 12.
motoriales commendavit cauſam, & injunxit
rectum proceſſus ordinem, id pro delegatione
non eſt, ſed ſaltem excitatorium ad faciendam
juſtitiam, ex quo non devolvitur cauſa, niſi ſpre-
ris promotorialibus juſtitia denegetur, & ſic
quando ſententia lata, non ad ſupremum, ſed
ad immediatum appellare oportet. *Dn. Mev. p. 5. dec. 203.* Sed tamen ſi pars per errorem ſaltum 13.
commiſiſſet coram immediato judice, juſtifi-
care appellationem licet. *Dn. Mev. p. 5. dec. 205.*
Quamvis ſequeſtratio regulariter ſit prohibita, 14.
nec eâ pendente lite aut appellatione fructibus pri-
vandus. *Dn. Mev. p. 4. dec. 374. num. 2.* nec ea
facienda ſit, cum in puncto attentatorum con-
tra poſſeſſorem pronunciata eſt ſententia, ut
vult *Lancellottus de attent. p. 3. c. 28. n. 144. & Mevius p. 5. dec. 307.* Cum tamen timor eſt, ne
adverſarius, qui in cauſa victus eſt, & appella-
vit, fructus dilapidet pendente appellatione, de-
bent fructus ſequeſtrari penes tertium. *Speculator lib. 2. de appell. tit. §. 11. Ricc. collect. & Scacc. q. 3. n. 28. & ſeq. Donell. l. 28. c. 9. lit. I. Sig. Scaccia de judic. c. 38. n. 12.* conf. *l. 5. C. Quorum appell. non recip.* Sic etiam ſi neuter rem ſuper 15.
qualis eſt, poſſideat, poteſt judex ex officio, rem
locare, ut neuter locet, & fructus conſerventur
victori, *Dn. Mev. p. 2. dec. 343.* nam factum judi-
cis eſt factum partis. *l. 13. C. de Evict. Dn. Thabor ad Barb. l. 6. cap. 3. ax. 25.* conf. *l. 22. §. fin. ff. ſol. matr.* Sed ſine neceſſitate nemo poſſeſſione
ſua dejiciendus; nam poſſet fieri, ut duo diverſo
reſpectu rem eandem poſſideant. *Dn. Mev. p. 5. dec. 233.* Et ſi neceſſaria videatur ſequeſtratio, 16.

non tamen decernenda niſi citatis partibus & cauſæ cognitione præcedente. *Dn. Mevius d. p. 5. dec. 234.*

## ad L. Ad Principem.

*SUMMARIA.*

*JUdex non exſpectato reſponſo Principis ad relationem factam ipſe pronunciare poteſt. n. 1.*

*Quod hodiè non obtinet, ſi judex ex conſenſu partium cauſam ad Collegium ſapientum transmiſerit. 2.*

*Relatio inferioris ad ſuperiorem facta non ſemper effectum ſuſpenſivum habet. 3.*

1. SEntentia, ut puto, plana eſt. Pauca in hoc Nigro de Relationibus habentur, quæritur hîc: an judex, qui cauſam ſalebroſam ad Principem retulit, poſſit poſtea non expectatò reſponsò ipſe pronunciare? quod aff. quia relatio ad Principem eſt quiddam extraordinarium, quod ceſſat, ſi ordinariâ viâ velit procedere ju-
2. dex. Sed hoc non habebit locum, ſi judex ex conſenſu partium hodiè vellet ad Collegium Sapientum transmittere, id quod experientia docet, non aliter hoc decretum mutari, niſi altera pars in inferendis ſportulis moroſa ſit. Relatio
3. tamen inferioris ad ſuperiorem facta interdum non ſuſpendit, vid. *Dn. Mev. p. 1. d. 245.*

## ad L. Ex conſenſu. 23.

*SUMMARIA.*

*IN civilibus quatenus appellatio alterius pro altero valeat n. 1.*

*Conjuncta perſona appellat ſemper cum cautione de rato. 2.*

*Contumax in non veniendo non appellat, & quatenus denegatio appellationis ſubſiſtat. 3. 4.*

1. IN civilibus alius pro alio apppellare poteſt, modò alius intra tempora legitima, ſc. intra decendium, à die ſcientiæ computandum ratam
2. habuerit appellationem, §. 2. *h. l.* ſed conjuncta perſona ſemper admittetur, ut hîc filius, cum cautione de rato, *arg. l. Maritus. C. de procurat.*
3. *Dn. Mevius p. 5. dec. 78.* Verus contumax non appellat, *§ fin. h. l. Carpz. p. 1. jurispr. for. conſt. 20. d. 14. n. 3.* ſcil. ſi contumax in non veniendo, non verò in non parendo v. g. non reſpondendo, vel non jurando &c. *l. ult. §. 1. h. t.* quæ vulgaris eſt diſtinctio, teſte *Hill. lib. 8. c. 6. lit. I.* ſcilicet quando judicium in contumaciam inſtitutum, & vera non ficta eſt contumacia. *Scaccia de appell. q. 17. lim. 3. Beſold. de appellat. c. 6. n. 24. Hill. in Do-*
4. *nell. lit. I.* Ad id verò, ut quis in contumaciam condemnetur, & appellationis beneficium denegetur, neceſſe eſt, ut fuerit vocatus, & quidem peremptoriè, per *h. l.* & nec ipſe, nec per alium comparuerit. *Dn. Mev. p. 5. dec. 280.* vid. *not. ad l. 23. de re judic.*

## ad L. Negotiorum geſtor. 24.

JUdex appellationis etiam de uſuris medii temporis pronunciare poteſt. vid. *not. ad l. 41. de Uſuris.*

## ad L. Imperator. 25.

JUdices non debent impedire appellationem, quia tantum, inquit Imperator Alexander, mihi curæ eſt eorum, qui reguntur, libertas, quantum & benevolentia & obedientia, & inde ſpecies quaſi appellationis & iter ſuſcipere ad Principem, de quo in *c. un. X. de Clericis peregrinantib. & Lancellott. d. tr. part. 2. c. 12. ampliat. 16. Scaccia q. 2. n. 41. & ſeq.*

## ad L. Ult.

*SUMMARIA.*

*COntumax in non veniendo & appellationis deſertor non admittitur ad petitionem reſtitutionis in integrum, nec ad ſupplicationem. n. 1.*

*Admittitur contumax in non exhibendo inſtrumento vel non reſpondendo. 2.*

*Appellatio ab alio inſtitui, ab alio juſtificari poteſt. 3.*

*Appellans, ſpreta juſtificatione, ad acta ſe referens, an audiendus? 4.*

COntumax in non veniendo non appellat, *l. 23.* 1.
*§. ult. h. t. & l. 1. C. Quorum appellat. non recip.* Sic etiam contumax non admittitur ad petitionem reſtitutionis in integrum. *Dn. Mev p. 5. d. 329.* Nec ad ſupplicationis remedium. *Menoch. lib. 1. arb. q. 70. n. 38. & Hillig. d. c. 6. lit. I.* Nec appellationis deſertores. *Carpz. p. 1. jurispr. for. conſt. 20. def. 14.* Sed aliud eſt in eo, ut ſupra 2.
dixi, qui contumax fuit in non exhibendo inſtrumento, vel in non reſpondendo, ut dictum ſupra. *Scaccia q 17. lim. 3. n 17.* qui admittitur, ſi non exhibens ex juramento in litem condemnatus ad intereſſe, de quo *Mand. conſ. 547. in fine.* Ex §. ult. 3.
notetur, quod interdum alius appellet, alius exequatur appellationem, i. e. juſtificet, v. g. ſi tutores appellaverint, poſſet juvenis, ſi interim adoleverit, exequi appellationem. Sed quæritur, 4.
ſi appellans nolit ſe juſtificare, ſed juſtitiam ſuæ cauſa ex actis apparere dicat, & ideò ſe ad Acta referat, vel ſchedulam appellationis pro juſtificatione ſe habiturum dicat, an hoc ſufficiat? Aff. quod tum apparet ex traditis ab *Hillig. ad Don. l. 28. c. 8. l. C. & conſtat mihi ex Actis.*

# TITULUS II.
# A quibus appellari non licet.

## ad L. Tractandum. 1.

*SUMMARIA.*

*ANte ſententiam appellationi renunciari poteſt. n. 1.*

*Hac renunciatio fit duplici modo. 2.*

*Valet etiam renunciatio poſt ſententiam vel tacitè vel expreſsè facta. 3.*

Judex

*Judex cum clauſula, remotâ appellatione, à quo & quatenus conſtitui poſſit. 4. 6.*
*Clauſulæ explicatio. vid. n. 5.*
*Clauſula contra quem ſtringat. 7.*
*Delegatio cauſæ ita facta ut ſtatim executioni tradatur, non æquipollet clauſulæ*, appellatione remota. 8.
*Appellatio ad judicium divinum non inanis oſtenditur. 9.*

1. QUi profeſſus fuerit ante ſententiam, ſe à judice non provocaturum, indubitatè provocandi auxilium perdidit. *Scaccia de appellat. q. 17. limit. 2.* quod in civilibus, non criminalibus locum habet. *Ant. Matth. ad l. 48.*
2. *tit. 17. c. 5. n. 11. Farin. q. 101. n. 20.* Duplici verò modò poteſt renunciari (1.) ut renunciatio reſpiciat ipſam ſententiam ejusque vim, ut ex voluntate partium ſententia qualiscunque futura ſit, corroboretur, vel reſpicit executionem tantùm, quod non attentâ appellatione pronunciatam exequi oporteat. Priori caſu appellatio non admittitur, niſi ſententia nulla ſit; ſed poſteriori caſu admittitur appellatio, ſed ea non habet effectum ſuſpenſivum, ſed tantùm devolutionem. Nam renunciationes ſtricti juris ſunt, præſertum quando renunciatur beneficio juris naturalis.
3. *Dn. Mev. p. 1. d. 99.* Sed & pòſt ſententiam renunciari poteſt Appellationi tacitè vel expreſsè, illud ſi parere inceperit, aut dilationem intra quam ſolveret, petierit &c. *Hill. ad Don. l. 28. c. 6.*
4. *lit. O.* Imperator poteſt ita judicem dare, ne liceat ab eo appellare. *§. 4. q. l.* ſc. per clauſulam,
5. APPELLATIONE REMOTA, quæ tamen non removet recuſationem ſuſpecti, nec appellationem à manifeſto gravamine. *c. 47. X. de Appellat. Scaccia q. 16. lim. 1. Farin. q. 101. n. 111. Hill. d. cap. 6. lit. X.* Sed non præſumendum eſt, Principem, qui reum in criminalibus etiam poſt ſententiam audit, velle appellationem præſcindere; Ergo de appellatione, quæ frivola videri poſſit, hoc intelligendum.
*Ant. Matth. d. l. n. 12.* Ergo alii, quam Imperatori cum hac clauſula delegare non licet, per *hunc* 6.
§. quod etiam de Principibus Imperii intelligit, qui non habent privilegium de non appellando.
*Mev. p. 2. d. 195.* Nam Princeps habens tribunal, 7.
à quo appellare non licet, poteſt delegare cauſam appellatione remota; modo id fiat 1. ex cauſa probabili 2. non contra legem, ſub qua privilegium ſummi tribunalis ipſi conceſſum. 3. ut gravatis non tollatur omne remedium gravamina exponendi & emendandi. 4. ut non fiat contra ſubditorum jura & privilegia ac conſvetudines. *Dn. Mev. p. 3. d. 187.* Hæc clauſula tantùm judicem à quo ligat; Sed ipſe ſuperior poteſt liberè
appellationem recipere. *Dn. Mev. p. 2. d. 194.* Sed 8.
quid ſi Princeps ita deleget cauſam, ut ſtatim executioni tradatur, an hæc clauſula illi appellatione remotâ æquipolleat? Neg. Nam ſemper ea, quæ juris naturalis ſunt, reſervata videntur, uti judicatum refert. *Dn. Mevius d. dec. 191.* Sane à Princi- 9.
pibus & Pontificibus Romanis aliisque judicibus appellationem rejicientibus appellatum fuiſſe ad judicium Divinum, & non ſine effectu, omnium ſeculorum exempla teſtantur; Videantur quæ referunt Dd. *ab Hilligero citati lib. 28. cap. 6. lit. S.* & quos magno numero numerat *Drexelius* in ſuo *Tractat. de Tribunali*, & noſtra tempora teſtata ſunt.

# TITULUS III.
# Quis & à quo appelletur.

## ad L. Quod dicitur. 1. & ſeq.

### SUMMARIA.

APpellatur is, qui judicem dedit. n. 1.
*Non verò mandata juriſdictione tota mandans, ſed ſuperior ejus appellatur. 2.*
*Exempla ſubjiciuntur. 3. 4.*
*Exceptio in legato proconſulis. 5.*
*Hinc hodiè ab oppidanis judiciis ad Senatum appellatur. 6.*
*Quando jure Can. à ſubdelegato ad ſubdelegantem appelletur. n. ult.*

1. QUi dedit judicem, is appellatur, quando à judicis dati ſententia appellatum: Aliud
2. autem in mandata juriſdictione. Nam ab eo, cui quis mandavit Juriſdictionem totam, ſeu cui univerſitas cauſarum commiſſa, ut ho-
3. diè Baronum juſtitiarii Gerichtshalter / non ipſe provocabitur mandans, ſed ſuperior, ad quem à mandante appellaretur, quia judex mandatarius habet idem tribunal cum mandante. *Petr. Barb. ad l. 12. §. 1. ff. de judic. n. 214. Zaſius h. t. n. 2.*
Sic à Vicario ad Epiſcopum non appellatur, quia 4.
habent idem tribunal. *Marantæ de appell. num. 380.*
exceptio habetur in *l. 2. h. t.* in legato Procon- 5.
ſulis, quia Proconſul non videtur omnem juriſ-
dictionem mandaſſe judici. Et ex *hac l. 2.* flu- 6.
xit fortè conſvetudo, quod ab oppidanis judiciis, quæ tamen repræſentant Senatum, ad Senatum detur appellatio, cujus ratio, quod Senatus non omnem juriſdictionem mandaverit Judici & Scabin. Nec obſtat *L. 1. C. qui pro ſua juriſdict.* quia de judice dato loquitur. *Fachin.*
*lib. 1. c. 78.* Jure ſane Canonico à ſubdelegato ad 7.
ſubdelegantem appellatur, ſi non totam cauſam ſubdelegaverit, aliàs ad ſuperiorem, *c. ſi delegatus de officio judic. delegat. lib. 6. Dd. apud Hillig. alleg. lib. 28. c. 7. lit. B. & Gail. lib. 1. obſ. 121. Barb. d. l. n. 218.* conferri poteſt *Theſſaurus lib. 2. cap. 39.*

ad L.

### ad *L.* Fin.

*SUMMARIA.*

*A Judice delegato ad certam cauſam appellatur ipſe delegans. n. 1.*
*Exempl. in commiſſariis. 2. 3. & 4.*
*Si ſuperior inferiori judici certam cauſam delegat, an ad delegantem, an delegantis ſuperiorem appellatur. 5.*
*Subjicitur exemplum. 6.*

1. Hic agitur de judice dato vel delegato ad certam cauſam, & ab hoc apppellatur ipſe delegans, quia hic non eſt idem tribunal, ideoque
2. hodie appellationes à Commiſſariis interponuntur ad committentem. *Dn. Mev. p. 2. dec. 11.* Ideò in commiſſario Cæſaris ad delegantem ad ipſam Majeſtatem Cæſaream appellatur, *Gail. l. 1. obſ. 121. Carpz. de Proceſſ. tit. 18. art. 1. num. 5. ſeq.*
3. *conſ. eundem n. 57.* Quamvis à Commiſſariis Cæſaris non ad Cæſaris judicium aulicum, ſed ad Cameram appellatum fuiſſe referat poſt alios, utpote *Gailum l. 1. obſ. 121. n. 3. Berlich. p. 1. dec. 153. n. 3. Dn. Mevius p. 1. dec. 250. n. 11.* ubi refert à Commiſſariis à Regia Majeſt. Svecica delegatis appellari ad Tribunal Wiſmatienſe, ſi modò tota cauſa delegata, 4.
& ea in Tribunali aliàs ventilari poſſit. Interdum 5.
cum ſuperior certam cauſam delegat judici inferiori, dubium eſſe poteſt, an ad delegantem, an ad eum, ad quem aliàs ab illo judice appellaretur, appellatio facienda Reſp. diſtingvendo, utrum cauſa committatur judici ut judici, per modum excitationis vel promotionis, an verò ut mero commiſſario, illô caſu ad illum ad quem aliàs appellaretur, appellandum eſt, hoc caſu ad delegantem. In dubio illud præſumendum eſt. *Dn. Mev. p. 1. dec. 251.* Ita cum ſupremus judex cauſam aliquam 6.
infimo judici delegavit, ab hoc non ad immediatum, ſed ad ſupremum judicem appellatur. *Dn. Mevius part. 5. dec. 203.*

# Titulus IV.
# Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.

### ad L. Siquidem, 1. §. 5.

*SUMMARIA.*

*Decendium appellationis à die ſententiæ, utut conditionalis, computandum. n. 1.*
*Sententia conditionaliter rectè concipitur. 2.*
*Num qui in conditionali non appellat, ſi poſtmodum purificata, audiatur. 3.*
*Conditio:* niſi probaverit *&c. aliam expectat ſententiam. 4.*
*In proceſſibus liquidationum conditio iſta admittitur. 5.*
*Impoſſibilis conditio vitiat ſententiam. 6.*
*Admittuntur etiam Appellationes conditionales. 7.*
*Et tunc Fatalia non uno modo incipiunt. 8.*
*Appellationis tempus utile eſt. 9.*
*Hinc dies non currunt, ſi nullius judicis copia haberi queat. 10.*
*Non attenduntur fatalia à partibus remiſſa. 11.*
*Propria cauſa quid. 12.*
*Exempla. 13. 14.*
*Decendium aliter ſcienti aliter ignoranti currit. 15.*
*Interdum tamen ignorantia juramento probanda. 16.*
*Tertio quoq; tempus currit. 17.*
*Procuratoris negligentia, ſi ſolvendo nocet domino. n. 18.*
*Si ſolvendo Procurator non ſit, Dominus reſtitui poteſt. 19.*
*Ignorantia affectata non prodeſt, nec dilata exa[illegible]entio. 20.*
*Spatium proſequendæ appellationis. 21.*
*Ob tentatam tranſactionem judex appellantem reſtituat. n. ult.*

1. Biduum appellationis interponendæ, hodiè verò decendium *Nov. 23. c. 1. Auth. Hodie. C. h. t.* computandum (1.) ex die ſententiæ, etiamſi ſententia ſit conditionalis: quia dum fert ſententiam, ea partem gravat. *Hill. in Don. lib. 28. c. 6. lit. S S.* vid. *Manz. in cent. dec. q. 39. n. 35.* quamvis hoc fieri non oporteat, non tamen nulla eſt ſententia conditionalis, quia lex non ſubſiſtit in prohibitione, ſed actum prohibitum con- 2.
firmat. *Cephalus conſ. 421. n. 95.* Sed rectè etiam conditionaliter concipitur ſententia, ſi conditio ſit intrinſeca, i. e. rei præſenti cognata & in continenti impleri poſſit. *Sichard. in L. generaliter pr. n. 4. C. de reb. cred. Anton. Gabriel. in Comment concl. lit. de Sententia, concl. 1. n. 7. Carpz. part. 1. Juriſpr. conſt. 26. def. 9.* Sed quæritur, ſi 3.
conditionalis feratur ſententia, & ab ea non fuerit appellatum, poſtea tamen feratur ſententia, quæ prioris conditionem purificat, an ab hac appellatio admittitur? Negat hoc *Dn. Mev. p. 5. d. 225.* nam à priori debuit appellari, & poſterior eſt tantum executio prioris. Sed hoc intelligo, ſi conditionis exiſtentia ſit liquida: quid ſi enim ita ſententia prior feratur: würde Kläger den erſten und andern Artickel beſſer beweiſen / ſo were Beklagter ſchuldig / ſi ſententia poſterior dicat, omninò eos articulos meliùs probatos eſſe, omninò admittetur à poſteriori appellatio. *Dn. Manz. dec. q. 56.* Si igitur quis condemnetur, 4.
niſi probaverit; vel abſolvatur, niſi actor probaverit &c. quia hæc conditio non quidem eſt intrinſeca, tamen in continenti non probanda, ſed aliam poſtea ſententiam expectat; ideò hæc ſententia informis, non tamen nulla, ſed conſvetudine recepta. vid. *Manz. d. q. 58. n. 20. & ſeqq. Carpz. p. 1. conſt. 26. def. 10.* Sicut etiam in proceſſibus liquida-

qviddationum conditio hæc freqventisſima ad
maturandum proceſſum additur, ſcil. ſi hic vel
ille ſua credita melius probaverit, *Carpz. pag. 1.
conſt. 28. def. 4. & Manz. d. l. num. 36 & ſeqq.* defi-
ciente autem conditione ſententia ſtatim execu-
tioni committenda, nec alia ſententia expectan-
6. da. *Carpz. pag. 1. juriſpr. conſt. 26. def. 11.* Sed im-
poſſibilis conditio vitiat ſententiam *l. fin. ff. qvæ
ſententiæ ſine appell. reſcind. Manz. num. 51.* Sed
qværitur: an etiam appellationes conditionales
7. admittantur? Affirmant has uſus defendit, præſer-
tim qvando, qvi gravatum ſe putat, declaratio-
nem ſententiæ petit, & in eventum appellat, ut eſt
7. ſtylus Practicorum notisſimus. Sed qværitur à
qvo tempore incipiant fatalia? Rſ. *Dn. Mev. p. 3.
d. 250.* diſtingvendo, utrum in poteſtate appellan-
tis fuerit conditionem implere, an non? ut hoc
caſu non niſi ab impleta conditione; illô ab ap-
8. pellatione interpoſita. Dies, intra qvos appella-
tio interponenda, intelligendi ſunt utiles, & qvi-
10. bus copia judicis haberi potuit. Ideoqve exinde
colligitur, nulla fatalia currere appellantibus co-
piam judicis non habentibus, & ipſo jure ſunt
tuti. *Ant. Fab. lib. 7 Cod. tit. 9. def. 2. Dn Mev. p. 2.
d. 9.* ſi ſcilicet copia nec judicis à qvo, nec judicis
ad qvem haberi potuit, ſed ſi alterutrius copia ha-
beri poſſit, præſcriptio locum habet per hanc *l. 1.
& §. 7. Don. l. 28. cap. 6 lit. SS.* ubi plures refert
Dd. de hoc decendio pluribus agentes, Et *Dn. Mev.
d. l.* id qvod jam dictum, qvod ſcilicet non cur-
rant fatalia, ſi copia judicis haberi non potuit,
etiam in eo caſu deciſum refert, qvando interea
Proviſionali remedio uti & ad conſilium Status
11 appellare qvis potuiſſet. Sanè non attendi etiam
fatalia, qvando a partibus remiſſa, judicatum re-
12. fert *Dn. Mev. pag. 3. d. 410.* Propria cauſa in §. 11.
definitur, qvod ſit, ex qva commodum vel da-
mnum ad me meo nomine pertinet *Dn. Mev. p. 4.
13. d. 285. num. 4.* Unde qværitur, an civitas poſſit
conqveri de injuria illata civi vel pignoratione
ejus? qvod aff. per *tradita Gail. de Pignorat. obſ. 6.
14. n. 11. Mind. de Proceſſ. lib. 1. c. 37. n. 18 & ſ.* Idem tamen
eſt pro extraneo, ſi jurisdictio civitatis læſa *Dn.
15. Mev p. 2. d. 304.* Decendium currere incipit præſen-
ti non tantum à die latæ ſententiæ, ſed & ab hora
*§ ult.* Currit à momento in momentũ, & ſi non ap-
pareat, qva hora interpoſita ſit appellatio, intra
horam præſumitur interpoſita ſit *Theſſaur. l. 1. q. 66.*
ignoranti non à die latæ ſententiæ, ſed à die ſci-
entiæ, vel qvo ſcire debuit. *Dn. Mev. pag. 2. d. 270.*
& ideò ratione principii eſt tempus utile. *Gail. lib.
1. obſ. 139. n. 7. Mynſ. cent. 2. obſ. 2. num. 4.* Sed 16.
qvando de tempore ſcientiæ inter partes non con-
venit, & appellans dicit ſe eo demum tempore co-
gnoviſſe, appellatus verò contrarias alleget præ-
ſumptiones, qvibus oneratur appellans poteſt ju-
ramento à judice appellanti delato res dilui *Dn.
Mev. pag. 5. d. 168.* Et currit qvoqve tempus tertio 17.
adhærere volenti per *tradita Scaccia de Appellat.
q. 12. num. 69. & ſeqq. Dn Mev. pag. 4. d. 180.* Si an- 18.
tem procuratorem habuit, tenetur procurator ap-
pellare, aut Domino denunciare, aliàs ſententia
tranſit in rem judicatam, & negligentia Procura-
toris nocet Domino, ſi ille ſolvendo ſit, qvia Do-
mino ad illum datur regreſſus. *Gail. d. obſ. 139. n 9.
Hartm. tit. 19. obſ. 3. Carpz. p. 1. juriſpr. for. c. 19 def.
14. Beſold. de Appell. c. 5. n. 52. Hilk. lib. 28 in Don.
c. 6. lit. SS.* Sed ſi ſolvendo non ſit, per reſtitutio- 19.
nem in integrum ex clauſula generali principali
ſuccurritur. *Gail. l. 1. obſ. 139. n. 10. Dn. Mev. p. 5.
d. 207. Carpz. p. 1. c. d. 22 & ſeqq.* conferri poteſt
*Oddus de Reſtit. p. 1. q. 29. art. 3.* Sed ſi non per pro- 20.
curatorem lis acta, pars verò adverſa ad audien-
dam ſententiam ritè citata, ignorantia hæc affe-
ctata non prodeſt, nec executio dilata, ut judica-
tum refert *Dn. Mev. p. 2. d. 270.* qvod intelligo, ſi
perſonaliter citatus ad audiendam ſententiam, &
publicatam eſſe ſciat, & diu cunctatus ſit, ne teno-
rem reſciſcat; nam hæc negligentia ipſi commo-
do, alteri damno eſſe non debet, ut prælaudatus
*Dn. Mev.* ipſe declarat *p. 3. d. 169.* Spatium proſe- 21.
qvendæ appellationis eſt annus, & ex juſta cauſa
biennium, qvod tempus à die interpoſitæ appella-
tionis computandum. *Carp. p. 1. c. 20. d 10. num. 3.*
Sed tempus hoc non currit, ſi coram Commiſſa- 22.
riis interim cauſa ventiletur. & transactio tente-
tur *Auth. ſi tamen C. h. t.* Et ſi non coram arbitris
ſed per alias intermediatas perſonas de compoſi-
tione agatur, non difficilis debet eſſe judex ad re-
ſtituendum in integrum appellantem contra la-
pſum fatalium. *Dn. Mev. p. 4. d. 339.* de fatalibus
terminis vid. etiam *not. ad l. ff. de dilat.*

# Titulus V.

## De appellationibus recipiendis vel non.

### Ad L. Non ſolent, 1. in fin.

*SUMMARIA.*

*Mater pro filio fatalia obſervare poteſt. n. 1.*
*Uxor maritum, ſi periculum in mora, rectè defendit. 2.*

1. Mater, licet pro defenſione filii ipſum defen-
dendo intervenire non poſſit; poteſt tamen
appellare pro eo, & fatalia appellationis ob-
ſervare, & ita litem præparare, qvod receptum eſt
ex ea ratione, qvia fatalia ſtrictè obſervanda; Et
ex hoc concludit *Dn. Mev. part. 4. dec. 390.* uxo-
rem in appellationis inſtantia poſſe defendere 2.
maritum, & ubicunqve in mora periculum, v. g.
ſi merces mariti diſtrahendæ, areſtandæ aut ſe-
qveſtrandæ &c. multo magis pro excuſanda ab-
ſentia admittitur. *Sich. ad l. 4, C. de procur. in fin.*

ad L.

## ad L. Ante. 2.

*SUMMARIA.*

*Ante ſententiam, ſi grave damnum immineat, appellare licet. n. 1.*
*Sententia interlocutoria ex cauſa principali aliquid definiens, appellabilis eſt. 2.*
*Exempla. 3. 4.*
*A decreto ad unius inſtantiam non opus eſt appellare, utile tamen. 5.*
*Si actoris intentio liquida, exceptio vero illiquida proviſionaliter judex decernet. 6.*
*Exemplum locati conducti. 7.*
*Quando à proviſionali ſententia appellatio detur. 8.*
*Exemplum. 9.*
*In ſententia definitiva, ſi exceptio altioris indaginis rejecta, appellatio ſaltem devolutivum effectum habet. 10.*

1. ANte ſententiam & ſic ab interlocutoria ap-
pellari nequit, niſi irreparabile damnum con-
tineat; ut ſi in civili negotio quæſtionem haben-
dam eſſe Judex pronunciet vel in criminali cauſa
aliquid contra leges faciat. *Scaccia q. 17. limit. 47.*
*m. 1. n. 7. Gail. l. 1. obſ. 129. Menoch. l. 2. A. Q. caſ.*
*490. Hillig. lib. 28. c. 6. lit. LL.* vel probatio non
neceſſaria injungatur, vel non ei cui debebat, vel
præjudicium cauſæ inferat principali. *Dn. Mevius*
2. *p. 2. dec. 295. Hill. d. l.* Exemplum aliud habet
*Dn. Mevius p. 3. dec. 286.* nam omnis ſententia
interlocutoria ex cauſa principali aliquid defini-
ens, appellabilis eſt, v. g. quæ ulteriorem dedu-
ctionem requirit, & ſimul de poſſeſſione aliquid
determinat. *Dn. Mev. p. 5. dec. 253.* conferantur à
3. me notat. in *proceſſ. civ. cap. 28. n. 2. & ſeqq.* Et
tunc ſi remiſſa ſit cauſa, facultas aliqvid decer-
4. nendi penes judicem ad quem, nulla eſt. *Dn. Mev.*
*p. 3. dec. 150.* Item ſi ad locum non tutum ab of-
fenſo fortè judice vocetur. *Zang. de except. p. 2.*
*c. 2. Dn. Mev. pag. 3. dec. 52.* ubi notat, non ſta-
tim hoc caſu proceſſum appellatorium decer-
nendum, ſed cauſæ ſtatum prius explorandum:
5. *Dn. Mevius p. 3. dec. 153.* Sanè à decretis ad unius
inſtantiam non opus eſt appellare, *c. 1. C. Com-*
*minationes, Epiſtolas &c.* Utile tamen eſt appel-
lare, & ſufficiet, ſi inter plura ab uno appelletur;
nam decreta, quæ proceſſerunt appellationem,
non habentur pro ſententiis, ſequentia autem
decreta pro attentatis habenda. *Dn. Mevius p. 4.*
6. *dec. 192.* Verùm quæritur, ſi intentio actoris ſit
liquida, exceptio verò illiquida, & judex illam
exceptionem non attendat, ſed eam tacitè rejici-
at, non verò expreſsè repellat, tum illa quaſi pro-
viſionalis eſt ſententia, donec exceptio liquidò
7. probetur, v. g. ſi locator contra penſionarium
agat ad penſionem ſolvendam, hic verò excipiat
ſibi frui non licuiſſe, exceptio eſt illiquida, judex
condemnat reum, exceptionem expreſsè non re-
pellit, videtur ſententia proviſionalis, à quâ non
datur appellatio. *Anton. Faber. l. 4. Cod. t. 41. def.*
8. *4. Dn. Mev. p. 4. dec. 244. n. 11.* Si ſcilicet (1.)
à parte ejus, pro qua proviſionaliter pronuncia-
tum, ſit planè liquida. (2.) ſi res moram non fe-
rat. (3.) nec ab adverſario talis proferatur ex-
ceptio, quæ executionem non impedit (4.) ut per
ſatisdationem alteri ſatis in omnem eventum
conſultum ſit; nam horum uno deficiente appel-
lari à proviſionali ſententia poterit. *Dn. Mev. p.*
*1. d. 2.* Sic in concurſu alicujus creditoris ſumma 9.
in ſententia pro liquida poſita erat, ſed huic op-
poſuerunt liberi liquidati exceptionem compen-
ſationis, ſed quia non erat liquida, erat præterita;
filii appellant, pro irrelevante gravamine hoc fuit
in Facultate noſtra habitum, quia exceptio com-
penſationis non præcluſa. conf. *not. ad l. 7. §. 1.*
*de Compenſat.* Si etiam definitiva ſententia lata 10.
ſit, & exceptio ſit altioris indaginis, & ideò ex-
preſsè rejecta, non tamen appellationem quoad
effectum ſuſpenſivum, ſed devolutivum tantum
locum habere, vult *Dn. Mevius d. dec. 244. n. 5.*

## ad L. Ei cujus. 5. §. 1.

NOn recepta appellatione Judex ad quem ad-
eundus. Et ad id tantum tempus requiri-
tur. Sed tutius eſt à rejectione appellare, ne ea
denegatio delationis in rem judicatam abiiſſe di-
catur. *Vid. Hilliger.* & quos refert *ad donell. l. 28.*
*c. 6. lit. Aaa.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Judex à quo ſi appellationem recipere nolit, etiam refutatoriis datis nihil innovare debet. n. 1. & 6.*
*Mulcta temeraria appellationis judici à quo non debetur. n. 2.*
*Statuta appellationem impedientia non facilè probanda. 3.*
*Si poſt depoſitam pecuniam partes tranſigant, pecunia judici non debetur. 4.*
*Si Apoſtolos refutatorios dederit judex, exemplum appellanti edat. n. 5.*
*Refutatorii non dandi, niſi cauſa planè inappellabilis. 7.*
*Si repulſa appellatio, appellans tamen appellationem proſequi poteſt. 8.*

QUando Judex à quo non vult recipere ap- 1.
pellationem, nihil debet innovare, per *h.*
*text. Lancellott. in tr. d. attentatis p. 2. c. 12. Am-*
*pliat. 5.* Nam etiam refutatoriis datis, donec de-
volutionis punctus à ſuperiori decidatur, Judici
inferiori acquieſcendum, atque appellationi vis
ſua, quæ eſt in ſuſpendo, inviolata relinquen-
da. *Dn. Mev. p. 5. d. 305.* ubi de tali facti ſpecie
agit, qua judex ad quem ſubdubitans de devolu-
tione ad Regimen Regium retulerat, ſed pen-
dente relatione judex à quo attentaverat.
Sed ſi in judicio appellationis mulcta ob teme- 2.
rariam appellationem dictetur, an ea judi-
ci, à quo quem læſit, vel tantum pars debea-
tur? utrumque negat *Dn. Mevius part. 1. dec.*
*230.* quia mulcta eſt fructus jurisdictionis &
debe-

debetur illi qvi indicit. Sed in qvibusdam judi-
3. ciis tenetur appellans certam pecuniæ ſummam
deponere, qvæ velut pœna in eventum ſucumbentiæ judici à qvo debetur, qva tamen ratione
Appellatio ad Superiorem impediri poſſit; ideo
non temerè talia ſtatuta condenda ner confirmanda. Sed qvæſitum memini, ſi poſt depoſitam pecuniam partes tranſigant, an hæc pecunia
4. debeatur judici à qvo; Reſp. à Facultate memini negatum, qvia non ſuccubuit appellans, &
durum eſſet, ſi appellans præcisè proſeqvi appellationem teneretur, cum tamen nemo ad agendum compellatur. Et iniqvum foret transactiones impedire: nec, niſi in delictis non capitalibus, tranſigens pro confeſſo habetur. Debet
5. autem Apoſtolos refutatorios dare, & eorum
exemplum parti appellanti edere. *P. Gregor. l. 6. de Appellat. c. 2. n 6. Maranta part. 6 tit. de Appellat. n. 225. Donell. & ibi Hillig. lib 28. c. 7. lit. O.*
6. ſed acqvieſcere interim debet judex, *Dn Mev. p. 2. dec. 294.* & aliqvot rationibus probat *Carpz. p. 3. dec. 241.* Refutatorios autem libellos non
7. dabit, niſi habeat rationem, qvæ cauſam ipſam
reddat inappellabilem; nam ſi jura partium attendat, licet liqvidiſſimum jus eſſe putet partis
8. victricis, debet tamen deferre. *Dn. Mev. p. 3 dec. 386.* Sed qvid ſi repulſa ſit appellatio, appellans autem non denuò appellet à rejectione, ut fieri ſolet, an proſeqvi poteſt appellationem? Aff. nam judicis à qvo non eſt judicium ferre de appellatione recipienda vel non, ideò ſi judex ad qvem recipiat, poterit ibi juſtificari. *Dn. Mev. p. 5. dec. 219.*

## ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*SI res dilationem non recipiat, & appellatio non permittitur. n. 1.*

*Exempla varia. 2. 3. 4 5. 6. 7.*

*Sc. non admittitur, qvoad effectum ſuſpenſivum, bene qvoad devolutivum. 7.*

*An cauſa ædificiorum inappellabiles. 8.*

*Si notoria injuria, utcunque alias ſumma ſit inappellabilis, appellare licet. 9.*

*Qvando in cauſis collectarum permiſſa. 10.*

*Sæpius cauſa inappellabilis, ex puncto incidente, appellationem admittit. 11.*

*Subjicitur Exemplum. 12.*

*Judicis arbitrio relinqvendum an circumſtantiæ appellationem ſvadeant. 13.*

SI res dilationem non recipiat, non per-
1. mittitur appellare, v. g. ne teſtamentum
aperiatur, *Dn. Mev. p. 3. dec. 405.* ne frumentum 2.
in uſum militum contrahatur, ne ſcriptus
heres in poſſeſſionem mittatur, *Donell. lib.* 3.
*28. c. 6. lit. GG. Lancellot d. q. 12. Limit. 43.*
huc pertinet qvæſtio de alimentis futuris, à qvi- 4.
bus qvoad effectum ſuſpenſivum negatur appellatio, qvando pauper agit. *Petr. Barboſa. ad leg. 1. part. 1. n. 56. ff. ſolut. matrim. Lancellottus de attent. p. 2. c. 12. lim. 24. c. 5. Riminaldus conſ. 79. n. 18.* Et hoc maximè verum in ſalariis Paſtorum Eccleſiæ in qvibus eorum alimenta conſiſtunt. *Dn. Mev. p. 1. dec. 134.* Sed de præteritis 5.
admittitur appellatio. *Dn. Mev. p. 1. dec. 186.* In
cauſis ſepulturæ Eccleſiaſticæ non admittitur appellatio. *Carpz. l. 2. jurispr. Eccl. def. 395.* Sic
qvando de aggeribus reficiendis agitur, non ad- 6.
mittitur appellatio, v. g. ſi omnibus accolis man- 7.
detur, ut aggeres reficiant, expenſas autem
reſtituendas eſſe ab iis qvibus antiqvitus id oneris
incumbit, non admittitur appellatio; ſcil. qvoad effectum ſuſpenſivum, bene autem devolutivum, ſecus autem ſi opere facto ſuper expenſis
qvæſtio *Dn. Mev. p. 3. dec. 106* Ex ſtatutis interdum cauſæ ædificiorum eximiuntur, qvod qvomodo reſtringendum ſit, vid. *Dn. Mev. p. 1. dec.* 8.
*169. & p 3. dec. 180.* utcunqve autem cauſa alias
ſit inappellabilis, fiet tamen appellabilis ſi notoria injuria *Dn. Mev. p. 3. dec. 423* Et in cauſis 9.
collectarum non facilè admittenda eſt appella- 10.
tio, niſi qverela ſit de inæqvalitate, de conſuetudine vetere immutata, aut æſtimo variato. *Dn. Mevius p. 1. deciſione 148. & ſeqv. & p. 4. d. 27.* interim tamen res ſemper in eo ſtatu conſervanda, in qvo res antea i. e. ante litem motam
fuit. conf. *Dn. Mev. p. 1. dec. 149.* Notandum au- 11.
tem ad *h. t.* fieri poſſe, ut cauſa ipſa appellationem non admittat, poteſt tamen ob incidens punctum appellatio concedi. *Dn. Mev. p 3. dec. 83.*
In cauſis politicæ ordinationis non admitti appel- 12.
lationem eſt in proverbio, ſed negari neqvit hic
aliqvem gravari poſſe, ideò poteſt appellari, ut
oſtendit *Dn. Mevius p 3. dec. 154.* ubi explicat §.
Wie nun von den *cauſis* 106. &c. *de Anno. 1654.*
Et qvamvis in hoc titulo alibiqve plures cauſæ recenſeantur, ubi appellationes non recipiuntur. 13.
de qvibus *Scaccia de Appellat. q. 17.* tot tamen habentur limitationes, ut ferè regulam abſorbeant, & poſſunt intervenire circumſtantiæ in cauſis non appellabilibus, qvæ appellationis æqvitatem ſvadeant, & è contrario, in cauſis per ſe appellabilibus poſſunt intervenire circumſtantiæ, qvæ iniqvitatem appellationis ſtatim detegunt, ut tu- 14.
tius ſit, hoc judicis boni, pii ac docti arbitrio ac conſcientiæ deferre, qvam omnia certis regulis includere, cenſet *Dn. Mev. p. 3. dec. 188.*

# TITULUS VI.

# De Libellis dimiſſoriis, qvi Apoſtoli dicuntur.

## Ad L. Unic.

*SUMMARIA.*

*Apoſtoli intra triginta dies à tempore ſententiæ petendi. n. 1,*
*Hodie vel ſemel petere ſufficit. 2.*
*In Camera Spir. ſine Apoſtolis recipitur appellatio. 3.*
*Idem in tribunali VViſmar.*
*Si appellans in termino pro dandis Apoſtolis non compareat, eſt deſertor. 5.*
*Si non recipienda appellatio, dantur apoſtoli refutatorii. 6.*
*Qvid faciendum ſi judex diverſa referat in facto. 7.*

1. Appellatione interpoſita Apoſtoli intra 30. dies à tempore latæ ſententiæ computandos *l. 24. C. de Appel. Mynſ. c. 4. obſ. 36. Vivius l. 2. dec. 266 Sande l. 1. tit. 13 def. 3. Carpz. p. 1. Jurispr. for. conſt. 10. d. 7. n. 5.* inſtanter & ſæpius ſunt petendi,
2. ſi non impetret, parti hoc non nocebit, *c. 6. lib. 6. de appell.* Sufficit tamen hodiè uno contextu & ſemel petere Apoſtolos. *Clementina 2. h. t.* conf. *Scaccia de appell. q. 13. art. 3. & 4. Carpz. d. part. 1. c. 20. d. 7. & pag. 4 c. 20. dec. 7.* In Camera Spirenſi non reqviruntur Apoſtoli ſed his non petitis recipitur appellatio per *Ord. Cam. pag. 2. t. 30. §. 2. Gail. l. 1. obſ. 130. num. 15 Mynſ. c. 4. obſ. 36. Hill in Do-* 3.
*nell. l. 28. c. 7. lit. L.* Qvod ſeqvitur etiam Tribunal Regium Svec. Wiſmar. *Dn. Mev. pag. 1. d. 36.* Si tamen appellans in termino ad dandos apoſtolos deſtinato non ſe ſtiterit, habetur pro de- 4.
ſertore *Carpzovius dec. 20. dec. 8.* Si appellatio non recipienda ſit ut frivola, dari poſſunt Apo- 5.
ſtoli refutatorii, in qvibus ſemper cauſa exprimenda *Dn. Mevius pag. 1. dec. 136.* Solent etiam judices in talibus refutatoriis diverſa referre in facto, & à relatione appellantes diſcrepantia, 6.
qvo caſu judici, extra Acta qvid narranti, credendum non eſt; ſed differenda cauſa donec Acta edantur; ideoqve horum editio injungatur, 7.
ut rationibus hoc probat *Dn. Mevius pag. 1. dec. 204.* nec admittenda petitio appellati de differendis proceſſibus, donec judex à qvo referat. *Dn. Mev. p. 1. dec. 213.*

# TITULUS VII.

# Nihil innovari appellatione interpoſita.

## Ad L. Unic.

*SUMMARIA.*

*Attentata qvid? n. 1.*
*Attentata aut judicis aut partium. 2.*
*Si attentata cauſa contraria, judex appellationis cauſam remittit. 3.*
*Qvid obtineat ſi attentata cauſam principalem concernant? 6.*
*Attentata etiam in cauſa fiſci emendanda. 7.*
*Attentatum non eſt, ſi judex appellationem ignoraverit. 8.*
*Neque etiamſi ad perpetuam memoriam examinet, &c. 9. 10. 11.*
*Judex revocat, licet appellatio non intimata, aut inhibitio facta. 12.*
*Si judex attentavit, ipſe tenetur. 13.*
*Appellatione interpoſita judex qvieſcere debet, 14.*
*Exemplum in criminalibus. 15.*
*Reg. Attentata ante omnia revocanda. 16.*
*Ampliatur. 17.*
*Limitatur. 18.*
*Poſſeſſionis continuatio pro attentato non habenda. 19.*
*Nec judicis executio confirmatâ ſententiâ. 20.*
*Nec attentat judex inferior, omnia in priſtino ſtatu conſervans. 21.*
*Aliaque exempla varia. 22. 23. 24.*
*Hæc lex etiam locum habet in novi operis nunciatione. 25.*
*Pendente lite altera pars in poſſeſſione defendenda. 26.*
*Principi attentare jubenti parendum non eſt 27.*
*Attentatum qvod neutri præjudicat, ſaltem qvatenus attentatum revocatur. 28.*

Attentata ſunt qvæ in præjudicium appellantis & ipſius appellationis fiunt à judice, vel parte *Dn. Mevius pag. 4 dec. 301. n. 1.* 1.
Illud, ſi appellationi juſtæ non deferens de facto exeqvatur; hoc, ſi pars una alteram v. gr. ſpoliet poſſeſſione ſua, qvod ſi appellans faciat, ſuæ ap- 2.
pellationi renunciare videtur. *cap. 42. de appellat.* qvia actus is litis pendentiæ contrarius, & conjunctus eſt cum contemptu judicis *Hill. in* 3
*Don. l. 28. c. 9 lit.* A. Appellans autem ſi pendente appellatione qvid innovet & attentet, indignum ſe facit appellationis beneficio, & renunciaſſe cenſetur appellationi. *Gail. l. 1. obſ. 146. n* 4.
*Berlich. p 1. dec. 131. n. 3.* ita ut probatis attendatis judex appellationis tanqvã appellatione deſertâ cauſam remittere poſſit. *Gail. d. l. n. 15.* ſi ſc. attentata ſint appellationi contraria. *Berl. d. l. n. 5.* Et ſi attentatorum qverela altioris ſit indaginis, libello 5.
opus *Gail. d. l. n. 7. & Berlich. n. 7.* Et ſi attentata cauſam principalem concernant, eô caſu differenda eorũ definitio, donec cauſa principalis defini- 6.
atur; ſecus ſi ſint à cauſa principali diverſa, & tunc nõ expectatô cauſæ principalis fine l. concluſione

pro-

pronunciandum. conf. *Dn. Mevius p.4. dec.381.*
7. *Gail. l.1. obſ.145. & ſeq.* Qværitur etiam an in
cauſa Fiſci attentata emendanda? qvidni; nam
non reperitur Fiſcus privilegiatus exceptis de-
bitoribus onerum publicorum: nam cum in his
conſiſtant alimenta publicarum perſonarum
& militum, hæc differri non debent. *Dn.
Mev. p. 5. dec. 83.* In aliis utitur Fiſcus jure
communi, *l. 6. pr. ff. de jure Fiſci*, maximè
ſi ceſſô jure ab alio utatur. Parte etiam non
petente revocabit Judex, *Berlich. d. l. n. 13.*
ſi modo ille, qvi attentaſſe dicitur; no-
8. titiam appellationis habuit. *Dn. Mev. p. 3.
dec. 121.* Nam attentatum non eſt, ſi judex
à qvo ignoratâ appellatione (forte qvando co-
ram Notario appellatum) aliqvid decernit
poſt appellationem, ſed hoc tamen principa-
lis cauſæ deciſioni reſervatur, ſicut etiam ſi
pars aliqvid exeqvatur ignoratâ appellatione.
9. vid. *Dn. Mev. p. 4. dec. 57.* Nec attentatum eſt,
ſi judex à qvo ob periculum moræ teſtes ad per-
10. petuam rei memoriam examinet. *Dn. Mev. p.
4. dec. 160.* nec ſi judex exeqvatur ſententiam,
nullitatis remediô per modum actionis propo-
ſitô, per tradita. *Scaccia de Appell. q. 19. remed.
1. concl. 4. n. 12.* conf. *not. ad. l. 30. ff. de judiciis.*
11. Nec ſi judex à qvo, non ut judex, ſed ut de-
bitor interim ſolvat uſuras præſtitâ ſibi cauti-
one. *Dn. Mev p. 4. dec. 310.* Revocabit etiam
12. judex licet appellatio non ſit intimata *Dn.
Mev. p. 3. dec. 122.* vel nulla adhuc inhibitio facta
*Dn. Mev. p. 4. dec. 382.* Licet appellans deſe-
rat appellationem, imò eidem expreſſè renun-
ciet, poteſt tamen judex ſuper attentatis, ſi ad
injuriam judicis ſuperioris ſpectare videantur,
13. inqvirere per procuratorem Fiſci, *Dn. Mev.
p. 4. dec. 221.* imò & ex officio judex attentata
inferioris judicis punire poteſt *Dn. Mev. d. p. 4.
dec. 222.* Sed ſi judex attentavit, tunc tenetur ju-
dex; ſi executor attentavit, is ſolus tenetur.
*Dn Mev. p. 4. dec. 241.* Et hæc revocanda ſine
14. proceſſu, ſi ſint notoria i. e. ſi ex Actis appare-
ant *Dn. Mev. p. 4. dec. 286.* Appellatio ergo ſive
recepta ſive non recepta, impedit, qvo minùs
aliqvid innovari poſſit, & debet judex à qvo li-
cet apoſtolos refutatorios dederit, interim ta-
15. men qvieſcere, nec qvid tentare. *Mev. part. 2.
dec. 294.* ut ſupra etiam dictum v. gr. Si reus in
criminalibus appellavit, integer ſtatus eſſe
debet appellatione interpoſita ita; ſi ex plu-
ribus criminibus qvis condemnatus, & pro-
pter qvædam tantùm appellavit, ſi hæc ſunt
graviora, differenda eſt pœna; per minorem
enim cauſam majori præjudicari neqvit, be-
nè tamen contra, *Donell. l. 28. c. 9. lit. I.* &
per appellationem nemo fructu ſuæ poſſeſ-
ſionis privari debet. *ea ut lite pend. Dn. Mev.
p. 2. dec. 149.* Ergo notanda eſt Regula: Atten- 16
tata ante omnia ſunt revocanda per *hunc Tit.*
ita tamen ut in revocatione attentatorum non
ultra progrediatur judex, qvàm ut cauſam re-
ponat in ſtatum, in qvo appellationis tempo-
re fuit *D. Mevius. p. 1. dec. 265.* Et hæc revoca- 17
tio attentatorum ſtatim petenda eſt qvando de
attentato liqvet, qvando verò non liquet, tunc
de attentatis pari greſſu cum appellationis pro-
ceſſu proceditur. *Carpzov p. 1. dec. 93.* imò
ſolet etiam mulctâ fiſcali vindicari, non tan-
tum ſi in inhibitione pœna interminata, ſed
licet nulla pœna expreſſa, cum judex ſuperior
ſuam jurisdictionem etiam contra inferiorem
tueri debeat. *Dn. Mevius pag. 3. dec 66.* ubi
etiam reſtitutionem fructuum, refuſionem ex-
penſarum, damnorum etiam huc refert. Et
licet judex à qvo facere poſſit qvæ ad facilio-
rem exitum appellationis faciunt, *Lancel-
lottus de Attent. p. 2. c. 12. lim. 4. num. 1.* Id 18.
tamen verum eſt, niſi cauſa ad ſuperiorem
devoluta nondum ſit; v. gr. appellavit qvis
ob adjudicationem ſine prævia taxatione fa-
ctam, poſtea judex à qvo errorem correctu-
rus vult æſtimare, propterea non eſt revocan-
da appellatio, ut deciſum refert *Dn. Mev. p 3.
dec. 377.* qvæ autem poſt devolutionem acta
ſunt coram priore judice quæ cauſam ipſam
concernant, ea ſunt ſeparanda. *Dn. Mev. p. 1.
dec. 151.* Sed habet hæc Regula alias præter me-
moratas exceptiones, qvas recenſet *Lancellot.*
ſuis locis, inter alias vero vid. *ll. 21. § fin. de Ap-
pell. & l. 5. C. Quorum appell. non recip.* cauſa au-
tem revocationis reqvirit cauſæ cognitionem.
*Dn. Mevius p. 2. dec. 27.* Sæpe autem contin-
git, ut poſſeſſionis continuatio pro attentato ha- 19
beatur, & hoc malè, *Dn. Mev. p. 1. dec. 47. Klock.
vol. 2. conſ. 4. num. 6.* nam non attentat, qvi poſ-
ſeſſionem ſuam continuat *Dn. Mevius p. 5. dec.
102.* ideoque non inhibitiones, ſed tuitoria co-
gnitâ cauſa pro poſſeſſione partis emanare
poſſunt; *Dn. Mev. p. 2. dec. 57.* qvicqvid enim
pro defendenda poſſeſſione fit, non eſt pro at-
tentato habendum. *Dn Mev p. 2. dec 58.* Qvo-
modo libellus in cauſa attentatorum faciendus,
vid. *Dn. Mev. p. 1. dec. 152.* pro revocandis atten-
tatis vel prohibendis turbationibus judicem
à qvo adire poteſt appellans, nec videbitur re-
nunciaſſe appellationi. *Dn. Mev. p. 1. dec. 248.*
Sed etiam qvicqvid exeqvitur judex, poſtqvam 20.
ſententia à qva confirmata eſt, licet cauſa
nondum remiſſa, non habendum eſt pro
attentato *Dn. Mevius p. 2. dec. 130.* licet judex
perperam faciat, qvod nondum factâ remiſ-
ſione exeqvatur, niſi urgens cauſa ſit. Qvæ
autem circa attentata ſunt altioris indagi-

nis,ſiſtunt revocationem. *Dn. Mev. p. 2. dec. 39.*
21. Sic nec attentat judex inferior, qvi per decretum innovationi reſiſtit, & omnia in priſtino ſtatu conſervat. *Dn. Mev. p. 3. dec. 78.*
22. Sic neqve attentatum eſt, qvando cauſa attentati præjudicaret cauſæ principali, & de illo caſu, principali non definitâ, ſtatui neqvit, ut in materia collectarum decretum
23. refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 35.* Sic nullum eſt attentatum, qvando aliqvid factum à judice à qvo cum conſenſu appellantis expreſſo vel
24 tacito. *Dn. Mev. p. 4. dec. 362.* vel ubi lis malitioſa, vel per præſtitam cautionem alteri parti ſecuritas præſtari non poteſt, vel ſi accedat favor dotis & alimentorum &c. *Dn. Mev.*
25. *p. 4. dec. 344.* Hæc *l. un.* etiam locum habet in nunciatione novi operis, qvando enim oblatâ cautione judex prohibuit ædificationem, & prohibitus appellet, non poteſt hic oblata cum cautione ad ædificationem ad-
26 mitti ne aliqvid innovetur, ſecus ſi ante oblationem cautionis pronunciatum *Dn. Mev. p. 2. dec. 179.* Pendente etiam lite defendenda eſt altera pars in poſſeſſione qvam ante litem habuerat *arg. h. l. Dn. Mev. p. 2. dec. 188.* ſed tunc potius eſſet attentatum, ſi pars qvæ in poſſeſſione tempore litis motæ reperitur ſua poſſeſſiona ſpoliaretur. *Mev. p. 6. dec. 105.* niſi poſſeſſio notorie vitioſa *Dn. Mev. d. p. 6. dec. 206.* Sed non fuit viſum, decretum judicis à qvo revocari, qvô ſolutio uſurarum biennalium fuit injuncta; qvia non pugnabat cum appellationis puncto. *Dn. Mev. p. 4. dec. 72.* Et ſi in Appellationis inſtantia attentata ſunt prohibita & revocanda, utiqva 27
multò magis in inſtantiâ lite pendente retractanda, ut argumentatur *Donell. l. 24. c. 4. lit. A. & conſ. c. 1. X. ut lite pend.* Neqve ſi Princeps juſſerit attentari aliqvid obſeqvendum *arg. l. 7. C. de jure Fiſci & Nov. 113. c. 1. Hillig.* 28
*d. l.* Interdum tamen aliqvid per attentatum fit, qvod qvidem alteri nullum præjudicium adfert, ideoqve confirmatur; ſed qvatenus attentatum revocatur, qvale exemplum habet *Dn. Mevius p. 3. dec. 211.* ubi pars litigans domum qvam non poſſidebat, lite pendente locaverat, qvod alias neutri præjudicat.

# TITULUS VIII.
## Qvæ Sententiæ ſine Appellatione reſcindantur.

### Ad L. Illud 1.

*SUMMARIA.*

*Referuntur varii caſus qvibus ſententia ſine appellatione reſcinditur ipſo jure n. 1. 4. 6. 8.*

*Sententia in appellationis inſtantia lata ſuper membro prioris ſententiæ, qvod in rem judicatam tranſiit, ipſo jure nulla videtur. 2.*

*Qvod explicatur. 3.*

*Si in judicio inferiori & ſuperiori diverſa ſunt ſtatuta, judex ad qvem inferioris ſtatuta in pronunciando attendere debet. 7.*

*Si judex, ſepoſita reconventione in judicium deducta ſolum conventionis punctum per ſententiam definiat, an hic ſententia nulla. 9.*

1. Sententia contra ſententiam, qvæ in rem judicatam tranſiit lata, ipſo jure eſt nulla, nec appellatione opus habet, *hic & l. 1. C. qvando provocare non eſt neceſſe c. 9. X. de Sententiis* ſi ſcil. priori judici oſtenſa & cognita *c. 20. d. t.* & ibi *Dd. Vantius de nullitate ex defectu proceſſus n. 125. Scacc. q. 11. n. 149.* Sed qvid ſi à diverſis ju-
2. dicibus latæ? vid. *Theſ. lib. 4. q. 7.* Ex hoc textu apparet, ſi ſententia plura contineat puncta, ab uno appellatum, illam ſententiam in aliis punctis reformari non poſſe. Et ſic ſententia in inſtantia appellationis lata, qvâ prioris ſententiæ membrum aliqvod, qvod in rem judicatam tranſiit, corrigitur, ipſo jure videtur nulla. *Dn. Mev. p. 3. dec. 106.* Sed hoc intelligo, niſi aliud punctum ita ſit connexum, ut correctô unô alterum corrigi nec[illegible] Sic in concurſu creditorum; ſi ab un[illegible] altero puncto appellatum, judi- 3
ci à qvo in aliis punctis v. g. in conſtituendo curatore rationibus ab eo exigendis, de iis examinandis aliisqve, manus ligatæ non ſunt, *Dn. Mev. p. 3. dec. 222.* Sic ſi à certo puncto appellatum, inhibitio reſtringenda eſt ad illud punctum à qvo appellatum, v. g. ſi ultra alterum tantum uſuræ adjudicatæ, qvoad hoc punctum ſaltem inhibitio intelligenda, & in reliqvis liberas manus habet judex à qvo, ac poteſt ſuperior ita expreſsè reſtringere inhibitionem. *Dn. Mevius p. 4. dec. 268.* Si Sententia contineat expreſſum errorem calculi, ſententia ipſô jure nulla *§. 1. h. l.* 4.
*& l. un. C. de Err. calc. Heig. p. 1. q. 20 n. 24. Eſcobar de ratiociniis cap. 41. n. 3. & 11. Sich. in d. l. un. Dn. Mevius ad Jus Lubec. l. 1. tit. 7. art. 31. n. 33. Johan. Haſer.*

*Heſer, in tr. de Ratiocin. loco 15. n 146. Donell. & ibi Hill. l. 27. c. 6. lit. C.* Quando ſeotentia
lata eſt contra jura, & ercor juris in ipſa ſenten-
5. tia expreſſus, tunc ſententia eſt ipſo jure nul-
la, *§. 2. h. l.* quod hic exemplis declaratur. Et
decreta ac mandata judicis planè injuſta non
opus habent appellatione. *Dn. Mev. p. 5. dec. 322.* conf *l. Si expreſſum 19. ſupr. de Appell. P. Barb. in L. Maritum 13. n. 51. ff. ſolut. matr. Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 3. Donell. & ibi Hill. lib. 27. c. 6. lit. A* Executione factâ in bona tertii
6. non opus eſt appellationè, ſed appellans cum
decreto ad judicem, ut emendetur nullitas,
ſtatim remittendus, *Dn. Mev. p. 4. dec. 29.* Sed
quid ſi diverſa in judicio inferiori & ſupariori
ſint ſtatuta, an judex, ad quem debet pronun-
ciare ſecundum ſtatuta ſui judicii. an verò
7. ſecundum ſtatuta conſuetudinis loci, ubi pri-
mò cauſa tractata? & hoc poſterius affirmatur
communiter, quia debet judicare, an ſenten-
tia prior, juſta, annon? *Guido Papa dec. 237. n. 1. P. Heig p. 144. n. 40. Rauchbarus p. 1. q. 1. n. 27. Dn. Mev. p. 3. dec. 74.* E. g. ſi in inferiori judi-
cio calumniæ juramentum receptum, in ſupe-
riori non, juxta inferioris judicii Stylum eſt
8. pronunciandum. Quando quis ex Edicto pe-
remtorio, quod neque propoſitum eſt, neq; in
notitiam rei pervenit, condemnatus eſt, nullius
momenti eſt illa ſententia, *§. 3. h. l.* unde fluit
vulgatiſſimum illud: ſententiam contra non
citatum latam, eſſe ipſo jure nullam; & nulla
fere eſt major nullitas. *Vantius de Null. ex defectu null. n 2.* Et immiſſiones in bona, ſi non citâ
tâ parte fiant, nullitate laborant. *Lud. Poſtius in tr. de Manuten. dec. 220. n. 6. & dec. 230. n. 5. Honded. conſ. 20. num. 43. lib. 1.* Si conven-
tus actorem reconveniat, judex autem ſepoſi-
tâ recooventione punctum conventionis ſo- 9.
lum per ſententiam definiat, videtur eſſe nul-
la; Sed magis eſt, ut appellatione opus ſit *§. fin. h. l. Maranta p. 4. diſt. 6. n. 10. Molignatus de Reconv. q. 12. Donell. l. 17. cap. 18. lit. S. & ibi Hilliger.*

## ad L. ult.

*SUMMARIA.*

*Sententia ad impoſſibilia obligans, nulla eſt. 1. 3.*
*Inventarii editio poſt multos annos exigi non poteſt. 2.*
*Sententia diſpenſationis impetrationem imponens, an valeat? 4.*

Sententia impoſſibilia præcipiens nulla eſt. 1.
*hic & l. Impoſſibilium. 185. de R. J. Donell. l. 27. c. 6.* & quos *ibi lit. K.* refert *Hilliger.* Hinc
poſt multos annos inventarii editio, quando
conſtat nullum eſſe factum, fruſtra impone- 2.
retur. *Dn. Mevius p. 3. dec. 328.* ubi remedio ju-
ramenti conſulitur heredi, vid. *not. ad l. 19. ff.* 3.
*de furtis* & conditio impoſſibilis reddit ſenten-
tiam nullam. *Gomez. l. 7. var. reſol. c. 12. n. 67. Dn. Manzius in cent. dec. qu. 58. n. 51.* Sic ſi
alicui injungeretur impetratio diſpenſationis 4.
matrimonii, de quo dubitaretur an non ſit
jure divino prohibitum, ſententia videri poſſet
nulla; quia ea quæ debent fieri per Principem
pro impoſſibilibus reputantur. *arg. t. l. apud Julianum de Leg. 1. Ceph. conſ. 451. n. 218. lib. 4. Menoch. caſ. 778. n. 6.*

# Titulus IX.

# An per alium cauſæ appellationum reddi poſſunt.

## Ad *L.* Quæri ſolet. 1.

*SUMMARIUM.*

*Cauſæ appellationis in pecuniariis per procuratorem reddi poſſunt, ſecus in criminalibus*

Ubi cauſa in prima inſtantia per procuratorem tractari poteſt, ibi etiam in appellationis inſtantia id fieri poteſt; exemplum hic habetur in cauſa pecuniaria. *Menoch. lib. 1. A. Q. 80. n. 90. Riccius collect. 620.* Sed aliud in criminali cauſa; Ex qua ſequi ſolet pœna uſque ad relegationem, quod incluſivè intelligendum eſſe tradit *Hillig. lib. 18. c. 10. lit. E. p. 336. & c. Fachin. l. 1. controv. c. 26.* Sed aliter *Ant. Matt. ad lib. 48. tit. 13. cap. 4. n. 2. & ſeqq.*

## Ad *L.* fin.

*SUMMARIA.*

*Procurator an appellationem proſequi teneatur. n. 1. 3.*
*Civitati contra reſcriptum Principis appellanti an officialis Principis qui impetravit reſcriptum reſpondere teneatur. 2.*

SI Procurator abſentis appellaverit, licet 1.
rationes reddiderit, tenetur tamen juſtifi-
care appellationem. Unde probatur *Donelli*
opinio, procuratorem teneri proſequi ap-
pellationem *lib. 18. c. 10. pag 347. & lib. 18. c. 16. lit. C. & ſeqq.* Sed jure Can. aliud per *c. pen. de Procurat. Gail. l. 1. obſ. 139. n. 11. Theſ. lib. 1. q. 75.* Sed quæritur; Officialis Principis impe- 2.

trat Reſcriptum contra civitatem, civitas appellat, an officialis debeat reſpondere appellationi? volebat id quidam negare officialis, quem tamen compulſum refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 38.* Dubitatum ait *Carpz. p. 3. dec. 204.*
3. Si procurator habeat mandatum ad appellandum, non expreſſa juſtificatione an appellationem ſine alio mandato juſtificare poſſit procurator? quod aff. & ita pronunciatum refert *Carpz. d. l.* quia mandatô antecedente etiam conſequens neceſſario mandatum videtur, & cum etiam inſtantia appellationis ad effectum primæ inſtantiæ pertineat.

# TITULUS X.

# Si tutor vel curator Magiſtratus creatus appellaverit.

## Ad *L.* Tutor. 2.

QUando tutor à munere delato appellat, heres ejus tenetur appellationem proſequi propter periculum intermedii temporis. *Montan. de Tutel. c. 34. Regul 3. n. 18. Camill. Borell. part. 2. deciſ. tit. 33. n. 1365.*

# TITULUS XII.

# Eum; qui appellaverit in provincia defendi.

## Ad L. 1.

IN *h. l.* dicitur, quod qui appellavit, ſi conveniendus eſt, ex aliis cauſis debeat in provincia conveniri; qui vero ob publicam cauſam abeſt, defendi domi non habeat neceſſe. Ratio eſt evidens. Id autem exinde colligere Dd. ſolent, quod in inſtantia appellationis reconveniri appellans, licet actor ſit, non poſſit. Nam hoc etiam ratio ſvadet, quia judex ad quem non poteſt de alia cauſa judicare, quàm quæ delata eſt. *Melign. q. 35. de Reconvent. & q. 79.*

# TITULUS XII.

# Apud eum, â quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.

## Ad L. Unic.

### SUMMARIA.

*AN judex, à quo appellatum, in alia cauſa ab appellante, ut ſuſpectus, recuſari poſſit. n. 1. 2. 3.*

1. QUæritur hîc; an appellans apud eundem judicem à quo appellavit, aliam planè diverſam cauſam agere teneatur? Et videtur quod non, quia ab eodem ſemel eſt gravatus; Sed affirmatur de Judice ordinario, quia nondum conſtat de gravamine. Aliud igitur ſi gravamen ſit notorium, vel ſi judex delegatus ſit. *c. 6. & 8. X. de Appellat. Lancellot. de attentat. part. 2. c. 12 limit. 2. & cap. 20. limit. 5. n. fin. Scaccia q. 17. lim. 47. membr. 3. n. 4. Rittersh. de differentiis lib. 5. cap. 28.*
2. Non poſſum tamen ſatis mirari, quod in *c. 6. & 24. X. de Appell.* ſtatuitur, poſſe à me recuſari judicem ut ſuſpectum, qui contra me ſemel judicavit, licet ſit ordinarius. Nam non ſequitur: appellavi, Ergo gravavit me judex indebitè; nam præſumendum potius eſt me ideò ſuccubuiſſe, quia intentionem meam non ſatis probavi; quo fine etiam omnes appellantes ad nondum deducta deducenda ſe offerunt.
Nec præſumenda eſt in judice, à quo appellatum, offenſio, ſed potius, quod habiturus ſit rationem juramenti ſui. Et ex *dictis capitulis* ſequetur, ſi in una cauſa condemnatus ſim, & appellaverim, quod pendente appellatione (nam tunc nondum de gravamine conſtare poteſt, & appellationis proceſſus in multos annos extendi ſolet) appellans à nemine ſuorum creditorum coram ordinario judice conveniri poſſet; quæ manifeſta eſſet eluſio juſtitiæ: aut dicendum, appellantem privandum eſſe beneficio primæ inſtantiæ & coram Superiore conveniendum. Et quid ſi conveniar ex uno capite à te, & litem tecum conteſtatus ſim, poſtea cum alio contendens ſuccumbam, & appellem in diverſa cauſa? nam tunc in priori cauſa ſuſpicionem hanc poſt litem conteſtatam opponere poſſem; quia de novo ſupervenit, & ideò ſuſpendenda eſſet non tantùm illa lis, ſed omnes aliæ mecum inſtitutæ Non puto igitur, judicem à quo appellatum, recuſari poſſe ob hoc ſolum, niſi injuſtitia judicis ſit notoria, & in oculos incurrat. Et meritò igitur ſubſiſtendum in diſpoſitione juris civilis. 3.

Titu-

# TITULUS XIII.
# Si pendente appellatione mors intervenerit.

## Ad L. Unic.

*SUMMARIA.*

*MOrtuo appellatore an evaneſcat appellatio. n. 1.*

*Intra quod tempus heres appellationem proſequi debeat. 2.*

1. MOrtuo appellatore ſine herede, evaneſcit appellatio; ſed ſi heredem reliquerit, hic tenetur proſequi, ſi adverſarii interſit, v. c. in cauſa pecuniaria, aliàs non, vel, non ut alioquin plecti, ſed ut rei judicatæ ſtari debeat. *Donell. l. 28. cap. 9. circa finem.* Sed & tutoris heres, ſi nondum reddidit rationes, appellationem proſequi tenetur. *Guttertz. de Tutel. part. 2. c 19. n. 11.* Sed terminus proſequendæ appellationis 2.
non currit hereditati jacenti, & heredi adhuc conceditur ſpatium 4. menſium à tempore aditionis *l. fin. C. h. t.* ulterius prorogatio non conceditur, niſi acceſſerint alia impedimenta, quæ prorogationem merentur.

# TITULUS XIV. De Jure Fiſci.

## Ad L. Variæ. 1.

*SUMMARIA.*

*VArii referuntur tituli, quibus fiſco acquiritur. n. 1. 2.*

*Civitatibus merum imperium habentibus an ex eo competat Jus Fiſci. 3.*

*Poſſeſſio bonorum vacantium, quorum dominium fiſco ipſo jure competit, legitimè eſt acquirenda. 4.*

*Jura fiſcalia competunt Statibus Imperii. 4.*

*An Nobilibus Imperii? 5.*

*Fiſcus quotupliciter ſuccedat? 6.*

*An ſit fiſcus ſit heres? 7.*

*Quid ſi defunctus bona in diverſis territoriis habeat, quis Fiſcus ſuccedat? 8.*

*An fiſcus ſuccedat peregrino? 9.*

*Quid de teſtamento peregrini? 10.*

*An ad pias cauſas teſtari poſſit? 11.*

*Intra quod tempus præſcribantur fiſco ex delatione bonorum vacantium vel ex delicto debita. vid. n. 12.*

*A quo tempore præſcriptionum tempora fiſco currant vid. n. 13.*

*De criminibus an poſt viginti annos inquiri poſſit? n. 14.*

*Vicennium in delictis quomodo computandum. 15*

*Quid jure Saxonico. 16.*

*Lite ſuper crimine motâ, vicennii lapſus non præjudicat. 17.*

*Actioni Civili ex delicto non præſcribitur viginti annis 18.*

1. VArii hîc recenſentur Tituli, ex quibus Fiſcus ſuccedit, vel adqvirit jus aliquod. (1.) ob tacitum fideicommiſſum incapaci relictum, ex quo datur Fiſco actio in rem. *l. 43. h. t.* (2.) Si mors defuncti non vindicetur. *l. 17. & 20. ff. de his qua ut indigni.* (3.) Si heres indignus. *l. 1. ſupr. de his qua ut indign.* (4.) Si Princeps inſtitutus, & teſtamentum ſubreptum dicatur in fraudem Principis, *hic & l. 46. §. 8. h. t.* (5. Theſaurus repertus in prædio fiſcali, de quo infra. (6.) Si quis rem fiſcalem magni pretii per gratiam minoris comparaverit. (7.) Si in cauſa aliqua fiſcus per prævaricationem fuit victus. *hic & l. un. C. de Sentent. adverſus Fiſcum lat.* (8.) Bona damnatorum decedenti-
um. (9.) Bona eorum, quorum memoria 2.
poſt mortem damnatur. (10.) Si domus negotiationis gratia deſtructa, quo caſu duplum pretii fiſco cedit. *hîc & l. 52. de contrah. empt.* (11.) Si quis ab accuſatione deſtitit. (12.) Si quis rem litigioſam vendiderit. *hic & l. 22. d. t.* (13.) Si ex contractu privatorum Fiſco quid debeatur. (14.) Quæ ſunt ex commiſſis aliisque cauſis, quas hîc recenſet *Gloſſ & Peregrin. in tr. de jure Fiſci*, paſſim. *Colleg. Argent. hîc th. 8. Cujac. tom. 2. in h. l. 1. Schutz. in Inſt. in ord. ſucced.* Bona vacantia herede deſtituta, aut quæ habent heredem, ſed ob jus retorſionis (quia peregrinus eſt, & ejus provinciæ incola, in qua noſtris nulla ſucceſſio datur) incapacem, deferuntur Fiſco. Sed an civitatibus etiam, quæ merum & mixtum imperium habent? Quod affirmant multi, ſed perperam;
nam jura Fiſci cum imperio mero nihil com- 3.
mune habent; ideoque Princeps contra civitates municipales fundatam intentionem habet. *Coehm. vol. 2. conſ. 55. Dn. Mevius p. 3. dec. 101. & part. 4. dec 66. Dn. D. Strykc in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 6. Art. 1. §. 11.* ideo tamen ſtatim non eſt derogandum juri, quod civitas prætendit, ſed ea ad probandum admittenda; nam per privilegium vel immemorialem præſcriptionem poteſt hoc jus adquiri. *Dn. Mev. d. l.* Et ſi civitas in poſſeſſione ſit, in ea defendenda eſt, *Dn. Mev. p. 1. dec. 66.* Sed Principibus
Imperii & Civitatibus Imperialibus jura fiſci 4.
competunt, quouſque ſe territorium eorum extendit *Roſenthal. de feudis concl. 52. Dn. D. Stryke in tractatu de Succeſſ. ab inteſt. cap. 6. artic. 1. §. 8.* ubi refert ſententiam eorum, qui aſſerunt, cui competunt Regalia, quod eidem etiam competant fiſcalia. Nobilibus etiam imperii immeditatis jura fiſci competere ex eo evincitur, habeant, quod jura territorii ut
ex inſtrumento Pacis Oſnabruggenſi *tit. 5. §. 10.* 5.
*probat Idem Dn. D. Stryke d. l. d. §. 13.* Circa univerſalem ſucceſſionem Fiſci hoc monendum, tribus potiſſimum modis vel caſibus ſuc-
cedere fiſcū ab inteſtato (nam de eo caſu, quan- 6.
do fiſcus heres inſtituitur, hic nō loquimur) pri-

### ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*A Judice delegato ad certam cauſam appellatur ipſe delegans. n. 1.*

*Exempl. in commiſſariis. 2. 3. & 4.*

*Si ſuperior inferiori judici certam cauſam deleget, an ad delegantem, an delegantis ſuperiorem appellatur. 5.*

*Subjicitur exemplum. 6.*

1. Hic agitur de judice dato vel delegato ad certam cauſam, & ab hoc apppellatur ipſe delegans, quia hic non eſt idem tribunal, ideoque
2. hodie appellationes à Commiſſariis interponuntur ad committentem. *Dn. Mev. p. 2. dec. 11.* Ideò in commiſſario Cæſaris ad delegantem ad ipſam Majeſtatem Cæſaream appellatur, *Gail. l. 1. obſ. 121. Carpz. de Proceſſ. tit. 18. art. 1. num. 5. ſeq.*
3. *conf. eundem n. 57.* Quamvis à Commiſſariis Cæſaris non ad Cæſaris judicium aulicum, ſed ad Cameram appellatum fuiſſe referat poſt alios, ut poſt *Gailum l. 1. obſ. 121. n. 3. Berlich. p. 1. dec. 153. n. 3. Dn. Mevius p. 1. dec. 250. n. 11.* ubi refert à Commiſſariis à Regia Majeſt. Svecica delegatis appellari ad Tri- 4.
bunal Wiſmarienſe, ſi modò tota cauſa delegata, & ea in Tribunali aliàs ventilari poſſit. Interdum 5.
cum ſuperior certam cauſam delegat judici inferiori, dubium eſſe poteſt, an ad delegantem, an ad eum, ad quem aliàs ab illo judice appellaretur, appellatio facienda Reſp diſtingvendo, utrum cauſa committatur judici ut judici, per modum excitationis vel promotionis, an verò ut mero commiſſario, illô caſu ad illum ad quem aliàs appellaretur, appellandum eſt,* hoc caſu ad delegantem. In dubio illud præſumendum eſt. *Dn. Mev. p. 1. dec. 251.* Ita cum ſupremus judex cauſam aliquam 6.
infimo judici delegavit, ab hoc non ad immediatum, ſed ad ſupremum judicem appellatur. *Dn. Mevius part. 5. dec. 203.*

# TITULUS IV.
# Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.

### ad L. Siquidem, 1. §. 5.

*SUMMARIA.*

*DEcendium appellationis à die ſententiæ, utut conditionalis, computandum. n. 1.*

*Sententia conditionaliter rectè concipitur. 2.*

*Num qui in conditionali non appellat, ſi poſtmodum purificata, audiatur. 3.*

*Conditio: niſi probaverit &c. aliam expectat ſententiam. 4.*

*In proceſſibus liquidationum conditio iſta admittitur. 5.*

*Impoſſibilis conditio vitiat ſententiam. 6.*

*Admittuntur etiam Appellationes conditionales. 7.*

*Et tunc Fatalia non uno modo incipiunt. 8.*

*Appellationis tempus utile eſt. 9.*

*Hinc dies non currunt, ſi nullius judicis copia haberi queat. 10.*

*Non attenduntur fatalia à partibus remiſſa. 11.*

*Propria cauſa quid. 12.*

*Exempla. 13. 14.*

*Decendium aliter ſcienti aliter ignoranti currit. 15.*

*Interdum tamen ignorantia juramento probanda. 16.*

*Tertio quoq; tempus currit. 17.*

*Procuratoris negligentia, ſi ſolvendo noceat domino. n. 18.*

*Si ſolvendo Procurator non ſit, Dominus reſtitui poteſt. 19.*

*Ignorantia affectata non prodeſt, nec dilata executio. 20.*

*Spatium proſequendæ appellationis. 21.*

*Ob tentatam tranſactionem judex appellantem reſtituat. n. ult.*

1. Biduum appellationis interponendæ, hodiè verò decendium *Nov. 23. c. 1. Auth. Hodiè C. h. t.* computandum (1.) ex die ſententiæ, etiamſi ſententia ſit conditionalis: quia dum fert ſententiam, ea partem gravat. *Hill. in Don. lib. 28. c. 6. lit. S S.* vid. *Manz. in cent. dec. q. 58. n. 15.* quamvis hoc fieri non oporteat, non tamen nulla eſt ſententia conditionalis, quia lex non ſubſiſtit in prohibitione, ſed actum prohibitum con- 2.
firmat. *Cephalus conſ. 421. n. 95.* Sed rectè etiam conditionaliter concipitur ſententia, ſi conditio ſit intrinſeca, i. e. rei præſenti cognata & in continenti impleri poſſit. *Sichard. in L. generaliter. pr. n. 4. C. de reb. cred. Anton. Gabriel. in Comment concl. lit. de Sententia, concl. 1. n. 7. Carpz. part. 1. Juriſpr. conſt. 26. def. 9.* Sed quæritur, ſi 3.
conditionalis feratur ſententia, & ab ea non fuerit appellatum, poſtea tamen feratur ſententia, quæ prioris conditionem purificat, an ab hac appellatio admittitur? Negat hoc *Dn. Mev. p. 5. d. 225.* nam à priori debuit appellari, & poſterior eſt tantum executio prioris. Sed hoc intelligo, ſi conditionis exiſtentia ſit liquida: quid ſi enim ita ſententia prior feratur: würde Kläger den erſten und andern Artickel beſſer beweiſen / ſo were Beklagter ſchuldig / ſi ſententia poſterior dicat, omninò eos articulos meliùs probatos eſſe, omninò admittetur à poſteriori appellatio. *Dn. Manz. dec. q. 58.* Si igitur quis condemnetur, 4.
niſi probaverit; vel abſolvatur, niſi actor probaverit &c. quia hæc conditio non quidem eſt intrinſeca, tamen in continenti non probanda, ſed aliam poſtea ſententiam expectat; ideò hæc ſententia informis, non tamen nulla, ſed conſvetudine recepta. vid. *Manz. d. q. 58. n. 20. & ſeqq. Carpz. p. 1. conſt. 26. def. 10.* Sicut etiam in proceſſibus liquida-

Digitized by Google

qviddationum: conditio hæc freqventiſſima ad
maturandum proceſſum additur, ſcil. ſi hic vel
ille ſua credita melius probaverit, *Carpz. pag. 1. conſt. 28. def. 4. & Manz. d. l. num. 36 & ſeqq.* defi-
ciente autem conditione ſententia ſtatim execu-
tioni committenda, nec alia ſententia expectan-
6. da. *Carpz. pag. 1. juriſpr. conſt. 26. def. 11.* Sed im-
poſſibilis conditio vitiat ſententiam *l. fin. ff. qva ſententia ſine appell. reſcind. Manz. num. 51.* Sed
qværitur: an etiam appellationes conditionales
7. admittantur? Affirmat has uſus defendit, præſer-
tim qvando, qvi gravatum ſe putat, declaratio-
nem ſententiæ petit, & in eventum appellat, ut eſt
ſtylus Practicorum notiſſimus. Sed qværitur à
7. qvo tempore incipiant fatalia? Rſ. *Dn. Mev. p. 3. d. 250.* diſtingvendo, utrum in poteſtate appellan-
tis fuerit conditionem implere, an non? ut hoc
caſu non niſi abimpleta conditione; illô ab ap-
8. pellatione interpoſita. Dies, intra qvos appella-
tio interponenda, intelligendi ſunt utiles, & qvi-
10. bus copia judicis haberi potuit. Ideoqve exinde
colligitur, nulla fatalia currere appellantibus co-
piam judicis non habentibus, & ipſo jure ſunt
tuti. *Ant. Fab. lib. 7 Cod. tit. 9. def. 1. Dn Mev. p. 2. d. 9.* ſi ſcilicet copia nec judicis à qvo, nec judicis
ad qvem haberi potuit, ſed ſi alterutrius copia ha-
beri poſſit, præſcriptio locum habet per hanc *l. 1. & §. 7. Don. l. 28. cap. 6 lit. SS.* ubi plures refert
Dd. de hoc decendio pluribus agentes, Et *Dn. Mev. d. l.* id qvod jam dictum, qvod ſcilicet non cur-
rant fatalia, ſi copia judicis haberi non potuit,
etiam in eo caſu deciſum refert, qvando interea
Proviſionali remedio uti & ad conſilium Status
11 appellare qvis potuiſſet. Sanè non attendi etiam
fatalia, qvando a partibus remiſſa, judicatum re-
12. fert *Dn. Mev. pag. 3. d. 410.* Propria cauſa in §. 11.
definitur, qvod ſic, ex qva commodum vel da-
mnum ad me meo nomine pertinet *Dn. Mev. p. 4. d. 285. num. 4.* Unde qværitur, an civitas poſſit
13. conqveri de injuria illata civi vel pignoratione
ejus? qvod aff. per *tradita Gail. de Pignorat. obſ. 6. n. 11. Mind. de Proceſſ. lib. 1. c. 37. n. 28 & ſ.* Idem tamen
14. eſt pro extraneo, ſi juriſdictio civitatis læſa *Dn.*
15. *Mev p. 2. d. 304.* Decendium currere incipit præſen-
ti non tantum à die latæ ſententiæ, ſed & ab hora
*§ ult.* Currit à momento in momentū, & ſi non ap-
pareat, qva hora interpoſita ſit appellatio, intra
horam præſumitur interpoſita ſit *Theſſaur. l. 1. q. 66.*
ignoranti non à die latæ ſententiæ, ſed à die ſci-
entiæ, vel qvo ſcire debuit. *Dn. Mev. pag. 2. d. 270.*
& ideò ratione principii eſt tempus utile. *Gail. lib. 1. obſ. 139. n. 7. Mynſ. cent. 1. obſ. 2. num. 4.* Sed 16.
qvando de tempore ſcientiæ inter partes non con-
venit, & appellans dicit ſe eo demum tempore co-
gnoviſſe, appellatus verò contrarias alleget præ-
ſumptiones, qvibus oneratur appellans poteſt ju-
ramento à judice appellanti delato res dilui *Dn. Mev. pag. 5. d. 168.* Et currit qvoqve tempus tertio 17.
adhærere volenti per *tradita Scaccia de Appellat. q. 12. num. 69. & ſeqq. Dn Mev. pag. 4. d. 180.* Si au- 18.
tem procuratorem habuit, tenetur procurator ap-
pellare, aut Domino denunciare, aliàs ſententia
tranſit in rem judicatam, & negligentia Procura-
toris nocet Domino, ſi ille ſolvendo ſit, qvia Do-
mino ad illum datur regreſſus. *Gail. d. obſ. 139. n 9. Harpm. tit. 19. obſ. 3. Carpz. p. 1. juriſpr. for. c. 19. def. 14. Beſold. de Appell. c. 5. n. 52. Hilk. lib. 28. in Don. c. 6. lit. SS.* Sed ſi ſolvendo non ſit, per reſtitutio- 19.
nem in integrum ex clauſula generali principali
ſuccurritur. *Gail. l. 1. obſ. 139. n. 10. Dn. Mev. p. 5. d. 207. Carpz. p. 1. c. d. 22 & ſeqq.* conferri poteſt
*Oddus de Reſtit. p. 1. q. 29. art. 3.* Sed ſi non per pro- 20.
curatorem lis acta, pars verò adverſa ad audien-
dam ſententiam ritè citata, ignorantia hæc affe-
ctata non prodeſt, nec executio dilata, ut judica-
tum refert *Dn. Mev. p. 2. d. 270.* qvod intelligo, ſi
perſonaliter citatus ad audiendam ſententiam, &
publicatam eſſe ſciat, & diu cunctatus ſit, ne teno-
rem reſciſcat; nam hæc negligentia ipſi commo-
do, alteri damno eſſe non debet, ut prælaudatus
*Dn. Mev.* ipſe declarat *p. 3. d. 269.* Spatium proſe- 21.
qvendæ appellationis eſt annus, & ex juſta cauſa
biennium, qvod tempus à die interpoſitæ appella-
tionis computandum. *Carp. p. 1. c. 20. d 10. num. 5.*
Sed tempus hoc non currit, ſi coram Commiſſa- 22.
riis interim cauſa ventiletur. & transactio tente-
tur *Auth. ſi tamen C. h. t.* Et ſi non coram arbitris
ſed per alias intermediatas perſonas de compoſi-
tione agatur, non difficilis debet eſſe judex ad re-
ſtituendum in integrum appellantem contra la-
pſum fatalium. *Dn. Mev, p. 4. d. 339.* de fatalibus
terminis vid. etiam *not. ad l. ff. de dilat.*

# TITULUS V.

## De appellationibus recipiendis vel non.

### Ad L. Non ſolent. 1. in fin.

*SUMMARIA.*

*Mater pro filio fatalia obſervare poteſt. n. 1.*
*Uxor maritum, ſi periculum in mora, rectè defendit. 2.*

Mater, licet pro defenſione filii ipſum defen-
1. dendo intervenire non poſſit; poteſt tamen
appellare pro eo, & fatalia appellationis ob-
ſervare, & ita litem præparare, qvod receptum eſt
ex ea ratione, qvia fatalia ſtrictè obſervanda; Et
ex hoc concludit *Dn. Mev. part. 4. dec. 390.* uxo-
rem in appellationis inſtantia poſſe defendere 2.
maritum, & ubicunqve in mora periculum, v. g.
ſi merces mariti diſtrahendæ, areſtandæ aut ſe-
qveſtrandæ &c. multo magis pro excuſanda ab-
ſentia admittitur. *Sich. ad l. 4. C. de procur. in fin.*

ad L.

## ad L. Ante 2.

*SUMMARIA.*

*ANte ſententiam, ſi grave damnum immineat, appellare licet. n. 1.*

*Sententia interlocutoria ex cauſa principali aliquid definiens, appellabilis eſt. 2.*

*Exempla. 3. 4.*

*A decreto ad unius inſtantiam non opus eſt appellare, utile tamen. 5.*

*Si actoris intentio liquida, exceptio vero illiquida proviſionaliter judex decernet. 6.*

*Exemplum locati conducti. 7.*

*Quando à proviſionali ſententia appellatio detur. 8.*

*Exemplum. 9.*

*In ſententia definitiva, ſi exceptio altioris indaginis rejecta, appellatio ſaltem devolutivum effectum habet. 10.*

1. ANte ſententiam & ſic ab interlocutoria appellari nequit, niſi irreparabile damnum contineat; ut ſi in civili negotio quæſtionem habendam eſſe Judex pronunciet vel in criminali cauſa aliquid contra leges faciat. *Scaccia q. 17. limit. 47. m. 1. n. 7. Gail. l. 1. obſ. 129. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 490. Hillig. lib. 28. c. 6. lit. LL.* vel probatio non neceſſaria injungatur, vel non ei cui debebat, vel præjudicium cauſæ inferat principali. *Dn. Mevius*
2. *p. 2. dec. 295. Hill. d. l.* Exemplum aliud habet *Dn. Mevius p. 3. dec. 286.* nam omnis ſententia interlocutoria ex cauſa principali aliquid definiens, appellabilis eſt, v. g. quæ ulteriorem deductionem requirit, & ſimul de poſſeſſione aliquid determinat. *Dn. Mev. p. 5. dec. 253.* conferantur à
3. me notat. in *proceſſ. civ. cap. 28. n. 2. & ſeqq.* Et tunc ſi remiſſa ſit cauſa, facultas aliquid decer-
4. nendi penes judicem ad quem, nulla eſt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 150.* Item ſi ad locum non tutum ab offenſo fortè judice vocetur. *Zang. de except. p. 2. c. 2. Dn. Mev. pag. 3. dec. 52.* ubi notat, non ſtatim hoc caſu proceſſum appellatorium decernendum, ſed cauſæ ſtatum prius explorandum:
5. *Dn. Mevius p. 3. dec. 153.* Sanè à decretis ad unius inſtantiam non opus eſt appellare, *t. 1. C. Comminationes, Epiſtolas &c.* Utile tamen eſt appellare, & ſufficiet, ſi inter plura ab uno appelletur; nam decreta, quæ proceſſerunt appellationem, non habentur pro ſententiis, ſequentia autem decreta pro attentatis habenda. *Dn. Mevius p. 1.*
6. *dec. 192.* Verùm quæritur, ſi intentio actoris ſit liquida, exceptio verò illiquida, & judex illam exceptionem non attendat, ſed eam tacitè rejiciat, non verò expreſsè repellat, tum illa quaſi proviſionalis eſt ſententia, donec exceptio liquidò
7. probetur, v. g. ſi locator contra penſionarium agat ad penſionem ſolvendam, hic verò excipiat ſibi frui non licuiſſe, exceptio eſt illiquida, judex condemnat reum, exceptionem expreſsè non repellit, videtur ſententia proviſionalis, à quâ non datur appellatio. *Anton. Faber. l. 4. Cod. t. 41. def.*
8. *6. Dn. Mev. p. 4. dec. 244. n. 11.* Si ſcilicet (1.) à parte ejus, pro qua proviſionaliter pronunciatum, ſit planè liquida. (2.) ſi res moram non ferat. (3.) nec ab adverſario talis proferatur exceptio, quæ executionem non impedit (4.) ut per ſatisdationem alteri ſatis in omnem eventum conſultum ſit; nam horum uno deficiente appellari à proviſionali ſententia poterit. *Dn. Mev. p. 1. d. 2.* Sic in concurſu alicujus creditoris ſumma 9.
in ſententia pro liquida poſita erat, ſed huic oppoſuerunt liberi liquidati exceptionem compenſationis, ſed quia non erat liquida, erat præterita: filii appellant, pro irrelevante gravamine hoc fuit in Facultate noſtra habitum, quia exceptio compenſationis non præcluſa. *conf. not. ad l. 7. §. 1. de Compenſat.* Si etiam definitiva ſententia lata 10.
ſit, & exceptio ſit altioris indaginis, & ideò expreſsè rejecta, non tamen appellationem quoad effectum ſuſpenſivum, ſed devolutivum tantum locum habere, vult *Dn. Mevius d. dec. 244. n. 5.*

## ad L. Ei cujus. 5. §. 1.

NOn recepta appellatione Judex ad quem adeundus. Et ad id tantum tempus requiritur. Sed tutius eſt à rejectione appellare, ne ea denegatio delationis in rem judicatam abiiſſe dicatur. *Vid. Helliger.* & quos refert *ad donell. l. 28. c. 6. lit. Aaa.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*JUdex à quo ſi appellationem recipere nolit, etiam refutatoriis datis nihil innovare debet. n. 1. & 6.*

*Mulcta temeraria appellationis judici à quo non debetur. n. 2.*

*Statuta appellationem impedientia non facilè probanda. 3.*

*Si poſt depoſitam pecuniam partes tranſigant, pœna judici non debetur. 4.*

*Si Apoſtolos refutatorios dederit judex, exemplum appellanti edat. n. 5.*

*Refutatorii non dandi, niſi cauſa planè inappellabilis. 7.*

*Si repulſa appellatio, appellans tamen appellationem proſequi poteſt. 8.*

QUando Judex à quo non vult recipere ap- 1.
pellationem, nihil debet innovare, per *l. text. Lancellott. in tr. d. attentatis p. 2. c. 12. Ampliat. 5.* Nam etiam refutatoriis datis, donec devolutionis punctus à ſuperiori decidatur, Judici inferiori acquieſcendum, atque appellationi vis ſua, quæ eſt in ſuſpendo, inviolata relinquenda. *Dn. Mev. p. 5. d. 305.* ubi de tali facti ſpecie agit, qua judex ad quem ſubdubitans de devolutione ad Regimen Regium retulerat, ſed pendente relatione judex à quo attentaverat.
Sed ſi in judicio appellationis mulcta ob teme- 2.
rariam appellationem dictetur, an ea judici, à quo quem læſit, vel tantum pars debeatur? utrumque negat *Dn. Mevius part. 1. dec. 230.* quia mulcta eſt fructus juriſdictionis & debe-

debetur illi qvi indicit. Sed in qvibusdam judi-
3. ciis tenetur appellans certam pecuniæ ſummam
deponere, qvæ velut pœna in eventum ſuccum-
bentiæ judic: à qvo debetur, qva tamen ratione
Appellatio ad Superiorem impediri poſſit; ideo
non temerè talia ſtatuta condenda nec confir-
manda. Sed qvæſitum memini, ſi poſt depoſi-
tam pecuniam partes tranſigant, an hæc pecunia
debeatur judici à qvo; Reſp. à Facultate memi-
4. ni negatum, qvia non ſuccubuit appellans, &
durum eſſet, ſi appellans præcisè proſeqvi appel-
lationem teneretur, cum tamen nemo ad agen-
dum compellatur. Et iniqvum foret tranſacti-
ones impedire: nec, niſi in delictis non capita-
libus, tranſigens pro confeſſo habetur. Debet
5. autem Apoſtolos refutatorios dare, & eorum
exemplum parti appellanti edere. *P. Gregor. l. 6. de Appellat. c. 2. n 6. Maranta part. 6 tit. de Appellat. n. 225. Donell. & ibi Hillig. lib 28. c. 7. lit. O.*
6. ſed acqviescere interim debet judex, *Dn Mev. p. 2. dec. 294.* & aliqvot rationibus probat *Carpz. p. 3. dec. 241.* Refutatorios autem libellos non
7. dabit, niſi habeat rationem, qvæ cauſam ipſam
reddat inappellabilem; nam ſi jura partium at-
tendat, licet liqvidiſſimum jus eſſe putet partis
8 victricis, debet tamen deferre. *Dn. Mev. p. 3 dec. 386.* Sed qvid ſi repulſa ſit appellatio, appellans
autem non denuò appellet à rejectione, ut fieri
ſolet, an proſeqvi poteſt appellationem? Aff.
nam judicis à qvo non eſt judicium ferre de appel-
latione recipienda vel non, ideò ſi judex ad
qvem recipiat, poterit ibi juſtificari. *Dn. Mev. p. 5. dec. 219.*

## ad L. Ult.

### *SUMMARIA.*

*SI res dilationem non recipiat, & appellatio non permittitur. n 1.*
*Exempla varia. 2. 3. 4 5. 6. 7.*
*Sc. non admittitur, qvoad effectum ſuſpenſivum, bene qvoad devolutivum. 7.*
*An cauſa ædificiorum inappellabiles. 8.*
*Si notoria injuria, utcunque alias ſumma ſit inappellabilis, appellare licet. 9.*
*Qvando in cauſis collectarum permiſſa. 10.*
*Sæpius cauſa inappellabilis, expuncto incidente, appellationem admittit. 11.*
*Subjicitur Exemplum. 12.*
*Judicis arbitrio relinqvendum an circumſtantia appellationem ſvadeant. 13.*

SI res dilationem non recipiat, non per-
1. mittitur appellare, v. g. ne teſtamentum
aperiatur, *Dn. Mev. p. 3. dec. 405.* ne frumentum 2.
in uſum militum contrahatur, ne ſcriptus
heres in poſſeſſionem mittatur, *Donell. lib.* 3.
*28. c. 6. lit. GG. Lancellot d. q. 12. Limit. 43.*
huc pertinet qvæſtio de alimentis futuris, à qvi- 4.
bus qvoad effectum ſuſpenſivum negatur appel-
latio, qvando pauper agit. *Petr. Barboſa. ad leg. 1. part. 1. n. 56. ff. ſolut. matrim. Lancellottus de attent. p. 2. c. 12. lim. 24. c. 5. Riminaldus conſ. 79. n. 18.* Et hoc maximè verum in ſalariis Paſto-
rum Eccleſiæ in qvibus eorum alimenta conſi-
ſtunt. *Dn. Mev. p. 1. dec. 134.* Sed de præteritis 5.
admittitur appellatio. *Dn. Mev. p. 1. dec. 186.* In
cauſis ſepulturæ Eccleſiaſticæ non admittitur ap-
pellatio. *Carpz. l. 2. juriſpr. Eccl. def. 395.* Sic
qvando de aggeribus reficiendis agitur, non ad- 6.
mittitur appellatio, v. g. ſi omnibus accolis man- 7
detur, ut aggeres reficiant, expenſas autem
reſtituendas eſſe ab iis qvibus antiqvitus id oneris
incumbit, non admittitur appellatio; ſcil. qvo-
ad effectum ſuſpenſivum, bene autem devoluti-
vum, ſecus autem ſi opere facto ſuper expenſis
quæſtio *Dn. Mev. p. 3. dec. 106* Ex ſtatutis inter-
dum cauſæ ædificiorum excipiuntur, qvod qvo-
modo reſtringendum ſit, vid. *Dn. Mev. p. 1. dec.* 8.
*169. & p 3. dec. 160.* utcunqve autem cauſa alias
ſit inappellabilis, fiet tamen appellabilis ſi noto-
ria injuria *Dn. Mev. p. 3. dec. 423* Et in cauſis 9.
collectarum non facilè admittenda eſt appella- 10.
tio, niſi qverela ſit de inæqvalitate, de con-
ſuetudine. vetere immutata, aut æſtimo varia-
to. *Dn. Mevius p. 1. deciſione 148. & ſeqq. & p. 4. d. 27.* interim tamen res ſemper in eo ſtatu con-
vanda, in qvo res antea i. e. ante litem motam
fuit. conf. *Dn. Mev. p. 1. dec. 149.* Notandum au- 11.
tem ad *h. e.* fieri poſſe, ut cauſa ipſa appellatio-
nem non admittat, poteſt tamen ob incidens pun-
ctum adpellatio concedi. *Dn. Mev. p. 3. dec. 832.*
In cauſis politicæ ordinationis non admitti appel- 12.
lationem eſt in proverbio, ſed negari neqvit hic
aliqvem gravari poſſe, ideò poteſt appellari, ut
oſtendit *Dn. Mevius p 3. dec. 154.* ubi explicat §.
Wie nun von den *cauſis* 106. & *de Anno. 1654.*
Et qvamvis in hoc titulo alibiqve plures cauſæ re-
cenſeantur, ubi appellationes non recipiuntur. 13.
de qvibus *Scaccia de Appellat. q. 17.* tot tamen ha-
bentur limitationes, ut ferè regulam abſorbeant,
& poſſunt intervenire circumſtantiæ in cauſis non
appellabilibus, qvæ appellationis æqvitatem ſva-
deant, & è contrario, in cauſis per ſe appella-
bilibus poſſunt intervenire circumſtantiæ, qvæ i-
niqvitatem appellationis ſtatim detegunt, ut tu- 14.
tius ſit, hoc judicis boni, pii ac docti arbitrio
ac conſcientiæ deferre, qvam omnia certis regu-
lis includere, cenſet *Dn. Mev. p. 3. dec. 188.*

# Titulus VI.

# De Libellis dimiſſoriis, qvi Apoſtoli dicuntur.

## Ad L. Unic.

### SUMMARIA.

*Apoſtoli intra triginta dies à tempore ſententia petendi. n. 1.*
*Hodie vel ſemel petere ſufficit. 2.*
*In Camera Spir. ſine Apoſtolis recipitur appellatio. 3.*
*Idem in tribunali VViſmar.*
*Si appellans in termino pro dandis Apoſtolis non compareat, eſt deſertor. 5.*
*Si non recipienda appellatio, dantur apoſtoli refutatorii. 6.*
*Qvid faciendum ſi judex diverſa referat in facto. 7.*

1. Appellatione interpoſita Apoſtoli intra 30.
dies à tempore latæ ſententiæ computandos *l. 24. C. de Appel. Mynſ. c. 4. obſ. 36. Vivius
l. 2. dec. 266 Sande l. 1. tit. 13 def. 3. Carpz. p. 1. Juriſpr.
for. conſt. 10. d. 7. n. 5.* inſtanter & ſæpius ſunt petendi,
2. ſi non impetret, parti hoc non nocebit, *c. 6. lib. 6. de
appell.* Sufficit tamen hodiè uno contextu & ſemel
petere Apoſtolos. *Clementina 2. h. t.* conf. *Scaccia de
appell. q. 13. art. 3. & 4. Carpz. d. part. 1. c. 20. d. 7.
& pag. 4 c. 20. dec. 7.* In Camera Spirenſi non
reqviruntur Apoſtoli ſed his non petitis recipitur
appellatio per *Ord. Cam. pag. 2. t. 30. §. 2. Gail.
l. 1. obſ. 130. num. 15 Mynſ. c. 4. obſ. 36. Hill in Do- 3.
nell. l. 28 c. 7. lit. L.* Qvod ſeqvitur etiam Tribunal Regium Svec. Wiſmar. *Dn. Mev. pag. 1. d.
36.* Si tamen appellans in termino ad dandos apoſtolos deſtinato non ſe ſtiterit, habetur pro de- 4.
ſertore *Carpzovius dec. 20. dec. 8.* Si appellatio
non recipienda ſit ut frivola, dari poſſunt Apo- 5.
ſtoli refutatorii, in qvibus ſemper cauſa exprimenda *Dn. Mevius pag. 1. dec. 136.* Solent etiam
judices in talibus refutatoriis diverſa referre in
facto, & à relatione appellantes diſcrepantiam, 6.
qvo caſu judici, extra Acta qvid narranti, credendum non eſt; ſed differenda cauſa donec A-
cta edantur; ideoqve horum editio injungatur, 7.
ut rationibus hoc probat *Dn. Mevius pag. 1. dec.
204.* nec admittenda petitio appellati de differendis proceſſibus, donec judex à qvo referat.
*Dn. Mev. p. 1. dec. 213.*

# Titulus VII.

# Nihil innovari appellatione interpoſita.

## Ad L. Unic.

### SUMMARIA.

*Attentata quid? n. 1.*
*Attentata aut judicis aut partium. 2.*
*Si attentata cauſa contraria, judex appellationis cauſam remittit. 3.*
*Qvid obtineat ſi attentata cauſam principalem concernant? 6.*
*Attentata etiam in cauſa fiſci emendanda. 7.*
*Attentatum non eſt, ſi judex appellationem ignoraverit. 8.*
*Neque etiamſi ad perpetuam memoriam examinet, &c. 9. 10. 11.*
*Judex revocat, licet appellatio non intimata, aut inhibitio facta. 12.*
*Si judex attentavit, ipſe tenetur. 13.*
*Appellatione interpoſita judex qvieſcere debet, 14.*
*Exemplum in criminalibus. 15.*
*Reg. Attentata ante omnia revocanda. 16.*
*Ampliatur. 17.*
*Limitatur. 18.*
*Poſſeſſionis continuatio pro attentato non habenda. 19.*
*Nec judicis executio confirmatâ ſententiâ. 20.*
*Nec attentat judex inferior, omnia in priſtino ſtatu conſervans. 21.*
*Aliaque exempla varia. 22. 23. 24.*
*Hac lex etiam locum habet in novi operis nunciatione. 25.*
*Pendente lite altera pars in poſſeſſione defendenda. 26.*
*Principi attentare jubenti parendum non eſt 27.*
*Attentatum qvod neutri præjudicat, ſaltem qvatenus attentatum revocatur. 28.*

Attentata ſunt qvæ in præjudicium appel-
lantis & ipſius appellationis fiunt à judice
vel parte *Dn. Mevius pag. 4 dec. 301. n. 1.* 1.
Illud, ſi appellationi juſtæ non deferens de facto
exeqvatur; hoc, ſi pars una alteram v. gr. ſpoliet
poſſeſſione ſua, qvod ſi appellans faciat, ſuæ ap- 2.
pellationi renunciare videtur. *cap. 42. de appel-
lat.* qvia actus is litis pendentiæ contrarius, &
conjunctus eſt cum contemptu judicis *Hill. in* 3
*Don. l. 28. c. 9 lit. A.* Appellans autem ſi pendente appellatione qvid innovet & attentet, indignum ſe facit appellationis beneficio, & renun-
ciaſſe cenſetur appellationi. *Gail. l. 1. obſ. 146. n* 4.
*Berlich. p. 1. dec. 131. n. 3.* ita ut probatis attendatis judex appellationis tanqvã appellatione deſertâ cauſam remittere poſſit. *Gail. d. l. n. 15.* ſi ſc. attentata
ſint appellationi contraria. *Berl. d. l. n. 5.* Et ſi at-
tentatorum qverela altioris ſit indaginis, libello 5.
opus *Gail. d. l. n. 7. & Berlich. n. 7.* Et ſi attentata
cauſam principalem concernant, eò caſu differen-
da eorũ definitio, donec cauſa principalis defini- 6.
atur; ſecus ſi ſint à cauſa principali diverſa, & tunc
nõ expectatô cauſæ principalis fine l. concluſione
pro-

pronunciandum. conf. *Dn. Mevius p.4. dec.381.*
7. *Gail. l.1. obſ.145. & ſeq.* Qværitur etiam an in
cauſa Fiſci attentata emendanda? qvidni; nam
non reperitur Fiſcus privilegiatus exceptis de-
bitoribus onerum publicorum: nam cum in his
conſiſtant alimenta publicarum perſonarum
& militum, hæc differri non debent. *Dn.*
*Mev. p. 5. dec. 83.* In aliis utitur Fiſcus jure
communi, *l. 6. pr. ff. de jure Fiſci*, maximè
ſi ceſſô jure ab alio utatur. Parte etiam non
petente revocabit Judex, *Berlich. d. l. n.13.*
ſi modo ille, qvi attentaſſe dicitur; no-
8. titiam appellationis habuit. *Dn. Mev. p. 3.*
*dec.* 121. Nam attentatum non eſt, ſi judex
à qvo ignoratâ appellatione (forte qvando co-
ram Notario appellatum) aliqvid decernit
poſt appellationem, ſed hoc tamen principa-
lis cauſæ deciſioni reſervatur, ſicut etiam ſi
pars aliqvid exeqvatur ignoratâ appellatione.
9. vid. *Dn. Mev. p. 4. dec. 57.* Nec attentatum eſt,
ſi judex à qvo ob periculum moræ teſtes ad per-
10. petuam rei memoriam examinet. *Dn. Mev. p.*
*4. dec. 160.* nec ſi judex exeqvatur ſententiam,
nullitatis remediô per modum actionis propo-
ſitô, per tradita. *Scaccia de Appell. q. 19. remed.*
*1. concl. 4. n. 12.* conf. *not. ad. l. 30. ff. de judiciis.*
11. Nec ſi judex à qvo, non ut judex, ſed ut de-
bitor interim ſolvat uſuras præſtitâ ſibi cauti-
one. *Dn. Mev p. 4. dec. 310.* Revocabit etiam
12. judex licet appellatio non ſit intimata *Dn.*
*Mev. p.3. dec. 122.* vel nulla adhuc inhibitio facta
*Dn. Mev. p. 4. dec. 382.* Licet appellans deſe-
rat appellationem, imò eidem expreſſè renun-
ciet, poteſt tamen judex ſuper attentatis, ſi ad
injuriam judicis ſuperioris ſpectare videantur,
13. inqvirere per procuratorem Fiſci, *Dn. Mev.*
*p. 4. dec. 221.* imò & ex officio judex attentata
inferioris judicis punire poteſt *Dn. Mev. d. p. 4.*
*dec. 222.* Sed ſi judex attentavit, tunc tenetur ju-
dex; ſi executor attentavit, is ſolus tenetur.
*Dn Mev. p. 4. dec. 241.* Et hæc revocanda ſine
14. proceſſu, ſi ſint notoria i. e. ſi ex Actis appare-
ant *Dn. Mev. p. 4. dec. 286.* Appellatio ergo ſive
recepta ſive non recepta, impedit, qvo minùs
aliqvid innovari poſſit, & debet judex à qvo li-
cet apoſtolos refutatorios dederit, interim ta-
15. men qvieſcere, nec qvid tentare. *Mev. part. 2.*
*dec. 294.* ut ſupra etiam dictum v. gr. Si reus in
criminalibus appellavit, integer ſtatus eſſe
debet appellatione interpoſita ita; ſi ex plu-
ribus criminibus qvis condemnatus, & pro-
pter qvædam tantùm appellavit, ſi hæc ſunt
graviora, differenda eſt pœna; per minorem
enim cauſam majori præjudicari neqvit, be-
nè tamen contra , *Donell. l. 28. c. 9. lit. I.* &
per appellationem nemo fructu ſuæ poſſeſ-
ſionis privari debet. *c. 1. ut lite pend. Dn. Mev.*
*p.2. dec.149.* Ergo notanda eſt Regula: Atten- 16
tata ante omnia ſunt revocanda per *hunc Tit.*
ita tamen ut in revocatione attentatorum non
ultra progrediatur judex, qvàm ut cauſam re-
ponat in ſtatum, in qvo appellationis tempo-
re fuit *D. Mevius. p.1. dec.265.* Et hæc revoca- 17
tio attentatorum ſtatim petenda eſt qvando de
attentato liqvet, qvando verò non liquet, tunc
de attentatis pari greſſu cum appellationis pro-
ceſſu proceditur. *Carpzov p. 1. dec. 93.* imò
ſolet etiam mulctâ fiſcali vindicari, non tan-
tum ſi in inhibitione pœna interminata, ſed
licet nulla pœna expreſſa, cum judex ſuperior
ſuam juriſdictionem etiam contra inferiorem
tueri debeat. *Dn. Mevius pag. 3. dec. 66.* ubi
etiam reſtitutionem fructuum, refuſionem ex-
penſarum, damnorum etiam huc refert. Et
licet judex à qvo facere poſſit qvæ ad facilio-
rem exitum appellationis faciunt, *Lancel-*
*lottus de Attent. p. 2. c. 12. lim. 4. num. 1.* Id 18.
tamen verum eſt, niſi cauſa ad ſuperiorem
devoluta nondum ſit; v. gr. appellavit qvis
ob adjudicationem ſine prævia taxatione fa-
ctam, poſtea judex à qvo errorem correctu-
rus vult æſtimare, propterea non eſt revocan-
da appellatio, ut deciſum refert *Dn. Mev. p 3.*
*dec. 377.* qvæ autem poſt devolutionem acta
ſunt coram priore judice quæ cauſam ipſam
concernant, ea ſunt ſeparanda. *Dn. Mev. p.1.*
*dec. 151.* Sed habet hæc Regula alias præter me-
moratas exceptiones, qvas recenſet *Lancellot.*
ſuis locis, inter alias vero vid. *ff. 21. § fin. de Ap-*
*pell. & l. 5. C. Quorum appell. non recip.* cauſa au-
tem revocationis reqvirit cauſæ cognitionem.
*Dn. Mevius p. 2. dec. 27.* Sæpe autem contin-
git, ut poſſeſſionis continuatio pro attento ha- 19
beatur, & hoc malè, *Dn. Mev. p. 1. dec. 47. Klock.*
*vol. 2. conſ. 4. num. 6.* nam non attentat, qvi poſ-
ſeſſionem ſuam continuat *Dn. Mevius p. 5. dec.*
*102.* ideoque non inhibitiones, ſed tuitoria co-
gnitâ cauſa pro poſſeſſione partis emanare
poſſunt; *Dn Mev. p. 2. dec. 57.* qvicqvid enim
pro defendenda poſſeſſione fit, non eſt pro at-
tentato habendum. *Dn Mev p. 2. dec 58.* Qvo-
modo libellus in cauſa attentatorum faciendus,
vid. *Dn. Mev. p. 1. dec. 152.* pro revocandis atten-
tatis vel prohibendis turbationibus judicem
à qvo adire poteſt appellans, nec videbitur re-
nunciaſſe appellationi. *Dn. Mev. p. 1. dec. 248.*
Sed etiam qvicqvid exeqvitur judex, poſtqvam 20.
ſententia à qva confirmata eſt, licet cauſa
nondum remiſſa, non habendum eſt pro
attentato *Dn. Mevius p. 2. dec. 130.* licet judex
perperam faciat, qvod nondum factâ remiſ-
ſione exeqvatur, niſi urgens cauſa ſit. Qvæ
autem circa attentata ſunt altioris indagi-

 nis,

nis,ſiſtunt revocationem. *Dn. Mev. p. 2. dec. 39.*
21. Sic nec attentat judex inferior, qvi per decretum innovationi reſiſtit, & omnia in
pristino ſtatu conſervat. *Dn. Mev. p. 3. dec. 78.*
22. Sic neqve attentatum eſt, qvando cauſa attentati præjudicaret cauſæ principali, & de
illo caſu, principali non definitâ, ſtatui neqvit, ut in materia collectarum decretum
23. refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 35.* Sic nullum eſt attentatum, qvando aliqvid factum à judice
à qvo cum conſenſu appellantis expreſſo vel
24 tacito. *Dn. Mev. p. 4. dec. 362.* vel ubi lis malitioſa, vel per præſtitam cautionem alteri parti
ſecuritas præſtari non poteſt, vel ſi accedat favor dotis & alimentorum &c. *Dn. Mev.*
25. *p. 4. dec. 344.* Hæc *l. un.* etiam locum habet in nunciatione novi operis, qvando enim oblatâ cautione judex prohibuit ædificationem, & prohibitus appellet, non poteſt hic oblata cum cautione ad ædificationem ad-
26 mitti ne aliqvid innovetur, ſecus ſi ante oblationem cautionis pronunciatum *Dn. Mev. p. 2. dec. 179.* Pendente etiam lite defendenda eſt altera pars in poſſeſſione
qvam ante litem habuerat *arg. h. l. Dn. Mev. p. 2. dec. 188.* ſed tunc potius eſſet attentatum, ſi pars qvæ in poſſeſſione tempore litis motæ reperitur ſua poſſeſſione ſpoliaretur. *Mev. p. 6. dec. 105.* niſi poſſeſſio notorie vitioſa *Dn. Mev. d. p. 6. dec. 206.* Sed non fuit viſum, decretum judicis à qvo revocari, qvô ſolutio uſurarum biennalium fuit injuncta; qvia non pugnabat cum appellationis puncto. *Dn. Mev. p. 4. dec. 72.* Et ſi in Appellationis inſtantia
attentata ſunt prohibita & revocanda, utiqve 27
multò magis in inſtantiâ lite pendente retractanda, ut argumentatur *Donell. l. 24. c. 4. lit. A. & conf. c. 1. X. ut lite pend.* Neqve ſi Princeps juſſerit attentari aliqvid obſeqvendum
*arg. l. 7. C. de jure Fiſci & Nov. 113. c. 1. Hillig.*
*d. l.* Interdum tamen aliqvid per attentatum 28
fit, qvod qvidem alteri nullum præjudicium adfert, ideoqve confirmatur; ſed qvatenus attentatum revocatur, qvale exemplum habet *Dn. Mevius p. 3. dec. 211.* ubi pars litigans domum qvam non poſſidebat, lite pendente locaverat, qvod alias neutri præjudicat.

# TITULUS VIII.

## Qvæ Sententiæ ſine Appellatione reſcindantur.

### Ad L. Illud 1.

*SUMMARIA.*

*Referuntur varii caſus qvibus ſententia ſine appellatione reſcinditur ipſo jure n. 1. 4. 6. 8.*

*Sententia in appellationis inſtantia lata ſuper membro prioris ſententiæ, qvod in rem judicatam tranſiit, ipſo jure nulla videtur. 2.*

*Qvod explicatur. 3.*

*Si in judicio inferiori & ſuperiori diverſa ſunt ſtatuta, judex ad qvem inferioris ſtatuta in pronunciando attendere debet. 7.*

*Si judex, ſepoſita reconventione in judicium deducta ſolum conventionis punctum per ſententiam definiat, an hic ſententia nulla. 9.*

1. Sententia contra ſententiam, qvæ in rem judicatam tranſiit lata; ipſo jure eſt nulla, nec appellatione opus habet, *hic & l. 1. C. qvando provocare non eſt neceſſe c. 9. X. de Sententiis* ſi ſcil. priori judici oſtenſa & cognita *c. 20. d. t.* & ibi *Dd. Vantius de nullitate ex defectu proceſſus n. 125. Scacc. q. 11. n. 149.* Sed qvid ſi à diverſis ju-
2. dicibus latæ? vid. *Theſ. lib. 4. q. 7. Ex hoc textu*
apparet, ſi ſententia plura contineat puncta, ab uno appellatum, illam ſententiam in aliis punctis reformari non poſſe. Et ſic ſententia in inſtantia appellationis lata, qvâ prioris ſententiæ membrum aliqvod, qvod in rem judicatam tranſiit, corrigitur, ipſo jure videtur nulla. *Dn. Mev. p. 3. dec. 106.* Sed hoc intelligo, niſi aliud punctum ita ſit conne[illegible], ut correctô unô alterum corrigi nec[illegible]. Sic in concurſu creditorum; ſi
ab un[illegible] altero puncto appellatum, judi- 3
ci à qvo [illegible] aliis punctis v. g. in conſtituendo curatore [illegible]nibus ab eo exigendis, de iis examina[illegible] aliisqve, manus ligatæ non ſunt, *Dn. Mev. p. 3. dec. 222.* Sic ſi à certo puncto appellatum, inhibitio reſtringenda eſt ad illud punctum à qvo appellatum, v. g. ſi ultra alterum tantum uſuræ adjudicatæ, qvoad hoc punctum ſaltem inhibitio intelligenda, & in reliqvis liberas manus habet judex à qvo, ac poteſt ſuperior ita expreſſè reſtringere inhibitionem. *Dn. Mevius p. 4. dec. 268.* Si Sententia contineat expreſſum erro-
rem calculi, ſententia ipſo jure nulla *§. 1. h. l.* 4
*& l. un. C. de Err. calc. Heig. p. 1. q. 20 n. 24. Eſcobar de ratiociniis cap. 41. n. 7. & 11. Sich. in d. l. un. Dn Mevius ad Jus Lubec. l. 1. tit. 7. art. 31. n. 33. Johan.*
*Haſer.*

*Hæſer, in tr. de Ratiocin. loco 15. n 146. Donell. & ibi Hill. l. 27. c. 6. lit. C.* Quando ſententia
lata eſt contra jura, & error juris in ipſa ſenten-
5. tia expreſſus, tunc ſententia eſt ipſo jure nul-
la, *§. 2. h. l.* quod hic exemplis declaratur. Et
decreta ac mandata judicis planè injuſta non
opus habent appellatione. *Dn. Mev. p. 5. dec. 322.* conf *l. Si expreſſum 19. ſupr. de Appell. P. Barb. in L. Maritum 13. n. 51. ff. ſolut. matr. Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 3. Donell. & ibi Hill. lib. 27. c. 6. lit. A* Executione factâ in bona tertii
6. non opus eſt appellatione, ſed appellans eum
decreto ad judicem, ut emendetur nullitas,
ſtatim remittendus. *Dn. Mev. p. 4. dec. 29.* Sed
quid ſi diverſa in judicio inferiori & ſuperiori
ſint ſtatuta, an judex, ad quem debet pronun-
ciare ſecundum ſtatuta ſui judicii. an verò
7. ſecundum ſtatuta conſuetudinis loci, ubi pri-
mò cauſa tractata? & hoc poſterius affirmatur
communiter, quia debet judicare, an ſenten-
tia prior, juſta, annon? *Guido Papa dec. 237. n. 1. P. Heig p. 144. n. 40. Rauchbarus p. 1. q. 1. n. 27. Dn. Mev. p. 3. dec. 74.* E. g. ſi in inferiori judi-
cio calumniæ juramentum receptum, in ſupe-
riori non, juxta inferioris judicii Stylum eſt
8. pronunciandum. Quando quis ex Edicto pe-
remtorio, quod neque propoſitum eſt, neq; in
notitiam rei pervenit, condemnatus eſt, nullius
momenti eſt illa ſententia. *§. 3. h. l.* unde fluit
vulgatiſſimum illud: ſententiam contra non
citatum latam, eſſe ipſo jure nullam; & nulla
fere eſt major nullitas. *Vantius de Null. ex defe-
ctu null. n 2.* Et immiſſiones in bona, ſi non cita-
tâ parte fiant, nullitate laborant. *Lud. Poſtius in tr. de Manuten. dec. 220. n. 6. & dec. 230. n. 5. Honded. conſ. 20. num. 43. lib. 1.* Si conven-
tus actorem reconveniat, judex autem ſepoſi-
tâ reconventione punctum conventionis ſo- 9.
lum per ſententiam definiat, videtur eſſe nul-
la; Sed magis eſt, ut appellatione opus ſit *§. fin. h. l. Maranca p. 4. diſt. 6. n. 10. Molignatus de Reconv. q. 12. Donell. l. 17. cap. 18. lit. S. & ibi Hilliger.*

### ad L. ult.

*SUMMARIA.*

*Sententia ad impoſſibilia obligans, nulla eſt. 1. 3.*
*Inventarii editio poſt multos annos exigi non poteſt. 2.*
*Sententia diſpenſationis impetrationem imponens, an valeat? 4.*

Sententia impoſſibilia præcipiens nulla eſt. 1.
*hic & l. Impoſſibilium. 185. de R. J. Donell. l. 27. c. 6.* & quos *ibi lit. K.* refert *Hilliger.* Hinc
poſt multos annos inventarii editio, quando 2.
conſtat nullum eſſe factum, fruſtra impone-
retur. *Dn. Mevius p. 3. dec. 328.* ubi remedio ju-
ramenti conſulitur heredi, vid. *not. ad l. 19. ff.* 3.
*de furtis* & conditio impoſſibilis reddit ſenten-
tiam nullam. *Gomez. l. 7. var. reſol. c. 12. n. 67. Dn. Manzius in cent. dec. qu. 58. n. 51.* Sic ſi
alicui injungeretur impetratio diſpenſationis 4.
matrimonii, de quo dubitaretur an non ſit
jure divino prohibitum, ſententia videri poſſet
nulla; quia ea quæ debent fieri per Principem
pro impoſſibilibus reputantur. *arg. t. l. apud Julianum de Leg. 1. Ceph. conſ. 451. n. 218. lib. 4. Menoch. caſ. 778. n. 6.*

# TITULUS IX.

# An per alium cauſæ appellationum reddi poſſunt.

### Ad *L.* Quæri ſolet: 1.

*SUMMARIUM.*

*Cauſa appellationis in pecuniariis per procuratorem reddi poſſunt, ſecus in criminalibus*

Ubi cauſa in prima inſtantia per procuratorem tractari poteſt, ibi etiam in appellationis inſtantia id fieri poteſt; exemplum hic habetur in cauſa pecuniaria. *Menoch. lib. 1. A. Q. 80. n. 90. Riccius collect. 620.* Sed aliud in criminali cauſa; Ex qua ſequi ſolet pœna uſque ad relegationem, quod incluſivè intelligendum eſſe tradit *Hillig. lib. 18. c. 10. lit. E. p. 336. & c. Fachin. l. 1. controv. c. 26.* Sed aliter *Ant. Matt. ad lib. 48. tit. 13. cap. 4. n. 2. & ſeqq.*

### Ad *L.* fin.

*SUMMARIA.*

*Procurator an appellationem proſequi teneatur. n. 1. 3.*
*Civitati contra reſcriptum Principis appellanti an officialis Principis qui impetravit reſcriptum reſpondere teneatur. 2.*

Si Procurator abſentis appellaverit, licet 1.
rationes reddiderit, tenetur tamen juſtifi-
care appellationem. Unde probatur *Donelli*
opinio, procuratorem teneri proſequi ap-
pellationem *lib. 18. c. 10. pag 347. & lib. 18. c. 16. lit. C. & ſeqq.* Sed jure Can. aliud per *c. pen. de Procurat. Gail. l. 1. obſ. 139. n. 11. Theſ. lib. 1. q. 75.* Sed quæritur; Officialis Principis impe- 2.

# TITULUS XIII.

# Si pendente appellatione mors intervenerit.

## Ad L. Unic.

*SUMMARIA.*

*MOrtuo appellatore an evaneſcat appellatio. n. 1.*

*Intra quod tempus heres appellationem proſequi debeat. 2.*

1\. MOrtuo appellatore ſine herede, evaneſcit appellatio; ſed ſi heredem reliquerit, hic tenetur proſequi, ſi adverſarii interſit, v. c. in cauſa pecuniaria, aliàs non, vel, non ut alioquin plecti, ſed ut rei judicatæ ſtari debeat. *Donell. l. 28. cap. 9. circa finem.* Sed & tutoris heres, ſi nondum reddidit rationes, appellationem proſequi tenetur. *Guttercz. de Tutel. part. 2. c. 19. n. 11.* Sed, terminus proſequendæ appellationis 2. non currit hereditati jacenti, & heredi adhuc conceditur ſpatium 4. menſium à tempore aditionis *l. fin. C. h. t.* ulterius prorogatio non conceditur, niſi acceſſerint alia impedimenta, quæ prorogationem merentur.

# TITULUS XIV. De Jure Fiſci.

## Ad L. Variæ. 1.

*SUMMARIA.*

*VArii referuntur tituli, quibus fiſco acquiritur. n. 1. 2.*

*Civitatibus merum imperium habentibus an ex eo competat Jus Fiſci. 3.*

*Poſſesſio bonorum vacantium, quorum dominium fiſco ipſo jure competit, legitimè eſt acquirenda. 4.*

*Jura fiſcalia competunt Statibus Imperii. 4.*

*An Nobilibus Imperii? 5.*

*Fiſcus quotupliciter ſuccedat? 6.*

*An hic fiſcus ſit heres? 7.*

*Quid ſi defunctus bona in diverſis territoriis habeat, quis Fiſcus ſuccedat? 8.*

*An fiſcus ſuccedat peregrino? 9.*

*Quid de teſtamento peregrini? 10.*

*An ad pias cauſas teſtari posſit? 11.*

*Intra quod tempus præſcribantur fiſco ex delatione bonorum vacantium vel ex delicto debita. vid. n. 12.*

*A quo tempore præſcriptionum tempora fiſco currant vid. n. 13.*

*De criminibus an poſt viginti annos inquiri posſit? n. 14.*

*Vicennium in delictis quomodo computandum. 15*

*Quid jure Saxonico. 16.*

*Lite ſuper crimine motâ, vicennii lapſus non præjudicat. 17.*

*Actioni Civili ex delicto non præſcribitur viginti annis 18.*

2\. VArii hîc recenſentur Tituli, ex quibus Fiſcus ſuccedit, vel adqvirit jus aliquod. (1.) ob tacitum fideicommiſſum incapaci relictum, ex quo datur Fiſco actio in rem. *l. 43. h. t.* (2.) Si mors defuncti non vindicetur. *l. 17. & 20. ff. de his qua ut indign.* (3.) Si heres indignus. *t. t. ſupr. de his qua ut indign.* (4.) Si Princeps inſtitutus, & teſtamentum ſubreptum dicatur in fraudem Principis, *hîc & l. 46. §. 8. h. t.* (5. Theſaurus repertus in prædio fiſcali, de quo infra. (6.) Si quis rem fiſcalem magni pretii per gratiam minoris comparaverit. (7.) Si in cauſa aliqua fiſcus per prævaricationem fuit victus. *hîc & l. un. C. de Sentent. adverſus Fiſcum lat.* (8.) Bona damnatorum decedentium. 2. (9.) Bona eorum, quorum memoria poſt mortem damnatur. (10.) Si domus negotiationis gratia deſtructa, quo caſu duplum pretii fiſco cedit. *hîc & l. 52. de contrah. empt.* (11.) Si quis ab accuſatione deſtitit. (12.) Si quis rem litigioſam vendiderit. *hîc & l. 22. d. t.* (13.) Si ex contractu privatorum Fiſco quid debeatur. (14.) Quæ ſunt ex commiſſis aliisque cauſis, quas hîc recenſet *Gloſſ & Peregrin. in tr. de jure Fiſci*, paſſim. *Colleg. Argent. hîc th. 8. Cujac. tom. 2. in h. l. 1. Schutz. in Inſt. in ord. ſucced.* Bona vacantia herede deſtituta, aut quæ habent heredem, ſed ob jus retorſionis (quia peregrinus eſt, & ejus provinciæ incola, in qua noſtris nulla ſucceſſio datur) incapacem, deferuntur Fiſco. Sed an civitatibus etiam, quæ merum & mixtum imperium habent? Quod affirmant multi, ſed perperam; 3. nam jura Fiſci cum imperio mero nihil commune habent; ideoque Princeps contra civitates municipales fundatam intentionem habet. *Cothm. vol. 2. conſ. 55. Dn. Mevius p. 3. dec. 101. & part. 4. dec 66. Dn. D. Stryke in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 6. Art. 1. §. 11.* ideo tamen ſtatim non eſt derogandum juri, quod civitas prætendit, ſed ea ad probandum admittenda; nam per privilegium vel immemorialem præſcriptionem poteſt hoc jus adquiri. *Dn. Mev. d. l.* Et ſi civitas in poſſeſſione ſit, in ea defendenda eſt, *Dn. Mev. p. 1. dec. 66.* Sed Principibus 4. Imperii & Civitatibus Imperialibus jura fiſci competunt, quouſque ſe territorium eorum extendit *Roſenthal. de feudis concl. 52. Dn. D. Stryke in tractatu de Succeſſ. ab inteſt. cap. 6. artic. 1. §. 8.* ubi refert ſententiam eorum, qui aſſerunt, cui competunt Regalia, quod eidem etiam competant fiſcalia. Nobilibus etiam imperii immeditatis jura fiſci competere ex eo evincitur, habeant, quod jura territorii ut 5. ex inſtrumento Pacis Oſnabruggenſi *tit. 5. §. 10.* *probat Idem Dn. D. Stryke d. l. d. §. 13.* Circa univerſalem ſucceſſionem Fiſci hoc monendum, tribus potiſſimum modis vel caſibus ſuc- 6. cedere fiſcũ ab inteſtato (nam de eo caſu, quando fiſcus heres inſtituitur, hic nõ loquimur) pri-

mo ſi ſint bona vacaotia, de quo caſu jam di-
ctum. 2. ſi bona auſerantur ob delictum, vel
7. 3. ſi auferantur alicui indigoo. Primo caſu
fiſcus eſt hæres legitimus, *arg. l. 114. §. 2. de*
*Leg. 1.* ex Lege Julia Caducaria; ſed ſi caſu
ſecundo vel tertio ſuccedat, noo eſt heres,
ſed hæredis loco. *Rauchius de ſucc. ab int. §.*
*23. n. 1. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit declar. 15.*
*n. 20. Hilliger in Donell. lib. 9. cap. 1. lit. S.*
8. Sed quid ſi is, qui ſine hærede mortuus reliquerit
mobilia in loco domicilii, & immobilia ali-
bi, quæritur quis ſuperior vel Dominus ſuc-
cedat in mobilibus, & quis in immobilibus?
Communis deciſio eſt, quod in immobilibus
extra domicilium defuncti relictis ille ſucce-
dat ſub cujus territorio ſita ea ſunt: Mobi-
lia vero cedunt Domino illi, cujus ſub terri-
torio defunctus habuit domicilium; niſi mo-
bilia ideo alibi ſint, ut perpetuo ibi eſſent:
quam opinionem recceptiorem eſſe teſtatur
*Franc. de Barry de Succeſſ. lib. 18. tit. 5. n. 2.*
De peregrino & Advena quæri etiam poteſt an
fiſcus ei ſuccedat? Reſp. ſi talis ſine hærede
9. moriatur, ejus bona diſtribuenda eſſe per E-
piſcopum inter pauperes. *Auth. omnes pere-*
*grini C. communia de Succeſſionibus*, quod jus
in Gallia noo obſervari, ſed fiſcum in pere-
grinorum bonis relictis ſuccedere ex *Capreolo*
*de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 5. n. 27.* notat *Barry de*
*ſucceſſ. d. t. 5. n. 13.* Ideoque etiam peregrinus
10. non poteſt facere in Gallia Teſtamentum vel
Concilium, ſcilicet ut valeat in Gallia; Sed
valebit in Hiſpania factum in Gallia Teſta-
mentum, ſi ex Hiſpania oriundus. *Vaſquius*
*de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. §. 1. num. 149. Barry*
*de ſucceſſ. lib. 1. tit. 7. num. 21.* Sed bona quæ
habet peregrinus in Regno Galliæ, deferun-
tur Reg. jure Advenati; quod Practici vocant
jus Albinagii. *Petr. Gregor. lib. 42. Syntagm.*
11 *c. 8. num. 24. Franc. Barry d. l.* Quod vero
ibidem ait Barry, peregrinum ne quidem
ad pias cauſas teſtari poſſe, in præjudicium
Regis vel alterius Principis, qui jus Advenati
habet; in eo ipſi non aſſentior, quicquid ſit
de obſervantia Regni Francici. Nam ut
ſupra dixi, diſpoſitiones factæ in favorem
cauſæ piæ valent jure gentium, quod procul
dubio fortius eſt jure Advenati, quod ex ſta-
tuto tantum, ſeu jure iſtius loci civili debe-
12. tur. Hoc tameo præterea monendum, fi-
ſcum, licet ipſo jure adipiſcatur dominium
vacaotium bonorum, poſſeſſionem tamen
legitimè adquirere. Nam ſi ſint vacua, oc-
cupare poteſt, ſi ab alio poſſeſſa, cauſa co-
gnoſcenda prius; modò poſſeſſor non vio-
lentam, clanculariam, aut prædoniam poſſeſ-
ſionem habeat. *Dn. Mev. d. p. 3. dec. 102.* Bona
13. vacantia Fiſco delata præſcribuntur quadrien-
nio, quod ab eo tempore computandum, quo
certum eſt, neminem fuiſſe heredem. *hic & l. 1.*
*& 2. C. de quadrienn. præſcript. Peregrin. lib. 6.*
*tit. 8. n. 40.* Diſtinguere vero hic ſolent Dd. ple-
rique; Inter booa vacantia Fiſco nunciata, & 14.
non nunciata. Illo caſu quadriennii præſcri-
ptio locum habet, ut ſi interea non occupet Fi-
ſcus, poſſeſſor horum bonorum exceptione
tutus ſit. *d. l. 1. C. de Quadrienn. præſcr.* Hoc
vero caſu, ſi bona fiſco nondum nunciata,
diutina poſſeſſione capiuntur *L. Quamvis 18.*
*ff. de uſurpat. & uſucap.* Quod diutinum tem-
pus eo modo explicant, prout longum tem-
pus in jure noſtro capitur, ſcilicet, ut decem
annis inter præſentes & viginti inter abſentes
ejusmodi bona fiſco nunciata, præſcribantur.
*Balb. de Præſcript. Part. 2. Partis 5. Princip. in*
*princ. n. 4. Didac. Covarruv. in c. Poſſeſſor.*
*Part. 2. § 2.* Alii tamen indiſtinctè quadrien-
nium ſufficere putant *Ant. Perez. cod de quadr.*
*præſcript. n. 2. Henr. Zaſ. comm. ff. de Uſur. n.*
*19.* Commiſſæ merces ob non factam pro-
miſſionem, & noo ſolutum vectigal, quin-
quennio præſcribuntur. Reliqua autem cri-
mina, quæ breviori tempore non præſcribun-
tur, vicennii metam non excedunt. *Ant. Matth.*
*ad lib. 48. tit. 19. c. 4. num. 1.* Adeo, ut judex
ob delictum ante 20. annos patratum, ſi ali-
quem condemnet, male judicet. *Rol. à Valle*
*vol. 3. conſ. 94. n. 9 Farin. q. 10. n. 2.* licet ex offi-
cio procedat, *Farin. num. 1.* licet occultum
fuerit delictum, & ſic vicennium non com-
putandum ex die ſcientiæ, *Clarus §. fin. q. 51.*
*n. 5. Farin. d. l. n. 12.* ubi tamen illud limitat,
niſi adeo occulte crimen admiſſum, ut per ju-
dicem inveſtigari non potuerit. Currunt au-
tem tempora præſcriptionum juxta hanc le-
gem primam §. *præſcriptio.* ab eo tempore, à
quo Fiſco ex delicto quid acquiri potuit. *Peregr.*
*d. t. 8. num. 32 & Cujac. in h. l.* Et hoc quidem 15.
in criminibus ſtatim à die commiſſi delicti obti-
tinet, ita quidem, ut hoc vicennium currat
de momento in momentum. Unde vicennio
præciſè præterlapſo, ſtatim in ipſo momen-
to & inquiſitio & accuſatio ceſſant. *Carpzov.*
*Pract. Crimin. Part. 3. quæſt. 141. n. 61. ſeqq.* Ubi 16.
ſubjicit, eandem computationem etiam Jure
Saxonico obtinere; Quamvis enim ibi ultra
annum ſex ſeptimanæ communiter requiran-
tur; quia tamen in præſcriptione delictorum
jure Saxonico nil ſpeciale ſtatutum, hac in par-
te tamen Jus Commune obſervandum eſſe
*Carpzov. d. quæſt. 141. n. 61. Petr. Theodoric. in*
*Colleg. Crimin. diſp. 10. theſ. 7. lit. D.*

Ex §. *penult.* obſervandum; Sicuti 17.
cauſæ Civiles ſemel judicio incluſæ, perpe-
tuæ & ad heredes tranſitoriæ efficiuntur.
*l. ult. §. fin. C. de fidejuſſ. tutor. l. ult. de præ-*
*ſcript.*

*iſcript. 30. annor. l. 139. ff. de R. J.* Ita hoc qvoqve in criminalibus obtinet, ut hinc ſi inqviſitio cœpta, vel accuſatio inſtituta: vicennii lapſus non tollat Proceſſum, cum lite mota, præſcriptio criminis ſit interrupta. Hæc verò
18. qvæ de præſcriptione criminis dicta, procedunt ſaltem, ſi criminaliter agatur; nam ſi pars læſa civiliter agere vellet ad intereſſe, ad triginta annos, pro mora aliarum actionum perſonalium *L. 3. C. de præſcript. long. temp.* actio ſalva eſſet. Qvatenus enim ex crimine ad ſatisfactionum partis agitur, favorabilis actio eſt, adeoqve longius durare poteſt. *Modeſt. in. Piſtor. Part. 3. Quæſt. 127. n. 18. in fin. Carpzov. Pract. Crim. Quæſt. 141. n. 47.*

## ad L. Ex qvibusdam. 2. §. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Reus fiſci debet fiſco edere inſtrumenta n. 1.*
*Qvod ampliatur. 2.*
*Limitatur 3.*
*Delatore ſeu actore tribus edictis citatô & contumaciter emanente, reus abſolvitur, & actor punitur. 4.*

1. Delator poteſt jure petere à delato, ut edat inſtrumenta, qvæ habet pertinentia ad cauſam Fiſci, qvibus ea cauſa inſtrui aut probari evidentius poſſit; & ſi nolit edere, habetur pro convicto, qvia præſumitur ea ſubtraxiſſe. *Gail. l. 1. obſ. 106. n. 11.* Ampliatur hoc; ut
2. etiam ad Eccleſiam vel pium corpus pertineat vid. *Berlich. p. 1. concl. 45. n. 39.* qvia Eccleſia etiam gaudet privilegio Fiſci *Tiraq. privil. pia cauſa. 143.* Dupliciter tamen hoc in Fiſco
3. limitant (1.) ut hoc in ſubſidium tantùm fiat, aliis probationibus deficientibus, & (2.) tantùm in pecuniariis cauſis. *§. 2. h. t. Peregr. lib. 7. t. 3. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 499. Brenchorſt. cent. 2. Aſſert. 94. Donell. lib. 23. c. 9. & ibi Hill. lit. E.* Et hæc jura ad Eccleſiam etiam pertinent per ea, qvæ infra dicentur, licet dubitet *Theſ.*
4. *lib. 4. q. 50.* Qvando delator ſeu actor tribus Edictis & cum comminatione citatus abeſt contumaciter, abſolvitur reus, & delator in eam ſummam condemnatur, in qvam reus condemnatus fuiſſet, ſi intentio delatoris fuiſſet probata *hic & l. 15. §. 4. & l. 42. §. 1. h. t.*

## Ad L. Non intelligitur. 3.

*SUMMARIA.*

*Heres relictis clam incapacibus fidem accommodans indignus redditur, ſecus in palam relictis n. 1.*
*Qvod declaratur. 2.*
*In rerum conſtituendis pretiis qvod tempus attendendum. 3.*
*Fiſco debitores debitorũ ſuorũ convenire poteſt. 4.*
*Qvod declaratur 5.*
*Theſaurus repertus in locis fiſcalibus vel publicis vel religioſis qvoad dimidiam debetur inventori 6. 8.*
*Conciliatio §. 39. Inſt. de R. D. qvoad locum religioſum remiſſivè 7.*

Qvod clam incapacibus relinqvitur; eô heres, qvi ſuam fidem accommodat, 1.
redditur indignus; ſecus eo caſu; ſi palam fuiſſet relictum incapaci vel promiſſum, licet enim hoc etiam contra Legem fiat, non tamen in fraudem Legis *pr. & §. 1. h. l. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. t. 4. Barrii lib. 1. de Succeſ. c. 9. n. 40. & 2. ſeqq.* Qvod tamen decla- 2.
randum; niſi in diſpoſitione teſtamentaria reperiantur talia involucra & circuitus, ex qvibus fraus facta præſumitur; qvale exemplum habet *Mandellus de Alba Conſ. 40.* Pretia rerum non ex præterita emptione, ſed ex præſenti 3.
æſtimatione conſtituuntur, ſicut enim diligenti culturâ pretia prædiorum ampliantur, ita, ſi negligentius habeantur, ea minui neceſſe eſt. *§. h. 5. l.* Unde colligitur, de juſtitia pretii ex tempore contractus judicandum eſſe. *Menoch. conſil. 1065. n. 1.* ſicut autem tempore conductionis elapsô, etiam ſine reſignatione finitur conductio, niſi reconducatur tacitè vel expreſsè *Dn. Mev. p. 4. dec. 385. n. 5.* ita item eſt in locatione à Fiſco facta. *§. 6. h. l.* nam faciliùs etiam reperiuntur conductores, ſi invitos ſe non detentum iri ſciant &c. Exceptio eſt in *l. 11. §. fin. ff. de Publicanis*, ubi vide 4.
*notata.* Fiſcus inter alia habet hoc privilegium, ut poſſit convenire debitores ſuorum debitorum. *§. 8. h. l.* ſi principales debitores defecerint, vel ex rationibus Fiſci nomina facta probentur, vel ex contractu fiſcali debitores conveniantur. vid. *l. 3. & pen.* 
*C. Qvando Fiſcus. Peregrinus lib. 6 t. 7. Caldas de* 5.
*Empt. c. 12. n. 18.* Tertium autem caſum intelligo, qvando ex pecunia fiſcali mutuum contractum, ſecundum caſum, qvando ex adminiſtratione bonorum fiſci, reliqvator extitit, per *notata Bartoli hic.* Et ſic in his tribus caſibus conſiſtit ſpecialitas Fiſci ex qvo lucem accipit Titulus Codicis, *Qvando Fiſcus vel privatus debit. ſui debit. Franc. de Clapperiis in ſuis deciſ. p. 2. c. 28. q. un. n. 3.* Si in locis fiſ- 6.
calibus vel publicis vel religioſis theſaurus reperiatur: dimidia inventori defertur. *§. pen. h. l.* Qvoad locum religioſum in *§. 39. Inſt. de* 7.
*Rer. diviſ.* habetur contrarium. Variæ hic qværuntur conciliationes. vid. *Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 2. lit. G. Donell. l. 4. c. 14. & ibi Hill. lit. F. Carpz. part. 2. conſt. 53. def. 5. Barboſ. in L. Divortio. §. ſi fundum. n. 42. ff. ſolut. matrim.* 8.
Sane ſententia *h. §.* ab Imperatore Friderico approbata in *cap. un. in fin. q. Regalia. §. fin.* Si qvis in loco Fiſci theſaurum invenerit, & ſuppreſſerit, totum cum altero tanto cogitur ſolvere Fiſco.

## ad L. Fiſcus. 6.

*SUMMARIA.*

*Fiſcus ſuccedens in Jus privati poſt ſucceſſionem* 

*unitur*

*utitur ſuo privilegio non pro anterioribus temporibus. n. 1.*
*Qvod explicatur. 2.*
*Extenditur ad Eccleſiam. 3.*
*Qvod temperatur. 4.*
*Exemplum ſubjicitur. 5.*
*Jus fiſco competens tribuitur etiam Principis vel Auguſtæ rationibus. 6.*

1. FIſcus cum in privati jus ſuccedit, privati
jure pro anterioribus temporibus utitur, ſed
poſtqvam ſucceſſit, habebit ſuum privilegium.
2. *Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 5. def. 3. Franc.
de Clapperiis cauſa 40. q. un.* Qvod intelligen-
dum videtur ratione uſurarum. Nam in aliis pri-
vilegiis v. g. hypotheca, fiſcus habet privilegi-
um, qvando id nomen receptum eſt inter no-
mina debitorum fiſci, ut noſtra lex innuit,
3. & ex eo temperamentum accipit, qvod habet
*Dn. Mevius. p. 1. dec. 107. n. 6.* Exinde infert
*Dn. Manzius in cent. dec. q. 24.* qvia ſi privati
creditum ad Fiſcum perveniat, in futuris uſu-
ris uſuras majores fiſcus accipit, & ſic ſuo
jure utitur, id etiam in Eccleſia ac piis lo-
4. cis recipiendum eſſe; ut poſtqvam nomen pri-
vati inter Eccleſiæ nomina receptum eſt, Ec-
cleſia præferatur aliis creditoribus, in bo-
nis poſtea debitori qvæſitis, *arg. l. 28. h. t.* Qvòd
intelligo, ſi debitor adqvirat bona, poſtqvam
illud nomen ad Eccleſiam pervenit; nam
perpetuum eſt argumentum à Fiſco ad Eccle-
ſiam, *Everbardus in loco 61. à fiſco ad Eccleſiam.
Tiraq. priv. pia cauſa. 89.* nec obſtat *c. fraterni-
tas 11 c. 12. q. 2.* Nam præterqvam, qvod id valdè
obſcurum loqvitur de lucro non captando ab
Eccleſia: Ergo parificatio illa intelligenda,
ut locum habeat in iis, qvæ decenter Ec-
cleſiæ tribui poſſunt. Utile hoc, ſi attende-
rent illi qvi ad clavum ſedent, & Eccleſiæ
conſulerent. Hinc ſi Eccleſia ſuccedat priva-
5. to in jure, contra qvem inchoata eſt præ-
ſcriptio, gaudet etiam Eccleſia pro futuro
tempore privilegio præſcriptionis qvadrage-
nariæ. *Carpz. p. 2. conſt. 5 def. 3.* Omne autem
jus Fiſco competens, etiam in Cæſaris ſeu
6. Principalis & Auguſtæ rationibus locum ha-
bet. §. 1. *h.* 1.

## Ad L. Lucius. 9.

### SUMMARIA.

*HOmicida an heredis occiſi hereditate indignus. 1
Scelere qvæſita qvatenus fiſco vindicanda 2.
Si indignitas & incapacitas concurrunt qva ex his attendenda. 3.
Ex pluribus heredibus indigni pars acqviritur fiſco, excluſis etiam ſucceſſoribus ejusdem, qvod caſu declaratur. 4 5.*

1. COlligunt ex *hac l.* qvod occidens aliqvem
non poſſit etiam heredi occiſi ſuccedere,
ad qvem ejus bona pervenerunt, ſed ea bona
ſemper Fiſcus auferat. *Farin. q. 120. n. 56. Pere-
grin. de jure Fiſci, lib. 2. t. 3. n. 4. Gomez. tom. 3.
cap. 3. n. 52.* Sed id negat *Ant. Matth. in lib. 48.
ff. t. 5. c. 4. n. 6. & P. Barb. in L. Si ab hoſtibus.
11. §. fin. n. 27. & ſeq.* qvi rationem hic in eo
conſtituit, qvod mater diceretur interfeciſſe
veneno patrem filii. Unde hereditate ipſius
filii videtur indigna, & de proditorio homi-
cidio aut parricidio propriè ſic dicto intelli-
git *Prnckm. v. 1. conſ. 7. n. 153. & ſeqq.* Unde vide-
tur *Barboſæ* ſpecialis ratio. Sed qvicqvid ſit
de hoc textu ejusqve ratione, receptum eſt,
homicidam eſſe occiſi hereditate indignum,
*l. cum ratio 7. § 4. ff. de bonis damn. P. Barboſa
d. l. n. 19.* Sed hoc *Carpz p. 3. c. 26. d. 19.* limitat
in uxore, qvæ occidit maritum, per *l. 10. §.
1. ff. ſolut. matrim.* Seqvitur etiam ex *h. l.* ſce- 2.
lere qvæſita Fiſco vindicari, qvi modus fiſ-
cum locupletandi eſſet omnium optimus, cum
hoc tamen temperamento, ut id valeat
in iis rebus, qvæ ab alio evocari non poſſunt,
& ſic res furto ablatæ fiſco non acqvirun-
tur, ſed à Domino vindicantur. *Anc. Matth. ad
l. 47. lic. 1. c. 4. n. 4* Repetendum verò id diſcri-
men, de qvo ſupra ad *titulum de his qvæ pro
non ſcriptis habentur.* item *De his qvib. ut indi-* 3.
*gnis. &c.* Ubi notantum, qvando incapacitas
& indignitas concurrunt, ut ſi ſpurius pa-
trem uxorem habentem occiderit, à qvo he-
res inſtitutus potiùs incapacitatem eſſe atten-
dendam & Fiſcum excludi. *Peregr. de jure
Fiſci lib. 2. cit. 3. n. 26. Theſſaur. lib. 1. q. 41. n. 3.*
Qvando verò heredum unus ſe reddidit indi- 4.
gnum, tunc ejus pars tantùm adqviritur fiſco,
& ita fiſcus cum homicidæ v. c. coheredibus
partitur hereditatem, ut poſt alios multos al- 5.
legatos tradit *Theſ. d. q. 41. n. 9.* Et qvando
hereditas tibi ut indigno ablata, ne qvidem
ad ſucceſſores tuos pervenire poteſt, per *tra-
dita Theſ. d. q. 41. n. 12.* qvi *n. 13.* caſum refert,
dum uxor maritum occiderat, & poſtea liberis
mortuis voluit ſuccedere. Hic mater excludi-
tur, avia verò liberorum materna excludeba-
tur per matrem. Agnati liberorum exclude-
bantur per aviam, Ergo Fiſcus ſuccedebat. Sed
regerebatur, matri gratiam eſſe factam ho-
micidii; reſponſum verò fuit, ob id validio-
ra eſſe jura fiſci, dum mater fuit capax ſed
indigna, & Princeps hanc pœnam indignitatis
non videtur abſtuliſſe, ut mater ex ſuo ma-
leficio contra jus naturæ lucrum caperet.

## ad L. Non puto. 10.

### SUMMARIA.

*IN dubio qvando contra fiſcum pronunciandum.*

IN dubio contra fiſcum eſt pronuncian-
dum; ſcil. ſi ratione probationis cauſa ſit
dubia & conjecturalis; nam tunc in dubio
contra fiſcum pronunciandum. *Peregr. d. tr.
lib. 6. tit. 6. n. 23. Dd. ad l. 1. ff. ſolut. matr. Dec.
ad l. in ambiguis. n 3. de R. J. & ibi Cagnol. n. 5.
Covarr. lib. 1. reſol. c. 16. n. 1. Alciatus de præ-
ſumpt.*

*ſumpt. Reg. E. præſ. 41. n. 3.* Et Fiſcus præſumitur ex tacita voluntate commodum privatorum præponere ſuo proprio commodo, *Riminaldus conſ. 59. in fin. Gravetta conſ. 9. n. 38.* Alii diſtingvunt: An agat Fiſcus ad pœnam; an verò ex contractu; ut illo caſu contra fiſcum ſit pronunciandum. *Dd. alleg. Barb. in l. 1. part. 2. n. 14. ff ſolut. matr.* Alii verò ita explicant, ut, qvando qværitur, an fiſcus ſit privilegiatus, in dubio contra fiſcum pronuntietur, & ille utatur jure communi. *Surdus dec. 13. n. 3. Peregr. d. tr. lib. 6. t. 1. n. 3. & Barb d. l. n. 15. Trentacinq. lib. 1. tit. de jure Fiſci reſ. 9. n. 5.* De variis *hujus legis* intellectibus vid. *Beſoldus conſ. 95. n. 65. Finckelth. obſ. 81. n. 54.*

## Ad L. Non poſſunt. 11.

NUlla bona ad fiſcum poſſunt pervenire, niſi qvæ deductô ære alienô ſuperſunt; nam & in paſſiva nomina defuncti ſuccedit fiſcus *hic & l. 1. ſupr. h. t. & l. 2. C. de vi publ. & privata. Peregr. lib 5. t. 1. n. 53.* cum nomina activa & paſſiva ſeparari neqveant.

## Dd L. Edicto. 13.

*SUMMARIA.*

*DEferens in fraudem fiſci, ſibi relicta partem eorum capit, qvod ad heredes extenditur n. 1.*
*Ob confeſſionem ſpontaneam pœnam mitigari poſſe colligitur. 2.*

1. QUibus in fraudem fiſci aliqvid relictum eſt,
ſi ſeipſos deſerant partem etiam ex relictis
capiunt. *hic & l. un. C. de iis, qvi ſe ipſos deferunt.*
*P. Heig. p. 2. q. 32. n. 27.* Qvod etiam ad heredem
extenditur *§. 4. & 5. h. l. Peregr. d. t. n. 16.* Ex *hac*
2. *lege* colligunt, ob confeſſionem ſpontaneam, &
qvæ non fit metu probationis, minui & mitigari
poſſe pœnam, qua de re *Tiraqvel. de temperandis
pœnis, cauſa 30. Farin. q. 81. n. 172. Carpz. pr. crim.
q. 149. n. & ſeqq.* Ubi idem eſſe dicit, ſi qvis metu probationis fatetur, cui tamen obloqvitur *Tiraqvell.* Exciperem tamen ordinariam homicidii pœnam.

## Ad L. Deferre. 18.

*SUMMARIA.*

*QVi deferre probibeantur & qvomodo inter ſe differunt jus accuſandi & deferendi. n. 1. 2.*
*Creditor prior ſoluta poſteriori creditori repetere non poteſt, ſecus in fiſco. 3.*

1. DEferre hic prohibentur mulieres, clariſſimi,
damnati, veterani & alii, qvi hic prolixè &
perſpicuè recenſentur, de qvibus *Pereg. lib. 2. t. 1. n 2.*
Notandum autem, eſſe diſtingvendum inter jus
accuſandi & deferendi, qvod multi confundunt.
Nam perſonæ hic recenſitæ, non ſemper ab accuſatione
remoti v. g. Clariſſimis non eſt neganda
facultas accuſandi, bene tamen deferendi. Accuſator
is eſt, qvi crimen defert & exeqvitur vel
amore boni publici, vel ſpe præmii: Sed Dela- 2.
tor eſt, non ſolum, qvi crimen, ſed generaliter,
qvi rem ad fiſcum pertinentem ei ultrò præmii
cauſâ denunciat vid. *Ant. Matth. ad lib. 48.*
*Pand. tit. 15.* In *§. fin. & legibus ſeqventibus,* qvam- 3.
vis aliàs creditor alii fortè poſteriori creditori à
debitore ſoluta, repetere non poſſit, qvia ille ſibi
vigilavit. *l. 6. §. 6. Qvæ in fraudem credit.* Fiſcus
tamen alii creditori poſteriori ſoluta repetere
poteſt, manente debitore illi creditori, cui ſolverat,
obligato, licet res vel pecunia bonâ fide ſit
conſumpta. Et ſic ex hoc textu colligit *Berlich. pag. 1. concl. 71. num. 47.* hypothecarium priorem
poſſe pecuniam ſolutam poſteriori condicere, licet bona fide conſumpta ſit.

## ad L. Res, qvæ in controv. 22. pr.

*SUMMARIA.*

*FIſcus rem privatam cum ſe controverſam apud ſe depoſitam habere poteſt. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

QUando de re privata cum Fiſco controverſia 1.
eſt, tunc hoc videtur eſſe privilegium fiſci,
ut fiſcus illam rem apud ſe depoſitam habere poſ-
ſit ſecuritatis gratia; & qvia fiſcus ſemper ſolven-
do eſſe præſumitur. Sed vendere illam rem non
poteſt per *hanc l.* Sed an prius univerſale eſt? Ne- 2.
gatur. Nam verum eſt tantùm, qvando privatis legitimus contradictor non eſt, & non habet titulum; nam ſi titulum habeat, de qvo tamen controverſia eſt, omninò fiſcus, ſi abſtuliſſet rem lite pendente, de attentatis teneretur. *Guido Papa dec. 369. & Lancellott. de Attentat. p. 2. cap. 4. declarat. 4. n. 34. & Dn. Mev. part. 4. dec. 288.*

## ad L. Cum qvidam. 26.

*SUMMARIA.*

*COnciliatio l. h. cum l. 45. pr. h. t.*

CApitis reus emancipavit filium, ut adiret hereditatem, non videtur in fraudem Fiſci id factum, qvod non acqviſiverit. Sed aliud *in l. 45. in pr. h. t.* ubi dicitur, etiam ſi non qværatur vel non acqviratur in fraudem fiſci, eam tamen coercendam eſſe.

Com-

Communis reſolutio eſt, qvod damnandus poſ-
ſit repudiare hereditatem, non vero damnatus
*Menoch. conſ. 1220. n. 35. Zaſ. tom. 5. oper. part. 1. Antinom. n. 19. Hill. lib. 6. c. 24. lit. M. Socinus Junior. lib. 3. conſ. 124. n. 8. Peregr. de jure Fiſci lib. 5. tit. 1. n. 190. Gratianus tom. 1. cap. 132 n. 12. & Caſtillo l. 1. contr. c. 112. n. 50. & ſeqq. & Salgado in Labyr. p. 2. c. 14. n 76. & ſeqq.*

## Ad L. Si qvi. 28.

### *SUMMARIA.*

*Fiſcus in bonis poſt contractum qvæſitis præfertur creditori anteriorem hypothecam generalem habenti n. 1.*
*Extenditur ad dotem & Eccleſiam.*
*Deciſio legis hujus limitatur. 3.*

1. Qvamvis in privatis habens hypothe-
cam generalem priorem præferatur
poſteriori creditori, non tantùm in
bonis jam debitori qvæſitis, ſed etiam in po-
ſtea qværendis *l. 2. C. qvi pot. in pign.* ſpeciale
tamen eſt in Fiſco, ut, licet fiſcus ſit creditor
poſterior, in qvæſitis tamen poſt hunc con-
tractum Fiſcus præferatur priori creditori.
*Carpz. p. 1. jurispr. conſt. 28. def. 103. & lib. 4. Reſp. 13. P. Barb. in l. 1. part. 2. ff. ſolut. matr. n. 16. Frantzk lib. 1. Reſol. 14. c. 22. Richter de privileg. credit. p. 118.* & bona poſtea qvæſita præ-
ſumuntur, niſi contrarium creditor proba-
verit *Covarr. lib. 1. reſol. c. 16 numer. 6.* & hoc ad
2. dotem extendi *Barboſ. d. l. numer. 17.* ita ſcil. ut
uxor vel vidua dotem petens, præſuppoſita illa
diſtinctione inter expreſſam hypothecam prio-
rem & tacitam, illi poſtponatur, huic prępona-
tur; qvam ſententiam antea hæc Facultas noſtra
juridica ſecuta eſt, ſed poſtea ſecuti ſumus re-
ceptam in Camera Elect. ſententiam præſuppoſi-
ta autem illa diſtinctione, qvam & Carpz. &
multi alii ſuſtinent, expreſſa hypotheca futuro-
rum bonorum in poſtea qvæſitis bonis doti poſt-
ponenda eſſet, ut etiam judicatum refert *Franc. de Clapperiis p. 2. de cauſa. 84. qv. 1.* Et ad Eccle-
3. ſiam *Manzius in cent. dec. q. 2. n. 31. & ſeqq.* ex-
tendit. Sed limitatur deciſio *hujus legis*, ſi cre-
ditor habuit hypothecam, anteqvam debitor
fiſco obligaret fundum ſuum, ne jus qvæſitum
alterius factô deterius fiat, qvale exemplum ha-
bet *Dn. Richter vol. 1. conſ. 10.*

## Ad L. Ejus qui. 29.

### *SUMMARIA.*

*Poena corrumpentis delatorem. n. 1.*
*Damnatio, qva ipſo jure contingit, reqvirit ſententiam declaratoriam. 2.*
*Limitat. vid. 3.*

Qui delatorem corrupit, ut reus pro con- 1.
victo punitur; imò ſi hoc tantùm atten-
tet, qvingentorum ſolidorum poena fu-
it dictata in *l. 34. h. t.* Peregr. *d. c. n. 6.* colligit, li- 2.
cet non reqviratur in nonnullis delictis ſen-
tentia, qvæ poenam irroget, reqviri tamen
eam, qvæ declaret actum factum eſſe, ex qvo
poena ſeqvitur. *Tiraq. ad l. ſi unqvam. verbo, revertatur. n. 398. C. de Rev. don. Peckius ad l. qua contra. 63. de R. J. lib. 6. n. 4.* Et ideo ficta illa
confeſſio non operatur damnationem mor-
tuô eô, qvi taliter pro confeſſo habebatur; &
bona confiſcabantur. Poſt corruptum adver-
ſarium aliqvâ cauſæ cognitione opus eſt.
*Bachov. ad lib. 2. Pand. de Tranſact. c. 2. n. 17.* Licet
enim poena ipſo jure à lege impoſita ſit; re-
qviritur tamen declaratoria, qvod commiſ-
ſum ſit illud, ob qvod impoſita eſt poena,
præſertim ſi aliqva dubitatio ſit, an incurre-
rit vel amiſerit ſine cauſa, ad qvod teneba-
tur ſub poena, *Menoch. conſ. 502. n. 21.* ubi plu-
res allegat, & *Idem conſ. 132. n. 18.* ubi de crimi-
ne Majeſt. agit. Sed opus eâ non eſt, ubi con- 3.
tumacia ex Actis conſtet *Menoch. conſ. 1152 n. 35.* vel alias ſit notorium ſine ulla dubitatio-
ne &c.

## ad *L.* Imperatores. 34.

Pro convicto habendus eſt, qvi ju[illegible] in cor-
rupit: Unde ex verbis *Tu te [illegible] poenæ ſubjeciſti*) non poteſt colligi, poenam imponi ex
conſenſu delinqventis. *Pinell. ad Auth. niſi tricennale. n 31. & ſ.*

## ad L. Apud Julianum. 35.

### *SUMMARIA.*

*Cauſæ fiſcales in cognitione judiciali præferuntur aliis, & ad earum judicium cauſa alibi pendens trahitur. n 1. 2.*
*Qvod ultimum limitatur 3.*

Cauſæ fiſcales habent hoc privilegium, ut 1.
ſi concurrant cum aliis, cauſa fiſcalis an-
tea cognoſcatur, & cæteræ cauſæ interim ſu-
ſpendatur, *v. c.* petis hereditatem Titii à me,
inſtant etiam creditores, ego denunciavi
fiſco, eſſe illa bona caduca. De hac qvæſtione
primo cognoſcendum, & ſic eſt cauſa fiſca- 2.
lis præjudicialis. *Dn. Mev. p. 4. dec. 185. n. 7.*
ſicut & aliud privilegium habet fiſcus, qvod
Procurator fiſci interveniens trahat cauſam,
etiam alibi pendentem, ad ſuum proprium
judicem, qvod ex priori ſeqvitur; nam qvia
alius judex in fiſcalibus cauſis judex eſſe ne-
qvit, & cauſa fiſcalis ſuſpendit interim cauſas
privatas: Ergo Superior judicabit, qvi jura fiſci
habet. *Dn. Mev. d. l. Peregr. de jure Fiſci l. 7. t. 1. n. 11.*

Sed ſi non de bonis lis ſit, ſed de crimine com-
3. miſſo, tuoc ſi hoc judicium cœptum, fiſcus illam
avocare neqvit; ſed expectabit finem judicii
criminalis, & poſtea ad bona vindicanda aget.
*Dn. Mev. p. 5. dec. 381.*

## Ad *L.* Quod placuit. 37.

*SUMMARIA.*

FIſcus in pœnis, nullum habet privilegium prioritatis. *hic & l. un. C. de pœn. fiſcal. Carpz. d. Conſt. 28. def. 104.* ubi tamen hypothecam Fiſco tribuit.

## ad *L.* Eum qui. 41.

*SUMMARIA.*

*EMptor hæreditatis non tenetur ad æs alienum. 1. Exceptio in fiſco. 2*

1 CErtum eſt, eum, qvi à privato emit heredi-
tatem, non teneri ad æs alienum ſolven-
dum, ſed venditorem *l. 2. C. de Hered. vend.*
Sed exceptio in fiſco, ſi hæreditatem alicujus
vendat, qvod tunc emptor debeat excipere a-
2. ctiones, per *l. hanc. & l. 1. C. de Hered. vend.*
Idem dicunt in privatis venditoribus, ſi vendi-
tor non ſolvendo *l. 1. §. 18. de Exerc. Act. l. fin.*
*pr. de eo, per quem factum* vid. *Sande l. 3. t. 4.*
*d. 3. Mev. p. 5. dec. 14.*

## ad *L.* in fraudem. 45. pr.

*SUMMARIA.*

*FRaus, ob qvam fiſco qvis non acqviſivit, an punienda, & qvid hic colligatur. n. 1. 2.*
*An fiſcus inſtrumenta & Civitas Cataſtra ſua & libros gabellarum poſtulantibus edere teneantur. 3. 4.*

1. IN fraudem fiſci ſi qvis non acqviſiverit, an po-
nienda fraus; Videtur qvod non, qvia aliud eſt
alienare, aliud non adqvirere *l. 6. §. 2. ff. de his qvæ*
2. *in fraudem.* Sed in fiſco ſecus ex ſpeciali privile-
gio. Unde tentari poſſit Prælatum etiam in non
adqviſitis non præjudicare Eccleſiæ, ſi in frau-
dem Eccleſiæ fiat. *Petr. Peckius in Reg. 76. de R. I.*
3. *l. 6. in 7. dubitandi rat.* Adverſus tertium qvis po-
teſt per actionem compelli vel per imploratio-
nem officii judicis, ut inſtrumenta edat, ſed con-
tra fiſcum non, nec ipſe fiſcus contra ſe tenetur
edere *Wiſſenb. ad h. t. th. 13.* Sed qværitur, an-
non civitas cataſtra ſua & libros gabellarum
edere teneatur? Aff. qvia hæc qvaſi commu-
nia inſtrumenta ſunt, ex qvibus ſolutio etiam
probari debet contra fiſcum; præſertim verò *hic*
*§. 6.* non prodeſt civitatibus, jura fiſci non haben-
tibus, nec locum habet, ſi fiſcus agat, & reus velit
ſuam exceptionẽ probare ex libris publicis; vel ſi
fiſcus conveniatur, & reus replicam ſuam exinde
probare velit. *Dn. Mev. p. 3. dec. 392. §. 7.* Quo-
ties pars acta falſaverit, & falſata produxerit,
cauſa cadit. *Gail. lib. 1. obſ. 134. in fin.*

## ad *L.* Aufertur. 46. pr.

*SUMMARIA.*

*INſtitutio ſuppoſiti partus dolo teſtatoris facta an deferat hereditatem fiſco 1. 2.*
*Sciens in fraudem fiſci aliqvid ſuſcipiens ad quid teneatur. 3.*
*Si fiſco vel privato compenſatio oppoſita intra quod tempus debitum probandum. 4.*
*An ceſſionario, cui fiſcus mulctam ceſſit, compenſatio opponi poſſit, & quid ſi mulcta ad utilitatem publicam deſtinata 5. 6.*
*Qvibus caſibus debitor fiſci compenſationem opponere non poteſt. 7.*
*Adminiſtratores publicarum pecuniarum à fiſco in quadruplum conventi an ſinguli ſtatim in ſolidum teneantur. 8.*

PAter ſuppoſitum partum inſtituit heredem,
ſciens fortè in fraudem cognatorum, qværi-
tur an fiſco acqviratur hereditas? Aff. videtur 1.
hic ob verbum *indignus.* Ideoqve hoc principi-
um intelligendum videtur de partu ſuppoſito,
fraude patris inſtituto; nam ſi ipſe pater errore
ductus inſtituiſſet, nulla foret inſtitutio, nec
fiſco locus. Et ita rectè *Mantic. de conject. ult. vol.* 2.
*l. 4. t. 7. n. 5.* licet aliter *Menoch. conſ. 275. n. 28.*
*& ſ.* qui hunc textum de eo intelligit, qvi ſine
ſua culpa indignus eſt, & ideo fiſcum excludit,
qvæ ſententia æqvior, licèt communior videa-
tur ſententia prior, ſcil. qvod dolo teſtatoris
facta inſtitutio ſuppoſiti partus deferat heredi-
tatem fiſco, qvia vitium eſt cauſa inſtitutionis,
qvam rationem conſiderat Mandellus de Alba,
vel qviſquis ejus conſilii ſit autor, *conſ. 787. n.*
*5. & conſ. 319. n. 4. & Theſ. l. 2. q. 41. n. 4.*
Accedere mihi videtur hæc ratio, qvod teſta-
tor in odium cognatorum videatur inſtituiſſe
qvadantenus incapacem, & qvando dolus eſt
cauſa immediata acqviſitionis, tunc dolus et-
iam nocet tertio doli non participi. *Theſ. lib.*
*4. q. 80. n. 2.* ſi modo ille tertius aliàs non
eſſet ſucceſſurus. *Theſ. d. q. 80. n. 9.* Qvi ali- 3.
quid ſciens in fraudem fiſci ſuſcepit, non tan-
tum rem, ſed æſtimationem qvoqve ejus reſtitu-
ere tenetur. *§. 1. h. l.* Compenſationem fiſco
qvi opponit intra duos menſes probare debet
debitum. *§. 4. h. l.* & ſic declaranda *l. ult. ff.* 4.
*de Compenſat. Peregr. lib. 6. c. 7. n. 15.* Et ſic
compenſatio admittit debitum illiqvidum,
tamen mox liqvidandum in brevi termino.
*Lauterbach. ad tit. de Compenſat. th. 10.* Sed 5
tempus illud in aliis debitis privato-
rum arbitrio judicis committit *Bachov.*

nis,ſiſtunt revocationem. *Dn. Mev.p. 2. dec. 39.*
21. Sic nec attentat judex inferior , qvi per decretum innovationi reſiſtit , & omnia in priſtino ſtatu conſervat. *Dn. Mev.p.3. dec. 78.*
22. Sic neqve attentatum eſt , qvando cauſa attentati præjudicaret cauſæ principali , & de illo caſu , principali non definitâ , ſtatui neqvit , ut in materia collectarum decretum
23. refert *Dn. Mev. p. 4. dec. 35.* Sic nullum eſt attentatum , qvando aliqvid factum à judice à qvo cum conſenſu appellantis expreſſo vel
24 tacito. *Dn. Mev. p. 4. dec. 362.* vel ubi lis malitioſa, vel per præſtitam cautionem alteri parti ſecuritas præſtari non poteſt , vel ſi accedat favor dotis & alimentorum &c. *Dn. Mev.*
25. *p. 4. dec. 344.* Hæc *l. un.* etiam locum habet in nunciatione novi operis , qvando enim oblata cautione judex prohibuit ædificationem , & prohibitus appellet , non poteſt hic oblata cum cautione ad ædificationem ad-
26 mitti ne aliqvid innovetur , ſecus ſi ante oblationem cautionis pronunciatum *Dn. Mev.p. 2. dec. 179.* Pendente etiam lite defendenda eſt altera pars in poſſeſſione

qvam ante litem habuerat *arg. h. l. Dn. Mev. p. 2. dec. 188.* ſed tunc potius eſſet attentatum, ſi pars qvæ in poſſeſſione tempore litis motæ reperitur ſua poſſeſſione ſpoliaretur. *Mev. p. 6. dec. 105.* niſi poſſeſſio notorie vitioſa *Dn. Mev. d. p. 6. dec. 206.* Sed non fuit viſum, decretum judicis à qvo revocari , qvô ſolutio uſurarum biennalium fuit injuncta ; qvia non pugnabat cum appellationis puncto. *Dn. Mev. p. 4. dec. 72.* Et ſi in Appellationis inſtantia
attentata ſunt prohibita & revocanda , utiqve 27
multò magis in inſtantiâ lite pendente retractanda, ut argumentatur *Donell. l. 24. c. 4. lit. A. & conf. c. 1. X, ut lite pend.* Neqve ſi Princeps juſſerit attentari aliqvid obſeqvendum *arg. l. 7. C. de jure Fiſci & Nov. 113. c. 1. Hillig. d. l.* Interdum tamen aliqvid per attentatum 28
fit, qvod qvidem alteri nullum præjudicium adfert, ideoqve confirmatur ; ſed qvatenus attentatum revocatur, qvale exemplum habet *Dn. Mevius p. 3. dec. 211.* ubi pars litigans domum qvam non poſſidebat, lite pendente locaverat, qvod alias neutri præjudicat.

# TITULUS VIII.

## Qvæ Sententiæ ſine Appellatione reſcindantur.

### Ad L. Illud 1.

*SUMMARIA.*

R*Eferuntur varii caſus qvibus ſententia ſine appellatione reſcinditur ipſo jure n. 1. 4. 6. 8.*

*Sententia in appellationis inſtantia lata ſuper membro prioris ſententia, qvod in rem judicatam tranſiit, ipſo jure nulla videtur. 2.*

*Qvod explicatur. 3.*

*Si in judicio inferiori & ſuperiori diverſa ſunt ſtatuta , judex ad qvem inferioris ſtatuta in pronunciando attendere debet. 7.*

*Si judex, ſepoſita reconventione in judicium deducta ſolum conventionis punctum per ſententiam definiat, an hic ſententia nulla. 9.*

1. SEntentia contra ſententiam , qvæ in rem judicatam tranſiit lata , ipſo jure eſt nulla , nec appellatione opus habet , *hic & l. 1. C. quando provocare non eſt neceſſe c. 9. X. de Sententiis* ſi ſcil. priori judici oſtenſa & cognita *c. 20. d. t.* & ibi *Dd. Fantius de nullitate ex defectu proceſſus n. 125. Scacc. q. 11. n. 149.* Sed qvid ſi à diverſis ju-
2. dicibus latæ ? vid. *Theſ. lib. 4. q. 7. Ex hoc textu*

apparet , ſi ſententia plura contineat puncta, ab uno appellatum , illam ſententiam in aliis punctis reformari non poſſe. Et ſic ſententia in inſtantia appellationis lata , qvâ prioris ſententiæ membrum aliqvod , qvod in rem judicatam tranſiit , corrigitur, ipſo jure videtur nulla. *Dn. Mev. p. 3. dec. 106.* Sed hoc intelligo , niſi aliud punctum ita ſit connexum , ut correctô uno alterum corrigi nec[illegible] Sic in concurſu creditorum ; ſi
ab un[illegible] altero puncto appellatum , judi- 3
ci à qvo [illegible] aliis punctis v. g. in conſtituendo curatore [illegible]nibus ab eo exigendis , de iis examina[illegible] aliiſqve , manus ligatæ non ſunt, *Dn. Mev. p. 3. dec. 222.* Sic ſi à certo puncto appellatum , inhibitio reſtringenda eſt ad illud punctum à qvo appellatum , v. g. ſi ultra alterum tantum uſuræ adjudicatæ , qvoad hoc punctum ſaltem inhibitio intelligenda , & in reliqvis liberas manus habet judex à qvo , ac poteſt ſuperior ita expreſsè reſtringere inhibitionem. *Dn. Mevius p. 4. dec. 268.* Si Sententia continent expreſſum erro-
rem calculi , ſententia ipſô jure nulla *§. 1. h. l.* 4
*& l. un. C. de Err. calc. Heig. p. 1. q. 20 n. 24. Eſcobar de ratiociniis cap. 41. n. 7. & 11. Sieb. in d. l. un. Dn. Mevius ad Jus Lubec. l. 1. tit. 7. art. 31. n. 33. Johan. Haſer.*

*Haſer. in tr. de Ratiocin. loco 15. n 146. Donell. & ibi Hill. l. 27. c. 6. lit. C.* Quando ſententia
lata eſt contra jura, & error juris in ipſa ſenten-
5. tia expreſſus, tunc ſententia eſt ipſo jure nul-
la, *§. 2. h. l.* quod hic exemplis declaratur. Et
decreta ac mandate judicis planè injuſta non
opus habent appellatione. *Dn. Mev. p. 5. dec. 322.* conf *l. Si expreſſum 19. ſupr. de Appell. P. Barb. in L. Maritum 13. n. 51. ff. ſolut. matr. Gail. lib. 1. obſ. 127. n. 3. Donell. & ibi Hill. lib. 27. c. 6. lit. A* Executione factâ in bona tertii
6. non opus eſt appellatione, ſed appellans cum
decreto ad judicem, ut emendetur nullitas,
ſtatim remittendus. *Dn. Mev. p. 4. dec. 29.* Sed
quid ſi diverſa in judicio inferiori & ſuperiori
ſint ſtatuta, an judex, ad quem debet pronun-
ciare ſecundum ſtatuta ſui judicii, an verò
7. ſecundum ſtatuta conſuetudinis loci, ubi pri-
mò cauſa tractata? & hoc poſterius affirmatur
communiter, quia debet judicare, an ſenten-
tia prior, juſta, annon? *Guido Papa dec. 237. n. 1. P. Heig p. 144. n. 40. Rauchbarus p. 1. q. 1. n. 27. Dn. Mev. p. 3. dec. 74.* E. g. ſi in inferiori judi-
cio calumniæ juramentum receptum, in ſupe-
riori non, juxta inferioris judicii Stylum eſt
8. pronunciandum. Quando quis ex Edicto pe-
remtorio, quod neque propoſitum eſt, neq; in
notitiam rei pervenit, condemnatus eſt, nullius
momenti eſt illa ſententia. *§. 3. h. l.* unde fluit
vulgatiſſimum illud: ſententiam contra non
citatum latam, eſſe ipſo jure nullam; & nulla
fere eſt major nullitas. *Vantius de Null. ex defe-
ctu null. n 2.* Et immiſſiones in bona, ſi non cita-
tâ parte fiant, nullitate laborant. *Lud. Poſtius in tr. de Manuten. dec. 220. n. 6. & dec. 230. n. 5. Honded. conſ. 20. num. 43. lib. 1.* Si conven-
tus actorem reconveniat, judex autem ſepoſi-
tâ reconventione punctum conventionis ſo- 9.
lum per ſententiam definiat, videtur eſſe nul-
la; Sed magis eſt, ut appellatione opus ſit *§. fin. h. l. Maranca p. 4. diſt. 6. n. 10. Molignatus de Reconv. q. 12. Donell. l. 17. cap. 18. lit. S. & ibi Hilliger.*

### ad L. ult.

**SUMMARIA.**

*Sententia ad impoſſibilia obligans, nulla eſt. 1. 3.*
*Inventarii editio poſt multos annos exigi non poteſt. 2.*
*Sententia diſpenſationis impetrationem imponens, an valeat? 4.*

Sententia impoſſibilia præcipiens nulla eſt. 1.
*hic & l. Impoſſibilium. 185. de R. J. Donell. l. 27. c. 6.* & quos *ibi lit. K.* refert *Hilliger.* Hinc
poſt multos annos inventarii editio, quando
conſtat nullum eſſe factum, fruſtra impone- 2.
retur. *Dn. Mevius p. 3. dec. 328.* ubi remedio ju-
ramenti conſulitur heredi, vid. *not. ad l. 19. ff.* 3.
*de furtis* & conditio impoſſibilis reddit ſenten-
tiam nullam. *Gomez. l. 7. var. reſol. c. 12. n. 67. Dn. Manzius in cent. dec. qu. 58. n. 51.* Sic ſi
alicui injungeretur impetratio diſpenſationis 4.
matrimonii, de quo dubitaretur an non ſit
jure divino prohibitum, ſententia videri poſſet
nulla; quia ea quæ debent fieri per Principem
pro impoſſibilibus reputantur. *arg. t. l. apud Julianum de Leg. 1. Ceph. conſ. 451. n. 218. lib. 4. Menoch. caſ. 778. n. 6.*

# TITULUS IX.

## An per alium cauſæ appellationum reddi poſſunt.

### Ad *L.* Quæri ſolet. 1.

**SUMMARIUM.**

*Cauſa appellationis in pecuniariis per procuratorem reddi poſſunt, ſecus in criminalibus*

Ubi cauſa in prima inſtantia per procuratorem tractari poteſt, ibi etiam in appellationis inſtantia id fieri poteſt; exemplum hic habetur in cauſa pecuniaria. *Menoch. lib. 1. A. Q. 80. n. 90. Riccius collect. 620.* Sed aliud in criminali cauſa; Ex qua ſequi ſolet pœna uſque ad relegationem, quod incluſivè intelligendum eſſe tradit *Hillig. lib. 18. c. 10. lit. E. p. 336. & c. Fachin. l. 1. controv. c. 26.* Sed aliter *Ant. Matt. ad lib. 48. tit. 13. cap. 4. n. 2. & ſeqq.*

### Ad *L.* fin.

**SUMMARIA.**

*Procurator an appellationem proſequi teneatur. n. 1. 3.*
*Civitati contra reſcriptum Principis appellanti an officialis Principis qui impetravit reſcriptum reſpondere teneatur. 2.*

Si Procurator abſentis appellaverit, licet 1.
rationes reddiderit, tenetur tamen juſtifi-
care appellationem. Unde probatur *Donelli*
opinio, procuratorem teneri proſequi ap-
pellationem *lib. 18. c. 10. pag 347. & lib. 18. c. 16. lit. C. & ſeqq.* Sed jure Can. aliud per *c. pen. de Procurat. Gail. l. 1. obſ. 139. n. 11. Theſ. lib. 1. q. 75.* Sed quæritur; Officialis Principis impe- 2.
trat-

# Titulus XIII.
# Si pendente appellatione mors intervenerit.

## Ad L. Unic.

### *SUMMARIA.*

*Mortuo appellatore an evaneſcat appellatio. n. 1.*

*Intra quod tempus heres appellationem proſequi debeat. 2.*

1. Mortuo appellatore ſine herede, evaneſcit appellatio; ſed ſi heredem reliquerit, hic tenetur proſequi, ſi adverſarii interſit, v. c. in cauſa pecuniaria, aliàs non, vel, non ut alioquin plecti, ſed ut rei judicatæ ſtari debeat. *Donell. l. 28. cap. 9. circa finem.* Sed & tutoris heres, ſi nondum reddidit rationes, appellationem proſequi tenetur. *Gutterez. de Tutel. part. 2. c. 19. n. 11.* Sed terminus proſequendæ appellationis 2.
non currit hereditati jacenti, & heredi adhuc conceditur ſpatium 4. menſium à tempore aditionis *l. fin. C. h. t.* ulterius prorogatio non conceditur, niſi acceſſerint alia impedimenta, quæ prorogationem merentur.

# Titulus XIV. De Jure Fiſci.

## Ad *L.* Variæ. 1.

### *SUMMARIA.*

*Varii referuntur tituli, quibus fiſco acquiritur. n. 1. 2.*

*Civitatibus merum imperium habentibus an ex eo competat Jus Fiſci. 3.*

*Poſſeſſio bonorum vacantium, quorum dominium fiſco ipſo jure competit, legitimè eſt acquirenda. 4.*

*Jura fiſcalia competunt Statibus Imperii. 4.*

*An Nobilibus Imperii? 5.*

*Fiſcus quotupliciter ſuccedat? 6.*

*An ſic fiſcus ſit heres? 7.*

*Quid ſi defunctus bona in diverſis territoriis habeat, quis Fiſcus ſuccedat? 8.*

*An fiſcus ſuccedat peregrino? 9.*

*Quid de teſtamento peregrini? 10.*

*An ad pias cauſas teſtari poſſit? 11.*

*Intra quod tempus præſcribantur fiſco ex delatione bonorum vacantium vel ex delicto debita. vid. n. 12.*

*A quo tempore præſcriptionum tempora fiſco currant vid. n. 13.*

*De criminibus an poſt viginti annos inquiri poſſit? n. 14.*

*Vicennium in delictis quomodo computandum. 15*

*Quid jure Saxonico. 16.*

*Lite ſuper crimine motâ, vicennii lapſus non præjudicat. 17.*

*Actioni Civili ex delicto non præſcribitur viginti annis 18.*

1. Varii hic recenſentur Tituli, ex quibus Fiſcus ſuccedit, vel adquirit jus aliquod. (1.) ob tacitum fideicommiſſum incapaci relictum, ex quo datur Fiſco actio in rem. *l. 43. h. t.* (2.) Si mors defuncti non vindicetur. *l. 17. & 20. ff. de his quæ ut indigni.* (3.) Si heres indignus. *t. t. ſupr. de his quæ ut indign.* (4.) Si Princeps inſtitutus, & teſtamentum ſubreptum dicatur in fraudem Principis, *hic & l. 46. §. 8. h. t.* (5.) Theſaurus repertus in prædio fiſcali, de quo infra. (6.) Si quis rem fiſcalem magni pretii per gratiam minoris comparaverit. (7.) Si in cauſa aliqua fiſcus per prævaricationem fuit victus. *hic & l. un. C. de Sentent. adverſus Fiſcum lat.* (8.) Bona damnatorum decedentium. (9.) Bona eorum, quorum memoria 2.
poſt mortem damnatur. (10.) Si domus negotiationis gratia deſtructa, quo caſu duplum pretii fiſco cedit. *hic & l. 52. de contrah. empt.* (11.) Si quia ab accuſatione deſtitit. (12.) Si quis rem litigioſam vendiderit. *hic & l. 22. d. t.* (13.) Si ex contractu privatorum Fiſco quid debeatur. (14.) Quæ ſunt ex commiſſis aliisque cauſis, quas hic recenſet *Gloſſ & Peregrin. in tr. de jure Fiſci*, paſſim. *Colleg. Argent. hic th. 8. Cujac. tom. 2. in h. l. 1. Schutz. in Inſt. in ord. ſucced.* Bona vacantia herede deſtituta, aut quæ habent heredem, ſed ob jus retorſionis (quia peregrinus eſt, & ejus provinciæ incola, in qua noſtris nulla ſucceſſio datur) incapacem, deferuntur Fiſco. Sed an civitatibus etiam, quæ merum & mixtum imperium habent? Quod affirmant multi, ſed perperam; 
nam jura Fiſci cum imperio mero nihil com- 3.
mune habent; ideoque Princeps contra civitates municipales fundatam intentionem habet. *Cothm. vol. 2. conſ. 55. Dn. Mevius p. 3. dec. 101. & part. 4. dec 66. Dn. D. Stryke in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 6. Art. 1. §. 11.* ideo tamen ſtatim non eſt derogandum juri, quod civitas prætendit, ſed ea ad probandum admittenda; nam per privilegium vel immemorialem præſcriptionem poteſt hoc jus adquiri. *Dn. Mev. d. l.* Et ſi civitas in poſſeſſione ſit, in ea defendenda eſt, *Dn. Mev. p. 1. dec. 66.* Sed Principibus
Imperii & Civitatibus Imperialibus jura fiſci 4.
competunt, quouſque ſe territorium eorum extendit *Roſenthal. de feudis concl. 52. Dn. D. Stryke in tractatu de Succeſſ. ab inteſt. cap. 6. artic. 1. §. 8.* ubi refert ſententiam eorum, qui aſſerunt, cui competunt Regalia, quod eidem etiam competant fiſcalia. Nobilibus etiam imperii immeditatis jura fiſci competere ex eo evincitur, habeant, quod jura territorii ut
ex inſtrumento Pacis Oſnabruggenſi *tit. 5. §. 10.* 5.
*probat Idem Dn. D. Stryke d. l. d. §. 13.* Circa univerſalem ſucceſſionem Fiſci hoc monendum, tribus potiſſimum modis vel caſibus ſuc-
cedere fiſcū ab inteſtato (nam de eo caſu, quan- 6.
do fiſcus heres inſtituitur, hic nō loquimur) pri-

mo ſi ſint bona vacantia, de quo caſu jam di-
ctum. 2. ſi bona auferantur ob delictum, vel
7. 3. ſi auferantur alicui indigno. Primo caſu
fiſcus eſt hæres legitimus, *arg. l. 114. §. 2. de*
*Leg. 1.* ex Lege Julia Caducaria; ſed ſi caſu
ſecundo vel tertio ſuccedat, non eſt heres,
ſed hæredis loco. *Ranchius de ſucc. ab int. §.*
*23. n. 1. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit declar. 15.*
*n. 20. Hilliger in Donell. lib. 9. cap. 1. lit. S.*
8. Sed quid ſi is, qui ſine hærede mortuus reliquerit
mobilia in loco domicilii, & immobilia ali-
bi, quæritur quis ſuperior vel Dominus ſuc-
cedat in mobilibus, & quis in immobilibus?
Communis deciſio eſt, quod in immobilibus
extra domicilium defuncti relictis ille ſucce-
dat ſub cujus territorio ſita ea ſunt: Mobi-
lia vero cedunt Domino illi, cujus ſub terri-
torio defunctus habuit domicilium; niſi mo-
bilia ideo alibi ſint, ut perpetuo ibi eſſent:
quam opinionem receptorem eſſe teſtatur
*Franc. de Barry de Succeſſ. lib. 18. tit. 5. n. 2.*
De peregrino & Advena quæri etiam poteſt an
fiſcus ei ſuccedat? Reſp. ſi talis ſine hærede
9. moriatur, ejus bona diſtribuenda eſſe per E-
piſcopum inter pauperes. *Auth. omnes pere-*
*grini C. communia de Succeſſionibus*, quod jus
in Gallia non obſervari, ſed fiſcum in pere-
grinorum bonis relictis ſuccedere ex *Caprcolo*
*de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 5. n. 27.* notat *Barry de*
*ſucceſſ. d. t. 5. n. 13.* Ideoque etiam peregrinus
10. non poteſt facere in Gallia Teſtamentum vel
Concilium, ſcilicet ut valeat in Gallia; Sed
valebit in Hiſpania factum in Gallia Teſta-
mentum, ſi ex Hiſpania oriundus. *Vaſquius*
*de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. §. 1. num. 149. Barry*
*de ſucceſſ. lib. 1. tit. 7. num. 21.* Sed bona quæ
habet peregrinus in Regno Galliæ, deferun-
tur Reg. jure Advenati; quod Practici vocant
jus Albinagii. *Petr. Gregor. lib. 42. Syntagm.*
11 *c. 8. num. 24. Franc. Barry d. l.* Quod vero
ibidem ait Barry, peregrinum ne quidem
ad pias cauſas teſtari poſſe, in præjudicium
Regis vel alterius Principis, qui jus Advenati
habet; in eo ipſi non aſſentior, quicquid ſit
de obſervantia Regni Francici. Nam ut
ſupra dixi, diſpoſitiones factæ in favorem
cauſæ piæ valent jure gentium, quod procul
dubio fortius eſt jure Advenati, quod ex ſta-
tuto tantum, ſeu jure iſtius loci civili debe-
12. tur. Hoc tamen præterea monendum, fi-
ſcum, licet ipſo jure adipiſcatur dominium
vacantium bonorum, poſſeſſionem tamen
legitimè adquirere. Nam ſi ſint vacua, oc-
cupare poteſt, ſi ab alio poſſeſſa, cauſa co-
gnoſcenda prius; modò poſſeſſor non vio-
lentam, clanculariam, aut prædoniam poſſeſ-
ſionem habeat. *Dn. Mev. d. p. 3. dec. 102.* Bona
13. vacantia Fiſco delata præſcribuntur quadrien-
nio, quod ab eo tempore computandum, quo
certum eſt, neminem fuiſſe heredem. *hic & l. 1.*
*& 2. C. de quadrienn. præſcript. Peregrin. lib. 6.*
*tit. 8. n. 40.* Diſtinguere vero hic ſolent Dd. ple-
rique; Inter bona vacantia Fiſco nunciata, & 14.
non nunciata. Illo caſu quadriennii præſcri-
ptio locum habet, ut ſi interea non occupet Fi-
ſcus, poſſeſſor horum bonorum exceptione
tutus ſit. *d. l. 1. C. de Quadrienn. præſcr.* Hoc
vero caſu, ſi bona fiſco nondum nunciata,
diutina poſſeſſione capiuntur *L. Quamvis 18.*
*ff. de uſurpat. & uſucap.* Quod diutinum tem-
pus eo modo explicant, prout longum tem-
pus in jure noſtro capitur, ſcilicet, ut decem
annis inter præſentes & viginti inter abſentes
ejusmodi bona fiſco nunciata, præſcribantur
*Balb. de Præſcript. Part. 2. Partis 5. Princip. in*
*princ. n. 4. Didac. Covarruv. in c. Poſſeſſor.*
*Part. 2. § 2.* Alii tamen indiſtinctè quadrien-
nium ſufficere putant *Ant. Perez. cod de quadr.*
*præſcript. n. 2. Henr. Zæſ comm. ff. de Uſur. n.*
*19.* Commiſſæ merces ob non factam pro-
miſſionem, & non ſolutum vectigal, quin-
quennio præſcribuntur. Reliqua autem cri-
mina, quæ breviori tempore non præſcribun-
tur, vicennii metam non excedunt. *Ant. Matth.*
*ad lib. 48. tit. 19. c. 4. num. 1.* Adeo, ut judex
ob delictum ante 20. annos patratum, ſi ali-
quem condemnet, male judicet. *Rol. à Valle*
*vol. 3. conſ 94. n. 9 Farin. q 10. n. 2.* licet ex offi-
cio procedat, *Farin. num. 1.* licet occultum
fuerit delictum, & ſic vicennium non com-
putandum ex die ſcientiæ, *Clarus §. fin. q. 51.*
*n. 5. Farin. d. l. n 12.* ubi tamen illud limitat,
niſi adeo occulte crimen admiſſum, ut per ju-
dicem inveſtigari non potuerit. Currunt au-
tem tempora præſcriptionum juxta hanc le-
gem primam §. *præſcriptio.* ab eo tempore, à
quo Fiſco ex delicto quid acquiri potuit. *Peregr.*
*d. 1. 8. num. 32 & Cujac. in h. l.* Et hoc quidem 15.
in criminibus ſtatim à die commiſſi delicti obti-
tinet, ita quidem, ut hoc vicennium currat
de momento in momentum. Unde vicennio
præcisè præterlapſo, ſtatim in ipſo momen-
to & inquiſitio & accuſatio ceſſant. *Carpzov.*
*Pract. Crimin. Part. 3. quæſt. 141. n. 61. ſeqq.* Ubi 16.
ſubjicit, eandem computationem etiam Jure
Saxonico obtinere; Quamvis enim ibi ultra
annum ſex ſeptimanæ communiter requiran-
tur; quia tamen in præſcriptione delictorum
jure Saxonico nil ſpeciale ſtatutum, hac in par-
te tamen Jus Commune obſervandum eſſe
*Carpzov. d. quæſt. 141. n. 61. Petr. Theodoric. in*
*Colleg. Crimin. diſp. 10. theſ. 7. lit. D.*

Ex §. *penult.* obſervandum; Sicuti 17.
cauſæ Civiles ſemel judicio incluſæ, perpe-
tuæ & ad heredes tranſitoriæ efficiuntur
*l. ult. §. fin. C. de fidejuſſ. tutor. l. ult. de præ-*
*ſcript.*

*ſcript. 30. annor. l. 139. ff. de R. J.* Ita hoc qvoqve in criminalibus obtinet, ut hinc ſi inqviſitio cœpta, vel accuſatio inſtituta: vicennii lapſus non tollat Proceſſum, cum lite mota, præſcriptio criminis ſit interrupta. Hæc verò
18. qvæ de præſcriptione criminis dicta, procedunt ſaltem, ſi criminaliter agatur; nam ſi pars læſa civiliter agere vellet ad intereſſe, ad triginta annos, pro mora aliarum actionum perſonalium *L. 3. C. de præſcript. long. temp.* actio ſalva eſſet. Qvatenus enim ex crimine ad ſatisfactionum partis agitur, favorabilis actio eſt, adeoqve longius durare poteſt. *Modeſt. in. Piſtor. Part. 3. Quæſt. 127. n. 18. in fin. Carpzov. Pract. Crim. Quæſt. 141. n. 47.*

## ad L. Ex qvibusdam. 2. §. 1. & 2.

*SUMMARIA.*

*Reus fiſci debet fiſco edere inſtrumenta n. 1.*
*Qvod ampliatur. 2.*
*Limitatur 3.*
*Delatore ſeu actore tribus edictis citatô & contumaciter emanente, reus abſolvitur, & actor punitur. 4.*

1. DElator poteſt jure petere à delato, ut edat inſtrumenta, qvæ habet pertinentia ad cauſam Fiſci, qvibus ea cauſa inſtrui aut probari evidentius poſſit; & ſi nolit edere, habetur pro convicto, qvia præſumitur ea ſubtraxiſſe. *Gail. l. 1. obſ. 106. n. 11.* Ampliatur hoc; ut
2. etiam ad Eccleſiam vel pium corpus pertineat vid. *Berlich. p. 1. concl. 45. n. 39.* qvia Eccleſia etiam gaudet privilegio Fiſci *Tiraq. privil. pia cauſa. 143.* Dupliciter tamen hoc in Fiſco
3. limitant (1.) ut hoc in ſubſidium tantùm fiat, aliis probationibus deficientibus, & (2.) tantùm in pecuniariis cauſis. *§. 2. h. t. Peregr. lib. 7. t. 3. Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 499. Brenchorſt. cent. 2. Aſſert. 94. Donell. lib. 23. c. 9. & ibi Hill. lit. E.* Et hæc jura ad Eccleſiam etiam pertinent per ea, qvæ infra dicentur, licet dubitet *Theſ.*
4. *lib. 4. q. 50.* Qvando delator ſeu actor tribus Edictis & cum comminatione citatus abeſt contumaciter, abſolvitur reus, & delator in eam ſummam condemnatur, in qvam reus condemnatus fuiſſet, ſi intentio delatoris fuiſſet probata *hic & l. 15. §. 4. & l. 42. §. 1. h. t.*

## Ad L. Non intelligitur. 3.

*SUMMARIA.*

*Heres relictis clam incapacibus fidem accommodans indignus redditur, ſecus in palam relictis n. 1.*
*Qvod declaratur. 2.*
*In rerum conſtituendis pretiis qvod tempus attendendum. 3.*
*Fiſcus debitores debitorū ſuorū convenire poteſt. 4.*
*Qvod declaratur 5.*
*Theſaurus repertus in locis fiſcalibus vel publicis vel religioſis qvoad dimidiam debetur inventori 6. 8.*
*Conciliatio §. 39. Inſt. de R. D. qvoad locum religioſum remiſſivè 7.*

QUod clam incapacibus relinqvitur; eô heres, qvi ſuam fidem accommodat, redditur indignus; ſecus eo caſu; ſi palam fuiſſet relictum incapaci vel promiſſum, licet enim hoc etiam contra Legem fiat, non tamen in fraudem Legis *pr. & §. 1. h. l. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. t. 4. Barrii lib. 1. de Succeſſ. t. 9. n. 40. & 2. ſeqq.* Qvod tamen decla- 2.
randum; niſi in diſpoſitione teſtamentaria reperiantur talia involucra & circuitus, ex qvibus fraus facta præſumitur; qvale exemplum habet *Mandellus de Alba Conſ. 40.* Pretia rerum non ex præterita emptione, ſed ex præſenti 3.
æſtimatione conſtituuntur, ſicut enim diligenti culturâ pretia prædiorum ampliantur, ita, ſi negligentius habeantur, ea minui neceſſe eſt. *§. h. 5. l.* Unde colligitur, de juſtitia pretii ex tempore contractus judicandum eſſe. *Menoch. conſil. 1065. n. 1.* ſicut autem tempore conductionis elapsô, etiam ſine reſignatione finitur conductio, niſi reconducatur tacitè vel expreſſè *Dn. Mev. p. 4. dec. 385. n. 5.* ita item eſt in locatione à Fiſco facta. *§. 6. h. l.* nam faciliùs etiam reperiuntur conductores, ſi invitos ſe non detentum iri ſciant &c. Exceptio eſt in *l. 11. §. fin. ff. de Publicanis*, ubi vide 4.
*notata.* Fiſcus inter alia habet hoc privilegium, ut poſſit convenire debitores ſuorum debitorum. *§. 8. h. l.* ſi principales debitores defecerint, vel ex rationibus Fiſci nomina facta probentur, vel ex contractu fiſcali debitores conveniantur. vid. *l. 3. & pen. C. Qvando Fiſcus. Peregrinus lib. 6 t. 7. Caldas de* 5.
*Empt. c. 12. n. 18.* Tertium autem caſum intelligo, qvando ex pecunia fiſcali mutuum contractum, ſecundum caſum, qvando ex adminiſtratione bonorum fiſci, reliqvator extitit, per *notata Bartoli hic.* Et ſic in his tribus caſibus conſiſtit ſpecialitas Fiſci ex qvo lucem accipit Titulus Codicis, *Qvando Fiſcus vel privatus debit. ſui debit. Franc. de Clapperiis in ſuis deciſ. p. 2. c. 28. q. un. n. 3.* Si in locis fiſ- 6.
calibus vel publicis vel religioſis theſaurus reperiatur: dimidia inventori defertur. *§. pen. h. l.* Qvoad locum religioſum in *§. 39. Inſt. de* 7.
*Rer. diviſ.* habetur contrarium. Variæ hic qværuntur conciliationes. vid. *Bach. in Tr. vol. 2. diſp. 20. th. 8. lit. G. Donell. l. 4. c. 14. & ibi Hill. lit. F. Carpz. part. 2. conſt. 53. def. 3. Barboſ. in L. Divortio. §. ſi fundum. n. 42. ff. ſolut. matrim.* 8.
Sane ſententia *h. §.* ab Imperatore Friderico approbata in *cap. un. in fin. q. Regalia. §. fin.* Si qvis in loco Fiſci theſaurum invenerit, & ſuppreſſerit, totum cum altero tanto cogitur ſolvere Fiſco.

## ad L. Fiſcus. 6.

*SUMMARIA.*

*FIſcus ſuccedens in Jus privati poſt ſucceſſionem* *initam*

*utitur ſuo privilegio nan pro anterioribus temparibus. n. 1.*
*Qvod explicatur. 2.*
*Extenditur ad Eccleſiam. 3.*
*Qvod temperatur. 4.*
*Exemplum ſubjicitur. 5.*
*Jus fiſco competens tribuitur etiam Principis vel Auguſta ratianibus. 6.*

1. Fiſcus cum in privati jus ſuccedit, privati
jure pro anterioribus temporibus utitur, ſed
poſtqvam ſucceſſit, habebit ſuum privilegium.
2. *Carpz. part. 2. Juriſpr. conſt. 5. def. 3. Franc.*
*de Clapperiis cauſa 42. q. un.* Qvod intelligen-
dum videtur ratione uſurarum. Nam in aliis pri-
vilegiis v. g. hypotheca, fiſcus habet privilegi-
um, qvando id nomen receptum eſt inter no-
mina debitorum fiſci, ut noſtra lex innuit,
3. & ex eo temperamentum accipit, qvod habet
*Dn. Mevius. p. 1. dec. 107. n. 6.* Exinde infert
*Dn. Manzius in cent. dec. q. 24.* qvia ſi privati
creditum ad Fiſcum perveniat, in futuris uſu-
ris uſuras majores fiſcus accipit, & ſic ſuo
jure utitur, id etiam in Eccleſia ac piis lo-
4. cis recipiendum eſſe; ut poſtqvam nomen pri-
vati inter Eccleſiæ nomina receptum eſt, Ec-
cleſia præferatur aliis creditoribus, in bo-
nis poſtea debitori qvæſitis, *arg. l. 28. h. t.* Qvòd
intelligo, ſi debitor adqvirat bona, poſtqvam
illud nomen ad Eccleſiam pervenit; nam
perpetuum eſt argumentum à Fiſco ad Eccle-
ſiam, *Everhardus in loca 61. à fiſco ad Eccleſiam.*
*Tiraq. priv. pia cauſa. 89* nec obſtat *c. fraterni-
tas 11 c. 12. q. 2.* Nam præterqvam, qvod id valdè
obſcurum loqvitur de lucro non captando ab
Eccleſia: Ergo parificatio illa intelligenda,
ut locum habeat in iis, qvæ decenter Ec-
cleſiæ tribui poſſunt. Utile hoc, ſi attende-
rent illi qvi ad clavum ſedent, & Eccleſiæ
conſulerent. Hinc ſi Eccleſia ſuccedat priva-
5. to in jure, contra qvem inchoata eſt præ-
ſcriptio, gaudet etiam Eccleſia pro futuro
tempore privilegio præſcriptionis qvadrage-
nariæ, *Carpz. p. 2 conſt. 5 def. 3.* Omne autem
jus Fiſco competens, etiam in Cæſaris ſeu
6. Principalis & Auguſtæ rationibus locum ha-
bet. §. 1. *h. t.*

## Ad L. Lucius. 9.

### SUMMARIA.

*Homicidam heredis occiſi hereditate indignum. 1*
*Scelere quæſita qvatenus fiſco vindicanda 2.*
*Si indignitas & incapacitas concurrunt qva ex his attendenda. 3.*
*Ex pluribus heredibus indigni pars acqviritur fiſco, excluſis etiam ſucceſſoribus ejusdem, qvod caſu declaratur. 4 5.*

1. Colligunt ex *hac l.* qvod occidens aliqvem
non poſſit etiam heredi occiſi ſuccedere,
ad qvem ejus bona pervenerunt, ſed ea bona
ſemper Fiſcus auferat. *Farin. q. 120. n. 56. Pere-
grin. de jure Fiſci, lib. 2. t. 3. n. 4. Gomez. tom. 3.
cap. 3. n. 52.* Sed id negat *Ant. Matth. in lib. 48.
ff. t. 5. c. 4. n. 6. & P. Barb. in L. Si ab hoſtibus.
11. §. fin. n. 27. & ſeq.* qvi rationem hic in eo
conſtituit, qvod mater diceretur interfeciſſe
venenò patrem filii. Unde hereditate ipſius
filii videtur indigna, & de proditorio homi-
cidio aut parricidio propriè ſic dicto intelli-
git *Pruckm. v. 2. conſ. 7. n. 153. & ſeqq.* Unde vide-
tur *Barboſæ* ſpecialis ratio. Sed qvicqvid ſit
de hoc textu ejusqve ratione, receptum eſt,
homicidam eſſe occiſi hereditate indignum.
*l. cum ratio 7. § 4. ff. de bonis damn. P. Barbaſa
d. l. n. 19.* Sed hoc *Carpz p. 3. c. 26. d. 19.* limitat
in uxore, qvæ occidit maritum, per *l. 12. §.
1. ff. ſalut. matrim.* Seqvitur etiam ex *h. l.* ſce- 2.
lere qvæſita Fiſco vindicari, qvi modus fiſ-
cum locupletandi eſſet omnium optimus, cum
hoc tamen temperamento, ut id valeat
in iis rebus, qvæ ab alio avocari non poſſunt,
& ſic res furto ablatæ fiſco non acqvirun-
tur, ſed à Domino vindicantur. *Ant. Matth. ad
l. 47. lit. 1. c. 4. n. 4* Repetendum verò id diſcri-
men, de qvo ſupra ad *titulum de his qva pro
non ſcriptis habentur.* item *De his qvib. ut indi-* 3.
*gnis. &c.* Ubi notandum, qvando incapacitas
& indignitas concurrunt, ut ſi ſpurius pa-
trem uxorem habentem occiderit, à qvo he-
res inſtitutus potiùs incapacitatem eſſe atten-
dendam & Fiſcum excludi. *Peregr. de jure
Fiſci lib. 2. tit. 3. n. 26. Theſſaur. lib. 1. q. 41. n. 8.*
Qvando verò heredum unus ſe reddidit indi- 4.
gnum, tunc ejus pars tantùm adqviritur fiſco,
& ita fiſcus cum homicidæ v. c. coheredibus
partitur hereditatem, ut poſt alios multos al- 5.
legatos tradit *Theſ. d. q. 41. n. 9.* Et qvando
hereditas tibi ut indigno ablata, ne qvidem
ad ſucceſſores tuos pervenire poteſt, per *tra-
dita Theſ. d. q. 41 n. 12.* qvi *n. 13.* caſum refert,
dum uxor maritum occiderat, & poſtea liberis
mortuis voluit ſuccedere. Hic mater excludi-
tur, avia verò liberorum materna excludeba-
tur per matrem. Agnati liberorum exclude-
bantur per aviam, Ergo Fiſcus ſuccedebat. Sed
regerebatur, matri gratiam eſſe factam ho-
micidii; reſponſum verò fuit, ob id validio-
ra eſſe jura fiſci, dum mater fuit capax ſed
indigna, & Princeps hanc pœnam indignitatis
non videtur abſtuliſſe, ut mater ex ſuo ma-
leficio contra jus naturæ lucrum caperet.

## ad L. Non puto. 10.

### SUMMARIA.

*IN dubio qvando contra fiſcum pronunciandum.*

IN dubio contra fiſcum eſt pronuncian-
dum; ſcil. ſi ratione probationis cauſa ſit
dubia & conjecturalis; nam tunc in dubio
contra fiſcum pronunciandum. *Peregr. d. tr.
lib. 6. tit. 6. n. 23. Dd. ad l. 1. ff. ſalut. matr. Dec.
ad l. in ambiguis. n 3. de R. J. & ibi Cagnol. n. 5.
Covarr. lib. 1. reſol. c. 16. n. 1. Alciatus de pra-
ſumpt.*

*ſumpt. Reg. E. præſ. 41. n. 3.* Et Fiſcus præſumitur ex tacita voluntate commodum privatorum præponere ſuo proprio commodo, *Riminaldus conſ. 59. in fin. Cravetta conſ. 9. n. 38.* Alii diſtingvunt: An agat Fiſcus ad pœnam; an verò ex contractu, ut illo caſu contra fiſcum ſit pronunciandum. *Dd. alleg. Barb. in l. 1. part. 2. n. 14. ff ſolut. matr.* Alii verò ita explicant, ut, qvando qværitur, an fiſcus ſit privilegiatus, in dubio contra fiſcum pronuntietur, & ille utatur jure communi. *Surdus dec. 13. n. 3. Peregr. d. tr. lib. 6. t. 1. n. 3. & Barb. d. l. n. 15. Trentacinq. lib. 1. tit. de jure Fiſci reſ. 9. n. 5.* De variis *hujus legis* intellectibus vid. *Beſoldus conſ. 95. n. 65. Finckelib. obſ. 81. n. 54.*

## Ad L. Non poſſunt. 11.

NUlla bona ad fiſcum poſſunt pervenire, niſi qvæ deductô ære alienô ſuperſunt; nam & in paſſiva nomina defuncti ſuccedit fiſcus *hic & l. 1. ſupr. h. t. & l. 2. C. de vi publ. & privata. Peregr. lib. 5. t. 1. n. 57.* cum nomina activa & paſſiva ſeparari neqveant.

## Dd L. Edicto. 13.

*SUMMARIA.*

*DEferens in fraudem fiſci, ſibi relicta partem eorum capit, qvod ad heredes extenditur n. 1.*
*Ob confeſſionem ſpontaneam pœnam mitigari poſſe colligitur. 2.*

1\. QUibus in fraudem fiſci aliqvid relictum eſt,
ſi ſeipſos deferant partem etiam ex relictis
capiunt. *hic & l. un. C. de iis, qvi ſe ipſos deferunt.*
*P. Heig. p. 2. q. 32. n. 27.* Qvod etiam ad heredem
extenditur *§. 4. & 5. h. l. Peregr. d. t. n. 16.* Ex *hac*
2\. *lege* colligunt, ob confeſſionem ſpontaneam, &
qvæ non ſit metu probationis, minui & mitigari
poſſe pœnam, qua de re *Tiraqvel. de temperandis*
*pœnis, cauſa 30. Farin. q. 81. n. 172. Carpz. pr. crim.*
*q. 149. n. & ſeqq.* Ubi idem eſſe dicit, ſi qvis metu probationis fateatur, cui tamen obloqvitur *Tiraqvell.* Exciperem tamen ordinariam homicidii pœnam.

## Ad L. Deferre. 18.

*SUMMARIA.*

*QVi deferre prohibeantur & quomodo inter ſe differunt jus accuſandi & deferendi. n. 1. 2.*
*Creditor prior ſoluta poſteriori creditori repetere non poteſt, ſecus in fiſco. 3.*

1\. DEferre hic prohibentur mulieres, clariſſimi,
damnati, veterani & alii, qvi hic prolixè &
perſpicuè recenſentur, de qvibus *Peregr. lib. 2. t. 1. n. 2.*
Notandum autem, eſſe diſtingvendum inter jus
accuſandi & deferendi, qvod multi confundunt.
Nam perſonæ hic recenſitæ, non ſemper ab accuſatione
remoti v. g. Clariſſimis non eſt neganda
facultas accuſandi, bene tamen deferendi. Accuſatoris
eſt, qvi crimen defert & exeqvitur vel
amore boni publici, vel ſpe præmii: Sed Dela-
tor eſt, non ſolum, qvi crimen, ſed generaliter, 2.
qvi rem ad fiſcum pertinentem ei ultrò præmii
cauſâ denunciat vid. *Ant. Matth. ad lib. 48.*
*Pand. tit. 13.* In *§. fin. & legibus ſeqventibus*, qvam- 3.
vis aliàs creditor alii forte poſteriori creditori à
debitore ſoluta, repetere non poſſit, qvia ille ſibi
vigilavit. *l. 6. §. 6. Quæ in fraudem credit.* Fiſcus
tamen alii creditori poſteriori ſoluta repetere
poteſt, manente debitore illi creditori, cui ſolverat,
obligato, licet res vel pecunia bonâ fide
ſit conſumpta. Et ſic ex hoc textu colligit *Berlich. pag. 1. concl. 71. num. 47.* hypothecarium priorem poſſe pecuniam ſolutam poſteriori condicere, licet bona fide conſumpta ſit.

## ad L. Res, qvæ in controv. 22. pr.

*SUMMARIA.*

*FIſcus rem privatam cum ſe controverſam apud ſe ſe depoſitam habere poteſt. n. 1.*
*Qvod limitatur. 2.*

QUando de re privata cum Fiſco controverſia 1.
eſt, tunc hoc videtur eſſe privilegium fiſci,
ut fiſcus illam rem apud ſe depoſitam habere poſſit
ſecuritatis gratia; & qvia fiſcus ſemper ſolvendo
eſſe præſumitur. Sed vendere illam rem non
poteſt per *hanc l.* Sed an prius univerſale eſt? Ne- 2.
gatur. Nam verum eſt tantùm, qvando privatis
legitimus contradictor non eſt, & non habet
titulum; nam ſi titulum habeat, de qvo tamen
controverſia eſt, omninò fiſcus, ſi abſtuliſſet rem
lite pendente, de attentatis teneretur. *Guido Papa dec. 369. & Lancellott. de Attentat. p. 2. cap. 4. declarat. 4. n. 34. & Dn. Mev. part. 4. dec. 288.*

## ad L. Cum qvidam. 26.

*SUMMARIA.*

*COnciliatio l. h. cum l. 45. pr. h. t.*

CApitis reus emancipavit filium, ut adiret hereditatem, non videtur in fraudem Fiſci id factum, qvod non acqviſiverit. Sed aliud *in l. 45. in pr. h. t.* ubi dicitur, etiam ſi non qværatur vel non acqviratur in fraudem fiſci, eam tamen coercendam eſſe.

Com-

Digitized by Google

Sed ſi non de bonis lis ſit, ſed de crimine com-
3. miſſo, tunc ſi hoc judicium cœptum, fiſcus illam avocare neqvit; ſed expectabit finem judicii criminalis, & poſtea ad bona vindicanda aget: *Dn. Mev. p. 5. dec. 381.*

## Ad *L.* Quod placuit. 37.

***SUMMARIA.***

FIſcus in pœnis, nullum habet privilegium prioritatis. *hic & l. un. C. de pœn. fiſcal. Carpz. d. Conſt. 28. def. 104.* ubi tamen hypothecam Fiſco tribuit.

## ad *L.* Eum qui. 41.

***SUMMARIA.***

*EMptor hæreditatis non tenetur ad æs alienum. 1. Exceptio in fiſco. 2*

1 CErtum eſt, eum, qvi à privato emit hereditatem, non teneri ad æs alienum ſolvendum, ſed venditorem *l. 2. C. de Hered. vend.* Sed exceptio in fiſco, ſi hæreditatem alicujus vendat, qvod tunc emptor debeat excipere a-
2. ctiones, per *l. hanc. & l. 1. C. de Hered. vend.* Idem dicunt in privatis venditoribus, ſi venditor non ſolvendo *l. 1. §. 18. de Exerc. Act. l. fin. pr. de eo, per quem factum* vid. *Sande l. 3. t. 4. d. 3. Mev. p. 5. dec. 14.*

## ad *L.* in fraudem. 45. pr.

***SUMMARIA.***

*FRaus, ob qvam fiſco qvis non acqviſivit, an punienda, & qvid hic colligatur. n. 1. 2.*
*An fiſcus inſtrumenta & Civitas Cataſtra ſua & libros gabellarum poſtulantibus edere teneantur. 3. 4.*

1. IN fraudem fiſci ſi qvis non acqviſiverit, an punienda fraus; Videtur qvod non, qvia aliud eſt alienare, aliud non adqvirere *l. 6. §. 2. ff. de his qvæ*
2. *in fraudem.* Sed in fiſco ſecus ex ſpeciali privilegio. Unde tentari poſſit Prælatum etiam in non adqviſitis non præjudicare Eccleſiæ, ſi in fraudem Eccleſiæ fiat. *Petr. Peckius in Reg. 76. de R. I.*
3. *l. 6. in 7. dubitandi rat.* Adverſus tertium qvis poteſt per actionem compelli vel per implorationem officii judicis, ut inſtrumenta edat, ſed contra fiſcum non, nec ipſe fiſcus contra ſe tenetur edere *Wiſſenb. ad h. t. th. 13.* Sed qværitur, an non civitas cataſtra ſua & libros gabellarum edere teneatur? Aff. qvia hæc qvaſi communia inſtrumenta ſunt, ex qvibus ſolutio etiam probari debet contra fiſcum; præſertim verò *hic* §. 6, non prodeſt civitatibus, jura fiſci non habentibus, nec locum habet, ſi fiſcus agat, & reus velit ſuam exceptionẽ probare ex libris publicis; vel ſi fiſcus conveniatur, & reus replicam ſuam exinde probare velit. *Dn. Mev. p. 3. dec. 392. §. 7.* Quoties pars acta falſaverit, & falſata produxerit, cauſa cadit. *Gail. lib. 1. obſ. 134. in fin.*

## ad *L.* Aufertur. 46. pr.

***SUMMARIA.***

*INſtitutio ſuppoſiti partus dolo teſtatoris facta an deferat hereditatem fiſco 1. 2.*
*Sciens in fraudem fiſci aliqvid ſuſcipiens ad quid teneatur. 3.*
*Si fiſco vel privato compenſatio oppoſita intra quod tempus debitum probandum. 4.*
*An ceſſionario, cui fiſcus mulctam ceſſit, compenſatio opponi poſſit, & quid ſi mulcta ad utilitatem publicam deſtinata 5. 6.*
*Qvibus caſibus debitor fiſci compenſationem opponere non poteſt. 7.*
*Adminiſtratores publicarum pecuniarum à fiſco in quadruplum conventi an ſinguli ſtatim in ſolidum teneantur. 8.*

PAter ſuppoſitum partum inſtituit heredem, ſciens fortè in fraudem cognatorum, qværitur an fiſco acqviratur hereditas? Aff. videtur 1.
hic ob verbum *indignus.* Ideoqve hoc principium intelligendum videtur de partu ſuppoſito, fraude patris inſtituto; nam ſi ipſe pater errore ductus inſtituiſſet, nulla foret inſtitutio, nec fiſco locus. Et ita rectè *Mantic. de conject. ult. vol.* 2.
*l. 4. t. 7. n. 5.* licet aliter *Menoch. conſ. 275. n. 28. & ſ.* qui hunc textum de eo intelligit, qvi ſine ſua culpa indignus eſt, & ideo fiſcum excludit, qvæ ſententia æqvior, licèt communior videatur ſententia prior, ſcil. qvod dolo teſtatoris facta inſtitutio ſuppoſiti partus deferat hereditatem fiſco, qvia vitium eſt cauſa inſtitutionis, qvam rationem conſiderat Mandellus de Alba, vel qviſquis ejus conſilii ſit autor, *conſ. 787. n. 5. & conſ. 319. n. 4. & Theſ. l. 2. q. 41. n. 4.* Accedere mihi videtur hæc ratio, qvod teſtator in odium cognatorum videatur inſtituiſſe qvadantenus incapacem, & qvando dolus eſt cauſa immediata acqviſitionis, tunc dolus etiam nocet tertio doli non participi. *Theſ. lib. 4. q. 80. n. 2.* ſi modo ille tertius aliàs non eſſet ſucceſſurus. *Theſ. d. q. 80. n. 9.* Qvi ali- 3.
quid ſciens in fraudem fiſci ſuſcepit, non tantum rem, ſed æſtimationem qvoqve ejus reſtituere tenetur. *§. 1. h. l.* Compenſationem fiſco qvi opponit intra duos menſes probare debet
debitum. *§. 4. h. l.* & ſic declaranda *l. ult. ff.* 4
*de Compenſat. Peregr. lib. 6. c. 7. n. 15.* Et ſic compenſatio admittit debitum illiqvidum, tamen mox liqvidandum in brevi termino. *Lauterbach. ad tit. de Compenſat. th. 10.* Sed 5
tempus illud in aliis debitis privatorum arbitrio judicis committit *Bachov.*

liorem conditionem obtulerit, qva conditione impleta, ſi fructus ſint percepti ante, ſecundam addictionem, pertinebunt ad Fiſcum venditorem, & hoc de prædiis ruſticis non urbanis, intelligit *Petr. Barb. ad l. divor-*
3. *tio. §. pr. 2. num. 95. ff. ſol. matr.* Et tempus ac dies ſolvendæ penſionis potius conſideratur, qvàm id tempus, qvo fructus percipiuntur, qvod in reà fiſco vendita ſpeciale eſſe dicit *Bart. in §. fin. h. l.* qvia emptor percipit penſionem cedentem poſt venditionem, etiamſi ea ſolvatur pro fructibus ante emptionem perceptis, qvod privilegium emptori datur in compenſationem damni, qvod patitur ex eo, qvo cogitur ſtare conductioni & locationi à fiſco contractæ. *Covarr. l. 1. reſol. c. 15. num. 5.*

# Titulus XV.
# De captivis, & de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus.

## ad L. Navibus. 2.

Res eodem modo ut perſonæ habent jus poſtliminii, qvæ qvidem non turpiter amiſſæ ſunt, ut ager ab hoſtibus captus, naves, eqvi, non verò veſtes, nec arma, qvia hæc ſi neflagitio fugæ non amittuntur. *VVeſenb. in π. h. t. n. 5.*

## ad L. Poſtliminii. 8.

*SUMMARIA.*

*Poſtliminium quando in bello & pace locum habeat. n. 1.*

*Cuilibet licet mutare domicilium & ſuo juri renunciare. 2.*

1. Poſtliminium in bello & pace locum habet: in bello qvidem, ſi res nobis crepta ab hoſtibus in ſua præſidia deducta; Nam anteqvam hoc fiat, non amiſit libertatem civis, ergo nec locus poſtliminio. Non videtur ab hoſte perfectè acqviſitum, qvod in præſidium hoſtium noodum eſt deductum, ſed immobilia ſtatim redeunt, ſi hoſti erepta ab hoſtibus, mobilia vero ſi, poſtqvam in præſidia deducta, vindicata. *Covarr. in cap. peccatum. p. 2. §. 11. num. 7.* In pace etiam poſtliminium & captivitas, inter populos nec fœderatos nec hoſtes, obtinet. §. 5. Ex §.
2. *fin.* collige, cuilibet licere mutare domicilium & civitatem & ſuo juri renunciare. *Dn. Mev. p. 5. dec. 241. n. 1.*

## ad *L.* Mulier. 6.

*SUMMARIA.*

*Redemtori hominis abducti à latronibus exteræ gentis an pretium reddendum n. 1.*

*Lytron majus privilegium meretur quam expenſæ funebres. 2.*

*De quibus latronibus lex hæc loquatur. 3.*

*Quid, ſi pirata quid rapiant. 4.*

1. Si mulier in opus ſalinarium ob delictum damnata, à latrunculis exteræ gentia capta, à Coccejo redempta, huic pretium à fiſco reddendum. Ratio dubitandi, quia non fuit hoſtium facta, ſed à latrunculis capta. Sed ratio decidendi eſt in favore humanæ naturæ (qvæ ſupra modum pretioſa Deo viſa eſt, ut etiam filium ſuum pro homine dederit) licet hæc ratio Ethnicis in mentem non venerit, ideoqve æqvum eſt, ut redemtor *Hominis* ſemper pretium recipiat conf. *l. 12. §. 7. & 17. h. t. Finckelth. obſ. 56. num. 19. Decianus tract. crim. l. 9. c. 29. n. 26.* conf. *Sichard. in l. Incivilem 2. de furtis. n. 5. Menoch. l. 5. præſ. 29. num. 26. & ſ.* & creditori vel redimenti privilegium perſonale competere, concedit *Carpz.*
*p. 3 dec. 279.* Sane æqviſſimum eſſet, redemptori huic per Superiorem majus privilegium, qvàm funeratori largiri, cum longè magis pium opus ſit hominem captivum à barbaris redimere, qvàm decem hominum mortuorum cadavera tumulo reddere. Ideò ſi non potiora, tamen paria jura lytro & expenſis funebribus concedenda forent. Sed id ad Superiores
pertinet. Interim notetur, *hanc l.* non de omnibus latronibus & prædonibus loqvi; ſed de latronibus exteræ gentis & Barbaris, qvi hoſtium jure cenſentur. *Menoch. lib. 5. præſumpt. 29. num. 26. Stracha de Mercat. tit. de Navibus, pag. 2. num 18. & Franzkius lib. 2. reſol. 9. num. 49.*
qvamvis, ſi à piratis qvid rapiatur, etiamſi non ſint reſtituenda, qvando pretium offertur, qva ab hujusmodi prædonibus difficillime res recuperantur, ut ex hac ratione talem qvæſtionem deciſam refert *Theſaurus l. 2 qv. 98. n. 9. & in fin.* 4.

## ad L. Non dubito. 7.

*SUMMARIA.*

*Populus fœderatus alterius Majeſtatem comiter obſervando non deſinit eſſe liber, & qvid hic colligitur. num. 1. 2.*

Liber populus etiam is eſt, qvi fœdere alteri ita junctus, ut alterius Majeſtatem comiter obſervare teneatur; hic enim adjicitur, ut ſciatur, alterum populum ſuperiorem eſſe, non verò non liberum, qvod exemplo clientum hic probatur. *Befold. in tr. de fœderib. c. 11.* Deminuta aliqvo modo hujus populi Majeſtas, ſed non extincta; illud, qvod leges eis dentur de dandis obſidibus, de auxilio ferendo; Hoc, qvod retineant libertatem, agros, leges: *Ant. Matth. ad l. 48. Pand.* 1.

2. *tit. 2. c. 1. num. 6.* Ex qvo probatur, etiam civitatem, ſi exteri principis patrocinio ſe commendaverit, ſi ſine Principis ſui conſenſu id ſecerit, & nulla neceſſitate compulſa, contra ſuum principem peccare; nam ſubjicit ſe qvodammodo alterius Majeſtati, qvia comiter eam obſervare tenetur *Ant. Matth. ad lib. 48. Pan. tit. 2. cap. 2. n. 18.*

## ad L. In bello. 12.

### SUMMARIA.

*IN pace jus poſtliminii perpetuum uſum non habet, ut in bello n. 1.*

*In viciniâ captus, qvi durante ibi itinere ſuo vicinos hoſtes demum cognovit, jus poſtliminii habet. 2.*

*Apud hoſtes mortuus primâ horâ captivitatis mortuus fingitur. 3.*

*Facta non præſumuntur ſed probanda ſunt n. 4.*

*Omnia captá & ab hoſte redemta oblato pretió à Domino recuperari poſſunt. 5.*

*Redimens liberum hominem captum, habet jus retentionis, donec lytron reſtituatur. 7.*

IN bello locum habet jus poſtliminii, in pa-
1. ce non ſemper, ſi in contrarium conven-
tum ſit, qvia ſpem revertendi in bellica vir-
tute magis, qvam in pace Romani eſſe volu-
erunt. *Bachov. in Tr. vol. 1. Diſp. 6. th. 2. lit.*
*A.* Si qvis autem in pace ad populum vici-
2. num veniat, & ſubito exardeſcat inter eos
bellum, ibiqve captus ſit, habet jus poſtli-
mini *pr. h. l.* Qvi autem moritur apud ho-
3. ſtes, prima hora captivitatis mortuus fingi-
tur per fictionem legis Corneliæ, & interim
à filio geſta rata ſunt *§. 1. h. l.* Ex §. 2. note-
tur Regula: Facta non præſumuntur ſed
4. probanda ſunt. *Gail. lib. 2. obſ. 31. num. 14.*
*Maſcard. de probat. concl. 73. num. 7.* Qvi ſer-
vum ab hoſte captum redemerit protinus redit
hic ſervus ad Dominum jure poſtliminii, ſi of-
feratur redemtori pretium. Unde colligunt
5. generaliter, omnia capta & ab hoſte redem-
pta oblatô pretiô à Domino recuperari poſ-
ſe. *Covarr. in c. Peccatum part. 2. §. 10. num. 7.*
Nam licet ſervitutes in bello non conſtitu-
antur hodiè, jus tamen poſtliminii etiam ho-
die, locum habet in rebus, uti *Boerium*
6. *deciſ. 178. num. 2.* interpretatur *Theſaur. lib.*
*a. q. 98. n. 3.* Liber etiam homo captus tamdiu
pignoris loco eſt apud redimentem, donec pre-
tium vel λύτρον reſtituatur. *l. Ab hoſtibus. C. h. t.*
*Valaſc. tom. 1. conſult. 30. n. 15.*

## Ad L. Poſtliminium. 19.

### SUMMARIA.

*INduciarum deſcriptio & diviſio à diurnitate ſumta. n. 1. 2.*

*Obligatio ex induciis nata ſanctior ac firmior habetur, qvam ipſius pacis 3.*

*A piratis aut latronibus capti non opus habent poſtliminio. 4.*

*Ab hoſtibus capti quod poſtliminii jure frui incipiant. 5.*

*Transfugæ qvi dicantur, & an jure poſtliminii utantur & qvid in ſervis, ſtatu liberis, parentibus & liberis transfugis. 6. 7.*

*Redemtor hominis captivi an jus ſuum pignoris alteri cedere poſſet & qvomodo redemptus ſe à ceſſionario liberare valeat. 8.*

IN *pr. h. l.* continetur definitio poſtliminii, 1.
qvæ in textu clara. In § 1. continetur defi-
nitio Induciarum, qvas in *collegio meo de Pa-*
*cificationibus diſp. 5. th. 2.* ita definitivi, qvod
ſint conventiones, per qvas bello manente
ad tempus ab hoſtilibus actibus abſtinendum
eſt: Qvæ induciæ ſunt vel paucorum dierum 2.
aut ſeptimanarum, & hæ pangi poſſunt ob
certam cauſam v. g. ad ſepulturam mortuo-
rum, vel ad petendum ſuppetias obſeſſis, vel
ſunt longioris temporis definiti vel indefi-
niti, v. g. ad aliqvot annos vel ſemeſtre ſpa-
tium, qvæ induciæ non niſi à ſumma pote-
ſtate contrahi poſſunt: Atqve hæc obligatio 3.
ex induciis nata ſanctior & firmior haberi
ſolet, qvàm ipſius pacis. *Albericus Gent. l. 2.*
*de jure belli. cap. 12.* qvibus enim induciæ diſ-
plicent expectatione finis dolorem ſuum
mitigare poſſunt *Baudius de induc. belli Belg. l.*
*2.* & *ego in d. diſp. 5. th. 6.* A piratis aut latro- 4.
nibus capti, qvia retinent libertatem, non o-
pus habent poſtliminio. *§. 2. h. l.* qvi autem
ab hoſte captus, & ex eorum manibus aufu- 5.
git, licet nondum ad nos venerit, ſi tamen
ad amicum aut fœderatum nobiſcum popu-
lum aut Regnum venerit, poſtliminii jure
fruitur. §. *3.* Transfugis beneficium denega-
tur. § *4.* Sed ſervi, ſi ad hoſtem transfuge- 6.
rint, redeuntes jure poſtliminii in poteſtatem
Dominorum redeunt. §. 5. Statuliber trans-
fuga, ſi conditio, ſub qva libertas relicta, dum
in captivitate fuit, exiſtat, non gaudet jure
poſtliminii, nec liber fit, nec ad heredes Do-
mini ſui revertitur, ſed fit ſervus fiſci. §. 6.
Et filiusfam. transfuga non utitur jure poſt-
liminii, nec pater. Additur in §. *7.* notabilis
ratio, qvæ ſæpe ſolet allegari, qvod diſcipli-
na caſtrorum antiqvior fuerit parentibus Ro-
manis, qvàm charitas liberorum. Transfugæ 7.
autem ſunt, qvi fide rupta etiam induciarum
tempore, vel ad populum barbarum; nullâ
nobis amicitiâ conjunctum, transfugerunt. §.
8. In §. *pen.* autem notatur, qvod redemptor
hominis captivi poſſit ſuum jus pignoris 8.
cedere alteri, ſed redemptus poteſt ſe libera-
re, ſi id offerat creditori ſecundo, qvod re-
demptor dedit, non plus, juxta *l. fin. C. ſi pi-*
*gnori detur.*

## ad L. Si captivus. 20. §. 1.

IMmobilia ab hoſtibus capta cedunt Reipublicæ, ſed ea qvæ civium fuerunt, & ab hoſte occupata, ſi recuperentur, non ad Remp. ſed ad veteres Dominos revertuntur, qvia habent jus poſtliminii.



Digitized by Google

## ad L. Si qvis. 21. §. 1.

*SUMMARIA.*

*IN Civilibus diſſenſionibus jus poſtliminii locum non habet. n. 1.*

*Nec inter Chriſtianos locum habere, inter qvos nec bella movenda, colligitur. 2.*

1. IN civilibus diſſenſionibus illi, qvi in alter-
utras partes deſcedunt, vice hoſtium non
ſunt, ideò nec jura captivitatum, nec poſtli-
2. mioii locum habent; Unde ioferunt, nec
inter Chriſtianos hæc locum habere cum totus
populus Chriſtianus qvaſi una Reſpublica
ſub Chriſto capite ſit, certè & eſſe debeat,
nec inter eos bella movenda ſint de jure, li-
cet aliter de facto. Sumus Chriſtiani verbis,
non factis, Chriſtiani ſecundum dici, non
ſecuodum eſſe. Bella inter Chriſtianos ſunt
plus qvàm civilia. Conf. *Covarr. d. cap. peccatum. part. 2. §. 10. n. 6. Valaſc. d. conſult 30. n. 3.*

## Ad L. Hoſtes. 24.

*SUMMARIA.*

*QUinam hoſtes ſint? n. 1.*

*Vaſallus an bellum gerere poſſit? n. 2.*

1. HOſtes ſunt, qvibus bellum publicè po-
pulùs Rom. decrevit, vel ipſi populo Ro-
mano. Cæteri latrones vel prædonas appel-
lantur, & ideò, qvi à latronibus captus, ſer-
2. vus eorum non eſt. Unde colligitur, Vaſal-
los, imò & principes, qvi recognoſcunt ſu-
periorem, non rectè bellum offenſivum ge-
rere, ſed benè defenſivum; niſi ſi ex conſue-
tudine aut privilegio jus belli gerendi, aut fœ-
dera ineuodi habeant. *Covarr. d. part. 2. §. 9. n. 1. Menoch. conſ. 102. n. 21. & ſeq.*

## ad L. Si qvid bello. 28.

*SUMMARIA.*

*MObilia non habent jus poſtliminii. n. 1.*

*Qvando recuperata ab hoſtibus Domino reſtituenda? n. 2.*

*Qvid in emptis ab hoſte. n. 3.*

QUod bello captum, in præda eſt, oec ha- 1.
bet jus poſtliminii, ſcil. mobilia, de qvi-
bus in *l. 2. ſupr. h. t.* Sed diſtinguunt Dd. ut ſu-
pra dictum ad *l. 5. Covarr. d. part. 2. §. 11. n. 8.*
Sed ipſe *Covarr. verſ. nihilominus tamen*, in e-
am ſententiam inclinat, qvod etiam ex inter- 2.
vallo recuperata redeant ad veterem Domi-
num, qvod miles Romanus non Dominus eſ-
ſe debeat, ſed defenſor, *Grotius de jure P. & B.
lib. 3. c. 9. n. 16.* qvod æqvum puto, ut, qvan-
docunqve miles recuperavit mobilia noſtris
ſubditis erepta, idqve ceperit in tali expedi-
tione bellica, ea reſtituantur, qvia tunc fue-
runt inſtrumenta Reip. & ſub auſpiciis Reip.
pugnavere. Cæterum ſi aliqvo titulo juris li-
citò & oneroſo recuperaverit ut privatus, non 3.
puto cogendum eſſe, ut mobilia empta reſti-
tuat gratis, ſed acceptô prius pretio ſoluto,
nec intelligo, qvomodo *Theſaurus lib.
2. dec. 98. n. 4.* dimidium pretii emptori tantum
tribuat.

# TITULUS XVI. De Re militari.

## ad L. 2. & 3.

*SUMMARIA.*

*MIles ob delictum ubi puniendus. n. 1. 2.*

*Contumax an ſtatim condemnandus. 3.*

*Fuga non eſt indicium ad torturam. 5.*

*Miles an ob ſolam vociferationem capite puniendus. 6. 7.*

1. DElictum militum eſt vel militare, qvod
miles ut miles patrat, v. g. emanere &c.
aliud commune cum ceteris hominibus, ut
homicidium, adulterium &c. ob militare
delictum v. g. deſertiooem, Judex militem
2. cum elogio mittet ad ducem ſuum; Sed ſi
qvid gravius, & delictum commune ad-
miſerit, tuoc eo loco, ubi deliqvit, puniendus.
Unde colligunt, ob delicta militaria de qvi-
bus *Tholoſan. lib. 19. Syntagm. c. 10.* militem à ſuo
Duce puniri, ſed ob delicta communia & e-
normia punieodum eſſe à judice loci ordina-
rio. *Carpz. part. 4. juriſpr. conſt. 9. def. 11. Decian. lib. 4. pract. crim. c. 17. n. 5. Joh. à Sande tit.
1. def. 4.* Miles tempore ſtatuto noo comparens
3. habendus eſt pro emanſore, ita tamen ut
tempus detur & facultas allegandi impedi-
menta. *§. 7. h. l.* Hinc collig. Qvando ob con-
tumaciam aliqvis eſt privandus jure ſuo, tunc
nova citatione opus eſt, ut doceat de impe-
dimento legitimo. *Carpz. l. 3. juriſpr. Eccl. d. 61.
n. 6.* & inde conſuetudo juris Sax. de condem-
nando aliqvo usqve ad impedimenta. Sic
in proceſſu deſertionis conjugis bina ad mi-
nimum citatio reqviritur, alicubi trina, de
qvo *Carpzov. d. l.* Nonnulli etiam ex hac l. 4.
volunt probare, fugam eſſe indicium ad tor-
turam, ſed malè; nam hic de ipſo delicto, e-
manſionis agitur ſcil. militari delicto, nec de
tortura hic ſermo, qvæ aliàs io milites non
cadit. Vid. *Dn. Thabor in tr. de tortura ad art.
25. Conſt. Carol. pag. 161.* In bello qvi rem à 5.
Duce prohibitam facit, aut mandatam non
ſervavit, capite punitur, etiamſi rem benè
geſſerit: Exempla in veteri hiſtoria plura:
recens in Turcica. Ex §. 20. notetur, non o- 6.
mnem vociferationem militum aut levem
qverelam pro crimine Majeſtatis habeodam,
ſed tum gradu militiæ tantùm dejiciendi. U-
bi tamen non eſt intelligendum qvod ideò
facta, ut ſeditio contra Principem concitetur,
ſed alterius rei cauſâ, ubi modò labores, mo-
dò arctiorem commeatum, qvi perpetu-
us ferè caſtrorum comes, modò iter mo-
leſtè ferunt. Contra *hanc l.* ſæpe pecca-
tur in bellis, propter unam vocem pa-
nis, pecuniæ, abrepti nonnunqvam ad ſup-
plicium.

plicium. Scio exemplum Tribuni à damnato milite ad judicium divinum citati, qvi ſtatô die cum tranſiretqvo pontem ex navibus conſtructum, diſſolutô ponte miſerè periit in flumine. Nam & milites gregarii homines ſunt à Chriſto redemti, qvorum ſangvinem innocentem vindicat Deus, ſi homines non vindicent.

## ad L. 3 §. 9. l. 4. §. fin. & L. 14. §. 1.

*SUMMARIA.*

*TIroni & novo Civi juris ignorantia non nocere ſolet.*

EX his textibus notetur, qvod ignorantia juris militaris etiam craſſa, ut ſi arma vendiderint, proſit tyronibus, cum nec militaria jura rectè intelligant tyrones. *Tiraq. de pœnis temp. cauſa. 10. P. Peckius ad r. ignorantia, 13. de R. J. l. 6. n. 10.* Ex qvo colligunt Dd. plurimi, novo civi ignoſcendam eſſe ignorantiam juris ſtatutarii, per plurimas Authoritates, qvas allegat *Tiraq. d. cauſa. n. 2. & Gail l. 2. obſ. 48. n. 29. Romanus conſ. 491.* Sed notabilis limitatio eſt in *l. 3. §. 9 h. t.* niſi iteratò delinqvat; nam vulnus iteratum difficilius ſanatur, & delicta iterata veniam pœnæ non merentur. *l. 3 C. de Epiſc. audient. Tiraq. d. l. n. 4.*

## ad L. Non omnes. 5.

*SUMMARIA.*

*SEnſus Legis n. 1.*
*Conjecturæ qvando locus? 2.*
*Vita anteacta excuſat. n. 3.*

1. ABarbaris remiſſi milites ita reſtituendi,
ſi probabunt ſe captos evaſiſſe, & non
transfugiſſe, ſed hoc licet aliqvidò conſtare
non poſſit, argumentis tamen cognoſcendū
eſt, & ſi bonus miles antea æſtimatus fuit,
2. prope eſt, ut affirmationi ejus credatur, ſi
autem emanſor eſt &c. non creditur ei. Colligunt ex *h. §.* Dd. *1.* Qvando de aliqva re non
poteſt liqvidò conſtare, tunc ad argumenta
& conjecturas eſſe recurrendum. *Gail lib. 2.*
3. *obſ. 93. n. 15. Ric. collect. decif 973. 2.* Attendendam ſemper eſſe vitam anteactam; nam ex
vita anteacta apparet an dolô, an vero ex errore aut impetu peccaverit. *hic & l. 5. hac in pr.*
*Menoch. lib. 3. praſ. 141. n. 14. Maſcard. concl 72. n. 14.*

## ad L. Omne delictum. 6.

*SUMMARIA.*

*LApitis projectu occidens, ad pœna capitalis reus ſit. n. 1. 2.*
*Aut ebiria qvando excuſetur. 3.*
*Qvid de homicidio in ebrietate commiſſo n. 4. 5.*

1. SI qvis commilitonem projiciendo lapidem, vulneravit, militia ejiciendos, ſi gla-
diô, capite luet §. 6. *h. l.* unde poteſt colligi,
qvando qvis lapidem projicit, non eſſe ſimpliciter crimen capitale, niſi animus no-
cendi aliunde appareat, *Carpz. pract. crim. q. 3.*
2. *2. n. 30. & ſ.* Et ſic aliqvando reſponſum memini; ſed ſi animus nocendi appareat, non putem per huoc textum, præſertim jure divinô
à pœna capitali eum liberari, ſi & voluntas
adfuit & ſecutus eventus. Miles qvi ſe vulne- 3.
ravit, ut ſibi mortem conſciſcret, ſi id fecit ex
impatientia doloris aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore, cum ignominia
mittitur §. 7. Si nulla harum cauſarum capite punitur, ſi autem per vinum aut laſciviam, 4.
pœna capitalis remittenda per *h. §.* Solent
hinc ſe defendere ebrii, de qvo *Farin. q. 19.*
*Clarus §. fin. q. 69. Carpz. 146.* Sed notandum
bene, hoc locum habere in ebrietate qvæ
mentis exilium prorſus inducit, daß er ſeiner
Sinne und Vernunft gar beraubt geweſen.
Sed ubi veteris inimicitiæ memor interficiat
qvis alium per ſclopeta ad offenſionem
parata, non arguit hæc plenum mentis exili-
um. Hac in re ſæpiſſimè erratur in collegiis & 5.
judiciis, maximo cum Rerumpublic. damno.
Exceptio mediocris ebrietatis nec ex jure divino nec civili probatur, & tamen tot homicidæ ex hoc capite abſolvuntur ab ordinaria pœna, de qvo reddenda erit ratio ſtricto judici Jeſu Chriſto, ab iis qvi tam faciles ſunt in remittenda pœna fuſi ſangvinis humani ordinaria. Hæc eſt, ut puto, una cauſa calamitatum publicarum.

## ad L. Proditores. 7.

PRoditores & transfugæ capite plectuntur. *Farinac. q. 18. n. 78. & q. 20. n. 154. Decian. lib. 7. c. 14. & 17.*

## Ad L. Officium. 12.

IN §. 2. deſcribitur officium Triboni, cujus verba manifeſta & nota omnibus, qvi bella ſunt experti. Sed *Dn. Carpz. dec. 24. n. 20.* Tribunos. Juris dicendi poteſtatem habuiſſe negat, qvod non videtur huic textui convenire. Notandum præprimis, claves portarum Tribunis credendas, & horum eſſe frumentum probare, qverelas audire, ægros inviſere &c.

## Ad L. Miles. 13.

*SUMMARIA.*

*MIſſio qvando ignominiam contineat? n. 1.*
*Filius à patre oblatus mitius punitur. 2.*
*Qvod limitatur. 3. & ſeqq.*

NOtetur hic triplex miſſio, honeſta, cau- 1.
ſaria & ignominioſa. Sed qværitur an
neceſſe ſit in ultima miſſione ut Tribunus
addat in ſpecie ſe ignominiæ cauſa mittere?
qvod hic negatur, non licet hæc verba exixa
non ponantur, ſi tamen cauſa miſſionis per
ſe ignominioſa in ſententia exprimatur per
*l. 2. §. 2. ſupr. de his qvi not. infam.* miles ignominiam contrahet, & ſic conciliat hos textus
*Bachov. ad tit. de his qvi not. infam. cap. 2. n. 2.* Et
in §. fin. notetur, ſi pater deſerat filium ob- 2.
noxium ſupplicio, qvod filio mitiganda ſit
pœna capitalis, ne videatur pater ad ſupplicium eum obtuliſſe: unde Dd. communiter cautelam eliciunt, ut qvando pater videt filium

obno-

obnoxium pœnæ capitis ex delicto, offerat eum judici eo effectu, ut filius pœnam mortis evitet, qvod aliqvaodo vidit obſervari *Capolla caut. 1. Farin. q. 98. n. 164. Tiraq. de pœna mod. cauſ. 18. & ſ.* & pluribus autoritatibus
3. firmat *Pinell. part. 2. Rubr. C. de Bon mat. n. 32.* ubi in caſu cooverſo idem dicit, ſi filius patrem offerat. Sed excipienda puto crimina jure divino ſimpliciter capitalia ut homicidii, adulterii & ſeq. Sed ubi eſt pœna arbitraria jure naturali Gentium aut civ. & ubi maleficia
4. non admodum abſimilia deſertioni, de qva hic ſermo eſt, non abſurdè qvis *hunc* §. produxerit. At ſi filius ſacrilegium, ſi cædem, ſi adulterium commiſerit, nihil ei prodeſſet oblatio patris, cum de pœna horum criminum ſtatuere pro arbitrio nec Princeps poſſit, ſunt verba *Ant. Matth. ad lib. 48. tit 18 c. 5. n. 13.* Et licet deſertionis pœna ſit capitalis jure genti-
5. um, pœnam tamen hanc non tam ratio naturalis, qvàm civitatis utilitas conſtituit, ut reſpondet *Ant. Matth. d. l.* conſ. *Dn. Thabor hanc l* declarans *in tr. de confront. diſp. 6. c. 5. th. 23. pag. 199. & ſeq.*

## ad L. Qvi commeatus. 14.

*SUMMARIA.*

*IMpedimentum ab allegante probandum n. 1. 2.*
*Si evitari potuit, excuſat. 3.*

MIles qvi commeatum accepit (einen Paß) ſi intra ſtatuum tempus non redit, pro emanſore habetur, niſi probet 1.
impedimentum, nec relevat impedimentum, ſi tardiùs à loco profectus eſt, ut in tempore venire non potuerit. Collige (1) impedimen- 2.
tum probandum eſſe ab eo, qvi allegat *Ricc. collect. deciſ. 1796.* &(2) Non poſſe eum allegare impedimentum, qvi ſeipſum arctavit. Et ideò hoſtilitas vel peſtis fruſtra præſcriptioni opponetur, niſi diligentiam ſuam etiam docuerit, & nulla ei opponi poſſit culpa *hic & l. 40. ff. de condit. & demonſtr. Carpz. p. 2. dec. 116. n.* 3.
23. qva de re fusè tractat *Sfortia Oddus in tract. de reſtit. p. 1 q 27. art. 8. n. 67.* & *ſeqq.* Ubi tractat qvæſtionem, ſi improviſum & caſuale impedimentum interveniat, impeditus verò otioſus vixerit, an excuſetur impeditus? Confer *Eundem d. art. n. 76.*

# TITULUS XVII. De Caſtrenſi Peculio.

## ad L. Si filiusfam. 2.

*SUMMARIA.*

*CAſtrenſe peculium qvod? n. 1.*
*Qvid juris in eo patri? n. 2.*

1. PEculium caſtrenſe eſt, qvod Imperatorum Conſtitutionibus in favorem armatæ militiæ pleno jure à rationibus parentis eſt ſeparatum; Et comprehendit ea, qvæ filiofam. militi, vel in militiam eunti ratione & occaſione militiæ ſunt acqviſita. *Dn. Lauterbach. ad tit. de peculio. §. 2.* In caſtrenſi peculio
2. filii pater ſuccedit non ut heres, ſed jure patriæ poteſtatis. *P. Barb. in l. 41. n 38. ff. ſol. matr. Donell. & ibi Hillig. lib. 9. c. 2. lit. P.*, Sed vivente filio nullum jus habet pater in hoc peculio, neqve de iis ſine cautione de rato agere poteſt. *l. 18. §. fin. h. t. Dn. Lauterbach. h. l. th. 5.*

## ad L. Miles. 4.

QUæcunqve filius concedente patre ad caſtra ſecundum ſumit, hæc ad peculium caſtrenſe pertinent, & ratione horum bonorum caſtrenſium ſuo nomine agit, ut paterfam. & ſi qvis ſui juris ſit miles, & ſe arrogandum dederit, retinet tamen bonorum in caſtris acqviſitorum adminiſtrationem.

## Ad L. Si forte. 8.

*SUMMARIA.*

*CAſus & deciſio Legis. n. 1.*
*An credatur aſſerenti cauſam, qvæ alias non præſumitur. n. 2. ſeqq.*
*Principi aſſerenti qvando credatur, n. 6.*

SI forte uxor vel cognatus donavit qvid 1.
Tirio, non ad militiam ituro, ſed fortè militiâ defuncto, vel non habenti animum reperendi militiam, & addidit ſe ideò donaſſe ut in peculio caſtrenſi eſſet, qværitur, an pertineat donatum ad peculium caſtrenſe? qvod videtur affirmandum, qvia cuilibet licet rei ſuæ legem dicere qvam vult: Sed negatur, qvia veritatem hic ſpectamus, an verè caſtrenſis notitia vel affectio fuerit, non qvod finxit. Nam homo qvando fingit, mentitur, ſed lex fingere poteſt, qvod ex *hac l.* ſolent probare. Colligunt & alia, non cre- 2.
di donanti aſſerenti, ſe ex cauſa meritorum donare, cum aliàs donare non poteſt, ut omnes ita concludere tradit *Menoch. l. 1. A. I. Q. caſu 76. n. 5. Tiraq. in l. ſi unqvam.* in verbo, *donatione. n. 88. C. de Revoc. donat.* Sic 3.
Prælato non creditur, rem Eccleſiæ præcedentibus canonicis tractatibus alienatam fuiſſe. *Menoch. d. l. n. 6.* Sic Prælato non 4.
creditur aſſerenti, ſe Feudum concedere in formam & effectum feudi antiqvi, ſi verè feudum antiqvum non ſit. *Menoch. d. l. n. 7.*
Sed aliud in Principe, qvi feudum novum 5.
in feudum antiqvum conferre poteſt, ut *hanc l.* declarat *Cephalus conſ 173. n. 24.* Sed qvod ad 6.
privatos id reſtringit, id animadverſionem recipit ex traditis à *Menoch. d. l. n. 8 & ſeqq.* nam & judici aſſerenti aliqvid contra veritatem non creditur. Sed forte privatum opponit Principi, cui credendum in his qvæ à ſua poteſtate dependent v. g. poſſet non nobili nobilitatem conferre jure antiqvæ nobilitatis, ut fieri ſolet, & exempla

adſunt. In iis verò rebus, qvæ à Principis nutu ac poteſtate non dependent, nec Principis aſſertioni creditur, ut in factis alienis, plurimos allegat *Cuno de pactis lib. 1. c. 6 n. 21 pag. 131.* Nec creditur Superiori, qvando ſolennitas, qvæ intervenire debet, ob temporis brevitatem non interveniſſe veriſimiliter colligitur *Riminald. conſ. 194. 24.*

## ad L. Caſtrenſe. 11.

*SUMMARIA.*

*NOn omne qvod militi donatur ad caſtrenſe peculium ſpectat. n. 1.*

*Qvid in dubio præſumendum? n. 2. 3.*

1\. CAſtrenſe peculium eſt, qvod à parentibus vel cognatis filio familias in militia degenti, donatum eſt, vel qvod ipſe acqviſivit in militia, qvod niſi militaſſet acqviſiturus non fuiſſet; nam qvod erat ſine militia acqviſiturus, id peculium ejus caſtrenſe non eſt, ergo immobilia ab uxore donata non ſunt caſtrenſia, per *l. 6. & 8. h. t. Tholoſan. lib. 19 c. 14 n. 2. Enenk. Baro de privil. parent. priv. 10. n. 6.* Sed qvando dubium
2\. eſt an intuitu militiæ acqviſiverit, an ob cognationem, ſi concurrat, pro caſtrenſi præſumendum eſſe, vult *Menoch. lib. 3. præſ. 68. Dn.*
3\. *Lauterbach. d. l. th. 4.* Unde ſi pater vel alius filiofam. Doctori, Medico vel Advocato intuitu illius dignitatis veſtes dignitati convenientes vel libros donaret, hoc pro peculio qvaſi caſtrenſi habendum. *Molina d. 231. n. 2. Lauterbach. ad tit. de peculio §. 3. th. 4.*

## ad L. Pater. 17. pr.

PAter, mortuô filiofam. milite inteſtatô, tenetur intra annum ſatisfacere creditoribus ex peculio caſtrenſi, ſed ſi à filio heres inſtitutus, tenetur perpetuò; Ratio diſcriminis, qvia priori caſu pater non ut heres, ſed jure patriæ poteſtatis occupat peculium. Sed cum hodiè pater etiam ab inteſtato ſuccedat vi *Novell. 118.* qvæ vim legis habet, dicam, patrem perpetuò & indiſtinctè teneri.

## ad L. pen. §. 2.

*SUMMARIA.*

*CAſus & Deciſio Legis. n. 1.*

*Teſtamentum filii militis, an etiam ad non Caſtrenſia ſpectet. n. 2.*

*Qvid hodie? n. 3.*

TEſtatus qvis eſt de peculio caſtrenſi, non 1.
miles ſed filiusfamilias paganus, pater jam dum erat mortuus, ignorante filio, qvi patris heres erat: Qværitur, an heres in peculio caſtrenſi ſcriptus etiam paterna bona jam filii facta adqvirat? Videtur qvod non, qvia de caſtrenſibus tantum teſtatus. Sed aff. qvia non poteſt deceſſiſſe pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, qvamvis miles ita decedere poſſit. Unde concludunt Dd. qvod te- 2.
ſtamentum filiifamilias de caſtrenſi peculio factum etiam in aliis bonis valeat, ſi ſui juris moriatur. *Surdus de Aliment. tit. 7. q. 4. Barr de Succeſſ. lib. 1. tit. 7. n. 5.* & qvos citavi ad *l. ult. C. qvi teſtam. fac.* Sed cum hodiè filiusfam. habeat 3.
proprietatem in adventitiis, qværitur, ſi filiusfam. paganus teſtamentum condat de caſtrenſibus, & ſimul de adventitiis, vel horum plane nullam mentionem faciat, an heres ſcriptus etiam in adventitiis ſuccedat? vid. qvod ſic, ob rationem textus; nam aliàs teſtatus & inteſtatus decederet, & multa valent per conſeqventiam qvæ per ſe ſunt prohibita. Et ita ſenſit *Cephalus lib. 3. conſ. 406. n. 27. per tot.* ubi hanc ſententiam pluribus defendit. Sed Tempore *hujus legis* nondum erat peculium adventitium. Et qvod de profectitio idem dicit, id manifeſtè repugnat rationi; Et fortè reſponderi poſſet illi rationi, qvod idem non poſſit teſtatus & inteſtatus decedere, niſi de qvibusdam teſtari de qvibusdam non poſſit teſtari.

# TIT. XVIII. De Veteranis.

## ad L. Veteranorum. 2. pr.

*SUMMARIA.*

*IMmunitas an per unum actum contrarium amittatur. n. 1.*

*Qvid hodie de Privilegiis Veteranorum. n. 2.*

1\. VEteranus, licet ſponte ſuſceperit munus, non tamen præjudicat ſuo privilegio, & ideò dubia eorum ſententia, qvi ſtatuunt, per unum actum contrarium amitti immunitatē, qvos allegat *Klock. vol. 1. conſ. 20 n. 254. Enenk. Ba-*
2\. *ro de privileg. in genere lib. 3. c. 15. n. 64. & ſeq.* Notandum autem hîc, hæc & alia privilegia veteranorum ad militi, noſtro tempore dimiſſos vix accommodari poſſe, cum ob ſtipendia emerita honeſtè rarò dimittantur, multò minùs ad judicem militarem provocare poſſunt milites demiſſi. *Dn. Mev. p. 4. dec. 273.* nec hodiè ſemper uni, nec ſoli patriæ ſerviunt, Cæteræ tamen immunitates veteranorum, ſi qvis pro patria ſua per 20. aut plures annos in bello ſerviiſſet, & ob ætatem honeſtè dimitteretur, viderentur ipſi tribuendæ.

# LIBRI QVINQVAGESIMI TIT. I.

# Ad Municipalem & de Incolis.

## Ad L. Municipem. 1.

*SUMMARIA.*

*MUnicipes qvi dicantur. n. 1.*

*Cives non ſunt, qvi in loco habitantes ſubalterius jurisdictione exiſtunt. n. 2.*

*Magiſtratus loci ligatus Statutis Civitatis. n. 3.*

*An Conductores prædiorum in Civitate & poſſeſſores domus privilegiatæ pro civibus habendi. 4.*

Si

*Si diverſæ originis parentes, patris conditionem ſequuntur liberi. n. 5.*

CUjuslibet civitatis incolæ municipes di-
1. cuntur i. e. munerum ibidem capaces. Sed in genere dicuntur municipes omnes civitatis incolæ ſeu cives. *Gæd. ad l. 18. de V. S.*
2. *n. 7. Vultej. lib. 1. juriſpr. c. 9 n. 5.* Sed civium loco non ſunt illi, qui in loco quidem habitant, ſed ſunt ſub alterius jurisdictione, ut Clerici, Profeſſores, & hi, quia non cives, non ligantur ſtatutis illius civitatis *Carpz. p. 3. c. 12. d. 16.*
3. E contrario Magiſtratus loci ligatur ſtatutis civitatis, quia & ipſe civis eſt, ideoque ſolent Magiſtratus locorum cives vocare concives
4. MitBürger / vid. *Carpz. d. l. d. 17.* qui conduxerunt prædia in civitate, ſi aliàs forenſes ſint, non habendi pro civibus; nam per conductionem prædii non conſtituitur domicilium; nam non habendus quaſi finitâ conductione non ſit receſſutus, & ſic ſtatutis, niſi in rem conceptis, non obligatur. *Carpz. d. conſt. 12. def. 18.* Quod & de poſſeſſore domus privilegiatæ dicendum, niſi aliàs civis ſit; Affirmat
5. *Idem Dn. Carpz. def. 19. & ſeq.* Si autem diverſæ originis parentes, patris non matris originem ſequentur liberi, niſi ſpeciale aliquod privilegium civitas habeat, *hic & l. 3. C. h. t. & Carpz. deciſ. 1 n. 16.* Exceptio eſt in ſpuriis *l. 9. h. t.*

## ad L. Quoties. 2.

PAter, quo conſentiente filiusfam. Magiſtratum, vel munus publicum ſuſcepit, pro eo tenetur in ſolidum, *hic & l. 17. §. filium. h. t.* in tutela idem, ſi dativa, *l. 7. de Tutel. Boer. deciſ. 221. n. 10 Enenk. Baro de privil. parent. & liber. priv. 9 n. 26.* & talis conſenſus etiam ex ſilentio præſumitur. *Enenck. d. l. n. 28.* Idem ſi vectigalia filius locavit; vel aliud in Magiſtratu egit. *Hering. de fideicom. c. 5. n. 322. & c. 7. n. 380.*

## ad L. Labeo, 5. & 6.

*SI pluribus in locis quis domicilium habeat, quodnā principalius æſtimandum. vid. n. 1. 2.*
*Libertini ſequuntur originem parentis, 3.*
*Filius domicilio adhuc deſtitutus ſi extra patriam moriatur, ei ſucceditur in mobilibus ſecundum ſtatuta paterni domicilii. 4. 5.*

PLuribus in locis quis poteſt habere domi-
1. cilium *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 86. n. 12. & 20. Gail. l. 2. obſ. 35. n. 8. & Carpz. lib. 2. reſp. 24. & p. 2 dec. 194. n. 2. Zangerus de Except. p. 2. c. 1. n. 89. Dn. Mevius p. 4. dec. 256. n. 11.* Id quod in Gallia Nobiles facere ſolent, ut pro diverſitate temporis diverſa habeant domicilia, ut refert *Tiraq. de Nobilit. c. 37. n. 131.* quod in pluribus civitatibus uni principi ſubjectis intelligit
2. *Dn. Cruſius ad A. B. c. 16.* Sed quæritur, quodnam principalius v. gratia habet quis domicilium in loco originis, ſed frequentius alibi habitat? Reſpondetur, illud potentius eſſe, quia duo vincula concurrunt. *P. Barb. ad L. heres abſens 19. §. fin. ff. de judic. n. 66. & ſeq.* Libertini ſequuntur 3.
originem parentis, ut contra *Vultejum* diſputat *Carpz. deciſ. 1.* Ex quo hoc evincit, quando fi- 4.
lius moritur, qui nondum alicubi conſtituerat domicilium, ſed mortuus erat alio in loco, ubi forte in præſidio erat, non debere ipſi ſuccedi ex ſtatuto illius loci, ſed ex ſtatuto domicilii paterni, ſicut pronunciatum à Facultate noſtra eſſe ſcio, quamdiu autem alibi domicilium non conſtituit, ſequitur originem, & reverſus conditionem priſtinam, *Dn. Mev. p. 3. dec. 71. & p. 5. dec. 164.* Et hinc quando alicui ſucce- 5.
ditur in nominibus ac mobilibus, attenditur jus domicilii, aut ſi id nondum habuit, juxta forum originis; niſi lex imperii obſiſtat, quale exemplum refert *Dn. Mev. d. p. 5. dec. 165.* niſi alia defuncti voluntas appareat. *Dn. Mevius deciſ. 160.*

## ad L. Simile. 10.

BOna debitoris fiſci ex contractibus fiſco ſunt obligata; ſed civitas alia hoc privilegium non habet, niſi nominatim ei datum ſit, aut aliàs jura fiſci habeat, quamvis autem de civitatibus merum imperium habentibus ſtatuant nonnulli, eas habere jus Fiſci, ut *Schurf. conſ. 83. n. 7. cent. 2.* & alii; Id tamen aliis diſplicet. *Klock. vol. 1 conſ. 22.* & oritur illa prior opinio ex confuſione Regalium & meri imperii, de quo alibi.

## ad L. Imperator. 11. & 13.

*SUMMARIA.*

*QUi tenentur pro adminiſtratore rerum municipalium quo ordine teneantur. n. 1. 2.*

UT plures tutores unius pupilli pro una perſona habentur, ſic idem in Magiſtra- 1.
tibus municipalibus, *hic & l. 25. h. t.* Habent tamen cæteri collegæ beneficium excuſſionis; excutiendus enim eſt is, qui male geſſit, deinde fidejuſſor & nominator, & poſt hos collegæ. *Cujac. tom. 4. p. 29. & ſeq.* Ex *l. 11.* colligunt, etiamſi plures ſint dati Syndici, quod tamen cum uno in in ſolidum agi poſſit. *Manzius in tit. Quod cujusq; univerſ. nom. Rorbach. tit. 12. de Synd. n. 24. Carpz. dec. 26.* Sed quia quatuor perſonæ tenentur pro adminiſtratore, 2.
quæritur qvo ordine teneantur? Et eum ordinem hîc explicat *Gl in h. l. §. 1.* quod etiam tradidi in expoſitione *l. 1. & 2. C. quo quisque ordine.* Si indiviſim duo collegæ adminiſtrant, collega prius nominatore conveniendus, deinde fidejuſſor, & ultimo loco nominator. *l. 4. C. de Magiſtratu conv.* Si adminiſtratio diviſa, aut ſuperior diviſit, aut ipſi inter ſe. Illô caſu nominator ante collegam excutiendus. *d. l. 2. C. quo quisque ordine.* & hanc *l. 11. h. t.* quia nominator fidei ratione convenitur.

Ad L.

## ad L. Ordine. 15. pr.

*SUMMARIA.*

*DEcurio duriorem pœnam ſuſtinens non cogitur per ſtatutum pœna tempus abſtinere ab honoribus n. 1.*

*Facti non juris quæſtio eſt in poteſtate judicantium n. 2.*

*Sine cauſa nemo ordine movendus, & quid ſi fiat. (n. 3.*

1. SI gravior pœna fuit impoſita Decurioni, non
cogitur tantò tempore abſtinere ab honori-
bus, quantò fuit relegatus, ſecus, ſi non gravior
fuit pœna. Vid. *not. ad l. 13. §. 7. de his qui not.*
2. *infam.* Notetur in fine Regula: facti non ju-
ris quæſtio eſt in poteſtate judicantium i. e. fa-
ctum aut probatum & ſic in arbitrio judicis, ſed
non pœna facto probato. *Beſold. conſ. 73. n. 7.*
3. *Carpz. p. 2. dec. 184. n. 5.* Notetur autem ſine
cauſa moveri aliquem ordine non poſſe. *Mod.
Piſt. v. 1. conſ. 26 n. 54. Guttirez. l. 3. pract. qq.
c. 11. Menoch. conſ. 94. n. 49.* Et ſi fiat datur
beneficium *canonis Redintegranda. Menoch.
remed. 15. recup. poſſ. n. 200. Anton. Gabriel. tit.
de Reſtit. ſpoliat. concl. 1. n. 38.* licet à judice fiat.
*Natta lib. 1. conſ. 161. n. 16. Cravetta conſ. 18. n.
8. vol. 3. Rol. à Valle conſ. 6. n. 33.* & ita menſe
Majo reſp. Anno 1659.

## ad L. Libertus. 17. §. 1.

*SUMMARIA.*

*AN munera civilia in loco paterni domicili agnoſcere teneatur alibi habitans n. 1.*

*Si alicui honores in duabus Civitatibus deferuntur an cauſa originis potior & quid hic colligatur. 2.*

*Sola domus poſſeſſio, quæ in aliena Civitate comparatur, domicilium non facit, niſi appareat animus domicilii. 3.*

*Caſus de officiali Principis ex hoc deciſus adjicitur. (4.*

*Quod extenditur. n. 5.*

5. NOn poſſum compelli, ut ibi munera civilia
agnoſcam, ubi pater meus domicilium
habuit, ſi alibi habitem; ſed prævalet domicili-
um origini. *Afflictus dec. 384. per tot.* Et ſic nec
debet frui privilegiis originis ſuæ. *Afflictus d. l.
Franc. de Clapperiis p. 2. deciſ. cauſa 81. qu. un. §.*
2. *4.* Cum alicui honores in duabus civitatibus
deferuntur, potior cauſa originis: Unde colli-
gunt, mixtum ſequi naturam ſimplicis magis
digni ac potentioris. *Dn. Richter p. 1. conſ. 17. n.*
3. *47. §. 13.* Sola domus poſſeſſio, quæ in aliena
civitate comparatur, domicilium non facit.
*Maſcard. concl. 535. n. 22. Carpz. lib. 2. Reſp. 22.*
Sed ſi quis è loco recedat cum ſuis rebus ibi per-
petuò manſurus. *Menoch. l. 6. præſ. 42. n. 14.* vel
animus conſtituendi domicilium aliunde appa-
4. reat *Carpz. part. 2. dec. 179. n. 21.* Hinc quæreba-
tur de Officiali Principis, qui non erat ſubjectus
magiſtratui oppidano, poſſidebat tamen ibidē
domū, an is ligetur ſtatutis ejus urbis Lubecenſi-
bus, vel ipſi ſuccedatur jure Lubec.? Et hoc fuit
negatum, quia officiales Principis ratione officii
alicubi verſantes non videntur ibi domicilium
contraxiſſe, cum officii tantùm cauſa ibidem
verſentur, *Menoch. conſ. 86. n. 6. & conſ. 129. n.
15. Chriſtin. vol 2. dec. 167. n. 5. P. Barb. ad l.
19. §. ult. n. 95. ff. de judic. Mevius ad jus Lu-
bec. quæſt. prælim. 3. n. 33.* Et ideò ſuccedituг
ei juxta jura communia *Mev. d. tr. l. 2. t. 2. art.
10. n. 8. & p. 5. dec. 163.* quia pro neceſſitate aut
commoditate domus ab ipſo empta vel ei do-
nata. *Mev. d. l. Pingizerus q. 29. n. 44. Modeſt.
Piſt. p. 1. q. 41 Carpz. p. 3. c. 12. def. 16.* & ita de-
ciſum menſe *Nov. Anno 1658.* Licet quis etiam 5.
majori anni ſpatio in fundis alterius provinciæ
verſetur; domicilium tamen propterea ibi non
ſortitus, nec citari poteſt.

## ad L. Quod major. 19.

*SUMMARIA.*

*MAjor pars concludit. n. 1.*

*An hoc in comitiis Provincialibus? n. 2. ſeq.*

*Limitatur, niſi cauſa ſingulos concernat. n. 4. ſeq.*

*Major pars quomodo determinetur? n. 7.*

QUod major curiæ pars fecit, id omnes fe- 1.
ciſſe videntur. *hic & lic. 160. §. 1. de R. J*
adeò ut ſtatutô non poſſit introduci, ut major
pars non concludat. *Klock. vol 1. conſ. 28. n.
45. & ſ. Barboſ. in Axiom. lib. 11. c. 4. ax. 2. &
Ricc. deciſ. 316.* Ea regula etiam locum habet
in Comitiis provincialibus, ut minor pars ob- 2.
ligetur voluntate plerorumque. Sed limita-
tur, ſi modo ille ſtatus fuerit, citatus *l. 2. C. de
Decurion.* & quidem ſpecialiter ad illum actum 3.
*Dn. Mev. p. 4. dec. 201.* Deinde non habet lo-
cum ubi plures deliberant ut ſinguli, non ut
univerſitas. *Mev. d. l.* Sic quando agitur de 4.
ſingulis civibus obligandis, plura vota non
concludunt. *Cravett. de Antiquit. temp. verbo,
circa præmiſſa n. 29.* Eodem modo, ſi jus in
re aliqua competat pluribus ut ſingulis; nam
tunc major pars cæteris præjudicare nequit: 5.
plures Autores recitat *Klock. conſ. 35. n. 311.* Sic
conſenſus ad alienationem à propioribus a- 6.
gnatis impetratus remotioribus non præjudi-
cat, quia ut ſinguli jus radicatum habent. *Ber-
lich. p. 1. dec. 125.* Interdum tamen non appa-
ret, quæ ſit major pars v. g. ubi creditorum 7.
major pars attenditur, ut in *l. 8. ff. de pactis*,
ubi in dubio judex eliget quod creditoribus u-
tilius, *Dn. Mev. p. 4. dec. 257.* In Electioni-
bus ſolet major pars intelligi reſpectu totius
collegii v. g. ſunt 24. Collegæ, quorum 10. ele-
gerunt me, 7. te, alii 7. Titium, neuter no-
ſtrum habebit majorem partem. Sed in deli-
berationibus & votis judicum attenditur nu- 8.
merus reſpectu ſuffragantium, & ſic, ſi de-
cem pro actore, ſex pro reo, octo mediam
ſen-

ſententiam ſeqverentur, primi illi decem prævalerent, *Mev. ad jus Lub. l. 1. tit. 1. art. 2. n. 35.* Præſidis autem ſuffragium connumerandum eſſe, tradunt *Teſſ. dec. 1. Ant. Faber. lib. 1. Cod. t. 7. def. 4. n. 2.* qvos refert & ſeqvitur *Carpz. dec. 82. n. 15.*

## ad L. Domicilium. 20.

*SUMMARIA.*

*Domicilium qvomodo transferatur? n. 1.*
*Sola domicilii conſtitutio ſtatutis aliqvem ſubjicit? n. 3,*
*Civis domicilium non mutans, foro renunciare neqvit. n. 4.*

1 DOmicilium re & facto transfertur, non nuda conteſtatione. Nam duo reqviruntur ad domicilium conſtituendum 1. animus ibidem permanendi 2. actualis habitatio. Alterutrum non ſufficit. *Dn Mev. p. 4. dec. 256. n. 9.* Sed
2 tamen, ſi non declaravit animum, ſed tranſtulit tamen in aliqvem locum habitationem ſuam, & majorem partem bonorum, præſumitur ibi conſtituiſſe domicilium. *l. Cives. C. de Incolis. Tiraq. de Retract. lign. §. 36. gl. 3. n. 7. & P. Barb. ad l. heres abſens. 19. §. fin n. 80, & ſeqq. ff. de judic. Maſcard. d. conc 535. Menoch. lib. 2. A. Q. caſu 86. & d. præſ. 42. Gail. lib. 2. obſ. 35. Klok. conſ. 38. & ſeq. vol. 1. Carpz. p. 1. juriſpr. c. 3. d. 18. & l. 2. Reſp. 21. Dn. Struv. de judic. th. 21. & 30.* Et poſtqvam igitur qvis domicilium contraxit,
3 & incola factus, licet nondum inter cives redactus, tenetur ex ſtatutis civitatis. *Mev. p. 2. dec. 160.* Et exinde patet, non licere civi unius cor-
4 poris renunciare foro, & ad aliam univerſitatem tranſire, ſi maneat in eodem loco, v. g. non poteſt civis Academicus relictâ Academia Senatui oppidano ſe ſubjicere. Sic nec civis oppidanus poteſt renunciare foro ſuo & Academiæ ſe ſubjicere, niſi ad alium locum tranſeant, aut aliud qvid exterius accedat; id qvod ſemper æqvum exiſtimavi.

## ad L. Lucius. 21. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Fidejuſſor adminiſtratoris ſaltem de ſorte tenetur n. 1.*
*Maritus ob dotem non tenetur ad munera Reip. n. 2.*
*Fiscales venditiones tacitam conditionem ſub ſe habent. n. 3. ſeq.*
*An Eccleſia idem privilegium competat? n. 5.*

1 NOminator adminiſtratoris vel fidejuſſor tenetur qvidem ad ſortem reliqvatorum; ſed non ad uſuras; qvia fidejuſſor alius ad ſortem tantùm tenetur, niſi fortè in omnem eventum ſe obligaſſet nominator. *Franc. de Clapperiis in ſuis deciſ. cauſa 62. q. 2. n. 9. & 10.* Et ex §. 4. notetur,
2 maritum, licet ſit Dominus dotis, non tamen ob dotem obſtringi muneribus Reip. qvod de muneribus perſonalibus non verò tributis accipit *Pinellus ad l. 1. C. de Bon. mat. p. 2. fol. 227. limit. 3* In 3
§. *fin.* Fiſcus habet hoc privilegium, ſi res ſub haſta vendat, vel locationes prædiorum fiſcalium, vel officiorum publicorum, qvod, licet addicatur licitatori, ſi tamen intra terminum licitationi præſcriptum, forte 20. diem vel menſem &c. poſſit nihilominus alii plus licitanti dari, & ſic hoc privilegium civitati non competit, niſi ſpeciale privilegium habeat. Unde concludunt hîc Dd. in omnibus venditionibus & locationi- 4
bus ſub haſta faciendis à fiſco contineri conditionem tacitam: niſi alius intra tempora præſtituta plus offerat. *Franc. de Clapperiis cauſa 4. q. un. n. 1.* Sed qvid in Eccleſia, habebit ne illa 5
hoc privilegium fiſci? Eqvidem, hoc negat *Clapper. d. l.* qvia civitas non habet; ſed qvia Eccleſia habet privilegia fiſci, non vero civitas, ideoqve ex illo præſuppoſito affirmari poteſt.

## ad L. Filii. 22. §. 1.

*SUMMARIA.*

*Vidua gaudet privilegiis defuncti mariti. n. 1.*
*Qvid ſi luxuriosè vivat? n. 2.*
*Ubi qvis fœnus exercet, tributa ſolvere debet. n. 3*
*Qvi in diverſis locis tabernas habet, diverſa qvoqve tributa ſolvit. n. 4.*
*Ob operas manuarias tributa exigi poſſunt. n. 5.*

VIdua, qvamdiu in viduitate conſiſtit, creditur 1
manere in domicilio mariti, & ita omnibus ejus immunitatibus fruitur, nec ad aliud forum, qvàm in qvo maritus conveniri potuit, trahi debet. *Carpz. juriſpr. Eccl. p. 3. def. 18. n. 14. Mev.* 2
*p. 4. dec. 117.* Nam vidua retinet dignitatem mariti, niſi ad novas nuptias ſe contulerit; ex qvo abſurda mihi videtur opinio eorum, qvi volunt, viduam retinere nomen & dignitatem mariti, licet luxuriosè vixerit: nam ſi ob novas nuptias amittit, multo magis ob luxuriam & ſtuprum. *Men l. 2. A. Q. caſ. 288. n. 26. Tiraq. de Nobil. c. 18. n. 13. Clarus in §. ſtuprum. n. 7. Gail. l. 2. obſ. 98. n. 17. Pinell. ad l. 4. C. de Bon. mat. n. 4. fol. 619.* ubi id receptiſſimum vocat. *conf. not.* 3
*ſupr. ad l fœmina. d. Senatoribus.* In §. *ult.* qvi alicubi fœnus exercent, licet aliam poſſeſſionem non habeant, nec domicilium, tamen ibi ſolvere tributa debent. Unde colligunt; ſi qvis tabernam, pergulam, horreum, aut officinam in diverſis locis conductam habeat, qvod is 4
in ſingulis locis pro mercibus, qvas illa habet, allibrari & deſcribi in cataſtro ejus civitatis debeat, licet ibi domicilium non habeat, ut deducit *Franc. de Clapperiis cauſ. 35. q. 5. Menoch. conſ. 9. nec non Molina, Cothman. Rol. à Valle. Floretz de Mena*, qvos refert *Dn. Mevius Vice-Præſes ad jus Lubec. p. 2. tit. 3. art. 2. n. 37.* ubi atteſtatur de conſvetudine in maritimis civitatibus recepta. *Klock. de Contrib. c. 11. n. 86.* Licet diſſentiat cum aliis *Dn. Marqvardus*

5. *quardus de jure mercat. l. 1. c. 18. n. 12. & ſeqq.*
Ex dictis colligitur, operarium & artificem ob
operas manuales collectari poſſe, quia ex operis
ſecurius lucrantur, quàm alii ex ſuis poſſeſſio-
nibus, ut tradit *Dn. Mev. d. l. n. 40.* Æſtima-
6. tio autem mercium fiet per juramentum mer-
catoris, ut vult *Franc. de Clapperiis d. l. q. 12.
& ſeq.*

## ad *L.* Nihil. 31.

*SUMMARIA.*

*Domicilium liberè mutare licet. n. 1.*
*Limitatur. n. 2. 3.*
*Dominus ſine juſta cauſſa ſubditum expellere ne-
quit. n. 4.*
*Exceptiones. n. 5. & ult.*

1. POteſt quis ubique habere domicilium, quod
ei interdictum non eſt: unde probatur, libe-
rè aliquem domicilium ſuum mutare poſſe, &
*l. 5. §. 3. de captivis*, etiam invitô Dominô prio-
2. re. *Manzius q. 18. n. 18.* niſi fiat mutatio in frau-
dem jurisdictionis porrecto jam libello, vel mu-
nerum publicorum fraudem. *Manzius d. l. n.
3. 21.* Excipiuntur etiam homines proprii & gle-
bæ adſcripti. *Manzius d. l. 23.* Sed quæritur,
4. an Dominus ſubditos ſine juſta cauſa expellere
poſſit? quod rectè negatur à *Manzio d. l. q. 19.*
nam non valet argumentum, ſubditus poteſt
foro renunciare, ergo magiſtratus eum poteſt
expellere; ſicut non valet, Vaſallus poteſt feu-
dum refutare, ergo Dominus eum poteſt expel-
lere: ſed ita, ergo Dominus ſuo domino dire-
cto poteſt renunciare. Et in glebæ adſcriptis non
5. poteſt fieri expulſio apud nos in Marchia, ſed
uno caſu licet, quando Dominus aucta familia
prædiô ruſticô opus habet, das Auskauffen der
Bauern / de quo *Scheplitz in conſuetud. Marchb.
p. 4. tit. 7. §. 2. & ſeqq.* Sicut etiam ob contu-
6. maciam vel delictum relegatione dignum ex-
pelli poteſt ruſticus *Scheplitz. d. l. §. 1. Manzius
d. l. n. 18.* Alibi etiam transferri in alium lo-
cum vel donari poſſunt: ſed id apud nos non
obſervatur.

## ad *L.* Roma 33.

*SUMMARIA.*

*Domicilium triplex eſt. n. 1.*
*Domicilium originis hodie raro attenditur.
n. 2.*

ROma communis noſtra patria eſt: triplex
1. enim domicilium 1. Naturale ſ. originis. 2.
Accidentale ſ. domicilium 3. Commune, ut
hîc; nam Romæ omnes exteri poterant conve-
niri. *Hill. in Don. lib. 17. c. 13 Ricc. collect. deciſ.
1975.* Effectus tamen primi domicilii hodie ferè
2. nullus. *Gail. lib. 2. obſ. 36. n. 7. Hill. in Don. lib.
17. c. 12. l. B.* niſi quod filius nullo alibi domi-
cilio conſtituto, ex eo judicetur, v. g. quan-
dò filius mortuus eſſet, cujus parens in Marchia,
filius verô ob bellicam expeditionem in Luſatia
mortuus eſt, ut judicatum memini.

## ad *L.* Incola. 34.

*SUMMARIA.*

*INcola domicilio tempeſtivè renunciat. n. 1.*
*Quando incola compelli poſſit, ut civium nu-
mero ſe adjungat? n. 2.*

INcola ſuo domicilio renunciare poteſt, ali-
oque ſe conferre. *Gail. d. obſ. 35. in fin. & obſ.
36. n. 4.* modo renunciaverit oportunè, non- 1.
dum ipſi delato munere; nam tunc tenetur mu-
nere prius fungi. Notetur igitur diſcrimen
inter incolam & civem juratum. Nam inter- 2.
dum incolatus conceditur ſine jure civitatis ſin-
gulari pacto, qui poſtea iniquè compellitur
zur Gewinnung des Bürger-Rechts. *Mev.
p. 4. dec. 85.* Sed ſi incola ex ſtatuto jubeatur poſt
lapſum temporis certi, civitatis jus præſtitô
juramentô adſumere, recuſans captis pignori-
bus non iniquè compellitur. *Mev. p. 4. dec. 196.*

## ad L. *Pen.* pr.

QUando duo officiales de jurisdictione ina-
liquem competente litigant, ſuperioris
eſt cognoſcere, ad quem ea jurisdictio pertine-
at. *Ricc. coll. deciſ. 1968.*

## ad L. fin. pr.

*SUMMARIUM.*

*CAſus legis. n. 1.*
*Juramentum intelligendum rebus ſic ſtanti-
bus n. 2.*
*Superior juramentum, ſi indigno præſtitum re-
mittere poteſt. n. 3.*
*Identias nominum & imaginum nihil probat. n. 4.*

JUraverat quidam ſe ordini non inter futurum,
quæritur ſi duumvir poſteà creetur, an perju- 1.
rus fiat ſi ordini interſit? Reſp. quod non,
quia Imperator ſe hoc juramentum remiſſurum
dicit. Colligitur 1. omne juramentum intelli-
gendum eſſe rebus ſic ſtantibus, quod multis 2.
textibus & autoritatibus confirmat *Tiraq. in l. Si
unquam. C. de Rev. donat. in præfat. n. 166. Gutti-
retz de juram. confirm. p. 1. c. 71. n. fin. Schultes ad
Mod. Piſt. q. 149. n. 31.* Et idem in juramento fi-
delitatis, ſi dominus directum dominium amit-
tat. *Schraderus de feudis p. 6. c. 5. n. n. 21.* ſi ſcil.
tempore juramenti præſtiti, vix de hoc eventu
cogitari potuit. *Cacheranus dec. 91. n. 15. Schult.
d. l. n. 8. Alciatus de præſ. reg. 2. præſ. 16. n. 4.* De-
inde collige ex hoc textu, licere Superiori remit- 3.
tere juramenti fidem, ſi contra utilitatem publi-
cam præſtitum, ſi is cui præſtitum effectu juris-
jurandi indignum ſe reddidit *c. 2. 15. & 29. X. de
jurejur. Borell. tom. 1. reſolut. tit. 61. n. 25. &c.* In
*§. pen.* dicitur, aliquem municipem eſſe probari
non poſſe ex ſola nominis ſimilitudine, nec inde 4.
originem cujusque confirmari poſſe. Unde
probare ſolent, quod identias nominis & ima-
ginum ad probandam cognationem ac inveſti-
turam ſimultaneam non ſufficiat. *Roſenthal. de
feudis c. 2. concl. 26. n. 8. & 9. & concl. 27. Menoch.
conſ. 1171. n. 19. & 24. Knipſchild de fidei comm.
fam. nob. c. 14. n. 23. Klock. vol. 2. conſ. 17. n. 64.*

TITU-

Digitized by Google

# TIT. II.
# De Decurionibus & filiis eorum.

## Ad *L.* Decurio. 4.

QVi non poteſt conducere prædia, ſi in conductione ſuccedat, remanet in ea *Motz. in tr. de contractibus tit. de Locat. & qui poſſunt locare. n. 5.*

## Ad L. Ad tempus. 5.

SI crimen ſit ignominioſi m ad tempꝰ ordine moti in perpetuum infames & movendi, aliud ſi ob levius delictum; nam tranſacto tempore moti non ſunt inter infames habendi. conf. *not. ad l. 13. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam. & l. 15. pr. tit. præc.* Sed pœna hæc ut nimis aſpera Conſtitutionibus Imperatorum emollita. vid. *Ant. Matth. ad leg. 48. ff. t. 19. cap. 1. num. 6.*

## Ad L. Spurii. 6.

*SUMMARIA.*

*Spurii à dignitatibus non repelluntur. n. 1.*
*Nec infames ſunt. n. 2.*

1. SPurii Decuriones fiunt, non enim eſt impedienda dignitas ejus, qui nihil admiſit *Paleot. in tr. de nothis. c. 56. Raudenſ. in tr. de Analogis l. 1. c. 30. n. 81. Petr. Heig. part. 1. q. 21. n. 14. & Hartm. Piſt. part. 1. q. 30. n. 37. Petr. de Greve ad Pand. Exerc. 27. th. 26. Tiraq. de nobilitate c. 15. n. 30.* ubi catalogum recenſet illegitimos natales habentium. *Lud. Rom. in l. Etſi pepercerit. 3. in pr. n. 2. ff. de lib. & poſth. hered. inſt.* Et ſpurios non eſſe infames, pluribus rationibꝰ confirmat *Thoming. dec. 48. n. 26. & ſ. §. 1.* Minores 25. annis Decuriones eſſe poſſunt, ſed ſuffragia nō ferunt

## Ad *L.* Fin.

*SUMMARIA.*

*Decurio torqveri neqvit. n. 1.*
*Notabilis extenſio ad Burgimagiſtrum. 2.*

DEcurio non tantùm immunis eſt à tormentis, ſed etiam qvi Decurio fuit, in memoriam prioris dignitatis. *Petr. à Plaeca in Epitome delict. c. 6. n 5. & ſeq.* Sicut etiam vidua non poteſt furti conveniri ob memoriam matrimonii. *l. 2. ff. rer. amot.* & ſervus in Dominum, cujus fuerat ſervus torqveri non debet *Dn. Thabor de quaeſt. c 5. n. 35.* ubi except. tradit *in l. 21. C. de falſis.* & alia. Et Burgimagiſtrum refert ex hac cauſa ab aliqvo Advocato torturæ & laqveo ſubductum, conf. *Farin. q. 41. n. 57. Zang. de Tort. c. 1. n. 59. & ſeqq.* 1. 2.

# TIT. III.
# De Albo ſcribendo.

## ad *L.* Decuriones. 1.

*SUMMARIA.*

*PRior locus, inter pares dignitate, debetur priori tempore. n. 1.*
*Et utilius, ut juniores prius quam ſeniores ſententiam dicant? 2.*
*Diſtingv. 3.*

1. PRiorem locum obtinet, qvi habet majorem dignitatem, & ſi dignitates pares, is potior, qvi tempore prior. vid. Dd. in *cit. Decretal. de Majoritate & obedientia,* & ibi *Zaſ. n. 6. Me-*
2. *noch. conſ. 5. n. 39. & conſ. 256. n. 12.* Et eodem ordine, qvô recepti ſunt, etiā ſententias dicunt, per *l. 1. §. 1.* vid. *Tiraq. de jure primogen. in præfat. n. 112. & ſeqq.* Sed melius eſſet, ſi noviſſimè recepti primò dicerent vota, ut libera ſint vota, ne etiam juniores ſenioribꝰ contradicere velle videantur. *Langlæus l. 7. ſemeſt. c. 7.* qvem citat *Hill. in Don. l. 27. c. 8 lit. C. & Carpz. p. 1. dec. 82. n. 6. & ſeqq.* Diſtingverem inter decreta pro 3.
ſalute Reip. facienda, & vota in puncto juris in judicio colligenda, ut illic à ſenioribus, qvi majorem curiæ peritiam habent, & multa in facto & experientia conſiſtunt, de qvibus etiam intelligo *hunc* §. prius exigantur vota; poſteriori caſu juniores prius interrogandos cenſerem, ubi ſæpe junioribus in puncto juris occurrere qvid poteſt, qvod ſeniori non ſtatim occurrit, & ut exploretur juniorum diligentia in ſtudio magis ac magis excolendo.

# TIT. IV.
# De Muneribus & Honoribus.

## ad *L.* Munerum. 1.

*SUMMARIUM.*

*QVid munera perſonalia? n. 1.*
*Qvid Realia? n. 1.*
*Realia dividuntur in mere talia & mixta. 3.*

MUnera duplicia ſunt, perſonalia & realia; perſonalia ſunt, qvæ perſonis imponuntur ſine patrimonii conſideratione, & 1.
conſiſtunt in labore, ſollicitudine animi, & vigilantia perſonæ, qvorum ſpecies hîc recenſentur *§. 2. & fin.* & in *l. 18. §. 1. & ſeq.* Realia verò, in

qvibus ſumtus maximè deſideratur §.3.*h.l.*&ad
hæc referri poſſe puto onus putei reficiendi,
qvia ex domibus ſolvitur, licet aliter *Mev.p.4.*
*dec 128.&ſ.*Sed ſecundum diverſas conſvetudi-
nes locorum diverſum poteſt eſſe onus, & ſi ex
una domo plures fiant, qvæ ſeparatim habitan-
tur, ex ſingulis qvotam deberi ait *Mev. d. l. dec.*
*129* & ad realia refertur etiam collecta. Reale e-
3. nim duplex eſt, merè reale vel non merè reale.
Illud de re capitur propter rem; ſc. collecta im-
ponitur perſonæ propter rem. *Franc. de Clappe-*
*rius cauſa 37 qu. un. n. 14.* qvando verò reqviri-
tur, tunc dicuntur mixta. *d l. 18 §. 26. h.t.* & ſic
mixtum ſub ſimplicibus continetur *Gail. lib. 2.*
*obſ. 502 Klock. de contrib. c. 2. n. 8. & ſ. Weſenb.*
*in ff. n. 2. & ſ. h. t. I bolosan. l. 18. c. 12.*

## Ad L. 3. §. Munus. 14.

*SUMMARIA.*

*AB onere recipiendi milites nemo ſe excuſare*
*poterit. n 1.*

*Præcaterus militum aſſignatione gravatus id repe-*
*tere poteſt. 2.*

Onus recipiendi milites eſt reale, non perſo-
1. nale, ideoqve ab eo nemo excuſationem
habet. *Klock. de collectis cap 17. n. 206.* ubi plures
Dd. refert. Sed qværitur, ſi alicui hoſpitium
aſſignetur, an hoſpes activus ſeu qvi hoſpitium
præbet, & ſalgama militi præbuit, id à civitate
repetere poſſit? qvod negat *Dn. Mev. p. 3. dec.*
2. *62.* qvod intelligo, niſi alter præ altero grava-
tus; nam æqvalitas pro ratione prædiorum ha-
benda. Sic receptum, ut, ubi milites in pagis
hoſpitantur, ii relevationem onerum aliorum
ſentiant conf. *Dn. Mev. de hoſpitatione in di-*
*verſorum publ. in dec. 63.*

## ad L. Reſcripto. 6.

*SUMMARIA.*

*DIgniores pauperibus præferendi. n. 1.*
*Debitores Reipubl. ex administratione, hono-*
*res ſuſtinere non poſſunt. 2.*

*A muneribus patrimonio injunctis an ætas aut li-*
*berorum ubertas liberet. n. 3.*

*Munera qvodammodo realia, cum mixtis non*
*confundenda. 4.*

*Notabile diſcrimen inter onera mere patrimo-*
*nialia & collectas 5.*

*Collecta hodie à forenſibus ſolvuntur ubi res ſita. 6.*

*Limitatur. 7. 8.*

*Colligitur: nobilitatem ab oneribus domuum in*
*urbe comparatarum non liberare. 9.*

*Cur Profeſſorum domus liberentur? 10.*

*Feuda regulariter à collectis libera. 11.*

*Limitatur. ult.*

1. INeet eſt Reip. eligi ditiores & digniores, pau-
peres enim vix muneri tuendo poſſunt ſuffice-
re. *Gail. lib. 2. obſ. 52. n. 6. Gregor. Mundius in tr.*
2. *de muneribus c. 1. n 40* Debitores Reipubl. ſi de-
beant ex adminiſtratione nec ſatisfactionem
præſtiterint, honorem in Republ. adminiſtrare
3. & ſuſtinere non poſſunt §. 1. Munera qvæ patri-
monii injungũtur talia ſunt, ut neq; ætas excu-
ſet, neqve munera liberorũ nec alia prærogati-
va, qvæ à muneribus perſonalibus ſolet excuſa-
re. *§. pen. h. L. L. 5. C. h. t.* ſed 12. tamen liberos
immunitatem præbere, vult *Flores diez. q. 21. n.*
*255. Klock. de contribut c. 13. ſect. 3. n. 82.* qvam
etiam ob numerum liberorum à Sereniſſimo &
Potentiſſimo Electore Brandenburgico aliqvo-
ties datam memini. Realia munera ſunt iterũm 4.
duplicia, alia enim merè realia, qvæ rebus ipſis
imponuntur, ut Tributa, qvæ etiam extraneis
poſſidentibus hic prædia indicuntur, & non
tantùm ſubditis; alia verò qvodammodò rea-
lia, qvæ non niſi ſubditis imponuntur; ut colle-
ctæ. *§. fin. vid. Gail. d. obſ. 52. n. 13. Klock. de*
*contrib. c. 2. n. 13. & ſeq. conſ. 28. vol. 1. n. 124.*
*Franc. de Clapper. cauſ. 27. q. 3. n. 1. & ſeqq.* &
hæc cum mixtis malè confundi, rectè notat
*Klock. d. cap. 2. n. 21.* Et potiſſimùm notandum 5.
eſt diſcrimen inter onera merè patrimonialia &
collectas; nam illa imponuntur rei fructus, hæc
perſonis propter rem; ibi nec Eccleſia, nec ali-
us privilegiatus excipitur, hic omninò. Illa de-
bentur à ſingulis, hæc imponuntur univerſitati
&c. vide inſignem hâc de re tractationem apud
*Franc. de Clapper. in ſuis deciſ.* Sed hodiè colle-
ctas etiam forenſibus alibi domicilium haben-
tibus indici videmus ob prædia hic poſſeſſa,
*cauſ. 27. q. 1. & cauſ. 42. q 1 Cephal. conſ. 569 n. 4.* 6
*Gail. lib. 2. obſ. 52. n. 17. Manz. in cent. dec. q. 49.*
*n. 4 Franc. de Clapper. cauſ. 27. q. 2.* licet aliud 7.
in Turcicis collectis obſervetur, ubi collectan-
dus in loco domicilii ſolvit collectas de bonis
ubicunq; ſitis. *Receſſ. de anno 1542. §.* damit auch
ſolcher Ordnungs *& de anno 1544. §* damit man
ſolcher Ordnungs. *Mev. p. 2. dec. 72.* Collectæ
etiam à forenſibus hodiè ſolvuntur in loco, ubi
res ſitæ *Dn. Mev. p 2. d. 372.* ubi tradit hodie im-
poſitiones rebus fieri; ubi tamen diſtingven-
dum inter collectas, qvæ concernunt utilitatem
prædiorum, ut pro aggeribus & viis reparandis.
*l. per Bithyniam. C. de immunit. nem. conced* & 8.
inter eas, qvæ reſpiciunt utilitatem tantùm in-
colarum, ut ſolutio ſtipendiorum, Syndici, Me-
dici miniſtrorum, Militum, Præceptorum, de-
fenſio privilegiorum civium &c. *Clapper. c. 37.*
*q. un. n. 1. & ſeq.* Aliud in Imperialibus & Tur-
cicis collectis. *d Receſſ.* zu Speyer. Sed foren-
ſibus tamen indicandum id eſt, & ii citandi, ut
*Franc. de Clapper. l. 2. deciſ. cauſ 82.* Sed qvid ſi
civis Berolinenſis habeat bona in loco diruto,
ubi nulla jam eſt univerſitas? Ex hoc textu & ex 9
*l. 3. §. 1. & l. fin. §. 23.* aliisq; colligit & *Dn. Me-*
*vius:* Nobilitatem ſolam ab oneribus domuum,
qvæ in urbe comparantur, immunitatem non
tribuere, qvia nulla immunitas nunqvam in ju-
re traditur, & onera hæc ſunt realia, nec ſucceſ-
ſor melioris conditionis, qvàm author fuit, &
rerum conditio nõ mutatur ex conditione per-
ſonæ *l. 2. §. 2. de V. O. Dn. Mev. p. 3. dec. 181.*
*Franc. de Clapper. cauſ. 50. q.* Sed, inqvies, 10.
qvid cauſæ, qvod Profeſſorum domus
liberentur ab oneribus publicis, ſimul ac eas
Profeſſor emerit? Reſp. hoc non operatur
mutatio

mutatio conditionis perſonæ, ſed 1. ſpecialis diſpoſitio Principis. 2. Conventio ſpecialis. & 3. ratio quod diligens Profeſſor multis modis ci-
11. vium commoda promovere poſſit. Sed quæritur, quid de feudis? hæc regulariter libera eſſe à Collectis traditur ob triplicem rationem 1. quia præſtant ſervitia Domino, ſed hæc rarò præſtantur, & quando præſtantur, plerumque impenſis domini præſtari ſolent, ideoque hæc ratio non ſufficeret, 2. quia antequam in feudum darentur, fuerunt Domini & ſic oneri collectarum non ſubjacebant, ſed hæc ratio valet in feudo à Principe dato. 3. quia vaſallus habens juriſdictionem univerſitatis, quæ collectam diſtribuit juriſdictioni non eſt ſubjectus. vid.
12. *Franc. de Clapper. p. 2. cauſ. 50. q. 2.* Conf. *Tiraq. de Nobilit. c. 20. n. 166.* Sed pro bonis, quæ antea allibrata erant Bauer-Güter / tenetur ſolvere collectas. *Koppen. dec. 61. n. 4.*

## L. ad Rempublicam. 8.

Minorennes ad Reipublicæ adminiſtrationem vel honores admitti non debent, annus tamen 25. cœptus pro completo habetur. *conf. L. 7. Cod. h. t.*

## ad L. Si quis. 9.

*SUMMARIA.*

*Detrectans munus publicum, quibus remediis compellatur? n. 1.*

*Quomodo contra opifices operam ſuam denegantes procedendum? 2.*

1. Si quis detrectet munus publicum, illis remediis compellendus eſt, quibus tutor compellitur. *§. ult. Inſt. de Satisdat. Tutor.* Nec relevat oblatio pecuniæ *L. 16. h. t. vid. Petr. Antiborus,*
2. *in tr. de muneribus part. 2.* Sed hoc etiam ad opifices extendi poteſt, ut teneantur inviti ſuum laborem nobis locare, & mandatis pœnalibus compelli, tum ob artis profeſſionē, tum ob privilegia ſui Collegii, & id factum eſſe refert *Dn. Mev. p. 2. dec. 156.* vel poteſt extraneis ac forenſibus permitti artis exercitium. *Mev. dec. 157.*

## ad L. ut gradatim. 11. pr.

*SUMMARIA.*

*Honores etiam in Eccleſia, gradatim conferendi. n. 1.*

*In illis, qui ex ſtatuto præferuntur, quod ſint idonei, præſupponendum. 2.*

*Statutum excludens extraneos, intelligendum, niſi hi ſint magis idonei. 3.*

*Si penuria hominum, excuſatio non prodeſt. n. 4.*

1. Honores gradatim conferendi, *hic & L. Honor 14 §. pen. h. t.* Ultimam hoc in Eccleſiis noſtris obſervaretur, nec Superintendentes, Inſpectores, ex Academiis vocarentur Juvenes,
2. præponendi iis, à quibus veram Praxin Theologicā addiſcere debebant. Sed de hoc abuſu alibi. Quando per ſtatutū certæ conditionis homines præferuntur in honoribꝰ, ſemper tamē hoc
3. intelligendū, ſi ſunt idonei, *§. 1. h. l.* Et ex eo textu probant Dd. qu. ſtatutū eſt, ut in civitatis Syndicum nemo eligatur, qui ſit extraneus, id tamē cum hoc temperamento eſſe intelligendum, ſi non magis idoneus ſit extraneus; nam munera, quæ magnam dexteritatem & diligentiam requirunt, conferri debebant iis, qui magis idonei. De Syndicis vide Rauchbar. *p. 2. q. 1. n. 3. & ſeqq.* immunitas à muneribus perſonalibus 4.
non prodeſt, ſi penuria ſit hominum, *§. 2. h. l.* ſicut etiam iteratio vel continuatio honorum hoc caſu permiſſa eſt. *L. 14. §. fin. h. t.*

## ad L. Cui muneris. 12.

*SUMMARIA.*

*Vacatio muneris à principe conceſſa, ad quæ munera ſpectet? n. 1.*

*Quomodo hodie munera evitentur? n. 2.*

Si cui Princeps vacationem muneris publici dederit, id ad ea munera reſtringendum, quæ 1.
non quidem ſordida ſunt, non tamen annexum habent honorem Magiſtratūs; Nam tales vacationes ac immunitates ſtrictæ ſunt intelligendæ, ne deficiant perſonæ quæ Magiſtratum gerere queant. Habemus hodie alium modum evitandi munera honori non annexa, qui etiam ex beneficio Principis ortum habet. v. gr. qui 2.
evitare vult munera obeunda in curia vel templo, ſi literatus ſit, poteſt petere à Collegio juridico gradum Doctrinæ vel Licentiaturæ vel Magiſterii ut ita à muneribus iſtis excuſetur.

## ad L. Vacatio. 13.

*SUMMARIUM.*

*Vacatio poſteris vel liberis conceſſa, an ad emancipatos pertineat?*

Vacatio vel immunitas data liberis aut poſteris ad eos tantum pertinet, qui ſunt de familia ejus; ſed an ergo ad filios emancipatos non pertinet? Ita vult *Gotofredus hic.* Dubito ego, ſed potius per familiam, agnationem, & nomen familiæ intellexerim. Et videtur hæc lex explicanda eſſe ex *l. 1. ff. de Jure Immunitatis,* ubi dicitur, quod ex filia natus non fruatur immunitate poſteris data, quia non eſt de familia ejus, qui impetravit immunitatem, & non dicitur deſcendere ab eo per rectam lineam. Ex *Loffredo conſ. 39. n. 14. Menoch. conſ. 326. n 38.*

## ad L. Honor. 14.

*SUMMARIA.*

*Honor quid & quare cum vel ſine ſumtu conferatur? n. 1.*

*An pro reficienda publ. via collecta indici poſſit? 2.*

*Requiſita illius, qui ad honores promovendus. 3.*

Honor eſt adminiſtratio negotii publici cū gradu dignitatis. Ut Conſulatus, Prætura 1.
&c. Sed quid eſt, quod diſtinguatur honor, quod alius conferatur cum ſumtu alius ſine ſumtu. Gloſſa intelligit de eo onere, quod officialibus incumbebat ad tuendam dignitatem v. gr. alere equum conducere de ſuo famulum &c. melius autem id ex §. 1 declaratur & §. 2. Forte etiam illa officia cum ſumtu conferri dicuntur, quan-

ſdo Municipales Magiſtratus tributa civium exigere ſuo ſumtu & periculo tenebantur, de quo
2. dixi alibi. In §. 1. verò definitur aliud munus publicum cum honore non conjunctum v. gr. refectio viarum, quæ proximis prædiis in ipſis urbibus ſuburbiis, & pagis incumbit §. 2. *h. l.* unde non ex omni parte approbo ſententiam *Menochii conſ. 1201. n. 31.* ubi tradit, pro reficienda publica via collectam indici poſſe. Nam aut intelligit viam publicam intra civitatis pomœria directam vel extra prædia. Illud onus prædiis privatis, hoc fiſco incumbit, niſi tanta forte incolarum paupertas ſit, ut pares oneri non
3. ſint Cives. In §. 3. notetur, quid in eo, qui eligendus eſt ad honorem, attendendum? & reſpondetur 1. idoneitas perſonæ, 2. ut habeat legitimos natales, 3. idoneæ facultates & 4. ſi quam conditionem præſcripſit ſtatutum loci.

## ad L. Si Filium. 15.

PAter, cujus voluntate filius decurio factus eſt, quaſi fidejuſſor pro filio obligatur, ſi filius quid malè geſſerit. *l. 2. & l. 17. §. a. ff. ad municipalem.* Et hæres patris quoque tenetur, *l. 1. C. de Decurionibus*, ſcilicet ſi vivo honores ſuſcepit. Aliud ſi poſt mortem patris alium ſuſceperit honorem, & ita male geſſerit; nam tunc ipſe tantum, non vero cohæres, tenebitur, vid. *Cujac. ad h. l. p. 930.*

## ad L. Fin.

*SUMMARIUM.*

*Ad munera realia etiam extranei tenentur.*

REpetitur hic diſtinctio munerum in *l. 1.* ſupra tradita, & variis exemplis declarata, & ad talia realia munera etiam extraneos ac forenſes obligari; nam hi ratione bonorum à ſe alibi poſſeſſorum tenentur ex ſtatutis ſuper bonis ibidem placitis. *Theſaurus p. 2. q. 4. n. 9. Marcabrunus conſ. 40. n. 99. & Mundius à Rodach.* cujus tractatus de Muneribus eſt optimus & merito in omnium Doctorum manibus, item *Thomatus* & alii. Poſtea realia ſubdividuntur §. 21. De quâ diſtinctione in L. 6. §. fin. mixta verò definiuntur in §. 26. h. t.

# TITULUS V.

De

# Vacatione & Excuſatione Munerum.

## ad L. Omnis. 1.

*SUMMARIA.*

*VAcatio & Excuſatio quomodo differant? n. 1.*
*Ad officium electus appellare debet. 2.*
*In quavis electione appellandum. 3.*
*Ob munera evitanda, ſe quis reus conferre non debet. 4*
*Cauſæ plures imperfectæ diſſimiles, non præbent excuſationem. 5.*

1. HOc intereſt inter Vacationem & Excuſationem, quod hæc cauſam legitimam habet, illa nullam aliam niſi indulgenti-
2. am Principis. Si quis ergo electus ad officium authoritate & utilitate publicum, velit recuſare, illud non ſufficit, ſi excuſationes ſuas proponat, ſed debet ab electione appellare, quod in tutela & cura ſecus. *Marantæ p. 6. act. 2. in verb. Et quandoq; appellatur. n. 324. Scaccia de Appel. q.*
3. *17. limit. 33. n 2* Et quidem toties appellandum, quoties eligitur. Nam ſi ſemel ob excuſationem in jure fundatam fuerit abſolutus, ea ſententia ſecundo vel tertio nominanti & vocanti ad aliud munus publicum non oberit. Qui tamen calumnioſè vexandi animo ſemel abſolutum ſciens nominat, ad expenſas reſtituendas
4. obligatur. In §. *pen.* prohibetur, ne quis cauſa
5. evitandorum munerum ſe reus conferat. Et in §. *ult.* dicitur, quod ſexaginta quinque annorum ætas, & tres liberi incolumes non excuſent aliquem vocatum ad munera publica. Ubi Gloſſa quærit, cur hic non plures cauſæ imperfectæ poſſint cumulari & facere unam perfectam cauſam, quemadmodum alias, cui ſingula non proſunt, cumulata tamen proſint. *Vid. Barboſa locuplet. l. 17. c. 34. axiomate unico.* Et reſpondet Gloſſa, quod hic ſint plures cauſæ imperfectæ diſſimiles, quo caſu non juvant plura juncta, quæ ſingula non proſunt. Eadem ratio in tutelis, à quibus plures cauſæ junctæ imperfectæ non excuſant, *l. 15. §. 12 ff. de Excuſ. Tut.*

## Ad L. Sextum decimum. 2.

*SUMMARIA.*

*MInor ad munera non vocandus, n. 1.*
*Ætas ſimilis à quibus muneribus excuſet? 2.*
*Affectata cauſa à muneribus non excuſat. n. 3.*
*Superventientia liberorum non liberat. 4.*
*A munere patrimoniali an numerus liberorum liberet? 5.*
*Liberi Emancipati etiam proſunt. 6.*
*Surditas quando excuſet? 7.*
*Corporis debilitas quomodo excuſet? 8.*
*Doctores Alphabetarii an excuſentur? 9.*

NOtandum hic quod minor 25. annis, niſi contrarium ſtatuto vel conſuetudine receptum, ad munera publica non ſit vocandus 1.
*in princ. h. l.* ubi in ſpecie agitur de munere Sitoniæ, cui præerant frumentatores, i. e. frumento publice emendo præpoſiti. Ex §. 1. note- 2.
tur diſtinctio inter munera ſimplicia, & ea, quæ cum honore Magiſtratus conjuncta, ſeu honori annexa, ut ab illis, non his numerus liberorum, aut ætas 70. annorum liberet, nam alias ab honoribus etiam arcerentur ſenes. Adoptivi liberi non proſunt, §. 2. quia affe- 3.
ctata cauſa non excuſat. *l. 2. §. fin. ff. ſi quis*

4. *qvis cautionibus. Barb locupl. l. 1. c. 44. axiom. 8.*
idem in tutelis. *pr. Inſt. de Excuſ. tut.* Numerus
liberorum auctus, poſtqvam ſuſceptum munus,
à ſuſcepto munere non liberat, ſed à ſuſcipiendo
5. §. 3. A patrimoniorum munere numerus libero-
rum non excuſat. Qvod de ordinariis tributis
intelligo; nam à collectis & extraordinariis
collationibus Sereniſſimum Electorem Bran-
denburgicum immunitatem dediſſe memini.
Sicut & relevationem ex parte præberet, ſi qvis
filios ſuos ſtudiis literarum imbui voluit, & bo-
6. no publico enutrivit. In §. 5 dicitur, etiam e-
mancipatos liberos patri ad excuſationem per-
ſonalium munerum prodeſſe, qvod idem etiam
in excuſatione tutorum Surditas excuſat ab ho-
7 noribus i. e. officio Magiſtratus vel judicis, qvi
qverelas partium exaudire debet, ſed ab aliis
muneribus civilibus non excuſat. *hic §. 6. & l. 7.*
*§. 1. ſupra de Decur.* ut ita hic caſus ſit adverſus,
8. vel converſus reſpectu illius, qvi in §. *1.* habetur.
Corporis debilitas à muneribus corporis labo-
re expediendus excuſat, non verò à muneribꝰ,
qvæ conſiliis expediuntur, vel qvæ realia ſunt è
prædiis præſtanda. In §. *pen.* qvi primas literas
9 pueros docent, non ſunt in totum excuſandi à
muneribus, ſed tamen in tantum ſublevandi, ne
ſupra vires eis qvid imponatur.

## ad L. Hi qvi. 6.

*SUMMARIUM.*

*EXcuſationem muneris publici habent, qvor-*
*ſum extendatur. n. 1.*
*Ab omnibus muneribus immunitatem habens non*
*eſt immunis ab oneribus, tempore neceſſitatis*
*impoſitis. n. 2.*
*Immunitas Conſiliariis conceſſa, ad caſum, ſi mer-*
*caturam exerceant, non pertinet. n. 3.*
*In caſu inopinato etiam Eccleſia tenetur. n. 4.*

1. QVi muneris publici excuſationem habent,
ad ea, qvæ extra ordinem imperantur, ſeu
ex improviſo indicuntur, i. e. munera extraor-
dinaria, compelli non ſolent; ſed qvæ à lege de-
feruntur, ab his excuſandi non ſunt. *h l. 6. & L.*
2. *8. §. 3. h. t.* Imo ſi qvis habeat immunitatem à
muneribus ordinariis & extraordinariis, non
tamen ea extenditur ad onera, qvæ ratione bel-
li vel alterius publicæ neceſſitatis indicuntur,
de qvo ab initio tempore conceſſi privilegii
veroſimiliter non fuit cogitatum. *Gail d. obſ. 52.*
*n. 26. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 1. n. 130.*
*Heig. part. 1. q. 18. n. 26. & Klock. vol. 1. conſ. 27.*
3. *n. 4.* Sic nec immunitas Conſiliariis, Secretariis
Literatis competens, trahitur ad eum caſum, ſi
mercimonia tractare incipiunt; nam tunc im-
munes ſunt ratione perſonarum & bonorum,
non vero ab oneribus, qvi negotiationi incum-
bunt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 321. conſ. Ordin. Cam. p. 1.*
4. *tit. 49. pr.* Sic in caſu inopinato etiam Eccleſiæ &
pia loca aliqvid conferre tenentur. *l. 11. C de SS.*
*Eccleſ. l. 2. C. de qvibus muneribus & præſtat. nemi-*
*ni l. 4. de Immunit. Eccleſ. Carpz. p. 3. dec. 263.* Id-
qve aliqvoties in Receſſibus Imperii placuit.

## ad L. In honoribus. 8.

*SUMMARIA.*

*ÆTas, vel liberorum numerus ab honoribus*
*non excuſat. n. 1.*

A Muneribus, qvibus honor & dignitas con- 1.
juncta, neqve ætas 70. annorum, nec nume-
rus qvinqve liberorum excuſat. Et ſic excuſatio-
nem alicujus ad Aſſeſſoratum vocati rejectum
eſſe refert *Joh. à Sande Deciſ. Friſic. lib. 5. tit. 10.*
*def. 1.* Ergo à tutelis & curis tantùm excuſat ætas
ſeptuaginta annorum *Cujac. lib. 2. obſ. 13.* Philo- 2.
ſophis, qvi ſe freqventes atqve utiles per ean-
dem ſtudiorum ſectam contendentibus præ-
bent, tutelæ & munera ſordida remittuntur,
non ea, qvæ ſumtibus expediuntur; Etenim ve-
re Philoſophantes pecuniam contemnunt, cu-
jus retinendæ cupidine fictam aſſeverationem
detegunt. §. *pen. h.*

## ad L. Ab his oneribus. 10.

*SUMMARIA.*

*A Muneribus patrimonialibus nemo exceptus. 1.*
*Niſi ædes in ſpecie exemta. n. 2.*
*Milites & Eruditi à receptione hoſpitum excuſan-*
*tur. n. 3.*

AB his muneribus, qvæ patrimonio vel poſ-
ſeſſionibus indicuntur, nullum privilegi- 1.
um excuſat, ne milites qvidem. *l. 18. §. 24. ſupra*
*de Muner.* Sed exceptio notanda, niſi ipſe locus
ſit exemtus à jurisdictione Ordinarii Magiſtra-
tus; qvemadmodum tales exemtæ ædes repe- 2.
riuntur ſæpiſſimè, qvibus Senatus Collectas im-
ponere neqvit, niſi ſuperior imponat. *Dn. Mev.*
*p. 3. d. 130.* modo habitator iſtam ædium privi-
legiatarum ipſe collectari poteſt ratione perſo-
næ; nam ſi non ſit civis ſed incola tantum, non
poteſt *Mev. d. l.* Angariarum præſtatio, & reci- 3.
piendi hoſpitis neceſſitas militibus & liberali-
um artium Profeſſoribus remittitur, *hic & l. 6.*
*C. de Profeſſor. & Medic.* de qvo *Klock. de Con-*
*tribut. c. 15. Menoch. l. 2. A. Q. caſ. 379. Matth.*
*Steph. de jurisd. part. 1. c. 6. memb. l.*

## ad L. Sunt munera. 11.

*SUMMARIA.*

*PRinceps à muneribus realibus immunitatem*
*concedere poteſt. n. 1.*
*Ab hoſpitatione exemtus, non eſt exemtus à ſub-*
*ſidiali pecunia. n. 2.*

A Muneribus, qvæ rei cohærent à Principe
poteſt concedi immunitas, non tantùm in
Principis præjudicium, ut reſtringit *Mindan. lib.* 1.
*2. de Proceſſ. c. 45. n. 13* ſed etiam in aliorum ſub-
ditorum gravamen, ſi id fiat ex juſtâ & probabi-
li cauſa, qvæ in Principe præſumitur *Klock. d. tr.*
*de contribut. c. 16. ſect. 1. n. 36.* Non tamen ſem- 2.
per à ſubſidiis hoſpitationis exemti ſunt, qvos
Princeps ab hoſpitatione exemit, ſed tenentur
ſæpe præſtare ſubſidiũ Hülffqvartiers/ut inter

Senatum Spandov. & miniſtrum Principis in
Camera Braodeb judicatum ſcio die 16. Januar.
ann. 1651. qvæ ſententia etiam confirmata, &
ad alias perſonas exteoſa die 13. Dec. anno 1657.

### ad L. Penult. §. ult.

***SUMMARIUM.***

*Judex privilegium habens, judicium ſuſcipiendo, ei renunciat.*

JUdex habuit privilegium, ne teneretur judicium inſtituere, ſed ſuſcipit tamen delatum officium; Ergo videtur renunciare privilegio. Unde colligunt, ſi qvis privilegium habens, ſuſcipiat tamen officium, reounciaſſe privilegio videtur; ſed ſi ex poſtfacto accedat cauſa juſta, poteſt deponere, niſi id fiat cum alterius partis captione, & præjudicio. Certe melius retinetur judex, qvi ſemel cognoſcere cauſam cœpit. Hinc colliguot; non poſſe judicem officium ſuum in alium transferre cum captione actoris & poſſe actorem appellare à ſeoteotia, qva ſe incompetentem dicit judex. *Dn. Mev. p. 4. d. 73.*

# TIT. VI.
# De Jure Immunitatis.

### Ad *L.* Qvi. 1.

***SUMMARIA***

*IMmunitas perſona conceſſa, non tranſit ad heredes. n. 1.*
*Privilegium ceſſat mutato vita genere. 2.*
*Immunitas realis tranſit ad heredes. 3.*
*Privileg. poſteris datum ad fœminas non tranſit. 4*
*Immunitates ſtrictè intelligendas eſſe, variis exemplis probatur. n. 5. & ſeqq.*

PErſonis datæ immunitates ad heredem non
tranſeunt, qvando ſcil. perſona exiſtit cauſa
proxima & immediata concesſioois. §. 1. *h. l.*
*Menoch l. 3. præſ. 103. n. 1.* Et in dubio perſonalis
cenſetur, *Menoch. conſ. 70. n. 1.* Sic etiam perſona
2. privilegio & immunitate ornata, ſi aliud
vitæ genus eligat, immunitate excidit. v. g. Si
Academicus civilia tractet & ad mercaturá ſe
3. conferat. *Dn. Mev. p. 3. dec. 158.* Si autem immunitas
data per contractum, realis eſt, & ad heredem
tranſit *Gail. l. 2. obſerv. 2 n. 15. Menoch. de
præſ. n. 13. Klock. d. c. 6 ſect. 1. n. 73 & ſeqq.* Ut &
immunitas data collegio, corpori aut ordini
realis eſt & perpetua. *Loſæus de Jure Univerſit.
lib. 2. cap. 7. n. 17.* qvem laudat *Dn. Mev. p. 2. dec.
173.* ubi ad omnes Collegii miniſtros extendit,
4. *cum Cothmann. conſ. Acad. 17. & ſeq.* Generi
poſterisqve datæ immunitates ad eos, qvi ex fœminis
natæ ſunt, non pertineot. §. *ult. h. l. Dec.
ad l. 2. de R. J. n. 75. & ſeq.* Hoc tamen obtinet
in ſuis caſibus, & ubi ſubjecta materia id poſtulat.
*Tiraq. de retr. conſang. § 1. gl. 9 n. 243.* Et rationem
hujus §. communiter dicunt eſſe hanc,
qvod immunitas data repugnet communi utilitati.
Dd allegat *Petr. Barboſ. in l. 14. ff. ſol. matr.
n. 37.* qvi tamen *num. ſeq.* aliam de memoria
5. defuncti addit rationem. Collige immunitates
ſtrictè eſſe intelligendas, ex qvo deducit *Dn.
Mevius*, exemtionem à muneribus civitatis non
ſtatim eximere à jurisdictione. *Dn. Mev. p. 3. d.
155.* & immunitas ab omnibus muneribus non
liberat à vectigalibus, qvæ propter merces ſolvenda.
Naoi in oneribus certat privilegiatus de
damno, in vectigslibus de lucro, ex *Natta Dn.*
6. *Mev. p. 3. dec. 137. n. 4.* Et verba qvit frey und ohne
einige Beſchwerde / non videntur inferre immunitatem
ab oneribus publicis. *Dn. Mev. p. 3.
dec. 170.* Et qvando qvis immunitatem ab oneribus
civilibus allegat, illi non exigenti imponenda
eſt probatio. *Dn. Mev. p. 3. dec. 286.* Sed &
ſi reſpectu certæ artis immunitatem acceperit, 7.
ſi ad alias mercaturas accedat, reſpectu harum
tenetur agnoſcere onera publica. *Dn. Mev. p. 3.
d. 310.* Licet aliud, ſi indefinitè data ſit immunitas;
nam ea traheoda ad bona etiam adqvirenda,
ſi credimus *Klock. c. 16. de contrib. n. 77.* De
qvo tamen dubito; nam exemtio eſt valde odioſa,
& ſic poſſet talis privilegiatus decimam
partem civitatis emere, & Princeps procul dubio
ad præſentia reſpexit, niſi de ſolo principis
præjudicio & hæredum ſit facta mentio, ut vult
*Berlich p. 1. d. 104.* Sed immunitas certæ artis 8.
miniſtris data, ſi cives ad id miniſterium ſe
Conferunt, eadem immunitate eos frui, modo
non aliam mercaturam vel opificium tractent,
deciſum refert *Dn. Mev. p. 3. d. 311.* Tales enim
perſonæ poſſunt duplicem perſonam ſuſtinere.
v. g. ſi Minister Principis negotiationem exerceat;
nam illius reſpectu ſoli principi, hujus vel
tatione inferiori Magiſtratui ſubjectus eſt. *Mev.* 9.
*p. 3. d. 404.* Sic immunitas conceſſa non eſt trahenda
ad novos inſolitos caſus, de qvibus tempore
immunitatis conceſſæ non eſt cogitatum.
*Dn. Tabor ad Barb. l. 9. c. 10. ax. 5.* Sed ad talem
caſum inſolitum non ſunt referendæ excubiæ,
per *Dn. Mev. p. 5. dec. 119.*

### ad *L.* Majores. 3.

MAjores 70. annis à tutelis & muneribus perſonalibus vacaot, cui videtur obſtare *l. ult C. qui ætat. vel profeſſ.* Sed vel diſtingvendum inter munera perſonalia, qvæ mero labore corporis expediuntur, & alia; vel in *d. l. pen.* Pro qvinqvaginta qvinqve, legendum eſſe ſeptuaginta, ut *ibi Cujac. & Bachov. in Tr. v. 2. diſp. 9. th. 2. lit. C. Carpz. lib. 5. reſp 90. in fin.*

### ad L. Immunitates. 4.

IMmunitas data poſteritati & ſucceſſoribus inviolabiliter ſervanda eſt, & ſi ea immunitas jure communi competat, etiam inhibitio ad Magiſtratus decernenda eſt, & in poſſeſſione libertatis pendentè lite defendendi. Sed ſi non ſunt

in

in jure communi fundata, ſed ex paivilegio, & dubium oriatur, an ab his onetibus illa loeum habeat, tunc non inhibitio locum habet, ſed cauſa eognoſcitur, & appellatio admittitur, ſed tantùm qvoad effectum devolutivum, non vero ſuſpenſivum. *Dn. Mev p. 5. dec. 224.*

## ad *L.* Semper. 5.

*SUMMARIA.*

*SEnes honore digni. n. 1.*
1. *Annonam advehentes, immunes ſunt. 2.*
*Ut & conductores vectigalium 3.*

SEmper in civitate noſtra ſenectus venerabilis fuit; namqve majores noſtri benè eundem honorem ſenibus qvam Magiſtratibus deferebant. *Maſcard. concluſ. 132. Ricc. collect. dec. 1623.* Hinc ſenibus eaiam privilegium legis *Ad perſonas. 15. ff. de jurej.* tribuit *Berlich. p. 1. d. 116* confer. de Senum privilegiis *Maſcard. de prob. concluſ. 1302 Tiraq. de jure primog. in paafat.* Qvi
annonam urbi advehunt, immunes ſunt a mu- 2.
neribus publicis. §. 3. *h. l. de* §. 4. *Barb. ad qvia tale. 14. l. 1026. & ſ. ſol. matr.* Ratio in textu, qvia remuneranda eorum perieula, & exhortandi præmiis. Conductores vectigalium eti-
am volentes à muneribus prohibendi ſunt, ne 3.
extenuentur facultates eorum, qvæ obligatæ ſunt fiſeo. §. *10. h. t.* Sed etſi nullum fiſco præjudicium immineat, vult hoc tamen *Cephal. conſil. 58. n. 50. & n. 72.*

# Titulus De Legationibus.

## ad L. Sciendum. 4.

LEgati qvi à civitatibus Romam mittuntur, ſecundum ordinem eligenti, niſi negotium deſideret miſſionem unius ex primatibus. *Tholoſan. lib 18. tit. 13 n. 30.*

## ad *L.* Legatus. 10.

*SUMMARIA.*

*LEgatus qvando tempore legationis agere poſſit? n. 1.*
*Legatus in itinere decedens, non reſtituit ſumtus. 2.*
*Legati municipum qvoqve privilegiis gaudent. 3.*

LEgatus tempore Legationis in rem ſuam nihil agere poteſt, excepta actione injuriarum & L. Aqvil. ut & emtione domus. *l. 12.* Hinc colligi etiam poſſet, donata Legatis majora in dubio Reipubl. acqviri. *Ceph. cl. q. 30. Menoch. lib. 3. præſ. 27.* Sumtus legato dati, qvi in itine-
2. re deceſſit, reſtituendi non ſunt, qvia pro effecto habendum, qvod qvis impeditus expedire non potuit. *l. in omnibus de R. I. c. cum conſtat. per eum de R. I. lib. 6. Chriſtin. vol. 5. dec. 54. nu. 17. Perez. ad tit. Cod. de Legat. num. 21. Joh. de Platea ad L. C. de Legat.* Et ſic reſponſum à noſtra Facultate menſe Julio anno 1660. Colligitur
etiam, Legatum municipium aut municipali- 3.
um civitatum iisdem pene privilegiis frui, quibus Legati Principis aut Populi Romani gaudent, hic & *l. 8. ff. ex qvibus cauſis majoris*, aliosqve textus, qvos refert *Ant. Matth. ad lib. 48. Pand. tit 8. c. 1 n. 3.*

## ad *L.* Qvi libera. 14.

QVi libera legatione abeſt, non videtur Reip. cauſa abeſſe, ſed ſui eommodi cauſa abeſt. *Alberic. Gentil. in tr. de Legat. lib. 2. cap. 12.*

## ad *L.* fin.

LEgati jure gentium ſunt inviolabiles, de qvo *Grotius de jur. pac. & bell. lib. 2. c. 18. per tot. Beſold. in tr. de legat. c. 5. Alber. Gentil. d. l. 2. per tot.* qvi autem illos violat, ſtatim hoſti dedendus eſt. à qvo ſi recipiatur, eivis eſſe deſinit.

# Titulus VIII. De Adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium.

## ad L. Non utique. 2.

*SUMMARIA.*

*QVod qvis ipſe expedire neqvit, nec per ſubſtitutum poteſt. n. 1. Limitationes 2. 3.*
*Adminiſtrator pecuniam publicam indebitè expendens, reſtituit eam cum uſuris. 4.*
*Qvod pro Repub. expendit, ſine uſuris expendit 5.*
*Caſus ubi contra non citatum ferri ſententia poteſt. 7.*
*In Machria, qvomodo extra concurſum collecta exigenda? 8. (9. 10.*
*Adminiſtratores, qvomodo ad rationes teneantur?*
*Adminiſtrator ab ipſa civitate ad rationes compelli poteſt. 11.*
*Qvi jus retentionis habet, tenetur ad rationes. 12.*
*Civitas ob imprudentiam ſui judicii ab evictione non liberatur. 13.*
*Caſus ſuperveniens nemini imputandus. 14.*

QVod qvis ſuo nomine exercere prohibe-
tur, id nec per ſubjectam perſonam age- 1.
re debet, præſertim eum ſuppoſitio etiam perſonæ dolum arguat. *Barb. lib. 14. c. 30. axiom. 10.* Sed habet hæc regula ſuas exceptiones; nam Clerici tabernam exercere poſſunt per alium. *Clem. 1. de vita & honeſt. Cler.* Sic Prælati juriſdictionem criminalem per Juſtitiarios ſuos
exercere ſolent. Et nobilis per alium mercatu- 2.
ram exercere poteſt. *Petr. Peck. ad cap. poteſt. 68. n. 3. de*

*n. 2. de R. J. lib. 6. Tiraqv. de Nobilit q 27. n 7.*
3. Ergò dicendum, regulam in textu intelligendam in iis caſibus, in quibus quis prohibetur facere ob præjudicium Reip. aut alicujus tertii, ut *hic & in l. non licet. 46. de contr. emt. l. neque per ſe. 10. C. de hered. inſtit. l. 10. C. de diſtrib. pign. l. eos. 26. in fin. C. de uſur. l. 5. §. 3. de author. tut. l. 3. pr. ff. ad SC. Maced. l. 7. §. 1. qui & à quib. manumiſſ. l. un. §. pen. C. de contract. jud. l. 15. pr. ff de falſis. l. 8. §. 1. de uſucap. l. 38. de bonis libert.* Et ſic hodiè cùm certa ſint privilegia
4. Civitatum & Mercatorum, Nobiles non poſſunt hodiè per alios mercimonia exercere, non quia Nobiles ſunt, ſed quia non ſunt cives, nec
5. in collegiis mercatorum. Quando Adminiſtrator pecuniæ publicæ eam non in debitam cauſam, ſed in aliam cauſam publicam impenderit, tunc debet reſtituere cum uſuris. Sed
6. quod in alium uſum civitatis impendit, recuperabit à Republicâ ſecundùm rationem datorum & expenſorum. *Franc. de Clapper. in deciſ. cauſ. 62. q. 4. n. 9.* Sed cur non compenſatio? Reſp. puto, quod Reipubl. ſolvit, cum uſuris
7. ſolvit, quod repetit, ſine uſuris repetit. Et in hoc nororio poteſt contra abſentem non citatum ſententia ferri. Quod hic ſpeciale, ſc. ſi ex libro rationum exhibitarum fortè hoc clarum ſit. *Franc. de Clapper. in ſuis deciſ. p. 2. cauſ. 62. q. 2.* unde probare quis poſſet, etiam de collectarum quantitate judicare poſſe abſente debitore, & non citatis creditoribus. Sed id non ſequitur; nam hic ex rationibus apparet, quid & quantū erogatum ſit, ſed ſuper collectarum quantitate & debitor, & ii, quorum intereſt, audiendi
8. ſunt. Licet igitur civitates & Status Electoratus Brandenburgici hoc privilegiū habeant, quod collectas nondum exactas etiam extra concurſum exigere poſſint, id tamen non in angulo faciendum, ſed vocato reo & citatis creditoribus cæteris, non ut ſciatur quis prior ſit, ſed ut de quanto veritas appareat, ut decretum memini in ſecretiori ſenatu Elector. Brand. die 10. Dec.
9. anno 1657. Porro rationibus Adminiſtratorum pecuniarum publicarum in aliorum præjudici-
10. um credendum non eſt. Adminiſtratores autem rerum, ad civitatem pertinentium, rationem adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorum & datorum ponere debent. *§. 2. h. l. Heig. part. 1. quæſt. 20 Weſenb. conſ. 47. Pruckm. vol. 1. conſil. 3.* Quæ generalis regula eſt in omnibus Adminiſtratoribus rerum alienarum, ut teneantur reddere rationem, quam multis exemplis exornat *Dn. Joh. Heeſer de rat. reddend. loc. 1. per tot.* Et ſi civitas, vel is, qui ad rationes red-
11. dendas vocat adminiſtratorem, juriſdictionem habeat, poteſt eum etiam compellere. *Dn. Mev. p. 3. dec. 246. n. 2.* Sed quando controverſia incidit, ipſa civitas non poteſt eſſe judex, ſed Magiſtratus Adminiſtratoris ordinarius. *Dn. Mev. d. l.* Sic etiam vidua vel filia ob dotem exercens 12.
jus retentionis, ſi adminiſtrent, tenentur ad rationes reddendas, & mariti earum jure familiaritatis in bonis ſunt, quique ſimul adminiſtrarunt, licet ob meliorationes ex poſtfacto fiant & ipſi creditores. *Dn. Mev. p. 4. dec. 52.* Si gra- 13.
num à civitate emtori venditum, poſtea ablatum per imprudentiam judicis, ac per injuriam, quæritur, an evictionem præſtare teneatur civitas emtori? Videtur quod non, per *l. ſi per imprudentiam 51. de evict.* Sed affirm. quia civitas videtur culpam commiſiſſe in conſtituendo judice imperito. *Caballin. de evict. c. 5. n. 12.* Cu-
rator non tenetur ejus nomine, qui eo tempo- 14.
re idoneus exiſtens, poſtea facultatibus eſt lapſus. *Hering. de fidejuſſ. cap. 13. n. 19.* ubi id declarat. Unde colligo fortuitos caſus, uti nullum humanum conſilium eos providere poteſt *§. 7. h. l. Ricc. coll. dec. 478.* ita à nemine præſtari. *l. 23. de R. J. Barboſ. locupl. l. 3. c. 9. axiom. 1.*

## ad L. Curatores. 3. pr.

CUratores ſeu Adminiſtratores Reipubl ob pecuniam pro indiviſo datam in ſolidum tenentur, ſed prior tamen conveniendus eſt is, qui geſſit & poſtea ad collegam, qui prohibere potuit. *l. ult. § 8 h. t.* Sed ſi pro diviſo pecunia ſit data, prius nominator vel fidejuſſor excutiendus, quàm collega. *l. 11. pr. ad municip l. 2. & ult. C. quo quis ord. Sichard. ad l. 9. n. 4. C. de reb. cred. Colleg Argentor. hic th. 3.*

## ad L. Legatam. 4.

*AN opus illicitum legatum ad alium uſum converti poteſt? n. 1.*
*Quod & obtinet, ſi legatū ad opus non ſufficiat. 2.*
*Niſi aliunde defectus ſuppleri poſſit. 3.*

QVando aliquod legatur Reipubl. ad opus, 1.
quod facere non licet, poteſt in alium uſum id converti. *l. Legatum ſupr. de uſufr. legat.* vid. *Menoch. conſ. 1199. n. 9 & 19.* ubi plures al-
legat. Si verò facere licet, in eum caſum ex- 2.
pendenda pecunia, ſi ad illum finem ſufficiat aliàs non. Nam imperfecta opera ne nomen quidem ſui generis merentur, ſicut inſtrumenta imperfecta nomen inſtrumenti non merentur. *Menoch. conſ. 42. n. 13.* Et ideo ſi certa pecunia ad opus certum legata illi operi non ſufficiat, melius eſt, eum conſenſu ſuperioris in
aliam cauſam convertere legatum. Sed ſecus, 3.
ſiquidem non ſufficiat, poſſit tamen quod deſit aliunde ſuppleri. Sic minima legata ad ſtudia Academica valent, quia legatarius, quod deeſt, aliunde ſupplere poteſt, ut ſtudia continuet.

## ad L. Magiſtratus. 6.

MAgiſtratus latam & levem culpam præſtare debet etiam in omittendo. *Tuſch. concluſ. 203. n. 36. lit. A. Eſcobar. in tr. de ratiocin. c. 19. num. 21.*

Ad L.

### ad L. Calcali. 8.

*SUMMARIA.*

*Calculi error quovis tempore retractatur.n.1*
*Limit. niſi transactum 2,*

1. CAlculi erroris retractio etiam poſt deceo-
oii aut vicennii tempora admittitur, hic &
*l. unic. C. de error. calcul. P. Greg. l. 29. Syntagm.*
2, *c. 4. n. 2. Eſcobar. d. tr. cap. 41.* Qvod limitatur
*d. l. un.* niſi traosactum ſit, ſcilicet ooo ſuper
ipſa cauſa, ſed ſuper errore jam antea allegato.
*Dn. Mevius p. 3. dec. 300.*

### ad L. Fin. §. 4.

ADmioiſtratores rerum civitatis etiam in duplum teneotur, ſi fraudulenter ſe geſſerint; Sed heredes eorum in ſimplum. *hic & l. 55 §. 1. de admin. Tutor. & l. 2. §. fin. de tutel. & ration. diſtrabend.*

# TITULUS XI.

# De Decretis ab ordine faciendis.

### ad L. Medicorum. 1.

ORdo civitatis Medicum, qvi probitate morum & peritia artis pollet, eligere poteſt. Uode ptobatur, Senatom poſſe & debere eligere certum civitatis Pihyſicum, qvi ſemper domi maoere, & incolis medicamenta præſcribere ac pauperibus etiam gratis ſuccurrere teneatur. *Carpanus ac Stat. Mediol. p. 2. cap. 356. Tiraq. de Mobil. cap. 29. n. 44.* Et hoc in Inſigni civitate fieri, ot Medicus conſtituatur, præſumendum eſſe, tradit *Carpz. p. 3. conſt. 26. d. 4. in fine.*

### ad L. Illa. 2. & ſeq.

QUæ decreta non legitimo oumero decurionum coacto facta ſunt, ut & io qvæ oon conſentit (major pars) ſcil. duæ partes, ſunt illegitima.

### ad L. Ambitioſa. 4.

*SUMMARIA.*

*DEcreta donationem vel gravamen Reipubl. continentia non valent. n. 1. 2.*

*Civitas liberalibus artibus ſtipendium conſtituere poteſt. 3.*

1. DEcreta qvæ ſapiunt donationem debent reſcindi. *P. Greg. lib. 18. c. 14. n. 3.* Nec eoim
Magiſtratus donare poteſt liqvidum jus. *l. 12. C.*
2. *Barboſ. in d. l. 12. n. 8.* Sic etiam decreta qvæ
Remp. gravant, vel magis in iovidam alicujus,
qvam pro Reipubl. utilitate condita, his ab alii
recte contradicitur, qvod fraus lege regatur.
*Mev. p. 5. dec. 272.* In fioe legis dicitur, ob libera-
lem artem vel medicioam licere civitati ſtipen- 3.
dia conſtituere vel ſalaria *hic. & l. 1. C. de prabend. ſalar. P. Greg. d. l. n. 4.*

### ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*DEcretum non niſi ex juſta cauſa reſcindendam. n. 1.*

*Quod exemplis declaratur. 3.*

QUod ſemel ordo decrevit, reſcindi non o- 1.
portet, niſi ad publicam utilitatem reſpici-
at prioris decreti reſciſſio. *Moll. lib. 4 ſemeſtr. c. 1.*
*n. 12.* Vel ſi alia juſta cauſa adſit, v. gr. ooo eſt le-
gitimum decretum, qvando noo adfuerunt duæ 2.
partes ex tribus. *l. 2. & 3. h. t.* (2.) Qvaodo de a-
lienatiooe rei alicujus publicæ agitur, neceſſa-
ria eſt cauſa cognitio *l. ult. C. de vend. rebus civit.* & juſta cauſa & ratio neceſſitatis & utilitatis publicæ. conf. *Dn. Mev. p 1. dec 82 Stuckius conſ. 27. num. 80. & Maſcard. de probat. conclus. 1236. num. 120.*

### ad L. Ult.

DEcretorum & ſtatutorum probabilis eſt ignorantia, *hic. & cap. 1 & 2. de conſt. lib. 6. Alberic. de ſtatutis lib. 1. qu. 53. n. 16. Barboſ. lib. 27. n. 46 ax. ult.*

# TITULUS X.

# De Operibus publicis.

### ad L. Opus. 3.

*SUMMARIA.*

*OPus novum privato facere licet. n. 1.*
*Limitatur. 2.*

*Opus prope murum exſtructum, an ſine reſtitutione expenſarum dirui poſſit? 3.*

1. OPus novum publicom privato cuilibet ſuis
ſumtibus facere licet, ſine autoritate prin-
cipis; Niſi ad æmulationem vicinæ civitatis fiat 2.
nam ex æmulatione qvid facere prohibitum eſt,
*Gail. l. 2. obſerv. 69. num. 17. & ſeq. Maſcard. concluſ. 623. Dn. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 12. art. 7. num 19.* 2. Niſi materiam ſeditionis præbeat. 3. Niſi Theatrum vel Amphitheatrum vellet exſtruere, publico vero ſumtu oil oovi faciendum. 4. Item niſi ædificium vel pomarium prope mœnia eſſet exſtruendum, aut ſi exſtru-

ctum ſit, & ſine reſtitutione damni id deſtruere licet. Vid. *Job à Sande tit. 7. defini. 4.* Qvod intelligo, niſi ab immemoriali tempore pomarium ibi fuerit. Nam tunc exigente neceſſitate ædificium deſtrui, pomarium extirpari poſſit, ſed reſtituta ex publico æſtimatione. Sed ſi ad nunciationem novi operis ex æmulatione ædificans non deſiſtat, videtur contra Conſtitutionem Imperii agere, & in bannum declarari poteſt. *Gail. l. 1. de P. P. c. 1. n. 42.*

## ad L. Ult.

PEcunia, qvæ in opus novum legata, potius in tutelam eorum operum, qvæ ſunt, convertenda, qvàm ad novum eroganda, ſi ſcil. ſatis operum civitas habeat & non facilè ad reficienda opera pecunia reperiatur, *Tholoſ. libro 42. Syntagm. tit. 33. num. 25.* confer. *idem lib. 3. tit. 21. n. 2.*

# TITULUS XI
# De Nundinis.

## ad L. Nundinis. 1.

NUndinis à Principe impetratis, ſi qvis per decennium non utatur, privilegium illud amiſit, unde regulam concludunt, privilegia non utendo per decennium amitti, ſi ſcil. potuit uti, & tamen non eſt uſus. *Gail. lib. 2. obſ. 60. per tot. Ricc. collect. dec. 681. Acatius Eneneck. Bach de privileg. lib. 3. cap. 15. n. 28.* qvod tamen notabiliter limitat *Dn. Mev. p. 2. deciſ. 1.* ut non habeat locum tempore belli, qvo ut præſcriptio non currit, ita non uſus non præjudicat

## ad L. Si qvi ipſos. 2.

*SUMMARIA.*

R*Uſtici an compelli poſſint, ne fructus in Civitatem vehant? n. 1.*

*Poſſint tamen compelli, ut civibus vendant vel Domino, 2. 3.* 1.

RUſtici non ſunt compellendi, ut res ſuas & fructus in civitatem vehant, ne ab agricultura avocentur, & ſi non poſſint vendere res ſuas in mercatu, certæ perſonæ debent ipſorum 2.
res emere, & poſtea vendere. Ideoq; colligunt etiam à contrario ſenſu, non poſſe compelli ruſticos; ut non ipſi advehant, ſed aliis domi vendant. conf. *hic & Bart.* Ad hoc tamen poſſunt compelli, ut potius civibus vendant, qvam ex- 3.
traneis. *Carpz. lib. 2. Juriſpr. Eccl. def. 358. n. 12.* Sicut & hoc poteſt injungi, ut Domino ſuo potius vendant non ad mercatum, ſed ad ejus familiæ indigentiam. *Carpz. d. l. n. 14. & l. 1. reſp. 59.*

# TITULUS XII.
# De Pollicitationibus.

## ad L. Si qvis rem. 2.

*SUMMARIA.*

*Pater qvando votum filii irritare poſſit? n. 1.*
1. *Votum an ad hæredes tranſeat? 2.*

EX voto qvilibet, qvi ſui juris eſt, obligatur, non verò fam. nec ſervus. Et pater poteſt retractare vota filiorum impuberum ſine diſtinctione. Sed ſi puberes, diſtingvitur inter vota perſonalia, qvibus qvis ad ſacrum Ordinem, ad perpetuam caſtitatem, ad jejunia, ad peregrinationum & ſimilia ſe obligat: & inter vota realia. In his irritere poteſt, niſi filius habeat bona caſtrenſia, aut qvaſi caſtrenſia. In perſonalibus niſi diſciplinæ domeſticæ aut patriæ poteſtati officiant. *Leſſius tom. 1. de Juſt. & Jure lib. 2. c. 40. dubit. 14. n. 85. Fagundez. ad ſec. præcept. c. 33. n. 30.* Ipſa verò res per votum ſacra
2. non ſit. Ad heredem verò tranſit votum, ſi reale ſit, ſecus ſi perſonale. *cap. 6. X. de voto Molin. tr. 2. diſp. 626. n. 8. Covarr. in cap. ſi heredes. X. de Teſtam. n. 9. & ſeq. Petr. Greg. lib. 24. t. 10* Sane Jure Canon. etiam filiu mfam. obligari tradit *Rom ſing. 504.*

## ad L. Pactum. 3.

IN eo differt pactum à pollicitatione, qvod illud ſit conventio, hæc verò ſolius offerentis promiſſio facta ob honorem collatum vel propter calamitatem publicam. *l. 4. 7. h. t.* Si autem ſine cauſa ſit facta, tunc demum non poteſt retractari, ſi qvis eam implere cœperit. *hic & l. 1. §. 1. & l. 7. h. t.* Sed ſi accedat acceptatio, an ſit pactum, an verò pollicitatio, de eo vid. Dd. controvertentes apud *Hillig. in Don. l. 12. c. 5. lit. B.*

## ad L. Charidemo. 5.

POllicatio reqvirit præſentiam ejus, cui ſit, & ideó per epiſtolam non ſit. *Cujac. lib. 26. obſ. 19. Hillig. d. lit. B. in fin.*

## ad L. Ex pollicitatione. 9.

EX pollicitatione ob honorem Reipubl. facta, non ipſe tantum, ſed & heres tenetur in ſolidum; ſed ſi ob cœptum opus teneatur, ſi bona

non

non ſufficiunt operi, extraneus hæres in qvintam partem bonorum tenetur, liberi in decimam. Sed nec ipſe pollicitator in ſolidum tenetur, ſi ad paupertatem redactus fuerit.

### Ad L. Imperatores. 13.

*SUMMARIA.*

*Sollicitanti libertas relinqvenda & opus faciendi, & conditionem adjiciendi, n. 1.*

*Tolerabilia, qvæ conſvetudini convenientia. 2.*

QVi pollicitus eſt opus, non poteſt cogi, ut
1. pecuniam ad id conferat, ſed admittendus, ut ipſe opus faciat, imo & permittendum, ut is pollicitationi conditionem addat, modo ea nõ ſit damnoſa publico, aut conſvetudini veteri contraria. Unde ſolent probare, tolerabilia eſſe ea, qvæ vetus conſvetudo approbat. Qvod limitandum: ſi vetus conſvetudo rectæ rationi non 2.
adverſetur, aut ad jus novum conſtituendum evidens utilitas invitet. *Ant. Matth. ad lib. 47. tit. 1. cap. 4. in fine.* Imò lex hæc non de turpium rerum, ſed de adiaphorarum conſvetudine intelligenda eſt. Ut declarat idem *Anton. Matth. ad 48. Pand. tit. 14. c. 2. n. 15.* Male itaqve merentur de Eccleſia & Republica, qvi conſvetudines irrationabiles mordicus defendunt, qvi Deo aliqvando rationem ſunt redituri.

# TIT. XIII.

# De Extraordinariis cognitionibus, & ſi Judex litem ſuam feciſſe diceretur.

### ad *L.* Præſes 1. pr. & 3. §. ſeq.

*SUMMARIA.*

*De ſalariis extra ordinem jus dicitur. n. 1.*

*Qvantitas ſalarii in Advocato, qvomodo determinanda? 2. 5.*

*De eo extra ordinem jus dicitur. 3.*

*Pactum de qvota litis qvatenus prohibitum. 4.*

*Palmarium finita lite promittendum. 6.*

*Salarium Advocati defuncti hæredes non reſtituunt. 7.*

*Contra implorationem Judicis admittitur reconventio. 8.*

PRæſes extra ordinem cognoſcit de ſalari-
1. is eorum, qvi liberales artes docent vel medicinam faciendo, vel obſtetricando, civitatibus inſerviunt.

2. *Ad §. 10.* Judex Advocatis ſalarium conſtituet pro modo litis, proq; Advocati facundiâ foriq; conſvetudine, & eam adhibeat æſti-
3. mationem. *Gail. lib. 1. obſ. 44. per tot. Carpz. part. 1. conſt. 31. def. 11.* Et ita hic non competit ordinaria actio, ſed extraordinarie officium judicis imploratur. *Dn. Mev. p. 3. dec. 332. n. 7.* Sic de ſalario Notarii, qvi præſtitit, qvod ex decreto judiciali præſtare debuit, ſine citatione cauſæ datur mandatum SC. ad ſolvendum contra partem, ſed in aliis operis Notariorum extra judicialibus, pars prius audienda. *Dn. Mev. d. l.*

*Ad §. 12.* Advocatus de qvota litis paciſci
4. non poteſt. *Carpz. part. 1. conſt. 1. def. 24. n. 3. Gail. d. l. n. 1.* Ratione palmarii autem paciſci poteſt, eoq; nomine condictio certi vel officium judicis competit. *Gail. d. loc. n. 2. & 3. Carpz. def. 24. n. 4.* Ne tamen palmarium probabilem qvantitatem ſalarii excedat, ſcil. centum aureos, non qvod Advocato ad minimum 100. aurei pro ſingulis cauſis aſſignandi, ſed qvod judex eam ſummã excedere in conſtituendo ſalario non debeat. *Menoch. lib. 2. A. Q. caſ. 513. n. 6. & 7. Finckelthaus. obſ. 98. n. 50. Petr. Gregor. l. 49. ſynt. c. 8.* Excipiunt tamen cauſas criminales & arduas. *Bcuſt. d. l. admonendi n. 265. de jurejur. Alex. Trentacinq. l. 2. tit. de poſtulando. reſ. 1. n. 12. Guido Papa dec. 190. qvos refert Finckelthaus obſ. 98. n. 39.* Sed id forte ſine ratione. *vid. Pinell. ad l. 1. p.*
*4. C. de bon. mat. n. 62. p. 389.* Et palmarium non 6
niſi lite finita promittendum. *Farin. q. 106. n. 50. Menoch. l. 1. A. Q. caſ. 522. n. 3.* Et hæc prohibitio non tantum ad Advocatos, ſed etiam alios & procuratores extendi poteſt vel ſollicitatores, ut reſponſum menſe Martio anno 1661. conf. etiam tract. meus *de Ceſſione actionis cap. 1. num. 54.*

*Ad §. 13.* Ab hæredibus Advocati, id qvod 7.
Advocato datum erat, repeti neqvit, ratio eſt in textu, qvia per ipſum non ſtetit, qvò minus ageret cauſam, *hic & l. 11. C. de prox. ſcrinior. Gail. d. obſ. n. 12. Carpzov. part. 2. Juriſpr. conſt. 5. def. 10.* Qvod tamen limitat *d. conſt. 1. def. ult.* niſi ſub conditione operarum ſit datum vel promiſſum.

*Ad §. ult.* Extraordinaria imploratio officii 8.
judicis facta apud Præſidẽ, mutuam petitionem admittit ſive reconventionem. Unde probant, contra implorationem officii judicis admitti reconventionem. *Panorm. in c. 11. x. de mutuis petit. Maranta p. 4. diſt. 6. n. 36.* qvod limitat *Johan. à Sande tit. 6. def. 3.* niſi ad actum extrajudicialem & minus præjudicialem fiat.

### ad *L.* Si medicus. 3.

*SUMMARIUM.*

*Contractus metu initus reſcindi poteſt.*

ADhibuit qvis Medicum ad curandos oculos: Ex Medicamentis deterius ſe habebant oculi, ideoq; metu, ne oculos planè amitteret, compulſus, Medico vendidit fundum, qværitur, an hæc ven-

venditio rata? Qvod negatur, qvia venditor ex-
ceptione meticuloſi contractus uſus, poteſt re-
ſciſſionem contractus petere. *Alciatus l. 2. parerg.
c. 39. Afflict. dec. 123. n. 2. Menoch. conſil. 2. n. 283.*

## ad L. Pen.

*SUMMARIA.*

*Cognitio Præſidis qvotuplex? n. 1.*
*Exiſtimatio qvid ſit? 2.*
*Relegatio qvando famam minuat: 3.*
*Honoribus prohiberi, pœna eſt. 4.*
*Explicatio §. ult. 5.*

Cognitio Præſidis vel eſt de muneribus & ho-
1. noribus, vel de re pecuniaria, vel de exiſti-
matione, vel de capitali crimine. Exiſtimatio
2. autem hîc definitur, qvod ſit dignitatis illæſæ
ſtatus. *Donell. lib. 18. cap. 6. lit. F. & ibi Hillig.*
qvæ minuitur, qvando qvis dignitate exuitur,
vel ad honores aſpirare prohibetur. Conſumi-
tur verò per amiſſionem libertatis Notetur hic
obiter differentia inter condemnationem ope-
ris & metalli *in fin. L.* Ex §. 1. colligitur (1) ob re-
3. legationem minui famam, qvod intelligendum
eſſe monet *Hartm. Piſt. obſ 177. n. 45. & ſeqq.* ſi
delictum, ob qvod qvis relegatur, infamem red-
dat, ubi agit de Nobili, qvi ob exceſſum indefen
ſione commiſſum relegatus fuerat, qvem infa-
mem dici non poſſe defendit. Collige etiam in-
4. terdici honoribꝰ eſſe pœnam, & ita immeriti ob
alienam labem, propria tamen virtute decorati,
non debent prohiberi honoribus *Hartm. Piſtor.
p. 1. qvæſt. 32. n. 28. Carpz. dec. 18. n. 8.* ubi id ap-
plicat ad eum, qvi lictoris viduam duxit. In §.
*ult. h. l. penult.* in qvâ deminutio capitis com- 5.
prehendit maximam & mediam, & particula
VELUTI dat exemplum mediæ deminutionis ca-
pitis vid. *Bachov. ad lib. 4. ff. tit. de capit. demin.
n. 3.* Conferantur Dd. qvos refert ibidem *Bachov.
& Caſtillo de Uſufr. c. 66. n. 9.*

## Ad L. Fin.

*SUMMARIA.*

*Judex malè judicans, ad qvid teneatur? n. 1.*
*Ob negligentiam tenetur parti, ſed non crimi-
naliter. 2.*
*Qvid ſi dolosè malè judicet? 3.*

Litem ſuam judex facit, ſi malè judicet. Nam 1.
tunc tenetur in id, in qvantum judici æqvũ
videbitur. *hic & pr. Inſt. de oblig. ex qs. delict. l. 4.
§. 4. ff. de O. & act.* Et ſic judex tenetur de qva- 2.
vis negligentia, qvæ parti nocet. *Baldus in c. ult.
X. de Appell. Menoch. conſ. 246. n. 64. & ſeqq.*
Neq; hæc negligentia punitur criminaliter, ſed
ob intereſſe partis tantum. *Menoch. conſil. 1205.
n. 49.* Si dolosè autem malè judicet, ad ſolidam 3.
litis æſtimationem damnatur. *Donell. l. 15. cap.
27. litera E. F. G. & ibi Hilliger. & l. 24. t. 2.* &
qvos *lit. A.* allegat *Hill.*

# TIT. XIV.
# De Proxeneticis.

## Ad *L.* Proxenetica. 1.

*SUMMARIA.*

*Proxenetica certis perſonis debentur, & extra
ordinem petuntur. n. 1.*
*Debentur etiam interpretibus teſtium. 2.*
*Proxenetæ non poſſunt eſſe teſtes. 3.*

Proxenetica ſunt præmia, qvæ debentur pa-
1. rariis & interpretibus, qvorum beneficio
inter duos pluresqve negotia contrahun-
tur, qvæ ſi ab initio non ſint promiſſa, extra or-
dinem tamen petuntur; Noſtris dicuntur Meck-
2. ler Gebühr. Et hæc deberi etiam iis puto, qvi in
judicio vel coram Commiſſariis teſtium alia
